BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
D
45
NAPOLI

45.

L. 99. 68

MARCI ZUERII BOXHORNII

HISTORIA UNIVERSALIS SACRA ET PROFANA,

A CHRISTO NATO AD ANNUM USQUE cIↄIↄcL.

IN QUA

Illuſtrium Gentium ac Principum

ORIGINES, RES GESTÆ, VARIÆ MUTATIONES IN ECCLESIA ET REPUBLICA,

ALIAQUE

ex variis, etiam hactenus ineditis, monumentis traduntur.



NAPOL.

LUGDUNI BATAVORUM,

Ex Officinâ PETRI LEFFEN.

cIↄIↄcLII.

Illuſtriſſimis Potentiſſimiſque

HOLLANDIÆ

WESTFRISIÆQUE

ORDINIBUS,

PATRIÆ PATRIBUS,

Imperii, Libertatis, Pacis, Feliciumque domi ac foris Temporum æternitatem,

OPTO PRECORQ.

HAud diu deliberandum mihi fuit, PATRES, quibus Hiſtoriam hanc, multi temporis laborem ac curam, nunc offerrem. Neque enim aliis quam Vobis debebatur; qui jam per annos fere viginti liberale mihi otium in florentiſſima Academia Veſtra feciſtis, multiſque benificiis Veſtris augere ac ornare etiam voluiſtis. Et id ego otium non tam otium, quam magnum

mihi imperatum negotium ſemper judicavi. Quippe, cum conſcientiam meam identidem circumirem ac conſulerem, haud ſimplicis eſſe curæ deprehendi, in publica eſſe ſtatione; viam juventuti, ex qua idoneos rectores Reſpubl. & doctores Eccleſia difficillimis his multumq; impeditis ac corruptis temporibus exſpectat, ad veram profuturamque, non umbraticam, & ſterilem rerum, ſapientiam ſternere; denique Spartam demandatam bonâ fide, diligentia, ac conſtantia tueri. Hiſtoriam, id eſt, niſi fallor ego, ſæculorum omnium memoriam, tradere publice ac reddere nuper ab iis juſſus, quorum curæ Leidenſem Parnaſſum hunc veſtrum aut Pindum, Muſarum certe ſplendidiſſimum domicilium, permiſiſtis, ſerio id imprimis diligenterque agendum mihi exiſtimavi, ut ex veterum recentiorumque temporum Annalibus decerperem ea ac quaſi ſeponerem, ex quibus illuſtrium Imperiorum, Gentium, ac Principum origines, incrementa, res geſtæ, & variæ, ut in

hominum fit rebus, inſigneſque mutationes intelligerentur; adeoque viam iis aliquam ſternerem, qui, per quos caſus graduſque ad hanc humanarum rerum, qualis hodie eſt, ſpeciem deventum ſit, cognoſcendi deſiderio tenerentur. Itaque iter prope immenſum, multorumque ſpatium ſæculum, ingreſſus, per terrarum Orbem veluti peregrinari auſus ſum. Quem univerſum cum aut armis felicibus, aut pace, & fœderibus ac ſocietatibus, commerciis certe ac navigationibus, rebuſque ubique maximis geſtis, Vos jam pridem impleveritis, haud aliis quam Vobis, PATRES, cum omni rerum Imperiorumque varietate ac mutatione ſiſtere hic debui ac exhibere. Africæ & Americæ nonnulla, plura Aſiæ, plurima autem Europæ prodidimus, quia hujus res notiores, fidelibuſque plurium Annalibus traditæ, offerebantur. Neque ſane alia in medium proferre hic quam certo comperta debebamus. De aliarum autem Orbis partium pleriſque Imperiis ac rebus cum ob-

ſcura multa ac dubia, & varie tradita circumferri vulgo animadverterem, malui ea ego nunc prætermittere, quam, permixtis ambiguis narrationibus, demere etiam veris fidem. Sperare interea ex majore indies litterarum luce, & peregrinarum linguarum, quibus procul diſſitarum gentium facta narrata leguntur, ſtudiis indies magis magiſque excultis, & Itineribus, Veſtrorum inprimis, PATRES, in omnes terrarum oras, ea aliquando tempora lubet, quibus de nonnullis & certiora & uberiora promere ac pronunciare licebit. Res porro divinas cum humanis paſſim conjunximus, cum non minores ubique Eccleſiæ Chriſtianæ, quam Imperiorum ac Rerump. ſe obtulerint mutationes. Qualecunq; opus hoc Veſtrum facere, Dare vobis, Dicare ac Dedicare, PATRES, nunc audeo; pro quorum Imperii, quod per inacceſſas olim Græcis Romaniſque nec viſitatas gentes, aut incognitas, longe lateque, & majoribus indies incrementis, ſe exporrigit ac diffundit; Rerum, ad quarum magnitudi-

tudinem vix adjici quidquam domi jam aut foris poteſt; Libertatis, quâ nulla auguſtior aliis manet gentibus, & pro qua judicium etiam, auctoritatem, ac ſententiam potentiſſimo nuper hoſti, ſimul cum Pace, expreſſiſtis, ipſiusque adeo Pacis, Salutiſque Publicæ æternitate, ea quæ ſanctiſſima & boni civis ſunt vota quotidie facio.

Illuſtriſſimi Potentiſſimique Domini,

Lugduni Batavorum, ipſis Kalend. Junij; A°. cIↄ Iↄ c LII.

Æternitati Pacique rerum Veſtrarum ac Imperii devotiſſimus cliens,

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS.

IN

Hiſtoriam, ſive, Chronicon Univerſale,

Eximii ac Celeberrimi Viri

MARCI ZUERII BOXHORNII.

ANTIQUITATEM PERVAGATUS INTIMAM,
RERUMQUE VINDEX OMNIUM BOXHORNIUS
QUÆCUNQUE PRISCA SUBMINISTRANT SÆCULA,
FAMÆ PERENNIS INCLYTIQUE NOMINIS
LABORE TANTO CANDIDATUS IMPIGER,
VIDETE GENTES ET FAVETE POSTERÆ;
ÆTERNUS IPSE SIC FUTURUS, OMNIA
ÆTERNITATI CONSECRAVIT TEMPORA.

DANIEL HEINSIUS.

AD

AD EUNDEM.

OPPIDA *Cattigenûm pulchro ſpectanda Theatro,*
Cunctaque Romano pulpita ſparſa croco,
Cuî, niſi Marce tibi Boxhorni, Hollandia debet?
Quodque aliis opus eſt, hoc tibi præter opus.
Qualis & Auraïca celebris victoria Bredæ,
Sertaque Naſſavas quæ decuere comas,
Muneris hæc ſine fraude tui, ſine fraude Minervæ;
Nec notat oblatas janua ſcripta moras.
Haud minus in cathedra, toto admirante Lyceo,
Vellejum, aut Tacitum (nomina quanta!) legis.
Nec minus eſt audita tua facundia Suadæ,
Funereas vibrat dum pia lingua faces,
Illuſtreſque animas Lethæis ſubtrahis undis:
Sic ô! quam dulce eſt, ne moriare mori!
Me ſi fata ſenem tali dignentur honore,
Optem hodie vitæ fila reſecta meæ;

** *Sed*

Sed prius edocta quid præſtantiſſimus author
Zuerius omnigena dicat in Hiſtoria:
Et meus Oudanus, (quia lumine privor utroque,
Longaque nox oculis eſt metuenda meis)
Prælegat, & cupidas lector gravis impleat aures:
Index ille mihi Temporis omnis erit,
Æternique Operis. Juvenis qui ſtruxerat URBES,
An vir cum plauſu REGNA *minore dabit?*

A° Ætat. 77.
Chriſt. 1652.

P. SCRIVERIUS.

Ampliſ-

Ampliſſimo & Clariſſimo Viro,

MARCO ZUERIO BOXHORNIO,

Cum in lucem daret Hiſtoriam Univerſalem,

L. DE LINDA.

N. P.

ET bene dicendi, & faciendi, tempore priſco,
Unica Romanæ gloria gentis erat.
Hæc ſed Belgarum jam ſunt miracula; Belgæ
Et bene qui dicunt, & bene qui faciunt.
Hi CUNCTATORES FABIOS, forteſque METELLOS,
IN MARCO Eloquii vim Ciceronis habent.

AD RHENUM.

HIs de, RHENE PATER, fueris ſi forte rogatus,
Illa rogaturo verba fatenda tene:
QUÆ STANT REGNA VEHO, DOMINOS, CASUSQ; VICESQ,
REGNAQUE CUM DOMINIS QUÆ PERIERE SUIS.

In ſummi Viri

Boxhornii Hiſtoriam Mundi Univêrſalem.

Cum Mundi Hiſtoriam omnis Univerſam
Ex iſto cerebro, omnium capaci,
Mundo protuleris, priora ſæcla
In lucem revocaris hujus ævi,
Æternaveris & tua papyro,
Dioque ingenio, cupiſne, Zueri,
Me, quantum tibi debeatur inde,
Uno verſiculo loqui? Univerſum
Se debet tibi, Zueri, in univerſum.

HENRICUS BRUNO.

PRÆ-

PRÆFATIO AUTHORIS,

In qua inſtituti ratio redditur.

HIſtoriam hanc, varias illuſtriorum gentium, multorumque res ſæculorum complexam, prodire tandem in publicum ſino, neceſſitatis potius authoritati ac legibus, quam proprii judicii obſequutus. Neque enim ego tradendum in manus omnium judicabam, aut invidorum calumniantiumque, cujuſmodi hominum uberrimus hac tempeſtate eſt proventus, malitiæ exponendum opus, quod neque ætas ulla, nulliuſque unquam diligentia ac induſtria perfecerit; & in quo adornando pars maxima eorum quæ ſcimus (huc enim inprimis veteris illud Sapientis facit) minima haud dubie eorum eſt, quæ ignoramus. Infinita quippe ſunt, non tradita memoriæ poſterorum; & tradita plurima illuſtrium monumentis ingeniorum, iniquitate temporum ſupinâque hominum ignavia ac incredibili negligentia jampridem periere; & haud pauci falſa, aut ambigua

bigua & incerta pro veris certoque compertis vulgavere; plurimas denique gentes omne ſcripturæ & Annalium genus hodieque adhuc conſtat ignorare. Adde; ignotis vulgo linguis plurima expoſita; & prodita quædam ac vulgata Hiſtoricorum veterum ſcripta in ditiſſimis etiam Bibliothecis deſiderari. Quæ iccirco præmittenda hic ego exiſtimavi, ut hi, in quorum manus qualiſcunque hæc cura noſtra ventura eſt, intelligerent, facilius eſſe, Univerſalem tot ſæculorum Hiſtoriam promittere, quam offerre. Neque ſane ſuperbe nos eo titulo hic uſi ſumus; ſed Opus modo varietate temporum, locorum, gentium, rerumque diſtinctum, cuique quotidie addere liceat quæ jam deſunt, ſignificare voluimus. Et quis hactenus in tam vaſto & immenſo, ut ita dixerim, argumento diligentiſſime etiam verſatus dedit omnia ac abſolvit? Neque quiſquam eſt, à quo hoc exigi debeat aut ſperari. Mihi quoque id potiſſimum nunc curæ fuit, pleriſque eorum, quæ vulgo nota, & paſſim obvia, vel omiſſis, vel obiter tantum narratis, exhibere inprimis Origines, hoc eſt, fontes veluti ac cauſas, ex quibus inſignes publicarum rerum imperiorumque exortæ ſunt mutationes. Facile autem, ut ſpero, illi mihi ignoſcent, qui cogitaverint, maturandæ editionis non perfecti hujus operis neceſſitatem mihi ab iis fuiſſe impoſitam, quos jam in eo eſſe intelligebam, ut, malo more, inconſulto me ac invito, rudimenta quædam qualiſcunque hujus curæ noſtræ, quæ cupidæ Hiſtoriarum juventuti ante annos

ali-

aliquot privatim tradideram, quorumque exemplar, cum mihi nullum domi eſſet, accurate nitideque ſcriptum florentiſſimi ingenii, doctiſſimuſque, & paternarum virtutum hæres juvenis, Ioannes Erpenius exhibuit, in lucem darent, niſi ego ipſe manum operi admoverem. Hæc ſunt, quæ ad procurandam hujus Hiſtoriæ editionem, quam differre maluiſſem, me tandem compulêre. Erunt haud dubie, qui debitam ſcripturæ Annalium elegantiam paſſim hic deſiderabunt; cæterum cogitare ego illos velim, non poſſe non aliquid contagionis, ut ſic dixerim, duci à lectione tot medii poſteriorisque ævi inelegantium Scriptorum; qui tamen, rerum, quas tradunt, & ſoli tradunt, gratia, omnino ac diligenter ab iis conſulendi ſunt, qui variam multorumque condere ſæculorum Hiſtoriam conſtituêre. De bonâ fide, qua ſingula narrata ac expoſita ſunt, nemo ambigat. Et, ne quis ambigeret, plerumque, ubi neceſſe erat, ipſis Authorum, quos ſequor, quamvis Barbarorum, incomptorumque verbis uſus ſum. Neque id reprehendendum vertendumve vitio exiſtimo, cum nonnunquam & in judiciis balbutientium teſtimonia neceſſaria ſint, ac audiantur. Nec deerunt forte, qui Hiſtoriæ leges limiteſque nonnullis me digreſſionibus diſſertationibuſque exceſſiſſe judicabunt. At ſciant illi velim, haud præter veterum ac laudatiſſimorum Scriptorum exemplum, & illuſtrandi ea quæ obſcuriora offerebantur cauſa, id à me identidem factum eſſe. Controverſias Chronologicas, quæ prope infinitæ ſunt, &

de

de quibus innumeræ hodie doctiſſimorum hominum leguntur hæſitationes, meas hic non feci; neque mei id inſtituti fuit. Satisfacient, ut ſpero, Annorum numeri, qui in margine expreſſi leguntur; in quibus receptam pleriſque omnibus pervulgatamque ſententiam ſequutus ſum. Et plerumque ſufficere mihi viſum eſt, ſi hi, in quos incidunt Occidentis Imperatorum initia, annotarentur.

ERRATA.

Pag. 671. *Dele in margine;* Legendum hic in Aventino, *&c.*
Pag. 675. *Dele in margine,* Scribendum haud dubie, *&c.*
Alia benignus & eruditus lector facile ipſe corriget.

MARCI ZUERII BOXHORNII

HISTORIA UNIVERSALIS SACRA ET PROFANA,

A Chriſto nato ad Annum uſque cIↄ IↄcL.

DOminum noſtrum, JESUM CHRISTUM, Regem Meſſiam, ex Spiritu Sancto conceptum, imperante apud Romanos Auguſto, ac edicente Romanus ut orbis deſcriberetur, beata Virgo Maria, Bethleemi in Judæa peperit. Ita enim mundum Deus dilexit, ut dederit filium ſuum unigenitum, ut omnis, qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.*

Hæc ſtupenda illius eſt incarnatio; qui, quidquid vel divinitati ejus vel humanitati inimica & adverſa opponat antiqua aut nova hæreſis, Deus & homo eſt, ut habet Symbolum veræ Catholicæ Eccleſiæ, quod ſcripſit Athanaſius. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus; Homo ex ſubſtantia matris in ſæculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens. Æqualis Patri, ſecundum divinitatem: minor Patre, ſecundum humanitatem. Qui licet Deus ſit & homo; non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus. Unus autem non converſione divinitatis in carnem, ſed aſſumtione humanitatis in Deum. Unus omnino, non confuſione ſubſtantiæ, ſed unitate perſonæ. Nam ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo; ita Deus & homo unus eſt Chriſtus. Quo ſenſu Ferrandus in Epiſtola ad Anatolium urbis Romæ Diaconum; Crevit, *Chriſtus naſcitur.* *Ejus perſona.*

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

inquit, per nativitatem carnis in Chriſto numerus ſubſtantiarum; ſingularitas vero perſonæ perſeveravit. Idcirco quamvis alia natura ſit divinitatis, alia humanitatis, non fit Trinitas Quaternitas, quia perſonarum eſt Trinitas; quia in Chriſto una perſona manſit. Unus eſt proinde Chriſtus, & ſemper unus, propter unius perſonæ ſingularitatem, quæ in eo nec dividi, nec ſubdividi, nec duplicari poteſt, quamvis ex duabus & in duabus credatur eſſe naturis. Talis ergo & unica eſt perſona Jeſu Chriſti, & unus idemque Emanuel eſt tum natura Deus, & Patri conſubſtantialis ſecundum deitatem, tum natura homo, & matri conſubſtantialis ſecundum humanitatem.

Nativitas admiranda.

Cæterum hujus tam admirandæ atque adeo ab omnibus ſæculis inauditæ rei narratio, qua & concepiſſe ex Deo Spiritu Sancto, & peperiſſe virgo, & θεάνθρωπος natus dicuntur, ipſis potius Euangeliſtarum, Matthæi inprimis ac Lucæ, verbis tradenda eſt; *Chriſti autem generatio*, ajunt illi, *ſic erat. Factum eſt in diebus illis, exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur terrarum orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt Præſide Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes, ut profiterentur ſinguli, in civitatem ſuam. Aſcendit autem & Ioſeph a Galilea, de civitate Nazareth, in Iudæam, in civitatem David, quæ dicitur Bethleem; eo quod eſſet de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria, deſponſata ſibi uxore prægnante. Factum eſt autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies, ut pareret: & peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit in præſepi, quia non erat iis locus in diverſorio.*

Vita ac geſtarum ab eo rerum breviarium.

Sed omnis ejus vitæ Hiſtoria pariter hic exhibenda, & deinceps illuſtranda videtur. Expleto tempore, quo Deus ſe mundo ſalutem, & gentibus expectationem, in terras miſſurum eſſe poſt peccatum Adæ promiſerat, tandem Angelum Gabrielem in urbem Galilææ Nazareth miſit, qui Mariæ virgini ex familia Davidis nunciaret, fore, ut ipſa ex Spiritu Sancto puerum conciperet, qui Dei filius vocaretur. Atque ita, annuente illa, *verbum, quod in principio fuerat apud Deum, caro eſt factum.* Ioſeph autem, cui virgo deſponſa fuerat, cum illam, antequam cum eâ conveniret, ventrem ferre cognoſceret, repudiare conſtituit, verum ab Angelo monitus deſtitit, prædicente, *quod paritura virgo eſſet, ſanctum Dei eſſe: Ieſum autem appellaret, quod ſalvum facturus eſſet populum ſuum à peccatis. Cui Ioſeph paruit, neque virginem cogno-*

vit. Poſt aliquot inde menſes edictum à Cæſare Auguſto eſt editum, ut cenſeretur univerſus orbis, ita, ut unuſquiſque in patria ſua profiteretur. Quo accepto ut cæteri, ſic Ioſeph una cum Maria uxore gravida ex Galilæa in Iudæam Bethleemum, veterem patriam ſuam, profitendi cauſſa contendit. Nam bellis ſuperioribus deſertâ Bethleem majores Ioſeph in Galilæam, ut inquit Epiphanius, ſeceſſerant. Ibi vero cum in diverſorio eſſent, Maria plenis jam ad pariendum diebus puerum peperit, & pannis involutum in præſepi recondidit, quod locum in diverſorio non haberet. Interim Angelus ad paſtores, qui in ea regione gregi ſuo invigilabant, acceſſit, atque ingenti luce, ita ut terrerentur, afflatos his verbis appellavit: *Nolite formidare; ego enim nuncio vobis gaudium magnum, idque ad populum pertinens univerſum; quippe hodie natus eſt Salvator, qui eſt Chriſtus dominus, in civitate David. Invenietis autem infantem pannis involutum, atque in præſepi repoſitum.* Ac ſubito Angelum ingens cœleſtium ſpirituum chorus excepit, Deum his verbis collaudantium: *Gloria in excelſis Deo, & terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.* Profectis inde Angelis paſtores conſilio de adeundo puero inter ſe habito propere iter ingreſſi ſunt, atque ad locum progreſſi Mariam & Ioſeph cum puero in præſepi repoſito invenerunt, & cetera, quæ ab Angelo audierant, explorarunt, & cum ceteris retuliſſent, ingentem admirationem omnibus incuſſerunt. Diebus inde octo, poſtquam in lucem prodiit puer, ex lege Moyſis eſt circumciſus, & Ieſus nomine, quod Angelus impoſuerat, inſignitus. Interim puero jam Bethleemi nato, Magis in Oriente ſtella ceteris illuſtrior pulchriorque ſic apparuit, ut eorum in ſe oculos, animoſque converterit, qui aliquid de natali Salvatoris ab ea ſignificari didicerant. Illius ergo videndi, atque adeo etiam venerandi cupidi, ſequuti ſuperni illius luminis ductum, & prævii fulgoris indicium, latiſſimas regiones emenſi, Hieroſolymam pervenerunt, ac, ſtella duce amiſſa, de Chriſto puero nato, qui Rex Judæorum eſſet, anxii quærere inſtiterunt. Herodes autem Rex Judæorum principem natum audiens, ſucceſſorem ſuſpicatus, expavit, ac Magos ſecreto admonuit, ut diligenter puerum veſtigarent, eoque invento certiorem ſe in reditu facerent. Nam ſe quoque ejus adorandi ſumma cupiditate teneri. Illi vero, eadem ſtella rurſus illuceſcente, ac viam continuo monſtrante Bethleemum uſque progreſſi puerum cum

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

matre reperiunt, eumque humi proſtrati adorant, muneribus, thure, myrrha, & auro, oblatis. Poſtquam autem expleti ſunt dies Purgationis, parentes ex lege puerum Hieroſolymam detulere, ut ipſum Domino offerrent, ac ſolemnia legis dona præberent. Itaque templum ingreſſi ipſum Simeoni occurrenti tradiderunt. Is magnis virtutibus præditus Judæorum ſalutem jampridem anxius expectabat, &, quod ætate confectus erat, antequam è vita migraret, redemptorem mundi videre cupiebat; quod Spiritus ſancti oraculo ſe non ante deceſſurum accepiſſet, quam illum oculis ſubjectum haberet. Itaque eo Spiritu ductus cum in templum veniſſet, receptumque in brachia puerum agnoviſſet, primum gratias Deo agit, quod ſe tanti beneficii compotem effeciſſet; deinde horam ſibi mortis imminere profeſſus eſt, quod aliquando tandem Salvatorem mundi vidiſſet. S. Lucas cap. II. Abſoluta inde purgatione Ioſeph rebus omnibus in Iudæa perfectis, quas ſibi ex lege obeundas exiſtimavit, Galilæam cum beata virgine, pueroque Chriſto ſibi repetendam putavit. Herodes autem Rex Judææ, ubi Magos in patriam ſuam alio reverſos itinere, ſine facto, ut petierat, indicio, cognovit, iracundia incitatus, miſit, qui infantes omnes bimos, aut minores Bethleemi, aut in finibus ejus conquiſitos necarent, ratus ſe ea ratione Chriſtum quoque regni vindicem in illo numero deleturum. Neque tamen voti ſui compos eſt factus. Etenim Ioſeph in ſomniis ab Angelo de pravo Herodis conſilio monitus, Galilæa omiſſa puerum cum matre in Ægyptum poſt paulo traduxit. Cædes inde puerorum facta eſt, ut quidam veterum volunt, anno Chriſti ineunte ſecundo. Ac poſt aliquot menſes Herodes Rex vita ceſſit, cum annos regni expleſſet triginta ſeptem, ut omnes conſentiunt. S. Matth. cap. II.

Mortuo inde Herode Rege Ioſeph ab Angelo monitus Chriſtum puerum ex Ægypto in Iudæam reportavit; verum quia Archelaum Regem patris ſui loco regnare audivit, eo non acceſſit, ſed ejuſdem Angeli monitu in Galilæam ſeceſſit, atque in Nazareo oppido habitavit, ut impleretur, quod ſcriptum erat per Prophetas, *Quod Nazarenus vocabitur.* Sunt qui Chriſtum ſeptem annos in Ægypto fuiſſe tradant. Quod fieri nequit, ſi ſtatim mortuo Herode, & Archelao regnum adepto relatus eſt. quod S. Matthæus ſignificare videtur. Neque enim, quocunque anno natum

eum

cum dicas, hic ſeptem annorum numerus iniri ſalvis hiſtoriis poteſt. Epiphanius certe biennium tantum agnoſcit. Archelaus Rex Eleazarum pontificem fecit, atque ei deinde ſucceſſores more inſtituto dedit. Inde poſt novem annos à Iudæis apud Auguſtum accuſatus, quod Iudæos impotenter haberet, cum ſe purgare non poſſet, regno ſpoliatus Viennam in Galliam relegatus eſt.

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

Ceterum anno Tiberii XV. Pontio Pilato procuratore, & Anna pontifice, & Caifa, cum annos Chriſtus ageret XXIX. Ioannes Zachariæ filius, Chriſti præcurſor, pœnitentiam prædicare, & ad Iordanem profectus homines aqua tingere cœpit. De quo hæc S. Lucas cap. III. *Anno XV. Imperii Tiberii Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo fratre ejus tetrarcha Ituree, & Trackonitidis regionis, & Lyſania Abylinæ tetrarcha, ſub Pontifice Anna, & Caifa factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Exiſtimante autem populo, ac cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus, reſpondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos; veniet autem fortior me poſt me, cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus. Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni.* Sequenti vero anno Chriſtus venit ad Iordanem, & à Ioanne baptiſmo tingi ac lavari popoſcit. Quare ſic pergit Lucas: *Factum eſt autem, cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, & orante apertum eſt cælum. Et deſcendit Spiritus Sanctus corporali ſpecie, ſicut columba, in ipſum: & vox de cælo facta eſt; Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Et ipſe erat incipiens quaſi annorum triginta.* Inde Matth. III. Marc. I. Luc. III. Iohan. I. ita pergunt: *Ieſus autem plenus Spiritu Sancto regreſſus eſt à Iordane, & agebatur à ſpiritu in deſertum diebus quadraginta; & tentabatur à diabolo, & nihil manducavit in diebus illis, & conſummatis illis poſtea eſuriit.* Anno inde XXXI. ineunte Ieſus ad nuptias in Cana Galilææ cum matre, & diſcipulis invitatus adiit. Cum autem vinum defeciſſet, rogatu matris aquam in optimum vinum convertit. Inde imminente Paſchate Hieroſolymam adiit, & cum inveniſſet in templo homines vendentes oves, boves, ac columbas, numulariosque ſedentes, flagro ex funiculis facto, omnes inde exegit, & æra numulariorum effudit, menſasque disjecit. Digreſſus inde Hieroſolymis, ac per Samariam tranſiens, mulierem Samaritanam longo cum ea

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

inſtituto ſermone convertit; atque in Galilæam reverſus cum multas res mirandas ad ſalutem hominum edidit, tum conciones plures de cœleſti regno, atque juſtitia habuit. Quarum una fuit inſignis poſtero anno habita in monte Tabor, in quo legem ſuam promulgavit, qua legem Moyſis adimplevit. Unde ipſe quodam in loco dixit: *Non veni legem ſolvere, ſed adimplere;* & quæ adimpletio eſſet, docuit dicens: *Niſi abundaverit juſtitia veſtra ſuper juſtitiam Phariſæorum, non introibitis in regnum cælorum. Hoc eſt enim adimplere, quod deſit, adjicere. Lex dicit, Non occides: at ipſe, Nec iraſceris ſine cauſa fratri tuo. Lex adulterium interdicit; at ipſe curioſum in fœminas damnavit aſpectum. Ex quo apparet, quanto major ſit lege fides, cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt; quia lex ramos peccati perſtringit, fides radices eruit, quæ nos non operibus, ſed & ſenſibus immaculatos facit, ut vere ad primordialem dignitatem, hoc eſt, Dei ſimilitudinem reformemur, non ſolum corpore, ſed & corde mundati.* ut S. Paulinus Epiſt. ſecunda ad Sever. Sulpicium ſcripſit. Virtutes autem, quas ille interim edidit, hæ fuerunt: Debiles, ac membris captos ita curavit, ut receptis repente viribus confirmati ipſi lectulos ſuos reportarent, in quibus fuerant paulo ante delati; claudis vero, ac vitio pedum affectis non modo gradiendi, ſed etiam currendi facultatem impertiit; cæcorum oculos in naturalem aſpectum reſtituit, mutorum linguas in eloquium ſolvit, ſurdorum patefactis auribus auditum inſinuavit, vexatos immundis ſpiritibus liberavit, & pollutos, atque aſperſos maculis expurgavit; quin etiam vita functos, quod dictu mirabilius eſt, veluti ſomno ſolutos ſuſcitavit, atque ad vitam priſtinam revocavit. Atque hæc quidem ſolo aut verbo, aut imperio, aut tactu omnia cum ingenti omnium ſtupore perfecit. Quibus rebus auditis, Ioannes ex carcere, in quem conjectus ab Herode tetrarcha fuerat, diſcipulos miſit ad eum rogans: Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus? Quibus ille reſpondit: *Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Chriſtum enim plane ſe eſſe oſtendit, cum in ſe ea, quæ de Chriſto venturo Eſaias prædixerat, veritatis obtinerent effectum. Itaque cum poſt veniſſet Nazareth, & intraſſet in Synagogam, traditus eſt illi liber Eſaiæ Prophetæ; & ut revoluit librum, invenit locum, ubi ſcriptum erat: *Spiritus Domini ſuper*

me,

me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere contractos in remiſſionem, prędicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit; & omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos; Quia hodie impleta eſt hęc ſcriptura in auribus veſtris.[1] His rebus acceſſit, quod cum immenſa ubique mortalium multitudo illum ſtiparet, vel debilium, vel ægrotorum, vel certe eorum, qui curandos ſuos offerre cupiebant, quodam die in montem quendam deſertum, ut ibi oraret, aſcendit; ubi cum triduo moraretur, ac populus inedia affligeretur, vocavit diſcipulos quærens, quantum ſecum ciborum haberent; illi quinque panes, & duos piſces adeſſe dixerunt. Afferri igitur ea, ac multitudinem per centenos, ac quinquagenos diſtributam diſcumbere juſſit. Ac panem, piſceſque comminuit; & cum apponi illa populo imperaſſet, quinque hominum millia ſaturavit, ac duodecim cophinos de reſiduis fragmentorum implevit. Quin etiam alio die alia ejuſmodi urgente neceſſitate quatuor millia ſeptem panibus ita pavit, ut ſeptem ſportas reliquiarum expleverit. Jam vero alio tempore ſeceſſurus orandi cauſſa, ut ſolebat, in montem, præcepit diſcipulis, ut naviculam ſumerent, ſeque præcederent; at illi imminente jam veſpera profecti contrario vento laborare cœperunt; cumque jam medium fretum tenerent, tum pedibus mare ingreſſus, eos, tanquam in ſolido graderetur, eſt conſecutus: & rurſus cum pulvino capiti ſuppoſito dormire cœpiſſet, repente tanta ſuborta eſt tempeſtas, ut fluctibus navicula mergeretur. Itaque diſcipuli metu exanimati excitant illum ſtatim, ac rogant, ut ſibi ferat opem, quod pereant. Ille vero increpitis illis, quod exiguæ fidei eſſent, experrectus, vento protinus, ut ſileret, & fluctibus qui atrociſſimi ferebantur, ut quieſcerent, imperavit, ſtatimque dictum ejus tranquillitas ſumma excepit. Jam vero ex ingenti diſcipulorum numero duodecim ſelegit, quos Apoſtolos appellavit, nempe Petrum & Andream fratrem ejus, Iacobum majorem, & Ioannem fratrem ejus, Simonem & Iudam Iſcariotem, Philippum, Bartholomæum, Matthæum, Thomam, Iacobum minorem, & Thadæum fratrem ejus, & præterea alios diſcipulos ſeptuaginta duos; atque eis poteſtatem & prædicandi Euangelii, & ſignorum in ſuo nomine edendorum conceſſit.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Quibus

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Quibus rebus ſeniores populi Hieroſolymitani, & Pontifices, itemque Scribæ, & Phariſæi incitati ſæpe de illius nece conſilium habuerunt. Ieſus autem, licet eorum animos exploratos haberet, tamen ſibi faciendum ratus, ut juxta patris voluntatem munus obiret, ſequenti anno Hieroſolyma ad Paſcha ex inſtituto contendit, atque honorifice à plebe obviam prodeunte receptus, vehementius etiam eorum in ſe odia concitavit.

Mox ſacra cœna cum diſcipulis celebrata, agnum ex lege comedit, & novo inſtituto divinum corporis ac ſanguinis ſui ſacramentum ſingulis impertivit. Atque inde in hortum per noctem cum tribus diſcipulis ad orandum exceſſit. Nec multo poſt à cohorte Iudæorum à Iuda proditore adducta capitur, atque ad Caifam Pontificem ducitur, apud quem concilio Seniorum convocato, cum ſe Dei filium eſſe confeſſus eſſet, eo nomine, die jam illuceſcente, morti addicitur. Ac propterea ad Pontium Pilatum procuratorem Romanorum, ſine quo judicium peragi ex lege Romanorum non poterat, mittitur. Ille vero cum crimen in eo non inveniſſet, dimittere voluit: atque ut tam fœdi judicii invidiam à ſe rejiceret, Ieſum ad Herodem Galilææ tetrarcham, qui forte Hieroſolymis erat, ut in ipſum tanquam in Galilæum animadverteret, miſit. Qui cum nulli crimini affinem eſſe & ipſe comperiſſet, ad Pilatum remittit. Demum, inſtantibus Iudæis, ut necaretur, quod ſe Regem Iudæorum aſſereret, Pilatus ipſum virgis cædi, & corona ſpinea coronari, ac purpura indui, & arundinem pro ſceptro dari præcepit, ratus ſe his contumeliis incitatam Iudæorum libidinem compreſſurum. Verum nihil profecit. Itaque denunciantibus illis, ſi ei parceret, qui ſe Regem Iudæorum faceret, in offenſionem Cæſaris incurſurum, perturbatus tandem eorum petitioni aſſenſit. Atque ita in die Paraſceves in medio duorum latronum ſexta hora crucifixus, nona expiravit. Qua ratione omnia de illo vaticinia, quibus vita, morſque ejus prædicta fuerat, veritatem aſſequuta ſunt. Inde corpus Ioſeph ab Arimathia diſcipulus, Pilato permittente de cruce detractum novo monumento recondidit. Tranſacto inde Sabbato Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome ſummo mane ad ſepulchrum venerunt, ut corpus Chriſti aromatibus oblinirent. Ubi vero propius acceſſerunt, lapidem ab oſtio detractum aſpexerunt, ac ſtatim rem Petro, ac Ioanni ſignificarunt. Qui cum ad monumentum veniſ-

ſent

ſent, ſola in eo linteamina, quibus corpus involutum fuerat, repererunt. Mulieribus autem de corpore non invento ſolicitis, viri duo candida veſte induti dixere, Chriſtum ſurrexiſſe; atque eis in memoriam redegere, quod ille dixerat, fore, ut nefariis hominibus traderetur, crucifigeretur, & mortuus die tertia reviviſceret; proinde diſcipulis, & Apoſtolis nunciarent, ſe illos in Galilæam præceſſurum. Inde Ieſus per dies aliquot in terris verſatus diſcipulis ſæpius ſe oſtendit, ac vere ſe reſurrexiſſe probavit. Cumque eis omnes ſcripturas ad ſe pertinentes aperuiſſet, omnibus peccatorum remittendorum, docendi, & in nomine Patris, ac Filii, & Spiritus Sancti baptizandi poteſtatem conceſſit. Inde quadrageſimo, poſtquam reſurrexerat, die, in monte Olivarum, diſcipulis, ut Spiritum Sanctum expectarent, admonitis, illis videntibus in cœlum aſcendit. Tum poſt dies decem Spiritum Sanctum è cœlo in eos in unum locum convocatos demiſit, qui omnes ita afflavit, ut extemplo diverſis loqui linguis incœperint. Hoc vitæ rerumque Chriſti quoddam velut breviarium Chriſtianis offertur.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Hujus tanti Regis & Domini, ac tandem judicis omnium futuri, inter homines exordia, vitaque omnis tantâ ſimplicitate deſcribuntur. Sed Spiritus Sancti admirandam adorandamque ſapientiam diligenter, uti par eſt, obſervare hic neceſſe eſt. Nam quum totâ paſſim Scripturâ, ut magnus vir loquitur, in rerum geſtarum narrationibus ſtupenda quædam ſcriptorum eluceat ſimplicitas, & ille veritatis color, ut appellatur a rhetoribus, ubique emineat, quem orationi conciliat cultus elegantioris neglectus, aliquando tamen omnem diligentiam, atque omnem artem, Scriptores ſacri longe ſuperant. Nati Chriſti hiſtoria apud Matthæum, Marcum, & Lucam, ſimplicem rei geſtæ narrationem continet, circumſtantiis fere omnibus, quas tanta diligentia oratores perſequuntur, ut fidem dictis adſtruant, nudatam. De beatiſſima Virgine pauciſſima dicuntur: de Joſepho adhuc pauciora: loci etiam & temporis circumſtantiam omittit Matthæus: deinde initio ſecundi ſtupenda quadam brevitate & ἀφελείᾳ, *Cum ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis.* De præſepi, in quo natus Servator mundi, ne verbum quidem; poſtea Lucas eam ingentis momenti circumſtantiam adjecit. Sed quam multa putamus eſſe omiſſa in eo genere, ad quæ

Summa ſimplicitate, ac adorandâ, & quam, narrata ab Euangeliſtis nati Domini exordia.

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

depingenda aliquis ſæculi Rhetor totum artis ſuæ myrothecium exhauſiſſet? Neque tamen ſine horrendâ impietate diceret aliquis, negligentiâ vel incuriâ Euangeliſtarum id eſſe factum. Quin potius infinitam in eo Dei ſapientiam adoremus; qui hac ſimplicitate pios voluit erudire, quibus potiſſimum in rebus immorari ipſos oporteret; iis nimirum, quæ ad ſummam pietatis ſpectant, quæque animos noſtros rebus terrenis abſtractos, ad cœleſtium meditationem valeant traducere.

Generatio Chriſti, origo populi Chriſtiani.

Quem Servatoris noſtri, ut egregiis, & quibus addi nihil poteſt, verbis Leonis Homil. VI. de Nat. hic utar, *dum recolimus exortum, invenimur Chriſtiani noſtrum celebrare principium. Generatio enim Chriſti, eſt origo populi Chriſtiani: & natalis capitis, natalis eſt corporis. Gaudeat autem peccator, quia invitatur ad veniam. Exultet ſanctus, quia propinquat ad palmam. Animetur gentilis, quia vocatur ad vitam.*

Auguſti imperium & aditus ad imperium.

OCTAVIUS AUGUSTUS Romæ tunc imperabat: qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine Principis ſub imperium acceperat. Poſtquam enim Bruto & Caſſio cæſis, nulla jam publica arma; Pompejus apud Siciliam oppreſſus; exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Julianis quidem partibus niſi Cæſar dux reliquus: poſito Triumviri nomine, Conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem tribunicio jure contentum; ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit, inſurgere paulatim, munia Senatus, Magiſtratuum, legum in ſe trahere, nullo adverſante; cum ferociſſimi per acies aut proſcriptione cecidiſſent; ceteri nobilium, quanto quis ſervitio promptior, opibus & honoribus extollerentur; ac novis ex rebus aucti, tuta & præſentia, quam vetera & perículoſa mallent. Neque Provinciæ illum rerum ſtatum abnuebant, ſuſpecto Senatus populique imperio ob certamina potentium, & avaritiam magiſtratuum; invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, poſtremo pecunia turbabantur; quomodo Annal. I. Tacitus loquitur. Sic enim in Auguſto cœpit & confirmata eſt Monarchia Cæſarum apud Romanos.

Deſcriptio Provinciarum, & actus ſub eo cenſus.

In deſcriptione, agendoque Provinciarum cenſu per terrarum, aut potius Romanum, orbem, non aliud haud dubie conſilium Auguſto fuit, quam ut Imperii vires opeſque recognoſceret; quot civium Romanorum capita reſtarent; quæ populorum per ſingulas Provincias vires & facultates; ut, prout res exigeret, com-

meatus

meatus ſuppeditaretur, pro cujuſque facultatibus, ac tributa ſolverentur. Erat etiam è Republ. ut cognoſceret, quæ affinitates cognationeſque ubique eſſent; unde genus & proſapiam ducerent. Exemplum primum dederunt apud Romanos vel Numa Pompilius, ut vult Plutarchus, vel Servius Tullius Reges. De hoc Florus, cap. VI. lib. I. *Ab hoc populus Romanus relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, curiis atque collegiis diſtributus: ſummâque Regis ſolertia ita ordinata eſt Reſpubl., ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina in tabulas referrentur; ac ſic maxima civitas minimæ domus diligentia contineretur.* Hæc deſcribendi ratio Romæ antiquiſſimis temporibus uſitata. Uſus eadem ſolicitudine ac diligentia Auguſtus in Provinciis. Inde ejuſdem libellus, de quo Tacitus Annal. I. *Opes publicæ eo continebantur; quantum civium ſociorumque in armis; quot claſſes, regna, provinciæ, tributa aut vectigalia, & neceſſitates ac largitiones; quæ omnia manu ſua perſcripſerat Auguſtus.* Neque horum ego nunc hic meminiſſem, niſi quorundam in hujus Deſcriptionis cauſſa ac fine explicandis hallucinationes obſervaſſem. Magnitudinis autem Romanæ inſigne argumentum eſt, quod exierit ejuſmodi tunc edictum.

Anno Christi I. & aliquot ſeqq.

Mos iſte Regum etiam inter Romanos.

Notam Auguſto ex Sibyllinis Oraculis Domini nativitatem, ac inde factum, ut qui prius eſſet alieniſſimus a cultu Judaïco, poſtea mutaret, & magno Judæorum religionem in pretio haberet, nonnulli veterum ſunt qui volunt, & recentiorum credunt; ſed fabulantur. Sibyllas nonnulla de Chriſto eſſe vaticinatas, tradunt multi è Patribus; neque nos, ut cum Caſaubono hic, viro maximo, loquar, plane factum negamus; ſed Auguſtum aliquid, certi præſertim, de Rege Meſſia ex illarum verſibus cognoviſſe, nedum ipſius adventum habuiſſe compertum; neque aliquis Patrum dixit, & in magno errore verſantur, qui hoc credunt. Judaïcus populus, ὁ πανταχοῖς ἱστορίαις ἐντεθραφεὶς, quomodo Chryſoſtomus loquitur, ipſique adeo Chriſti Diſcipuli, qui literas ſacras legerant, qui prædictiones de Chriſto in Synagogis ſæpius exponi à Scribis aliiſque Doctoribus audiverant, ne tum quidem quando vivebant cum Domino noſtro, ſimile quid tamen unquam ſunt ſuſpicati. Diſcipuli Ioannis Baptiſtæ, Prophetæ omnibus Prophetis majoris, qui magiſtrum de Chriſto concionantem audiverant, qui columbam in Chriſtum cœlitus delapſam viderant; adhuc tamen, cum Ioannes morti proximus carcere contine-

An nota Auguſto Domini nativitas fuerit, quæritur.

Notam, quam volunt, non fuiſſe, oſtenditur.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

batur, increduli manent, & cogunt ipſum ad Dominum mittere qui ſciſcitentur; *Tu es qui venturus es, an alterum exſpectamus?* Mathæi XI. 3. Et credemus paganos homines, a Sibyllis ſuis edoctos, tantum myſterium cognoviſſe? Quid igitur reſtat, niſi ut divinis Oraculis & vere θεοπνεύστοις Sibyllina exæquemus, aut etiam, nefas dictu, anteponamus? Iſaiam graviſſimi Theologi, propter aliquanto planiores de venturo Meſſia prædictiones, Prophetam Euangelicum verè nominarunt. Sed in Prophetia tota Iſaiæ nihil ejuſmodi legitur, quale oportet fuiſſe in libris Sibyllinis, ſi verum eſt quod de Auguſto traditur.

Sibyllina, quæ hoc nomine jam circumferuntur, oracula, fallunt; & Chriſtianorum quorundam cōmenta eſſe, oſtenditur.

Ex Sibyllinis oraculis aliquid, imo pleraque omnia Auguſto de nativitate rebuſque Domini noſtri ac Servatoris nota eſſe potuerunt, ſi ea Sibyllarum, quæ exſtant hodie & celebrantur, & antiquis Patribus Chriſtianis nonnullis laudata ſunt, oracula viderit. In iis enim, (nam dicendum haud dubiè hic nobis quod res eſt) de Domini Ieſu exordiis & munere apertiſſime omnia, certe apertiora quam quæ a Prophetis in veteri Fœdere prodita de eo ſunt, traduntur. Deo haud dubie injuriam facit, hæc Sibyllarum eſſe qui credit. Minus igitur θεοπνεύστους Euangelicos Prophetas fuiſſe dicamus neceſſe eſt, quam Sibyllas, quæ apertiora omnia, ſi modo ea illæ prodiderint, de Chriſto prodidere. Sed haud dubie falſum eſt eas hæc prodidiſſe; ſicut extra omnem dubitationis aleam ponendum eſt, quam vera ſunt quædam quæ in Sibyllinis oraculis de Chriſto leguntur hodie, tam verum eſſe ab homine Chriſtiano conficta, & falſum quoque celebratarum inter paganos tantopere Sibyllarum, ea eſſe. Cujus de rei veritate propius certiuſque & ex aliis conſtat. Sibyllarum quippe, quarum oracula hodie exſtant, una de Moſe vaticinatur, diluvium, ſive cataclyſmum univerſalem, prædicit. Addit interim, & cum Noacho in Arca ſe fuiſſe; cum marito, cum ſocero & ſocru, tempeſtatibus ac undis ſeſe jactatam. Ante diluvium igitur Sibyllam illam vixiſſe neceſſe eſt. Quod dixiſſe modo hic ſufficit; adeo id pluribus refellere non eſt neceſſe. Si vero poſt diluvium vixerit, de præteritis, quod, niſi fallor, quivis geſtarum rerum gnarus poteſt, carmina cecinit, & oracula edidit. At nihil ſtultius eſt, quam vaticinia de factis geſtiſque jam rebus iis tribuere, quæ futuras tantum prodidiſſe dicuntur; & ſolas eas haud dubie prodere debuerunt, ſi ſuum velint nomen tueri. Plurima

ex

ex iſtis, quæ hoc hodie nomine circumferuntur, oraculis longe poſt Domini adventum ſcripta eſſe, nemo, qui inſpexerit modo, poterit ambigere. Quod & ab eruditis jam eſt obſervatum. Nemo igitur Auguſtum illa inſpexiſſe Sibyllarum de Chriſto oracula, atque ex iis adventum ejus cognoviſſe, ac iccirco mitius cum Judæis ac Chriſtianis egiſſe, exiſtimet. *Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.*

Cæterum quo apertiora ſunt, eo magis falſi illi, qui Sibyllis ea tribuunt, deprehenduntur. Et quoniam ignorantia veri & antiquos ac plane eximios Chriſtianæ Eccleſiæ Doctores, admodum hic a vero deflexiſſe, & deflectere plurimos hodie, comperio, paullo altius quædam repetenda, ipſaque illa Sibyllina, quæ volunt, de Chriſto oracula inprimis hic exhibenda ſunt. Ex iis enim vel obiter tantum inſpectis cuivis Chriſtiano ea hominis commenta eſſe non poterit non conſtare. Exhibebimus autem ex Euſebio, qui Commentario de vita Conſtantini Imperatoris inſeruit. Præmittit autem, Sibyllam in ipſis aliquando adytis importuna ſuperſtitione occupatam, ac divina certe inſpiratione refertam, (ipſi Græce Sibylla dicitur θείας ἐπιπνοίας ὄντως γενομένη μεστὴ) carminibus futura de Deo Ieſu Chriſto vaticinatam eſſe, perſpicue ex ſerie prima litterarum, quæ ἀκροστιχὶς dicitur Græcis, apparere. Eſt autem, quam exhibet ἀκροστιχὶς iſta; ΙΗΣΟΤΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ, ΘΕΟΤ ΤΙΟΣ, ΣΩΤΗΡ, ΣΤΑΤΡΟΣ; id eſt: JESUS CHRISTUS DEI FILIUS, SERVATOR, CRUX. Carmina vero ſive oracula hæc leguntur; *Paulo altius quædam confirmandæ ejus ſententiæ gratia repetuntur.*

Ι δρώσει δὲ χθὼν κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται.
Η ξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων
Σ άρκα παρὼν πᾶσαν κρῖναι, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ο ψονται δὲ θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι,
Υ ψιστον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο
Σ αρκοφόρον. ψυχὰς ἀνθρώπων βήματι κρινεῖ·
Χ έρσος ὅταν ποτὲ κόσμος ὅλος, καὶ ἄκανθα γένηται.
Ρ ίψουσιν δ' εἴδωλα βροτοὶ, καὶ πλοῦτον ἅπαντα.
Ε κκαύσει δὲ τὸ πῦρ γῆν, οὐρανὸν, ἠδὲ θάλασσαν
Ι χνεῦον. ῥήξει δὲ πύλας εἱρκτῆς ἀΐδαο.
Σ ὰρξ τότε πᾶσα βροτῶν εἰς ἐλεύθερον φάος ἥξει.

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

Τ οὺς ἁγίους, ἀνόμους τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ο πόσα τις πρήξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει.
Σ τήθεα γὰρ ζοφόεντα θεὸς φωστῆρσιν ἀνοίξει.
Θ ρῆνος δ' ἐκ πάντων ἔσται, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.
Ε κλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι,
Ο ὐρανὸν εἱλίξει, μήνης δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
Υ ψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν.
Υ ψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
Ι σα τ' ὄρη πεδίοις ἔσται, καὶ πᾶσα θάλασσα
Ο ὐκ εἰς πλοῦν ἕξει. γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ,
Σ ὺν πηγαῖς, ποταμοί τε καχλάζοντες λείψουσιν.
Σ άλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,
Ω ρύουσα τὸ μέλλον, καὶ δὴ πήματα κόσμου,
Τ αρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
Η ξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
Ρ εύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρὸς, ἠδέ γε θείου.
Σ ῆμα δέ τοι τότε πᾶσι βροτοῖς ἀριδείκετον, οἷον
Τ ὸ ξύλον ἐν πιστοῖς, τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται,
Α νδρῶν εὐσεβέων ζωὴ, πρόσκομμά τε κόσμου·
Υ δασι φωτίζον πιστοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς.
Ρ άβδος ποιμαίνουσα σιδηρείη γε κρατήσει.
Ο ὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίσιν θεὸς ἡμῶν,
Σ ωτὴρ ἀθάνατος, βασιλεὺς, ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν.

Καὶ ταῦτα τῇ παρθένῳ δηλαδὴ θεόθεν ἐπέστη προκηρύξαι. μακαρίαν δ' αὐτὴν ἔγωγε κρίνω, ἣν ὁ σωτὴρ ἐξελέξατο προφῆτιν τῆς ἑαυτοῦ περὶ ἡμῶν προμηθείας. ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπιστοῦσι, καὶ ταῦθ' ὁμολογοῦντες Ἐρυθραίαν γεγενῆσθαι Σίβυλλαν μάντιν· ὑποπτεύουσι δέ τινα τῶν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ποιητικῆς μούσης οὐκ ἄμοιρον, τὰ ἔπη ταῦτα πεποιηκέναι, νοθεύεσθαί τε αὐτὰ, καὶ Σιβύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγεσθαι, ἔχοντα βιωφελεῖς γνώμας, τὴν πολλὴν τῶν ἡδονῶν περικοπτούσας ἐξουσίαν, καὶ ἐπὶ τὸν σώφρονά τε καὶ κόσμιον βίον ὁδηγούσας. ἐν προφανεῖ δ' ἀλήθεια τῆς τῶν ἡμετέρων ἀνδρῶν ἐπιμελείας, συλλεξάσης τοὺς χρόνους ἀκριβέστερον, ὡς πρὸς τὸ μηδένα τοπάζειν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ κάθοδον καὶ κρίσιν γεγενῆσθαι

τὸ

τὸ ποίημα, καὶ ὡς πάλαι προλεχθέντων ὑπὸ Σιβύλλης τῶν ἐπῶν ψεῦδος διαφημίζεσθαι. ὁμολογεῖται γὰρ, Κικέρωνα ἐντετυχηκότα τῷ ποιήματι, μετενεγκεῖν τε αὐτὸ εἰς τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον, καὶ συντάξαι αὐτὸ τοῖς ἑαυτοῦ συντάγμασι, τοῦτον ἀναιρεθῆναι κρατήσαντος Ἀντωνίου. Ἀντωνίου δ' αὖ πάλιν Αὔγουστον περιγεγονότος, ὃς ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐβασίλευσε. τοῦτον Τιβέριος διεδέξατο, καθ' ὃν χρόνον ἡ τοῦ σωτῆρος ἐξέλαμψε παρουσία, καὶ τὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας ἐπεκράτησε μυστήριον, ἥ τε νέα τοῦ δήμου διαδοχὴ συνέστη. *Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.*

Quæ ſic vertunt;

I udicii fuerit cum ſignum, terra madebit;
E t cælo veniet princeps per ſæcla futurus,
S cilicet ut carnem præſens & judicet orbem.
O mnis homo hunc, fidusque Deum, infidusque videbit,
V na cum ſanctis excelſum fine ſub ævi.
S ede ſedens animas cenſebit, corpora & ipſa.
C herſos erit mundus, ſpinas feret undique tellus.
R ejicient ſimulachra homines & munera Ditis.
I nquirens portas infringet carceris atri.
S ic etenim cuncta veniet lux libera carni,
T unc ſanctis: ignis ſontes æternus aduret.
O ccultos actus omnes & quiſque loquetur;
S ed tenebroſa Deus colluſtrans pectora pandet.
T Hrenus erit cunctis, & ſtridor dentis adeſi.
E ffugiet ſolis jubar, aſtrorumque choreæ,
O mne poli lumen ſolvetur, & aurea luna.
V alles extollet, colleſque à vertice perdet.
V ſquam nec celſum mortalibus aut grave quicquam.
I nde æqui montes campis; hinc cerula ponti
O mne ratis ſpernent onus; hiſcet fulmine tellus.
S ic fontes ſimul ar ſcent; & fluminis alvei.
S tridula tum querulum ſonitum tuba fundet olympo;
O rbis grande malum rugiens, & damna futura,
T artareumque chaos monſtrabit terra dehiſcens.
E t venient omnes reges magni ante tribunal.
R efluet & cælo tunc ſulphuris amnis, & ignis.

Sic

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

S ic cunctorum hominum fient manifeſta ſepulchra.
T um fidis lignum, cornu atque optabile fiet:
A tque piorum vita hominum, nocumentaque mundi
V ndis luſtrabunt biſſeno in fonte vocatos.
R ex paſtoris erit nobis & ferrea virga.
O mnipotens Deus eſt præſcriptus verſibus iſtis,
S ervator noſtri æternus Rex paſſus amore.

Et hæc virgo perſpicue vaticinari potuit. Hanc ego quidem beatam judico, quam Servator providentię ſuę erga nos vatem elegit. Verum multi ſunt, qui hanc iſta vaticinatam eſſe non credunt, quamvis Sibyllam Erythręam vatem fuiſſe confiteantur: ſed ſuſpicantur, aliquem noſtræ religionis, poëticæ Muſæ non expertem, hęc condidiſſe carmina: eſſeque illa adulterina, & falſo Sibyllę vaticinia dici, cum utiles ſententias habeant, multam voluptatum licentiam amputantes, & ad temperatam & honeſtam vitę converſationem ducentes. Eſt autem veritas in propatulo, eoquod noſtrę religionis viri tempora diligenter & exacte collegerunt: non poſſe conjecturari, quod poëma hoc a quopiam ſit, poſt Chriſti factum deſcenſum, & judicium. Eſt enim in confeſſo, Ciceronem poëma hoc legiſſe, illudque & in Romanam dialectum tranſtuliſſe, & commentariis ſuis inſeruiſſe: denique hunc imperante Antonio interemtum: Antonium vero poſtea ab Auguſto ſuperatum, qui quinquaginta ſex annos imperavit: & huic Tiberium ſucceſſiſſe, cujus tempore Chriſti adventus illuxit, & ſanctiſſimę religionis myſterium obtinuit, ac nova populi ſucceſſio conſtitit.

Adde vaticinia de Chriſto quæ in antiquo Codice MS. Bibliothecæ Regiæ in Gallia exſtant, & Sibyllis tribuuntur.

PERSICA.

Virgine matre ſatus, pando reſidebit aſello,
Iucundus princeps, unus qui ferre ſalutem
Rite queat lapſis: tamen illis forte diebus
Multi multa ferent, immenſi fati laboris.
Solo ſed ſatis eſt oracula prodere verbo:
Ille Deus caſta naſcetur virgine magnus.

LIBYCA.

Ecce dies venient, quo æternus tempore princeps,
Irradians ſata læta, viris ſua crimina tollet,
Lumine clareſcet cujus ſynagoga recenti:
Sordida qui ſolus reſerabit labra reorum,

Æquus

Æquus erit cunctis: gremio rex membra reclinat
Reginæ mundi, ſanctus, per ſæcula vivus.

DELPHICA.

Non tarde veniet, tacita ſed mente tenendum
Hoc opus. Hoc memori ſemper qui corde reponet,
Hujus pertentant cor gaudia magna prophetæ
Eximii; qui virginea conceptus ab alvo
Prodibit, ſine contactu maris. Omnia vincit
Hoc naturę opera: at fecit, qui cuncta gubernat.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

CIMMERIA.

In teneris annis facie præſignis, honore
Militię æternę regem ſacra virgo cibabit
Lacte ſuo: per quam gaudebunt pectore ſummo
Omnia, & Eoo lucebit ſidus ab orbe
Mirificum: ſua dona Magi cum laude ferentes
Objicient puero myrrham, aurum, thura Sabęa.

SAMIA.

Ecce dies, nigras quę tollet lęta tenebras,
Mox veniet, ſolvens nodoſa volumina vatum
Gentis Iudæę, referunt ut carmina plebis.
Hunc poterunt clarum vivorum tangere regem,
Humano quem virgo ſinu inviolata fovebit.
Annuit hoc cœlum; rutilantia ſidera monſtrant.

CUMANA.

Iam mea certa manent & vera noviſſima verba,
Vltima venturi quod erant oracula regis:
Qui toti veniens mundo cum pace placebit,
Vt voluit, noſtra veſtitus carne decenter,
In cunctis humilis. Caſtam pro matre puellam
Deliget; hęc alias forma prę ceſſerit omnes.

HELLESPONTICA.

Dum meditor quondam, vidi decorare puellam
Eximio (caſtam quod ſe ſervaret) honore.
Munere digna ſuo, & divino numine viſa,

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

Quæ ſobolem multo pareret ſplendore micantem.
Progenies ſummi ſpecioſa & vera Tonantis,
Pacifica mundum qui ſub ditione gubernet.

PHRYGIA.

Ipſa Deum vidi ſummum, punire volentem
Mundi homines ſtupidos, & pectora cæca, rebellis.
Et quia ſic noſtram complerent crimina pellem,
Virginis in corpus voluit demittere cælo
Ipſe Deus prolem; quam nunciet Angelus almę
Matri, quo miſeros contracta ſorde levaret.

EUROPÆA.

Virginis æternum veniet de corpore verbum
Purum, qui valles & montes tranſiet altos.
Ille volens etiam ſtellato miſſus Olympo,
Edetur mundo pauper; qui cuncta ſilenti
Rex erit imperio: ſic credo, & mente fatebor:
Humano ſimul ac divino ſemine natus.

TIBURTINA.

Verax ipſe Deus dedit hęc mihi munia fandi,
Carmine quod ſanctam potui monſtrare puellam,
Concipiet quæ Nazareis in finibus illum
Quem ſub carne Deum Bethlemica rura videbunt.
O nimium felix, cælo digniſſima mater,
Quæ tantam ſacro lactabit ab ubere prolem!

AGRIPPA.

Summus erit ſub carne ſatus, chariſſimus atque;
Virginis & veræ complebit viſcera ſanctum
Verbum, conſilio, ſine noxa, Spiritus almi:
Deſpectus multis tamen ille, ſalutis amore,
Arguet & noſtrâ commiſſa piacula culpâ:
Cujus honos conſtans, & gloria certa manebit.

ERYTHRÆA.

Cerno Dei natum, qui ſe demiſit ab alto,
Vltima felices referent cum tempora ſoles:

He-

Hebræa quem virgo feret de ſtirpe decora.
In terris multum teneris paſſurus ab annis;
Magnus erit tamen hic divino carmine vates,
Virgine matre ſatus, prudenti pectore verax.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Hæc ſi Sibyllæ cecinerint, primus (nefas dictu) inter Prophetas iis haud dubie debetur locus. Sed quam vera hæc ſunt quæ ceciniſſe de Chriſto dicuntur, tam falſum eſt illas ea ceciniſſe. Promiſſus Meſſias, adventus Chriſti & incarnatio, & nativitas ex virgine, & crux, & procurata ejus ſanguine ac morte ſalus & redemtio generis humani μυστήρια ſunt, & hoc nomine in Sacris Literis appellantur. Falſo igitur illa de Chriſto tam aperta & vera & tanto ante tempore, ut volunt, pronunciata, Sibyllis tribuuntur. Ex Euangelica Hiſtoria a Chriſtiano, aut Semichriſtiano, certe impoſtore, ea omnia haud dubie deprompta ſunt.

Cumæum carmen, cujus meminit Virgilius, unde ſumtum.

Una modo hic ſupereſt difficultas; ſed quam, ut ſpero, haud difficile nobis erit removere. Certe conabimur. Cumæum carmen, cujus in Eclogis Virgilius, qui ſub Auguſto floruit, meminit, quodque Chriſtianorum commentum eſſe nemo dixerit, objici hic mihi poſſe intelligo. Accedit enim graviſſimorum inter Chriſtianos Patrum auctoritas, qui de Chriſto accipiunt & interpretantur, quæ, adulandi ſtudio aut veri ignorantiâ, Pollioni, Auguſti nepoti, a Marone tribuuntur. Auguſtini certe hæc ſunt Epiſt. CLVI. ad Martianum; *Non eſt cui alteri, præter Dominum Chriſtum, dicat genus humanum:*

Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetuâ ſolvent formidine terras.

Quod ex Cumæo, id eſt Sibyllino, carmine ſe faſſus eſt tranſtuliſſe Virgilius, quoniam fortaſſis etiam ille vates aliquid de unico ſervatore in ſpiritu audierat, quod neceſſe habuit confiteri. Quorum poſtrema verba tanto & tam eximio Eccleſiæ Doctori nolim ego excidiſſe. Hæc enim ſi fortaſſis vera ſint, fortaſſis & θεόπνευστον Virgilium fuiſſe dicendum erit. Quod quis dixerit? Et certum eſt tantum abeſſe ut Virgilius, cum ex Cumanæ Sibyllæ carmine hæc repeteret, de Chriſto cogitarit, ut diſertim tribuerit Pollioni. Si de Pollione, non de Chriſto accepit. Haud dubium interim eſt quin hæc, quæ ſoli & uni Chriſto ſine controverſia tribuenda ſunt, Sibyllam Cumanam vaticinatam fuiſſe, Romani tunc crediderint. Sunt ejuſdem & illa in Explicatione Epiſtolæ ad Romanos, ubi de Prophe-

Verba Auguſtini hac de re notantur.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

tis; *Fuerunt & Prophetæ non ipſius*, nempe Chriſti, *in quibus etiam aliqua inveniuntur, quæ de Chriſto audita cecinerunt, ſicut etiam de Sibylla dicitur. Quod non facile eſt credere, niſi quod poëtarum quidam in Romana lingua nobiliſſimus, antequam diceret ea de innovatione ſæculi, quę in Domini noſtri Ieſu Chriſti regnum ſatis concinere & convenire videbantur, præpoſuit verſum dicens;*

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

Cumęum autem carmen Sibyllinum eſſe, nemo negaverit. Ejuſdem deniq; Auguſtini & iſta ſunt, quæ Lib. x. C. xxvii. de Civitate Dei leguntur; *De Chriſto poëta nobiliſſimus poëtice quidem, quia in alterius adumbrata perſona, veraciter tamen, ſi ad ipſum referas, dixit;* Te duce ſi qua manent, &c. *Ea quippe dixit, quæ etiam multum proficientium in virtute juſtitię proſunt; propter hujus vitæ infirmitatem, & ſi non ſcelera, ſcelerum tamen manere veſtigia, quæ non niſi ab illo Salvatore ſanantur, de quo iſte verſus expreſſus eſt. Nam hoc utique non à ſeipſo dixiſſe Virgilius in ipſo Eclogæ initio indicat. Vnde hoc à Sibylla dictum eſſe incunctanter apparet;* & quæ ſequuntur. Oraculum igitur Sibyllæ, quod expreſſit Virgilius, quanquam ad alium tranſlatum, de Chriſto editum & accipiendum vult Auguſtinus.

Vt & Euſebii.

Ejuſdem ſententiæ eſt Euſebius, qui in Hiſtoria, cujus jam meminimus, vitæ Conſtantini, Cumæum illud laudatum Virgilio oraculum de Chriſto quibuſdam velut ſcholiis interpretatur. Verba ejus Latine verſa, ne prolixiores ſimus, exhibere hic operæ pretium erit. *Virgilius*, inquit, *in quodam Bucolicorum loco:*

Sicelides Muſæ paullo majora canamus.

Quid manifeſtius? Adjicit enim;

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

Significans videlicet, Cumęam Sibyllam. Nec his contentus, ulterius progreſſus eſt, tanquam ipſa neceſſitas teſtimonium ipſius deſideraret. Quid igitur dicit?

Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Quænam igitur hæc virgo eſt, quæ rediit? An non ea, quæ plena & fœta facta eſt de Spiritu Sancto? Et quid impedit, quo minus puella hæc de divino ſpiritu gravida, ſemper ſit & maneat virgo? Redibit autem denuo, orbemque adventu ſuo relevabit. Et addit Poëta;

Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,

Caſta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.
Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſolvent formidine terras.

Intelligimus autem dicta hæc manifeſte ſimul, & obſcure per allegorias prolata iis, qui carminum horum ſenſum altius ſub conſpectu divinitatis Dei ſcrutantur, innuere; quomodo Poëta, ne quis eorum qui in regia urbe dominabantur, culpare poſſet, quod contra patrias leges ſcriberet, & quæ jam olim inde à majoribus de diis credita fuiſſent, rejiceret, veritatem occuluerit. Noverat enim (opinor) beatam ac celebrem Servatoris mortem: ut vero immanem crudelitatem declinaret, mentes auditorum ad ſuam ipſorum conſuetudinem duxit, aitque aras fundandas eſſe, ac templa conſtruenda, victimaſque recens nato offerendas. Conſequenter autem & conſentanee reliqua etiam ſubjunxit, ſi quis recte intelligat. Dicit enim:

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Ille Deum vitam accipiet, Diviſque videbit
Permixtos Heroas, & ipſe videbitur illis.

Intelligit autem juſtos.

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuſcula cultu
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus,
Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho.

Vir admirabilis, omniſque generis eruditione ornatus, temporum illorum ſævitiem exacte ſciens, iterum dicit:

At tibi ſincero puer ubera lacte graveſcent;
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Ubera; nec magnos metuent armenta leones.

Vera dicit. Potentes enim aulæ regiæ fides non metuet.

Ipſa tibi blandos reddent cunabula flores,
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.

Et his nihil verius quiſquam, nihil etiam virtuti Servatoris accommodatius dixerit. Ipſis namque Dei cunabulis Spiritus Sancti virtus fragrantes quoſdam flores, novam ſcilicet progeniem, dedit. Serpens vero occidit, & venenum ſerpentis illius, qui protoplaſtos primus ſeduxit, ac mentes eorum in tranſverſum egit, per inſitum voluptatum oblectamentum, ut cognoſcerent imminens ipſis exitium. Etenim ante Servatoris deſcenſum, animos hominum propter ignorantiam immortalitatis juſtorum nulla bona ſpe fundatos, fractos reddidit: verum poſt paſſionem illius, poſtquam corpus, quo amictus erat, ad tempus communicatione Spiritus Sancti privaſ-

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

ſet, revelata eſt mortalibus reſurrectionis virtus, & ſi qua fæx injuſtitiæ in hominibus relicta eſt, univerſa ſacris eſt lavacris repurgata. Tunc obtemperantibus ſibi, bono eſſe animo præcepit, & ex auguſta ipſius illuſtrique reſurrectione conſimilia ſperare juſſit. Itaque non immerito occidit venenatorum ſerpentium natura: occidit & mors, obſignata vero eſt reſurrectio. Periit & gens Aſſyriorum, quæ filium Dei recuſavit. Et amomum ubique naſci dicens, ſic multitudinem cultorum Dei appellat. Velut enim ex una radice multitudo ramorum, fragrantibus floribus vernans, ac moderato rore irrigata germinat. Scite autem hæc, ô ſapientiſſime poëta Maro; & quæ ſequuntur etiam conſentanea ſunt;

At ſimul Heroum laudes, & facta parentis,
Jam legere, & quæ ſit poteris cognoſcere virtus.

Heroum laudes, juſtorum virorum opera ſignificant: patris vero virtutes, mundi hujus conſtitutionem & opificium, perpetuo conſiſtens. Forſan autem & leges, quibus Eccleſia amans Dei utitur, dum vitam cum juſtitia & temperantia decoratam agit. Admirabilis etiam eſt expedita illa amplificatio commiſerationis inter bonos & malos, quæ ſubitam repentinæ mutationis velocitatem non admittit.

Molli paulatim flaveſcet campus ariſta:

Hoc eſt, divinæ legis fructus maturuit.

Incultiſque rubens pendebit ſentibus uva.

Quæ quidem non ſunt ſecundum illicitam vitæ converſationem.

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Stoliditatem hominum illius temporis, ac ſtrigoſos mores deſcribit: & quam ſuavem hi, qui filium Dei audiunt, tolerantiæ ſuæ fructum recepturi ſint, docet.

Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ jubeant telluri infindere ſulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.

Recte, ô ſapientiſſime poëta! poëticam enim facultatem quouſque licuit uſurpaſti. Non enim vaticinari poteras, quod propoſitum habebas, cum Propheta non eſſes. Deinde & periculum quoddam opinor tibi obſtitit; quod imminebat, ſi à majoribus ſancita reprehendiſſes. At veritatem communiter & ſecure pro viribus, illis qui intelligere poterant, expreſſit, dum turres ac bellum accuſans, quæ revera etiamnum in vita mortalium inquiruntur,

Ser-

Servatorem ad Trojanum bellum proficiſci ſignificat: Trojam autem, totum orbem intelligit. Expugnavit igitur palam pravam illam adverſariam potentiam Chriſtus, ex propria providentia, & maximi patris mandato miſſus. Sed quid poſt iſta Poëta dicit? *Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.*

Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.

Hoc eſt, ubi adoleverit malis, quę vitam humanam occupant, radicibus extirpatis, totam terram pacis ornamentis decorabit.

Cedet & ipſe mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem.
Robuſtus quoque jam tauris juga ſolvet arator.
Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.
Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis,
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere ô magnos, aderit jam tempus, honores
Chara Deum ſoboles, magnum Iovis incrementum.
Aſpice convexo nutantem pondere mundum,
Terraſque, tractuſque maris, cœlumque profundum:
Aſpice venturo lætentur ut omnia ſeclo.
O mihi tam longe maneat pars ultima vitæ,
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta:
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adſit
Orphẽ Calliopeia, Lino formoſus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum ſi judice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe judice victum.

Vide, inquit, etiam elementorum omnium gaudium. Arbitretur iſta quiſquam inſipientium de genere mortalium dici. Verum quæ fuerit ratio, ut nato filio hominis terra nec ſata ſit, nec arata, nec vitis falcem aut aliam quampiam culturę curam admittat? Quomodo intelligetur, hoc de humana dictum eſſe generatione? Natura enim divini mandati miniſtra eſt, non humanę juſſionis operatrix. Sed & gaudium elementorum, deſcenſum Dei, non hominis alicujus partum ſignificat. Et quod Poëta vitæ ſibi finem prorogari optat, divinæ eſt denominationis ſymbolum. Vitam enim ac ſalutem à Deo petere ſolemus, non ab homine. Dicit itaque Erythræa ad Deum:

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

quid mihi, ô Domine, divinationis neceſſitatem imponis: & non potius è terra in ſublime ſublatam, uſque ad beati adventus tui diem cuſtodis?

Has, & ſimiles alias, veterum Chriſtianorum ſententias auctoritateſque haud dubie opponent illi, quibus & Sibyllas talia, qualia promunt, de Chriſti adventu ac miniſterio ceciniſſe, & Auguſtum Cæſarem ex earundem oraculis certi aliquid de Chriſto, & incarnationis redemptioniſque humani generis myſterio cognoviſſe, temere ac falſo negaſſe videbor. Incredibile enim dictu eſt, quam ejuſmodi commenta, præſertim ſpecie magnifica, & jam inveterata, ineptis hominibus, quique oblata non expendunt ſed amplectuntur, quorum maximus ſemper eſt numerus, blandiantur. Scio ego, talia ſemel tradita & perſuaſa ægre impetrare miſſionem. Sed non minus in errore verſantur qui tradidere, quam qui amplectuntur. Dicam igitur quod res eſt, & ſentio. Non diffiteor ego, quanquam Chriſtiano homini Scripturæ hiſtoriæque de Domini adventu ac vita divinitus inſpiratæ ad fidem abunde ſufficiant, nonnihil tamen momenti, præſertim ad retundendam paganorum incredulitatem, eſſe in iis paganorum teſtimoniis, quibus Euangelicæ Hiſtoriæ veritas confirmatur. Et certe magni facienda ſunt. Sed & id fateri hic neceſſe habeo, injuriam, & quidem graviſſimam, veritati fieri, ubi mendacium, aut quod falſum eſt, in ejus patrocinium advocatur. Nec enim illa his defenſoribus eget. Sibyllina oracula falſa eſſe eo nomine quod auctores mentiantur, ex iis, quæ jam in medium adduximus, ſatis poteſt conſtare; quanquam eo prodita titulo ac nomine plurima vera habeant, de quibus non poteſt dubitari. Quod de Cumæi carminis, cujus Virgilius meminit, argumento inprimis affirmandum eſt. Vera haud dubie, & ſoli ac uni Chriſto debentur, quæ in eo dicuntur. Atquam illa vera ſunt, tam falſum eſt Cumæam illa ceciniſſe, licet ceciniſſe a Romanorum Poëtarum principe dicatur. Commenti ergo aut mendacii hujus origo hic aperienda eſt, ut quod de Chriſto ejuſque adventu prædictum vere eſt, falſo a Sibylla prædictum affirmari, tandem intelligatur. Res autem, ut ego opinor, imo plane ut res eſt, ita, ut jam dicam, ſe habet; & ita habere ſeſe nulli, ut ſpero, eorum, qui falli aut decipi inanibus nominibus ac titulis nolunt, poſthac negabunt. Notum, neque pluribus inter Chriſtianos probandum eſt, jam ab ipſo quaſi mundi exordio, poſt primorum, in quibus poſteri

Eadem refelluntur; & quæ Sibyllis tribuunt, ex Prophetiis deſumpta eſſe oraculis, oſtenditur.

omnes damnati ſunt, parentum lapſum, editum divino ore fuiſſe oraculum de mediatore inter Deum læſum & homines reos futuro, & ſuo tempore, ſalutis hominum cauſſa, corpus hominis ex fœmina homine aſſumpturo. Notum & illud eſt, ejuſmodi oracula deinde Patriarcharum Prophetarumque ore ſcriptoque, Deo inſpirante, ſæpius fuiſſe repetita. Notum quoque in iiſdem oraculis ſceptri, regni, Ducis ac Principis & Regis diſertim factam fuiſſe mentionem. Notum denique, Judæorum vulgus interpretando hæc omnia de rege Meſſia, ejuſque regno, &, rege aliquo regnoque, ut ſic dixerim, ſæculi, ſed male, ut res ipſa docuit, accepiſſe. Neque dubitandum eſt, quin ambitioſa & ventoſa & inſolens Iudæorum natio, ejuſmodi oracula, & hanc eorum ſententiam, continuo inter reliquos Orientis populos jactaverit, iiſdemque perſuaſerit, ex Oriente & Iudæa profecturum aliquando Principem, qui longe lateque eſſet regnaturus. Gentes, cum hæc accepiſſent a Iudæis, ſicut Iudæi acceperant a Prophetis, Prophetarum, quibus oracula divinitus erant inſpirata, ignaræ, ſuis vatibus, Sibyllis inprimis, tribuêre. At non Sibyllarum, ſed Prophetarum ea erant; non erant divinitus Sibyllis aut aliis ejuſmodi inter gentes vatibus inſpirata, ſed Prophetis: ex quibus cognita de adventu Regis ac Domini Meſſiæ Iudæi per gentes ſparſere; gentes autem, cum Prophetas alios non agnoſcerent eorum auctores, a Sibyllis prodita credidere. Itaque Prophetica (de Veteris Teſtamenti inter Iudæos ſanctiſſimis vatibus loquor) haud dubie origine ſunt, non Sibyllina, quæcunque de venturo Domino ac Rege, qualis Meſſias fuit, prædicta ab iis leguntur. Aut nihil de Chriſto prædixerunt gentium vates & ſacerdotes; aut ſi quid prædictum ab iis poſſit videri, jam ante prædictum a Prophetis, & per manus quaſi Iudæorum ſibi traditum, prodidere. Poſt vates alios, & ex vatibus aliis eadem eventura de re proferre, non tam vaticinari eſt, quam aliorum tantum vaticinia, quod quivis poteſt, referre. Si quis Chriſtianorum hodie admoneat, futurum fine ſæculi glorioſum Chriſti in nubibus adventum ac conſpectum, judicaturum mortuos pariter ac viventes, reſurrecturos mortuos, & poſt mortalem hanc vitam æternam reſtare ac immortalem (ut de aliis jam non dicam, quæ in Apoſtolorum ſcriptis, & inprimis divina Ioannis Apocalypſi eventura dicuntur, nec adhuc evenere, ſed certo eventura ſunt)

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

neque vatem ſeſe feret, neque videbitur aliis, niſi ridiculus velit videri. Neque enim prædicit, niſi quod jam conſtat eſſe prædictum. Referet aliorum vaticinia, ipſe non vaticinabitur. Neque minus ridiculi videri debent illi, qui Sibyllarum de Meſſiæ adventu tantopere celebrata oracula Sibyllis tanquam vatibus adſcribunt, cum Prophetarum ſint; a quibus per Iudæos accepere, ad quos ſolos, tanquam primos eorum & divina luce illuſtratos auctores interpreteſque, ſine dubio referenda ſunt. Nemo, cui Sacras literas verſare licuit, neſcire poteſt, Deum non ita feciſſe omni nationi aut populo, ſicut Iudæis fecit. Revelata enim per Patriarchas, Moiſen & Prophetas myſteria ſunt de lapſu primorum parentum, & redemptione generis humani per ſemen mulieris, contriturum caput ſerpentis, hoc eſt, Redemptorem & Salvatorem omnium, qui in eum credituri ſunt, Ieſum Chriſtum, aliiſque, quæ ad æternam hominis felicitatem pertinent. Revelata ea olim non fuere gentibus. Alias non aliud factum tunc fuiſſet Iudæis, quam gentibus. At aliud factum conſtat. Quare & Iudæi populus Dei appellantur. Iudæi ſingulari titulo ac prærogativa populus Dei, quia tunc ſolis iis hæc de ſervando per venturum, & humana induendum carne, Meſſiam genere humano, explorata ac aperta fuere. Si ſolis Iudæis, ſi ſoli populo Dei, qui eſt Iudaicus, quare aut quomodo credemus, eadem alias nationes, niſi forte per Iudæos, cognita habuiſſe? Et certe, quod jam diximus, cognita quædam de adventu Regis, qui feliciſſima humano generi tempora eſſet redditurus, habuere nationes; at non per Sibyllarum aut aliorum oracula, ſed per tradita & accepta a Iudæis: quibus ſolis & primis hæc, Deo ſolo inſpirante, primo ipſius ore, deinde per Patriarchas & Prophetas, erant revelata. Nihil iſtis eſt certius. Sicut & nihil falſum magis mihi videtur, quam credere illa jam vera & certa, quæ de Rege Meſſia pronunciata Sibyllis tribuuntur, a Iudæis eas non accepiſſe. Habuerunt igitur a Iudæis Sibyllæ, quæ de Chriſto edixiſſe dicuntur. Prophetarum ea oracula ſunt, non Sibyllarum.

Oracula de Regis Meſſiæ adventu edita, cognita Romanis aliiſque, exhibentur, & explicantur.

Quæ hactenus hac de re diſſeruimus haud dubie vera eſſe, & fidem in recte ſentientium judiciis contra credita & tradita hactenus, quæ à vero aliena ſunt, debere mereri vel ex oraculis ipſis, (ſi oracula dicenda ſint ea paganorum vaticinia, quæ reddunt & repetunt priora quæque ſunt aliorum) ante Chriſti adventum de

adventu

adventu Chriſti editis, & circa tempus ejuſdem adventus per totum Orientem, interque Romanos ipſos celebratiſſimis, ex Propheticis nempe libris Veteris Teſtamenti deprompta ea & per Iudæos ſignificata gentibus fuiſſe, certo conſtare poſſe mihi quidem videtur. Præcipuum eorum ac nobiliſſimum, Suetonioque pariter ac Tacito, graviſſimis & fidei præclaris inprimis auctoribus memoratum, ſi inſpiciamus, rem ita, ut dixi, habere ſeſe comperiemus. De eo, cujus meminit Suetonius, quodque traditum a Maratho, primo dicendum eſt.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Iulio Maratho memoratum.

Oraculum, quod huc inprimis facit, & circa tempora nati Auguſti, adeoque proximis nativitati Domini temporibus celebratiſſimum apud Romanos, recitat Suetonius in vita Auguſti, ex Hiſtoria vitæ & rerum ejuſdem Cæſaris, quam ſcripſit libertus ejus Julius Marathus. *Auctor eſt*, verba ſunt Suetonii, *Iulius Marathus, ante paucos, quam naſceretur* (Auguſtus nempe) *menſes, prodigium Romæ* (intelligit prodigii nomine, ut ex ſequentibus apparet, oraculum) *factum publice, quo denunciabatur,* REGEM Pop. Rom. NATURAM PARTURIRE: *Senatum exterritum cenſuiſſe, ne quis illo anno genitus educaretur; eos, qui gravidas uxores haberent, quo ad ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe ne Senatusconſultum ad ærarium deferretur.* Locus profecto inſignis eſt, & tanto hic dignior obſervatione, quia Chriſtianorum, quod ſciam, nemo, ejus meminit, ubi tamen adventum Regis Ieſu Chriſti ac natalia cognita paganis fuiſſe contendunt. Oraculo igitur iſto ſignificatum eſt, REGEM NATURAM RERUM PARTURIRE. Et parturiiſſe tunc, ex Chriſtiana Hiſtoria conſtat, nempe Ieſum Chriſtum, Meſſiam Regem. Romani de Rege quodam ſuo interpretati ſunt. Et iccirco, ne quis illo anno genitus educaretur, Senatusconſultum fecere. Quaſi vero ſic è medio tolli rex potuerit, quem gignendum oraculum deſignabat, ab iis, qui ejecto Tarquinio Superbo, ac regio nomine damnato ejuratoque, olim affirmaverant, nunquam ſe paſſuros quemquam Romæ regnare. Certe aut falſum hoc oraculum, aut eidem conſtare veritas Romano Senatui videbatur. Si falſum, cur occidi tot infantes ille voluit? Si autem verum crediderit, quare tot infantibus ac innocentibus è medio ſublatis falſum id facere atque eludere ſe poſſe præſumſit? Patet interim hic ſub illuſtri exemplo Chriſtianæ veritas ac fides Hiſtoriæ. Haud dubie (quivis

De Chriſto accipiendum eſſe, oſtēditur.

Anno Christi 1. & aliquot ſeqq.

enim poteſt animadvertere) oracula a Prophetis edita de Chriſto Rege gignendo circa hæc tempora per Iudæos, divinorum oraculorum quaſi cuſtodes, quanquam non ſatis ea intellexiſſe ſe Iudæorum plerique mox oſtenderint, quaquaverſum ſparſa, Romanis etiam innotuerant. Nam regnaturum Meſſiam in Prophetarum ſcriptura palam legebatur. Teſtimonia in eam rem conferri poſſunt ex antiquo Fœdere plurima. Sed vel unicum modo, ex Iſaia Propheta depromtum, facile hic cuivis ſatisfaciet. Verba ejus ex Cap. LII. hic neceſſario exhibenda ſunt. Agunt enim de Chriſto Meſſia regnaturo. *Evigila*, inquit, *evigila, indue robur tuum, ô Tzion; indue veſtes ornatus tui Hieroſolymitanorum civitas ſancta. Nam non perget invadere te amplius preputiatus & immundus. Excute te ipſam è pulvere, ſurge, ſede urbs Hieroſolymitanorum; explica te vinculis colli tui, ô captiva filia Tzionis. Nam ſic ait Iehova; Gratis vendidiſtis vos, & ſine pecunia vindicabimini. Nam ſic ait Dominus Iehova; In Ægyptum deſcenderat populus meus olim ad peregrinandum illic. Aſſyrius quoque pro nihilo oppreſſit eum. Nunc autem quid mihi eſt? Dictum Iehovæ. Nam captus eſt populus meus gratis; dominatores ipſius ejulant; (Dictum Iehovæ) & jugiter quotidie nomen meum irritatur. Iccirco experietur populus meus nomen meum; iccirco, inquam, experietur, illo ipſo die me eum eſſe qui proloquitur. Ecce me.* QUAM DECENTES SUNT SUPER ISTOS MONTES PEDES EUANGELIZANTIS, PRONUNCIANTIS PACEM, EUANGELIZANTIS BONUM, PRONUNCIANTIS SALUTEM, DICENTIS TZIONI; REGNAT DEUS TUUS. Sequuntur quæ huc faciunt alia; & apud ipſum Prophetam eo, quem indicavimus, loco legenda ſunt. Regnaturus igitur dicitur venturus Meſſias. Et haud dubie ejus eſt regnum; at non tale, quale ſibi & aliis perſuadebant Iudæi; certe perſuaſiſſe Romanis videntur. Oraculum igitur, cujus meminit Julius Marathus, à Iudæis & ex Oriente accepere Romani, ſimul cum perverſa, quæ Iudæis tunc ſedebat, ſententia de Meſſiæ Regis regno non alio quam ſæculi, ut nunc ſic loquar, futuro. Patet ergo verum eſſe quod dixi; quæ de Chriſto pronunciata olim vera erant oracula, Iudæorum ſiniſtra interpretatione corrupta paganis prodita, iiſdem præbuiſſe occaſionem ea potius aliis omnibus, ut Auguſto, aliiſque, de quibus dein dicemus, quam Chriſto, ad quem ſolum referenda ſunt, quemque ſolum ea ſignificant, referendi. Oracula igitur illa, quæ nota gentibus Domini Meſſiæ gignendi meminere,

Propheta de regnaturo Chriſto verba male accepta.

minere, nec ſatis iis intellecta, aliis, de quibus in iis non agebatur, tributa ſunt, non Sibyllarum aut aliorum inter paganos vatum ſunt, ſed Prophetarum: quæ a Iudæis accepta & ignorantia veri & adulandi ſtudio de Principibus ſuis edita voluere; cum non alium quam Chriſtum ſignificarent. Iudæi, rerum quæ prædictæ olim erant parum intelligentes, ex ſcriptis Prophetarum; Pagani, quorum adulandi principibus immenſo & pene incredibili ſtudio nihil horum negligendum aut contemnendum videbatur, a Iudæis ejuſmodi oracula accepere. Addam alibi, ex quo etiam id quod dixi veriſſimum eſſe haud dubie cuivis, qui veritatis ſtudioſus eſt, palam liquebit; oracula, nempe, quæ ad Chriſtum pertinent, & de eo haud dubie intelligenda ſunt, laudata gentibus, & quæ profecta a gentibus, quod hactenus volunt, Chriſtianæ Hiſtoriæ fidem adſtruunt, origine non a gentibus, aut dæmoniis vel ſacerdotiis gentium eſſe, ſed a Prophetis.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Nullis minus notus adventus Meſſiæ fuit, quam Iudæis, quibus tamen ex editis pridem divinis oraculis debuit, certe potuit, eſſe notiſſimus. Unde juſtiſſima illa Domini querela, Eſſe avibus cœli ſuos nidos; non habere autem Dominum ubi caput inclinet. Quæ de Iudæa & Iudæis haud dubie accipienda ſunt. Unde & illa ad eoſdem Iudæos ipſius Meſſiæ & Domini; *Quærite, & invenietis.* Haud aliter, quam ſi dixiſſet; Scripturæ veteris fœderis, de quibus vos Iudæi dubitare non poteſtis, quaſque quotidie inſpicitis & offertis populo, de me meoque adventu teſtantur. Iis non poteſtis non fidem habere; neque ex iis non poteſtis cognoſcere me eſſe verum & promiſſum vobis Meſſiam. Cum hæc verba, *Quærite & invenietis;* Chriſtiani quidam, ſed nihil minus quam Chriſtiani, ita acciperent atque interpretarentur, tanquam de religionis Chriſtianæ veritate ſatius eſſet ſemper quærere ac ambigere, quam certi aliquid adfirmare, Iudæis dicta, quibus in adventum Meſſiæ ex antiqui Fœderis, Propheticis præſertim, libris inquirendum eſſet, merito Tertullianus Lib. de Præſcrip. Hæretic. affirmavit. Eo inprimis loco, quo inquit; *veniſſe ad eum ſe articulum; quem,* dicit, *& noſtri prætendunt ad incundam curioſitatem, & hæretici inculcant ad importandam ſcrupuloſitatem. Scriptum eſt, inquiunt;* Quærite & invenietis. *Quando hanc vocem Dominus emiſit, recordemur. Puto in primitiis ipſis doctrinæ ſuæ, cum adhuc dubitaretur apud omnes, an Chriſtus eſſet; & cum adhuc nec Petrus illum,*

Nullis minus notus adventus Meſſiæ fuit, cum advenit, quam Iudæis, & quare.

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

filium Dei pronunciaſſet; cum etiam Ioannes, de illo certus, eſſe deſiſſet. Merito ergo tunc dictum eſt: Quærite & invenietis; *quando quærendus erat, qui adhuc agnitus non erat. Et hoc quantum ad Iudæos. Ad illos enim pertinet totus ſermo ſugillationis iſtius, qui habebant ubi quærerent Chriſtum.* Habent, inquit, Moyſen & Heliam, *id eſt, Legem & Prophetas Chriſtum prædicantes: ſecundum quod & alibi aperte;* Scrutamini, *inquit,* Scripturas; *in quibus ſalutem ſperatis.* Illæ enim de me loquuntur. *Hoc erat,* Quærite & invenietis. *Nam & ſequentia in Iudæos competere, manifeſtum eſt.* Nullis igitur minus notus Meſſiæ adventus fuit, quam quibus quærentibus notiſſimus eſſe potuit, cognatis ejus, domeſticis, & toties admonitis, id eſt, Iudæis; quibus teſtamenta dederat Deus & promiſſiones, ac elogia ſua crediderat; quoſque prima & antiquiſſima vocatione ſui velut primordia regni eſſe voluerat. Dubium interim neque Iudæis ipſis, neque Chriſtianis eſſe poteſt, quin id, quod Meſſiæ adventum præceſſit, tempus *viſio* fuerit, & ſequuta eam *exſpectatio* Meſſiæ. Sic enim Sacræ Literæ, quarum ſermone uti in his ſimilibuſque neceſſe eſt, loquuntur. Viſionem vocat Habac. 2. ſ. 4. *Adhuc viſio ad tempus, & præco in fine, qui non mentietur. Si tardet, præſtolare ipſum; quia veniendo veniet, & non veniet ſerius. Ecce acclivatur, cujus anima non eſt recta in ipſo; & juſtus in fide ipſius vivet.* Exſpectationem alii, & alibi, vocant. Viſio nihil revera fuit aliud, quam futurarum rerum venturique Meſſiæ ſimulachrum & quædam velut ſignificatio. Quæ data Iudæis non una, ſed multiplex fuit. Ex viſione nata, eamque ſequuta eſt, exſpectatio. Quæ & omnium ante adventum Domini Iudæorum fuit. Et hæc exſpectatio illorum temporum fides haud dubie dicenda eſt. Hanc porro exſpectationem, licet, opinione & deſideriis optimorum etiam peritiſſimorumque harum rerum inter eoſdem Iudæos, diutius prolata fuerit, tamen certo neq; mutando termino, quomodo doctiſſimum Cocceium differentem nuper audiebamus, finiendam aliquando, non potuit non conſtare. Finem autem & videndi pariter & exſpectandi factum per adventum, quomodo ſanctiſſima Scriptura, & quæ mentiri non poteſt, loquitur, teſtis minime mentientis, qui & ſervus Dei, & juſtus, & germen Davidis juſtum, in cujus ore non eſt dolus, & qui ἁρπαγμὸν non admiſit, quæ ſoli Chriſto tribuenda ſunt, Iudæis etiam debuit conſtare. Hujus teſtis officium erat viſionem mutare in præconium, & eâ

ratione

ratione viſionem ac Prophetiam obſignare. Mutavit haud dubie & obſignavit natus tandem verus Meſſias, Ieſus Chriſtus. In illius igitur adventu viſio omnis, prophetia, typus, & figura omnis, omniſque adeo adventus Meſſiæ exſpectatio finiuntur. Quare & ipſe Dominus, *Prophetæ omnes, & lex uſque ad Ioannem,* præcurſorem nempe, ut vocant, Domini, *prophetaverunt.* Nihilominus Iudæi viſionem aliquando videndi, quam videre eum, qui videri jam poterat, & Dei filium, ac Deum & verum Meſſiam multis, quæ ſtupendæ erant, editis geſtiſque rebus, ſeſe palam omnibus, in Iudæa præſertim, oſtendebat; & exſpectare, ſed fruſtra, diutius, quam diu exſpectatum, & ipſum illum, quem exſpectaverant, cujuſq; adventum diutius differri non poſſe ex tot Prophetarum oraculis diſcere potuerunt, ut verum Meſſiam excipere & amplecti maluerunt. De cujus incredulitatis Iudæorum cauſſa alia alibi, petitis, quod noſtri hic inſtituti eſt, ex ipſa rerum geſtarum hiſtoria, graviſſimis pro adventu Ieſu Chriſti, tanquam unici & veri Meſſiæ, argumentis, dicturis nobis, una hic, ubi de exortu ejuſdem veri Meſſiæ & natalibus agimus, quia & huc facit, notanda videtur.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Quare Iudæi adventum Meſſiæ in Chriſto non crediderint.

Nunquam oraculorum Dei, quæ de venturo Meſſia aut Chriſto pronunciaverant, aut negligentes magis ac ignari, quia alia omnia de Meſſia ſuo mente præceperant, fuere Iudæorum Magiſtri & Doctores, aut ſecurius Iudæorum vulgus traditionibus eorum falſis ac doctrinæ inhæſit, quam eo, quo humana indutus carne eſt Dominus noſter, tempore.

Eâ, quâ natus eſt Dominus noſter, tempeſtate celebres inprimis inter Iudæos erant ſectæ parteſve PHARISÆORUM, SADUCÆORUM, & ESSÆORUM.

Tres, cum naſcitur Dominus, ſectæ, & ignorantia Iudæorum.

Phariſæi quædam, neque enim omnia, fato tribuebant; quædam autem in ſuâ vel agendi, vel non agendi poteſtate eſſe, ſtatuebant. Erant autem diverſæ eorum factiones: ſeptem in Iudæorum Thalmude commemorantur. Accuratiores certe in obſervanda lege Moſaïca cæteris videri volebant. Hinc illius iſta ad Chriſtum; *Hæc omnia ſervavi à juventute mea; quid mihi deeſt?* Accedebat quod plurima, non præſcripta aut mandata in lege, populo Iudaico obſervanda iidem mandarent. Quod ex hiſtoriæ Euangelicæ lectione cuivis poteſt conſtare.

Phariſæi.

Saducæi, adverſi Phariſæis, horumque non agnoſcendam

Saducæi.

auctori-

Anno Christi 1. & aliquot ſeqq.

auctoritatem docentes, volebant eas tantum obſervari leges, quæ divinâ Scriptura continentur. Atque hinc magnæ graveſque inter eos exortæ ſunt controverſiæ, dum ditiores favent Saducæorum partibus; Phariſæis autem favet reliqua multitudo; ut auctor eſt Ioſephus Antiq. Lib. 13. Cap. 18.

Eſſeni.

Eſſeni, Iudæi aſcetæ, ſeveriorem adſtrictamque diſciplinæ, cui obnoxii alii non erant, vitam amplexi, contemplationi, ut Patres Chriſtiani loquuntur, vocandiſque ſub examen iis quæ religionem concernunt, inprimis vacabant. Hinc & nomen iis Eſſenis; idem eſt, ac ſi tu dixeris, contemplatores. Si Joſepho, Philoni, & Euſebio, aliiſque, habenda fides ſit, nemo inter illos puer, nemo adoleſcens; viri omnes, aut ſenes, juſtæ certe ætatis erant. In civitatibus vitam non agebant, exiſtimantes ut contagionem aëris corporibus, ita & cum vulgo conſortia animo nocere. Horum alii agros colebant; alias alii artes ſuo & proximorum commodo ac bono exercebant. Neque aurum, neque argentum ſeponebant ſibi ſuiſve; neque ingentia, ut ille loquitur, rura laudabant, ſed tantum modo colebant, quantum neceſſitatibus poſſet ſufficere. Soli enim ex omni hominum genere pecuniam ſpernentes, neque agros ſibi ementes, ſolâ virtute ſacrâque, cui dediderant ſeſe, diſciplinâ divites putabantur; in vivendo temperantiam, paucorumque, quæ neceſſaria homini ſunt, deſideria, præcipuas ſolaſque eſſe divitias judicantes. Nemo eorum tela, enſes, galeas, ſcuta, aut ejuſmodi alia belli inſtrumenta machinaſve factitabat; ſed nec eas exercebant artes, quibus plerumque fit, ut iniquiores eſſe ſe homines oſtendant. Nullus iis mercaturæ uſus, navigationis in remotas oras nullus; prędam omnem ex hoſtibus averſabantur. Nemo ſervus apud eos, ſed cum omnes liberi eſſe crederentur, alteri alteris ſerviebant. Omnes enim dicebant eâdem naturâ, id eſt, eâdem quaſi matre genitos; qui quamquam non dicerentur reverâ tamen eſſent fratres. Iſti Philoſophiæ parti, quæ de moribus agit, plurimum tribuebant. Regulam porro triplicem (veniam mihi ſic cum Chriſtianis loquenti nunc hic peto) præſcriptam ſibi diligentiſſime ſequebantur, Deum maxime & ante alios omnes amantes, colentes virtutem, ac amori in proximum nemini cedentes. Ex iis, quæ de Eſſenis hactenus dicta nobis hic ſunt, apparet haud abſimilem vero eſſe ſententiam eorum, qui ab Eſſenis, Iudæorum aſcetis,

Ab Eſſenis Monachorum inter Chriſtianos inſtituti origo.

mona-

Monachorum, qui inter Chriſtianos hodie ſunt, originem repetunt. Certe omnia conveniunt, illuvies inprimis & ſquallor Monachorum. Dubitare nos Rutilius Gallus in Itinerario non ſinit. Ejus de Monachis iſta ſunt, ubi de Capraria; *Anno Christi 1. & aliquot ſeqq.*

Squallet lucifugis inſula plena viris;
Hi ſeſe Grajo Monachos cognomine dicunt.

Ejuſdem quoque ſunt & iſta alibi de ſolitario;

Infelix putat illuvie cœleſtia paſci;
Seque premit ſævis ſævior ipſe Deis.

Neque alia haud dubie cauſſa eſt, quamobrem Eunapius, Chriſtiani nominis hoſtis infenſiſſimus, in libro de Vitis Philoſophorum, de Monachis ſui temporis ſcribat, ὑώδη βίον, hoc eſt, ſuis vitam ipſos vivere, quod illud animal immunditiem & ſordes in amoribus ac delitiis habeat, lutoque & olenticetis præcipue gaudeat. Origo igitur Monachorum, quos habent hodieque & agnoſcunt plurimi Chriſtiani, ab Eſſenis eſt. Quin ſimillima utriuſque inſtituta ordinis ſint, nemo, aut ego fallor admodum, negaverit. *Monachorum inſtitutum ortu ab Eſſenis.*

Hi Iudæorum tunc temporis Magiſtri erant & Doctores; &, ut ex iis, quæ jam diximus, patet, in partes abierant. Factionibus autem & diverſis ſtudiis tracta in diverſa Iudæorum Eccleſia, & Eccleſiæ doctrina, de fovendis, alendiſque & augendis partium, quibus hi aut iſti ſe dediderant, ſtudiis potius, quam veritate, quod omnis ſæculi exempla ſatis ſuperque oſtendunt, cœptum erat cogitari. Ita factum eſt, ut præcipua, inprimis de adventu Meſſiæ prodita olim oracula, aut neglecta, aut parum intellecta pleriſque fuerint, cum tamen eorum maximè, in quibus momentum haud dubie maximum erat, rationem habere ac inire debuerunt. Sic clavis, quæ cognitionis dicitur Lucæ 11, 52. ut Servator ipſe loquitur, occultata eſt. Erat autem clavis cognitionis, procul omni dubio, Κατήχησις, id eſt, quædam velut rudimenta, ex quibus, & quibus omnibus, ut oportet, Prophetarum inprimis oraculis traditis & explicatis, adventus Domini Meſſiæ intelligeretur. Cæterum ea in re & fuerant, & tunc erant vel nulli, vel negligentiſſimi Iudæorum Magiſtri & Doctores. Prophetarum poſtremus Malachias, atque adeo non diu ante veri Meſſiæ Chriſti adventum, notandos eo nomine caſtigandoſque ſacrorum apud Iudæos principes exiſtimavit. *Clavis cognitionis quaſi ablata Iudæis.*

Anno Christi 1. & aliquot ſeqq.

Dicit enim, & diſertim; *Ad vos eſt preceptum hoc, ô ſacerdotes. Fœdus meum fuit cum Levi vitę & pacis, & dedi ea ipſi timorem; & timuit me, & ob nomen meum conſternatus eſt. Doctrina veritatis fuit in ore ejus; & injuſtitia non fuit in labiis ejus; in pace & rectâ viâ ambulavit mecum, & multos reduxit ab iniquitate. Nam labia ſacerdotis ſervarent cognitionem, & doctrinam repeterent ex ore ejus. Nam Angelus Iehovæ Dei exercituum eſt.* SED VOS RECESSISTIS A VIA; IMPINGERE FECISTIS MULTOS IN LEGEM. CORRUPISTIS FOEDUS LEVI; *ait Iehova Deus exercituum.* Cap. 2. 1. 5. 6. 7. 8. Ignorantiæ igitur hac in re populi Iudaici fuit negligentia & ſecordia ſacerdotum. Oracula, quæ per Prophetas vulganda Deus juſſerat, & vulgata erant, de adventu Meſſiæ, vulgo ignorabantur, quia eorum ſententiam mentemque vulgo ſacerdotes, quod tamen his inprimis agendum erat, non offerebant. Ignavi igitur, deſideſque, & pariter ignari ſacrorum præſides apud Iudæos, ut de adventu Meſſiæ incertus eſſet populus, cum tamen ex probe intellectis Prophetarum oraculis certiſſimus eſſe potuerit, tunc fecere. Jeremias Propheta jam ante Malachiam idem illud ſignificaverat. Nam ad eoſdem ſacerdotes ille Cap. 8. 8. 10. *Quomodo dicitis; Sapientes ſumus, & lex Dei apud nos eſt? Profecto mendacium mutavit ſtylus falſarius ſcribarum.* A PROPHETA USQUE AD SACERDOTEM UNIVERSI FACIUNT FALSITATEM. Ipſi igitur Iudæorum ſacerdotes ad inſcitiam omnem & ignorantiam eorum omnium, quæ divinorum oraculorum auctoritate ac fide de eventuris rebus, Meſſiæ inprimis nativitate ac miniſterio, ſignificata erant, populo duces fuere. Nec proinde mirum videri debet, a Iudæis & domeſticis haud agnitum natum Dominum Ieſum Chriſtum fuiſſe. Perditæ certe ſacerdotum vel inſcitia vel incuria jam antè, & tunc inprimis, erant oves Iſraëlis; neque unicum & verum Paſtorem agnoſcebant. Hæc igitur vel princeps cauſſa eſt, quare promiſſum Iudæis, & ex divinorum oraculorum fide, præſcriptoque tempore, natum inter Iudæos, verum Meſſiam non agnoverint. De aliis alibi dicendi locus dabitur. Nam & alia Iudæos hac in cauſſa in deteſtandum errorem egere.

Iudæi ipſorum Iudæorum teſtimonio refelluntur.

Et hodieque, poſt tot ſæculorum intervalla, veniſſe eum Iudæi negant, qui venit: quemque, cum veniſſet, majores eorum in crucem egere. Ceterum Iudæi ipſo Iudæorum, & quidem doctiſſimorum inter eos hominum, teſtimonio, ſed paucis tamen,

iiſque

iiſque modo quæ ad geſtarum rerum hiſtoriam ac fidem attinent, cum id ſolum inſtituti noſtri ratio exigat, refellendi ſunt. Negare Iudæi non poſſunt, eſſe id vaticinium Iacobi Patriarchæ; *Non auferetur ſceptrum de Iuda, neque Dux de fæmore ejus, priuſquam veniat Meſſias.* Ante ſceptrum igitur ſublatum naſci Meſſias debuit. Neque negare Iudæi poſſunt, ſceptrum Iudæ jam pridem nullum eſſe. Sed & negare non poſſunt, jam olim poſtremum hoc ipſos affirmaſſe Magiſtros Iudæorum doctiſſimos, & inter eos etiamnum laudatiſſimos, Iudaicarumque rerum peritiſſimos. Hoc ſi negent, audiant Kimchi, tanti Doctorem nominis. Is Hoſ. 3, 4. verbis, ubi Deus dixerat, *dies multos manebunt filii Iſraëlis abſque Rege & abſque Principe;* addit; *Hi ſunt dies exilii,* IN QUO HODIE SUMUS; *nec Regem nec Principem ex Iſraële habemus.* SED IN POTESTATE GENTILIUM SUMUS, ET IN POTESTATE REGUM IPSORUM ET PRINCIPUM IPSORUM. Haud dubie ad hunc uſque diem in poteſtate aliorum ſunt ac ditione. Negare non poſſunt. Neque igitur ſceptrum jam ullum eſt Iudæ. Audiant Abrabanielem, quem tanti ipſi faciunt. Is ad Eſajæ 53. 8. addit; *Præterea meminit tertii generis malorum exilii, nempe quod* PENES ISRAELITAS NON SIT REGNUM, NEC DOMINIUM, NEC SCEPTRUM IUDICIALE. Sequuntur apud eundem ejus generis plura, Chriſtianis, Iudaicarum rerum peritiſſimis, obſervata; interque alia Synedrium eſſe Iudæis negat. Sceptrum igitur ſublatum eſt de Iuda, & Meſſiam veniſſe, dicendum eſt. Fruſtra proinde Iudæi hodie id negant, quod ea quæ adduximus tradentes doctiſſimi inter eos magiſtri affirmant.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Perſtant tamen contumaces Iudæi, ut dixi, & veniſſe Meſſiam credi nolunt, qui venit. Perſtabimus & nos hic quoque; atque, quod certo credimus, veniſſe Meſſiam illum, oſtendemus. Neque aliis jam uti argumentis animus eſt, quam quæ hujus ſunt inſtituti. Sacrarum litterarum oracula ſunt, quæ huc inprimis faciunt, & ideo hic maxime expendenda ſunt. Chriſtiani iis & Iudæi, pro ſua quiſque ſententia, utuntur. Qui horum rectius ſentiant, ex geſtarum rerum hiſtoria ac fide videndum eſt. Cum enim operis nobis hujus initium ſit æra Chriſtiana, de Chriſti adventu ac incarnati ſtatu inprimis debet conſtare. Eſaiæ Capite 53. in quo Propheta Hiſtoriam Chriſti, id eſt, venturi Meſſiæ, vaticinio explicat, duo futura in Chriſto, quorum nomine

Iudæorum contumacia, & veniſſe Meſſiam oſtenditur.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Prophetia de adventu Meſſiæ, ac humilitate ejus, verba explicantur.

offendenda eſſet Eccleſia Iudæorum, infirmitatem nempe Chriſti & ſcandalum crucis, diſertim tradit; ſed adverſus ejuſmodi offenſionis cauſſas Eccleſiam quaſi munit, docens Chriſtum infirmitates & crucem ipſam ſubiviſſe propter nos, vitam æternam ingreſſum eſſe, & beneficum futurum nobis, donec eâdem vitâ donemur.

Verba graviſſimi Prophetæ, & velut Euangeliſtæ in veteri Teſtamento, ipſa hic neceſſario reddenda ſunt. *Quis*, inquit, *credit prædicationi noſtræ; & brachium Iehovæ* (id eſt, Euangelium, quod potentiam Dei ad ſalutem credentibus, ſive brachium, quod idem eſt, vocat Doctor gentium Apoſtolus Roman. 1. 16.) *in quo revelatur? Aſſurgit quidem ut tenera planta* (humilitas Domini, quomodo Chriſtiani patres loquuntur, (Paganis enim id nomen vitium ſignificat, non virtutem) & deformis ejus forma ac ſpecies, ſi tantum hominem Meſſiam videas, hic deſcribuntur) *coram illo, & tanquam radix è terrâ ſolitaria; non eſt forma ei, neque decor; & quando intuemur eum, non ineſt ſpecies cur deſideremus eum.* CONTEMTUS ET ABJECTISSIMUS VIRORUM, DOLORIBUS AFFECTUS, ET FAMILIARIS MORBO, ET VELUT HOMO ABSCONDENS FACIEM A NOBIS, CONTEMTUS ITA UT NON ÆSTIMEMUS ILLUM. *Veruntamen morbos noſtros ipſe pertulit, & dolores ipſos noſtros bajulavit: quamvis nos æſtimemus eum plaga affectum, percuſſum à Deo & afflictum. Nam ipſe dolore afficitur à defectionibus noſtris, atteritur ab iniquitatibus noſtris. Caſtigatio pacis noſtræ imponitur ei, & tumice ejus fit curatio nobis. Omnes nos ut ovis erravimus, quiſque in viam ſuam nos convertimus: & Iehova facit ut incurrat in eum pœna omnium noſtrûm. Exigitur pœna, & ipſe affligitur: neque aperit os ſuum; ut parva pecus ad mactationem ducitur, & velut ovis coram tonſoribus ſuis obmuteſcens; neque aperit os ſuum. A coarctatione & judicio tollitur; at generationem ejus quis enarraturus eſt? Nam exſcinditur quidem ex terra viventium; ex defectione populi mei plaga eſt ipſi. Populus enim expoſuit improbis ſepulchrum ipſius, & diviti in mortem ſuam; eò quod non fecit violentiam; neque eſt dolus in ore ipſius.* Et quæ eo Prophetæ loco ſequuntur alia. Hæc de Chriſto edita oracula, Chriſtianorum nemo ambigit. Quod enim prædixit Propheta, eveniſſe Chriſto conſtat. Omnia hæc promiſſo Meſſiæ evenere. Nulla prædicta futura certius unquam facta tandem ſignificavere. Iudæi tamen veri, & ideo Chriſti hoſtes Pro-

phetici hujus, quod jam exhibuimus, oraculi ſententiam eventumque ad ſe, rerumque ſuarum, quæ conclamatæ jam ac jampridem & prope nullæ ſunt, attinere volunt. Concedemus autem hic iis, ad ipſos attinere; non quod verum id ſit, cum ſit longe falſiſſimum, ſed ut ſuo eos gladio jugulemus. Neque factu quidquam hic eſt facilius aut promptius. Magiſtri ergo Iudæorum celeberrimi ac Doctores, cum caput illud Eſaiæ explicandum ſeſe offert, non de Meſſia, ſed affligendis Iudæorum rebus, ut haud dubie jam ſunt juſtiſſima Dei immortalis irâ afflictiſſimæ, agere volunt. Et eâ occaſione Iudæos ut imperio & *αὐτοκρατίᾳ* jam omni, ut ſceptro omni omnino exutos, ut deſpectos omnibus, ut fæcem ubique pôpuli, deſcribunt. Tales autem, quales ſe jam pridem fatentur, & fateri neceſſe jam habent omnes, Iudæ ſupereſſe ſibi ſceptrum, quo modo, quo loco, apud quos oſtendent? Oſtendent nunquam. Iudæi igitur ſuo ipſorum teſtimonio falſi hic palam convincuntur, & convictos ſe falſi agnoſcere debent. Venit igitur promiſſus Meſsias, quia ſceptrum ſublatum eſt de Iuda. Dictum enim erat, non auferendum ſceptrum de Iuda antequam Meſsias veniret. Ante tot jam ſæcula ablatum eſt. Ante ablatum ſceptrum Iudæ venire Meſsias debuit. Nemini, veritatis ſtudioſo, ut oportet, id poteſt eſſe dubium. Jampridem autem ablatum eſt ſceptrum de Iuda. Nec id inter Iudæos dubium eſt. Venit igitur Meſsias; & palam falſa ac frivola ſunt, quæ contra a Iudæis differuntur.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Sceptrum quidem illud Iudæ hodieque ſupereſſe volunt in Oriente nonnulli Iudæorum, qui ex Europa profecti aut Occidente in Orientem & ſuis & pariter Chriſtianis regulos etiamnum Iudæorum ac regna iis in oris ſupereſſe, perſuaſum, vulgatis etiamnum ſcriptis, voluere. Ne, nempe, ſublatum omnino de Iuda ſceptrum videatur. Meminiſſe hic omnium haud neceſſe eſt. Unius Benjamini Tudelenſis, natione Hiſpani, religione Iudæi, qui floruit anno Domini noſtri, præter propter, 1170. & Orientis illas oras luſtraſſe ſe affirmat, teſtimonium hic ſuffecerit. Exſtat ejus Itinerarium, ſecunda editione a nobiliſsimo Viro Conſtantino l'Empereur, collega nuper meo, & repetitum, & illuſtratum, &, quod inter tot hominis Iudæi, arrogantiſque nimium ac falſi in iis tradendis quæ Iudæos concernunt, fabulas ac commenta neceſſe erat, pleriſque locis caſtigatum refuta-

Sceptrũ Iudæ Iudæi ſupereſſe ſibi volunt; nec ſupereſſe oſtenditur.

Anno Christi 1. & aliquot ſeqq.

tumque. Mira profectò ſunt, & haud dubie ſtolida ac inſana, quæ ab eo, ut in Oriente Iudæis vim imperii conſtare probet, in medium afferuntur. Neque ſane editionis ejus libelli cauſſa alia fuiſſe videtur, quam ut Occidentem habitantibus Iudæis ac Chriſtianis aliquid de reliquo nonnullo adhuc Iudæorum in Oriente imperio, ſive regno, & ſceptro Iudæ, non auferendo ante Meſſiæ adventum, perſuaderet. Ceterum ſi quis vel obiter tantum, & cum aliqua cura inſpexerit, quæ ab eo poſterorum memoriæ tradita ſunt, haud dubie inveniet; Iudæ ſceptra in Oriente non niſi pædagogorum ferulas, & regna non niſi ſcholas fuiſſe, in quibus quid Iudæorum Alpha & Beta eſſent, diſcerent puellæ. Noſtrates, qui inviſunt ad omnes terrarum oras, inprimis egregii & eminentes viri, qui in peregrinationibus id potiſſimum agunt, ut quid publici, quid privati, quid ſacri aut profani ubique, aut ſaltem eas inter, quas adeunt, gentes, moris ſit intelligant, nihil ſibi de Iudæorum aliqua in Oriente αὐτοκρατία obſervatum teſtantur. In gratiam igitur Iudæorum mentitur Benjaminus; &, ut Iudæos rerum alibi potiri in Oriente oſtendat, quod ſoli ſceptro, hoc eſt, regno tribuendum erat, ferulæ tribuit. Sed & ipſe ab habitantibus Orientem Iudæis, & ſceptrum ſibi Iudæ vindicantibus, haud dubie deceptus eſt. Ne quis hæc ficta a me exiſtimet, ipſis quibus a doctiſsimis ac peritiſsimis linguæ viris reddita ejus omnia ſunt, verbis hic mihi exhibenda ſunt.

Benjamini Tudelenſis de Principe Iudæorum in Oriente ſuperba & ventoſa narratio.

Benjamin igitur deſcripturus civitatem nobilem Orientis, Bagdad nomine, anno Chr. 766. conditam, ſedem Calipharum Abaſidarum, quandam quaſi regiam in eâ ac aulam Iudæorum Principis (CAPUT EXULUM vocat ipſe) commemorat. Sed ipſa Iudæi verba audienda ſunt; *Bagdadi*, inquit, *mille ferme Iudæi degunt; qui tranquillitate ac quiete fruuntur, imo gloria magna, ſub maximi regis imperio: inter quos etiam ſapientiſſimi ſunt & conſeſſuum primores in lege Moſaica occupati. Decem in iſta civitate ſunt conſeſſus ſive ſynedria: & ſummi ſynedrii caput, M. Doctor Samuel, filius Eli, caput inquam eminentiſſimi ſynedrii; Præfectus Levitarum eſt ſecundi caput: D. Daniel tertii ſynedrii præſes eſt; D. Eleazar Socius (ſc. D. magnus vel Scholaſticus) præſes quarti ſynedrii; D. Eleazar, filius Tſemah, ordinis procurator, cujus genealogia ad beatum Samuëlem Prophetam reducitur (is ejuſque fratres cantica modulari norunt, quemadmodum Muſici cum ſanctuarium etiamnum ſtaret modulabantur) caput ſive præſes*

eſt quinti ſynedrii; Doctor Haſdija Scholaſticorum decus, ſexti ſynedrii: D. Haggaus Princeps, ſeptimi; Doctor Ezra, octavi; Doctor Abraham appellatus Abou Takir (id eſt, pater ſanctus) noni ſynedrii caput: denique D. Zachęus filius Buſtanęi, generalis ipſorum quæſtor, præſes eſt decimi ſynedrii. Hi otioſi dicuntur: quia non occupantur ulla in re, niſi in neceſſariis populi negotiis. Atque omnibus iſtius regionis Iudęis jus dicunt, ſingulis diebus ſeptimanæ, excepto die ſecundo: quum omnes conveniunt ad M. Samuëlem, caput ſynedrii, quod ab eminentia Iacobi nomen habet; ipſeque cum decem illis otioſis, ſynedriorum capitibus, præſto eſt, ut omnibus jus dicat. Omnibus autem iſtis præeſt D. Daniel filius Haſdai, qui Exulum Caput vocatur, item Dominus noſter; & genealogiam ſuam ad regem Davidem uſque ſcripto deducere poteſt. Hic ergo à Iudęis vocatur, DOMINUS NOSTER, EXULUM CAPUT; *à Muhammedanis autem,* DOMINUS NOSTER, FILIUS DAVIDIS. *Latiſſimum habet dominium in omnes Iſraëlitarum cœtus, ſub imperio Principis fidelium, ſive Muhammedanorum Domini. Is enim hujuſmodi poſteritati ſuę etiam mandavit; & confecto ſigillo dominium in omnes Iſraëlitarum cœtus, qui legibus ſuis tenentur, firmavit. Similiter omnibus Iiſmaëlitis & Iudæis omnibuſque populis ſuo imperio ſubjectis præcepit, ut illi aſſurgant & ſalutem dicant: qui vero illi aſſurgere denegaverit, centum plagis luat. Quoties autem magnum regem ſalutatum procedit, eum equites comitantur cum ex Gentibus, tum ex Iudęis; & Præfecti acclamant, Parate viam Domino noſtro filio Davidis, quemadmodum eum decet: nam lingua ſua dicunt, Omulou tarik leſejidina ben Dawoud. Ipſe equo vehitur veſtibus ſericeis phrygionici operis indutus, capite obvoluto cidari magna, cui impoſitum magnum albumque ſudarium torque cingitur. Porro omnes cœtus Babylonię, Perſidis, Choreſanis & Schebę, (quæ & Aliman dicitur) nec non Diar-beck, totiuſque Syriæ interamnis, item regionis Kot (cujus incolæ montes Ararat inhabitant) & Alaniæ (quæ regio montibus cingitur, nec ullum exitum habet pręter portas ferreas, quas Alexander fixit; ubi populus degit qui Alan dicitur.) prętereą cœtus Siceriæ, totiuſque Turciæ uſque ad Aſnæ montes, item regionis Gergenorum uſque ad flumen Gihon (in qua Gergeſæi ſive Georgiani habitant, religione Chriſtiana imbuti) imo uſque ad clauſtra provinciarum & regionum præſtantiſſimarum, ad ipſam Indiam uſque; hi omnes Iſraëlitarum cœtus ab Exulum Capite poteſtatem accipiunt, ſibi in ſingulis congregationibus Profeſſorem & Concionatorem præficiendi. Nam ipſum conveniunt ut manuum impoſitione poteſtatem accipiant; & ab ultimis finibus dona & munera deferunt. Hic idem Babyl.*

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

hoſpitia,

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

hoſpitia, hortos & pomaria habet, plurimaque prædia à majoribus hæreditate accepta: nec ulli quicquam ab ipſo vi auferre integrum eſt. Habet etiam hoſpitia Iudæis deſtinata: & in nundinis ac inter mercatores certum quotannis ipſi aſſignatur tributum, præter id quod è remotis regionibus ei defertur. Dives igitur eſt, & potens, in Sacris literis & Talmude etiam verſatus: in cujus menſa quotidie aluntur Iſraëlitæ plurimi. Cæterum quo tempore Exulum Caput creare ſolent, ingentem pecuniæ vim cum regi, tum principibus & magiſtratibus erogat: idque eo die quo ipſi Rex manuum impoſitione poteſtatem confert. Tum in curru regis ſecundario collocatum, ab aula Regis magni domum propriam cum tympanis ac fiſtulis deducunt: ubi deinde Academicis manum imponit. Iudæi iſtius civitatis ſunt ſapientiæ ſtudioſi, ac ditiſſimi. Et Bagdadi viginti octo ſunt ſynagogæ Iudæorum, cum in ipſa civitate, tum in Alpkerec, ſive ſuburbiis trans Tigrin: nam flumen civitatem ſecat. Viſitur etiam magna ſynagoga Capitis Exulum, conſtructa columnis marmoreis omnium colorum, quæ auro & argento ſunt obductæ: in ipſis columnis commata quædam pſalmorum aureis literis expreſſa ſunt. Ibi ante librorum ſacrorum thecam decem gradus è marmore conſtant: in quorum ſupremo Exulum Caput cum familiæ Davidicæ principibus conſidet. Hæc ille. Porro de hujus Capitis Exulum, tanquam Regis, inauguratione multa prodit Zacuthus Iudæus in Iouchaſin. Cæterum præcipua ſunt, quæ ipſi antequam Synagogam ingreditur, & quum in Synagoga tectus tegitur, ac denique egreditur, ſolemne eſt præſtare. De primo hæc Zacuthus; *Si conſentiat ſententia cœtus ad eum præficiendum, congregantur duo conſeſſuum capita* (ſcil. Suræ & Poumbedithæ) *cum aſſeſſoribus ſuis, omnibus cœtus primatibus & ſenioribus, in domum magnatis alicujus in Babylonia ex ſæculi primariis.* Et paulo poſt: *Congregantur in ſynagogam feria quinta, eique fauſta precantur & de ipſo juramentum præſtant, clanguntque tuba ut totum populum à minimo ad maximum certum faciant. Hac re intellecta ſinguli ipſi munus mittunt pro viribus & facultatibus ſuis: omnes item cœtus primates ac divites ipſi elegantes veſtes mittunt & eximia monilia, vaſa item argentea ac aurea.* Et quibuſdam interjectis: *Quum vero Sabbatho, ſummo mane ſynagogam petit, magnatum plurimi ad ipſum conveniunt ut ad ſynagogam pergant: ubi jam pridie ſuggeſtum ligneum longitudine ſeptem, latitudine trium cubitorum paraverunt, eum pulchris pannis ſericeis, hyacinthinis & purpureis ac coccineis contegentes, donec totus obtegeretur, nec ejus quidquam appareret.* In quo ſuggeſtu nemo, ne quidem Exulum Caput, initio ſedet; ſed

loco

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

loco inferiori latens, poſt varias demum Dei laudes certo ordine & modo peractas, in ſuggeſtum prodit. Atque de hoc ſecundo pag. ſequenti: *Prodit Exulum Caput è loco ubi tectus erat: eumque videntes populares in pedes erecti conſiſtunt, donec in ſuggeſtu quem ei paraverant ſedeat. Tum caput conſeſſus Sourani ſubſequens in ſuggeſtu conſidet, ubi incurvatus ſubmiſſe ſalutat ipſum, qui & reſalutat. Deinde caput conſeſſus Poumbeditkani prodiens, ſimiliter ipſi ſe incurvans, ad ſiniſtram conſidet. Dum hæc fiunt, totus populus in pedes ſuos inſiſtit, donec tres iſti ordine conſidendi loca occupent, & caput exulum in medio conſtituitur, caput autem conſeſſus Sourani ad ipſius dextram, caputque conſeſſus Poumbeditkani ad ejus ſiniſtram conſideat. Inter hos tamen & exulum caput locus relinquitur vacuus: & ſupra ipſius locum, pulchrum aulæum ſuper caput ejus extendunt, quod ſupra ſuggeſtum funibus byſſinis & purpureis appenditur.* Denique, ut ad tertium perveniamus: *Quum egreditur Exulum Caput, totus populus præcedens & ſubſequens, in ejus conſpectu cantica & laudes dicunt, donec ad ædes ſuas perveniat; ſed conſeſſuum capita non comitantur ad ipſas uſque ædes. Et omnium diſcipulorum, qui ipſum comitantur, eidem adhærentes ad ipſas uſque ædes, neminem ædibus ſuis exire permittit ante ſeptimum diem.* Hic Iudæorum ingenium & indolem ſpectate: qui cum imperio omni deſtituantur, externam pompam, ceremonias, ſplendorem & confictos ac vanos ritus ſectantur; quo aliquid ex illo regio ſceptro reliqui habere ſibi, vel ſaltem aliis, perſuadeant. Hinc etiam ſuos ſcholares conſeſſus, quos in Babylonia ac alibi habebant, vel etiamnum habent, ſynedria politica ac conſeſſus judiciales eſſe fingunt. Stolida hæc ſunt, & vana, &, ſi mollius accipiamus, miſeranda. Doctor igitur aut Doctorum præcipuus, ſive Exulum Caput, idem eſt quod Rex; ferula idem quod ſceptrum; & ſubditi ſunt, qui precariam paſſim trahentes animam in ditione ac poteſtate aliena ſunt, ſi Iudæos hos audimus. Aliam profecto David Ganſius, & ipſe Iudæus, in Chronico, hoc eſt, miſerrimam Iſraëlitarum ſub Muhammedanis conditionem deſcribit, quæ nihil habet illius ſplendoris, quem Benjamin fingit. *Inde*, inquit, *à diebus Muhammedanorum*, EXULUM CAPITA DOMINIUM NON ADMINISTRARUNT, *uti conveniebat & decebat; ſed id à regibus redimebant veluti vectigalium redemptores ſive publicani.* Precaria igitur hæc dignitas fuit. Nullum Capiti Exulum dominium, quale fingunt Iudæi, & eſſe illi debet cujus eſt ſceptrum; ergo nec ſceptrum. Sce-

Ritus obſervati a Iudæis in creando Capite Exulum in Oriente.

Davidis Ganſii, Iudæi, de afflictis Iudæorum rebus verba.

Anno Christi 1. & aliquot ſeqq.

ptrum igitur haud dubie ſublatum eſt de Iuda, & Meſſias venit. Voto & verbis Rabbi Maimonidis, quæ fine libri More Nevochim leguntur, hæc mihi diſſertatio finienda eſt. *Deus Optimus Maximus purificet totum Iſraëlem, ſecundum quod promiſit: tum aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum. Populus ſedens in tenebris vidit lucem magnam.* Iis qui ſedebant in umbra mortis lux exorta eſt:*

Nota & celebrata circa hæc tempora Iudæis Romaniſque oracula de Rege, qui ex Iudæa profectus rerum ubique potiretur.

Conſtat circa hæc tempora Iudæis pariter ac Romanis in ore fuiſſe oraculum, de prodituro Rege, qui ex Iudæa profectus rerum ubique potiretur. Quod de Iudæorum Meſsiæ ac Regis ſæculari, ut ſic dixerim, & ampliſsimo imperio Iudæi, de Veſpaſiano ac Tito Romani poſtea interpretabantur. Meminit diſertim Tacitus Hiſtor. v. *Pluribus,* inquit, *perſuaſio inerat, antiquis ſacerdotum litteris contineri, eo ipſo tempore fore ut valeſceret Oriens, profectique Iudæa rerum potirentur. quæ ambages Veſpaſianum ac Titum prædixerant. Sed vulgus,* Iudæorum nempe, *more humanæ cupidinis ſibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne adverſis quidem ad vera mutabantur.* Neq; alia Suetonius in Veſpaſiano; *Percrebuerat,* inquit, *Oriente toto vetus & conſtans opinio; eſſe in fatis, ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano prædictum Iudæi ad ſe trahentes rebellarunt.* Conſentiunt auctores. Haud dubie adventus circa hæc tempora, & regnum, quod de hoc mundo non erat, & Iudæi pariter ac Romani ignorabant, Domini & Meſſiæ ſignificabantur. Ceterum ſi quidem cum cura, ſicut oportet, hujus oraculi verba cum Prophetico, quod ſimillimum & totidem pene verbis expreſſum eſt de adventu Regis Meſſiæ, contendamus, ex Prophetico depromptum, & ex Oriente traditum Romanis comperiemus. Oraculi non ſententia tantum ſed & verba hæc fuere; EO TEMPORE JUDÆA PROFECTUM RERUM POTITURUM. Ita uterque loquitur, & reddit oraculum, Suetonius pariter ac Tacitus. PROFECTOS JUDÆA RERUM POTITUROS, plurium numero ſcribunt illi, quia, nempe, de duobus, Tito & Veſpaſiano, interpretabantur Romani. Plurium igitur ille numerus non tam ipſius oraculi, quam de duobus, Tito & Veſpaſiano, interpretantium eſſe videtur. Nihil autem ſimilius, (imo revera unum idemque oraculum eſſe dicendum, apparet) quam illud Prophetæ, Euangeliſtis obſervatum ac repetitum, in quo diſertim ad Bethleemum Iudææ; ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται ὁ ἡγούμενος. EX TE DUX PROFICISCETUR. An non totidem verbis idem dixerunt Tacitus &

Tito & Veſpaſiano tributa ea de Chriſto accipienda ſunt.

Suetonius cum oraculo, quod Propheticum & a Iudæis acceptum illi, rerum populi Iudaici ignari, ſicut in tradendis iis ſatis ſuperque oſtendunt ipſi, ignorabant? PROFECTUS JUDÆA RERUM POTIETUR, ut uterque eorum loquitur, &, EX TE, quomodo Bethleemum Iudææ Propheta alloquitur, ubi de Meſſiæ Regis adventu agit, DUX PROFICISCETUR, plane eadem ſunt, & non intellecta Romanis, dum de ſolo Meſſia Ieſu Chriſto accipienda, Tito tribuere & Veſpaſiano, ignorantia veri & ambitioſa adulatione. Et verbis pariter ac ſententiæ interpretando, & ad Cæſares ſuos referendo, vim eos feciſſe apparet. Titus & Veſpaſianus Roma ſive ex Italia profecti ſunt in Orientis Iudæam, non ex Iudæa origine Iudæi, ut rerum potirentur. De Iudæo autem origine agitur, rerum potituro. Qui non alius eſt quam Rex Regum & Dominus dominantium, omniumque adeo Dominus Ieſus Chriſtus.

Anno Christi I. & aliquot ſeqq.

Tacitus & Suetonius notati.

Ex iis, quæ ſuper hoc argumento dicta nobis hactenus ſunt, liquet, neque Sibyllas quidquam eorum, quæ illi volunt, de adventu Meſſiæ cognoviſſe, aut prædixiſſe, multo minus ex conſultis aut inſpectis earum oraculis eum exploratum alios habere potuiſſe. Cônſtat quoque, aut a ratione & regia veritatis, cui ſoli indagandæ prodendæque qualiſcunque hæc cura noſtra tribuitur, via ego admodum deflecto, ne quidem ex veris & Propheticis ac haud dubie divinitus inſpiratis de incarnatione Meſſiæ Regis oraculis, certi aliquid cognitum vel Auguſtum, vel Romanos, qui pagani erant, alios, habuiſſe, cum accepta a Iudæis vera & Prophetica de Meſſia Rege oracula, Iudæis ipſis non intellecta, de Romanis Cæſaribus, & longe lateque exporrigendo eorum regno aut imperio, ſicut & de ſuo Iudæi, falſo & ambitioſe fuerint interpretati. Res ipſa id loquitur, & aperta eſt. Neque ſane Chriſtianæ de adventu Domini hiſtoriæ hac diſſertatione quidquam detrahimus; ſed ex ea hæc modo, & ſimilia alia, ſublata ac expuncta volumus, quæ non niſi commenta ſunt otioſorum ineptorumque, & geſtæ olim rei ignarorum hominum; qui, neſcio qua falſa ſpecie decoris alicujus Chriſtianæ rei, quæ ſimpliciter, ut ab Euangeliſtis, ac ex vero tradita probeque excuſſa ac intellecta Chriſtiano homini nobiliſſima offertur ac ſufficit, falſa pro veris, & pro magnificis ſtolida ac ridicula vulgavere.

Oracula de Chriſto non intellecta vel Iudæis vel Romanis.

Anno Christi 1. & aliquot ſeqq.

Si hic aut ejuſmodi fabularum finem feciſſent, qui earum ſunt auctores, aut credulitatis, qui iis hodieque adhuc fidem habent, (quam temere enim illi commenta promunt, tam facile hi amplectuntur) ad alia jam, & perficiendam, quod inſtituimus, veræ hiſtoriæ ſeriem me accingerem. Sed quia anilia, de quibus jam dicam, deliria, recentiſſimis etiam graviſſimiſque cætera ſcriptoribus noſtra ætate, & nuper admodum, repetita video, veniam merebor, ſi & illa quoque, ſed breviter, hic refellam, aut, quod potius dicendum videtur, una ſpongia deleam. Multum enim operæ in iis, quæ palam falſa ſunt, refutandis ponere, non eſt neceſſe. Quippe vel inſpecta tantum & notata obiter, falſa ac inepta eſſe deprehenduntur.

Oracula, ex quibus cognitũ Auguſto Domini adventum volunt, ſub examen vocantur.

Et haud dubie fabulis quam vero ſimiliora ſunt quæ a nonnullis, Nicephorum, alioſque fabularum auctores, aut nimis credulos, ſequutis, Auguſto de Chriſto ac Meſſia nato prodita dicuntur. Ajunt illi Delphos profectum eum reſponſum petiiſſe Apollinis ad quæſtionem, *Quis rerum & imperii poſt Auguſtum eſſet potiturus;* reſponſum autem ab Apolline in hanc ſententiam; *Puer quidam Ebræus, cui & in Deos ipſos eſt imperium, has ut deſere em ſedes & in loca inferis deſtinata ut me reciperem, imperavit. Ac idcirco ſine meo ad rogata à te, Cæſar, reſponſo tibi diſcedendum eſt.* Ut alia nunc non dicam, quæ hæc, & ejuſmodi alia, falſi palam convincunt, non eſt dubium quin Chriſtiani quidam hæc talia commenti ſint, quod in paganorum ſcriptis legerent oracula, tanti olim inter gentes facta, ac tantopere celebrata, circa hæc aut proxima tempora defiiſſe. Vide, præter alios, Plutarchum De defectu oraculorum. Incredibile & prope infinitum dictu eſt (ſemel enim, & ſub initium hujus Hiſtoriæ id admonendum, & veri ſtudioſo diligenter obſervandum eſt) quam multa, neque dicta unquam neque tradita litteris ab antiquo ullo aut idoneo auctore, Chriſtianæ Hiſtoriæ initiis inſeruerint nonnulli, occaſione quorundam quæ alibi legerant, & ampliſſimam mirifica omnia fingendi materiam ſuppeditare poſſe videbantur. Neque id malum, eaque falſi ſpecies, ſacram tantum, ſed & profanam quoque Hiſtoriam, quod paſſim alibi notabimus, corrupit ac infecit. Et quia veriſimilia erant, quanquam falſa, velut vera credebantur, & etiamnum hodie, quod tamen in tanta rerum ac temporum jam luce ſtupendum eſt, a quibuſdam cre-

duntur.

duntur. Et qualiacunque hæc noſtra lecturos, ſi nonnulla ejuſmodi ab aliis tradita forte narrata nobis aut repetita non inveniant, meminiſſe inſtituti noſtri velim, quo vera non modo a palam falſis, ſed etiam a vero ſimilibus, nec tamen iccirco minus falſis, diſcernere ac velut ſeponere conſtituimus.

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

Addunt iidem, eumdem Auguſtum noluiſſe Dominum appellari, poſtquam cœli ac terræ, & ſic omnium Dominum, JESUM CHRISTUM natum in Iudæa acceperat. Sed non minus delirant & nugantur. Auctoritate Oroſii utuntur; at nihil tale dicit Oroſius; nunquam ipſi hoc in mentem venit. *Domini*, inquit, & de Auguſto loquitur, Lib. VI. Cap. ult. *appellationem ut homo declinavit. Nam cum eodem ſpectante ludos, pronunciatum eſſet à quodam, Dominum æquum & bonum, univerſi quaſi de ipſo dictum eſſet exultantes approbaviſſent; ſtatim quidem manu vultuque indecoras adulationes repreſſit; & inſequenti die graviſſimo increpuit edicto, dominumque ſe poſthac appellari, ne, liberis quidem aut nepotibus ſuis, vel joco vel ſerio paſſus eſt.* Hæc Oroſius. Nihil eorum quæ illi. Nihil de Chriſto in mentem Auguſto venit, cum non appellandum ſeſe Dominum edicto ſignificaret. Dominus & ſervus opponuntur. Ubi imperat Dominus, ſervi eſſe ſubditi creduntur. Neque talem ſe, neque tales cives Romanos credi aut videri volebat Auguſtus. Ac quanquam & ille eſſet revera Dominus, & hi revera jam ſervirent, nihil tamen horum intelligi callidus inprimis Princeps voluit. Ideo nomen Domini repudiavit; ne, nempe, qualis erat deteſtato omnibus, qui ſpeciem libertatis amabant tanquam ipſam, cum interim ſervirent, nomine intelligeretur. Ideo nomine Principis, Senatus ſcilicet, quod & in vetere Romana ante Cæſares Repub. uſitatum, omnia ſub imperium accepit. Quæ paucis notat Tacitus Annal. I. ubi de initiis imperii & extremis Auguſti. Nugantur ergo, & ſibi ſomnia Chriſtianiſque fingunt, qui honori Domini noſtri & Servatoris cum tribuiſſe edictum volunt, quo ſeſe noluit Dominum appellari. Mirum eſt, eoſdem non addidiſſe, Chriſtum a Tiberio etiam, ſucceſſore Auguſti, Deum & omnium Dominum agnitum, eoque nomine cultum fuiſſe, quia, ut notat Tacitus ſub finem Annal. II. acerrime eos increpuiſ, qui divinas occupationes ejus ipſumque Dominum dixerant.

Auguſtus Dominus appellari noluit; & quare.

Nummi eo imperante cuſi an Chriſti meminerint.

Neque hic fabularum finis eſt. Igitur & alia addenda eſt, quia

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Hiſtoriæ Chriſtianæ additam illam inſertamque iidem, de quibus jam diximus, Chriſtiani, puto, meliores quam Hiſtorici, voluêre. Tradunt illi, imperante Auguſto nummos cuſos, quibus inſcriptum; SALUS HUMANI GENERIS; &, PAX ORBIS TERRARUM. Et Domini Meſſiæ adventum auctoritate Auguſti ſic publice volunt ſignificatum. Hoc quoque, aut admodum fallor ego, nugari, vel potius delirare eſt. SALUTIS GENERIS HUMANI nullæ, quas hodie habemus, inſcriptiones antiquæ lapidum Romanorum meminere. PACIS quoque GENERIS HUMANI nulla in iis mentio eſt. Et etiamſi eſſet, ad Salutem humani generis, ad Pacem quoque ejuſdem, quam Meſſias dedit ac fecit, cujus ignari fuere Auguſtus & pagani inter Romanos alii, iſta nequaquam pertinerent. Chriſtianæ, quæ prima eſt, Hiſtoriæ inſignis haud dubiè injuria fit, cum hæc talia ei tribuuntur. Et tamen ejuſmodi, ac ſimilia alia, tradita ſunt, & quidem adhuc nuper, ab iis, qui de eâ bene ſe mereri hodieque arbitrantur. Jucunda hæc lectu eſſe illi aſſerunt. Ego autem veri ſtudioſum nihil exiſtimo ex falſis capere poſſe voluptatis.

De ara Chriſto, ut primogenito Dei, dedicata ab Auguſto fabula refellitur.

Addendum tandem & illud quoque, ac paucis refellendum, quia & ipſum illud repetitum cum aliis nuper eſt; aram, ſcilicet, ab Auguſto dedicatam, cui inſcripta hæc verba; ARA PRIMOGENITI DEI. Non jam dicam quam hæc aliena ſint a formulis, quibus, temporibus præſertim Auguſti, utebantur Romani in dedicationibus. Sunt enim omnino aliena. Id modo dixiſſe hic ſuffecerit; ſi Chriſto, ut PRIMOGENITO DEI aram poſuerit Auguſtus, Chriſtianum eum fuiſſe, &, quod ex Chriſtianis aſſequi quidam ſatis non potuerunt, ex Deo Deum genitum credidiſſe. Quod nemo, niſi rerum ignarus omnium, affirmaverit. Horum ego mentionem hoc loco nullam injeciſſem, niſi etiamnum & vera nonnulli crederent, & nonnulli tanquam haud abſimilia vero, quanquam ſine dubio falſa ſint, iis quæ vera ſunt hodie miſcerent. Chriſtianum Auguſtum oportet fuiſſe, ſi aram PRIMOGENITO DEI, qui eſt Chriſtus, dedicarit. Quod quis credat?

Et qui ex Sibyllinis, aliiſve oraculis Auguſto cognitum Meſſiæ Regis adventum fuiſſe volunt, eorum, quæ de eo ſacrarum prodita ſunt litterarum monumentis, vix meminiſſe videntur.

Meminiſſe certe eorum debuerant, quæ apud Eſaiam Prophetam, palam & aperte ita omnibus hæc annunciantem, ut antiquorum Chriſtianorum pleriſque Euangeliſta potius, quam Propheta dicendus eſſe videatur, Iudæis pariter ac Chriſtianis obvia leguntur. Dicit ille; nihil eorum, quæ Meſſiæ tribuenda, & de eo credenda ſunt, revelatum plurimis, ne quidem ipſis principibus gentium. Verba ejus exſtant fine Capitis LII. Ubi inter alia; *Quemadmodum*, inquit Propheta, aut Prophetæ nomine Deus, *obſtupuerint de te multi; ita de corrupta ſupra modum ſpecie iſtius, & forma iſtius præ filiis hominum; Ita perſperget ſtupore gentes multas; propter eum obdent Reges os ſuum;* QUANDO QUOD NON NARRATUM FUERAT EIS, VIDEBUNT, ET QUOD NON AUDIERANT, ANIMADVERTENT. Si non narratum Regibus adventus Meſſiæ Regis myſterium, quomodo Auguſto ex Sibyllinis oraculis id cognitum dicitur? Hoc quoque, quod apud Prophetam legitur teſtimonium, ea quæ hactenus diximus, veriſſima eſſe oſtendit.

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

Eſaiæ vaticinium explicatum.

Hæc hactenus de oraculis, quæ Sibyllis, aut aliis, tanquam de Meſſiæ adventu pronuntiata, & tanti facta ſunt (quanquam quanti facienda ſint, ex præcedentibus ſatis ſuperque appareat) dicenda videbantur. Hiſtoriam nativitatis & adventus Domini, a quo hujus petendum nobis operis exordium erat, inter ipſa ſtatim initia, & errores plurimorum, qui non tam conſiderant, ut Maſſilienſium egregius ille Epiſcopus Salvianus alibi loquitur, quid legant, quam cujus legant; & non tam dictionis virtutem conſiderant, quam dictatoris dignitatem, a fabulis, receptis adhuc hodie nonnullis laudatiſque, purgandam quaſi cenſuimus. Nihil, quod jam haud ſemel admonuimus, detrahitur veritati Hiſtoriæ, ubi hæc ad fontes velut ſuos & origines revocatur. Sufficiunt de adventu Chriſti Prophetarum oracula. Nulla his ſanctiora, nulla certiora Chriſtiano poſſunt offerri. Falſis, qualia ſunt, quæ in medium jam attulimus, uti non eſt neceſſe.

Primis omnium inter Iudæos paſtoribus, haud procul Bethleemo gregem paſcentibus, Angelorum voce ac concentu; & inter gentes Magis, ſtella indicante, & Bethleemum ad ſalutandum adorandumque Chriſtum profecturis duce datâ, natalis Domini ſignificatus eſt.

Natalis Domini paſtoribus primo ſignificatus.

Numerum paſtorum, quibus nati Domini indicium factum eſt, Sacræ Litteræ non produnt. Prodere tamen auſi ſunt ex antiquis

non-

Anno Chriſti I. *& aliquot ſeqq.*

nonnulli, qui tres tantum fuiſſe affirmant, neque plures, neque pauciores. Flavius Dexter, ut volunt, in Chronico; *Tribus paſtoribus, qui fuerunt ſancti, Chriſtus primum oſtenditur.* Et venerabilis, ut vocant, Beda, Lib. de locis Sanctis, Cap. VIII. *Porro ad Orientem in Turre-Ader, id eſt, gregis, mille paſſus à civitate Bethleem ſegregata eſt eccleſia trium Paſtorum, divinæ nativitatis conſciorum, monumenta continens.* Adde, quæ habet Baronius ad annum Domini I. Videbatur autem, nam hoc addunt quidam, valde congruum rationi, ut tres duntaxat paſtores Verbum Patris, Spiritus Sancti ope caro factum, primi hominum adorarent; quo adoratores exiſterent Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterii, ſicut in tribus Magis poſtea effectum eſt. Hæc illi. Ceterum hoc non eſt tradere veras hiſtorias, ſed falſas, & nihil revera aliud quam ſomnia fingere. Neque ejuſmodi commentorum ego hic meminiſſem, niſi viſum fuiſſet neceſſarium de ſuppoſititiis ineptiſque ejuſmodi narrationibus eos in ipſo quaſi hujus operis limine nonnunquam admonere, qui nunc etiam illas tanquam veras amplectuntur. Ut myſtico, quem vocant, ſenſui de adorata in puero Chriſto Trinitate a paſtoribus daretur locus, tres fingendi paſtores fuere. Scilicet de Trinitate perſonarum ſententia hoc auxilio egebat. Idem in aliis, & ipſa quoque Magorum hiſtoria, evenit. Numerum, quem, ut non neceſſarium, exprimere Sanctus Spiritus neceſſarium non putavit, inepti homines jam olim comminiſci & in primâ Eccleſiæ Chriſtianæ hiſtoria prodere auſi ſunt, ut, quod non ineptum modo ſed & impium eſt, vera & agnita ſatis ac probata falſis confirmarent. Harum & ſimilium ineptiarum cum pleni hodie ſint Eccleſiæ Annales, ut ex iis poſthac exulent, vel indicare tantum ſufficit. Ad faciendam quippe vero, ſi de eo dubitetur forte, fidem, cum prodeſſe fabulæ aut mendacia non poſſint; fruſtra ab iis præſidium petitur apertæ & indubitatæ veritati. Quod ſi cogitaſſent otioſi olim homines, otio ſuo in fingendis ejuſmodi narrationibus, perſuadendiſque aliis, non fuiſſent abuſi; & nos plus verorum Annalium, minuſque commentorum ac deliriorum, quæ poſterioris inprimis ævi ſcriptoribus placuere, legeremus. Meditatio & hiſtoria, res geſtæ ac ſomnia tandem confuſa & permixta ſunt; & ſic factum ut traditæ poſterorum memoriæ res ſint, non tam geſtæ ab iis, quibus eas tribuunt ſcriptores, quam iis, a quibus deſcriptæ ſunt & narratæ.

De paſtorum numero fabula rejecta.

Si

Si intra innoxias forte fabulas ſteriſſet mentiendi hæc fingendique quidvis libido, potuiſſemus operæ hic parcere. Ceterum ſic factum eſt, ut adeo impia, de natalibus inprimis Domini, prodita ſint, quibus ipſi etiam oculi legentium contaminantur. Ut aliorum hic mentionem non faciam, ſolum Protevangelium, quod vocant, & Iacobo Apoſtolo tribuunt, hic inſpiciendum eſt. Ego ſane, cum diu multumque laboraſſem, ut ejus in manus meas aliquando exemplum veniret, cum ex eo excerpta modo quædam hactenus mihi ſeſe offerrent, & de excerpentium forte fide dubitarem, cum dictu prope incredibilia, adeoque impia omnia & prope blaſphema de nativitate Domini in iis ſeſe exhiberent, tandem nactus ſum; & ita, ut acceperam, rem ſe habere ac immane mentiendi ſtudium, deprehendi. Intereſt hujus, & ſequentium omnium ſæculorum, ſi modo ad poſterorum memoriam duratura ſint, quæ nunquam ſcripta eſſe, quia nunquam facta ſunt, oportebat, ut illuſtre ejuſmodi commentorum ſpecimen hic exhibeamus.

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

,, In Hiſtoriis duodecim tribuum Iſraël; erat Joachim, dives ,,valde: & offerebat ipſi Deo dupla munera. Appropinquavit ,,autem dies Domini magna, offerebantque filii Iſraël ſua mune-,,ra, & ſtetit contra ipſum Reuben dicens: Non licet tibi offerre ,,munus tuum, quia ſemen in Iſraël non feciſti. Et contriſtatus ,,eſt Joachim valde, & acceſſit ad duodecim tribuum Genealo-,,giam. Scrutatus itaque vidit omnes juſtos ſemen habuiſſe. Con-,,triſtatus itaque Joachim, non fuit viſus uxori ſuæ, ſed in he-,,remum abiit, ibique fixit tentoria: & jejunavit quadraginta ,,noctibus. Uxor autem ejus Anna, duobus lugebat luctibus, vi-,,duitatem & ſterilitatem. Venit autem dies Domini magna; & ,,dixit Iudith ancilla ejus: Quouſque tandem affliges animam ,,tuam? Non licet tibi lugere, quia dies Domini magna eſt. ,,Cape itaque hunc peplum, & orna caput tuum. Sicut enim ſum ,,ancilla tua, formam regiam habes. Et dixit Anna: Recede a me, ,,hoc enim non faciam. Deus enim me vehementer humiliavit. ,,Reſpondit ancilla Judith: Merito ſane clauſit Deus vulvam ,,tuam, ut non daret tibi filium in Iſraël. Et triſtata eſt Anna val-,,de. Et depoſuit veſtimenta ſua luctuoſa, & ornavit caput ſuum, ,,& induta eſt veſtibus nuptialibus. Et circa horam nonam de-,,ſcendit in hortum, ut ambularet: & videns laurum, ſedit ſub

Protevangelii quoddã quaſi ſpecimen, ac veriſſimum, hic exhibetur.

Anno Christi I. *& aliquot ſeqq.*

„ea, & fudit preces Domino Deo. Et intuens in cœlum, vidit in „lauro nidum paſſeris, & ejulavit in ſeipſa, & ait: Hei mihi, cui „poſſum aſſimilari? Non poſſum cœli avibus comparari: quia „volucres fœcundæ ſunt in conſpectu tuo, Domine. Et ecce An„gelus Domini advolavit, dicens ei: Anna Anna, Deus exaudi„vit orationem tuam; Concipies, & paries, & celebrabitur no„men tuum in toto mundo. Dixit autem Anna: Vivit Dominus „Deus meus, quod ſive maſculum, ſive fœminam genuero, offe„ram illud Domino Deo noſtro, & in ſacris rebus illi miniſtra„bit. Et ecce Angeli duo venerunt, dicentes ipſi: Joachim vir „tuus venit cum gregibus ſuis. Angelus enim Domini deſcendit „ad ipſum, dicens: Joachim, Joachim, exaudivit Deus oratio„nem tuam. Deſcende hinc. Ecce Anna uxor tua in utero con„cipiet. Et, ecce, Joachim venit; & ſtabat Anna in porta, & ac„currens, dicens: Nunc cognoſco, quod Dominus Deus bene„dixit mihi vehementer. Ecce enim, quæ vidua eram, amplius „vidua non ſum: & quæ eram ſterilis, in utero habebo. Con„cepit itaque Anna, & completi ſunt illi menſes ſex. Menſe au„tem nono peperit Anna, & dixit obſtetrici: Quid peperi? Ipſa „autem dixit, Fœminam. Et dixit Anna: Magnificata eſt anima „mea in hora iſta. Et reclinavit eam. & nominavit nomen ejus „Mariam. De die autem in diem roborabatur puella. Quum „vero facta eſt ſex menſium, depoſuit eam mater humi: ut ex„periretur illam, ſi erecta ſtaret. Septem greſſus fecit ambulan„do, & venit in ſinum matris ſuæ. Et dixit Anna: Vivit Domi„nus Deus meus, quia non ambulabis ſuper terram, donec te ob„tulero in templum Domini. Factuſque eſt puellæ primus annus. „Fecitque magnum convivium Joachim, & vocavit ſacerdotum „Principes & Scribas, & totum Senatum, & omnem populum „Iſraël. Et benedixerunt illi dicentes: Deus patrum noſtrorum „benedic huic puellæ, & da illi nomen celebratum æternum in „omnibus generationibus. Et dixit totus populus: Amen, fiat. „Et obtulerunt illam ſacerdotibus. Arripuit eam mater ſua, & „dedit illi uber. Et fecit Anna canticum Domino Deo. Et re„clinavit eam in loco ſanctificationis ſuæ, & exivit, & miniſtra„bat ipſis. Completo autem convivio, diſceſſere lætabundi, & „poſuerunt illi nomen Mariam. Facta autem biennii puella, dixit „Joachim Annæ uxori ſuæ: Introducamus eam in templum Dei,

„ut

„ut reddamus votum noſtrum, quod promiſimus: ne forſan a „nobis auferat Deus, ſuccenſeatve in nos. Et facta eſt triennis „puella. Et dixit Joachim: Vocate puellas Hebræorum imma-„culatas, & accipiant ſingillatim lampades, & ſint accenſæ, nec „convertatur puella in poſteriora, & abducatur mens ejus ex „templo Dei. Et fecerunt ſic, donec ingreſſæ ſunt templum. Et „recepit eam Princeps ſacerdotum, & oſculatus eſt eam, & dixit: „Maria, magnificavit Dominus nomen tuum in cunctis gene-„rationibus: & in ultimis diebus manifeſtabit Dominus in te „precium redemptionis ſuæ filiis Iſraël. Et dilexit eam tota do-„mus Iſraël. Erat autem Maria inſtar columbæ educata in tem-„plo Domini; & accipiebat cibum de manu Angeli. Duodecim „autem annorum facta, in templo Domini concilium ſacerdo-„tum factum eſt, dicentium: Ecce Maria facta eſt annorum „decem in templo Domini: quid faciemus illi, ne forſan ma-„culetur ſanctificatio Domini Dei noſtri? Et dixere ſacerdotes „Principi ſacerdotum; Tu ſta ad altare Domini, & ora pro ea: „& quicquid manifeſtaverit Deus, hoc faciemus. Intravitque „Princeps ſacerdotum, accepto dodecacodone, in Sancta San-„ctorum: & oravit pro ea. Et Angelus Domini adſtitit, di-„cens ipſi Zachariæ; Zacharia exi, & convoca viduos populi, „& adferant ſinguli virgam: & cui oſtenderit Deus ſignum, „hujus erit uxor in cuſtodiam. Exiverunt autem præcones per „univerſam regionem Iudææ: & ſonuit tuba Domini, & oc-„currerunt univerſi. Ioſeph autem abjecta ſecuri, exiit obviam „illis. Congregatique abierunt ad ſummum ſacerdotem, acceptis „virgis. Ab ipſis itaque accipiens virgas, intravit in tem-„plum, & oravit. Completaque oratione, accepit virgas, & „exivit. Reddidit itaque ſingulis eorum, & ſignum in illis non „apparuit. Ultimam autem virgam accepit Ioſeph: & ecce co-„lumba exiit de virga, & volavit in caput Ioſeph. Et dixit ſacer-„dos Ioſepho; Tu es ſorte divina electus, ut accipias virginem „Domini in cuſtodiam apud te. Et contradixit Ioſeph, dicens: „Filios habeo, & ſum ſenex; ipſa autem eſt juvencula. Dixit „autem ſummus ſacerdos Ioſepho: Timeas Dominum Deum „tuum: & recordare, quanta fecit Deus. Territus Ioſeph, illam „accepit. & dixit illi: Maria, ecce ego te accipio de templo „Domini, & derelinquam te domi, & vadam ad exercendum

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Anno Christi I. & aliquot ſeqq.

„meam œcodomicam fabrilemve artem, & redibo ad te. Factum „eſt autem concilium ſacerdotum dicentium: Faciamus velum, „ſeu operimentum pro templo Domini. Et dixit princeps ſa„cerdotum: Vocate mihi virgines immaculatas de tribu David. „Abeuntes itaque invenere ſeptem virgines: & meminit Prin„ceps ſacerdotum ipſius Mariæ, quod ipſa eſſet de tribu David. „Et dixit princeps ſacerdotum; Sortiamini mihi, quænam ne„bit aureum filum, amianthum, & byſſum, & ſericum, & ja„cynthum, & coccinum, & veram purpuram? Maria accepta „purpura & cocco filavit. Et ecce vox dicens illi: Ave gratia „plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Et ac„cepta purpura, ſedit ſuper ſedem ſuam, ut operaretur. Et, ecce „Angelus Domini adſtitit, dicens: Ne timeas Maria, inveniſti „gratiam apud univerſorum Dominum, & concipies ex verbo „ſancto ipſo. Et dixit Maria: Ecce ancilla Domini; fiat mihi „ſecundum verbum tuum. Et confecta purpura, & cocco, ad„tulit ad ſacerdotem, & benedixit illi, & ait: O Maria, magni„ficatum eſt nomen tuum, & eris benedicta in univerſa terra.

Protevangelica Hiſtoria.

„De die autem in diem venter ejus intumeſcebat. Erat autem „annorum ſexdecim, quando hæc fiebant. Facto autem illi ſexto „menſe, ecce, venit Ioſeph a ſuis œcodomiis, & intrans in do„mum ſuam vidit eam gravidam. Et demiſſa facie ſua, projecit „ſeipſum in terram, & plauxit vehementer. Et ſtupefactus eſt „Ioſeph, & perſiſtebat cogitans: Quid de ea faciam? Et dixit „Ioſeph: Si illius abſcondam peccatum, inveniar reus in lege „Domini: ſi ipſam traducam, & propalem filiis Iſraël, timeo „ne parum juſtum ſit, & inveniar tradens ſanguinem innocen„tem in judicium mortis. Quid igitur de illa faciam? Equidem „clam illam relinquam. Et occupavit eum nox. Et ecce ange„lus Domini apparet illi in ſomnis, dicens: Ne timeas hanc „puellam. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt: & „vocabis nomen ejus Ieſum. Ipſe enim ſalvum faciet populum „ſuum, a peccatis eorum. Surrexit itaque Ioſeph a ſomno, & „glorificavit Deum Iſraël, qui dedit illi gratiam; & cuſtodivit „eam. Venit autem Annas ſcriba ad Ioſeph, & ait illi: Quare „non adfuiſti ſynodo? Et ait illi Ioſeph: Feſſus eram de via, & „quievi prima die. Et converſus ſcriba vidit Mariam gravi„dam; abiitque currens ad ſacerdotem, & ait illi: Ioſeph, cui

„teſti-

„teſtimonium præbes, vehementer peccavit. Aitque ſacerdos: „Quid hoc? Et ait illi: Virginem, quam acceperat ex templo „Domini, fœdavit, & furatus eſt ejus nuptias, & non indicavit „filiis Iſraël. Et reſpondens Princeps ſacerdotum, ait: Ioſeph „hoc fecit? Et ait Annas ſcriba: Mitte miniſtros, & invenient „ipſam gravidam. Et abiere miniſtri; & invenerunt, ſicut dixit „illis: & adduxere illam & Ioſeph in judicium, & dixit ſacer-„dos: Maria, quid hoc feciſti? & cur dejeciſti animam tuam, „quæ es educata in Sancto Sanctorum, quæ ex Angeli manu ci-„bum ſumpſiſti, & audiviſti myſteria ipſius, & exultaſti in con-„ſpectu ejus? Quid hoc feciſti? Ipſa autem flebat amare, di-„cens: Vivit Dominus Deus meus, quia munda ſum in con-„ſpectu Domini, & virum non cognoſco. Et dixit ſacerdos ad „Ioſeph: Quid hoc feciſti? Dixitque Ioſeph: Vivit Dominus „Deus, & vivit Chriſtus ejus, quia purus ſum ab ipſa. Et dixit „ſacerdos: Ne dicas falſum teſtimonium, ſed dicito verum. „Suffuratus es nuptias ejus, & non manifeſtaſti filiis Iſraël, & non „inclinaſti caput tuum ſub omnipotenti manu, ut benediceretur „ſemen tuum. Et rurſus dixit ſacerdos: Reſtitue virginem, quam „accepiſti a templo Domini. Et perfundebatur lachrymis Ioſeph, „& dixit ſacerdos: Potabo vos aqua redargutionis Domini, & „manifeſtabitur peccatum veſtrum in oculis veſtris. Et accepta „aqua, ſacerdos potavit Ioſephum, & miſit eum ad montana, & „rediit ſanus. Potavit & Mariam ipſam, & miſit eam etiam ad „montana, & rediit incolumis. Et miratus eſt totus populus, „quod peccatum non ſit manifeſtatum in ipſis. Et dixit ſacerdos: „Deus non manifeſtavit peccatum veſtrum, nec ego judico vos. „Et abſolvit eos. Factum eſt autem decretum ab Auguſto, qui „erant in Bethlehem. Et dixit Ioſeph: Ego deſcribi curabo fi-„lios meos. De hac autem puella quid faciam? Quomodo illam „inſcribam? Uxorem ipſam inſcribam? Atqui uxor mea non eſt. „Ipſam enim in conſervationem accepi, ex templo Domini. „Quid de hac faciam? Equidem in ipſa die Domini faciam, ſicut „voluerit Dominus. Et ſtravit Ioſeph aſinam, & fecit eam con-„ſcendere ſuper aſinam. Et converſus Ioſeph, vidit eam mœſtam. „Et rurſus converſus Ioſeph, vidit eam ridentem, & dixit illi: „O, Maria, quid hoc rei tibi eſt, quod faciem tuam video quan-„doque hilarem, quandoque mœſtam? Et dixit Maria Ioſepho:

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Protevangelica Hiſtoria.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

,,Quoniam duos populos video in oculis meis: unum quidem ,,flentem & gemebundum, alium autem exultantem & ridentem. ,,Et venit media in via, & dixit illi Maria: Depone me ab aſi- ,,na, quia quod in me eſt, me urget, ut progrediatur. Et depo- ,,ſuit eam ab aſina, & dixit illi: Ubi te inducam, & tegam pu- ,,denda? quia locus deſertus eſt. Et inveniens ibi ſpeluncam, in- ,,troduxit eam, & præfecit illi filium ſuum. Et exiens perquire- ,,bat obſtetricem in regione Bethlehem. Cum autem obambula- ,,ret Ioſeph, vidit polum cœlumve ſtantem, & aërem obterren- ,,tem, & volatilia in medio curſu ceſſantia: & aſpiciens in ter- ,,ram, ſcapham cibariam poſitam vidit, & operatores recumben- ,,tes, quorum manus in ſcapha erant; & mandentes non mande- ,,bant; & qui manus attollebant, nil capiebant: & qui offerebant ,,ori ſuo, nil afferebant: ſed omnium facies erant intentæ ſurſum. ,,Et ecce oves erant diſperſæ, nec progrediebantur, ſed ſtabant. ,,Et elevans paſtor manum, ut percuteret eas cum virga, manus ,,ejus ſtabat ſurſum: & aſpiciens in torrentem fluminis, vidit ,,ora hircorum imminentia quidem aquæ, ſed non potantia: ſed ,,omnia ſub momento ab ipſo curſu erant impulſa. Et ecce mulier ,,deſcendens a montanis, ait illi: Tibi dico, ô homo, quo va- ,,dis? Et ait: Obſtetricem quæro Hebræam. Et dixit illi: Ex ,,Iſraël es tu? Aitque illi: Sic. Illa autem dixit: Et quæ eſt, quæ ,,parit in ſpelunca? Et ait illi: Quæ mihi eſt deſponſata. Et ,,ait illi: Nonne eſt uxor tua? Dixitque Ioſeph: Non eſt mea ,,uxor, ſed eſt Maria, educata in templo Domini: & habet ,,conceptum ex Spiritu Sancto. Dixitque illi obſtetrix: Hocne ,,verum eſt? Dixit ei: Veni, & vide. Et abiit obſtetrix cum ipſo. ,,Et ſtetit in conſpectu ſpeluncæ: & ecce nubes lucida obumbra- ,,bat ſpeluncam. Et dixit obſtetrix: Magnificata eſt anima mea ,,hodie, quia viderunt oculi mei ſtupenda. Repente autem fuit ,,nubes in ſpelunca, & lux magna, ita ut oculi noſtri non ferrent. ,,Paulatim vero lux ſeſe ſubduxit, quouſque viſus eſt infans, & ,,accipiebat ubera ab ipſius matre Maria. Et clamavit obſte- ,,trix, & ait: Magna mihi hodie dies eſt, quia vidi hoc ſpectacu- ,,lum magnum. Exiitque obſtetrix ex ſpelunca, & obviavit illi ,,Salome. & dixit obſtetrix ipſi Salomæ: Magnum tibi ſpecta- ,,culum habeo narrare. Virgo genuit, quem non capit natura ,,ipſius: & virgo manet virgo. Salome: Vivit Dominus Deus

„meus, niſi ſcrutata fuero naturam ejus, non credam quod pe-„perit“. Et ingrediens obſtetrix, dixit ipſi Mariæ: Reclina te-„ipſam; magnum enim tibi certamen incumbit“. Quum autem „in ipſo loco palpavit eam Salome, egreſſa eſt dicens: Væ mihi „impiæ, & perfidæ: quoniam tentavi Deum viventem. Et ecce „manus mea igne ardens cadit a me. Et flexit genua ad Deum, „& ait: Deus patrum noſtrorum memento mei, quoniam ſemen „Abrahami, & Iſaac, & Iacob ſum. Et ne traducas me apud „filios Iſraël, ſed redde me pauperibus. Tu enim noſti Domine, „quod in nomine tuo omnes curas & operationes meas comple-„bam, & mercedem abs te recipiebam. Et Angelus Domini ad-„ſtitit, dicens ad eam: Salome, Salome, audivit te Dominus. „Offer manum tuam puero, & geſta illum. Erit enim tibi ſalus, „& gaudium. Et acceſſit Salome, & geſtavit eum, dicens: Ado-„rabo ipſum, quia Rex magnus natus eſt in Iſraël. Et geſtato „puero, repente ſanata eſt Salome, & exiit è ſpelunca juſtificata. „Et ecce vox ad eam dicens: Ne annuncies quæ vidiſti magna, „donec ingrediatur puer in Ieruſalem. Et ecce Ioſeph paratus eſt „exire in Iudæam. Et tumultus magnus factus eſt in Bethlehem. „Inde enim venere Magi, dicentes: Ubi eſt, qui natus eſt Rex „Iudæorum? Ego autem Iacobus, qui & Hiſtoriam ſcripſi, tu-„multu facto in Ieruſalem, quem quidem ſuſcitavit Herodes, „ſubduxi meipſum in deſertum, quouſque ſedatus eſt tumultus in „Ieruſalem. Glorifico autem Deum, qui dedit mihi hoc munus, „ut ſcriberem hiſtoriam hanc. Sit autem gratia cum his, qui „timent Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Hæc Iacobus ille, quintus, ut illi volunt, aut potius primus, ſi quæ ab eo narrata ſunt videas, Euangeliſta. Inſcriptio Euangelicæ illius Hiſtoriæ, aut potius fabulæ, eſt; Proteuangelium, sive de natalibus Jesu Christi, et ipsius Matris Virginis Mariæ, divi Jacobi Minoris, consobrini et fratris Jesu, Apoſtoli, et Episcopi Christianorum primi Hierosolymis. Proteuangelium vocant, quia, cum alii Euangeliſtæ a natalibus Chriſti Hiſtoriam ordiantur ſuam, auctor illius ab his omiſſa quaſi tradit, & præmittit quæ Mariæ parentes, nativitatem, educationem, & alia ejuſmodi concernunt; quorum nullum apud veros Euangeliſtas veſtigium exſtat, quæque impia & falſa eſſe res ipſa oſtendit. Itaque inter ſpuria & ſuppo-

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

ſititia,

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

ſititia, qualia haud dubie ſunt Euangelia, quæ Nicodemi, Thomæ, Bartholomæi, & aliorum nominibus circumferuntur, hoc etiam Iacobi Protevangelium numerandum eſt. Græcum ejus exemplar ex Oriente adtulit Guilielmus Poſtellus, & Latine vertit; ante annos autem quaſi centum Baſileæ edendum Theodorus Bibliander curavit. Horum uterque tanti illud fecere, ut ſine eo reliquam omnem, quæ in Canonem recepta eſt, Euangelicam hiſtoriam mutilam ac imperfectam eſſe, in præfationibus ſuis affirmare non ſint veriti. Poſtellus certe, poſt multa de pretio, in quo libellum hunc eſſe apud Orientis eccleſias, tanquam authenticum, aſſerit, jactata, addit eum velut baſim atque fundamentum eſſe totius hiſtoriæ Euangelicæ, & caput Euangelii ſecundum Marcum, quod impii pariter ac inepti homines volunt eſſe ἀκέφαλον. Ejus verba, ſi quis requirat, hæc ſunt, *Petrus*, inquit, *Romæ non edidit Euangelium; ſed alteri Venetiarum Duci Marco commendavit ſine capite myſterioſe ſcribendum: ut olim adeſſet illi hoc caput*, Proteuangelium nempe Iacobi, *quod nunc vertimus, totius Veteris Teſtamenti appendicibus, Chriſtum quovis modo prædicantibus, neceſſarium, nedum Marco aut Lucæ.* Ac rurſum; *Euangelii ad hanc diem deſiderata baſis & fundamentum, in quo ſuppletur ſumma fide, quidquid poſſit optari.* Et in ſermone, quo Reſpub. Venetæ opus inſcribit; *Quod autem Euangelium, inquit, quo ad hanc diem utimur, nunquam poſſit ut debet, ac neceſſe eſt, potiſſimum apud Iudæos, eſſe in pretio ſine hac, quam nunc mundo offero, baſi, Iacobi hiſtoria de Salvatoris, & ejus matris Virginis Mariæ, incunabulis, clarum eſt.* Profecto animus meminiſſe horret. Ergo, ſi quidem hunc audimus, imperfecta & prope inutilis eſt inſpirata divinitus hiſtoria Euangelica, ſine hac Proteuangelica, quam Iacobi eſſe illi volunt, hoc eſt, deliriis & impiis commentis. An non ea eſt inſignis impudentia, ut vere ſcribit C. Barthius Lib. 11. Adverſar. Cap. 11. Proteuangelion aliquem comminiſci, velut priuſquam ad iſta a Spiritu Sancto inſpirata venias, alio tibi credendo opus ſit? Fuit forte quidem pio affectu hæc figmentorum licentia recepta Monachis, eruditione talibus, ut, colore aliquo inducto, poſſent veritatem etiam fabulis illuſtriorem facere velle, ſed quid quæſierint per eam, quidque effecerint ſeductores Spiritus, omnibus conſtat. Excuſſa videlicet unica fidei norma creditum eſt vagis denique quibuſque rumoribus; neque auctoritate ulla ad ſuperſtitionem introdu-

Suppoſititia de Chriſti natalibus Euangelia, inprimis vulgo dictum, Proteuangelium, Iacobi nomine vulgatum.

cendam ad extremum opus fuit, ſponte ſua animis hominum, a teneris fabulis talibus aſſuetis, in ſiniſtrum latus obſequenribus; cum veriras contra, qualem tunc vocabant, divina aut potius Scholaſtica, longis Sophiſticationibus opus haberet, ut hominibus perſuaderetur. Utinam autem non fuiſſet poſtremis ſcriptoribus tanta libido & licentia, & audacia quidlibet fingendi; neque cepiſſet Chriſtianum populum ea credulitas nimia, vel potius ſuperſtitio, quæ pro vero ac ſancto accepit, quidquid aliquo fuco ſanctimoniæ adornatum producebatur? Namque tandem qui ſcriptores Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ audire, ſibique fidem, tanquam certo comperta tradentibus, haberi voluerunt, ea de Domino noſtro Ieſu Chriſto, de beatiſſima virgine ejus matre, de Diſcipulis ejuſdem ac Apoſtolis, ea denique de ſanctiſſimis hominibus commentati ſunt, quæ neque ipſis decora, neque Deo probata, neque Chriſtianis Eccleſiis utilia ſunt. Quin veriſſime dici poteſt; medii ævi iſtam adeoque recentiorem Chriſtianam Hiſtoriam, vel potius fabuloſam narrationem, quæ tamen nihil veretur in templis nonnullorum Chriſtianorum adhuc hodie ſeſe oſtentare, continere quamplurima, quæ religioni Chriſtianæ adverſa & inimica ſunt, & nullam interdum veri ſimilitudinem ſaltem præ ſe ferunt. Et ego hic in tradendis Eccleſiæ pariter ac ſæculi rebus mihi divinitus optarim concedi eam ſcribendi facultatem, quæ Dei inprimis & ſanctiſſimorum hominum gloriæ, ipſique veritati conveniat. Neque ſane mihi eſt dubium, quin in prodendis Chriſti Chriſtianæque adeo rei exordiis ſufficiat, & ſufficere omnibus debeat, quatuor Euangeliſtarum, quos Spiritu Sancto dictante ſcripſiſſe Chriſtiani omnes conſentiunt, diligentia & auctoritas. Quanquam enim plurimi olim, & jam ipſis Euangeliſtarum temporibus, ut ex iis quæ ſub initium Euangelii Lucæ leguntur, ſatis conſtat, Hiſtoriam geſtarum a Chriſto rerum contexuerint, ſingulari tamen diſpenſatione & judicio providentiæ divinæ, quatuor tantum Euangeliſtarum eâ de re ſcripta authentica conſervata, & ſola in Canonem ab omnibus retro Chriſtianis ſæculis recepta ſunt. Ex quibus, verba ſunt magni illius Auguſtini libro 1. de Conſonantia Euangeliſtarum, quamvis ſinguli ſuum quendam narrandi ordinem tenuiſſe videantur, non tamen unuſquiſque eorum, velut alterius præcedentis ignarus, voluiſſe ſcribere reperitur, vel ignotata prætermiſiſſe, quæ ſcripſiſſe

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

De Hiſtoria Eccleſiaſtica ſcriptoribus quibuſdam judicium.

De Euangeliſtis.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

alius invenitur, Sed ſicut unicuique inſpiratum eſt, non ſuperfluam cooperationem laboris ſui adjunxit. Nam Matthæus ſuſcepiſſe intelligitur incarnationem Domini ſecundum ſtirpem regiam, & pleraque ſecundum hominum præſentem vitam & facta & dicta ejus. Marcus eum ſubſequutus, tanquam pediſſequus & breviator ejus videtur. Cum ſolo quippe Ioanne nihil dixit, ſolus ipſe perpauca; cum ſolo Luca pauciora; cum Matthæo vero plurima; & multa pene totidem atque ipſis verbis, ſive cum ſolo, ſive cum cæteris conſonante. Hæc ille. Nunc ad veram Hiſtoriam, a qua falſæ indicandæ refellendæque cauſſa paulum hic digredi neceſſe habuimus, pertexendam revertamur.

Magorum adventus.

Annum Domini nati ſecundum Magorum ab Oriente adventu, & Chriſti adoratione, ejuſdemque ſeceſſu in Ægyptum ac fuga, infantum denique Bethleemiticorum cæde ac laniena, inſignem ſunt, ex antiquis etiam, qui volunt. Ceterum tempus incertum eſt. Bimulos quidem Bethleemi, ut & ſic Chriſtum, ſingulari tamen Dei Patris providentia ſervatum, è medio tolleret, Herodes infanticida mactari voluit. Ex quo tamen nemo certo colligat duorum tunc annorum ætatem Dominum habuiſſe. Nam & mactari juſſi ſunt omnes quotquot infra proximum biennium nati erant Bethleemi. Conſtat interim primitias gentium, ut Auguſtinus loquitur, fuiſſe Magos, primæ haud dubie in Oriente auctoritatis. *Hoc ſignum gratiæ illius*, ita idem loquitur, *ſine dubio ſacramentum fuit, & illius vocationis exordium, quâ nimirum non in Iudæa tantum, ſed in toto etiam mundo Chriſti Euangelium fuit prædicandum. Manifeſtatus autem Chriſtus eſt iis, qui prope ſunt, & iis qui longe. Iudæis in paſtorum propinquitate; Gentibus in Magorum longinquitate. Cum ergo natus eſſet,* quomodo narrat Matthæus Euangeliſta, *Ieſus, in Bethleem Iuda, in diebus Herodis Regis, Ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes; Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.*

Magi quales fuerint; & non fuiſſe Reges, oſtenditur.

Magos Reges fuiſſe, vulgo traditur. Ceterum qui qualeſque illi Perſis fuerint, certo docet Apulejus in Apol. Hujus verba, ne quis hac in re erret poſthac aut dubitet, hic nobis deſcribenda ſunt. Ex iis enim haud dubie conſtare cuivis veritatis ſtudioſo poteſt, non fuiſſe illos Reges. Neque fuerunt. *Libet mihi,* inquit, *quærere ab eruditiſſimis Æmiliani advocatis, quid ſit Magus. Nam ſi, quod ego apud plurimos lego, Perſarum lingua Magus eſt, qui noſtrâ*

ſacerdos, quod tandem crimen eſt, ſacerdotem eſſe? & rite noſſe atque ſcire, atque callere, leges ceremoniarum, fas ſacrorum, jus religionum? ſi quidem Magia id eſt, quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν, *cum commemorat, quibuſnam diſciplinis puerum regium adoleſcentem Perſæ imbuant. Verba ipſa divini viri memini, dicentia:* δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν. εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες. ὅ, τε, σοφώτατος, καὶ ὁ δικαιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου, τοῦ Ὡρομάζου. ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. *Auditiſne Magiam artem eſſe Diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam ſcilicet & divini ſcientem, jam inde à Zoroaſtre & Oromaze auctoribus ſuis nobilem, cælitum antiſtitam? Quippe inter prima regalia docetur. Nec ulli temere inter Perſas conceſſum eſt Magum eſſe, haud magis quam regnare.* Præceptores igitur ac pædagogi regum fuerunt Magi, non reges; eorumque fuit futuros Reges quomodo regnandum eſſet docere, non autem regnare. Magi, qui ex gentibus primi ſalutaverunt natum Dominum, hoſpites ſapientiæ conſulti, id eſt, Philoſophi, Theologi Chaldæorum, ſacrorum Ægyptiorum, & Arabicorum gnari, ſacrificiorum & ceremoniarum præſides, & Mathematicarum contemplationum profeſſores & ſapientes, quales erant ſuis & credebantur, ab antiquis ſcriptoribus, non autem Reges, quia revera Reges non erant, appellantur. Reges igitur non erant; fuiſſe illi probent, qui fuiſſe, nulla idonea auctoritate in medium producta, tradunt, & mentiuntur. Primores gentis ſuæ Magos vocat Juvencus, nec mentitur:

> *Gens eſt Eoi, Phœbo ortu proxima, regni,*
> *Aſtrorum ſollers ortuſque obituſque notare;*
> *Quorum primores nomen tenuere Magorum.*

Tales erant enim Magi; primores gentis ſuæ, & ſapientes, non Reges. Apuleji quæ jam adduximus verba fidem faciunt. Adde Xenophontem Cyropædiæ Lib. IV. & VIII. & Strabonem.

Cujates iidem fuerint, aut quibus ex Orientis oris in Iudæam venerint, veteres non conſentiunt. De Oriente omnes conſentiunt, non autem de partibus Orientis, ex quibus venerint. Per-

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

Cujates Magi fuerint.

Anno Christi 1. & aliquot ſeqq.

ſas vocat ille, cujus jam meminimus, Juvencus, ut & Prudentius. Si Perſarum nomine tunc deſignatæ fuerint omnes Orientis, quæ Romano ſubditæ non erant imperio, nationes, Perſas, id eſt, ex Perſia Orientis profectos Magos, haud falſo dixerint. Alia de his alii, quæ apud ipſos videantur. Sufficiunt hic mihi, atque adeo ſatisfaciunt, Euangeliſtarum verba; Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βεθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν ἡμέραις ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ Μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς ἱεροσόλυμα. Hæc Matthæus. Nobis igitur id tantum placet, quod diſertim dicunt Euangeliſtæ, veniſſe Magos ἀπὸ ἀνατολῶν, id eſt, Oriente.

Aperta porro de Magis Philoſophis ſunt Suidæ verba; Μάγοι, inquit, παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι. φιλόσοφοι igitur & φιλόθεοι fuerunt ſuis Magi, id eſt, Philoſophi, ſacerdotes, ſacrarumque rerum periti, & curandis iis præ cæteris dediti adeoque præfecti, non Principes vel Reges. Peritos ſiderum vocat Prudentius, non Reges. Ita enim hymno duodecimo Cathemerinon;

En Perſici ex orbis ſinu,
Sol unde ſumit januam,
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum Magi.

Magi Philoſophi & ſacerdotes.

Et quia periti ſiderum interpretes Magi, ideo & ſacerdotes. Nam ſidera ut numina iſtis Orientis gentibus tunc colebantur. Aſtrologi igitur pariter fuerunt & ſacerdotes Magi. Apud eas enim gentes utriuſque rei profeſſio tunc conjungebatur. Sed Claudiani inprimis adverſus inveteratum fœdumque de Regibus Magis errorem teſtimonio hic uti debeo. Ejus hac de re carmina exſtant Lib. 1. de Stilicone.

penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis; rituque juvencos
Chaldæo ſtravere Magi; Rex ipſe micantem
Inclinat dextrâ pateram; ſecretaque Beli,
Et vaga teſtatur volventem ſidera Mithram.

Aut ego nihil horum intelligo, aut Magi & Rex diſertim hic diſtinguuntur. Unde igitur inſana illa fingendi libido, Reges fuiſſe Magos, quos apparet fuiſſe ſacerdotes tantum, & in ſacris miniſtros Regum, non Reges? Fabulæ huic de Magis Regibus nihil poſthac ſupererit, quo ſe poſſit tueri. Neque fabularum in-

tradenda Magorum hiſtoria hic finis eſt. Quomodo enim hæc & ſimilia fingendi finem ſibi faciant, qui cum vera & agnita ſufficerent, contexendæ integræ, ut videri volunt, Chriſtianæ hiſtoriæ cauſſa, vacuo, ut ille loquitur, mendacia folle ſpirare, quam in iſtis acquieſcere, in quibus acquieſcendum haud dubie erat, maluere. *Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.*

Sed & de Magis iſtis tanquam minus vulgatum notat Vir eruditus Adverſar. Lib. XXII, Cap. XX. non ſuo illos nomine, ſed tanquam legatos lectos a toto ſapientum Orientalium choro illud ad Chriſtum adorandum iter confeciſſe. Cæterum neque id credibile eſt; neque id recte colligitur ex iis, quæ producit, veterum teſtimoniis. Verba Juvenci ſunt Lib. 1.

Hinc lecti proceres Solymas per longa viarum
Deveniunt, Regemque adeunt, orantque doceri.

Lectos gentis ſuæ proceres Magos appellat, non reliquorum nomine miſſos ad Chriſtum legatos. Fateor, legatos eos vocat Gaudentius*, Epiſcopus Brixianus, ad Paulum fratrem: *Deinde,* inquit ille, *Herodes perſequitur parvulum, ſed ſtellæ obſequentis fulgor magnum declarat Deum; quem legati univerſarum gentium Magi ſuppliciter adorantes cæleſti Regi debitam honorificentiam oblatione myſticorum munerum deferebant.* Dicit Magos legatos univerſarum gentium. Si horum verborum ea ſit ſententia, quam vult vir doctus, neceſſe eſt ut dicamus auctoritate & juſſu omnium omnino gentium functos hac legatione Magos fuiſſe. At hoc fieri non potuit. Quomodo enim univerſarum gentium accipere hac de re mandata aut intelligere potuerint? Non igitur ea mens eſt, aut eſſe potuit Gaudentii. Hæc eſt; in Magis, velut primitiis gentium, ad Chriſtum adorandum accedentibus, quaſi quibuſdam gentium legatis, univerſas gentes velut fuiſſe repræſentatas, quæ deinceps Chriſtum ſervatorem ſuum & Dominum eſſent agnituræ. Hoc ſolum neque aliud ex recitatis Gaudentii verbis colligendum eſt. Idem enim dixit, quod Auguſtinus verbis, quæ jam ſupra reddidimus; *Manifeſtatus autem eſt Chriſtus iis qui prope ſunt, & iis qui longe. Iudæis in paſtorum propinquitate: Gentibus in Magorum longinquitate.* Hoc voluit Gaudentius. Mirum eſt, viros eruditos, ut nova & non vulgata hactenus dicere videantur, ea in medium adferre, quæ a ſententia eorum, quorum auctoritate utuntur, plane aliena ſunt.

An Magi Orientis gentium nomine legatione ad Chriſtum functi fuerint, quæritur.

Anno Chriſti I. & aliquot ſeqq.

De ſtella, quam Magis ad natum Dominum viæ ducem cælitus datam fuiſſe haud ambigitur, nonnihil etiam hic dicendum eſt. Sed, quia ad alia pergendum, de eâ paucis tantum dicemus. Et inprimis Chalcidii ea de re verba, quæ Commentario in Timæum Platonis exſtant, hic reddenda ſunt. Is eo loco ut alia noxia ſidera luem & morbos humanis rebus portendere conſueviſſe, ita hanc, quæ Magis nati Domini indicium fecit, ſcribit ſalutarem Dei ad homines adventum ſignificaſſe, & iccirco Chaldæorum doctiſſimos ad eum adorandum ductum egregii ſideris eſſe ſequutos. Verba Chalcidii ſunt; *Eſt quoque alia ſanctior & venerabilior hiſtoria, quæ perhibet ortu ſtellæ cujuſdam non morbos morteſque denunciatas, ſed deſcenſum Dei venerabilis, ad humanæ conſervationis rerumque mortalium gratiam. Quam ſtellam cum nocturno itinere ſuſpexiſſent Chaldæorum profecti ſapientes viri, & conſideratione rerum cœleſtium excitati, quæſiſſe dicuntur recentem exortum Dei, repertâque illâ Majeſtate puerili, veneratos eſſe, & vota, Deo tanto convenientia, nuncupaſſe.* Hæc Chalcidius; quæ Euangelicæ de Magorum adventu ad ſalutandum Dominum hiſtoriæ plane conveniunt.

De ſtella, quæ dux via Magis fuit ad Chriſtū, verba Chalcidii; & veius lectio defenſa.

Cæterum, ita loquitur vir doctus & plurimæ lectionis, ut conſtet de cæteris Chalcidii verbis ratio ſua, docendi tamen eramus, quid ſibi vellet, quod nocturno itinere obſervaſſe Magi ſtellam illam perhibeantur. Et an poterant, ſic enim pergit, nullâ alia ratione? Aut in perpetuo itinere erant homines affixi potius quietis Mathematicarum diſciplinarum ſtudiis? Forte eſt, nam & hoc addit, corrupta eſſe ea verba, & ſcriptum Chalcidio *Quam ſtellam nocturno icti ſidere*, &c. Verum enim eſt obſtupuiſſe: ad ſtellæ illius conſpectum Magos. Prudentius, ubi eadem de re agit, Apotheoſi, & loquentes introducit Magos;

Vidimus hunc, aiunt, puerum per ſidera ferri,
Et ſuper antiquos ſignorum ardeſcere tractus.
Diriguit trepidans Chaldæo in vertice pernox
Aſtrologus; ceſſiſſe anguem; &c.

Hæc ille. At in Chalcidii illis, quæ exhibita jam ſunt, verbis nihil omnino mutandum mihi videtur. Verba egregia, & ſententia aperta ſunt. Illud, quod tamen vultvir doctus, *icti ſidere*, hic nemo legerit, niſi qui quid *ictus* tali in re Romanis ſignificet, ignoraverit. Vera eſt, neque tollenda in Chal-

cidio

cidio lectio vulgata. *Nocturnum* quod vocat Chaldæorum aut Magorum *iter*, nihil eſt aut ſignificat aliud, quam nocturnam, neque enim eſſe alia, aut orta luce, poteſt, ſiderum cœleſtium obſervationem. Et noctu illa potiſſimum obſervari, conſtat. *Conſiderationem rerum cœleſtium* vocat Chalcidius. Ut & *iter Chaldæorum*, ſive Magorum, *nocturnum*. Eodem enim haud dubie hæc redeunt. Nihil ergo in Chalcidii verbis, meo quidem judicio, mutandum eſt.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Qualis ea fuerit.

Stellam, quæ dux viæ Magis fuit ad Chriſtum, Chriſtum ipſum fuiſſe recentiores quidam ſunt, & eruditionis nomine celebres, qui volunt, certoque id colligere ex antiquorum teſtimoniis ſibi videntur. Cæterum fallit eos ratio. Abutuntur Prudentii verſibus qui in Apotheoſi leguntur, & partim jam exhibiti ſunt, ubi Magos velut verba facientes producit;

Vidimus hunc, ajunt, puerum per ſidera ferri,
Et ſuper antiquos, &c.

Per ſidera ferri, nihil hic eſt aut ſignificat aliud, quam *per ſidera ſignificatum*, natum eſſe divinum illum puerum. Nota eſt vulgo loquendi illa ratio, *ut ferunt*, pro, *ut volunt*, *ut ſignificant*, *ut dicunt*. Cum igitur dicit Prudentius, *puerum per ſidera ferri*, hoc dicitur, per ſidera puerum ſignificari, & ad eum duci Magos, non ipſum ſidus eſſe divinum illum natum puerum. Neque pro hujus ſententiæ auctoribus faciunt, quanquam facere ipſi velint, quæ apud eundem Chriſtianum vatem Cathemerinôn XII. leguntur.

Prudentii de ea verba explicata.

Illuſtre quoddam cernimus,
Quod neſciat ſimul pati;
Sublime, celſum, interminum,
Antiquius cœlo & Chao.
Hic ille Rex eſt gentium,
Populique Rex Iudaici,
Promiſſus Abrahæ patri, &c.

Significatum Chriſtum, & id quo ſignificatus ille fuit, confuſa eſſe ab iis, quos hic refellimus, apertum eſt. Magorum certe, quos loquentes introducit Prudentius, non alia eſt ſententia, quam vidiſſe ſe illuſtre ſidus, quo & Rex gentium, & populi Rex Iudaici, & promiſſus dux Abrahæ patri, ſignificabatur; non

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

autem, ipſum ſidus tale quid fuiſſe. Nulla Sacræ veteris Hiſtoriæ, nulla veterum auctorum Chriſtianorum, ex quibus tamen hæc colligi nonnulli volunt, pro hujus rei hiſtoria teſtimonia exſtant. Ac iccirco haud dubie repudianda nobis hic ſunt. Et ſic refellimus ea ac repudiamus. Neque enim Hiſtoriæ nomine vel veniunt, vel venire poſſunt, quæ otioſorum tantum hominum commenta ſunt. Inter quæ his, quorum jam meminimus, locum deberi, nemo non videt. Viri quidam non ineruditi nova, nec dicta aliis, de his ſimilibuſque aliis dicere maluerunt, quam vera, ne nihil niſi indictum pleriſque aliis dixiſſe viderentur. Et ſic quoque fidei veritatique geſtarum olim rerum multum detractum eſſe, non ambigendum eſt. Nec ambiget profecto, qui ſerio & diligenter talia, ut oportet, inſpexerit. Cum iis enim, quibus vera aut ſunt aut creduntur quæcunque tantum ab aliis, & ſæpe obiter tantum tradita ſunt, nobis hic, longe alia profeſſis, rem eſſe nolumus.

Epiphaniæ nomē quid ſignificet in Eccl. ſia.

Anniverſarius dies, quo in Eccleſia adventus Magorum ſequutis temporibus memoria celebrata eſt, Epiphaniæ nomine (ita enim vulgo loquuntur) a quibuſdam appellatus eſt. At de ejus nominis teſtique, & celebrandæ eo die rei memoriæ, ſignificatione veteres etiam ſcriptores non conveniunt. Diverſa quippe produnt recentiores. Græcum nomen quid velit, apertum eſt. Quis eo donandus dies ſit, dubitatur; nempe an ille quo Natalis Domini, an quo baptiſmus, an quo primum editum ab eo miraculum verſâ in vinum aqua, an denique quo Magorum adventus ab Eccleſia celebratur. Græcæ certe & Latinæ Eccleſiæ Doctores hac ſuper re diſſenſere. Anniverſariæ repetitæ memoriæ miraculi, in Cana Galilææ editi, ut alia hic alioſve non memorem, datum hunc diem vult Ambroſius: *Pleroſque*, ſcribit, *in Epiphaniæ die à Domino memorabilia facta commemorare; ut rogatus ad nuptias aquæ ſubſtantiam in vini commutarit, ac liquorem fontium in meliorem uſum ſui benedictione tranſtulerit; quo mirabili ſigno divinitatis ſuæ primum ille virtutem declaraverit.* Datum vult & Maximus Epiſcopus eo in ſermone, qui apud eundem Ambroſium legitur. *Epiphania*, ait ille, *hodie celebramus gaudia. Quærat aliquis, quid interpretetur hoc verbum? Scilicet quia ἐπιφαίνειν Græce, Latine dicitur apparere. Ergo quia tunc primum Salvator apparuit in mundo, ipſa dies eodem vocabulo in Eccleſia Chriſtiana Epiphania appellata eſt. Quomodo*

autem apparuerit requiramus: non quod in mundo ante non fuerit, cum mundus per ipſum factus ſit; ſed quod tunc primum ſignis atque miraculis credentium cordibus Deus Chriſtus illuxerit, & in tenebroſas conſcientias hominum ſplendor fidei advenerit. Signum autem, quod operatus fuit, ut divinitatem ſuam hominibus declararet, & humanis mentibus tanquam novus & inopinatus appareret, aquam in vinum mutavit. Sed & datus fuit celebrando Magorum ex Oriente adventui, ad Chriſtum Dominum ſalutandum. Dubitare nos hac de re non vult Paulinus. Ejus Lib. de Natali Felicis verſus ſunt;

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Ut veneranda dies cunctis, quâ virgine natus
Pro cunctis hominem ſumpſit Deus: utque deinde
Qua puerum ſtella duce myſtica dona ferentes
Dupliciter vidêre Magi: ſeu qua magis illum
Iordanis trepidans lavit, tingente Ioanne,
Sacrantem cunctas recreandis gentibus undas:
Sive dies eadem magis illo ſit ſacra ſigno,
Quo primum Deus egit opus; cum flumine verſo
Permutavit aquas prædulcis nectare vini.

Talis igitur jam olim hac ſuper re hæſitatio fuit in Eccleſia Chriſtiana. Controverſiam ego iſtam meam hic non facio. Neque ea adeo ad noſtrum hic facit inſtitutum. Hoc ſolum dixero, fruſtra, & in nullum Eccleſiæ uſum, olim in Eccleſia hac de re quæſitum fuiſſe. Ante Magorum adventum, & priuſquam baptiſatus eſt Dominus, & antequam prima ederet miracula, adventus divinitatiſque Domini ſignificatio facta eſt & aliis, ut paſtoribus & Simeoni; quorum repetendæ in Eccleſia Chriſtiana memoriæ dies deſtinati etiam Epiphania poſſunt appellari.

Ad Magorum peregre adventantium interrogationem, *Ubi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum;* turbatus eſt Rex Iudæorum Herodes; qui regno ſuo metuebat neque legitimo, neque hæreditario, ac quod per vim occupaverat, & male adminiſtraverat, & flagrantibus magis magiſque Iudæorum odiis retinebat. *Putabat ſe, infelix, regali ſolio detrudendum,* ut Arelatenſis Hilarius loquitur, *ſed non eſt ita. Non enim ad hoc venerat Chriſtus, ut alienam invaderet gloriam, ſed ut ſuam donaret; non ut regnum terreſtre præriperet, ſed ut cœleſte conferret; non venerat ad dignitates rapiendas, ſed ad injurias perferendas; non ut caput ad gemmatum diadema, ſed ad ſpineam coronam præ-*

Herodes, Rex Iudæorum, anxius, intellectâ Chriſti nativitate.

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

pararet; non ut ſuper ſceptra conſtitueretur magnificus, ſed ut crucifigeretur illuſus. Cæterum hæc omnia Herodes ignorabat. Atque hæc cauſſa infanticidii, ex Hiſtoria Euangelica vulgo notiſſimi. Hujus & paganos meminiſſe volunt. Macrobius Lib. Satur. 2. Cap. 4. *Cum audiſſet Auguſtus, inter pueros, quos in Syria Herodes, Rex Iudæorum, infra bimatum juſſit interfici, filium quoque ejus occiſum, dicebat: Melius eſt Herodis porcum eſſe, quam filium.*

Magi, ſalutato Herode, ſe in viam dant, Bethleemum verſus; *Et ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, uſque dum veniens ſtaret ſupra, ubi erat puer. Et procidentes adoraverunt eum. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham,* vetuſto Perſarum nunquam Regem ſine munere ſalutantium more.

Cum autem diſceſſiſſent Magi; *Ecce*, ut Euangelica habet Hiſtoria, *Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſepho, dicens: Surge, accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi uſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Quod & factum eſt a Ioſepho. Hæc infantis Chriſti fuga eſt in Ægyptum. Egregie eâ de re Euſeb. Lib. IX. Ἀποδ. Cap. IV. *Si quis autem*, inquit, *Servatoris noſtri ſeceſſionem in Ægyptum vituperet, is intelligat illud totum ſecundum optimam rationem factitatum. Non enim par & conveniens erat, ut ſpontanea Herodis improbitas & malitia cohiberetur: neque congruum erat, ut infans adhuc Servator miracula ederet, atque ante tempus divinam ſuam proderet virtutem: quod omnino illum oportuit feciſſe, ſi admiranda aliqua ratione Herodem ſibi inſidias ſtruentem puniviſſet, & illam cum parentibus in Ægyptum fugam declinaſſet. Sed pertinebat ad divinam diſpenſationem in convenientiora tempora miraculorum rejicere patrationem.*

Chriſti fuga in Ægyptum.

Pagani olim, ut Chriſtum neque Deum neque divina donatum poteſtate oſtenderent, hanc infantis fugam in Ægyptum objicere Chriſtianis ſolebant. Hinc illa Celſi apud Origenem in Philocalia, Cap. XVIII. *Quid*, Ieſum ſic alloquitur, *cum diſcipulis huc & illuc aufugis? Quid te infantem opus erat in Ægyptum deferri ne interficerere? Deum enim non oportebat à morte ſibi metuere.* Ad quæ egregie reſpondet Origenes. *Rem*, inquit, *compoſitam*, συνθετὸν τι χρῆμα, *Chriſtum fuiſſe dicimus; & oportebat eum ſuæ in vita hominis peregrinationi proſpicientem, non intempeſtive extremo periculo ſe offerre. Atque adeo oportebat eum ab iis, à quibus educabatur, divino Angelo duce, in Ægyptum deferri. Non abſurdum autem erat, cum*

Calumnia paganorum.

hominem humano more educari, & præſentiſſima pericula fuga evitare: non quod aliter id fieri non poſſet, ſed quod oporteret uſitata via & ratione ſaluti Ieſu conſuli, ſive, ut ipſe Origenes eleganter loquitur, περὶ τῆς σωτηρίας τοῦ Ἰησοῦ οἰκονομεῖσθαι. Addit & alia quædam quæ apud ipſum legi poſſunt.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Cæterum immiſſa cælitus graviſſimi ac prope inauditi terroris morbi pœna Herodem mox confecit. *Herodem*, verba Ioſephi interpretis ſunt Lib. XVII. Antiq. *acerbior indies cruciabat morbus, dum Deus pro nefariis ſceleribus, quibus ſe contaminaverat, in hac vita grave de illo ſupplicium ſumeret. Æſtus erat aliquanto lentior & remiſſior, qui non tantum fervoris apud illos exerebat, qui illum manibus contrectabant, quantum cruciatus inteſtinis ipſius viſceribus inferebat. Inexplebili comedendi deſiderio tenebatur, quod nullo modo poterat explere. Putredine inteſtina corripiebantur, præcipue autem colon inteſtinum cruciatus torquebant intolerabiles, quos humor purulentus & pellucidus circa pedes augebat. Membri genitalis tabes vermium peſte ſcaturiebat; ſed & penis inflatus arrigebatur. Cui acceſſit malo ſpirandi difficultas, & propter ſpaſmos crebros ſingultus acerbi. Nervorum præterea contractio pervaſit membra omnia. Dicebatur ergo ab iis, qui divinandi ſcientia pollere credebantur, Deum has pœnas à Rege ob variam ac multiplicem ejus impietatem expetiviſſe*. Hoc de Herode Infanticida ejuſque exceſſu Ioſephi Iudæi teſtimonium eſt.

Herodis exceſſus.

Herodi vitâ functo ſuccedit Archelaus filius. Is, inter initia regni, deſideriis Iudæorum omnibus ſatisfacturum ſe prolixe pollicetur. Petebant autem Iudæi, ut Herodis, quem conviciis inceſſebant, familiares ac domeſticos ad necem dederet; ut Pontificem ab eo creatum, loco & dignitate moveret, & ſanctiorem melioremque alium in ejus locum ſurrogaret. Indigne hæc tulit Archelaus; nec tamen palam auſus contradicere quaſi annuere multitudinis poſtulatis videbatur. Miſit igitur, qui cœptos motus componerent, & a reverſo Româ, quo proficiſci in animo jam habebat, explendas omnium preces, vulgo perſuaderent. Sed in legatos lapidibus Iudæi impetum fecere. Quo facto Archelaus irritatus equitum alas, & univerſum in eos immiſit exercitum, qui ad tria Iudæorum millia cæcidit. Sedatis turbis & disjectâ multitudine Romam profectus eſt, cura regni fratri Philippo interea mandatâ. Româ redux, quomodo narrat Ioſephus Cap. 15. Lib. 17. Antiq. collatâ in ſe a Cæſare Ethnarchiâ

Archelaus ei ſuccedit.

Anno Christi 1. & aliquot seqq.

Joazarum ſummovit Pontificatu, quaſi rebellibus faviſſet; & ſucceſſorem ei dedit fratrem ejus Eleazarum. Regias ædes Hierichunte exſtruxit. Sed nec diu Pontificatus honorem Eleaſar geſſit, ſucceſſoremque ſuperſtes Ieſum Siæ filium accepit.

Mortuo Herode, regnante inter Iudæos Ethnarcha Archelao, ex Ægypto in Iudæam reverſum eſſe Dominum conſtat.

Dominus, eo regnâte, ex Ægypto in Iudeam redit.

Herodes, Antipatri Idumæi filius, Magnus & Aſcalonita cognomento, Romæ a Cæſare Octaviano & Antonio Iudææ Rex declaratus, Hieroſolyma occupata, in plenam regni poſſeſſionem venerat.

Herodem ſequutus eſt filius Archelaus, permittente eodem Cæſare Auguſto, ſed dignitate & potentia minor patre. Non enim Rex, ſed Ethnarcha Iudææ, Idumææ, & Samariæ præfuit. Herode igitur mortuo magna Iudæ illud ſceptrum paſſum eſt decrementa, cum Archelaus, & ſic tota gens Iudaica, multo arctioribus vinculis conſtringeretur a Romanis, quam pater Archelai Herodes.

Quinctilius Varus, & tres cum eo legiones, a Cheruſcis, eorundemque duce Arminio, in Germania cæduntur. Hoc initium eſt redditæ quaſi, certe recreatæ Germanicæ libertatis; quam oppreſſam tunc exſtinctamque cupiebant Romani; qui & tum inprimis didicere facilius a ſe triumfari Germaniam poſſe, quam vinci. De Arminio hoc inſigne eſt graviſſimi auctoris Taciti judicium, quod legitur ſub finem Annalis 2. *Arminius*, inquit, *abſcedentibus Romanis, & pulſo Maroboduo, regnum affectans, libertatem popularium adverſam habuit: petituſque armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit*, LIBERATOR HAUD DUBIE GERMANIÆ, *& qui non primordia populi Romani, ſicut alii Reges duceſque, ſed florentiſſimum imperium laceſſierit: præliis ambiguus, bello non victus. Septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ explevit. Caniturque adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui ſua tantum mirantur. Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollunt recentium incurioſi.* In Saxonia inferiore hodieque oſtenditur campus, cui *Windtvelt* nomen datum quidam putant, ob inſignem victoriam de Romanis, duce Arminio, eo in loco reportatam. Certe Arminius Germaniæ tunc fuit, & merito dicitur, ac deinceps celebratur, liberator. Faciunt huc, & obſervanda ſunt, quia obſervata hactenus non ſunt, Witichindi Corbeienſis, qui

Arminii egregium facinus pro Germania libertate, caſo Varo.

floruit

floruit anno 952. verba, quæ exſtant Lib. Annal. ejus 1. *Cum penes Regem*, inquit, *Erminfridum ſumma victoriæ eſſet, requiſitus cum uxore & filiis, ac raro comitatu, evaſiſſe repertus eſt. Mane autem facto, ad Orientalem portam ponunt aquilam; aramque, ſecundum errorem paternum, conſtituentes, ſacra ſua propria veneratione venerati ſunt; nomine Martem, effigie columnarum eminentem* (ita enim haud dubie legendum illo loco eſt) *Herculem loco Solis, quem Græci appellant Apollinem. Ex hoc æſtimationem illorum apparet utcunque probabilem, qui Saxones originem putant duxiſſe de Græcis, quia* Hermin, *vel* Hermes, *Græcis* Mars *dicitur: quo vocabulo ad laudem, vel ad vituperium, uſque hodie etiam ignorantes utimur.* Hæc ille.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

Nonnulla, quæ hic dicuntur, falſa ſunt. Certe *Hermin*, vel, Græco vocabulo, ἕρμης, Græcis *Martem* non ſignificat, ſed *Mercurium*. Id pueris notum eſt. Neque alia hac de re hic verba facienda ſunt. De eo potius differendum hic nobis eſt, quare, & an vere, dicat Witichindus (id autem haud dubie dicit quod veriſſimum eſſe hodieque Germani omnes agnoſcimus; neque intellexerunt illi qui hæc ejus edidere) idem nomen *Hermin* apud Germanos & gloriæ & ignominiæ habere ſignificationem. Habet profecto etiamnum. *Ermman*, paupertinæ hominem conditionis ſignificare, Germanis omnibus notum eſt. Adſpirationem enim quod attinet, eam ſubinde recipi, nonnunquam autem prætermitti, pro diverſo eorum ingenio ac ore, qui tamen una eademque Germanica lingua utuntur, diverſa, quæ hodieque in his ſimilibusque agnoſcitur, dialectus gentis, ambigere neminem ſinit. Sic igitur vituperii ſignificatio in nomine *Hermin* fuerit, quomodo loquitur Witichindus. Laudis autem honoriſque eſt in *Herman*, aut *Heirman*, quod militiæ ac exercitus ducem vel imperatorem notare Germanis, nemo jam ignorat. *Haire* enim, aut *Heire*, vel contracte *Heir*, exercitum Germanis ſignificare quis neſcit? Eſtque illud *Haire*, vel *Heire*, idem haud-dubie cum τῷ Ἄρης Græcorum, qui eo nomine Martem, bellorum præſidem Deum, vocant. Et inde ſine dubio nominis origo, quo Germaniæ ille liberator *Arminius*, cæſis Varo, & tribus, quibus hic præerat, legionibus nobilis, hoc eſt, Germanorum tunc adverſus Romanos militiæ dux appellatus eſt. Nomina dignitatum, quibus frequentius vulgo deſignamus eos qui eas gerunt, notiora Romanis fuerunt, quam propria. Et idcirco in Anna-

Hermin. quid ſignificet veteribus Germanis.

Anno Chriſti 1. & aliquot ſeqq.

libus eorundem Romanorum Arminii nomen legitur, id eſt, militiæ imperatoris inter Germanos; non quod proprium id ejus nomen fuerit, ſed muneris & ordinis, & ſuprema in militari expeditione donati poteſtate, ſive militiæ ducis ac imperatoris; quod notius quam proprium erat Romanis. Sunt & alia ejuſmodi exempla, quibus id, quod jam diximus, & verum eſſe, & uſitatum fuiſſe, alibi oſtendemus. Addam nunc tamen & illud, mentione nominis Arminii factâ admonitus; Germanorum nomen non aliunde quam ex eo nomine fluxiſſe. Scio ego alia, ut in his ſimilibuſque fere fieri amat, de ejus origine in medium adferri, quæ hic repetere non eſt neceſſe, quam quæ obiter jam dicturus de eâ ſum. Vero ſimiliora, ut ſpero, iis quæ aliis tradita ſunt, videbuntur. Notat diſertim Tacitus in elegantiſſimo libello de Vita & moribus Germanorum, unico haud dubie ampliſſimoque, quod ſupereſt hodie, veræ hujus gentis antiquitatis monumento, *Germanorum nomen nuper additum*. Floruit autem Tacitus imperante Trajano. Nuper ergo, id eſt, non ita diu ante tempora Trajani, additum eſt Germanorum nomen. Alii legunt *auditum*. Sed haud neceſſe eſt mutare receptam vulgo lectionem. Sive enim *additum*, ſive *auditum* legas, res & ſententia eodem redeunt. Si nuper, hoc eſt, quod jam diximus, non ita diu ante tempora Cæſaris Trajani, vel additum vel auditum ſit Germaniæ aut Germanorum nomen, haud abſimile vero videri poſſit, additum illud & ſic mutatum a Romanis, accepto nomine ab Arminio aliquo, id eſt, gentis duce, adeoque genti toti dato. Sic enim fieri ſolere, omnium prope gentium Annales oſtendunt. In iis enim, incognitis olim gentibus a ducibus ſupremiſque præfectis plerumque data nomina ab aliis, quibuſcum his res fuit, haud ſemel leguntur. Ita *Lechi* aut *Leckiadæ* hodieque Turcis Poloni appellantur, non Poloni; petito nomine a *Lecko*, quem primum gentis Principem & quaſi auctorem celebrant Poloniæ Annales. Alia ejuſmodi exempla in medium adferri hic poſſent; ſed adferre non eſt neceſſe. Res enim aperta ſatis videtur. Neque eſt quod legentem hæc ac expendentem offendat non Garminium, ſed Arminium hunc gentis ducem appellari a Romanis. G. quippe litteram adſpirationis velut loco eſſe & haberi notum eſt; quæ icirco iiſdem, aut iiſdem origine vocabulis vel additur vel adimitur, pro diverſa earum gentium in pronunciando aut ſcri-

De nominis Germanorum origine conjectura.

bendo

Anno Chriſti 1. *& aliquot ſeqq.*

bendo dialecto, quas nihilominus eadem uti lingua conſtat. Huic conjecturæ tribuat quiſque quantum volet. Neque enim alio hæc titulo aut nomine offerimus, quam conjecturæ. Id certe ex Taciti teſtimonio apertum eſt, Germanos id nomen ab aliis gentibus ſibi inditum accepiſſe. Sed conjectura hæc modo eſt; quod jam monuimus; qua nihil detractum cupimus earum rerum veritati quas dein traditurí ſumus.

Archelaus accuſatur & relegatur.

Archelaus, Iudeæ Ethnarcha, apud Auguſtum per Iudæorum & Samaritanorum primates accuſatus, quod contra mandata Auguſti ſumma crudelitate in Iudæos uteretur, regno exuitur, & Viennam Galliarum urbem relegatur. Archelao pulſo ſceptri Iudæ mutilationi magnam acceſſionem factam patet, cum tribus Iuda tum prorſus in provinciæ formam redacta ſit, neque poſthac unquam facta ſit ſui juris; cum antehac ſub Babyloniis deliquium potius paſſum fuerit, quam prorſus abolitum ſceptrum Iuda, ſive gentem totam, ſive, quod multo convenientius videtur, tribum Iuda ſpectes. Certe Iacob Patriarcha cuique tribui ſuum aſſignat elogium. Non igitur voce Iuda totum δωδεκάφυλον, ſed tribum Iuda intelligit. Ex quo Ruben ob inceſtum, Simeon & Levi ob immanem in Sichemitas perfidiam exciderunt jure primogenituræ, jus illud ad Iudam tranſiit: ejuſque veſtigium aliquod etiam ante Iacobi mortem videmus, Geneſeos 43, 8. 44, 44. 16. Imprimis poſt Iacobi, certe poſt Ioſephi, mortem tribus hujus fuit hæc perpetua prærogativa, quod, etiamſi Duces, Judices, Reges ex aliâ quavis tribu præeſſent toti δωδεκαφύλῳ, tamen tribus Iuda primatum inter alias ſemper obtinuerit, & aliquam προστασίας, certe προεδρίας, ſpeciem, Num. 10, 14. 11, 3, cum ne Reges quidem ipſi quidquam, quod totum δωδεκάφυλον ſpectaret, aut paulò majoris eſſet momenti, moliri deberent, niſi ex ſententia Synedrii LXXII. viralis. Præterea fuit etiam hæc prærogativa tribus Iuda, quod in ea ſedem habuerit ſummum illud Synedrium, cujus vis & authoritas præcipua mox ſub Pilato, tota ſub Veſpaſiano, non ad unum, ut ſub Babyloniis, jubileum, ſed in æternum, intercidit, cum hactenus jure ſceptri fuiſſet uſa; quod innuit Moſes Num. 21, 18. *Aſcende putee, celeuſma conclamate ei; putee, quem effodiunt principes, quem fodiunt ingenui è populo cum Legiſlatore*, hoc eſt, Legiſlatorum Synedrio LXXII.

Sceptri Iuda inſigne decrementum.

Anno Chriſti I. *& aliquot ſeqq.*

virali *ſcipionibus ſuis inſtructo.* Hic ſcipio prorſus idem eſt quod ſceptrum Geneſ. 49, 10. juriſdictionis videlicet inſigne. Hactenus LXXII. viri fuerant quaſi totidem σκηπτροῦχοι βασιλεῖς. Erepta necis & vitæ poteſtate nihil erat Synedrii ſceptrum, niſi κενοτάφιον & nomen vanum. Cum igitur hujus Synedrii ſedes eſſet in tribu Iuda, cum in eo Synedrio primas obtineret tribus Iuda, Pilatus jus vitæ & necis huic Synedrio eripiens id abolevit. In quo potiſſimum eminebant τὰ πρεσβεῖα tribus Iuda. Huic Synedrio cum ereptum eſt jus vitæ & necis, & ita quidem, ut id poſtea nunquam recuperarit, tum certe nihil video quod merito deſiderari poſſit ad integram ſceptri Iuda abolitionem. Nunc igitur vaticinium Iacobi impletum, & ſceptrum de Iuda ſublatum eſt.

XII. Annus Chriſti duodecimus B. Lucæ Euangeliſtæ teſtimonio de rebus a puero Ieſu geſtis in templo, illuſtris eſt. A reditu enim Domini ex Ægypto ad hunc uſque annum nihil plane aliud Sacris literis proditum ab aliquo Euangeliſta habemus de divino illo puero Ieſu, ejuſdemque parentibus. Ita autem Lucas; *Puer autem creſcebat, & confortabatur, & gratia Dei erat cum illo. Et ibant parentes ejus per omnes annos in Hieruſalem, in die ſolemni Paſchæ. Et cum factus eſſet* ANNORUM DUODECEM, *aſcendentibus illis Hieroſolymam, ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſque diebus cum redirent, remanſit puer Ieſus in Hieruſalem, & non cognoverunt parentes ejus. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei; ac requirebant eum inter cognatos & notos; & non invenientes reverſi ſunt in Hieruſalem, requirentes eum. Et factum eſt poſt triduum, invenerunt illum in templo, ſedentem in medio Doctorum, audientem & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis ejus; & videntes admirati ſunt. Et dixit mater ejus ad illum; Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos; Quid eſt, quod me quærebatis? Neſciebatis quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbum, quod loquutus erat ad illos.*

Chriſtus puer diſputat in templo cum Doctoribus Iudæorum.

Quomodo is ſapientia profeciſſe dicatur.

Profeciſſe ſapientia atque gratia apud Deum & homines dicitur; ſed de eorum verborum ſententia non perinde veteres conſentiunt. Et ex prava horum interpretatione ſtatim inter prima Chriſtianæ Eccleſiæ exordia nata eſt Ebionitarum vetuſtiſſima hæ-

reſis,

ceſis. De qua alio loco plura trademus. Dicebant illi merum fuiſſe hominem Dominum Ieſum, ex Ioſepho & Maria humano more modoque progenitum; ſimul etiam iidem docebant, Divinitatem communicatam eum tunc primum accepiſſe, cum Spiritus Sanctus in figura columbæ ſuper ipſum in Iordane baptizatum deſcenderet. Cæterum Orthodoxi ita ſeſe hic expediebant, ut dicerent, ipſum profeciſſe, non quod proceſſu ætatis plenitudini illi primigeniæ aliquid acceſſerit ulterius gratiæ vel ſapientiæ, ſed ita dictum per Spiritum Sanctum, quoad nos, noſtrumque concipiendi modum, ſecundum quoſdam effectus gratiæ, οἰκονομικῶς, & paulatim ſe exerentes. Cum juxta menſuram ætatis corporeæ, quod vult Cyrillus, Natura divina ſapientiam propriam humanitati communicatam revelaret; hoc eſt, per convenientem diſpenſationem, quemadmodum & potentiam deinceps omnipotentem, in officii & muneris ſui executione. Præditus erat haud dubie jam à primis incunabulis potentia miracula faciendi, & non minore potentia præditus quam cum Lazarum a mortuis ſuſcitaret. Illa tamen per plures annos non utebatur, donec in nuptiis Canæ aquam in vinum commutaret. A quo miraculo, ad illud de Lazaro, dici recte potuit, propter plurima intermedia, in miraculis edendis profeciſſe. Hæc illi.

Anno Christi I. & aliquot ſeqq.

Chryſoſtomi jam ætate facta a Ieſu puero miracula paſſim celebrabantur, ſed ipſi, ut ſpuria & commenta hominum vana, damnata ſunt. Egregia ejus Hom. XVIII. in Cap. Ioh. 2. ac gravia plane verba ſunt; Ἐντεῦθεν, inquit, ἡμῖν λοιπὸν δῆλον, ὅτι καὶ τὰ σημεῖα ἐκεῖνα, ἃ παιδικὰ εἶναί φασι τοῦ Χριστοῦ, ψευδῆ καὶ πλάσματά τινα ἐπεισαγόντων ἐστίν. Hoc eſt: *Atque hinc liquere poteſt, & deinceps conſtare nobis debet, miracula illa & ſigna, quæ Christi puerilia commemorantur, falſa omnino circumferri, & conficta ab iis, qui illa tradiderunt.*

Nulla pueri Christi miracula.

Et certe quæ Chriſto puero tribuuntur miracula, plurima ſunt, ſed fidem non merentur. Conſtat ex Ioannis Euangelio primum omnium vocari illud editum in Cana, ubi aqua in vinum verſa eſt. Sciendum autem, ſemelque ac ſerio hic monendum eſt, duo vitia, τὸ φιλόμυθον & κενόσπουδον Hiſtoriam Chriſtianorum Eccleſiaſticam ſuperioribus ſæculis miris modis depravaſſe. Cavendum denique ne, quod haud ſemel factum, pia quorundam

Anno Christi

meditatio pro hiſtorica aſſertione accipiatur. Ejuſmodi inanes ac aniles fabulas plurimas tradiderunt illi, qui & *Librum de Infantia Servatoris* olim commenti ſunt, & *Iacobi Proteuangelium*, tanquam Canonicæ Hiſtoriæ Euangelicæ aliquid addendum reſtaret. *Commenta Apocryphorum* appellat Hieronymus Lib. 1. contra Helvidium. Adeo piæ illæ, ut iſti volunt, ſed revera impiæ vanæque, fabulæ in Hiſtoria Eccleſiæ antiquæ ſunt. Fuerint hæc hominum piorum & Zelotarum, fuere tamen parum prudentium ληρολογήματα, neque digna memoriâ, quod Baronius fecit, Annalium. Hactenus de puero Ieſu ſacri Euangeliorum ſcriptores; nec ulterius aliquid exponunt ab eo geſtum, uſque ad inceptum, ineunte anno ejus triceſimo, miniſterium.

Iudas, cognomento Gaulonites, auctor motuum inter Iudæos.

Circa hæc tempora, propter cenſus & tributum denuo exacta, in Iudæa graves motus exorti ſunt, auctore præcipuo ac duce Iudâ Gaulonita, qui ignaviam genti & legis tranſgreſſionem objectabat; maledictis etiam inceſſens & diris devovens, ſi Romanis tributum pendere, vel aliquos mortales Dominos agnoſcere, præter Deum, ſuſtinerent. Hæc initia ſunt Iudaicorum motuum adverſus Romanos, quibus excidium gentis tandem procuratum eſt.

XV.
XXX.
Tiberius Auguſto ſuccedit.

Mortuo Auguſto C. TIBERIUS, privignus ejus, ſuccedit.

Anno hoc, qui ſine dubio decimus & quintus fuit imperantis Tiberii, præſide Iudææ Pontio Pilato, Ioannes Baptiſta dictus, & præcurſor Domini, concionando prædicandoque præconio, ut cum antiquis Chriſtianis patribus nunc ſic loquar, præivit, baptiſmique primus uſus ſacramento eſt: quo lavacro abluendi, & purgandi Chriſtiani omnes, aut in Chriſtum credituri, a peccatorum ſordibus, ſignificantur. Nihil ſanctius aut certius eſt Euangelica Hiſtorica. Lucæ Euangeliſtæ hac de re, & hoc de anno, verba aperta ſunt Euangel. Cap. III.

De Ioanne Baptiſta, & ejus inſtituto, diſſertatio.

Priuſquam ad alia progrediamur, primo de Ioanne, qui præivit Domino, dein de ipſo Domino, qui trigeſimo ætatis anno exorſus eſt præconium, ut Tertullianus loquitur, nonnulla hic explicanda ſunt.

Ioannem, quaſi concionando præeuntem Domino, quod attinet, de vitæ ejus victuſque ratione ac diſciplina, ac ſeveritate quædam Euangeliſtæ produnt; ex quibus nonnulli inter Chriſtianos, tanquam pro ſuo facientia inſtituto, quædam hodie colli-

gunt, quæ in mentem nunquam veniſſe illi ex Sacra Hiſtoria conſtat. Sunt illi inprimis Carthuſiani, quos hoc nomine nunc vocant. In eorum haud dubie gratiam a Franciſco de Fogerolles, Conſiliario & Medico in Gallia regio, Diſſertationi Porphyrii, Philoſophi Pythagorici, περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, ſive, De non necandis ad epulandum animantibus, hæc præmiſſa ſunt; *Quin etiam religioſæ abſtinentiæ tanta ſemper fuit potentia, ut nullis malorum geniorum machinis, nullis pravorum hominum ingeniis ſubverti potuerit; quæ licet ἀπλότητος in cauſa D. Ioannem patronum & defenſorem obtineat, per ſe tamen ipſa defenditur, omni humanitatis ſucco, omni charitatis calore, omni pietatis ſpiritu adulta. Taceo ſummam totius Philoſophiæ ἀποχῇ καὶ ἀνοχῇ Epicteto definitam: venio ad vitam iiſdem virtutum generibus à ſanctiſſimo Heroë exercitam. Legimus enim in Matthæi Euangelio, cum D. Ioannes in deſertum ſe recepiſſet, indumentum è camelorum pilis & zonam è corio circa lumbos geſtaſſe, καὶ τὴν τροφὴν ἀκρίδας καὶ τὸ μέλι ἄγριον habuiſſe; ex quibus arguitur magna vitæ auſteritas in parte à paucis imitanda; in toto ab omnibus admiranda. Itaque occaſione data locum ex Euangelio quaſi parergon orationis oportune explicabimus. Ἀκρίδες igitur aut ſunt teneræ plantarum ſummitates, quas aſparagos lata vocabuli ſignificatione vocamus: aut volatile inſectum locuſta appellatum: aut malacoſtracon aliquod piſcium genus. Ἀκρίδα autem in prima ſignificatione vix reperias, quantumvis detorta, pro interpretum ingenio, in ἀκρίδια, ἀκρόδρυα, & ἀχράδας voce, quarum poſterior poma ſylveſtria notat; ſicut κάχρυς hordeum, aut conos pineos. Non quod à teneris plantarum ſurculis divinum Heroa abſtinuiſſe dicam: Quid enim jucundius aut temperanti viro gratius, quam ἀπερίστως terræ frugibus vitam ſuſtentare, cujuſmodi ſunt proſopidis, ſambuci, lupuli, bryoniæ, lactucarum, atque aliarum herbarum apud nos aſparagi, quos ſigillatim recenſere properanti mihi hic moleſtum eſſet? Prætereo radices, bulbos, ſemina & fructus, quos ex plantis ad vitæ fomitem colligere potuit. Venio jam ad alterum ſignificationis modum, quo ἀντὶ τῆς ἀκρίδος locuſtam intelligimus; etſi toto non pauci adverſentur animo, cum hoc inſecti genus eſculentum minime illis videatur, fortaſſe naturalis hiſtoriæ parum cautis, ne dicam ſacræ. Nam locuſtæ aliquando adverſus impios excitatæ ſupplicii metum infligunt, ut in octavo Regum legimus: aliquando dira fame oppreſſis ſuaviſſimum afferunt alimentum, ut undecimo Levitici;*

Anno Chriſti XXX.

Anno Christi

ubi locuſtarum eſus lege divina conceditur; unde ἀκριδόφαγοι *Syri, Parthi & Arabes dicti, authoribus Plinio & Ariſtotele.. Statuuntur autem à Moſe tria edulium Locuſtarum genera Aſtacus, Bruchus, & Ophiomacus, ita à D. Hieronymo Græco-Latinè donati: quanquam hodie Hebræi harum ſignificationem vocum ſe penitus ignorare affirment. Ego in abſtruſam prioribus ſæculis interpretationem me confero, quæ duabus præcedentibus rationum robore anteponenda non paucis videtur in hunc plane modum. Iordanis, ut docet Plinius, è fonte oritur Paniade, fluvius amœnus, circumſeptus oppidis, ambitioſus accolis, laudatiſſimus aquis, invitus Aſphaltitodito natura lacui ſe exonerans. Hujus vicini amnis occaſione divinus Heros ad baptiſmi adminiſtrationem cum veniſſet, magna vitæ auſteritate à pane & vino (quale fuit jejunium veterum) abſtinebat: ſed cum vita hominis ſine potu & cibo natura permanere diu non poſſit, credibile eſt in locum vini ſaluberrimas Iordanis aquas, in locum panis cancrorum fluviatilium parenchymata ſuffeciſſe, quorum maxima pars ſane edulis eſt, non minus quam oſtreorum caro. Proinde* ἀκρὶς *locuſtam ſignificat: locuſta autem ſpecies eſt cancri, ſicut* καρὶς*, & per metathesin* ἀκρὶς*; item Aſtacus & Cicada, quæ* βροῦχος *à D. Hieronymo appellatur, propter ſimilitudinem in aquis reptilium cum terreſtribus: in quo-*
XXX. *rum utroque genere ſunt locuſtæ* Μαυλίδες *à tempeſtatum & locorum prænotione: item Eremitæ, quod deſerta aliorum conchylia inhabitent. Locuſtas enim fluviatiles in omnes fluminum & rivulorum margines ſparſit natura, cum nihil eo cibo jucundius vel utilius eſſe poſſit. Neque enim hujus piſcis utilitas & ſuavitas tantum laudabilis, verum etiam venenis medendi & ad mortuos partus egerendos, vivos continendos, efficaciſſima: quinetiam ſtranguriæ & canum rabiei ſummopere utilis eſt. Similis controverſia* περὶ τοῦ μέλιτος *plerumque orta eſt, propter dictionis adjectionem* τὸ ἄγριον, ὅπερ ἐστὶν τι *notantis, ſive ſit ſuccus è plantarum ſurculis arte elicitus, calore concretus & ad ciborum condimentum aſſervatus, cujuſmodi eſt cannarum ſaccariferarum humor: ſive halitus è florum cauliculis expirans, ambiente frigore coactus, apicularum labore collectus & in cavis arborum mellis aut favi nomine repoſitus: ſive roſcida aëris aſperſio, arborum frondibus adhærens, vi cœleſti concreta, ac pro natura loci ac temporis collecta, manna appellatum, ut non minus in duro victu & ciborum penuria ſit Deus divino Heroi in deſerto Syriaco opitulatus, quam Moſi in Arabico, utrique populorum paſtori, utrique ſuam legem*

pro-

promulganti, utrique etiam cibum τὸ μέλι ἄγριον, manna videlicet αὐθαιρὲς tribuens. Quicquid illud ſit, intelligendum eſt leve, tenue, & facile alimentum, quod viro voluptates, perturbationes & concupiſcentias adverſanti negotium faceſſere minime poſſit. Sive enim herbis paratu facilibus, ſicut primi homines ante terræ maledictionem, data opera corpus reficiendo & plantarum ſurculis voluptates temperabat: ſive, ne corpus ciborum pondere gravaretur conceſſis poſt terræ maledictionem ex animalium cæde epulis, tantum levioribus, ſicut Ophiomachis ad concupiſcentias ſerpentis nomine notatas, expugnandas, utebatur: ſive corpus minime incraſſantibus alimentis renutriendo piſcium viliſſimis ferociam cæteraſque animi affectiones attenuabat. Quamquam ex aquis ſumptum alimentum purius & ſanctius ſit habendum, quia maledictione caruerit. Maledixiſſe enim Deum terræ, non aquis, docet D. Aug. quia his peccantium βάψις ante diluvium, peccatorum vero Baptiſmus poſt futurus eſſet. Hinc γαίδεις appellati mali & impii, quibus abdomen tantum curæ eſt: οὐράνιοι boni & pii, qui ſoli menti ſerviunt. Victus igitur ex animatis aquâ genitis, cum maledictione caruerit, nequaquam corpus aut animum pernitioſa contagione afficere poteſt. Vnde qui ſe vitæ immaculatæ ſtudio addixerunt à maledictis abſtinent epulis: cæteris vero mediæ & infimæ ſortis hominibus (in quantum humanæ imbecillitati proſpexit Deus) victum ex terreſtribus conceſſum animantibus minime invident. His igitur rationibus ſanctorumque virorum autoritate arguitur Chriſtianam apochen virtutem eſſe Heroicam diſcretione, candore, & religione comprobatam. XXX.

Hæc hactenus ille, quæ prætermittenda non exiſtimavimus in vera Hiſtoria, ut inſtitutorum, quæ ſunt nonnulli poſterioribus temporibus amplexi, ſtultæ origines intelligerentur. Singula refellere noſtri nunc non eſt inſtituti; iſtiuſmodi præſertim, quæ ipſa ſatis ſe refellere videntur. Non eſt dubium quin Monachi omnes hodie, inprimis cibis quibuſdam, cætera licitis, abſtinentes, ut Cartuſianorum ordinem ac diſciplinam hodie profeſſi, ad exemplum Ioannis Baptiſtæ provocent; ſed & non eſt dubium, nulli in eâ abſtinentia ordini hominum præire, aut præbere exemplum, aut imponere ſequendi ejus neceſſitatem, Ioannem voluiſſe; ut & non eſt dubium, ridiculum eſſe id argumentum, quo a terra, & ſic animantibus, ut volunt, terræ ſtatim poſt primorum hominum lapſum damnatis, deſumpto utuntur, ut probent, ſcilicet, uſum piſcium, quia damnata maria aut flumina non

Monachalium hodie inſtitutorum ſtultæ & ridicula origines, ac rationes.

Anno Christi XXX.

leguntur, quam carnis animantium, quæ terra alit, eſſe ſanctiorem; imo carnis iſtiuſmodi uſum prohibitum velut a Deo eſſe & damnatum. Cur iſti, qui hæc docent, homines terram pedibus calcant? Conſtat enim Dei iſtâ quam promunt ſententia eam eſſe damnatam. Mirum eſt, abſurda adeo in mentem iis venire potuiſſe, qui tamen ad Ioannis Baptiſtæ exemplum audent provocare. Abſtinentiæ quidem ſingulare exemplum ille præbuit; ſed non ejus, quam iſti volunt; aut quod neceſſe ſit Chriſtiano homini, ut eò vivat ſanctius, imitari. Cæterum non neceſſe eſt diutius iſtis immorari. Hoc modo dicam, quod de quorundam ſub Domitiano morte, qui intempeſtivo ſtudio libertatis eam ſibi acceleraverant, Tacitus, omnem ejuſmodi imitationem tantum eſſe ambitioſam. At id quod ſequitur, neque obiter dicendum, neque negligenter prætermittendum videtur. Omnis illa, quæ Chriſtianis recepta ac uſitata eſt Monaſticæ vitæ ratio, & diſciplina, lex aut conſuetudo omnis, abſtinentia omnis, contubernium omne, habitus ab illo reliquorum, qui Monachi non ſunt, differitas, ut cum illo nunc ſic loquar, omnis, jejunia omnia, &, quas vocant, abſtinentiæ, preces & hymni, quos ſtatis diebus canunt, omnes, omnia denique quæ probata hodie ac uſitata Monachis conſtat, & in quibus conſiſtit omnis hodie Monachatus, non tam a Ioannis Baptiſtæ, quo de hic agimus, exemplo, quam Eſſenorum, Iudæorum aſcetarum, exemplo fluxere atque originem habuere. Teſtimonio & exemplo, quo nullum in medium adferri ex antiquitate poteſt vel illuſtrius vel ſimilius, aut verius, animus hic mihi eſt id oſtendere. Exſtat illud apud Porphyrium Lib. de Abſtinentia IV. ubi agit de Iudæis & ſectis inter Iudæos.

Monachi, & diſciplina eorũ omnis ortu ab Eſſenis Iudæorum.

De Eſſenorum diſciplina ac vita Porphyrii teſtimonium.

„ Iudæi autem, ut accepimus, antequam primum ab Antio„cho deplorata mala contra ſuam legem perpeſſi eſſent (ſecundo „item a Romanis, cum Hieroſolymorum templum, civitate „everſa, omnibus pervium factum eſt, cujus tamen ingreſſus ex„teris nefas erat) perſeverabant in ſua religione cum multorum „animalium abſtinentia; atque etiam hodie privatim à ſuilla „carne. Apud illos itaque tria erant Philoſophorum genera; „quorum uni præſidebant Phariſæi, ſecundo Saducæi, tertio, „quod maxime videbatur omnium graviſſimum, Eſſæi. Tria „igitur illa tale in regenda Iudæorum Republica adhibebant

„conſilium, quale videre eſt locis in compluribus commenta- *Anno*
„riorum, quæ Ioſippus ſcripſit: ut in ſecundo Iudaicæ hiſto- *Chriſti*
„riæ, de qua ſeptem libros, & in decimo octavo de Antiquitati- *XXX.*
„bus, de quibus viginti, & in ſecundo ad Græcos, de quibus duos
„ſcripſit. Sunt itaque Eſſæi natione Iudæi inter ſe magna huma-
„nitate atque inter alios maxima manſuetudine converſantes. Ipſi
„voluptatibus, ut malis, adverſantur: continentiam vero, & af-
„fectibus non ſuccumbere, virtutem nulli inferiorem eſſe pu-
„tant: nuptias autem deſpiciunt, & ab aliis ſuſceptos liberos,
„ætate adhuc tenellos, ad diſciplinas promovent, atque, veluti
„cognati cenſerentur, moribus informant: neque tamen matri-
„monium, neque per illud legitimam liberorum ſuſceptionem
„auferunt. Quocirca, ut alienarum fœminarum libidines coër-
„ceant, excubias agunt: ſuntque divitiarum contemptores. Cæ-
„terum apud eos vitæ ſocietas eſt mirabilis; cum neque poſſit
„inveniri, qui inter eos poſſeſſione quemquam ſuperet. Lex
„enim jubet eorum qui ſectam volunt ingredi, facultates eſſe
„ordini proſcribendas, atque ita omnibus neque paupertatis hu-
„militas, neque divitiarum arrogantia imponit; ſed uniuſcujuſ-
„que facultatibus ſimul mixtis una omnibus veluti fratribus fit
„poſſeſſio. Probrum eſſe putant oleo ungi: ſi quis autem ſe unxe-
„rit, corpus abſtergit: nam ſquallorem & pallorem per omne
„corpus inter pulchritudinis notas referunt. Singuli reipubl.
„curatores ſuffragiis electi in communem omnium uſum inſepa-
„rabiles perſeverant. Una omnium ipſis non eſt civitas; ſed in
„ſingulis regionis urbibus ſectatores multi habitant, ad quos
„aliunde venientes ad alios invicem revolant, atque, ut primo
„venerint, ſciunt conſuetudine quid agendum: quocirca nihil
„ſecum afferentes peregrinantur ſine impenſarum diſpendio: pari
„jure neque veſtem neque calceos mutant, antequam ſint omni-
„no lacera, vel tempore ſumptum fecerint. Quin etiam neque
„forum frequentant, neque emunt, neque vendunt; ſed unuſ-
„quiſque opus habenti quæ ſua ſunt in poteſtate communicat, ab
„eodem pariter, quæ ſibi conferunt, accepturus. Sine vero re-
„tributione, a quibus voluerint, libera eſt ipſis acceptio. Quan-
„tum vero ad numinis cultum attinet, peculiariter ſunt religioſi.
„Nam ante ſolis ortum mutire quicquam profanum: ſed patrias
„quaſdam preces ad ipſum, tanquam ſupplices, effundunt. Poſt

Anno Chriſti

,,hæc, ad quam quiſque novit artem ſe conferre curatores con-,,cedunt, in quam cum per quinq; horas enixe incubuerint, rur-,,ſus in unum congregantur locum, ubi velamine lineo ſuc-,,cincti corpus frigida abluunt; atque poſt hanc purificationem ,,in proprium ſe conferunt domicilium, quo neminem alterius ,,ſectæ accedere lege cautum eſt: inde ipſi ad cœnaculum puri-,,ficati, velut ad aliquod ſanctuarium, proficiſcuntur, ubi ſe-,,dentibus quiete piſtor panes ordine, atque ſingulis diſcum ,,unius edulii coquus apponit. Sacerdos autem a precibus auſpi-,,catus alimenta pura & ſancta, quæ guſtare ante nefas, benedi-,,cit: iis denique pranſis numini gratias agit, atque ita ſimul in-,,cipientes & deſinentes Deum venerantur. Ut autem ſacras de-,,poſuerunt veſtes, ad opus quiſque ſuum ad veſperam uſque ,,convertitur. Bibendi vero gratia poſt ſimiliter revertuntur; ,,at ſi qui contigerint hoſpites, conſidentibus adſunt. Vox ali-,,quando per domum ita exauditur, ut numquam tumultus il-,,lam contaminet; ſi vero de aliqua re ſit diſſerendum, ſibi mu-,,tuo audiendi & loquendi concedunt locum: quo ſit, ut inter-,,narum rerum ſilentium exteris velut horrendum appareat my-,,ſterium: hujus vero cauſa eſt aſſiduum jejunium, atque cibi & ,,potus apud ipſos menſura citra ſatietatem. Si quis autem æmu-,,letur in religionem admitti, non ſtatim illi conceditur libera ,,adeundi facultas, ſed per annum excluſo idem præſcribunt ,,vitæ genus, atque dolabella, cingulo, & alba veſte notant. Præ-,,ſcripti vero temporis curriculo & continentiæ ſpecimine ex-,,hibitis, accedit propius ad vitæ inſtitutum, ut mox puriorem ,,religio ſuſcipiat: ipſe vero nondum ad ſociales menſas admit-,,titur: nam poſtquam ſpecimen exhibuit ſuæ tolerantiæ, duo-

XXX. ,,bus iterum aliis annis tranſactis domicilium accipit, atque ita ,,judicatus dignus in ſocietatem adſcribitur. Prius tamen quam ,,ſocialis menſæ fiat particeps, jusjurandum illi horrendum im-,,ponitur. Primum quidem, Deum ſe religioſe culturum: deinde, ,,juſtitiam erga homines ſervaturum: neque ex animi ſententia, ,,neque ex propoſito quemquam læſurum: perpetuo improbos ,,odio, itidem & bonos amore proſequuturum; fidem omnibus ,,religioſe, maxime vero principibus, ſervaturum, quia ſine ,,Deo nemini conceditur imperandi facultas. Quod ſi contige-,,rit, ut in alios aliquando habeat imperium, neminem ſe pro

Anno Christi

„viribus unquam eſſe injuria affecturum: neque præter deco-„rum ſubditos fulgentiori veſte indui permiſſurum: veritatem „ſemper ſe amaturum & mendaces ejecturum: manus furti im-„munes & animam impii lucri neſciam ſervaturum: nihil apud „collegas de rebus ad ſe pertinentibus celâturum, neque alienis, „etiamſi mori violenter oporteret, earum aliquid ſignificaturum. „Præter hæc etiam jurat, nemini ſe traditurum aliter religionis „præcepta, quam ipſe ab aliis acceperit. Item ſuæ ſectæ ſcriptu-„ras & nuntiorum Dei nomina obſervaturum. Atque hujuſmodi „eſt jusjurandum. Qui vero illud violaſſe aut ab eo deflexiſſe de-„prehenſi ſunt, malo fato pereunt. Nam qui in ſtatutis de mori-„bus ſacramento vinciuntur nullo modo poſſunt deinceps cum „aliis ciborum fieri participes. Itaque herbis victitantes fame „corpus conficiunt: quapropter curatores periclitantium miſe-„ricordia affecti in ultimis neceſſitatibus ab auſteritate revocan-„tur, ſufficientem pœnam arbitrantes dediſſe pro ſuis peccatis „examen vitæ uſque ad mortem. Sarculo autem manus muniunt „ſectam ingreſſuris, aut ne otioſi alias ſedeant, aut ut ſcrobem „fodiant ad pedis profunditatem. Operiuntur vero pallio, ne „ſuis interulis offendere Deorum conſpectum videantur. Tanta „etiam ineſt illis ciborum tenuitas atque parcitas, ut vix ſemel „in ſeptimana egeſtione egeant. Septenarium dierum numerum „ita obſervare conſueverunt, ut ab aliis ſint operis & quietis, & „laudum & precum divinarum viciſſitudine diſtributi. Qui vero „ſunt in hoc vitæ inſtituto exerciti, ad tantam laborum toleran-„tiam pervenerunt, ut tortoribus adhibiti, luxati, uſti, atque per „omnia tormentorum genera coacti non potuerint ad Legumla-„toris vituperium, nec ad inſuetorum eſcas, nec ad alterius rei „ſuo inſtituto contrariæ confeſſionem commoveri. Cujus rei fi-„dem fecerunt illi, qui in bello adverſus Romanos bellica inſo-„lentia, plagis & cædibus ad everſionem uſque affecti, ne lacry-„mis quidem aut voce tortores delinire, ut mitius ſecum agere-„tur, ſunt viſi; ſed inter medios dolores hilari vultu cantillantes „animas generoſe, tanquam rurſus accepturi, dimiſerunt. Ete-„nim opinio apud eos invaluit, caduca quidem eſſe corpora & „materiam ſimul eorum, animas vero immortales ſemper ma-„nere, eaſque ex æthere tenuiſſimo ad corpora ventitantes, at-„que naturali impulſu avulſas, ætheri implicari. Poſtquam

XXX.

Eſſaeorum mores & diſciplina.

Anno Christi

,,vero ſolutæ fuerint a carnis vinculo, tanquam a magna ſervi-
,,tute vindicatæ, cum gaudio ſublimia loca repetere; ut merito
,,inter eos multi reperiantur, qui ex tali vitæ instituto, item ex
,,exercitatione ad veritatem & ſanctitatem conformata, futuro-
,,rum prænotionem ſint aſſequuti, ut qui a pueritia in ſacrorum
,,bibliorum lectione, item in præſtantibus purificationibus, &
,,prophetarum effatis exerciti rarius in ſuis prædictionibus a ſco-
,,po aberrent. Talis ſane fuit apud Iudæos Eſſæorum inſtitutio.
,,Omnibus autem prohibebantur ſuum & piſcium epulæ, maxi-
,,meque eorum, qui ſquamis carent, a Græcis σελάχια, ſeu car-
,,tilaginei vocati. Inter cætera animantia iis, quæ ſolidungula
,,ſunt. Prohibentur etiam interficere pecudes, quæ velut a
,,fuga ſupplices in domos ſe recipiunt, etiamſi a lege ſint ad
,,eſum conceſſæ: neque parentes ſimul cum pullis diripere: ju-
,,bent autem parcendum eſſe cædi animantium, quæ nobiſcum
,,cooperantur, etiam bellica urgente neceſſitate: neque tamen
,,animantium genus, quæ ſacrificiis non adhibentur, ultra mo-
XXX. ,,dum propagatum famem hominibus allaturum Legiſlator ti-
muit. Nihil ſimilius, quam Eſſenus Iudæus, & Monachus Chri-
ſtianus; quod in hoc opere, in quo primas veraſque rerum ori-
gines recludere nobis ac tradere eſt animus, negligendum non
videbatur. Res ipſa loquitur. Eſſæni nuptias deſpiciebant;
& Monachi deſpiciunt. Lex & diſciplina Eſſænorum jubebat
τὸ κοινωνικὸν eorum omnium, qui ei ordini ſe daturi eſſent, opum;
jubet & hæc Monachorum. Quales fratres ſunt & ſic cohæredes,
erant & agebant inter ſe Eſſæni; ſunt & Monachi, ac fratres ic-
circo malunt appellari. Squallorem, & neſcio quas ſordes in
corporis cultu probabant; & Monachi probant. Longum eſſet
ſingula inter ſe contendere, quæ ſunt ſimillima, atque adeo ea-
dem inſtituta. Porphyrii verba aperta ſunt. Nihil tam ſimile,
quam Eſſænus inter Iudæos, & Monachus inter Chriſtianos. Hic
ex illo quaſi factus & natus eſt. De diſciplina tantum, ſoloque
ordine vivendi hic ego loquor: cætera in eo ſolo differunt,
quod Eſſæni iſti Aſcetæ Iudæi fuerint; hi autem, tanquam Chriſto
dederint nomen Chriſtiani velint audire. Ex Eſſænorum igitur, qui
inter Iudæos ſanctius vivere ſeveriuſque videri volebant, exem-
plo, inſtituto ac diſciplina, neque aliunde, omnis Monachatus
inter Chriſtianos origo eſt. Quod ſi falſum alicui videatur, ne-

ceſſe

Anno Christi

ceſſe eſt ut quæ ſimillima, & inſtituto quaſi eadem ſunt, diſſimillima eſſe fateamur. Fruſtra ergo ad Ioannis Baptiſtæ, præcurſoris Domini, de quo agendum nobis hic erat, ſingulare exemplum provocant, qui Monaſtici ordinis, hodie recepti, diſciplinam ac, quam vocant, regulam, eo tueri ſe poſſe arbitrantur. Ab Eſſænis inter Iudæos inſtituti ac ordinis Monachorum inter Chriſtianos origo eſt.

Ioannes Baptiſta Monachorum pater male dicitur.

Ioannes Baptiſta igitur auſteritate vitæ commendatâque omnibus pœnitentia haud dubie inſignis; at ejuſmodi vitæ genere, vitæ Monaſticæ jeciſſe fundamentum male dicitur. Fatemur, non paucos è Patribus dixiſſe, auſteri propoſiti, atque, ut ipſi loquuntur, τῆς κατὰ Θεὸν τελείας ἀσκήσεως, exempla fuiſſe edita ab Elia Propheta, & Præcurſore Domini Ioanne: ſed ordines Monachorum ab Ioanne habuiſſe initium, & ab ipſo naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ exordio ſemper fuiſſe Monachos & Moniales, neque dicunt Patres, neque poteſt probari. Atqui multum hæc duo inter ſe differunt, ſanctimonia atque auſteritate vitæ poſteris prælucere, & Monachorum ordines inſtituere.

XXX. *Miniſterii Chriſti exordium.*

Hoc anno felicem curſum quem vocant miniſterii ſui Ieſus Chriſtus, Θεάνθρωπος, à Baptiſmo Ioannis in Iordane auſpicatus eſt, multaque ab eo deinceps edita miracula ſunt.

XXXII. *Apoſtoli ab eo lecti.*

Chriſtus novo Eccleſiæ populo novo etiam Apoſtolorum nomine ac magiſterio tradendam Euangelicam diſciplinam ac doctrinam curavit. E diſcipulis igitur, quos multos habebat, duodecim præcipuos Chriſtus adlegit, *deſtinatos nationibus Magiſtros*, quomodo Tertullianus loquitur. De cujus numeri ratione multa a multis, etiam veteribus, ſed vana, & in nullum rei uſum, diſputantur. Numerus is placuit, quia ſufficere illi viſus eſt, cui placebat. Neque ultra quid inquirendum eſt.

Elegit ergo duodecim ex pluribus Diſcipulis; *Simonem, quem cognominavit Petrum; & Andream, fratrem ejus; Iacobum, & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam; Iacobum Alphei, & Simonem, qui vocatur Zelotes; Iudam Iacobi, & Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor.*

De primatu Petri inter Apoſtolos.

Petrum inprimis, & ante alios, ac primum, & cæterorum principem electum, ſunt qui volunt. Ordinis cauſſa haud dubie eligendus fuit unus, & aliquis primus. Faciunt huc illa D. Hie-

 ronymi,

Anno Christi

ronymi; *Propterea inter duodecim Apoſtolos unus eligitur, ut capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.* Sed & ætate major erat Petrus. Idem Lib. 1. contra Jovin; *Ætati delatum, quia Petrus ſenior erat.* Recte. Et id ad ordinem ac εὐταξίαν ſpectat, non ſupra, aut in cæteros auctoritatem.

Sermo Chriſti in monte de munere Apoſtolorum.

Poſt electionem autem Apoſtolorum, non ſtatim eos ad prædicandum Euangelium amandavit; ſed ſequuto demum poſt tempore, & omnium redditos certiores. In quam rem Sermo ille celebris in Monte, cujus Matthæus meminit, apud Apoſtolos jam electos habitus eſt; cujus pericopæ omnes plane ſtupendæ ſunt, & quæ præconem ac doctorem Euangelii ejuſdemque munus abſolvant omnino ac perficiant, accurate oſtendunt. Prima eſt de *Beatitudinibus*, ut loquuntur veteres. Secunda de officio ac miniſterio Apoſtolico, triplici ſimilitudine illuſtrato, ſalis, nimirum, lucernæ, & civitatis in monte ſitæ. Tertia habet commentarium quaſi quemdam in Legem Moyſis, ejuſdemque explicationem contra nuperas falſaſque Iudæorum & Phariſæorum interpretationes. Quarta, bona opera, eleemoſynas, & ejuſmodi alia commendat. Quinta in ordinanda Chriſtianorum Oratione verſatur. Docet enim quomodo, & a quo precibus poſcenda bona ſint, & mala deprecari conveniat. Atque eâ occaſione formulam omnibus numeris abſolutæ Orationis deſcribit, quam authoris nomine Orationem Dominicam Chriſtiani appellamus.

XXXII.

Petri confeſſio de Chriſto.

Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & in via interrogavit Diſcipulos ſuos; *Quem dicunt homines me filium hominis eſſe?* Qui reſponderunt illi; alii Iohannem Baptiſtam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex Prophetis. Tunc dixit illis Ieſus, *Vos autem quem me eſſe dicitis?* Reſpondens Simon Petrus dixit; *Tu es Chriſtus, filius Dei vivi.* Reſpondens autem Ieſus dixit ei; *Beatus es Simon, Bar Iona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſupra hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et portæ Inferni non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcunque ligaveris ſuper terram, erit legatum & in cœlis. Et quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Ex quo loco qui colligunt, Petrum conſtitutum fuiſſe Eccleſiæ caput ac velut fundamentum, falluntur. Hæc & confeſſio & conceſſio nihil facit

ad

ad Monarchiam vel temporalem vel ſpiritualem, quam arrogant ſibi, qui Petri ſucceſſores in Eccleſia volunt audire. Omnes interrogaverat Ieſus; omnium nomine, cum ſimul omnes non poſſent, Petrus reſpondit. *Petrus*, inquit Hieronymus, *ex perſona omnium Apoſtolorum profitetur, Tu es Chriſtus, filius Dei vivi.* Quod igitur Petro dicitur, dicitur omnibus, quia pro omnibus Petrus reſponderat. Leo Papa (nec enim alio uti me teſte hic velint, qui diverſæ ſunt ſententiæ) egregie; *Tranſivit etiam in alios Apoſtolos vis iſtius poteſtatis, & ad omnes Eccleſiæ principes decreti hujus conſtitutio commeavit. Sed non fruſtra uni commendatur, id quod omnibus intimatur. Petro enim ideo ſingulariter hoc creditur, quia cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri forma proponitur.*

Anno Chriſti

Nec nomini Petri illa eſt, ſed Apoſtolorũ omnium.

Chriſtus diſcipulorum, quos legerat ſibi ac ſepoſuerat ipſe, nonnullis nova nomina impoſuit. Cauſſæ a Patribus variæ traduntur. Non eſt dubium, quin admirandum hoc ſit diſciplinæ genus, a Deo Opt. Max. inventum, quod in nominis duntaxat recordatione eſt poſitum. Quoniam enim nomine ſuo nihil cuique poteſt eſſe neque notius, neque familiarius; placuit Deo, cujus conſilia abyſſus ſunt ſapientiæ, nova nomina nonnullis ſuorum indere, quæ illis eſſent velut ſacramenta rerum maximarum, &, ut loquitur Chryſoſtomus, de Petri nomine differens, *διηνεκῆς διδασκαλίαν, pro jugi magiſterio*. Nam quis dubitat, Abrahamo, Sarræ & Iſraëli novas appellationes uſum monitoris alicujus & Prophetæ præbuiſſe, qui promiſſiones ipſis factas in memoriam ſubinde ipſis revocaret, ac fidei ipſorum novas in dies, in horas, vires ſufficeret? Idem eſſe judicandum de novis appellationibus, quæ nonnullis Apoſtolorum reperiuntur impoſitæ, Patrum doctiſſimi recte ſentiunt.

Nova nomina Apoſtolorum nonnullis data, & quare.

XXXII.

Idem iiſdem, notione peculiari ac propria Apoſtolis dictis, orbem terrarum non ſolum verbi prædicatione erudiendum commiſit; ſed etiam auctoritatem ampliſſimam dedit, Eccleſiam ſuam fundandi, conſtituendi, verbo ſcriptiſque docendi, & Epiſcopos illi paſtoreſque alios imponendi, qui deinceps jure ordinario eam eſſent recturi. Inter proprias horum Apoſtolorum notas ſunt plures. Prima, quod a Chriſto immediate electi & miſſi ſunt, ut eſſent teſtes reſurrectionis ipſius, & omnium quæ vidiſſent. Unde illud Domini initio Actorum; *ἔσεσθέ μοι μάρτυρες*;

Orbis terrarum erudiendus Apoſtolis committitur.

Anno Chriſti

Teſtes mihi eritis in tota Iudæa, Samaria, & uſque ad ultimos mundi fines. Secundam Apoſtolatus propriam notant Euangeliſtæ, cum dicunt juſſos fuiſſe illos ire per totum mundum, & prædicare Euangelium omnibus creaturis. Unde Chryſoſtomus; *Principes à Deo conſtituti ſunt Apoſtoli; principes qui non gentes aliquas aut urbes diverſas regendas acceperint; ſed quorum fidei orbis terrarum in commune fuit concreditus.* Tertia nota eſt, poteſtas & dignitas longe major & auguſtior, quam ulli unquam alii functioni ſpirituali fuerit attributa. Solis enim Apoſtolis dictum eſt a Chriſto; *Sicut miſit me Pater, ita & ego mitto vos.* Quare Chryſoſtomus ea expendens verba, ut magnitudinem muneris Apoſtolici exprimeret, comparationem ſpiritualium dignitatum, (ipſe ἀρχὰς vocat) cum civilibus, quas *αἰσθητὰς* appellat, inſtituit; & ait Apoſtolatum inter ſpirituales eſſe ὑπατείαν πνευματικὴν; id eſt, ſupra alias omnes functiones ſpirituales ſic eminere, ut ſupra omnes civiles magiſtratus eminet ac exſtat poteſtas conſularis. Itaque Apoſtolatum nominat ἀρχὴν πνευματικωτάτην, *poteſtatem omnium maxime ſpiritualem*; item ἀρχὴν ἀρχῶν, *poteſtatem poteſtatum*; & præterea τῶν πνευματικῶν ἀρχῶν κεφαλὴν, καὶ ῥίζαν, καὶ ὑπόθεσιν, *poteſtatum ſpiritualium caput, radicem, & originem, ſive, fundamentum.* Hæ notæ nemini mortalium competunt, aut competere poſſunt, præter illos XII. Apoſtolos, qui ſunt a Domino electi, & Matthiæ, Paulo, & Barnabæ, qui poſtea in divinum illum cœtum cooptati ſunt.

Nota Apoſtolatus.

XXXII.

Iterum de Petri primatu, & Pontificum Romanorum, qui ſe dicunt ejus ſucceſſores.

In & inter Apoſtolos quendam quaſi auctoritatis primatum Petro, ac ſic ejuſdem, quos volunt, ſucceſſoribus, Epiſcopis Romanis, qui tribuunt, admodum falluntur. Eo tempore, quo Apoſtoli cum Domino verſabantur, aliquem inter eos ordinem fuiſſe, haud ambigendum eſt. Quis enim dubitet quin in familia Chriſti fuerint omnia quam ordinata & optime diſpoſita. Sed quæritur, quæ illius ordinis fuerit ratio. Baronius, aliique Romanæ Eccleſiæ Principes, qui non niſi quandam quaſi ſæculi Monarchiam in Eccleſia ſomniant, gradus dignitatis inter Apoſtolos Chriſti, ſed male ac temere, & tantum ut Pontificis ſui cuidam quaſi in veteri Eccleſia inauditæ omnipotentiæ ſerviant, conſtituunt. Non negamus inter Apoſtolos Petrum fuiſſe coryphæum. Affirmat Hieronymus, ætati Petri delatum eſſe, cum ille caput

colle-

Anno Chriſti

collegii Apoſtolici eſt conſtitutus. Neque vero ſolus Hieronymus; ſed & plures ex veteribus alii. Ioannes Caſſianus de Incarnatione Domini, Libro III. *Interroganti*, inquit, *Domino Ieſu Chriſto, quem eum crederent, quem confiterentur eſſe diſcipuli, reſpondit primus Apoſtolorum Petrus, unus utique pro omnibus: idem enim unius habuit reſponſio, quod habebat omnium fides. Sed primus debuit reſpondere, ut idem eſſet ordo reſponſionis, qui erat honoris; & ipſe antecederet confeſſione, qui antecedebat ætate.*

Forma regiminis in primitiva Eccleſia qualis.

Quod igitur de Monarchico unius, ut Petri ac ſucceſſorum ejus, primatu Chriſtianæ Eccleſiæ libertati illi opponunt, falſum eſt; contrariumque primitivæ Eccleſiæ res ac exempla, ipſaque adeo ratio, oſtendunt. Forma imperii non Monarchica, ſed ex pluribus mixta, in prima Eccleſia fuit; neque id antiquitatis Eccleſiaſticæ utcunque peritus, negaverit. Unus Rex, unus Monarcha, unum ſolum Caput, ait Gregorius Magnus Epiſt. XXXVI, Lib. IV. ἡ μία ϗ μόνη ἀληθῶς κεφαλὴ, inquit Baſilius in Aſceticis, nempe Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Epiſcopi in ſingulis Eccleſiis conſtituti, cum ſuis Preſbyteriis, & propriam ſibi quiſque peculiari cura, & univerſam omnes in commune curantes, XXXII. admirabilis cujuſdam Ariſtocratiæ ſpeciem referebant. Nam ſingulos Epiſcopos cum ſuis cleris Eccleſias, quibus erant præpoſiti, neque alias ſingulatim curaſſe, neque ullum aliud ſupra ſe in terris caput agnoviſſe, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Erant & populo ſuæ partes, ſub cujus aſſiſtentis conſcientia, ut loquitur B. Cyprianus, ordinationes fiebant; in quo ſpecimen aliquod fuit Democraticæ πολιτείας. Porro inter Epiſcopos primis illis & beatis temporibus, ordinem fuiſſe, cum ſcripta eorum ſæculorum legimus, facile animadvertimus; dominationem fuiſſe, aut regium unius imperium in omnes, nuſquam deprehendimus. Loco dominationis erant ſancta charitas, & inter Epiſcopos ejuſmodi ordo, ut qui plurimum poſſent publicum bonum procurare, illi cenſerentur primi; & honoris quædam prærogativa illis æquo animo a cæteris concederetur. Eſt autem ita natura comparatum, ut illi plurimum prodeſſe poſſint, qui civitates maximas & potentiſſimas inhabitant. Quod in Epiſcopis vel maxime uſu venire, quum & ratio & experientia omnium ſæculorum arguat; jure merito illis temporibus Epiſcopo Romæ, civitatis dominatricis, cæteri omnes primas ſine in-

Anno Christi

vidia conceſſerunt; ita tamen ut fratrem appellarent, fratrem agnoſcerent, non Dominum, non Monarcham, non Vice-Deum, quomodo hodie quidam loquuntur. Hæc novi principatus Romani Epiſcopi in Eccleſia faſtigia, ita erant primitivæ Eccleſiæ incognita, ut ne appellationum quidem earum umbra, vel aliquod leviſſimum veſtigium, in tota vetuſtate plurimarum ætatum poſſit deprehendi.

XXXII. *Mira quæ nūc accidiſſe Iudæis à Talmudiſtis dicuntur.*

Multa hac tempeſtate ac mira eveniſſe Iudæorum genti Talmudiſtæ tradunt, quæ & hic quoque exhibenda, &, ut rectius intelligantur, nonnulla altius repetenda ſunt. Levitici XVI. jubetur Aaron die propitiationis, decimo Tiſri, duos hircos ſtatuere ad oſtium tabernaculi conventus. *Et ponet*, inquit Moſes, *ſortes ſupra duos illos hircos, ſortem unam Domino, ſortem alteram Azazeli. Corripiebat ſummus ſacerdos cortices & attollebat duas ſortes, uni nomen Dei, alteri vero inſcribebatur Azazel. Segan erat ad dextram ejus & Princeps domus Patris,* (ſic vocari videtur ϛρατηγὸς ἱερῦ, de quo Lucas Actor. 4. & 5.) *ad ſiniſtram ejus. Si Dei ſors aſcenderet ad dextram Seganis, is dicebat illi, ignita ſacrificia ſummi ſacerdotis attollat dextera tua. Quod ſi Dei ſors aſcenderet ad ſiniſtram ejus* Seganis, *tum Princeps domus Patris dicebat, ignita ſacrificia ſummi ſacerdotis attollat ſiniſtra tua.* & *alligabatur vitta purpurea capiti hirci emittendi:* & *Lingua*, id eſt, vitta, *purpurea alligabatur portæ templi. Cum autem hircus pervenerat in deſertum, albeſcebat illa vitta. Dicitur enim* Eſaiæ primo: *Si fuerint peccata veſtra ſicut coccinum, ſicut nix albebunt.* Igitur favoris divini ſigna tum erant, ſi ſors ad dextram aſcenderet, ſi vitta purpurea albeſceret, &c. Simeon porro, quem juſtum vocat Talmud, quemque Hillelis filium, Gamalielis patrem ait R. Moſes Maimonis filius in Miſnæ præfatione, creditur is eſſe, qui Lucæ ſecundo dicitur in templo Chriſtum amplexus exclamaſſe: *Nunc dimittis, Domine, ſervum tuum.* Utut ſit, de Simeone juſto ſic ait Talmud; *Annis quadraginta, quibus miniſtravit Simeon juſtus, ſors aſcendebat dextrorſum, deinceps aliquando dextrorſum, aliquando ſiniſtrorſum. Tum quoque vitta purpurea albeſcebat: deinceps nonnunquam albeſcebat, aliquando non albeſcebat. Lucerna veſpertina ardebat, deinceps nonnunquam ardebat, aliquando extinguebatur.* Multæ paſſim occurrunt in Talmude repetitiones. Igitur ea, quæ modo retulimus, repetens Talmud: *Annis*, inquit, *quadraginta ante templi ſubverſionem ſors non aſcendebat amplius dextrorſum, faſcia coccinea non albeſcebat,*

veſper-

veſpertina lucerna non ardebat, (id eſt, hæc conſtanter, ut antea, non fiebant,) *& templi fores per ſe patebant.* Videtur eſſe Talmudis ſententia; templi valvas ante Simeonis Juſti mortem nunquam per ſe patuiſſe; poſtea non quidem ſemper, ſed aliquando per ſe patuiſſe: quod inter ſiniſtra Iudæorum omina refert etiam Ioſephus. Pergit Talmud: *Annis quadraginta ante templi ſubverſionem migravit Synedrium,* magnum ſcilicet de Gazit, ut recte R. Salomon interpretatur, *& collocatum eſt in Hanot, & dixit R. Iſaac, Abodimæi filius; Dixeris forte vetitum illi, ne judicaret cauſas civiles. Cave credas. Vetitum eſt illi, ne judicaret cauſas capitales.* Hieronymus à Sanctâ Fide contra populares ſuos diſputans A. D. 1412. hujus loci meminit, & inſuper alterius ex tractatu de Idololatria. *Annis quadraginta ante ſecundi templi ſubverſionem fuerunt remoti Sanhedrim de conſiſtorio Gazit, & fuerunt poſiti in Hanot. Et deinde nunquam amplius judicium criminale judicarunt, eo quod criminale judicium non niſi in conſiſtorio Gazit licebat judicare.* Et mox: *Tum cooperti ſunt ſaccis, & capillos ſuos pillaverunt, dicentes: Væ nobis, quia ſceptrum Iuda eſt ablatum, & filius David in mundum* (nondum) *venit.* Hæc eo fuſius narravimus, quia pertinent tum ad politiæ Iudaicæ, tum imprimis ad prophetiæ Iacobi illuſtrationem, quæ graviſſimos quoſque ſcriptores pridem exercuit. Oraculum autem Iacobi de non auferendo ſceptro a Iuda ante adventum Meſſiæ exſtat Geneſ. 49. Cujus verba hoc poſtulant, ut dicamus; Chriſtum venturum, antequam omnino ſceptrum recedat de Iuda, ſicut & venit. Poſt Chriſti enim demum adventum, nec diu poſt, omnino ſceptrum Iudæ ereptum eſt. Quod & ſequentia, quæ dicemus, oſtendunt. Porro Talmudiſtarum iſta, quam exhibuimus, narratio vel inprimis facit ad adſtruendam contra Iudæos, & ex ipſo Iudæorum teſtimonio, confirmandamque Chriſtianæ de adventu Chriſti Hiſtoriæ veritatem.

Anno Chriſti

XXXV.

Adventus Meſſiæ ipſo Talmudiſtarum teſtimonio confirmatur.

Interim Dominus in peragendo curſu cœpti jam miniſterii totus fuit; partim docendo, quæ ad doctrinam Euangelii, & ad invadendum expugnandumque cœlorum regnum nunc attinerent; partim plurima edendo miracula, inter quæ & mortuos, ut Lazarum, vitâ donando, quibus haud dubie non hominem, ſed Deum ſe eſſe ſignificabat; partim tradendo Apoſtolis, quos aſſiduos comites, mirabiliumque ſpectatores ac certiſſimos teſtes operum habuit, quæ ad munus eorum ac curam ſpectarent. At

Pergit Chriſtus in peragendo curſu cœpti jam miniſterii, & docet Apoſtolos.

Anno Christi

hæc omnia iram indignationemque ſingularem, internecinumque in eum odium Magiſtrorum & Doctorum inter Iudæos excitavere. Hi doctrinam ejus blaſphemiam, miracula ab eo edita dæmoniorum eſſe, denique diſcipulos ejus præcipuos peccantium, & vita corruptiſſimos in comitatum adlectos, calumniabantur. Nempe hi, ut de poſtremo hoc hic dicam paulo quid amplius, quos eximio illo Apoſtolatus honore inſignes, & generi humano uſui eſſe Dominus voluit, ante Apoſtolatum electi ſunt ex iis, quorum profeſſiones atque artes improbæ erant & iniquæ eâ tempeſtate, probroſi & viles & infames ante Apoſtolatum. Inde Celſus Paganus occaſionem arripuit objiciendi Chriſtianis, improbiſſimos atque infames fuiſſe Chriſti Apoſtolos. Verba in eam rem Origenis contra Celſum ſunt; Γέγραπται δὲ ἐν τῇ Βαρνάβα Καθολικῇ ἐπιστολῇ, ὅθεν ὁ Κέλσος εἶπεν, εἶναι ἐπιῤῥήτους, καὶ πονηροτάτους τοὺς Ἀποστόλους, ὅτι ἐξελέξατο, τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους Ἰησοῦς ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀνομίαν ἀνομωτέρους. Quæ eadem verba hodieque exſtant & leguntur in Barnabæ Epiſtola, quæ penes Claudium Salmaſium, antiquitatis rerum Eccleſiæ aliarumque peritiſſimum, eſt, Græca ac Latina ex verſione antiquâ. Non de uno Matthæo portitore Barnabam intellexiſſe, certum eſt, ſed & de reliquis Apoſtolis, qui erant nautæ aut piſcatores, vilem proinde artem quæſtumque profitentes. Nautæ, caupones, ſtabularii, & id genus alii, quam male olim audierint, notum eſt. Notum eſt, Iudæorum Magiſtris omnes ejuſmodi vilium ac ſellularium artium opifices ἁμαρτωλοὺς vulgo appellatos eſſe. Sed in eo præcipue vim hic ſuam divina exſerit gratia, ut qui in peccantibus artibus, quales tunc dicebantur, verſarentur, fierent vaſa electionis, & Apoſtoli. Neque Euangelicæ doctrinæ veritati dignitative quidquam detrahit, qui, cum veriſſima ſint, (Petrum certe, quem Principem Apoſtolorum illi volunt, ut de aliis jam non dicam, piſcatorem fuiſſe conſtat) de primis ejus Doctoribus hæc, quamquam primo adſpectu vilia & contempta, revera tamen admiranda, pronunciat. Apoſtolorum igitur & Diſcipulorum, quamquam viles ſæculo viderentur, hic cœtus prima & præcipua Chriſti ſchola fuit. Ita loquimur cum Tertulliano; qui in Scorpiace; *Quis nunc*, inquit, *medullas ſcripturarum magis noſſet, quam ipſa Chriſti ſchola, quos & ſibi Diſcipulos*

Iniquum Iudæorum paganorumque de Chriſti Diſcipulis, & Apoſtolis judicium.

XXXV.

Quare hi ex viliſſimis lecti.

Domi-

Dominus adoptavit, omnia utique edocendos, & nobis Magiſtros adornavit, omnia utique docturos. Vide etiam hac de re diſſerentem in Therapeuticis Theodoretum. — *Anno Chriſti*

Super fundamentum doctrinæ horum omnium Apoſtolorum, non autem ſolius Petri ædificata eſt Eccleſia Chriſti, quibus omnibus eamdem & doctrinam tradidit, & docendi in Eccleſia poteſtatem, quam Petro. Sunt qui volunt, de quibus jam ante nonnulla diximus, (quibus tamen & hæc addenda hic, ut non alieno etiam loco, videbantur) Dominum quædam largitum eſſe Apoſtolis, communia ipſis omnibus; quædam Petro conceſſiſſe, ipſi peculiaria. De communibus res certa eſt, & caret controverſia. Peculiariter autem Petro propria hæc recenſent quidam; I. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* II. *Tibi dabo claves regni cœlorum.* III. *Paſce agnos meos, & paſce oves meas.* Cæterum & fallunt illi, quod jam ante monere cœpimus, & falluntur. Paulus Apoſtolus, Eph. II. 20. Eccleſiam fundatam eſſe affirmat ſuper fundamento non unius Petri, ſed Apoſtolorum. Chriſtus quas promiſerat claves Apoſtolum Petrum alloquens Math. XVI. iiſdem Apoſtolis tradit Ioh. XX. Paſcere autem oves Chriſti adeo commune fuit munus omnium Apoſtolorum, ut in genere ad omnes pertineat rectores Eccleſiarum. Unum Auguſtinum audiamus. Is de Agone Chriſtiano, Cap. XXX. *Non ſine cauſſa*, inquit, *inter omnes Apoſtolos kujus Eccleſiæ Catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus; huic enim Eccleſiæ claves regni cœlorum datæ ſunt, cum Petro datæ ſunt; & cum ei dicitur, ad omnes dicitur, Amas me, paſce oves meas.* Obſervanda hæc iis hodie ſunt, qui novitatem (quod olim Optatus de Donatiſtis Lib. VI.) in viſceribus antiquitatis quærunt.

An inter Apoſtolos ſingularia quædam Petro fuerint conceſſa.

XXXV.

Tandem cœpit Ieſus indicare Diſcipulis ſuis, quod oporteret ire Hieroſolymam, & multa pati à Senioribus & Scribis, & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. Prædixit autem, ut veterum nonnemo loquitur, ne non præmoniti non eſſent præmuniti.

Inſtantes jam paſſionis Apoſtolos Chriſtus admonet.

Neque ſane aliter res evênit, quam Ieſus, vita ipſa & veritas, & ille propter peccata mundi mactandus jam totque olim victimis ſignificatus agnus, Dei ille agnus, qui peccata tollit mundi, prædixerat. Ibat ergo Ieſus per Civitates & Caſtella, quod prodit Lucas 13. 22. docens, & iter faciens in Ieruſalem, quia

Adit Hieroſolymam.

Anno Chriſti

tempus revertendi ad Patrem appropinquabat & conſummandi miniſterii.

Paullo ante Paſcha Bethaniâ Hieroſolymas profecturus, venit Bethphagam. Huc cum veniſſet, miſit duos è diſcipulis, ut adducerent ad ſe aſinam & pullum aſinæ; quo facto, ſtratis in pullum veſtibus, ad triumphatoris inſtar Hieroſolymam verſus iter inſtituit, ſequente eum ac officioſe obvia numeroſâ hominum multitudine, eorum inprimis, qui ſuſcitationi Lazari, quod proxime ſtupentibus omnibus factum erat, interfuerant. In deſcenſu montis Oliveti, ubi primum oculis oblatæ Hieroſolymæ, flevit, prævidens & prædicens ejus excidium, quod jam inſtabat.

Ingreditur templum, & purgat, ejectis vendentibus & ementibus.

Urbem, ac templum, quamquam invitis & frementibus Iudæorum Magiſtris, ingreſſus, illud ipſum pro imperio purgat, vendentibus & ementibus quæ offerenda hactenus erant, ejectis, tanquam veniſſet jam, ſicut revera venerat, quem ſacrificia omnia, oblationeſque in Veteri Teſtamento venturum ſignificaverant. Atque ita attoniti commotique ſacrorum inter Iudæos præſides, de tollendo è medio Ieſu conſilium ineunt. Cæterum
XXXV. ſufflamen eorum tunc deſtinationibus conceptus ex multitudine metus injecit, ad ea quæ docebat, edebatque quotidie miracula, attonitâ.

Iudæorum ſacerdotes Chriſto inſidias ſtruunt.

In eodem templo multa a Sacerdotibus ac Senioribus populi rogatus, inprimis quis dediſſet ei eorum quæ agebat agendi poteſtatem, cœpit eos, poſt alia, alloqui per parabolas. Harum prima erat de duobus filiis, Iudæis & Gentibus, miſſis in vineam. Alia de vineâ agricolis elocatâ, qui ſervos Domini miſſos ad colligendos fructus, primum male exceperunt, dein occiderunt, poſtremo ipſum filium è medio ſuſtulêre. Tertia de Rege, qui nuptiale epulum apparaverat filio ſuo, & invitatis, ſed contemptu negligentibus. Hæ parabolæ Iudæorum & Synagogæ interitum, Eccleſiamque Chriſti ex gentibus colligendam ſignificavere.

Ancipites ei proponunt quæſtiones.

Irritati ejuſmodi parabolis excitatique Phariſæi, & tacti invidia, quod ob plurima miracula edita in admiratione multitudinis Chriſtum eſſe viderent, neque tamen verum & promiſſum Meſſiam eum illi vellent agnoſcere, quanquam agnoſcendum ſatis ſe exhiberet, cum vim inferre palam nondum auderent, inſidias Chriſto moliuntur, & irretitum ancipitibus quæſtionibus

Domi-

Dominum læſæ majeſtatis reum peragere voluerunt. Inter alia à miſſis Diſcipulis ac Herodianis quæſitum, an tributum Cæſari ſolvendum, Chriſtus judicaret. Affirmanti parata erat populi; neganti autem Cæſaris, aliorumque Cæſari ac Romanis faventium, indignatio. Quæ omnia cum Chriſtus cognita haberet, *Quid*, dixit, *me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus.* Quo viſo addidit; *Cujus eſt hæc imago & ſuperſcriptio?* Dicunt ei; *Cæſaris.* Tum ille; *Reddite Cæſari quæ ſunt Cæſaris; & quæ ſunt Dei, Deo.* Quibus auditis, acceptoque tam liberali reſponſo, qui reum aut divinæ aut Cæſaris Majeſtatis peragere Dominum conſtituerant, irriti turbatique diſceſſere. *Anno Chriſti*

Et ſic Creator ac Dominus omnium rerum Chriſtus, poſt multiplicem doctrinam cœleſtis eloquii, & variarum curationum, ut cum Leone Serm. de Paſſ. v. hic loquar, medelas, imperio verbi potentis effectas, diſpenſationem omnium ſacramentorum omniumque virtutum ſalutifera paſſione tandem conſummare cœpit. Quæ licet Iudæis ſit ſcandalum, gentibus autem ſtultitia; Chriſtianis tamen Dei virtus eſt, Deique ſapientia. Nihil hic loci habere debent cogitationes impiorum, nec integritatem ſanæ intelligentiæ aut Iudaica offenſio, aut gentilis irriſio corrumpere; ut quod non ſolum pro nobis humiliter, ſed etiam ſublimiter geſtum eſt, aut ſecundum hominem impoſſibile, aut ſecundum Deum videatur indignum. *Chriſtus miniſterium ſuum ſalutifera paſſione finire incipit.* XXXV.

Ieſus igitur conſilii ſui jam certus, Vetus Teſtamentum conſummat, & novum Paſcha condit. Diſcumbentibus enim ſecum Diſcipulis ad edendam myſticam cœnam, cum in Caiphæ atrio tractaretur, quomodo Chriſtus poſſet occidi; ille corporis & ſanguinis ſui inſtituit ſacramentum, quod Sacra Cœna à Chriſtianis appellatur; & æternum, uſque ad ſecundum adventum ſuum, paſſionis ſuæ oblatæque pro humano genere mortis, monumentum eſſe, ipſe Chriſtus voluit. Admonitis igitur Diſcipulis Dominus, ut contra vim tentationis inſtantis vigilanti oratione certarent, ipſe patri ſupplicans ait: Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Prima petitio infirmitatis eſt, ſecunda virtutis. Illud optavit ex noſtro, hoc elegit in proprio. Nec enim æqualis patri filius, omnia eſſe poſſibilia Deo neſciebat, aut ad ſuſcipiendum crucem ſine ſua in hunc mundum deſcenderat voluntate, *S. Cœna Sacramentum inſtituit.*

Anno Chriſti

ut hanc diverſarum affectionum compugnantiam perturbata quodammodo ratione pateretur. Sed ut ſuſcipientis ſuſceptæque naturæ eſſet manifeſta diſtinctio, quod erat hominis, divinam deſideravit potentiam; quod erat Dei, ad cauſam reſpexit humanam. Superiori igitur voluntati voluntas ceſſit inferior, & cito demonſtratum eſt, quid poſſit à trepidante orari, & quid non debeat à medente concedi. Quia enim nos quid oremus, ſicut oportet, neſcimus, & utile nobis eſt, ne fiat plerumque quod volumus, Deus juſtus & bonus, quando ea quæ nocitura ſunt petuntur, negando miſeretur. Voluntatis ergo noſtræ correctionem, Dominus cum trina oratione firmaſſet, gravatis adhuc mœrore Diſcipulis: Dormite jam, inquit, & requieſcite. Ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus hinc. Ecce appropinquavit, qui me tradet. Inter ipſa autem verba Domini, qui prædicti fuerant, irruerunt, & cum gladiis & fuſtibus comprehenſura Chriſtum turba confluxit, ducem ſequens Iudam Iſcariot; qui privilegio perfidiæ obtinuerat in facinore principatum. Huic ne criminis cauſam aliqua præberet offenſio, nulla eſt negata dignatio. Sed illius ſpiritu inflammatus exarſit, cui miniſterium ſponte præbuit, & qualem habuit mentem, talem invenit & præſidem. Merito ſicut & Propheta prædixerat: Oratio ejus facta eſt in peccatum, quoniam conſummato ſcelere, tam perverſa impii converſio fuit, ut etiam pœnitendo peccaret. Admittit ergo in ſe filius Dei impias manus; & quod ſævientium furore agitur, patienti poteſtate complevit. Comprehenſus Chriſtus Dominus à turbis, quas Principes Sacerdotum & Doctores legis armaverant, ut impleret diſpenſationem, cohibet poteſtatem, & beatum Apoſtolum Petrum humana adverſum irruentes animoſitate commotum, gladio abſtinere præcepit. Superfluum enim erat, ut qui nolebat præſidio Angelicarum legionum juvari, vellet ſe unius diſcipuli oppoſitione defendi. Perpetraverit licet turba ferox, quod voluit, & de ſceleris ſui exultarit effectu, major tamen comprehenſi virtus, quam comprehendentium fuit. Iudæorum enim cæcitas nihil obtinuit, niſi ut ſua impietate ſe perderet. Chriſti vero patientia hoc egit, ut omnes ſua paſſione ſalvaret. Perducto autem Ieſu ad Caipham Principem Sacerdotum, quo Scribæ & omnis ſacerdotalis ordo convenerat, falſa adverſus Dominum teſtimonia

Chriſtus à Iuda proditur & capitur.

XXXV.

Quare capientibus non reſtiterit.

quære-

quærebantur. Sed inter inconditas & diſſonas voces hoc Ieſus mirabiliter elegerat, ut taceret. Caiphæ autem dicenti, Adjuro te per Deum vivum ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei: ita veraci & provida autoritate reſpondit, ut iiſdem verbis & infidelium conſcientias cæderet, & credentium corda firmaret, ad omnem interrogationem ejus referens, Tu dixiſti; addenſque quod ſequitur: Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cœli. Caiphas autem ad exaggerandam auditi ſermonis invidiam, ſcidit veſtimenta ſua, & neſciens quid hac ſignificaret inſania, ſacerdotali ſe honore privavit. *Anno Chriſti*

Sinens igitur Chriſtus inferri ſibi, quidquid ſacerdotum inſtinctu furor popularis audebat, ad Annam Caiphæ ſocerum, ac deinde ad Caipham ex Annæ tranſmiſſione perducitur, & poſt inſanas calumniantium voces, poſt commentitias ſubornatorum teſtium falſitates, ad examen Pilati Pontificum delegatione transfertur. Qui divino jure neglecto, clamantes ſe Regem non habere niſi Cæſarem, tanquam Romanis devoti legibus, omne judicium poteſtati Præſidis reſervaſſent, expetierunt executorem magis ſævitiæ quam arbitrum cauſæ. Offerebant enim Ieſum duris nexibus vinctum, colaphis & alapis frequentibus cæſum, ſputis oblitum, clamoribus prædamnatum; ut inter tot præjudicia, quem omnes vellent perire, non auderet Pilatus abſolvere. Denique nec in accuſato eum reperiſſe culpam, nec in ſententia ſua tenuiſſe conſtantiam, docet ipſa cognitio: in qua judex, quem innocentem pronunciat, damnat, addicens iniquo populo ſanguinem juſti, à quo abſtinendum ſibi, & intellectu proprio ſenſerat, & ſomnio uxoris noverat. Nec purgant contaminatum animum manus lotæ, nec in aſperſis aqua digitis expiatur, quod famulante impia mente committitur. Exceſſit quidem Pilati culpam facinus Iudæorum, qui illum nomine Cæſaris territum, & invidioſis vocibus increpatum ad effectum ſui ſceleris impulerunt. Sed nec ipſe evaſit reatum, qui cooperatus ſeditioſis, reliquit judicium proprium, & in crimen tranſivit alienum.

Cauſa Chriſti cognitio iniqua.

XXXV.

Chriſtus damnatur.

Pendente in patibulo Chriſto, (ad crucem enim damnatus erat) univerſa creatura congemuit & horruit, & crucis clavos omnia ſimul elementa ſenſere. Nihil ab illo ſupplicio liberum fuit.

Pendente eo in cruce tota rerum natura commota eſt.

Anno Chriſti

fuit. Hoc in communionem ſui & terram traxit & cœlum; hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reſeravit, & denſarum horrore tenebrarum radios ſolis abſcondit. Debebat hoc teſtimonium ſuo mundus auctori, ut in occaſu conditoris ſui vellent univerſa finiri.

Phlegontis de terræmotu, qui moriente Chriſto factus eſt, teſtimonium.

Phlegon mominit terræmotus, qui Chriſto moriente eſt factus, & obſcuri ſolis, quem ipſe Eclipſin vocat. Verba ejus ſunt è Libro XIII. Chronicorum; Τῷ δ' ἔτει τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον. καὶ νὺξ ὥρᾳ ϛ' τῆς ἡμέρας ἐγένετο. ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος, τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο. *Anno quarto Olympiadis* CCII. *fuit Solis Eclipſis, omnium prius cognitarum maxima. Hora enim diei ſexta nox facta eſt, adeo ut ſtellæ in cœlo apparerent. Terræmotus quoque magnus in Bithynia contigit, qui Nicææ urbis partem magnam ſolo æquavit.* Meminit & hujus Hiſtoriæ narratæ à Phlegonte Paulus Diaconus Hiſt. Miſc. lib. VII.

XXXV. qui ex Euſebio tranſtulit. Meminit & Maximus in ſcholiis ad Dionyſii Areopagitæ Epiſt. VII. Ante omnes vero Origenes contra Celſum lib. II. qui de numero tamen ambigit. Φλέγων μέντοι ἐν τρισκαιδεκάτῳ, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ, οἶμαι τῶν χρονικῶν, καὶ τὴν περί τινων μελλόντων πρόγνωσιν ἔδωκε τῷ Χριστῷ. Et paulo poſt; Περὶ δὲ τῆς ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἐκλείψεως, οὗ βασιλεύοντος καὶ ὁ Ἰησοῦς ἔοικεν ἐσταυρῶσθαι, καὶ περὶ τῶν μεγάλων τότε γενομένων σεισμῶν τῆς γῆς, ἀνέγραψε καὶ Φλέγων ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ, οἶμαι, τῶν Χρονικῶν.

Chriſtus moriens omnia pro redemptione humani generis perficit.

Ita nunquam ſatis deteſtando ſcelere, ſed ſcelerum flagitiorumque humani generis cauſſa, venditus, ac proditus à Iuda, captus, damnatus, crucifixus & tandem ſepultus Dominus gloriæ fuit. Ac ſic peracta tandem ſunt omnia, quæ redimendi humani generis gratia facere Chriſtum oportebat. Unde & illa ejus vox exclamantis in cruce; JAM OMNIA PERACTA SUNT: Quemadmodum enim ante adventum & paſſionem Domini Novum Teſtamentum in Veteri velatum fuerat; ita poſt adventum ejus voluntatem Patris de ſervando genere humano planius & coram ſignificantis, ac, ut ſervaret paſſione, & morte, ipſa

etiam morte crucis, eidem voluntati Patris ſatisfacientis, Teſtamentum Vetus in Novo revelatum ac impletum eſt. *Anno Chriſti*

Cæterum humilitatis ejus, qua in forma ſervi ac quaſi rei apparuit, tandem eſſe finis, & tot contumeliis affectus oſtendere ſeſe Dominum gloriæ debuit. Tertio igitur poſt ſepulturam die è mortuis reſurrexit, ſicut & prædixerat; quanquam integro triduo non manſerit in ſepulchro. Egregie hac de re & eleganter Leo Papa; Ne turbatos diſcipulorum animos longa mœſtitudo cruciaret, denuntiatam tridui moram tam mira celeritate breviavit, ut tum ad integrum ſecundum diem, pars primi noviſſima, & pars tertii prima concurreret, & aliquantum temporis ſpacio decederet, & nihil dierum numero deperiret. Reſurrectio igitur Salvatoris nec animam in inferno, nec carnem diu morata eſt in ſepulchro, & tam velox incorruptæ carnis vivificatio fuit, ut major ibi eſſet ſoporis ſimilitudo, quam mortis. Quoniam deitas, quæ ab utraque ſuſcepti hominis ſubſtantia non receſſit, quod poteſtate diviſit, poteſtate conjunxit. Subſequuta ſunt itaque multa documenta, quibus prædicandæ per univerſum mundum fidei autoritas conderetur. Et licet revolutio lapidis, evacuatio monumenti, depoſitio linteorum, & totius facti Angeli narratores copioſe veritatem Dominicæ reſurrectionis adſtruerent, & mulierum tamen viſui & Apoſtolorum frequenter oculis manifeſtus apparuit: non ſolum loquens cum eis, ſed habitans atque conveſcens, & pertractari ſe diligenti curioſoque contactu ab eis, quos dubitatio perſtringebat, admittens. Ideo enim & clauſis ad Diſcipulos oſtiis introibat, & flatu ſuo dabat Spiritum Sanctum, & dato intelligentiæ lumine, Sanctarum Scripturarum occulta pandebat, & rurſus idem vulnus lateris, fixuras clavorum, & omnia recentiſſimæ paſſionis ſigna monſtrabat; ut agnoſceretur in eo proprietas divinæ humanæque naturæ individua permanere, & ita ſciremus verbum non hoc eſſe quod carnem, ut unum Dei filium & verbum confiteremur & carnem. Non diſſonat ab hac fide magnus ille Magiſter gentium Apoſtolus Paulus, cum dicit: Etſi cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc jam non novimus. Reſurrectio enim Domini non finis carnis, ſed commutatio fuit, nec virtutis augmento conſumpta ſubſtantia eſt. Qualitas tranſiit, non natura defecit, & factum eſt corpus impaſſibile, quod potuit crucifigi, factum eſt immor-

Chriſtus reſurgit.

XXXV.

Anno Chriſti

tale, quod potuit occidi, factum eſt incorruptibile, quod potuit vulnerari, & merito dicitur caro Chriſti in eo ſtatu, quo fuerit nota, neſciri: quia nihil in ea paſſibile, nihil remanſit in ea infirmum, ut & ipſa ſit per eſſentiam, & non ſit ipſa per gloriam.

Chriſtus in cœlum adſcendit.

Die poſt reſurrectionem quadrageſimo in cœlum Chriſtus, velut triumfator, adſcendit. Per omne autem hoc tempus, quod inter reſurrectionem & aſcenſionem Domini exactum eſt, hoc providentia Dei curavit, hoc docuit, hoc ſuorum & oculis inſinuavit & cordibus, ut Dominus Ieſus vere agnoſceretur reſuſcitatus, qui vere erat natus, & paſſus, & mortuus. Unde beatiſſimi Apoſtoli; omneſque Diſcipuli, qui & de exitu crucis fuerant trepidi, & de fide reſurrectionis ambigui, ita ſunt veritate perſpicuâ roborati, ut, Domino in cœlorum abeunte ſublimia, non ſolum nullâ afficerentur mæſtitia, ſed etiam magno gaudio replerentur.

Apoſtolis mittit Spiritum Sanctũ.

XXXV.

Decimo poſtquam in cœlum aſcendiſſet Dominus die, quinquageſimo autem poſt ejuſdem reſurrectionem, hoc eſt, cum, ut Apoſtolica loquitur Hiſtoria, complerentur dies Pentecoſtes, eſſentque omnes Diſcipuli pariter in eodem loco, factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam advenientis ſpiritus vehementis: & replevit totam domum, ubi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpartitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum. Et repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. Ab hoc igitur die tuba Euangelicæ prædicationis per omnes gentes intonuit.

Ejus hiſtoriæ veritas contra calumnias veritatis Chriſtianæ hoſtium vindicata.

Religionis hiſtoriæque Chriſtianæ veritatis hoſtes jam olim falſi hanc convincere eo conati ſunt, quod jam ante, Domino vivente, Spiritum Sanctum Apoſtolis datum oportuerit; & ſic neque neceſſe habuerint adventum ejuſdem poſt mortem Domini exſpectare. Hæc enim, & ejuſmodi alia, primis jam Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus opponebantur ab iis, quibus, Chriſtiano nomini adverſis, nihil æque ſtudio erat, quam ut Euangelicæ ac Apoſtolicæ hiſtoriæ inter ſe commiſſæ falſi argui poſſe viderentur. Cæterum vanus hic conatus fuit; & ſatisfacit Leo Papa Serm. 1 1. de Pentecoſte. Ipſi quoque, inquit, Apoſtoli ante paſſionem Domini Spiritu non caruerunt; nec potentia hujus virtutis aberat ab operibus Salvatoris. Et cum Diſcipulis daret

infir-

Anno Chriſti

infirmitatum curationem, & ejiciendorum dæmonum poteſtatem, ejus utique ſpiritus largiebatur effectum, in quo ipſum immundis ſpiritibus imperantem Iudæorum negabat impietas, & divina benificia diabolo imputabat. Omnes Spiritum Sanctum jam acceperant Apoſtoli, quando poſt reſurrectionem ſuam Dominus dixit; Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retinebuntur. Sed illi perfectioni, quæ erat Diſcipulis conferenda, major gratia & abundantior inſpiratio ſervabatur, per quam & quæ nondum acceperant, ſumerent, & excellentius poſſent habere, quæ ſumpſerant. Propter quod Dominus dicebat: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo. Cum autem venerit Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæ audierit, loquetur, & futura annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Quid ergo eſt, quod Dominus promittens Diſcipulis Spiritum Sanctum, qui jam dixerat, omnia quæ audivi à patre meo, nota feci vobis; adhuc, inquit, multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo? XXXV.
Quum autem venerit Spiritus ille veritatis, ille vos diriget in omnem veritatem? Nunquid ſeſe Dominus veritatis inferioris ſcientiæ volebat intelligi, aut minus aliquid quam Spiritum Sanctum à patre didiciſſe? cum ipſe ſit veritas, & nihil pater dicere, nihil poſſit docere ſine verbo, ideoque dictum ſit: De meo accipiet, quoniam quod accipit ſpiritus patre dante, dat filius? Non itaque alia erat inſinuanda veritas, nec alia prædicanda doctrina, ſed oportebat capacitatem eorum, qui docebantur, augeri, & multiplicari conſtantiam illius charitatis, quæ omnem formidinem foras mitteret, & furorem perſequentium non timeret. Quod utique Apoſtoli, poſteaquam Spiritus Sancti nova abundantia ſunt repleti, ardentius velle & efficacius poſſe cœperunt, proficientes à præceptorum ſcientia ad tolerantiam paſſionum: ut ſub nulla jam tempeſtate trepidantes, fluctus ſæculi & elationes mundi, fide ſupergrediente calcarent, & morte contempta, omnibus gentibus Euangelium veritatis inferrent.

Non ſtatim accepto Spir. S. Apoſtoli per orbem ſparguntur.

Accepto jam Spiritu Sancto Apoſtoli non ſtatim in Provincias aut ditiones remotas prædicandi Euangelii cauſſa ſe contulere, ſed aliquamdiu conjuncti manſere, ut communi conſilio ac

Anno Christi auctoritate ea constituerent, quæ ad ordinandas paſſim in Oriente & inſtruendas alibi quoque Eccleſias pertinerent.

Fidei & doctrina Apoſtolica breviarii, Symboli quod dicitur Apoſtolorum.

Doctrinæ Apoſtolicæ, ſive regulæ fidei ab Apoſtolis traditæ quoddam velut breviarium eſt Symbolum illud, quod vulgo dicitur Apoſtolorum. *I.* CREDO IN DEUM, PATREM OMNIPOTENTEM, CREATOREM COELI ET TERRÆ. *II.* ET IN JESUM CHRISTUM, FILIUM EJUS UNIGENITUM, DOMINUM NOSTRUM. *III.* QUI CONCEPTUS EST DE SPIRITU SANCTO, NATUS EX MARIA VIRGINE. *IV.* PASSUS SUB PONTIO PILATO, CRUCIFIXUS, MORTUUS, ET SEPULTUS, DESCENDIT AD INFERNA. *V.* TERTIA DIE RESURREXIT A MORTUIS. *VI.* ASCENDIT IN COELOS. SEDET AD DEXTRAM DEI PATRIS OMNIPOTENTIS. *VII.* INDE VENTURUS EST JUDICATUM VIVOS ET MORTUOS. *VIII.* CREDO IN SPIRITUM SANCTUM. *IX.* SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM. SANCTORUM COMMUNIONEM. *X.* REMISSIONEM PECCATORUM. *XI.* CARNIS RESURRECTIONEM. *XII.* ET VITAM ÆTERNAM. Non ego hic cum quibuſdam contenderim, an tale ipſi Apoſtoli tradiderint, aut ſcripto fuerint complexi; conſtat certe, doctrinam non aliam continere, quam quæ in Sacris & Apoſtolicis litteris invenitur.

XXXV. Et faciant huc illa Auguſtini; Hoc eſt, inquit, Symbolum quod retenturi eſtis & reddituri. Iſta verba quæ audiſtis per divinas Scripturas ſparſa ſunt, ſed inde collecta & ad unum redacta, ne tardorum hominum memoria laboraret, ut omnis homo poſſit dicere, poſſit tenere quod credit. Aug. lib. 1. de Symbolo ad Catechumenos, Cap. 1.

De antiquitate ejus ex Tertulliano teſtimonium.

Certe jam tum temporibus Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ Apoſtolicis fuere proxima, editum receptumque id Symbolum fuiſſe vel ex Tertulliano poteſt conſtare. Is enim non iiſdem quidem verbis, ſed eodem ordine recitat Lib. de Præſcrip. Hæret. *Regula eſt autem fidei* (ita Symbolum, quo de agitur, vocat) *illa qua creditur: Unum omnino Deum eſſe; nec alium præter mundi conditorem; qui univerſa de nihilo produxerit, per verbum ſuum primò omnium emiſſum: Id verbum filium ejus appellatum, in nomine Dei varie viſum Patriarchis, in Prophetis ſemper auditum, poſtremo delatum ex ſpiritu Patris Dei & virtute in virginem Mariam, carnem factum in utero ejus, & ex ea natum egiſſe Ieſum Chriſtum: exinde prædicaſſe novam legem, & novam promiſſionem regni cælorum; virtutes feciſſe: fixum cruci; tertia die reſurrexiſſe; in cælos ereptum ſediſſe ad dexteram Patris; miſiſſe vicariam vim Spiritus Sancti, qui credentes agat; venturum cum claritate*

Anno Chriſti

ad ſumendos ſanctos in vitæ æternæ & promiſſionum cæleſtium fructum, & ad profanos adjudicandos igni perpetuo, factâ utriuſque partis reſuſcitatione cum carnis reſtitutione. Hæc regula à Chriſto inſtituta nullas apud nos habet quæſtiones. Paraphraſis hæc Symboli eſt, quod Apoſtolicum vulgo appellant. Tertullianus regulam à Chriſto inſtitutam, nempe iis quæ docuerat Chriſtus, & ab eo Apoſtoli acceperant, convenientem. Tradunt veteres ſe à majoribus traditum accepiſſe, inſtitutum eſſe hoc Symbolum ab Apoſtolis, diverſas nationes, ad prædicandum Euangelium, adituris, ut omnes ubique gentium Chriſtiani quoddam quaſi breviarium haberent cæleſtis illius doctrinæ, quæ ab omnibus unanimi conſenſu prædicaretur, & ſymbolo hoc veluti teſſera quadam militari ab Heterodoxis Orthodoxi Chriſtiani diſcernerentur.

Articulus de deſcenſu ad inferos quibuſdam in Symbolis non exſtat.

Verba illa, quibus ad inferos deſcendiſſe Chriſtum dicitur, in Eccleſiæ Romanæ Symbolo non haberi, ſed neque in Orientis Eccleſiis agnoſci, obſervat Ruffinus. Nec in expoſitione ejus horum meminit Ambroſius. Vis nempe verborum in iis eſſe videbatur, quibus ſepultus Chriſtus dicitur.

XXXV.

Habet tamen & agnoſcit ea verba verſio Alemanica & Saxonica antiquiſſima Symboli Apoſtolici, haud dubie ſcripta tunc cum Germaniæ noſtræ nationibus Euangelica & Apoſtolica doctrina primum traderetur. Antiquitatis ſtudioſis rem non ingratam facturum me opinor, ſi eam hic ex antiquiſſimo Codice MS. Bibliothecæ Palatinæ olim deſcriptam ego hic exhibeam.

Verſio Symboli Alemanica antiqua ex MS.

Alemanica antiqua habet, & ſic reddit; *Kilaubu in Kot Fater almakticun, kiſcaf Himeles enti erdu. Enti in Ikeſum Chriſtum ſunſinan ainacun, unſeran Truthin. Der inphangen iſt fona wikemu keſt; kiporan fona Marian macadi eugikeru, kimartrot in kiwalti Pilates, nerwet piſtıcam, tot, enti pigrapan, ſtekic in wiſſi. In dritten take erloonte fona totten; ſtekic in Himel; ſizit za zeſuum cotes Faters almahtikin; thana chuimſtic iſt ſonen qhuekke enti tote. Kilaubu in wihan Keſt, in wiha Khirigkun Catkolica;. wikero Kemenitha; urlaz ſunti; kero flaiſces urſtodahi, int lupe euul.*

Et Saxonica antiqua ex MS.

Saxonica quoque, & illa, ut videtur, Alemanicâ vetuſtior; *Ic gelyfe on God Fæder ælmiktigen, ſcyppend heofenam and eortham. Ic gelyfe on halend Chriſt, his ane ennedan Sunu, urne drychten. Se was geacnod of than halgan Gaſte, and acenned of Mariam, than mædene Gethrowod under than Pontiſcan Pilate, on rode ahangen. He was dead,*

Anno Christi XXXV.

and bebyrged. And he nyther aſtah to helle; and he aras of deathe on then thriddan dæge. And he aſtah up to heofinun, and ſitt nu æp ſwithran Godes ælmichtiges Fæder; thanan he wile cuman to dæmenne æghter gethan cucun, gethan deade, And ic gelyſe on than Halgen Gaſt; and tha halgan gelathinge, and halgana mænnyſſe, and ſynna ſigeſenyſſe, and flæſces ariſt, and that ece life.

Paraphraſis antiquiſſima Symboli Apoſt. Germanica nunc primum ex MS. edita.

Hæc ſunt ſymbola fidei Chriſtianæ antiquiſſima Germaniæ nationibus tradita; & à nobiliſſimo Marquardo Frehero olim edita. Nos, priuſquam ad cætera pergamus, & ineditam vetuſtiſſimam Symboli Apoſtolici Germanicam Paraphraſin hic edimus; & ex Codice membranaceo antiquiſſimo addemus; cum id maxime propoſitum in hoc nobis opere ſit, nihil eorum negligere, quæ uſum aliquem habere poſſe, nobis ſaltem, videbuntur. Paraphraſis autem iſta ſic ſe habet; *Ic kelave in Got Vader almachigen, in then ſceppare thes himeles, en ther arthen. Ic kelave in ſinen enbornen Sune, uuſen Herren, thenen Helgen Criſt. Ic kelave in thene Helchen Geſt. Ic kelave that the thre genenneden the Vader, en the Sune, en the Helge Geſt euuar Godthinis. Ic kelave that the ſulve Godes Sune, theter gewas ven ambeginne, that he gemmer mer wiſen ſcel, ane aller ſlach ende. Ic kelave that the ſulve Godes Sune infangen war ven thene Helgen Geſte; that he geboren war ven Marien ther euwegen* (exprimit Græcorum ἀειπάρθενος) *mageth. Ic kelave that he thur uſe notthrutthe gevangen wart, gebunnen wart, beſpottet wart, gehalſlaged wart, gevillet wart, gecrucighet wart; that he in then crucoge ſtarf mitter menniſgid, muiwet mitter Godhit. Ic kelave that he begraven wart; that thiu helge ſi.let thu ther helle vor; end thar uth nam alle the tharbe waren, ſinen willen gedaen hadden. Ic kelave that he thes treaden dages ven thenne dathe uſtonth, war God, war menneſche. Ic kelave that he adter ſiner ubſtanniſſe at inde drang mit ſinen iungheren, us the bewarende ſine waren ubſtanniſſe. Ic kelave that he hir wunede* x l *dages,* x l *nochte als en ander menniſcke, ann that ene, that he ne geſundigede. Ic kelave thas thes vertigſten dages thu thenne himele vor & aller there ancie the ther werthig waren the the ſine uffart ſcuen moſten. Ic kelave that het thar nu ſeteth eth euwirtheren han ſines Vader, uſes Herren, thes aleweldigen Godes, une evenher, ende evenweldig. Ic kelave that he n:cumſtich is the domenne en the delenne daden ende livende, enen gewiliken al na ſinen genathen, ende na uſen wercken. Ic kelave thie helge Cerſtenhid, menſchip ther helgene, oflat miner ſundene, ther ic mikelig*

Anno Christi

habbe, en there nu gebot habbe, ende ſin nuet furmctne habbe. Ic kelave that ic ſundige menniſcke in theme ſulven live, the ic kir yu ſcine, ſterven ſcel, wir ubſtanden ſcel, Gode rithe given ſcel aller there thingke, that gege frumede godere gif uvellere. Ic kēlave that ic then thar lan enfan ſcel al na thu thet ic fundin werthe e te minen iunckgeſten tiden. Ic kelave in than euge liſe, that God ſulve is.

Hactenus vetus ille Symboli Apoſtolici Paraphraſtes; qui & deſcenſus Chriſti ad inferos facit mentionem, & pro ingenio ſuo interpretatur. Ego autem ab iis, in quorum manus qualeſcunque hæ curæ noſtræ venturæ ſunt, petierim, ut hæc, & alibi ejuſmodi alia, ſi quæ forte datura ſe nobis ſunt, antiquitatis monumenta, legi hic benivoli patiantur; cum & alias peritura ſint, & ex iis nonnihil fructus capere ſit ac voluptatis. Et hi, quibus in iſtis tradendis prolixiores forte videbimur, breviora ea facere poſſunt non legendo.

XXXVIII. C. CALIGULA IMP.

C. Caligula, filius Germanici & Agrippinæ neptis Auguſti, Tiberio ſuccedit. Huic, volenti ut in Hieroſolymitano templo imago ſua dedicaretur, Iudæi, mori malentes, conſtanter reſtitere. Id interim, inter alia, occaſionem etiam & anſam præbuit ſequutæ deinde, & de qua ſuo loco dicemus, defectioni Iudæorum à Romanis.

XLII. T. CLAUDIUS IMP.

Tiberius Claudius, filius Druſi, patruus Caligulæ, ſuccedit. Hic non tam imperii, quam ſtoliditatis & inſaniæ geſſit principatum. Qua de re conſulenda & Senecæ Apocolocynthoſis, & de libelli ejus inſcriptione magni Heinſii Diſſertatio.

XLIV. *Petrus Romæ nunc ſedere non cœpit.*

Petrum Apoſtolum Romam nunc veniſſe, & in Cathedra ſacerdotali ſedere cœpiſſe, ſunt qui volunt. At tantum abeſt, ut id verum ſit, ut ne quidem Hiſtoriam Actorum Apoſtolicorum obiter inſpicienti veriſimile id poſſit videri. In vinculis Hieroſolymæ Petrus fuit, anno ſecundo Claudii. Interfuit Synodo Apoſtolorum, quæ Hieroſolymæ, anno Chriſti quadrageſimo & nono, celebrata dicitur. Quomodo igitur quadrageſimo & quatto ſedere Romæ cœpiſſe dicitur?

XLIX. *Prima Synodus Apoſtolica Hieroſolymitana.*

Synodus Apoſtolorum Hieroſolymæ habita, decretumque in ea eſt, leges Ceremoniales in Novo Teſtamento eſſe abrogatas; & omnes credentes per gratiam Ieſu Chriſti ſalvos fieri. Hæc prima & Apoſtolica Synodus eſt in Eccleſia Chriſtiana.

Anno Christi

Qui ex hoc Concilio de eorum, quæ poſt Apoſtolorum tempora deinceps celebrata ſunt, auctoritate pronunciant, haud dubie falluntur. Supervacaneum quidem, inquit recentiſſimus editor veteris Codicis Canonum Eccleſiæ Romanæ, videri merito deberet, ullos nunc teſtes adduci pro aſſerenda ſacrorum Conciliorum authoritate, quam tot ſæculis omnis atteſtatur, (ſic enim loquitur,) ac recepit Eccleſia Chriſti, niſi eſſent hoc tempore plerique, qui non ſolum Theologorum veterum recentiumque interpretationes, velut hominum dicta, contemptim rejiciunt, ſed etiam ſanctorum Patrum ſacros Canones, ac ſummorum Pontificum decreta, regulaſque Eccleſiaſticas, quamlibet pias, ac religioſe hactenus obſervatas, tanquam hominum traditiones aſpernantur. Quaſi, (ſic enim pergit,) non juſſerit Chriſtus, ut audiamus Eccleſiam, quam ſacra Concilia repræſentant; nec dixerit, ſe in medio eorum eſſe, &c, Qui vos ſpernit, me ſpernit. Certe Paulus Apoſtolus, qui ait Eccleſiam eſſe columnam, & firmamentum veritatis, celebrato Hieroſolymis Concilio propter diſſenſionem fratrum de obſervatione legis, perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & Seniorum, quæ illi in Concilio Hieroſolymitano dederant. Ita enim ſcribit Lucas; *Cum autem pertranſirent civitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis, & Senioribus, qui erant Hieroſolymis.* Quod autem tunc erant in Eccleſia Dei Apoſtoli & ſeniores, hoc poſtea fuerunt Epiſcopi & Preſbyteri in locum illorum ſuccedentes. Nemo igitur Catholicorum poterit juſte contemnere, quæ in ſacris Conciliis à ſanctis Patribus ſunt inſtituta. Si enim una eſt Eccleſia Chriſti, una quoque ac eadem eſt ejus auctoritas in omnibus legitime celebratis Conciliis, in iis maxime, quæ tot ſæculorum conſenſu ac veneratione univerſaliter ſunt comprobata. Atque hæc quidem de Conciliorum auctoritate poſt Apoſtolorum tempora celebratorum ille, petito ab Apoſtolico Hieroſolymis habito Concilio argumento. Sed admodum fallitur. Verum dicit, ſi iiſdem donis ſequuti Apoſtolos Epiſcopi donati fuerint, quibus ipſi Apoſtoli. At id probet. Verum dicit, ſi extra ordinem Epiſcopis datus fuerit cælitus miſſus Spiritus Sanctus, ſicut & Apoſtolis. Et id probet. In Apoſtolici illius Hieroſolymitani Concilii edicto ſub initium legitur; VISUM EST SPIRITUI SANCTO ET NOBIS.

De Conciliorum poſt Apoſtolorum tempora auctoritate.

XLIX.

Recens editor Codicis Canonum Eccleſiæ notatur.

Id habent ipſa, de quibus dubitari non poteſt, Acta Apoſtolorum. In quibuſdam, quæ poſt Apoſtolorum tempora, poſterioribus præſertim ſæculis, celebrata ſunt, rem quidem ipſam ſi videas, haud alia exſtare aut intelligi formula poſſe videtur, quam iſta; VISUM EST NOBIS, QUANQUAM NON VISUM SIT SPIRITUI SANCTO. Ex Apoſtolici igitur Hieroſolymitani Concilii auctoritate qui parem eorum, quæ poſt Apoſtolorum tempora, & , quod amplius eſt, contra traditam ab Apoſtolis doctrinam diſciplinamque, quod res ipſa clamat, habita ſunt, hodie colligunt, admodum falluntur, & non Apoſtolos, Apoſtolicæq; adeo doctrinæ hoſtes, cum Apoſtolis temere ac impie confundunt. Nulla mihi hic partium ſtudia ſunt, neque profecto eſſe debent, ſola ſunt veritatis. Et ſi hæc, ac ejuſmodi quædam alia, aliis forte diſplicebunt, ſciant illi, nihil hic prius nobis eſſe aut antiquius quam placere veritati. Et eâ lege progrediemur.

Anno Chriſti

Apoſtolicii illud Hieroſolymitanum ſequuta Concilia notantur.

XLIX.

Poſt hæc haud dubie, prædicandi Euangelii gratia, ſparſi Apoſtoli, & in diverſas terrarum oras profecti ſunt. Quo anno iſta Apoſtolorum diviſio (nam ſic vocant) facta ſit, non conveniunt auctores. Neque ſane aliquid certi de eâ proditum ab iis, quorum auctoritas ſola hic valere deberet. Non longe poſt Concilium Hieroſolymitanum celebratum id factum eſſe, haud dubitandum eſt.

Apoſtoli & viri Apoſtolici per diverſas terrarum oras ſparguntur.

Quæ etiam cuique Apoſtolorum Provinciæ mandatæ fuerint, ambigitur. Sunt qui volunt orbem in quatuor plagas diviſum; ex quibus ceſſerint Oriens Thomæ & Bartholomæo; quorum uterque prædicaſſe in India Euangelium dicitur; Meridies Simoni & Matthæo, quorum priorem Ægyptiis, poſteriorem Æthiopibus tradidiſſe Euangelium volunt: Aquilo Philippo, cujus Scythia, & Thadæo, cujus Meſopotamia fuerint; Occidens Petro & Iacobo, illi Italia, huic autem Hiſpania. Mundi quaſi mediam plagam Matthiæ & Iacobo Iuſto tribuunt. Mediterranei maris Provinciæ Ioannis & Andreæ fuiſſe dicuntur. Nam minor Aſia, Thracia & Achaia, in quibus ditionibus hi docuerunt, ad mare mediterraneum ſitæ ſunt. Ego incertâ adeo de re certi nihil pronuncio.

Quæ ſinguli tributa fuerint Provinciæ, incertum.

Plerique Bartholomæum in Indiam veniſſe, ſed falſi, volunt, atque ibi Euangelium prædicaſſe. Cæterum eruditi id non de Orientali India, ut vulgo, ſed de Sindica, quæ & poſterioris ævi

Bartholomæus non tradidit Euangelium Indiæ.

Anno Christi

Græcis ſcriptoribus Indica appellatur, ac Æthiopiæ Ponticæ, quæ in Colchorum regione eſt, & Sindicæ ſive Indiæ huic contermina eſt, accipiunt. Neque minus falluntur, qui putant Andream, fratrem Simonis Petri, & Matthiam ad Chriſtianam religionem propagandam profectos eſſe in Æthiopiam illam magnam, quam hodie Abaſenam dicunt. Æthiopia Pontica eſt, Siudicæ ſive Indiæ, de qua jam diximus, contermina, in qua docuere. Dubitare nos non ſinit Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum; *Andreas*, inquit, *frater Simonis Petri, ut majores noſtri prodiderunt, Scythis, & Sogdianis, & Saccis, prædicavit Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Auguſta civitate prædicavit, quæ cognominatur Magna, ubi eſt irruptio Apſari & Phaſis fluvius: illic incolunt Æthiopes interiores.* Et mox: *Matthias, cum unus eſſet ex numero ſeptuaginta, allectus in numerum undecim Apoſtolorum, in locum Iudæ Iſcariotæ, qui fuit proditor, in altera Æthiopia, ubi eſt irruptio Apſari, & Hyſſi portus, prædicavit Euangelium, cum eſſent homines agreſtes.* Falſi ergo ſunt, qui credunt, Andream & Matthiam Apoſtolos in Æthiopia ſub Ægypto Euangelium propagaſſe; aut qui Bartholomæum ad Indos Orientales profectum credunt. Quæ tamen opinio non tantum apud Europæos invaluit; ſed etiam ad Indos & Æthiopas propagata eſt.

Andreas & Matthias quibus tradiderint Euangelium.

XLIX.

Veritas hiſtoria propagati Apoſtolorum miniſterio per omnes terrarum oras Euangelii aſſerta.

Cum ridicula plurima & futilia omnia ſint, quæ ſacræ Veritatis Hiſtoriis & ſucceſſibus ab hominibus profanis, animo maligno magis quam rerum ordinis ſtudioſo, opponuntur; tum in ſeſe ipſis conſiderata, plerumque refutationem ſuam ſecum ferunt. Sic cum Apoſtolos Veritas teſtetur omnem orbem docturos, & imbuituros doctrina ſalvifica, ecce tibi homines inanes ſacrarum cogitationum, qui metiri itinera eorum, & doctrinæ exſparſæ ſpatia iis locis audent circumſcribere, quibus corporibus ſuis præſentes divini doctores affuerunt. At quam inepta res ſit. non curſum doctrinæ potius, quam viam pedum eorum, qui eam diſſeruerunt, obſervare & attendere, non argumentis adſcitis docendum eſt, ſed ex re ipſa apparet. Statue enim, ſi placet, apud animum tuum, adeſſe in Germania noſtra hominem plane inuſitatum genus doctrinæ, immo novum omnino & nulli cognitum vel auditum Numen, novam omnino Vitam inferre & docere, & ſecundum ea quæ doceat, non vivere ſolum, ſed eadem confirmare miraculis, ſupra omnem fidem, opinionem & famam

cum

eum efferentibus, ut divina ei omnia adſint, contemtus opum & honorum, quæ vel ſola res mirifice animos populi percellit & in admirationem ducit, parcimonia victus, morbos ſanet non attactu ſolum ſed & umbra ſua, ſed & ſudariis & induſiis corporis ſui ſordes redolentibus; an tu famam & doctrinam ejus iis ſolis oppidis & locis hæſuram autumabis, quibus præſens adfuerit ipſe? Nec uno putas octiduo omnes antiſtites, ſacerdotes, ſacrificos, omnes denique medicos, omnem populum res ejus & doctrinam ita percepturos, ut invitus etiam ipſe non poſſit ullum mortalium totis regionibus latere; quod ipſum Chriſto. Ipſi Domino noſtro contigiſſe clamat ſacra ejus rerum geſtarum Hiſtoria; ut non ſolum oppidatim, ſed per pagos etiam univerſos infinita multitudo ad eum concurrerit. Hæc & talia, quæ hinc deducuntur, cum non videnda oculis ſed palpanda prorſus manibus objiciantur, audent tamen homines abſurdæ impietatis poſcere velle impletionem, ut ajunt, dictorum eorum, quibus Apoſtoli per omnem mundum ſpargere doctrinam cœleſtem jubentur. Præterea cum in urbem aliquam Spiritu Dei pleni homines veniſſent, parvo velut fomite cœleſtis doctrinæ reperto, ignem injecerunt eum qui infinita hominum pectora incenderet; qui mox congregati, & uſu rerum mundanarum prorſus ſe abdicantes, cum collegia quædam ſervarent pietatis, quot putas diſcipulos quotidie aſciviſſe? quot indigenas? quot peregrinos? quot ſtudioſos legis, quot rationis bonæ? Hi porro nequaquam otioſi, operante nimirum Numine, quod in ipſis erat, plurimorum ſalutem, ſparſerunt vulgo infinitis locis trans maria & terras tam novæ, tam præſentis, tam divinæ doctrinæ felicitatem. Præcipue cum eo modo procedere divina bonitas cœleſtem doctrinam vellet, ut ſtatim initio audita concione aliqua Apoſtolorum non ſolum verterentur in amplexum veritatis toti greges mortalium, verum etiam, illico poſtquam baptizati forent, & ipſi induerentur iis virtutibus, quibus præditi Doctores omnem mundum in admirationem ſui rapiebant. Et non minori poſtea virtute ſpargebant doctrinam ſalvificam, redeuntes quandoque & Apoſtolis cum exſultatione referentes quanta effeciſſent; ut vides Act. XIX. Suſcipiamus, exempli gratia, hiſtoriam prædicationis Gentium Doctoris; qui exemplo adeo nobis à B. Lucâ propoſitus videtur, cum in Actis Apoſtolorum hujus potiſſimum vitam

Anno Chriſti

Quomodo quaquaverſum propagatum.

XLIX.

Anno Chriſti

deſcribat, ut cæterorum res geſtas hujus enarratione intelligere, diſceremus, & effectus Dei generales in ſparſione ſalvificæ doctrinæ hujus ſucceſſibus applicare. Is univerſam Aſiam ſapientia cœleſti ſua oppleturus, nobiliſſimum Joniæ emporium, Epheſum proficiſcitur. Veniens illuc non reperit quemquam ſanæ doctrinæ, ut decebat, conſcium. Duodecim ſolum homines illic erant baptizati ad doctrinam Ioannis Baptiſtæ, hos ille vera imbuit ſalutis intelligentia, infert deinde ſe Synagogæ Iudæorum, eis palam veritatem adnunciat. Non ceſſant interim ſigna, & ſequentes prædicatam virtutum divinarum effectus. Infinita agmina ægrotorum & deſperatæ valetudinis hominum non verbis ejus tantum, non nutibus, ſed veſtimentis ægris corporibus impoſitis & adhibitis ſanantur. Quanto tu reris uno octiduo rumore Joniam de tali homine impletam fuiſſe? At ille locum eum commodum agnoſcens, non menſem unum illic aut alterum, ſed integrum biennium præſtolatus eſt, & currentis cœleſtis ſapientiæ fontem per univerſam, ut B. Lucæ cap. XIX. Actuum, recenſio eſt, Aſiam innumerabilibus rivis derivavit. Sic eo biennio non poteſt eſſe dubium nobiliſſimam & populoſiſſimam Orbis terrarum partem omnibus angulis, omnibus cathedris & ſcholis, oppidis & pagis, tam divinam doctrinam imbibiſſe omnes in ea mortales, qui modo aurem publicæ famæ, & omnium hominum admirationi non ſponte & dedita opera ſubtraherent. Ad hanc rationem ſi cæterorum etiam Apoſtolorum, quorum omnium, ut dixi, Paulus inſtar habet, prædicationem conſideraveris, non tibi narrationum ſeriem, ſed te ipſum deeſſe percipies, qui dubitare velis de talibus rebus, quales nequaquam non omnem dubitationem excludunt, modo intra ipſas velis eas contemplari, quæ ubique nullo non loco etiam rationi humanæ doctrinæ divinæ certitudinem probant, modo ne animo averſeris eam, qua conſtant omnia quæ humanum captum ſuperant, fidem videlicet: quam, ubi rebus perſpicue veris, quæque tales eſſe ex ſeſe ipſis, & tuo te proprio inſuper teſtimonio, devincunt, applicare non vis, ſane Deo te ipſi & hominibus omnibus ſani capitis te ultro in perniciem tuam, tibi etiam nullo modo ignotam, opponis. Accedit hujus Euangelii per omnes provincias prodeunti publica pax in Imperio tum Romano divinitus doctrinæ præparata: quæ non armis, ſed patientia injuriarum, morte innumera-

Paulus apud Epheſios prædicat Euangelium, & quare.

XLIX.

Aſiam omnem eo donat.

bilium

bilium teſtium, conturbatura erat regnum Diaboli, excuſſura mentibus antiquum inde ab exordio mundi errorem, novo ſpirituali regno condendo in animis hominum, ut præſentia omnia contemnentes, contra ſenſus ſuos ſpe & fide niterentur. In quali omnino ratione veritas tot Philoſophis fruſtra quæſita, latebat. *Anno Chriſti*

Miracula & ſtupenda, quæ paſſim Apoſtoli edebant, opera ut admirationi plurimis fuere, & ad amplectendum Euangelium, æternamque adeo animarum ſalutem, profuere; ita eorundem doctrina ac præcepta & Chriſtiana quam commendabant diſciplina, quibuſdam ſcandalum, aliis autem ſtultitia fuere. *Miracula ab Apoſtolis edita.*

Miracula quod attinet, plauſtra eorum ſunt, quæ ex fabuloſis Apoſtolorum Vitis in medium vulgo adferuntur ab iis, qui in Eccleſia Chriſtiana tandem ut Divos eos colere ac venerari cum magna Dei injuria, & infinita inter fabularum ac mendaciorum portenta, cœperunt. Quin doctrinam, quam tradebant, confirmaverint illi ſignis ac prodigiis, dubitari nec debet, nec poteſt. Quin etiam pluria eidem ediderint miracula, quam quæ in Lucæ Hiſtoria Actorum Apoſtolicorum leguntur, ego non dubito. Sed quis ſanæ mentis credat, miracula ea omnia, quæ & non neceſſaria, & ridicula, & numero prope infinita, Vitis eorum à poſterioris ævi fabulatoribus inſerta leguntur, ab Apoſtolis Domini fuiſſe patrata? Itaque vehementer ſoleo mirari, qualis nam ſit animus eorum, quod cerebrum, frons, os, manus, calamus, qui talia ſunt auſi ſpargere in vulgus Chriſtianum, & adeo in totum orbem. Aut quænam ſint judicia procerum populi Chriſtiani, quæ cura, quæ cogitationes de rebus Chriſtianis, maxime in iis qui Eccleſiæ gubernacula tenent, qui hæc perferunt, probant, tuentur. Eſtne illud ſcribere hiſtoriam de amicis Dei? an potius totum Chriſtianiſmum Iudæis, Saracenis, Paganis, Epicuræis, Chriſtianis contemptui & ludibrio exponere? Quid ſimile in divinis libris legimus? aut quis hiſtoriæ ſcriptor cordatus & bonæ fidei auderet tam portentoſas fabulas, pro geſtis rebus, memoriæ prodere? Eſtne illud decorare Sanctos, an potius atroci contumelia & injuria non toleranda afficere? Videlicet hoc pacto fidem & autoritatem Euangelicæ Hiſtoriæ conciliabimus. Itane Chriſti principis gloriam, & Dei propagabimus? Eſtne illud homines à vana in creaturas fiducia ad ipſum fontem, & unicum

XLIX.

Qui Apoſtolorũ vitas ediderit, notantur, ut plurimarum fabularum auctores.

Anno Chriſti

ſalutis autorem convertere? Eſtne illud, exemplo cultorum Chriſti, homines ignavos ad officia & bona opera extimulare? an potius doctrinam Chriſtianam tentare, quatere, convellere, labefacere apud incautos & nimium credulos? Hæ ſunt videlicet præclaræ lectiones Eccleſiæ Romanæ, Legendæ Aureæ, Speculâ pietatis, in quæ intuentes, imitemur Dei cultores: quatenus ipſi Chriſtum, profeſſionis divinæ ducem & auſpicem, ſecuti ſunt: eorumque veſtigiis inſiſtentes, in hoc ſæculo vitam ſanctam degamus, & in futuro fruamur ſempiterna felicitate.

Euangelium, prædicatum ab Apoſtolis, ſcandalum eſt Iudæis,

Cæterum circumferentibus paſſim ac tradentibus Euangelium oppoſuit ſeſe inter Iudæos horrenda contumacia, inter Gentes autem craſſa omnium myſteriorum Dei ignorantia. Non eſt dubium, quin Iudæis præcepta de regno Meſſiæ aſſidue in animis hæſerit opinio. Tria enim amiſiſſe Roboami tempore filios Iſraëlis dicebant, Regnum cœlorum, Regnum domus David, & domum ſanctuarii; quæ cum adventu Meſſiæ reſtauranda credebant. At cum jam inter initia, & deinceps, oſtendiſſet Chriſtus,

XLIX. non eſſe regnum ſuum de hoc mundo, adventus ejus ac traditum ab Apoſtolis Euangelium ſcandalum factum eſt Iudæis.

Et ſtultitia gentibus; ac quare.

Oppoſuit quoque ſeſe, quod jam dixi, Gentium ignorantia; quæ cum jam neſcirent, Dei principium, quoniam non poteſt comprehendi, ne quæri debere quidem; ſatis eſſe homini ad plenam perfectamque prudentiam, ſi Deum eſſe intelligat, quem colat ut parentem generis humani, & rerum mirabilium, ſicut Lactantius Lib. de Origine erroris 2. Cap. 5. loquitur, conditorem intelligat; plerique tamen omnes gentium hebetis obtuſique ingenii, elementa, quæ & facta erant, & carebant ſenſu, tanquam Deos adorabant; qui, cum Dei opera admirarentur, id eſt, cœlum cum luminibus variis, terram cum campis & montibus, maria cum ſtagnis & fontibus, earum rerum admiratione obſtupefacti, & ipſius artificis obliti, quem videre non poterant, ejus opera venerari & colere cœperant.

Apoſtoli orbis magiſtri.

Per hos tamen Apoſtolos, velut orbis univerſi magiſtros; horum peregrinatione, ore, diligentia, & induſtria incomparabili magnum illud vaſtumque opus converſionis gentium peractum fuit. Horum, Apoſtolicorumque virorum, admirabili miniſterio & conſtantia, inter multiplices hoſtiles gladios & ſecures, inter rogos & belluarum dentes, inter tantam, quanta cogitari

vix poteſt, perſequentis tyrannidis truculentiam, inter ungularum, laminarum, equuleorum, & reliquæ omnis carnificinæ apparatum, inter ſplendidiſſima martyriorum confeſſionumque certamina, palmæ omnium nobiliſſimæ & de diabolo, & de idololatria, & de omni hoſtium immanitate reportatæ ſunt. Horum doctrinâ, quam à Chriſto traditam ſibi tradebant gentibus, univerſo terrarum orbi ſalutiferæ fidei myſteria prodita ſunt. Quidquid ad æternam felicitatem conſequendam ſufficeret, illi docuere; abunde adeo pleneque, ut Apoſtolicæ doctrinæ hoſtes videri haud dubie debeant, qui aut docuerunt olim, aut nunc forte docent, quod non conſtat illos docuiſſe. Introducti illi à Chriſto & Spiritu Sancto in omnem veritatem, omnem etiam commiſſis curæ ſuæ tam Iudæis, quam gentibus exhibuere. Extra quam alia qui Eccleſiis Chriſtianis obtrudunt, & Chriſto, & Spiritu Sancto, & Apoſtolis ſapientiores (nefas dictu) eſſe ſe eo ipſo profitentur. Quod hoc mihi dicendum erat loco, quia à multis jam ſæculis alia atque alia, id eſt, vana aut plane impia hominum commenta, Apoſtolicæ doctrinæ ſuperaddere, ſæculum & Eccleſia vocatur. Querebatur & jam olim, ac merito, eâ de re magnus Tertullianus. Verba ejus ſunt Lib. de Præſcrip. Hæret. ubi de Hæreticis, qui ſupra Apoſtolos ſapere ſibi videbantur; *Solent*, inquit, *dicere, non omnia Apoſtolos ſciſſe, eâdem agitati dementia, qua rurſus convertunt; omnia quidem Apoſtolos ſciſſe, ſed non omnia omnibus tradidiſſe: in utroque Chriſtum reprehenſioni ſubjicientes, qui aut minus inſtructos, aut parum ſimplices Apoſtolos miſerit. Quis enim integræ mentis credere poteſt aliquid eos ignoraſſe, quos magiſtros Dominus dedit, individuos habitos in comitatu, in diſcipulatu, in convictu, quibus obſcura quæque ſeorſim diſſerebat, illis dicens datum eſſe cognoſcere arcana? Dixerat plane aliquando; Multa adhuc habeo vobis loqui, ſed non poteſtis modo ea ſuſtinere: tamen adjiciens; Cum venerit ille Spiritus veritatis, ipſe vos deducet in omnem veritatem: oſtendit illos nihil ignoraſſe, quos omnem veritatem conſequuturos per Spiritum veritatis repromiſerat. Et utique implevit repromiſſum, probantibus Actis Apoſtolorum deſcenſum Spiritus Sancti.* Hæc Tertullianus; cujus poſt paullo & illa ſequuntur; INCREDIBILE EST, inquit, VEL IGNORASSE APOSTOLOS PLENITUDINEM PRÆDICATIONIS, VEL NON OMNEM ORDINEM REGULÆ EDIDISSE. Hæc egregia omnino verba ego admodum

Anno Chriſti;

Doctrina Apoſtolica nihil addendum.

XLIX.

Ejus plenitudo.

velim

Anno Christi

velim ſerio ac diligenter eos hodie expendere, qui quantum addunt doctrinæ Apoſtolicæ, tantum Apoſtolorum fidei, ſapientiæ ac auctoritati detrahere mihi quidem videntur.

Epiſcopos curandarum Eccleſiarū gratia paſſim conſtituunt Apoſtoli.

Neque docendo tantum Eccleſias paſſim Apoſtoli fundavere, ſed & iiſdem Epiſcopos dando, qui gregem Chriſti pro virili & paſcerent & augerent. Sicut autem Apoſtoli omnes poteſtate erant pares, ita haud dubie poteſtate etiam pares fuerunt omnes primi illi Eccleſiarum antiſtites aut Epiſcopi, ab Apoſtolis conſtituti; adeo ut non minor fuerit ejus auctoritas, qui ſucceſſor Ioanni aut Paullo, aut alii datus fuit, quam qui Petro; quem principem Apoſtolorum, cujuſque ſucceſſores ſe fingunt, qui affectant aut vindicant ſibi in Eccleſia principatum. Debeo ego hic illis, geſtarum certe olim rerum veritati, iſta Hieronymi; *Ubicunque, inquit, fuerit Epiſcopus, ſive Romæ, ſive Eugubii, ſive Conſtantinopoli, ſive Rhegii, ſive Alexandriæ, ſive Tunis, ejuſdem meriti, ejuſdem eſt ſacerdotii. Potentia divitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit. Cæterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt.* Hæc ille Epiſt. (cujus initium eſt, *Legimus in Eſaia*, &c.) ad Euagrium.

L.

Philoſophorum ſophiſmata & argutiis Chriſtianæ ac Apoſtolicæ doctrinæ ſe opponunt.

Hac fere tempeſtate Chriſtianorum nonnulli, ſæcularis Philoſophiæ ſubtilitatibus ac argutiis cum Theologia conjunctis, ac temere &, ut quod res eſt dicam, arroganter permixtis, (quod & à quibuſdam temere ac perperam fit hodie) ad illius normam Chriſtianæ religionis myſteria exigere cœperunt, & in deteſtandas maxime hæreſes incidere. Quare & Paulus in illâ ad Coloſſenſes ſerio admonet, ne per Philoſophiam circumveniri ſeſe Chriſtiani paterentur. Sed & eadem Philoſophia plurimis poſt ſæculis plurimos miſere decepit. Egregia hac de re ſunt verba „Tertulliani Lib. de præſcriptione Hæreticorum; Doctrinæ, in„quit, hominum, & falſæ, natæ ſunt de ingenio ſapientiæ ſæcu„laris, quam Dominus ſtultitiam vocans ſtulta mundi in confu„ſionem etiam Philoſophiæ ipſius elegit. Ea enim eſt materia ſa„pientiæ ſæcularis, temeraria interpres divinæ naturæ & diſpo„ſitionis. Ipſæ denique hæreſes à Philoſophia ſubornantur. Inde „Æones & formæ, neſcio quæ, & trinitas hominis apud Valenti„num; Platonicus fuerat. Inde Marcionis Deus melior de „tranquillitate; à Stoïcis venerat. Et, uti anima interire dica„tur; ab Epicureis obſervatur. Et, ut carnis reſtitutio negetur,

„de

,,de una omnium Philoſophorum ſchola ſumitur. Et, ubi ma- *Anno Chriſti*
,,teria cum Deo æquatur, Zenonis diſciplina eſt. Et, ubi ali-
,,quid de igneo Deo allegatur, Heraclitus intervenit. Eadem ma-
,,teria apud hæreticos & Philoſophos volutantur, iidem re tra-
,,ctatus implicantur. Unde malum & quare? & unde homo? &
,,quomodo? &, quod proxime Valentinus propoſuit, unde
,,Deus? Scilicet de enthymeſi & ectromate. Miſerum Ariſtote-
,,lem! qui illis Dialecticam inſtituit, artificem ſtruendi & de-
,,ſtruendi verſipellem, in ſententiis coactam, in conjecturis du-
,,biam, in argumentis operariam contentionum, moleſtam etiam
,,ſibi ipſi, omnia retractantem, ne quid omnino tractaverit.
,,Hinc illæ fabulæ & genealogiæ interminabiles, & quæſtio-
,,nes infructuoſæ, & ſermones ſerpentes velut cancer; à qui-
,,bus nos Apoſtolus refrænans, nominatim Philoſophiam con-
,,teſtatur caveri oportere, ſcribens ad Coloſſenſes; *Videte*
,,*ne quis vos circumveniat per Philoſophiam & inanem ſeductionem,*
,,*ſecundum traditionem hominum, præter providentiam Spiritus Sancti.*
,,Fuerat Athenis, & iſtam ſapientiam humanam, affecta-
,,tricem & interpolatricem veritatis, de congreſſibus noverat, L.
,,ipſam quoque in ſuas hæreſes multipartitam varietate ſecta-
,,rum invicem repugnantium. Quid ergo Athenis & Hie-
,,roſolymis? Quid Academiæ & Eccleſiæ? Quid hæreticis &
,,Chriſtianis? Noſtra inſtitutio de porticu Salomonis eſt, qui &
,,ipſe tradiderat, Dominum in ſimplicitate cordis eſſe quæren-
,,dum. Viderint qui Stoïcum, & Platonicum, & Dialecticum
,,Chriſtianiſmum protulerunt. NOBIS CURIOSITATE OPUS
,,NON EST POST CHRISTUM, NEC INQUISITIONE POST
,,EUANGELIUM. CUM CREDIMUS, NIHIL DESIDERAMUS
,,ULTRA CREDERE. HOC ENIM CREDIMUS, NON ESSE QUOD
,,ULTRA CREDERE DEBEAMUS. Hæc ille Tertullianus; cujus
iſta inprimis notanda verba ſunt, nihil neceſſario & ad ſalutem
credendum eſſe, PRÆTER PROVIDENTIAM SPIRITUS SANCTI. Quod de ſolis Sacris Litteris haud dubie in-
telligendum eſt, quæ ſolæ divinitus ſunt inſpiratæ. Obſervan-
da & hic quoque interim eſt prima Philoſophici, aut, ut Tertul-
lianus loquitur, Dialectici, qui & damnat eumdem, Chriſtianiſ-
mi, qui verum Chriſtianiſmum dein quaſi evertit, & Chriſtianis
quibuſdam, aut qui Chriſtiani volunt videri, hodieque adhuc

Tertulliani judicium de ſupervacua curioſitate in fide Chriſtiana, & Dialectico Chriſtianiſmo.

P manet,

Anno Chriſti

manet, Scholaſticæque adeo, ut vulgo jam vocant, veræque Chriſtianæ Religionis ſimplicitati adverſæ, Theologiæ origo.

Scholaſtica, quam vocant, Theologia prima ex Philoſophia origo.

Philoſophia nempe quibuſdam nunc Doctoribus Eccleſiæ quærendi libidinem ingeſſit (manſuram, ut adhuc pleriſque manet, poſteris) quæ cum finem ſibi non faceret, infinitas hæreſes peperit. Maluerunt igitur jam tum, in ipſa quaſi Chriſtianæ rei infantia, nonnulli quærere, quam credere; & ſic tandem factum eſt, ut plus quæſtionum fuerit in Eccleſia, quam fidei. Egregia quoque in hanc rem neque prætermittenda hic nobis verba ſunt, ubi hæreticæ pravitatis primam velut originem ac cauſſam pandimus, ejuſdem Tertulliani, quæ eodem, quem jam indicavimus, Libro leguntur. *Venio itaque ad illum articulum, quem & noſtri prætendunt ad ineundam curioſitatem, & hæretici inculcant ad importandam ſcrupuloſitatem. Scriptum eſt, inquiunt; Quærite, & invenietis. Quando hanc vocem Dominus emiſit, recordemur. Puto in primitiis ipſis doctrinæ ſuæ, cum adhuc dubitaretur apud omnes, an Chriſtus eſſet; & cum adhuc nec Petrus illum Dei filium pronunciaſſet: cum etiam Ioannes, de illo certus, eſſe deſiſſet. Merito ergo tunc dictum eſt, Quærite & invenietis, quando quærendus adhuc erat, qui adhuc agnitus non erat. Et hoc quantum ad Iudæos. Ad illos enim pertinet totus ſermo ſuggillationis iſtius, qui habebant ubi quærerent Chriſtum. Habent, inquit, Moyſen & Heliam, id eſt, Legem & Prophetas Chriſtum prædicantes: ſecundum quod & alibi aperte: Scrutamini, inquit, ſcripturas, in quibus ſalutem ſperatis. Illæ enim de me loquuntur. Hoc erat, Quærite & invenietis. Nam & ſequentia in Iudæos competere manifeſtum eſt, Pulſate & aperietur vobis. Iudæi retro penes Deum fuerant, dehinc ejecti ob delicta extra Deum eſſe cœperunt. Nationes vero nunquam penes Deum, niſi ſtillicidium de ſitula, & pulvis ex area, & foris ſemper. Itaque qui foris ſemper, quomodo pulſabit eo ubi nunquam fuit? quam januam novit, in quam nec receptus, nec ejectus aliquando? An qui ſcit ſe intus fuiſſe & foras actum, is potius pulſavit, & oſtium novit? Etiam; Petite & accipietis, ei competit, qui ſciebat à quo eſſet petendum, à quo & erat aliquid repromiſſum: à Deo ſcilicet Abraham, Iſaac & Iacob, quem nationes non magis noverant, quam ullam repromiſſionem ejus. Et ideo ad Iſraël loquebatur: Non ſum, inquit, miſſus, niſi ad oves perditas domus Iſraëlis. Nondum canibus jactabat panem filiorum; nondum in viam nationum ire mandabat. Si quidem in fine præcepit, ut vaderent ad docendas & tinguendas nationes; conſecuturi mox Spiritum Sanctum paracletum, qui illos deducturus*

L.

Tertulliani egregium de eâ judicium.

Anno Christi

eſſet in omnem veritatem. Et hoc ergo illo facit. Quod ſi nationibus deſtinati doctores Apoſtoli, ipſi quoque doctorem conſequuturi erant paracletum: multo magis vacabat erga nos, Quærite & invenietis: quibus ultro erat obventura doctrina per Apoſtolos, ut ipſis Apoſtolis per Spiritum Sanctum. Omnia quidem dicta Domini omnibus poſita ſunt, quæ per aures Iudæorum ad nos tranſierunt; ſed pleraque in perſona directa, non proprietatem admonitionis nobis conſtituerunt, ſed exemplum. Cedo nunc ſponte de gradu iſto: omnibus dictum ſit, Quærite & invenietis; tamen & hîc expedit ſenſu certare cum interpretationis gubernaculo. Nulla vox divina ita diſſoluta eſt & diffuſa, ut verba tantum defendantur, & ratio verborum non conſtituatur. Sed in primis hoc propono: Unum utique & certum aliquid inſtitutum eſſe à Chriſto, quod credere omni modo debeant nationes, & idcirco quærere, ut poſſint cum invenerint credere. Unius porro & certi inſtituti infinita inquiſitio non poteſt eſſe. Quærendum eſt donec invenias, & credendum ubi inveneris: & nihil amplius, niſi cuſtodiendum quod credidiſti: dum hoc inſuper credas, aliud non eſſe credendum, ideoque nec requirendum, cum id inveneris & credideris quod ab eo inſtitutum eſt, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quam quod inſtituit: De hoc quidem ſi quis dubitat, conſtabit penes nos eſſe id quod à Chriſto inſtitutum eſt. Interim ex fiducia probationis prævenio, admonens quoſdam nihil eſſe quærendum ultra quod crediderunt; id eſſe quod quærere debuerunt: ne, Quærite & invenietis, ſine diſciplina rationis interpretentur. Ratio autem dicti hujus in tribus articulis conſtitit: in re, in tempore, in modo. In re, ut quid ſit quærendum conſideres. In tempore, ut quando. In modo, ut quouſque. Igitur quærendum eſt quod Chriſtus inſtituit, utique quando non invenis, & utique donec invenias. Inveniſti autem cum credidiſti. Nam non crediſſes, ſi non inveniſſes, ſicut nec quæſiſſes, niſi ut invenires. Ad hoc ergo quæris ut invenias; & ad hoc invenies ut credas. Omnem prolationem quærendi & inveniendi credendo fixiſti; hunc tibi modum ſtatuit fructus ipſe quærendi. Hanc tibi foſſam determinavit ipſe qui te non vult aliud credere, quam quod inſtituit, ideoque nec quærere. Ceterum ſi quia & alia tanta ab aliis ſunt inſtituta, propterea in tantum quærere debemus, in quantum poſſumus invenire, ſemper quæremus, & nunquam omnino credemus. Ubi enim erit finis quærendi? ubi ſtatio credendi? ubi expunctio inveniendi? Apud Marcionem? Sed & Valentinus proponit, Quærite & invenietis. Apud Valentinum? Sed & Apelles hac me pronunciatione pulſabit, & Hebion, & Simon, & omnes ordine non habent aliud, quo ſe mihi inſinuantes me ſibi addicant. Ero itaque

Quid in Chriſtianæ doctrina ac religionis cauſa illa ſibi velint, Quærite, & invenietis; ac quomodo quærendum.

L.

unſ-

Anno Christi

nuſquam, dum ubique convenio,* Quærite & invenietis: & velut ſit nuſquam, & quaſi qui nunquam apprehenderim illud quod Chriſtus inſtituit: quod quæri oportet, quod credi neceſſe eſt. Impune erratur, niſi delinquatur, quamvis errare delinquere eſt. Impune, inquam, vagatur, qui nihil deſerit. At enim ſi quod debui credere credidi, & aliud denuo puto requirendum, ſpero utique & aliud eſſe inveniendum, nullo modo ſperaturus iſtud, niſi quia aut non credideram qui videbar credidiſſe, aut deſii credidiſſe. Ita fidem meam deſerens, negator invenior. Semel dixerim, Nemo quærit, niſi qui aut non habuit, aut perdidit. Perdiderat unam ex decem drachmis anus illa, & ideo quærebat: ubi tamen invenit, quærere deſiit. Panem vicinus non habebat, & ideo pulſabat: ubi tamen apertum eſt ei, & ut accepit, pulſare ceſſavit. Vidua à judice petebat audiri, quia non admittebatur: ſed ubi audita eſt, hactenus inſtitit. Adeo finis eſt & quærendi, & pulſandi, & petendi. Petenti enim dabitur, inquit, & pulſanti aperietur, & quærenti invenietur. Viderit qui quærit ſemper, quia non invenit. Illic enim quærit ubi non invenietur. Viderit qui ſemper pulſat, quia nunquam aperietur. Illic enim pulſat, ubi nemo eſt. Viderit qui ſemper petit, quia nunquam audietur. Ab eo enim petit, qui non audit. No-

L. bis etſi quærendum eſſet adhuc & ſemper, ubi tamen quæri oportet? apud hæreticos? ubi omnia extranea & adverſaria noſtræ veritati, ad quos vetamur accedere. Quis ſervus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico domini ſui ſperat? Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hoſtibus regibus, donativum & ſtipendium captat, niſi plane deſertor & transfuga & rebellis? Etiam anus illa intra tectum ſuum drachmam requirebat: etiam pulſator ille vicini januam tundebat: etiam vidua illa non inimicum, licet durum, judicem interpellabat. Nemo inde inſtrui poteſt, unde deſtruitur. Nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur. Quæramus ergo in noſtro, & à noſtris, & de noſtro: idque duntaxat, quod ſalva regula fidei poteſt in quæſtionem devenire. Regula eſt autem fidei, ut jam hinc quid defendamus profiteamur, illa ſcilicet qua creditur: Unum omnino Deum eſſe; nec alium præter mundi conditorem; qui univerſa de nihilo produxerit, per verbum ſuum primo omnium emiſſum: Id Verbum filium ejus appellatum, in nomine Dei viſum Patriarchis, in Prophetis ſemper auditum, poſtremo delatum ex Spiritu Patris Dei & virtute in virginem Mariam; carnem factum in utero ejus, & ex ea natum egiſſe Ieſum Chriſtum: exinde prædicaſſe novam legem, & novam promiſſionem regni cœlorum; virtutes feciſſe: fixum cruci; tertia die reſurrexiſſe: in cœlos ereptum ſediſſe ad dexteram patris: miſiſſe vicariam vim Spiritus Sancti, qui credentes agat:

ven-

venturum cum claritate, ad ſumendos ſanctos in vitæ æternæ & promiſſorum cœleſtium fructum, & ad profanos adjudicandos igni perpetuo, facta utriuſque partis reſuſcitatione cum carnis reſtitutione. Hæc regula à Chriſto, ut probabitur, inſtituta, nullas habet apud nos quæſtiones, niſi quas hæreſes inferunt, & quæ hæreticos faciunt. Ceterum manente forma ejus in ſuo ordine, quantumlibet quæras & tractes, & omnem libidinem curioſitatis effundas, ſi quid tibi videtur vel ambiguitate pendere, vel obſcuritate obumbrari, eſt utique frater aliquis doctor gratia ſcientiæ donatus: eſt aliquis inter exercitatos converſatus; aliquis tecum curioſus, tecum tamen quærens: noviſſime ignorare melius eſt, ne quod non debeas noris, quia quod debeas noſti. Ex his, quæ prima & vera hæreſion in Eccleſia Chriſtiana origo fuerit, palam agnoſcitur. Et ideo nobis reddenda iſta hic fuere. *Anno Chriſti* *Prima hæreſion in Eccleſia origo.*

Ipſis igitur jam Apoſtolorum temporibus à non unâ hæreſi Chriſtianæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ doctrina oppugnata eſt. Adeo ut hæreſis antiqua ſit, & veræ doctrinæ prope coæva. Neque tamen illa hac antiquitate tueri ſe aut debet, aut poteſt. Utut enim antiqua ſit hæreſis, antiquior vera eſt doctrina, à qua hæreſis deflexit. Neque deflectere hæc ab illâ potuiſſet, niſi recepta jam ante illa fuiſſet, à quâ deflexit. Neque hic quoque negligenda nobis ejuſdem, cujus advocatione jam uſi ſumus, Tertulliani, verba, quæ Libello de Præſcr. Hær. leguntur. Nam & ad ea, quæ nunc ſunt, Chriſtianæ Eccleſiæ tempora referri ac prodeſſe, „poſſe videntur. Ante hæreſis, quam vera doctrina? Sed enim „in omnibus veritas imaginem antecedit: poſt rem ſimilitudo „ſuccedit. Ceterum ſatis ineptum, ut prior in doctrina hæreſis „habeatur; vel quoniam ipſa eſt quæ futuras hæreſes cavendas „prænuntiavit. Ad ejus doctrinæ Eccleſiam ſcriptum eſt, immo „ipſa doctrina ad Eccleſiam ſcribit: Et ſi angelus de cœlo aliter „euangelizaverit citra quam nos, anathema ſit. Ubi tunc Marcion, Ponticus nauclerus, Stoicæ ſtudioſus? Ubi tunc Valen„tinus Platonicæ ſectator? Nam conſtat illos, neque adeo olim, „fuiſſe Antonini ferè principatu, & in Catholicæ primo doctri„nam credidiſſe apud Eccleſiam Romanenſem, ſub Epiſcopatu „Eleutherii benedicti, donec ob inquietam ſemper eorum curio„ſitatem, qua fratres quoque vitiabant, ſemel & iterum ejecti, „Marcion quidem cum ducentis ſeſtertiis, quæ Eccleſiæ intule„rat, noviſſime in perpetuum diſcidium relegati, venena doctri- L. *Ipſis jam Apoſtolorum temporibus Apoſtolica & Chriſtiana doctrina à non unâ hæreſi oppugnata eſt.*

Anno Chriſti

„narum ſuarum diſſeminaverunt. Poſtmodum idem Marcion „pœnitentiam confeſſus, cum conditioni datæ ſibi occurrerit, „ita pacem recepturus, ſi ceteros, quos perditioni erudiſſet, Ec- „cleſiæ reſtitueret, morte præventus eſt. Oportebat enim hæ- „reſes eſſe, nec tamen ideo bonum hæreſes, quia eſſe eas oporte- „bat. Quaſi non & malum oportuerit eſſe. Nam & Dominum „tradi oportebat, ſed væ traditori: ne quis etiam hinc hæreſes „defendat. Si & Apellis ſtemma retractandum eſt, tam non vetus „& ipſe quam Marcion, inſtitutor & præformator ejus: ſed lapſus „in fœminam deſertor continentiæ Marcionenſis, ab oculis ſan- „ctiſſimi magiſtri Alexandriam ſeceſſit. Inde poſt annos aliquot „regreſſus non melior, niſi tantum qua jam non Marcionites, in „alteram fœminam impegit, illam virginem Philumenem (quam „ſupra edidimus) poſtea vero immane proſtibulum & ipſam, „cujus energemate circumventus, quas ab ea didicit Phanero- „ſeis ſcripſit. Adhuc in ſeculo ſuperſunt qui meminerint eorum, „etiam proprii diſcentes & ſucceſſores ipſorum, ne ſe poſterio- „res negare poſſint. Quanquam & de operibus ſuis, ut dixit Do- „minus, revincuntur. Si enim Marcion Novum Teſtamentum „à Vetere ſeparavit, quia ſeparare non poſſet, niſi quod unitum „fuit; unitum ergo ante quam ſepararetur, poſtea ſeparatum, „poſteriorem oſtendit ſeparatorem. Item Valentinus, aliter ex- „ponens, & ſine dubio emendans, hoc omnino quicquid emen- „dat, ut mendoſum retro, anterius fuiſſe demonſtrat. Hos ut „inſigniores & frequentiores adulteros veritatis nominamus. „Ceterum & Nigidius, neſcio quis, & Hermogenes, & multi alii, „qui adhuc ambulant pervertentes vias Dei, oſtendant mihi, ex „qua auctoritate prodierunt. Si alium Deum prædicant, quo- „modo ejus Dei rebus & litteris & nominibus utuntur adverſus „quem prædicant? ſi eundem, quomodo aliter? Probent ſe „novos Apoſtolos eſſe: dicant Chriſtum iterum deſcendiſſe, ite- „rum ipſum docuiſſe, iterum crucifixum, iterum mortuum, „iterum reſuſcitatum: ſic enim Apoſtolos ſolet facere, dare illis „præterea virtutem eadem ſigna edendi, quæ & ipſe. Volo igi- „tur & virtutes eorum proferri, niſi quod agnoſco maximam vir- „tutem eorum, qua Apoſtolos in perverſum æmulantur. Illi enim „de mortuis vivos faciebant, iſti de vivis mortuos faciunt. Sed „ab exceſſu revertar ad principalitatem veritatis, & poſteri-

De primis hæreticis, ac eorum ſtemmate, Tertulliani judicium.

L.

„tatem mendacitatis diſputandam, ex illius quoque parabolæ „patrocinio, quæ bonum ſemen frumenti à Domino ſeminatum „in primore conſtituit, avenarum autem ſterilis fœni adulterium „ab inimico diabolo poſtea ſuperducit. Proprie enim doctri„narum diſtinctionem figurat, quia & alibi verbum Dei ſemi„nis ſimilitudo eſt. Ita ex ipſo ordine manifeſtatur, id eſſe Do„minicum & verum, quod ſit prius traditum: id autem extra„neum & falſum, quod ſit poſterius immiſſum. Ea ſententia „manebit adverſus poſteriores quaſque hæreſes, quibus nulla „conſtantia de conſcientia competit ad defendendam ſibi veri„tatem. Ceterum ſi quæ audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ, „ut ideo videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fue„runt, poſſumus dicere: Edant ergo origines Eccleſiarum ſua„rum: evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſ„ſiones ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus ali„quem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apo„ſtolis perſeveraverint, habuerit auctorem & anteceſſorem. Hoc „enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut „Smyrnæorum Eccleſia Polycarpum ab Ioanne conlocatum re„fert: ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum itidem. „Perinde utique & ceteræ exhibent quos ab Apoſtolis in Epiſco„patum conſtitutos Apoſtolici ſeminis tradutes habeant. Con„fingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis poſt blaſphemiam „inlicitum eſt? Sed etſi confinxerint, nihil promovebunt. Ipſa „enim doctrina eorum cum Apoſtolica comparata ex diverſi„tate & contrarietate ſua pronuntiabit, neque Apoſtoli alicujus „auctoris eſſe, neque Apoſtolici: quia ſicut Apoſtoli non diverſa „inter ſe docuiſſent, ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis „edidiſſent, niſi illi qui ab Apoſtolis didicerunt, aliter prædica„verunt. Ad hanc itaque formam probabuntur ab illis Eccle„ſiis, quæ licet nullum ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis auctorem „ſuum proferant, ut multo poſteriores, quæ denique quotidie „inſtituuntur: tamen in eadem fide conſpirantes, non minus „Apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ. Ita o„mnes hæreſes, ad utranque formam à noſtris Eccleſiis provoca„tæ, probent ſe quaquà putant Apoſtolicas. Sed adeo nec ſunt: „nec poſſunt probare quod non ſunt: nec recipiuntur in pacem „& in communicationem ab Eccleſiis quoquo modo Apoſtolicis:

Anno Christi

Vera ac Apoſtolica, & falſæ religiones quomodo diſcernendæ.

L.

Anno Chriſti

„ſcilicet ob diverſitatem Sacramenti, nullo modo Apoſtolicæ.
„Adhibeo ſuper hæc ipſarum doctrinarum recognitionem, quæ
„tunc ſub Apoſtolis fuerunt, ab iiſdem Apoſtolis & demonſtra-
„tæ & dejeratæ. Nam & ſic facilius traducentur; dum aut jam
„tunc fuiſſe deprehenduntur, aut ex illis quæ jam fuerunt, ſe-
„mina ſumpſiſſe. Paulus in prima ad Corinthios Epiſtola notat
„negatores & dubitatores reſurrectionis. Hæc opinio propria
„Sadducæorum; partem ejus uſurpant Marcion, & Apelles, & Va-
„lentinus, & ſi qui alii reſurrectionem carnis infringunt. Ad
„Galatas ſcribens invehitur in obſervatores & defenſores cir-
„cumciſionis & legis; Hebionis hæreſis eſt. Timotheum in-
„ſtruens, nuptiarum quoque interdictores ſuggillat; ita inſtituunt
„Marcion, & Apelles ejus ſecutor. Æque tangit eos, qui dice-
„rent factam jam reſurrectionem; id de ſe Valentiniani adſeve-
„rant. Sed & cum genealogias indeterminatas nominat, Valen-
„tinus agnoſcitur: apud quem Æon ille, neſcio qui, novi & non
„unius nominis, generat è ſua Caritate Senſum & Veritatem: &
„hi æque procreant duos, Sermonem & Vitam: dehinc & iſti
„generant Hominem & Eccleſiam; eſtque hæc prima ogdoas
.L. „Æonum: exinde decem alii, & duodecim reliqui Æones miris
„nominibus oriuntur in meram fabulam triginta Æonum. Idem
„Apoſtolus cum improbat elementis ſervientes, & aliquem Her-
„mogenem oſtendit, qui materiam non natam introducens, Deo
„non nato eam comparat, & ita matrem elementorum deam fa-
„ciens, poteſt ei ſervire quam Deo comparat. Ioannes vero in
„Apocalypſi idolothyta edentes, & ſtupra committentes, jubetur
„caſtigare. Sunt & nunc alii Nicolaïtæ, Caiana hæreſis dicitur.
„At in Epiſtola eos maxime Antichriſtos vocat, qui Chriſtum
„negarent in carne veniſſe, & qui non putarent Ieſum eſſe fi-
„lium Dei: illud Marcion, hoc Hebion vindicavit. Simonianæ
„autem magiæ diſciplina Angelis ſerviens, utique & ipſa inter
„idololatrias deputabatur, & à Petro Apoſtolo in ipſo Simone
„damnabatur. Hæc ſunt, ut arbitror, genera doctrinarum adul-
„terinarum, quæ ſub Apoſtolis fuiſſe ab ipſis Apoſtolis diſcimus:
„& tamen nullam invenimus inſtitutionem, inter tot diverſitates
„perverſitatum, quæ de Deo creatore univerſorum controver-
„ſiam moverit. Nemo alterum Deum auſus eſt ſuſpicari. Faci-
„lius de filio quàm de patre hæſitabatur, donec Marcion præter

„crea-

,, creatorem alium Deum ſolius bonitatis induceret: Apelles
,, creatorem Angelorum neſcio quem glorioſum ſuperioris Dei,
,, faceret Deum legis & Iſraëlis, illum igneum affirmans: Va-
,, lentinus Æonas ſuos ſpargeret, & unius Æonis vitium in origi-
,, nem deduceret Dei creatoris. His ſolis & his primis revelata eſt
,, veritas divinitatis: majorem ſcilicet dignationem & pleniorem
,, gratiam à diabolo conſecutis, qui Deum ſic quoque voluerit
,, æmulari, ut de doctrinis venenorum, quod Dominis negavit,
,, ipſe faceret diſcipulos ſuper magiſtrum. Eligant igitur ſibi tem-
,, pora univerſæ hæreſes quæ quando fuerint, dummodo interſit
,, quæ quando, dum de veritate non ſint. Utique quæ ab Apoſtolis
,, nominatæ non fuerunt, ſub Apoſtolis fuiſſe non poſſunt. Si enim
,, fuiſſent, nominarentur & ipſæ, ut & ipſæ coërcendæ. Quæ vero
,, ſub Apoſtolis fuerunt, in ſua nominatione damnantur. Sive ergo
,, eædem nunc ſunt aliquanto expolitiores, quæ ſub Apoſtolis ru-
,, des, habent ſuam exinde damnationem: ſive aliæ quidem fue-
,, runt, aliæ autem, poſtea obortæ, quiddam ex illis uſurpaverunt,
,, habendo cum eis conſortium prædicationis, habeant neceſſe eſt
,, etiam conſortium damnationis: præcedente illo fine ſupradicto
,, poſteritatis, quo etſi nihil de damnatitiis participarent; de ætate
,, ſola præjudicarentur, tanto magis adulteræ, quanto nec ab Apo-
,, ſtolis nominatæ. Unde firmius conſtat has eſſe, quæ adhuc tunc
,, nuntiabantur futuræ. His definitionibus provocatæ à nobis &
,, revictæ hæreſes omnes, ſive quæ poſteræ, ſive quæ coætaneæ
,, Apoſtolorum, dum modo diverſæ: ſive generaliter ſive ſpecia-
,, liter notatæ ab eis, dummodo prædamnatæ. Audeant reſpondere
,, & ipſæ aliquas ejuſmodi præſcriptiones adverſus noſtram diſci-
,, plinam.

Anno Christi

LXV. DOM. NERO IMP.

DOMITIUS NERO Tiberio Claudio ſuccedit, filius Domitii Ænobarbi, & Agrippinæ, Germanici filiæ; humani generis hoſtis, quomodo à Plinio appellatur.

Primum quinquennium non malum Principem eum oſtendit; ſed, eo exacto, in omnia dedecora & flagitia prorupit.

L. Ann. Seneca floret; & an Chriſtianus fuerit, quaritur.

Lucius Annæus Seneca floret. *Hunc non ponerem in Catalogo Sanctorum*, inquit Hieronymus, *niſi me illæ Epiſtolæ provocarent, quæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum. In quibus, cum eſſet Neronis magiſter, & illius temporis potentiſſimus, optare ſe dicit, ejus eſſe loci apud ſuos, cujus ſit Paulus apud*

Anno Chriſti

Chriſtia nos. Hic ante biennium, quam Petrus & Paulus coronarentur martyrio, à Nerone interfectus eſt. Hæc Hieronymus Lib. de Scriptoribus Eccleſiæ. Chriſtianus igitur, neque Chriſtianus tantum, ſed & martyrii corona inſignis fuerit Seneca. Cæterum & falſus eſt & fallitur Hieronymus. Epiſtolæ illæ Pauli & Senecæ, palam negant auctores, quorum nomine vulgo circumferuntur. Et extrema Senecæ longe aliter apud graviſſimum ſcriptorem Tacitum narrata Lib. Annal. xv. leguntur.

Error Hieronymi.

Suppoſititius Dexter, in aliis ejuſmodi mendaciis fingendis intrepidus, trepide Chriſtianum fuiſſe Senecam, affirmat: *Lucius,* inquit, *Annæus Seneca, Cordubenſis Hiſpanus, miſſis ultro citroque ad S. Paulum literis, de Chriſtiana re bene ſentit, factuſque Chriſtianus occultus, ejus fuiſſe diſcipulus creditur; dulciterque ſcribit ad Paulum in Hiſpania morantem.* Meminit & Auguſtinus Epiſt. ad Macedonium, LIII. Exſtat & Lini Papæ nomine editus libellus, de martyrio Apoſtolorum Pauli & Petri, adeoque συγχρόνȢ, in quo ſimilia legi dicuntur. *Concurſus de domo Cæſaris fiebat ad eum,* (Paulum ſcilicet,) *ſed & inſtitutor,* (Seneca nempe) *adeo fuit ei amicitia copulatus, ut ſe à colloquio illius temperare vix poſſet, quo minus, ſi ore ad os illum alloqui non valeret, frequentibus datis & acceptis Epiſtolis, ipſius dulcedine, & admirabili colloquio, atque conſilio frueretur.* Octo Senecæ ad Paulum, & ſex Pauli ad Senecam, vulgo leguntur. Inter alia Seneca ad Paulum, in Hiſpaniis tunc, ut volunt, degentem; *Nimio tuo angimur ſeceſſu. Quid eſt, vel quæ res te morantem faciunt? Si indignatio Domini,* (nempe Cæſaris) *quod à ritu & ſecta veteri receſſeris, & rurſus alios converteris, erit poſtulandi locus, ut ratione factum, non levitate, hoc exiſtimen.* Et in alia; *Profiteor bene me acceptum in lectione litterarum tuarum, quas Galathis, Corinthiis, & Achæis miſiſti. Spiritus enim Sanctus in te, & ſupra te, excelſos, ſublimiores, valdeque venerabiles ſenſus exprimit.* Et paulo poſt; *Confiteor Auguſtum ſenſibus tuis permotum; cui lecto literarum tuarum exordio hæc vox fuit; Mirari eum poſſe, ut qui non legitime imbutus ſit* (id eſt, Philoſophorum præceptis, ut celebriores inter paganos) *taliter ſentiat.* Dediſſe tandem, etſi clam, Paulo Senecam, tanquam Chriſtianam nunc diſciplinam amplexum, manus, ultima Pauli ad Senecam epiſtola ſignificare videtur. Hæc autem ita ſe habet; PAULUS SENECÆ S. *Quod prudentia tua aſſequuta eſt indeficiens, fore debebit. Ethnicorum Iſraëlitarumque obſervationes cenſeto vitandas. Quæ*

LVI.

Suppoſititiæ Senecæ ad Paulū, & hujus ad illum epiſtolæ.

prope-

propemodum adeptus es, Regi temporali (Neroni ſcilicet) *ejuſque domeſticis, atque fidis omnibus, inſinuabis; quibus etſi aſpera & incaptabilis erit perſuaſio tua, cum plerique minime flectantur inſinuationibus tuis, ſermo tamen Dei illis illuſtratus, novum in his hominem pariet ad Deum properantem. Vale Seneca, chariſſime nobis.* Manus igitur Seneca, tanquam Chriſtianus, Paulo dedit, ſi his Epiſtolis habenda ſit fides. Ut de Cæſare Baronio jam non dicam, qui falſi eas palam arguit, quis non, non omnino inſanus & ineptus, ex ipſo ſtylo ſtatim arguat, auctorem ſuum eas mentiri? Res ipſa loquitur. Haud dubie, homo inficetus & ſtolidus, qui de Seneca, ut Chriſtianorum in caſtra tranſgreſſo, aliquid forte acceperat, litteras illas commentus eſt. *Anno Chriſti*

Cæterum, quod hactenus traditum non eſt, certe traditum mihi non conſtat, hujus fabulæ aut mendacii inter Chriſtianos origo hic mihi, ſed paucis, pandenda videtur. Seneca profeſſione Stoicus, adeoque in docendo notandiſque hominum ineptiis, ac iis quoque, quibus Diis ac cœlo injuria maxima inferri ea tempeſtate ipſi videbatur, ſeverus, & paganorum inter Romanos vulgo in his, quæ de Diis ſtatuenda videbantur, ſanctior, vixerat ſub Claudio Cæſare, monſtro hominis, quique, ut paucis complectar omnia, verum proverbium fecerat, Aut Regem aut fatuum naſci oportere. Tyrannus hic & fatuus, quod ex narrata Suetonio ejus vita ſatis cuivis poteſt conſtare, ex adulationis Romanæ tunc ingenio poſt exceſſum inter Deos erat relatus. Id vero & abſurdum & impium & cum ſumma Deorum injuria conjunctum, ut revera erat, Senecæ videbatur. Ea ergo occaſione libellum tunc ſalſiſſimum elegantiſſimumque ſcripſit, quem Apocolocyntoſin, ficto nomine ad imitationem ejus, quo Græci conſecrationem Principum, velut Deorum, Ἀποθέωσιν, ſolent appellare. In eo ridiculos & gentium Deos, & relatos inter Deos à Romanis Principes facit. Exſtant ejus ἀποσπασμάτια quædam & reliquiæ, quæ cum reliquis Senecæ operibus conjuncta hodieque leguntur. Nullum mihi eſt dubium, neque alii alicui, accurate hæc omnia, ut oportet, circumſpicienti, dubium eſſe poteſt, quin ex Satyrici hujus libelli, cujus quædam tantum, ut dixi, laciniæ hodie exſtant, & in quo vel maxime Theologia paganorum à pagano in contemptum adducitur, lectione anſam arripuerint Chriſtiani quidam fingendi, Chriſtianam religionem

Unde nata de Seneca Chriſtiano fabula.

LVI.

Anno Chriſti

Ambroſius Anſbertus, vetus ſcriptor, Comm. in Apocalypſin. *Exſtitiſſe*, inquit, *quoſdam ſcimus, qui hunc locum Ioannis;* Beſtia, quam vidiſti, fuit, & non eſt; & aſcenſura eſt de abyſſo, & in interitum ibit, *ita exponendum ſumſerunt, ut beſtiam eam Neronem fuiſſe putarent, ipſumque ab inferis reſuſcitandum, & Antichriſtum fieri aſſererent.* Cæterum ſententia illa inepta eſt, neque quidquam habet, quo ſe poſſit tueri. Sedit tamen ea veterum patrum pleriſque. Neronem certe vita aliquando redonandum à Deo, ac Meſſiam Iudæis falſum, & Antichriſtum venturum, velle videtur Victorinus. Ita enim ille Comm. in Apocal. *Hunc ergo ſuſcitatum Deus mittet regem dignum dignis, & Chriſtum, qualem meruerunt Iudæi. Et quoniam aliud nomen allaturus eſt, aliam etiam vitam inſtituturus, ut ſic eum, tanquam Chriſtum, excipiant Iudæi.*

Sulpicii Severi eâ de re verba.

LXV.

Paullo aliter Sulpicius Severus in Vita S. Martini. Neronem hic & Antichriſtum venturos aliquando dicit, non eoſdem, ſed diverſos. Ab venturo enim Antichriſto alium facit rediturum Neronem. Verba ejus ſunt; *Cæterum cum ab eo de fine ſæculi quæreremus, ait nobis, Neronem & Antichriſtum prius eſſe venturos, Neronem in Occidentali plaga regibus ſubactis x. imperaturum; perſecutionem autem ab eo hactenus exercendam, ut idola gentium coli cogat. Ab Antichriſto vero Orientale imperium eſſe capiendum, qui quidem ſedem & caput regni Hieroſolymam eſſet habiturus. Ab illo urbem & templum eſſe reparandum. Illius eam perſecutionem futuram eſſe, ut Chriſtum Dominum cogat negari, ſe potius Chriſtum eſſe confirmans, omneſque ſecundum legem circumcidi jubeat, & ipſum denique Neronem ab Antichriſto eſſe perimendum.* Alii igitur ex veteribus venturum ante finem ſæculi eumdem & Neronem & Antichriſtum, alii diverſos Neronem & Antichriſtum ſtatuebant.

De Nerone rediturо & futuro Antichriſto veterum quorundam ſententia unde orta.

Haud dubium eſt, quin illa adeo olim inter Chriſtianos celebris de redituro aliquando Nerone ſententia, nata ſit ex eorum interpretum ingenio, qui temere nimis explicandam ſibi Ioannis Apocalypſin ſumſere; quorum commenta alii, tanquam oracula, haud minus temere ſunt amplexi. Neque etiam mihi eſt dubium, quin huic de Nerone fabulæ (nam dicendum profecto quod res eſt; neque falſa vel tradentium, vel credentium auctoritas efficere debet, ut falſa & inania pro compertis admittamus) inprimis anſam præbuerint hæc quæ in Apocalypſi exſtant verba; BESTIA, QUAM VIDISTI, FUIT, ET NON EST,

ET ASCENSURA DE ABYSSO EST, ET IN INTERITUM IBIT. Hæc autem ſic interpretati ſunt, cum per beſtiam ſignificari Neronem ſibi perſuaderent; Nero (hunc enim hanc beſtiam eſſe volunt) periit, neque ſuperſtes eſt amplius, ſed aſcenſurus eſt aliquando è ſepulchro, & iterum morietur, ac periturus eſt. Ex Apocalypſios igitur iſtis verbis, interpretando de Nerone acceptis, hæc fabula nata eſt. Sicut & natæ ſunt plures aliæ, de quibus alibi differendi erit locus. Ego autem ita ſentio, ex divinæ Apocalypſios lectione plurimum fructus illum referre, qui plurimorum mentem ac ſignificationem haud capere ſeſe profitetur; & ambitioſius, quam oportet, illos agere, qui myſteria, quæ in ea recondita ſunt, omnia intelligere ſeſe præſumunt. Recte Anſbertus in ſanctiſſimis precibus, quas Commentario in Apocalypſin præmiſit, oracula, quæ in ea continentur, *obſcura ænigmatum itinera* appellavit. Et profecto ita res ſe habet. Unde & idem in præfatione ejuſdem operis; *Intellectu noſtro altiora ſunt, ad quæ contemplanda pertingere nitimur; ultra vires noſtras ſunt, ad quæ conſideranda progredimur; ingenio noſtro difficilia ſunt, ad quæ enodanda tranſire cogimur.* Mihi interim operæ hic pretium videbatur, originem hujus de Nerone commenti, quod hactenus factum non erat, in eorum gratiam qui veritatis ſtudioſi ſunt, paucis aperire. quos inprimis obſervare hic velim quam belle & fæcunde fabulæ ex fabulis, mendacia ex mendaciis aut naſcantur, aut ducantur.

Anno Christi

Verba Ioannis in Apocalypſi male ac temere ab iis explicata.

LXX. *Cæſares ex familia Augusti in Nerone deficiunt.*

Domitius Nero moritur, ſextus Romanorum Imperator, & eorum ultimus, qui ex familia Auguſti fuere. Cum enim nulla jam imperii ei cura eſſet, & Galliæ ab eo ac Hiſpaniæ defeciſſent, ſicut & Romani in Germania exercitus, hoſtiſque dictus eſſet à Senatu, oblatumque Sergio Galbæ intellexiſſet imperium, ex urbe Roma aufugit, metuenſque ſibi ab immiſſis à Senatu percuſſoribus ſuo ipſe ſe gladio jugulavit.

GALBA, OTHO & VITELLIUS IMP.

Sublato Nerone imperium Romanum, diverſis à diverſis legionibus, inter graviſſimos motus, oblatum eſt. Fuere hi,

SERG. GALBA,
M. OTHO, &
L. VITELLIUS,

bimeſtres, ut D. Ambroſius loquitur, Imperatores, & quorum

ter-

Anno Christi

termini cum exordiis conjuncti fuere. Ac ſalutatis tunc primum a milite Imperatoribus, vulgatum eſt, quomodo Hiſtor. I. Tacitus loquitur, imperii arcanum, poſſe alibi Principem, quam Romæ, fieri; datumque peſſimum, & ad poſteros tranſmiſſum, quod dari tamen aut tranſmitti non debuit, exemplum. Galba adoptat Piſonem. Id Othonem offendit, qui ad utriuſque cædem animum appulit, & perfecit, conciliatis ſibi Prætorianorum militum ſtudiis, quorum animi a Galba, ob avaritiam & ſeveritatem ſingularem, averſi erant. Othoni autem ſtatim poſt occupatam imperii ſedem æmulus pariter ac hoſtis L. Vitellius offertur, & a fortiſſimis legionibus in Germania Imperator ſalutatus in Italiam iter parat. Otho, audito eo motu, in Galliam contra Vitellium profecturus, haud multo poſt a Vitellianis prælio ſuperatus eſt, diffidenſque rebus ſuis, averſuſque a conſiliis belli, mortem ſponte elegit.

Vulgatū tunc imperii arcanū, poſſe alibi Principem quam Romæ fieri.

FL. VESPASIANVS IMP.

FLAVIUS ergo VESPASIANUS, optimus haud dubie, quod res ipſa oſtendit, Princeps, quamquam malo more, in bello occupatus Iudaico, ab exercitu qui in Oriente erat, cuique præerat ſalutatus eſt Imperator. Ita jam a Neronis tempore eo res redacta fuit Romana, ut, inſuper habitâ Senatus & populi auctoritate, in manu ac poteſtate exercitus & legionum Romanarum eſſet, Principem creare. Veſpaſiani adventum in urbem cum intelligeret Vitellius, tanquam ſuis jam rebus conclamatis, ſemetipſum interfecit.

LXXII. *Hieroſolyma quomodo oppugnata, capta, & everſa.*

Hic annus Hieroſolymitanæ urbis, ac Iudaicæ adeo gentis quaſi excidio celebris eſt. Multa eá de re legere eſt apud Iudaicarum rerum ſcriptores. Sed paucis omnia complectitur Tacitus, cujus iccirco verba ex Hiſtor. v. hic exhibebimus. Cæſar „Titus, perdomandæ Iudææ delectus a patre, & privatis utriuſ„que rebus (Nihil hoc loco mutandum, licet mutandum aliquid velint eruditi. Verba enim & ſententia aperta ſunt. Nec enim aliud vult Tacitus, quam hoc; cum uterque, & pater ac filius, adhuc privati, nec Principis faſtigium adepti eſſent. Nihil certius.) „militia clarus, majore tum vi famaque agebat, certantibus pro„vinciarum & exercituum ſtudiis, atque ipſe, ut ſuperior ſui jam „crederetur, decorum ſe promptumque in armis oſtendebat, co„mitate & alloquiis officia provocans: ac plerumque in opere, „in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore.

Verba Taciti aſſerta.

„Tres

,,Tres cum in Iudæa legiones, quinta & decima, & quintadeci- *Anno Chriſti*
,,ma, vetus Veſpaſiani miles, excepere. Tradidit & Syria duo-
,,decimam, & adductos Alexandria duo & viceſimanos tertianoſ-
,,que. Comitabantur viginti ſociæ cohortes, octo equitum alæ:
,,ſimul Agrippa, Sohemuſque reges, & auxilia regis Antiochi,
,,validaque & ſolito inter accolas odio infenſa Iudæis Arabum
,,manus. Multi, quos urbe atque Italia ſua quemque ſpes acci-
,,verat, occupandi Principem adhuc vacuum. His cum copiis
,,fines hoſtium ingreſſus, compoſito agmine, cuncta explorans,
,,paratuſque decernere, haur procul Hieroſolymis caſtra facit.
,,Sed quia famoſæ urbis ſupremum diem tradituri ſumus, con-
,,gruens videtur primordia ejus aperire. Iudæos Creta inſula pro- *Taciti verba de Iudæorum origine,*
,,fugos, noviſſima Libyæ inſediſſe memorant, qua tempeſtate,
,,Saturnus vi Jovis pulſus ceſſerit regnis. Argumentum è no-
,,mine petitur. Inclytum in Creta, Idam montem. accolas,
,,Idæos, & aucto in Barbarum cognomento, Iudæos vocitari (quaſi
,,Idæos.) Quidam regnante Iſide, exundantem per Ægyptum
,,multitudinem, ducibus Hieroſolymo ac Iuda, proximas in
,,terras exoneratam. Plerique Æthiopum prolem, quos, rege LXXII.
,,Cepheo, metus atque odium mutare ſedes perpulerit. Sunt qui
,,tradant, Aſſyrios convenas, indigum agrorum populum, parte
,,Ægypti potitos, ac mox proprias urbes, Hebræaſque terras, &
,,propiora Syriæ coluiſſe. Clara alii Iudæorum initia: Solymos,
,,carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ urbi Hieroſo-
,,lymam nomen è ſuo feciſſe. Plurimi auctores conſentiunt,
,,orta per Ægyptum tabe, quæ corpora fœdaret, regem Occho-
,,rim, adito Hammonis oraculo, remedium petentem, purgare
,,regnum, & id genus hominum ut inviſum deis, alias in terras *Exilio,*
,,avehere juſſum. Sic conquiſitum collectumque vulgus, poſt-
,,quam vaſtis locis relictum ſit; cæteris per lacrymas torpenti-
,,bus, Moſen unum exulum monuiſſe, ne quam Deorum ho-
,,minumve opem exſpectarent, ab utriſque deſerti, ſed ſibimet *Moſe duce,*
,,ut duci cœleſti crederent, primo cujus auxilio credentes, præ-
,,ſentes miſerias pepuliſſent. Aſſenſere, atque omnium ignari
,,fortuitum iter incipiunt. Sed nihil æque, quam inopia aquæ
,,fatigabat. Jamque haut procul exitio, totis campis procubue-
,,rant: cum grex aſinorum agreſtium è paſtu in rupem nemore
,,opacam conceſſit. Secutus Moſes, conjectura herbidi ſoli,

Anno Chriſti

„largas aquarum venas aperit. Id levamen: & continuum ſex „dierum iter emenſi, ſeptimo pulſis cultoribus, obtinuere ter„ras, in quibus urbs & templum dicata ſunt. Moſes, quo ſibi in „poſterum gentem firmaret, novos ritus contrarioſque cæteris „mortalibus indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos ſacra; „rurſum conceſſa apud illos, quæ nobis inceſta. Effigiem ani„malis, quo monſtrante errorem ſitimque depulerant, penetrali „ſacravere: cæſo ariete, velut in contumeliam Hammonis. Bos „quoque immolatur, quem Ægyptii Apin colunt. Sue abſti„nent, memoria cladis, quod ipſos ſcabies quondam turpave„rat, cui id animal obnoxium. Longam olim famem crebris „adhuc jejuniis fatentur. Et raptarum frugum argumentum, „panis Iudaicus nullo fermento detinetur. Septimo die otium „placuiſſe ferunt: quia is finem laborum tulerit; dein blandiente „inertia, ſeptimum quoque annum ignaviæ datum. Alii hono„rem eum Saturno haberi: ſeu principia religionis tradentibus „Idæis, quos cum Saturno pulſos, & conditores gentis accepi„mus: ſeu quod è ſeptem ſideribus, quîs mortales reguntur, „altiſſimo orbe & præcipua potentia ſtella Saturni feratur: ac „pleraque cœleſtium vim ſuam & curſum ſeptimos per nume„ros conficiant. Hi ritus, quoquo modo inducti, antiquitate „defenduntur. Cætera inſtituta ſiniſtra, fœda, pravitate valuere. „Nam peſſimus quiſque, ſpretis religionibus patriis, tributa & „ſtipes illuc congerebant. Unde auctæ Iudæorum res: & quia „apud ipſos fides obſtinata, miſericordia in promptu, ſed adver„ſus omnes alios hoſtile odium. Separati epulis, diſcreti cubi„libus, projectiſſima ad libidinem gens, alienarum concubitu ab„ſtinent. Inter ſe nihil illicitum. Circumcidere genitalia inſti„tuere; ut diverſitate noſcantur. Tranſgreſſi in morem eorum, „idem uſurpant. Nec quidquam prius imbuuntur, quam con„temnere deos, exuere patriam: parentes, liberos, fratres, vilia „habere. Augendæ tamen multitudini conſulitur. Nam & ne„care quemquam ex agnatis, nefas: animaſque prœlio aut ſup„pliciis peremptorum æternas putant. Hinc generandi amor, „& moriendi contemptus. Corpora condere, quam cremare, „è more Ægyptio. Eademque cura, & de infernis perſuaſio; „cœleſtium contra. Ægyptii pleraque animalia effigieſque com„poſitas venerantur. Iudæi mente ſola, unumque numen intelli-

Ritibus, *LXXII.* *Auctis rebus,* *Circumciſione,* *Religione,*

„gunt-

,,gunt. Profanos, qui Deûm imagines, mortalibus materiis, in *Anno Chriſti*
,,ſpecies hominum effingant. Summum illud & æternum, neque
,,mutabile, neque interiturum. Igitur nulla ſimulacra urbibus
,,ſuis, nedum templis ſunt. Non regibus hæc adulatio, non Cæ-
,,ſaribus honor. Sed quia ſacerdotes eorum tibia tympaniſque
,,concinebant, hedera vinciebantur, vitiſque aurea templo re-
,,perta, Liberum patrem coli, domitorem Orientis, quidam ar-
,,bitrati ſunt, nequaquam congruentibus inſtitutis. Quippe Liber
,,feſtos lætoſque ritus poſuit: Iudæorum mos abſurdus ſordiduſ- *Situ,*
,,que. Terra fineſque, qua ad Orientem vergunt, Arabia termi-
,,nantur: a Meridie, Ægyptus objacet: ab occaſu, Phœnices &
,,mare: Septentrionem a latere Syriæ longe proſpectant. Cor-
,,pora hominum ſalubria, & ferentia laborum. Rari imbres, uber
,,ſolum. Exuberant fruges noſtrum ad morem. præterque eas,
,,Balſamum & Palmæ. Palmetis proceritas, & decor. Balſamum,
,,modica arbor. Ut quiſque ramus intumuit, ſi vim ferri adhi-
,,beas, pavent venæ: fragmine lapidis, aut teſta aperiuntur; hu- *Balſamo & palmetis,*
,,mor in uſu medentium eſt. Præcipuum montium Libanum eri-
,,git, mirum dictu, tantos inter ardores opacum fœdumque nivi-
,,bus. Idem amnem Iordanem alit, funditque. Nec Iordanes pe- LXXII.
,,lago accipitur; ſed unum atque alterum lacum integer per- *Montibus & fluminibus,*
,,fluit: tertio retinetur. Lacus immenſo ambitu, ſpecie maris,
,,ſapore corruptior, gravitate odoris accolis peſtifer, neque ven-
,,to impellitur, neque piſces aut ſuetas aquis volucres patitur. In-
,,certæ undæ ſuperjacta, ut ſolido feruntur; periti imperitique
,,nandi, perinde attolluntur. Certo anni, bitumen egerit: cujus
,,legendi uſum, ut ceteras artes, experientia docuit. Ater ſuapte *Bitumine,*
,,natura liquor, & ſparſo aceto concretus, innatat; hunc manu
,,captum, quibus ea cura, in ſumma navis trahunt. Inde nullo
,,juvante influit, oneratque, donec abſcindas. Nec abſcindere
,,ære ferrove poſſis. Fugit cruorem veſtemque infectam ſanguine,
,,quo feminæ per menſes exſolvuntur. Sic veteres auctores. Sed
,,gnari locorum tradunt, undantes bitumine moles pelli, manu
,,que trahi ad littus: mox ubi vapore terræ, vi ſolis inaruerint,
,,ſecuribus cuneiſque ut trabes aut ſaxa diſcindi. Haud procul *Sodoma & Gomorra incenſis,*
,,inde campi, quos ferunt olim uberes, magniſque urbibus habi-
,,tatos, fulminum jactu arſiſſe: & manere veſtigia, terramque
,,ſpecie torridam, vim frugiferam perdidiſſe. Nam cuncta

R 2 ,,ſponte

Anno Chriſti

,,ſponte edita, aut manu ſata, ſive herba tenus aut flore, ſeu ſoli-
,,tam in ſpeciem adolevere, atra & inania velut in cinerem va-
,,neſcunt. Ego ſicut Iudaicas quondam urbes igne cœleſti flagraſſe
,,conceſſerim, ita halitu lacus infici terram, corrumpi ſuperfu-
,,ſum ſpiritum, eoque fœtus ſegetum & autumni putreſcere reor,
Vicis & oppidis, ,,ſolo cœloque juxta gravi. Et Belus amnis Iudaico mari illa-
,,bitur: circa cujus os conlectæ arenæ, admixto nitro, in vitrum
,,excoquuntur. Modicum id littus, ſed egerentibus inexhauſtum.
,,Magna pars Iudææ vicis diſpergitur; habent & oppida. Hiero-
,,ſolyma genti caput. Illic immenſæ opulentiæ templum, & pri-
Hieroſolyma, & templo Salomonis, ,,mis munimentis urbs dejugis, templum intimis clauſum. Ad fo-
,,res tantum Iudæo aditus: limine, præter ſacerdotes, arceban-
,,tur. Dum Aſſyrios penes Medoſque & Perſas Oriens fuit, de-
,,ſpectiſſima pars ſervientium: poſtquam Macedones præpotue-
,,re, Rex Antiochus demere ſuperſtitionem, & mores Græco-
Imperio, & ſtatu vario, ,,rum dare adnixus, quo minus teterrimam gentem in melius
,,mutaret, Parthorum bello prohibitus eſt. Nam ea tempeſtate
,,Arſaces deſciverat. Tum Iudæi, Macedonibus invalidis, Par-
LXXII. ,,this nondum adultis (& Romani procul aberant) ſibi ipſi re-
,,ges impoſuere, qui mobilitate vulgi expulſi, reſumtâ per arma
,,dominatione, fugas civium, urbium everſiones, fratrum, con-
,,jugum, parentum neces, aliaque ſolita regibus auſi, ſuperſtitio-
,,nem fovebant: quia honor ſacerdotii firmamentum potentiæ
,,aſſumebatur. Romanorum primus Gn. Pompejus, domuit:
,,templumque jure victoriæ ingreſſus eſt. Inde vulgatum, nulla
,,intus Deûm effigie vacuam ſedem, & inania arcana. Muri Hie-
,,roſolymorum diruti, delubrum manſit. Mox bello civili inter-
,,no, poſtquam in ditionem M. Antonii provinciæ ceſſerant, Rex
Romanorum cum ea eos expeditionibus, ,,Parthorum Pacorus Iudæa potitus, interfectuſque a P. Venti-
,,dio, & Parthi trans Euphratem redacti. Iudæos C. Soſius ſub-
,,egit. Regnum ab Antonio Herodi datum, victor Auguſtus
,,auxit. Poſt mortem Herodis, nihil exſpectato Cæſare, Simon
,,quidam regium nomen invaſerat. Is a Quinctilio Varo obti-
,,nente Syriam punitus. Et gentem coërcitam liberi Herodis
,,tripartito rexere. Sub Tiberio quies; dein, juſſi a C. Cæſare
,,effigiem ejus in templo locare, arma potius ſumſere. quem
,,motum Cæſaris mors diremit. Claudius defunctis regibus, aut
,,ad modicum redactis, Iudæam provinciam equitibus Romanis

,,aut

„aut libertis permiſit; è quibus Antonius Felix, per omnem ſævitiam, ac libidinem, jus regium ſervili ingenio exercuit, Druſilla Cleopatræ & Antonii nepte in matrimonium accepta, „ut ejuſdem Antonii, Felix progener, Claudius nepos eſſet. Duravit tamen patientia Iudæis, uſque ad Geſſium Florum procuratorem. Sub eo bellum ortum. & comprimere cœptantem „Ceſtium Gallum Syriæ legatum, varia prœlia ac ſæpius adverſa „excepere. Qui ubi fato, aut tædio occidit, miſſu Neronis, „Veſpaſianus fortuna famaque & egregiis miniſtris, intra duas „æſtates, cuncta camporum, omneſque præter Hieroſolyma urbes, victore exercitu tenebat. Proximus annus civili bello intentus, quantum ad Iudæos per otium tranſiit. Pace per Italiam „parta, & externæ curæ rediere. Augebat iras, quod ſoli Iudæi „non ceſſiſſent. Simul manere apud exercitus Titum, ad omnes „principatus novi eventus caſuſve utile videbatur. Igitur caſtris, „uti diximus, ante mœnia Hieroſolymorum poſitis, inſtructas „legiones oſtentavit. Iudæi ſub ipſos muros ſtruxere aciem, rebus ſecundis longius auſuri; & ſi pellerentur, parato perfugio. „Miſſus in eos eques cum expeditis cohortibus, ambigue certavit. Mox ceſſere hoſtes, & ſequentibus diebus crebra pro portis prœlia ſerebant: donec aſſiduis damnis intra mœnia pellerentur. Romani ad oppugnandum verſi. Neque enim dignum „videbatur, famem hoſtium opperiri; poſcebantque pericula, „pars virtute, multi ferocia, & cupidine præmiorum. Ipſi Tito „Roma, & opes, voluptateſque ante oculos; ac ni ſtatim Hieroſolyma conciderent, morari videbantur. Sed urbem arduam „ſitu, opera moleſque firmaverant, quis vel plana ſatis munirentur. Nam duos colles immenſum editos claudebant muri per „artem obliqui, aut introrſus ſinuati: ut latera oppugnantium „ad ictus pateſcerent. Extrema rupis, abrupta. & turres, ubi „mons juviſſet, in ſexaginta pedes; inter devexa, in centenos „vicenoſque attollebantur; mira ſpecie, ac procul intuentibus „pares. Alia intus mœnia regiæ circumjecta, conſpicuoque „faſtigio turris, Antonia in honorem M. Antonii ab Herode „appellata. Templum in modum arcis, propriique muri, labore & opere ante alios. Ipſæ porticus, quis templum ambiebatur, egregium propugnaculum. Fons perennis aquæ, cavati „ſub terra montes: & piſcinæ ciſternæque ſervandis imbribus.

Anno Chriſti

Obſidione Hieroſolymæ,

LXXII.

Et munimentis,

Anno Christi

„præviderant conditores ex diverſitate morum, crebra bella. inde „cuncta, quamvis adverſus longum obſidium: & a Pompeio „expugnatis, metus atque uſus pleraque monſtravere. Atque „per avaritiam Claudianorum temporum, emto jure muniendi, „ſtruxere muros in pace, tamquam ad bellum: magna colluvie, „& cæterarum urbium clade aucti. Nam pervicaciſſimus quiſ„que illuc perfugerat; eoque ſeditioſius agebant. Tres duces, „totidem exercitus. Extrema & latiſſima mœnium, Simon: „mediam urbem, Ioannes, quem & Bargioram vocabant: tem„plum, Eleazarus firmaverat. Multitudine & armis Ioannes, ac „Simon; Eleazarus, loco pollebat. Sed prœlia, dolus, incendia „inter ipſos, & magna vis frumenti ambuſta. Mox Ioannes, „miſſis per ſpeciem ſacrificandi, qui Eleazarum manumque ejus „obtruncarent, templo potitur. Ita in duas factiones civitas diſ„ceſſit, donec propinquantibus Rom. bellum externum con„cordiam pareret. Evenerant prodigia, quæ neque hoſtiis, ne„que votis piare fas habet gens, ſuperſtitioni obnoxia, religioni„bus adverſa. Viſæ per cœlum concurrere acies, rutilantia ar„ma, & ſubito nubium igne collucere templum. Expaſſæ re„pente delubri fores, & audita major humanâ vox, *Excedere deos:* „ſimul ingens motus excedentium. Quæ pauci in metum trahe„bant: pluribus perſuaſio inerat, antiquis ſacerdotum litteris „contineri, eo ipſo tempore fore, ut valeſceret Oriens, pro„fectique Iudæa rerum potirentur. quæ ambages Veſpaſianum „ac Titum prædixerant. Sed vulgus, more humanæ cupidinis, „ſibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne adverſis qui„dem ad vera mutabantur. Multitudinem obſeſſorum omnis „ætatis, virilis ac muliebris ſexus, ſexcenta millia fuiſſe accepi„mus. Arma cunctis, qui ferre poſſent: & plures, quam pro „numero, audebant. Obſtinatio viris fœminiſque par: ac ſi trans„ferre ſedes cogerentur, major vitæ metus quam mortis. Hanc „adverſus urbem gentemque Cæſar Titus, quando impetum & „ſubita belli locus abnueret, aggeribus vineiſque certare ſtatuit. „Dividuntur legionibus munia, & quies prœliorum fuit: donec „cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres, aut novis in„geniis, ſtruerentur. Et ſic Iudaicæ gentis caput, quod & haud multo ante prædixerat Dominus, exciſum eſt.

Exercitibus & ducibus, *Diſſidiis,* LXXII. *Malis ominibus oblatis,* *Arroganti perſuaſione,* *Multitudine,* *Obſtinatione.*

Hieroſolyma capta.

Obſidio urbis cœpit feſto Paſchatis die; capta autem menſe

Septembri eſt, quum paulo ante, menſe Auguſto, templum flammis eſſet abſumtum. Et ſane exſcindi templum oportuit, ut ex eo quiſque, inprimis Iudæi, intelligerent, legalibus ſacrificiis, peracto jam vero Chriſti ſacrificio, cui haud dubie illa proluſerant, quodque ſignificaverant, nullum amplius eſſe locum. Cæterum intelligere illud hactenus Iudæorum, Meſſiam adhuc ſuum, ſed fruſtra exſpectantium, contumacia ac impietas noluit. Et tamen ablatum jam Iudæ ſceptrum non poterant non agnoſcere. Oppreſſa enim a Romanis jam erat Iudæorum libertas. Quod ut ex aliis, de quibus ſub initium operis hujus nonnulla diximus, ita vel ex eo etiam, quod refert Cornelius Tacitus, conſtat; Iudæos nempe jus muniendi urbem Hieroſolymitanam a Romanis magna pecuniæ vi emiſſe. Ex quo apparet, reginam illam urbium Hieroſolymam fuiſſe conditione eadem cum municipiis omnibus, quæ ſub ditione Romana erant, quorum muros nec refici ſine Principis vel præſidis autoritate, nec aliquid eis conjungi vel ſuperponi potuiſſe Ulpianus ait in *l. 9. ff. de Rerum diviſ.* Utique Claudius Cæſar, cum ingentis magnitudinis murum exſtrui circum Hieroſolymam intellexiſſet, Agrippæ novum opus nuntiavit. Et Rex vero ſtatim dicto audiens fuit, ſuſceptamque rem omiſit. Ajunt Talmudici, illud eximium habuiſſe Hieroſolymam præ cæteris Iudææ oppidis, quod nulla domus illic poſt annum propria emptoris fieret. Sed nec hortos ibi, nec viridaria plantari fas fuiſſe ajunt. Quod enim Hecatæus de templi ambitu ſcripſit, id ipſi verum eſſe de tota urbe tradunt. Cadavera, quæ aliquo transferebantur, admiſſa in eam civitatem non ſunt, ne funeſtarentur ſacra ejus. Sepulchra autem duo duntaxat ibi fuêre, unum Davidis, alterum Oldæ, quæ ſtructa à priſcis vatibus ajunt. Major tamen religio Levitas devinxit, qui non modo in urbibus ſuis, ſed etiam in agro ſuburbano ſepelire mortuos vetabantur. Itaque extra limites fineſq; regionis ſuæ, ex edicto numinis, aliquantum loci a cæteris tribubus accepêre, in quo defunctorum oſſa quieſcerent. In reliquis oppidis ſepeliri aliquem haud nefas fuit, ſi modo ſeptem viri boni aſſentirentur. At ſemel ubi elatus urbe erat, recipi illum intra muros non licuit, etiamſi cives cuperent univerſi. Hieroſolyma, ut ante diximus, caput genti, religionumque & ceremoniarum ſedes fuit. Quare, everſa illa, periit Reipublicæ Iudaicæ forma tam civilis hercle, quam ſacra. Sane

Anno Chriſti

Templi flamma abſumptum.

LXXII.

Quæ eximia præ cæteris oppidis habuerit Hieroſolyma.

Anno Chriſti

quod Flavius ante urbis excidium auditam ex templi penetralibus ait vocem ejuſmodi, *Exeamus hinc*, id mihi non aliud ſignificaviſſe videtur, quam delendam rempublicam, adimendumque ſceptrum, quod datum olim ſacræ genti erat. Non diu enim poſtea ordines, functioneſque, & ritus, atque leges pleræque ceſſavêre, ſecutaque ingens confuſio, vaſtitas atque diſtractio eſt. Jam primum Haſidæorum ſanctiſſimum collegium, quod a Prophetis originem duxit, nullum amplius fuit, quia eorum inſtitutum erat, templum quotidie adire, & voluntarios ſumptus in ſacrificia, atque in porticus & in muros ſanctuarii facere. Cumque Moſes certi cujuſdam doni oblationem alienigenis imperaſſet, qui in Iudaiſmum ſe transferent, differri deinde penitus ea res cœpit in illud tempus, cum ſanctuarium tertium, quod adhuc exſpectant, extruetur. Nec vero fratrum viduas amplius, quæ ſine liberis ſunt, uxores ducunt. Et Paſchatis ſolenne nunquam ex illo tempore celebratum rite eſt, ſiquidem præceperat lex uti in illo loco id fieret, in quo Deus elegiſſet ſedem ædis ſuæ. Tantum unius urbis caſus potuit. Omnia mutavit pervertitque, & maximi rempublicam populi in ruinas egit.

Ingens confuſio, vaſtitas, & diſtractio in rebus Iudaicis.

LXXII. Porro ex eo, quem exhibuimus jam, ut tandem obiter id quoque hic nunc addam, Taciti, graviſſimi cætera auctoris, loco apparet, quam prope nulla Iudaicarum rerum ac originum ſcientia fuerit Romanis. Cujus rei haud alia mihi quidem fuiſſe cauſſa videtur, quam quod Iudæi ſacris plane ab idololatria reliquarum omnium gentium nationumque diverſis & alienis üterentur. Inde, neque aliunde, paganis eſt tam abſurda de Iudæis quidvis fingendi libido. Neque alia ratio eſt, quare & ipſis Chriſtianis ab iiſdem paganis ea tributa ſint, quæ ab omni humanitate aliena ſunt. Sanguinis humani potu in quoddam quaſi ſacramentum & fœdus coiiſſe olim dicti ſunt Chriſtiani. Certe in celebranda cœna, quam Dominicam vocant, in qua & illud, quod porrigitur, poculum, effuſi pro redemtione generis humani ſanguinis Chriſti haud dubie habet ſignificationem, ſanguinem quaſi Chriſti offerre ſeſe & accipere Chriſtiani dicebant. Cæterum ex ſigno illo ſanguinis Chriſti, ſalutis humani generis gratia profuſi, colligi nequaquam debuit, humano ſanguine ſumpto, ad eorum inſtar, qui Catilinariæ conjurationis fuere olim conſcii & ſocii, Chriſtianos invicem ſibi obſtrictos & devotos fuiſſe.

Magna rerum & originum Iudaicarũ ignorantia in Tacito notata.

Vi & Chriſtianorum inter paganos.

Anno Chriſti

In iiſdem fere cum Tacito erroribus verſatur Plutarchus, ubi de Iudæis agit. Quædam de eorum inſtitutis vera, nonnulla omnino falſa, alia partim vera, partim falſa, id eſt, ex utriſque permixta, pronunciant.

Paganorum falſa de Iudæorum numine ſententia.

Pagani nempe, a quibus Iudæi credebantur non niſi nubes & id quod videmus cœlum, ad inſtar numinis, colere atque adorare; unde illud Juvenalis de iiſdem,

Nil præter nubes & cœli numen adorant,

(haud dubie, quia ad Chriſtianorum inſtar, in precationibus Deum compellabant nomine *Patris, qui eſt in cœlis*, & ſtatuas Deorum omnes ac imagines cane pejus & angue oderant; quare etiam *Ignotum Deum* venerari dicti ſunt; unde & illud Lucani;

Gens dedita ſacris
Ignoti Iudæa Dei.

qua de re in Quæſtionibus Romanis nonnihil olim diximus.) ad eam ſimilitudinem, neque aliis ducti commentis, in odium gentis, aut ignorantia aliqua inaudita, cætera confinxere. Inde orti & Taciti & Plutarchi de cauſis rituum ſacrorum apud Iudæos graviſſimi & deteſtandi maxime errores; qui & fecere, ut antiquiſſimam & ſanctiſſimam olim gentem, quoddam velut humani generis dedecus ac propudium, nationes averſarentur. Memoratu digna ſunt, quæ Plutarchus adfert. Suem enim Iudæis haud ſane inter res execrabiles haberi, ſed ſummo in honore apud eos eſſe autumat, quippe quam venerantur ut arationis magiſtram. Id eos primum in Ægypto didiciſſe ait; quippe illic agros nunquam aratro verti, ſed, ſimul ac Nilus poſt ſolitam exundationem in alveum ſe recepit, è veſtigio ſues ab incolis propelli in agros, ut uberem glebam roſtro fodiant, & ſemina occulant terra. Quare vomerem quoque Græcis ὕνιν dici, originatione optima. Et quid mirum, inquit, tam fœdum animal à ſuperſtitioſa gente coli, cum Ægyptii quoque felem, gryphem, crocodilum adorent? Denique, ſi abominantur, ſcire cauſam ſe negat, cur inviſiſſimam beſtiarum interficere nemo audeat. Nam magos quidem, quibus a Zoroaſtre origo eſt, nihil pulchrius ſibi, nihil glorioſius ducere, quam ſi multos occiderint mures aquaticos, quos religione quadam ridicule cuncti odére. Hæc confutare non magnus eſt labor. Quæcunque animantia Ægyptii coluére, ea

LXXI.

Taciti ac Plutarchi in reddendis cauſis ſacrorum Iudaicorum rituum graviſſimi errores.

Anno Chriſti

tangere manibus nulla religio illos vetuit. Porrum & cæpe morſu frangere, nefas ingens erat. Et Flaccus jocoſe, tanquam de impia cæde, dixit,

—— Si porrum & cæpe trucidas.

Alius quiſpiam etiam indignatur & clamat,

O ſanctæ gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina!

Et tamen hos ipſos Deos manibus ſuis è terrâ eximebant, recondebantque in cellis armariiſque, ad alios uſus vitæ neceſſarios. At Iudæi porcorum vel ſolo tactu polluebantur. Quod neutiquam ita eſſet, ſi ſuperſtitionis cauſa fuiſſet ex cultu & veneratione. Hinc porro, cum attingere haud dignarentur, etiam occidere nolebant. Itaque de nihilo eſt, quidquid ait Plutarchus. Neque pluris æſtimari debet, quod Petronius venuſtiſſimo Epigrammate luſit,

Iudæus, licèt & porcinum numen adoret,
Et cæli ſummas advocet auriculas, &c.

Sunt hæc ex communi Romanorum errore, in quorum animis hæc opinio inſederat.

—— Et porcinum nomen abhorret.

LXXII.

Cauſa quare præ cæteris animantibus ſuem fugiant Iudæi.

Sed quid ceſſamus cauſam adferre, cur præ cæteris animantibus hoc unum fugiant Iudæi? Fuit olim populus Iſraëliticus mirè obnoxius iis morbis, qui Syros ut plurimum atque Ægyptios infeſtabant. Vitiligines enim, pſoraſque, & tetra ulcera jam olim illis gentibus, velut proprias peſtes, adſcripſere ſummi medicorum. Hos autem, & ſimiles penè morbos uno nomine complexus Moſes eſt, & lepram vocavit. Porro in ſuibus ſcabies & immunditics, non vitium, ſed natura eſt. Quare ne ad corporum pravam affectionem contagio quoque accederet aliqua ex eſu contactúve, paulò ſuperſtitioſius averſati ſuem ſunt, quam aut lex Numinis fortaſſe juſſerat, aut poſitum in gentium aliarum inſtitutis erat. Quanquam, qui potuit nimis cauta eorum hominum videri formido; ſiquidem nullum vitium æque, ut lepram, execrata lex ſit? Referuntur in Levitico ſevera Dei edicta de leprâ non hominum modo, ſed veſtium quoque & domorum. Cujuſmodi autem id vitium in rebus fuerit inanimatis, Syri fortaſſe & Ægyptii tunc intellexerunt, nos hercle ignoramus. Et Plutarchus quidem, poſtquam multa ſuper Iudæorum

Lepræ Iudæi obnoxii.

ſuper-

ſuperſtitione conjectavit, diverſiſſima pleraque, & quædam contraria, in hoc uno hallucinatus non eſt, quod poſtremo de lepra diximus ex illius ſententiâ. Cætera, quæ de Baccho, qui fuerit idem cum Adonide, tum quæ de interfectore ejus apro addidit, non ſunt nauci. Quemadmodum & illud ſpernimus, quod Hebræorum ſacris myſteriiſque coli ipſum illum Bacchum, temulentiſſimum numen, exiſtimet. Nam & per feſtos quoſdam dies, inquit, ſub tabernaculis deſident, eaque palmitibus atque hederis inumbrant: & eſt tempus, cum ramos ac thyrſos geſtant. Accedit tubarum clangor, inquit: & Sabbati celebritas, quæ poſt ſeptimum quemque diem redit, appellationem a Liberi ſacris habet. Sabi enim vox in orgiis paſſim auditur. Tum & Sabbatis bibunt largiter; & Pontifex maximus feſtis diebus cum mitra cothurniſque, & hinnuli pelle, ac veſte ad talos demiſſa incedit, pendentque in ora tunicæ tintinnabula. In ſacrificiis quoque æra pulſantur, & mellis uſus in illis nullus eſt. Cumque multa pœnarum genera apud illos ſint, hæc maxime probroſa cenſetur, cum interdicitur damnatis vino. Hæc non unius Plutarchi, ſed aliorum quoque fuit ſententia, quam improbavit tamen Cornelius Tacitus. Nos eam ſummatim retulimus, non quo confutaremus operoſe ſingula, ſed uti palam eſſet, quam ingenioſe pagani Iudaicam traduxerint religionem. Alia enim, ut diximus, ex illis omnino falſa ſunt; quædam vera, ſed in deterrimam partem accepta ab homine ſane eruditiſſimo, ſed qui cauſas ignoravit primi cujuſque inſtituti. Cur enim aut tabernaculorum feſtum juſſerit celebrari Deus, aut mel & ceram arcuerit a ſacris ſuis, aut κώδωνας ϗ ῥοΐσκους eſſe in Pontificis fimbriis voluerit, juſta ratio fuit, quam Græcus ſcriptor quæſivit fortaſſe, ſed aſſecutus non eſt. Nam quod Sabbatis potant Iudæi, atque helluantur, vitium ipſorum eſt, qui labente ſæculo rem ſanctiſſimam infamavêre. Atque id crebro in ſacris voluminibus illi genti exprobrant divini vates. Non potuit Iudæos magis inviſos cunctis facere Plutarchus, quam cum edita in vulgus hæc opinio eſt, eſſe eos Bacchi cultores. Apud Titum Livium, cum Senatus decreviſſet quæſtionem de Bacchi ſacris, Marcus Cato, vir graviſſimus, cui ea res extra ordinem mandata erat, ad populum in hæc verba loquitur: *Nunquam tantum malum in republica fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. Quidquid his annis libidine, quidquid fraude, quidquid ſcelere*

Anno Christi

Bacchū colere Iudæi à Paganis dicti ſunt; & quare.

LXXII.

Anno Christi

peccatum eſt, ex illo uno ſacrario ſcitote ortum eſſe. Hæc, & huc ſpectantia plura alia qui volet, adeat quæ a doctiſſimo Cunæo in Republ. Hebræorum annotata ſunt.

Ratio cur adeo à vero aliena de ſacris Iudæorum ritibus Pagani pronunciant.

Tam ſiniſtra de Iudæorum ſacris ritibus, atque adeo a vero aliena, paganorum judicia haud aliunde, mihi certe, originem traxiſſe viſa ſunt, quam quod aliarum omnium gentium mores & inſtituta, ſive ſacra illa, ſive profana, velut impia, & quædam quaſi ſacrilegia, Iudæi ipſi abominarentur. Hinc nulla prope iis cum aliis gentibus conſuetudo. Hinc Domino noſtro, & Meſſiæ Chriſto, ab iiſdem vitio verſum, quod aliorum, qui Iudæi non erant, conſortio uteretur. Quam in rem nonnulla, ſi quidem neceſſe id eſſet, ex Euangelica hiſtoria proferri in medium teſtimonia hic poſſent. Aliis jam utemur. Taciti, quæ jam dedimus, verba plane aperta ſunt. *Moſes*, inquit Lib. Hiſtor. v. *quo ſibi in poſterum gentem firmaret*, NOVOS RITUS, CONTRARIOSQUE CÆTERIS MORTALIBUS, *indidit.* PROFANA ILLIC OMNIA, QUÆ APUD NOS SACRA: RURSUM CONCESSA APUD ILLOS, QUÆ NOBIS INCESTA. Et paulo poſt; IUDÆIS ADVERSUS OMNES HOSTILE ODIUM. Denique de iiſdem; SEPA-

LXXII. RATI EPULIS, DISCRETI CUBILIBUS, PROIECTISSIMA AD LIBIDINEM GENS, ALIENARUM CONCUBITU ABSTINENT. INTER SE NIHIL ILLICITUM. Gens ergo fuit ſeparata ac diſcreta a cæteris, ac proinde cæteris exoſa, &, quod ſequi plerumque ſolet, calumniis obnoxia. Auctor Recognitionum, ſive Clementis illæ, ſive alterius, ſint; *Sed & illud obſervamus, menſam cum gentilibus non habere communem, niſi cum crediderint.* De Iudæis & Chriſtianis loquitur.

O litera Iudæi inter Chriſtianos notati; & quare.

Ex eo tempore, quo capta & everſa Hieroſolyma eſt, reliqui adhuc Iudæi, velut ſine lare ac tribu vagi, per univerſum terrarum orbem ſparſi ſunt, ac quaſdam Chriſtianas inter gentes tandem a cæteris quadam publica nota diſcretos, ſunt qui volunt. Anonymus auctor veteris Epigrammatis teſtatur imaginem quartæ vocalis, quam vocant, ſive O literæ, in pectore exhibere ac præferre eos a Chriſtianis juſſos fuiſſe. Cauſa ac ratio dubia, ac diverſa dari poteſt. Ipſe certe dat ac offert diverſam. Ita enim illud habet Epigramma;

Cur ferat Hebræus vocalem in pectore quartam,
A multis quæri, Cæciliane, ſolet.

Ad-

Anno Chriſti

Addictum æternis ut ſe cruciatibus eſſe
Cogitet, hæc ſecum ſigna doloris habet.
Aut, quia pro nullo numeris apponimus illam,
Inter mortales ſe ſciat eſſe nihil.
Aut quia Iudæis augentur fœnore nummi;
Major ab hac numerus nam ſolet eſſe nota.

Sed fallitur forte vir doctus, qui Lib. Adverſar. LII. cum aliis quibuſdam antiquitatis monumentis exhibendum id exiſtimavit. Vetus Epigramma ille vocat; quod recentius eſſe videtur. Et haud dubie eſt recentius. Ac in ſimilibus aliis erraſſe nonnunquam in eodem opere editorem, & nos quoque, admodum adhuc adoleſcentes, auctoritatem ejus ſequutos, erraſſe olim, (nam & noſtra nobis hic, ubi neceſſe eſt, vineta cædenda ſunt) certo ſcimus. De quibus alibi alia, & pluribus, aliquando dicemus. Dubium interim non eſt, quin, Chriſtianorum rebus majoribus incrementis, ac ſtupendis, indies auctis, in majore quoque contemptu Iudæi, gens nobiliſſima aliquando, & cæterarum princeps, eſſe cœperint.

LXXII. Cæterum, ad eam expeditionem contra Iudæos, Romanos impulſos fuiſſe contumacia gentis & incomparabili arrogantia, ac inſolentia, Hegeſippus auctor eſt. Hæc quippe Tito apud eum Lib. v. Cap. XLI. tribuuntur; *Audieram equidem intolerabilem eſſe hujus populi*, de Iudaico loquitur, *ferocitatem, quæ incredibilibus ſe opinionibus in omnem excitat inſolentiam. De cœlo ſe genus ducere, ibi primum induiſſe corporis formam, cœli ſe fuiſſe incolas, deſcendiſſe ad cultus terrarum, de terris ad cœlum redire, cum ſe jactent diluvii ſuperſtites, hæredes fluminum, terrarum hoſpites, viatores æquoris, aſcenſores ætheris, quibus unda murus eſt, aër via, cœlum habitatio.* Omnium igitur & in omnia imperium ſibi vendicantes Romanum aſpernabantur.

Incomparabilis Iudæorum arrogantia.

Hujus porro tam inſignis victoriæ de Iudæis, quorum res ſic exciſæ ſunt, ductu Titi, reportatæ, meminit vetus, qui exſtat hodieque Romæ, lapis; cujus hæc eſt inſcriptio;

Mentio captæ Hieroſolymæ in lapidis antiqui inſcriptione.

IMP. TITO. CÆSARI. D. VESPASIANI. FILIO.
VESPASIANO. AUG. PONTIFICI. MAXIMO
TRIB. POT. IMP. XVIII. COS. VIII
PRINCIPI SUO,
S. P. Q. R.

Anno Chriſti

QVOD. PRÆCEPTIS. * FACTIS. CONSILIISQ.
GENTEM. IUDÆORVM
DOMUIT
ET
URBEM. HIEROSOLYMAM
OMNIBVS. ANTE. SE. DVCIBVS. REGIBVS
GENTIBVSQ. AUT. PETITAM FRUSTRA
AUT. OMNINO. INTENTATAM
DELEVIT.

** Sic legendum puto; nō, PACTIS, ut vulgo.*

Deletam igitur nunc Iudæorum Rempubl. & everſam funditus Romani credidere, quemadmodum revera everſa fuit; neque ullis poſt ſæculis, quanquam multos inter, ſed omnes irritos, Iudæorum conatus, potuit inſtaurari.

Erunt forte, quibus deſiderium erit res omnes Iudaicas, ab initio quaſi gentis uſque ad excidium exiliumque, velut ex breviario quodam, hic cognoſcendi. Faciam id igitur nunc ego, & Sacratum Literarum auctoritatem, & Emmianam, cui addi nihil poteſt, induſtriam, & Taciti, cum fine gentis ejuſdem exordia conjungentis, exemplum ſequutus, ſed meliore, quam hic, fide.

LXXII. *Tempora Hebræorum ab Hebræis in literas relata.*

A principio rerum, ſeu mundo condito, ad univerſale diluvium per ætates primorum patrum anni fluxêre abſoluti MDCLVI. Diluvium vero incidit in annum MDCLVII, duravitque totum annum & dies paucos, incipiens à die XVII Novemb. in forma anni Juliani, & cum die XXVI ejuſdem menſis deſinens. A diluvio hoc ad commigrationem Abrahæ ex Charan Meſopotamiæ in Palæſtinam, aut terram Canaan, numerat Moſes annos quaſi CCCLXVII, cum Abraham jam ageret annum ætatis ſuæ LXXV, qui concurrebat cum anno Mundi MMXXIV. Hoc verum initium rerum Hebræorum; quæ poſtea dictæ ſunt Iudaicæ. Ab hoc autem primo ingreſſu Abrahæ in regionem Canaan ad migrationem nepotis ejus Iacobi cum omni familia in Ægyptum numerat idem Moſes annos CCXV; quo tempore Iacob natus erat annos CXXX. & à diluvio fluebat annus DLXXXIII, à principio mundi vero annus MMCCXXXIX. Hinc porro ad exitum Iſraëlitarum, poſterorum Iacobi, ex Ægypto per manum Moſis, computantur anni totidem CCXV: atque ita in univerſum à primo ingreſſu Abrahæ in terram Canaan ad hunc ex Ægypto exitum, anni CCCCXXX. Diſtatque hic exitus à dilu-

vio quaſi DCCXCVII, à mundi initio MMCCCCII, & menſes VI. Ab exitu ex Ægypto commorati ſunt iidem Iſraëlitæ vel Hebræi in deſerto ductore Moſe per annos XL, ad Moſis ſcilicet mortem. Deinde duce Joſuâ traducti trans Iordanem fluvium ingreſſi in terram Canaan divinitus ipſis promiſſam in eâ habitarunt & gubernati ſunt per Ioſuam & ſequentes judices per annos circiter CCCLXXXVI. Quibus elapſis, tempore Samuëlis judicis & Prophetæ, Regem ſibi dari petierunt; datuſque iis primus Rex eſt Saul anno ab exitu CCCCXXVI, poſt adventum primum Abrahæ in eandem regionem Cananæam DCCCLVI; à mundi principio MMDCCCLXXXIX. Hinc jam Reges perpetui populo præfuere. Sauli David, Davidi Salomon ſucceſſit, cujus anno quarto, qui fuit ab exitu ex Ægypto, expreſſim notat Hiſtoria Sacra, CCCCLXXX, ab Abrahæ adventu in terram Canaan DCCCCX, templum cœpit extrui, pro quo hactenus populus fuerat uſus tabernaculo, poſtquam egreſſus erat ex Ægypto. Ab hoc ædificationis templi initio, ſtatim a morte Salomonis, regis tertii, cum jam regnare cœpiſſet Roboam ejus filius, annis elapſis quaſi XXXVI, X tribus ex XII à domo Davidis defecere autore Ieroboamo, ſciſſumque eſt regnum, quod hactenus unum fuerat, in regna duo, quorum alterum regnum Iuda, alterum regnum Iſraël, vel X tribuum vocatum eſt. Duravitque hoc regnum X tribuum à tempore ſciſſionis & initio primi regis Ieroboami ad finem regis ultimi Oſeæ, capta à Salmanaſſare Aſſyrio Samaria regni metropoli, & populo in Aſſyriam abducto, per annos CCLIX. Regnum vero Iuda ab eodem ſciſſionis tempore ſub regibus ex ſtirpe Davidis ſtetit incolume per annos plus minus CCCXCVII: in quorum fine urbs Hieruſalem capta, & funditus deleta eſt à Nabuchodonoſore, templum quoque everſum, ſoloque æquatum, Sedekias ultimus Rex cum tota domo extinctus. Ab initio vero Saulis primi regis ad hunc eundem caſum intervallum fuit annorum CCCCLXXXI. A templi fundamentis ſub Salomone jactis ad hoc excidium anni fluxêre CCCCXXVIII. Ab excidio autem eodem ſi ſurſum ieris ad exitum populi ex Ægypto, annos numerabis DCCCCVII, ad adventum Abrahæ in terram promiſſionis, MCCCXXXVI, ad diluvium MMMCCCLX. Atque hactenus temporum ratio certa, nixa literis θεοπνεύστοις. De reliquis digerendis diſceptant

Anno Chriſti

LXXII.

Regnum Hebræorum ſciſſum.

auto-

Anno Chriſti

autores. Nos numeramus hinc ad initium Cyri Perſæ in Perſia annos circiter XXX, ad decretum ejuſdem de ſolvenda captivitate Iudæorum poſt occupatam ab ipſo ante decennium Babylonem annos LIX, ad repetitum idem decretum à Dario Perſa, & initium hebdomadum Danielis Prophetæ, annos CLXVII, ad annum VI ejuſdem Darii, quo templum eſt inſtauratum, CLXXI, ad mœnia urbis Hieroſolymæ à Nehemia anno XX Artaxerxis Mnemonis refecta, CCIV, ad initium hiſtoriæ Macabæorum, CCCCXX, ad regiam dignitatem poſt caſum Sedekiæ, & Hieroſolymam à Nabuchodonoſore deletam, in hac gente primum reſumptam ab Ariſtobulo è familia Aſmonæorum, quæ erat ſacerdotalis, CCCCLXXXV, ad caput æræ Chriſtianæ vulgaris DLXXXIX, denique ad urbem Hieroſolymam denuo funditus exciſam, & templum rurſum everſum, & totam gentem penitus diſſipatam à Romanis, auſpiciis Titi Veſpaſiani, qui finis eſt rerum Iudaicarum, DCLIX. Hic poſtremus caſus diſtat à templi inſtauratione ſub Dario Perſarum rege annis DLXXXVIII, a prima ædificatione ſub Salomone annis MLXXXVII, ab exitu ex Ægypto MDLXVI, ab adventu primo Abrahæ in terram ipſi & poſteris ejus promiſſam, quod verum initium fuit rerum Hebræorum aut Iudaicarum, MMXXIV.

Finis rerum Iudaicarum.

LXXII.

Poſtrema tempora Hebræorum primum ab initio Machabæi Aſmonæi, deinde à dignitate regia reſumpta, ad excidium Hieroſolymæ alterum, ſub Veſpaſiano Imper., expoſita latius.

Mathatias Aſmonæus primus arma induit contra Antiochum Epiphanem, in Iudæos ſævientem, anno Græcorum, id eſt, æræ Alexandreæ Syromacedonum, CXLV, qui fuit periodi Julianæ IIII MDXXVI, Olympiadis CLIII annus I, urbis Romæ conditæ DLXXXVI, qui fuit ante initium æræ Chriſtianæ vulgaris CLXVIII, cum Romæ Conſules eſſent L. Æmilius Paulus, C. Licinius Craſſus: quo eodem fluente everſus & captus eſt a Conſule Æmilio Perſeus ultimus Macedoniæ Rex. Matathiam anno ſequente mortuum excepit filius ipſius Iudas Maccabæus, & Iudam Ionathan frater, atque hunc Simeon frater alter: Simeonem vero Ioannes Hircanus. Quo defuncto Ariſtobulus filius ejus natu maximus ſuccedens ſtatim principatum mutavit in regnum, dictuſque primus ſuæ gentis Rex poſt ſolutam captivitatem Babylonicam: quod factum anno periodi Iulianæ quater milleſimo ſexcenteſimo, decimo, poſt caſum Sedekiæ, regis & Hieroſolymæ excidium CCCCLXXXVI, ante Chriſti natalem Dionyſianum CIV. Sed hic anno uno diutius patri ſuperſtes non fuit, ſucceſſo-

ceſſoremque habuit fratrem Iamnæum Alexandrum regnantem annos quaſi XXVII. A cujus morte adminiſtratio regni cum ſceptro manſit penes conjugem ejus Alexandram per novennium ferè. Ea mortua regnum quidem accepit Hyrcanus filius natu major, ſed paulo poſt à fratre Ariſtobulo eodem exutus, & à ſexennio per Cn. Pompejum Imp. Romanum reſtitutus in integrum, cum Cicero Romæ conſulatum gereret. Deinde à fratris filiis, ipſoque fratre vexatus, & a Parthis procul patria in vincula abreptus, ibique adverſa & ſecunda perpeſſus, domum ab Herode jam regnante in Iudæa blandis, ſed fraudulentis, promiſſis perſuaſus in patriam rediit, & cum eo vixit non expers honoris uſque ad M. Antonium a C. Cæſare Octaviano ad Actium victum: quo tempore ab Herode Rege progenero ſuo ſcelerate peremptus eſt grandis natu, anno XL poſt mortem matris & initium regni ſui, poſt reſumptum a patruo Ariſtobulo diadêma LXXVI, poſt arma a Matathia Aſmonæo ſumpta contra Antiochum Epiphanem, Syriæ regem, CXXXIX, ultimus regum ejus proſapiæ. Cui ſuperſtites fuêre filia unica Alexandra, nupta patrueli ſuo Alexandro Ariſtobuli filio; & ex eo matrimonio genita Mariamne neptis Herodi nupta, ab eoque perdite amata, verum haud multo tempore poſt avum ab eodem occiſa. Interea & Ariſtobulus Hyrcani frater, & filii ejus Alexander pater Mariamnes, & Antigonus a Romanis diverſis locis & temporibus è medio ſublati. Aſmonæam familiam excepit familia alia ex Antipatro Idumæo, amico Hyrcani, deſcendens: cujus Antipatri filius Herodes Magnus, cognomento Aſcalonita, vivo adhuc Hyrcano, ſed apud Parthos jam captivo, Romæ a Cæſare Octaviano & M. Antonio Iudææ Rex declaratus eſt contra Antigonum, ex Hyrcani fratre Ariſtobulo genitum, Cn. Domitio Calvino II, & C. Aſinio Pollione Conſulibus, anno urbis Romæ conditæ DCCXIV, quadriennio poſt cædem C. Cæſaris, ante natalem Chriſti Dionyſianum anno quaſi XL, alienigenâ matre Arabiſſa: idemque anno ab hinc tertio M. Agrippa, & L. Cantino Conſulibus per C. Soſſium Romanum occupata Hieroſolyma, & Antigono Rege everſo, in plenam regni poſſeſſionem immiſſus regnando vivendoque pervenit ad annum urbis Romæ DCCLIII, quo Coſſus Cornelius Lentulus, & Lucius Calpurnius Piſo conſulatum gerebant, quique annus alter erat a vero natali Chriſti, natalem

Anno Chriſti LXXII.

Anno Chriſti

autem ejus Dionyſianum, quo nos vulgo utimur, proxime procedebat, ex quo rex a Romanis declaratus Herodes fuit, duodequadrageſimus. Herodem ſecutus eſt filius Archelaus, permittente Cæſare Auguſto; ſed dignitate & potentia minor patre. Non enim rex, ſed Ethnarcha Iudææ, Idumææ, Samariæ præfuit per annos IX. Deinde per præſides aut procuratores Cæſarum regio hæc adminiſtrata fuit uſque ad initium Claudii Cæſaris, per annos circiter XXXII. Poſt quos Claudius imperio potitus Agrippam majorem, quem Herodem quoque Lucas in Actis Apoſtolicis nominat, a Caligula jam ante ex carcere ad regnum minus evectum, Iudææ & regionum aliquot vicinarum regem nuncupavit. Cum flueret annus æræ Chriſtianæ vulgaris XLI, & Olympiadis CCIV, gubernatio Iudææ ex voluntate Imperatoris Romani ad præſides rediit, quamvis Agrippa moriens filium Agrippam minorem, imperatori carum, ſuperſtitem reliquiſſet. Præſidum primus poſt regnum Agrippæ fuit Cuſpidius Fadus: deinde alii, in quorum numero Felix & Feſtus, apud quos cauſam dixit Apoſtolus Paulus; ultimus Geſſius Florus, cujus tempore *Inſignes in Iudæorum Republ. mutationes.*

LXXII. cœpit bellum Iudaicum, quo capta & funditus deleta eſt urbs Hieruſalem, tota Iudæa vaſtata, Iudæi in ſervitutem redacti, & per orbem terrarum diſparſi, politia omnis extincta. Res hæc acta anno æræ Chriſtianæ vulgaris LXX, a Chriſti paſſione & reſurrectione XXXVIII, poſt arma ab Aſmonæis ſumpta contra Antiochum Epiphanem, Syriæ regem, CCXXXVII, poſt diadema reſumptum ab Ariſtobulo, CLXXIV, poſt initium regni Herodis Magni, CIX. Interea in Iudææ partibus & ejus vicinia floruere Principes alii ex familia Herodis Magni, quorum mentio fit in Hiſtoria Sacra Novi Teſtamenti, Herodes ſcilicet Antipas, qui Ioannem Baptiſtam occidit, obſequens deſiderio Herodiadis, quique nominatur in Hiſtoria paſſionis Chriſti, filius Herodis Magni, non Rex proprie, quanquam eo nomine afficiatur ab Euangeliſtis, ſed tetrarcha Galilææ: Philippus itidem Herodis Magni filius, tetrarcha Trachonitidis, Auranitidis, Bathaneæ, uterque beneficio Cæſaris Auguſti: Agrippa Junior, majoris filius, Rex primum Chalcidis deſignatus Cæſare a Claudio, deinde, regno hoc adempto, ab eodem Claudio tetrarchiâ Philippi patrui ſui magni cum Abilene donatus, denique ditione Tiberiadis & Iuliadis a Nerone auctus, coram quo & ipſius ſorore

Bero-

Beronice apud Feſtum præſidem Apoſtolus cauſam dixit. Hic fuit admodum longævus, vixitque poſt excidium Hieroſolymæ, ac deſolationem Iudææ, totos annos xxx. Plures alios memorat in Hiſtoria ſua Joſephus. *Anno Chriſti*

Ita Hebræorum Judæorumque tempora numerat & exponit Emmius, cujus iſta Lib. v. Rerum Chronolog. leguntur. De quibus ſuum cuique judicium eſto. Neque enim Chronologorum controverſias vocare ſub examen, noſtri hic eſt inſtituti.

Promoto ad Imperium Flavio Veſpaſiano, qualis quantaque poteſtas fuerit, aut eſſe deberet, Principis Romani, ex decreto tandem publico, publicaque adeo tabula, cujus fragmenta hodieque Romæ ſunt, ſignificatum eſt. Ejus inſcriptionem, licet mutilam, ego hic quoque exhibendam putavi, ut qualis ſub Cæſaribus Reſpubl. Romana fuerit, clare intelligatur. Ita vero illa ſe habet; *De Romani Principis poteſtate factum ſub Veſpaſiano S C.*

Fœduſve. cum. quibus. volet. facere. liceat. ita. ut. licuit. Divo Aug. Ti. Iulio Cæſari. Aug. Tiberioque. Claudio. Cæſari. Aug. Germanico. Vtique. ei. Senatum. habere. relationem facere. remittere. Senatus. conſulta. per. relationem. diſceſſionemque. facere. liceat. ita. ut. licuit. Divo. Aug Ti. Iulio. Cæſari. Aug. Ti. Claudio. Cæſari. Aug. Germanico. LXXII.

Vtique. cum. ex. voluntate. auctoritateve. juſſu. mandatuve. ejus. præſenteve. eo. Senatus. habebitur. omnium. rerum. jus. perinde. habeatur. ſervetur. ac. ſi. e. lege. Senatus. edictus. eſſet. habereturque.

Vtique. quos. magiſtratum. poteſtatem. imperium. curationemve. cujus. rei. petentes. Senatui. populoque. Rom. commendaverit. quibuſve. ſuffragationem. ſuam. dederit. promiſerit. eorum. comitiis. quibuſque. extra. ordinem. ratio. habeatur.

Vtique. ei. fines. pomerii. proferre. promovere. cum. ex. Republica. cenſebit. eſſe. liceat. ita. ut. licuit. Ti. Claudio. Cæſari. Aug. Germanico.

Vtique. quæcunque. ex. uſu. Reipublicæ. majeſtate. divinarum. humanarum. publicarum. privatarumque. rerum. eſſe. cenſebit. ei. agere. facere. jus. poteſtaſque. ſit. ita uti. divo. Aug. Tiberioque. Iulio. Cæſari. Aug. Tiberioque. Claudio. Cæſari. Aug. Germanico fuit.

Vtique. quibus. legibus. plebiſve. ſcitis. ſcriptum. fuit. ne. Divus. Aug. Tiberiuſve. Julius. Cæſar. Aug. Tiberiuſque. Claudius. Cæſar Aug. Germanicus. tenerentur. iis legibus. plebiſque. ſcitis. Imp. Cæſar.

Anno Christi

Veſpaſian ſolvi. juſſit. quæque. ex quaque. lege: rogatione. Divum. Aug Tiberiumve. Iulium. Cæſarem. Aug. Tiberiumve. Claudium. Cæſarem. Aug. Germanicum. facere oportuit. ea. omnia. Imp. Cæſari. Veſpaſiano Aug. facere. liceat.

Utique. quæ. ante. hanc. legem. rogatam. acta. geſta. decreta. imperata. ab. Imperatore. Cæſare. Veſpaſiano. Aug. juſſu. mandatuve. ejus. à. quoque. ſunt. ea. perinde. juxta. rataque. ſint. ac. ſi populi. plebiſve. juſſu. acta. eſſent.

SANCTIO.

Si. quis. hujusce. legis. ergo. adverſus. leges. rogationes. plebiſve. ſcita. Senatuſve. conſulta. fecit. fecerit. ſive. quod. eum. ex. lege. rogatione. plebiſve. ſcito S. ve. C. facere oportebit. non. fecerit. hujus. legis. ergo. id. ei. ne. fraudi. eſto. neve. quid. ob. eam. rem. populo. dare. debeto. neve. cui. de ea. re. actio. neve. judicatio. eſto. neve. quis. de. ea. re. apud . . . . ei. ſinito.

Deleta igitur eſt ſic omnis omnino Senatus Populique auctoritas, omniſque ſpecies auctoritatis, & a Cæſaribus omnia occupata ſunt.

LXXX. TITUS VESPASIANUS. FLAVII VESPASIANI F. IMP.

TITUS VESPASIANUS, FLAVII VESPASIANI F. patri ſuccedit.

Is, patre adhuc imperante, ſummam nominis claritudinem, ob confectum bellum Iudaicum, graviſſimum ac difficillimum, jam adeptus, rara comitate & beneficiis ita ſibi & Rempub. & ſingulos jam Princeps obſtrinxit, ut publica voce Amor & Deliciæ generis humani diceretur. Cæterum terris tantum oſtenſæ illæ, ac mox ſublatæ ſunt. Imperavit enim annos modo 11 & 11 menſes. Quidam inſidiis Domitiani fratris acceleratam ei mortem crediderе. Inventi ſuperioribus annis in Dacia nummi ſunt, in quibus effigies hujus Titi exſtat, cum magnifico elogio; LOCUPLETATORI ORBIS TERRARUM.

Locupletator orbis terrarum.

LXXXIII. DOMITIANUS IMP.

DOMITIANUS Tito, fratri ſuo, ſuccedit; optimo Principi monſtrum, nulla, ut cum illo loquar, virtute redemptum.

Res bello ab eo geſtas quod attinet, expeditiones quatuor, primam contra Sarmatas, ſecundam adverſus Cattos, Germaniæ gentem, tertiam autem quartamque adverſus Dacos, Ducem Decebalum, fortiſſimum militiæ imperatorem, ſequutos, ſuſcepit. In quibus quam infeliciter & ignave rem geſſerit, vel ex eo ſolo apertum eſt, quod ab eo tempore imperium Romanum, quod

hacte-

hactenus formidini erat omnibus, a Barbaris cœptum ſit contemni. Hi quippe correptis armis ad eas anguſtias redegere tunc Romanos, ut Domitianus, Imperatorum omnium, qui idem fecere, primus, pecunia pacem emere neceſſe habuerit. Maximum igitur tunc imperio vulnus, quo & periit tandem, illatum eſt. Queritur eâ de re Plinius in Panegyrico; *Ergo ſuſtulerant*, inquit, (de Domitiano autem loquitur,) *animos* (Barbari nempe) *& jugum excuſſerant; nec jam nobiſcum de ſua libertate, ſed de noſtrâ ſervitute certabant:* (Daci, ſcilicet, Sarmatæ, Suevi, Catti,) *ac ne inducias quidem, niſi æquis conditionibus inibant, legeſque ut acciperent, dabant.* Confirmat Dio, qui in fragmentis Fulvianis tradit, Domitianum multam pecuniam ad pacem a Marcomannis emendam & ſtatim effudiſſe, & in poſterum etiam daturum ſeſe promiſiſſe. Exprobratum id Romanis aliquando ab Attila apud Suidam in voce, κορύκος. Cum enim Mediolanum cepiſſet, vidiſſetque ibi imagines Romanorum Principum, ſolio aureo ſuperbe inſidentium, & Scytharum ante eorum pedes proſtratorum; ipſe contra ſe juſſit pictâ itidem imagine ſolio exſtantem ac ſublimem exhiberi; Romanos autem Imperatores, ſacculos humeris bajulantes, & aurum ad pedes ejus effundentes. Ab his igitur principiis ſub Domitiano Romani auro redimere pacem, aut pacare Barbaros, cum ſummo imperii dedecore, cœpere.

Anno Chriſti

Contemptum à Barbaris Rom. Imperium.

Pax eorum auro empta.

LXXX-III.

Et tamen quotidie Romæ, tanquam re bene geſta, triumphi agebantur. Plinius ad Trajanum; *Tu illos veteres & antiquos æmularis, qui hoc ipſum imperium peperere, quod modo hoſtes inviſerant contempſerantque: cujus pulſi fugatique, non aliud magis habebatur indicium, quam ſi triumfaretur.* Neque enim quidquam hic mutandum eſt. *Cujus*, intellige, *imperii*, *pulſi fugatique*; id eſt, jugi Romani imperii excuſſi. Obiter hoc monendum mihi erat, quia male hactenus, doctiſſimi cætera viri, vel corrigunt, vel interpretantur. Ergo incurſionibus vexatum ſub Domitiano, contemptum, pulſum, fugatum, id eſt, a multis nationibus repudiatum eſt imperium Romanum, cum interim Romæ Domitianus triumfaret.

Et tamē quotidiani fere Romæ triumfi.

Ita hac tempeſtate Germania non tam victa fuit, quomodo alibi Tacitus loquitur, quam triumfata. De Cattis inprimis & Dacis acti tunc, ſed vaniſſimi, triumfi ſunt a victo Cæſare & triumfato. Nummi quoque ſive Domitiani juſſu, ſive a ſordidiſſimis adula-

Germania triumfata, non victa.

Anno Christi

adulatoribus in honorem ejus editi ſunt cum impiis & ſuperbis inſcriptionibus, in quibus deſes ille, ac in hominum cenſu non numerandus Imperator, & Iuppiter, & Domitor orbis terrarum, & Iuppier juvenis triumfator, diſertim appellatur. Mentio eorum fit in Analectis Lapidum vetuſtorum, & nonnullarum in Dacia antiquitatum, quæ edidit Stephanus Samoſcius, vir illuſtriſſimus. Domitiani nummus, inquit ille, imaginem habet trucem, coma tonſili, laureatam; alterâ parte pictura aligeræ Victoriæ conſpicitur. Ea virgam habet manibus exporrectam, ſtolæ limbum inferius diffuſum, circa mamillas in ſinum collectum, capillos in nodum coactos, ac tutulis faſtigiatos. Arcus & ſica humi coram projecta, cum inſcriptione; VICTORIA AUG. Catti & Daci velut victi videntur ſignificari. In altero Domitiani nummo, averſâ parte, Iuppiter cernitur, fulmen utrinque triſulcum dextra extenſa vibrans; ſiniſtra haſtam habet, cum inſcriptione; JOVI DOMITORI ORBIS TERRARUM CENS. PERP. P. P. Et exſtat alter ejuſdem nummus cum quadrigis, ac hoc titulo; JOVI JUVENI TRIUMPHATORI. Ita ille, Deorum pariter ac hominum contemptor, incredibilem impietatem ſuam ac arrogantiam poſteris teſtatam fecit.

Singularis Domitiani & inaudita ante impietas.

XCVI. Nova perſecutione Chriſtianorum pacem turbat Domitianus. Hieronymus; *Quartodecimo anno,* nempe Domitiani, *ſecundam poſt Neronem perſecutionem movente Domitiano, in Pathmum inſulam Ioannes relegatus Apocalypſin ſcripſit.* Hæc ergo ſecunda eſt, quæ Chriſtianos vexavit, perſecutio. Neque cauſa ejus alia fuiſſe videtur, quam majus indies Chriſtianæ rei incrementum. Sed ſanguis martyrum, ut veterum Patrum nonnemo loquitur, ſemen Eccleſiæ fuit.

Perſecutio ſecunda Chriſtianorum, imperante Domitiano.

Addunt alii & hanc quoque atrociſſimæ hujus perſecutionis cauſam fuiſſe, quod Deum Domitianum, qualis videri volebat, Chriſtiani nollent agnoſcere.

Tradunt quoque veteres, Ioannem Apoſtolum & Euangeliſtam, Theologum cognomento, Epheſo Romam nunc ductum; ubi ferventi oleo immerſus cum nullam doloris ederet ſignificationem, in Pathmon inſulam eſt relegatus, & divinam Apocalypſin ſcripſit, id eſt, Hiſtoriam rerum futurarum, earum maxime, quæ Chriſtianæ Eccleſiæ uſque ad finem ſæculi ſunt eventuræ. Quod plane ſtupendum eſt Annalium genus.

Apocalypſis Ioannis ubi, quando, & quâ occaſione, ſcripta.

Neque

Anno Chriſti

Neque ſic tantum graviſſime nunc afflicta Eccleſia Chriſti, ſed ab hæreſi quoque acriter eſt oppugnata. Hoc enim fere tempore Cerinthus, Ebion, Carpocrates, & alii, in neganda Chriſti divinitate, aliiſque falſis dogmatis tradendis, toti fuere. A Chriſto enim nato (quod animadverſione dignum eſt) ad noſtram uſque ætatem, pravæ hominum de Chriſto cogitationes miris modis impegerunt, non in incredulis modo, ut Iudæis, quibus ſcandalum, & Gentibus, quibus ſtultitia Chriſtus eſt, ſed etiam in diſcipulis & membris, qui Chriſti nomen & fidem ſunt profeſſi. Ut re ipſa experiamur, longe veriſſime dictum a Propheta Eſaia, & a Petro repetitum, Chriſtum videlicet lapidem futurum offenſionis, & petram ſcandali; qui & ſolis illis pretioſus futurus eſſet, qui ſana & ſimplici fide, verbo illius obſequerentur. Primo enim omnium ea cauſa a plurimis Diſcipulis deſertus eſt Chriſtus; quod & Deum eum & hominem eſſe non caperent, ſed ad craſſa duntaxat & carnalia converſi, ſermoni myſtico & ſpiritualia referanti fidem, quam debebant, non adhiberent. Apud Ioan. enim VI. Cap. ad Diſcipulos, qui durum eſſe ſermonem ejus cauſſabantur, Sunt, inquit, quidam ex vobis qui non credunt. Quod quidem, ut præſente & coram agente Domino accidit, ſic & abſente, & in cœlos recepto confeſtim, & Apoſtolorum quidem (quod mirabile videri poteſt) tempore, factum eſt, ut plurimi ab celebrium Eccleſiarum unitate digreſſi, privata ſibi & longe fœdiſſimis dogmatibus vitiata conciliabula congregarint. Hoc enim unum, & præcipuo quidem ſtudio, poſt lucem illam veritatis ex Virgine editam, conatus eſt Satanas, ut, quoniam veritatem in illo qui Veritas erat, multis modis tentato, ſubvertere non poterat, eandem poſtea hominibus creditam & commendatam, aliqua ratione adoriretur, & ſumptis quæ darentur, vitiaret ac ſubverteret. Proinde omnibus undiquaque viribus annixus, eam doctrinam, quam omnium maxime puram & incontaminatam de Ieſu Chriſto, Deo vero & vero homine, obſervatam oportuit, ſic oblique fucatis opinionibus invaſit, ut & ingenti negotio vexarit Eccleſias, & palam illis poſtea ceu machinis validiſſimis adverſus certiſſimam fidei confeſſionem fuerit uſus, petramque illam veritatis & Eccleſiæ orthodoxæ fundamentum ac caput, pietatis prætextu (qui ejus mos eſt) petierit & oppugnarit. Docuerant Apoſtoli, Chriſtum Dominum, filium Dei vivi,

Ab initio multi impegerunt in Chriſtum.

XCVI.

Satanæ aſtus.

Doctrina Apo-

Anno Christi

Ψſelorum de Domino Christo.

vivi, ad ſalutem & redemptionem omnium qui crederent, in hunc mundum miſſum, juxta carnem ex lumbis David, factum de muliere Virgine, fructum videlicet ventris ejus, qui in terris egerit, virtutibus & prodigiis inſignis, author vitæ & ſalutis omnium qui nomen ejus invocarint: quem Iudæi, ſub Pontio Syriæ præfecto, ad mortem crucis adegerint, ſuſcitatum deinde à Deo, & ad dexteram ejus in cœleſtibus poſitum uſque ad tempora reſtitutionis omnium, qui & in carne rediturus eſſet ad judicium, &c. Adverſum quorum doctrinam repente Cerinthus quidam, Satanæ Apoſtolus, ſub Chriſti nomine in Aſia emerſit, docens Ieſum, non virginis, ſed Mariæ & Ioſephi filium: nec Deum, ſed hominem tantum, in quem poſtea baptizatum Chriſtus columbæ ſpecie deſcenderit, & virtutem ad annunciandum patrem acceperit, & eundem Chriſtum a Ieſu in crucem acto receſſiſſe, nec niſi ſolum Ieſum paſſum eſſe, Chriſtum autem impaſſibilem extitiſſe. Impoſſibile autem judicabat quenquam ex virgine naſci poſſe. Quem poſtea inſecutus Carpocrates quidam, paria confirmabat, Gnoſticorum videlicet magiſter & coryphæus factus, qui ſolam animam Chriſti in cœlos receptam dicebat, corporum reſurrectione penitus rejecta. Cerinthum poſtea & Hebion eſt ſectatus, legalium ceremoniarum obſervantiſſimus cultor; qui & ipſe Chriſtum ante Mariam non fuiſſe, ſed ex ea genitum, tantum hominem ſtatuebat, perfectum tamen ante alios, & virtute multa donatum. Ajebat autem fidem ad ſalutem non ſufficere niſi & legis a Deo datæ opera omnia huic adjicerentur. Atque hi quidem, quod ſciam, primi Satanæ miniſtri & Antichriſti, Apoſtolorum ſe doctrinæ opponere, divinamque in Chriſto Ieſu naturam elidere, & tantum hominem facere ſunt conati. Sic videlicet ſpiritu tenebrarum obcæcati, ut quod vera fides ſine ulla hæſitatione amplectitur, id ipſi (ut erant curioſi rationis aſſeclæ) impoſſibile ducerent, Divinam videlicet naturam & majeſtatem in Servatore Chriſto humanæ carni ullo modo conjungi poſſe. De illorum autem erant numero qui Chriſtum licet nomine & profeſſione induiſſent, in Chriſtum tamen re ipſa non credebant. Et quemadmodum Apoſtolus Ioannes ait; Ex nobis profecti ſunt, ſed non erant ex nobis. Adverſum quorum dementiam Ioannem ipſum, Epiſcoporum Aſiæ rogatu, divinam Chriſti nativitatem, ab aliis tectius paulo & obſcurius

Hæreſes contra divinitatem Chriſti.

Cerinthus.

Carpocrates.

XCVI.

Hebion.

rela-

relatam, diſerte & luculenter in Euangelio ſuo, poſtremum edito, expoſuiſſe, D. Hieronymus author eſt. Porro ubi jam vindicata eſſet & aſſerta Chriſti divinitas, alii ſubinde emerſere, qui ut illi divinam antea, ſic ipſi humanam naturam adorientes, Chriſtum hominem verum fuiſſe negabant. Horum primus & proximus quidem Apoſtolorum temporibus fuit Saturninus, natione Syrus, ex Antiochia, praviſſimæ doctrinæ princeps. Qui Chriſtum in ſolida ſubſtantia corporis non fuiſſe, ſed phantaſma tantum extitiſſe, & quaſi paſſum fuiſſe affirmabat. Præterea in neſcio quam cœleſtem puritatem intentus & inhians, ita a carnis gloria abhorrebat, ut ejus reſurrectionem, qualem futuram eſſe Apoſtoli prædicarant, nullo modo admitteret. Quod ipſum & Alexandrinus ille Baſilides ſentiebat, longe omnium corruptiſſimus hæreticus, qui hoc amplius inſaniebat, ut diceret, Chriſtum non creatoris, ſed alius virtutis filium eſſe, ac ne phantaſtice quidem paſſum, ſed ejus loco Simonem cruci affixum fuiſſe, aſſereret. Hic Valentinum Platonicum non ita multis annis præceſſit, qui & ipſe de cœlo delatam carnem Chriſto tribuebat, deteriorem Angelis conditionem ejus facere illos dictitans, qui carnem ei noſtram tribuiſſent. Adhæc, non de Spiritu, ſed de viri voluntate naſci eum oportuiſſe, ajebat, ſi carnem noſtræ ſimilem ſubſtantiæ aſſumpſiſſet. Proinde & cœleſtem ei & longe noſtræ diſſimilem non ex Virgine, ſed de cœlo allatam tribuit, tranſmiſſam quidem in mundum, & natam per Virginem, quemadmodum aqua per fiſtulam tranſmittitur & effunditur. Hic adeo obſtinatâ & ſupina fiducia fuit, ut & ſcripturas mutare, & ea teſtimonia a quibus oppugnabatur palam contemnere & rejicere non fuerit veritus. Alexander etiam, illius coætaneus, hæreticus, cujus Tertullianus meminit, eundem errorem inculcans, hunc ad modum colligebat: Si carnem noſtram aſſumpſit Deus, in ſemetipſo carnem peccati evacuavit, &c. Quaſi vero conſequi debuerit, & morbum, & culpam cum natura & ſubſtantia carnis noſtræ aſſumi à Chriſto oportuiſſe. Præterea peccatum de peccato damnari non potuiſſe, quo legis juſtificatio in nobis impleretur, niſi Chriſtus, qui Petro teſte, peccatum non cognovit, & peccatum tamen factus eſt, carnem noſtram cum labe peccati ex prima prævaricatione contracti, induiſſet. Atque hæc quidem opinio tam impia tamque Propheticis & Apoſtolicis oraculis adverſa, fautores

Anno Chriſti

Hæreſes contra humanitatem Chriſti. Saturninus.

Baſilides.

Valentinus.

XCVI.

Alexander.

Anno Chriſti

ſuos & patronos nacta eſt, & aliquandiu magna pertinacia defenſa & retenta eſt. Valentinum enim inſecuti ſunt, Ptolomæus, Secundus, Marcus, & Colarbaſus; qui omnes Chriſtum non humana noſtra, ſed peregrina & cœleſti neſcio qua carne veſtierunt. Quod vetuſtiſſimi ſcriptores, Irenæus, Tertullianus & Euſebius in literas retulerunt. Extitit & Cerdon, qui ſub Higyno Epiſcopo Romam venit, qui & ipſe carnis noſtræ ſubſtantiam in Chriſto ſubvertebat, duos Deos faciens, placidum ſcilicet & ſævum: & a ſævo quidem ajebat mundum eſſe creatum; a placido autem genitum Chriſtum, quem vere nec natum, nec paſſum, ſed phantaſmate tantum illa ſimulaſſe memorabat. Probabat autem animarum reſurrectionem, carnis omnino negabat. Cujus diſcipulus Marcion ille fuit, contra cujus hæreſim a magiſtro non diverſam libri a Tertulliano ſcripti extant. Marcionis delirium inſtaurarunt Lucanus quidam, nihilo ſanior præceptore, & Apelles, qui a Marcione tamen hoc ipſo variabat, ut diceret, Chriſtum corpus ſibi non phantaſticum, nec de carnis noſtræ ſubſtantia, ſed è ſidereis aëreiſque partibus atque elementis ipſo in deſcenſu induiſſe, quod poſtea reſurgens, & in cœlos regreſſus, ceu mutuatum reddiderit; ſoluto videlicet corpore, & in partes ex quibus coaluiſſet diſperſo. Solum enim ſpiritum in cœlos receptum docebat; & negabat ullam aliam reſurrectionem futuram quam animarum. Quod ipſum & Gnoſtici, Cerinthi & Carpocratis ſucceſſores, ſentiebant, Chriſtum interim ita dividentes, ut Ieſum natum ex virgine, Chriſtum autem non natum, ſed in Ieſum eo tempore, quo baptizatus eſt, demiſſum fuiſſe, & ab eodem in crucem acto receſſiſſe, ut Ieſus ſolus, non etiam Chriſtus, & paſſus & mortuus fuerit. Ita enim divinam naturam ſeparabant ab humana, ut unionem perſonæ ſubverterent: quippe qui nec natum cum Ieſu, hoc eſt, homine Mariæ filio, nec mortuum fuiſſe Chriſtum Deum dicerent, ac ſi virtutem quandam cœleſtem jam accedentem, jam recedentem facerent.

Ptolomæus. Secundus. Marcus. Colarbaſus. Cerdon. Marcion. Lucanus. Apelles. XCVI. *Gnoſtici.*

Hæc ſic conjungenda, quanquam diviſa temporibus, hoc loco exiſtimavimus, ut in brevi quaſi tabella præcipui eorum agnoſcerentur, qui jam tum antiquiſſimis Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus humanam Chriſti naturam oppugnandam & evertendam ſibi ſumſere. De horum hæreticorum ſingulis, quorum obiter

hic

hic meminimus, plura, ſi quidem memoria Annalium dignum quid ſe nobis offeret, ſuo & tempore & loco ac ſingulatim dicemus. *Anno Christi*

Cæterum alienum a noſtro hoc inſtituto, aut abſurdum non erit, ſi & Leonis Papæ, ejus nominis primi, de ejuſmodi hæreſium, perſonam Chriſti, Domini noſtri, oppugnantium, origine, egregia verba hic repetamus. Origines enim talium ac ſimilium rerum tradendas hoc in opere judicavimus. Et præcipuum qualiſcunque hujus curæ noſtræ id argumentum eſt. *Celebrantes igitur*, inquit ille in egregio plane Sermone Octavo in Nativitatem Domini, *dilectiſſimi, natalem diem Domini Salvatoris, partum beatæ Virginis integre cogitemus, ut carni animæque conceptæ virtutem verbi nullo temporis puncto defuiſſe credamus, nec prius formatum atque animatum templum corporis Chriſti, quod ſibi ſuperveniens vindicaret habitator, ſed ipſum, & in ipſo, novo homini datum eſſe principium, ut in uno, Dei atque hominis filio, & ſine matre Deitas, & ſine patre eſſet humanitas. Simul enim per Spiritum Sanctum fœcundata virginitas, ſine corruptionis veſtigio edidit & ſui generis ſobolem, & ſuæ ſtirpis autorem. Unde & idem Dominus, ſicut Euangeliſta commemorat, quæſivit à Iudæis, cujus filium Chriſtum ſcripturarum autoritate didiciſſent, & eiſdem reſpondentibus, quod ex David venturus ſemine traderetur: Quomodo, inquit, illum Dominum ſuum David in Spiritu vocat, dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Nec potuerunt Iudæi propoſitam ſolvere quæſtionem, quia non intelligebant in uno Chriſto & progeniem Davidicam, & naturam prophetatam eſſe divinam. Majeſtas autem filii Dei æqualis patri, veſtiens ſe humilitate ſervili, nec metuebat minui, nec indigebat augeri: ipſumque effectum miſericordiæ ſuæ, quem reſtitutioni impendebat humanæ, ſola exequi poterat virtute Deitatis; ut creaturam ad imaginem Dei conditam à jugo diræ dominationis erueret. Sed quia non ita in primum hominem Diabolus violentus extiterat, ut eum in partes ſuas ſine liberi arbitrii conſenſione transferret; ſic deſtruendum peccatum fuerat voluntarium & hoſtile conſilium, ut dono gratiæ non obeſſet norma juſtitiæ. In totius igitur humani generis ſtrage communi, unum ſolum fuit remedium ſub divinæ rationis occulto, quod poſſet ſubvenire proſtratis, ſi aliquis filiorum Adam, originalis prævaricationis alienus atque innocens, naſceretur, qui cæteris exemplo prodeſſet & merito. Sed quia hoc naturalis generatio non ſinebat, nec poterat*

Leonis Papæ verba de prima origine hæreticorum, à quibus Christi perſona oppugnata eſt.

XCVI.

Anno Chriſti *vitiatæ radicis ſine ſemine propago eſſe, de quo ſcriptura dicit, Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu, qui ſolus es? Dominus David, factus eſt filius David, & de promiſſi generis fructu proles eſt orta ſine vitio, in unam perſonam gemina conveniente natura, ut eodem conceptu eodemque partu gigneretur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui vera ineſſet Deitas ad miracula operum, & vera humanitas ad tolerantiam paſſionum. Fides igitur Catholica, dilectiſſimi, oblatrantium hæreticorum ſpernat errores, qui mundanæ ſapientiæ vanitate decepti à veritatis Euangelio receſſerunt, & incarnationem verbi intelligere non valentes, de cauſa illuminationis fecerunt ſibi materiam cæcitatis. Nam omnium ferè falſa credentium opinionibus, quæ etiam in Sancti Spiritus negationem prorunt, retractatus, neminem penè deviaſſe cognoſcimus, niſi qui duarum in Chriſto naturarum veritatem ſub unius perſonæ confeſſione non credidit.* *Hæreſion catalogus.* *Alii etenim Domino ſolam humanitatem, alii ſolam adſcripſere Deitatem. Alii veram quidem in ipſo divinitatem, ſed carnem dixerunt fuiſſe ſimulatam. Alii profeſſi ſunt veram eum ſuſcepiſſe carnem, ſed Dei Patris non habuiſſe naturam: & Deitati ejus, quæ erant humanæ ſubſtantiæ, deputantes, majorem ſibi Deum minoremque finxerunt, cum gradus in vera divinitate eſſe non poſſint.* XCVI. *Quoniam quicquid Deo minus eſt, Deus non eſt. Alii cognoſcentes Patris & Filii nullam eſſe diſtantiam, quia non poterant unitatem Deitatis intelligere niſi in unitate perſonæ, eundem aſſeruerunt eſſe Patrem, quem Filium, & naſci, & nutriri, pati & mori, ſepeliri & reſurgere, ad eundem pertinere, qui per omnia & hominis perſonam impleret & verbi. Quidam putaverunt Dominum Ieſum Chriſtum non noſtræ ſubſtantiæ corpus habuiſſe, ſed ab elementis ſuperioribus ac ſubtilioribus ſumptum. Quidam autem æſtimaverunt in carne Chriſti animam humanam non habitaſſe nec fuiſſe, ſed partes animæ ipſam verbi impleſſe Deitatem. Quorundam imprudentia in hoc tranſiit, ut animam quidem fuiſſe in Domino faterentur, ſed eandem dicerent mente caruiſſe, quia ſufficeret homini ſua Deitas ad omnia rationis officia. Poſtremo, iidem aſſerere præſumpſerunt, partem quandam verbi in carnem fuiſſe converſam, ut in unius dogmatis varietate multiplici non carnis tantum animæque natura, ſed etiam ipſius verbi ſolveretur eſſentia. Multa ſunt & alia prodigia falſitatum, quibus enumerandis charitatis veſtræ non eſt fatigandus auditus.*

Ita perſona Chriſti, quoddam velut fidei Chriſtianæ principium, jam tum primis illis temporibus a diverſis acriter & impie oppugnata eſt, aliis hominem negantibus, quem Deum

tamen

tamen eſſe agnoſcebant; aliis Deum haud credentibus, quem hominem non poterant diffiteri; aliis denique, ut in omnes formas hæreſis facile ſeſe vertit, utramque, & divinam & humanam, in Chriſto naturam confundentibus. *Anno Chriſti*

Domitianus, poſtremis inprimis vitæ temporibus, ſæva ac infeſta virtutibus ac innocentibus tempora domi fecit, quovis ſuppliciorum genere in optimos quoſque & maximos graſſatus. Expulſi ſapientiæ profeſſores, atque omnis bona ars in exilium acta, ne quid uſquam honeſtum occurreret. *Dedimus*, inquit Tacitus in Præfat. ad Vitam Agricolæ, *profecto grande patientiæ documentum; & ſicut vetus ætas vidit quid ultimum in libertate eſſet, ita nos quid in ſervitute, adempto per inquiſitiones loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipſam cum voce perdidiſſemus, ſi tam in poteſtate noſtra eſſet oblivisci, quam tacere.* Adde quæ ſub finem ejuſdem libelli leguntur. *Domitiani tyrannis, & ſævitia.*

At tandem Domitianum, cum omnium exitio immineret, & jam non per intervalla aut ſpiramenta temporum, quomodo in Agricolæ Vita Tacitus loquitur, ſed uno ictu perdere Rempub. Romanam conſtituiſſet, uxor ejus Domitia, cum & de ſua agi cæde intellexiſſet, interficiendum eum per libertos curavit. Ita Flaviorum regnatrix apud Romanos domus defecit, imperiique faſtigium in alios atque alios deinceps tranſlatum eſt. *Domitiani exceſſus.* XCVII.

NERVA COCCEIUS Domitiano ſuccedit, bonus Princeps peſſimo; qui cum a militibus contemni ſe ob ætatem videret, M. Ulpium Trajanum filium adoptavit, & ſucceſſorem conſtituit. Breve fuit ejus imperium, ſed laudatum. Domitiani acta abolevit; damnatos ac exules reſtituit, ſpem denique certiſſimam Romanis meliorum feliciorumque temporum fecit. Inde initia ejus imperii BEATISSIMI SÆCULI EXORTUM in præfatione ad Vitam Agricolæ vocat Tacitus; additque, Nervam conjunxiſſe ac miſcuiſſe res olim diverſiſſimas, principatum & libertatem. NERVA COCCEIUS IMP. *Beatiſſimi ſub eo ſæculi exortus.*

Nervæ, jam in ſenium vergenti, ut breve imperium fuit, ita præcipuum operum ejus eſt & celebratur adoptio Trajani, optimi Principis, tanquam filii & ſucceſſoris; qua & nutantem jam auctoritatem ſuam ſuſtentavit, & laudatiſſimum Romanis Cæſarem dedit. Adeo ut ad ejus commendationem id potiſſimum faciat, quod in quadam proverbiorum, quæ inter Perſas hodieque

Anno Chriſti

uſitata ſunt, farragine quadam nuper legebamus; MAGNIFICUM DEFUNCTI PRINCIPIS EPITAPHIUM ESSE, DATUM AB EO OPTIMUM REIP. SUCCESSOREM. Faciunt huc egregia illa Plinii in Panegyrico incomparabili. *Habet has vices conditio mortalium, ut adverſa ex ſecundis, ex adverſis ſecunda naſcantur. Occultat utrorumque ſemina Deus, & plerumque bonorum malorumque cauſæ ſub diverſa ſpecie latent. Magnum quidem illud ſeculo dedecus, magnum reipubl. vulnus impreſſum eſt. Imperator, & parens generis humani obſeſſus, captus, incluſus: ablata mitiſſimo ſeni ſervandorum hominum poteſtas: ereptumque principi illud in principatu beatiſſimum, quod nihil cogitur. Si tamen hæc ſola erat ratio, quæ Reipublicæ ſalutis gubernaculis admoveret, prope eſt ut exclamem, tanti fuiſſe. Corrupta eſt diſciplina caſtrorum, ut tu corrector emendatorque contingeres: inductum peſſimum exemplum, ut optimum opponeretur: poſtremo coactus princeps quos nollet occidere, ut daret principem, qui cogi non poſſet. Olim tu quidem adoptari merebare: ſed neſciſsemus quantum tibi deberet imperium, ſi ante adoptatus eſſes. Exſpectatum eſt tempus in quo liqueret non tam accepiſse te beneficium, quam dediſse. Confugit in ſinum tuum concuſsa Reſpubl. ruenſque imperium ſuper imperatorem, imperatoris tibi voce delatum eſt. Imploratus adoptione & accitus es. Vt olim duces magni à peregrinis externiſque bellis ad opem patriæ ferendam revocari ſolebant, ita filius ac parens uno eodemque momento rem maximam invicem præſtitiſtis. Ille tibi imperium dedit, tu illi reddidiſti. Solus ergo adhuc qui pro munere tanto paria accipiendo feciſti, immo ultro dantem obligaſti. Communicato enim imperio ſollicitior tu, ille ſecurior factus eſt. O novum atque inauditum ad principatum iter! Non te propria cupiditas, proprius metus, ſed aliena utilitas, alienus timor principem fecit. Videaris licet quod eſt ampliſſimum conſequutus inter homines, felicius tamen erat illud quod reliquiſti. Sub bono principe privatus eſſe deſiiſti. Aſumptus es in laborum curarumque conſortium; nec te læta & proſpera ſtationis iſtius, ſed aſpera, & dura ad capeſsendam eam compulerunt: ſuſcepiſti imperium, poſtquam alium ſuſcepti pœnitebat. Nulla adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla neceſſitudo, niſi quod uterque optimus erat, dignuſque alter eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es, non, ut prius alius atque alius, in gratiam uxoris: aſcivit enim te filium non vitricus, ſed princeps: eodemque animo divus Nerva pater tuus factus eſt, quo erat omnium. Nec decet aliter filium aſumi, ſi aſumatur à principe. An Senatus populique Romani exercitus, provincias, ſocios, tranſmiſſurus uni, ſucceſſo-*

Plinii de adoptato à Nervâ Trajano verba egregia.

XCVII.

rem

Anno Chriſti

remè ſinu uxoris accipias? ſummeque poteſtatis hæredem tantum intra domum tuam quæras? non per totam civitatem circumferas oculos, & hunc tibi proximum, hunc conjunctiſſimum exiſtimes, quem optimum, quem diis ſimillimum inveneris? Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus: non enim ſervulis tuis Dominum, ut poſſis eſſe contentus quaſi neceſſario hærede, ſed principem civibus daturus imperator. Superbum iſtud & regium, niſi adoptes eum quem conſtet imperaturum fuiſſe, etiamſi non adoptaſſes. Fecit hoc Nerva, nihil intereſſe arbitratus, genueris an elegeris: ſi perinde ſine judicio adoptentur liberi ac naſcuntur, niſi tamen quod æquiore animo ferunt homines quem princeps parum feliciter genuit, quam quem male elegit. Sedulo ergo vitavit hunc caſum, nec judicium hominum, ſed Deorum etiam in conſilium aſſumpſit. Itaque non tua in cubiculo, ſed in templo, nec ante genialem torum, ſed ante pulvinar Iovis optimi maximi, adoptio peracta eſt: qua tandem non ſervitus noſtra, ſed libertas & ſalus & ſecuritas fundabatur. Sibi enim Dii gloriam illam vendicaverunt: horum opus, horum illud imperium, Nerva tantum miniſter fuit: uterque qui adoptaret tam paruit quam tu qui adoptabaris. Allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus Diis, ut invicti imperatoris exortum victoriæ inſigne decoraret: hanc imperator Nerva in gremio Iovis collocarat, quum repente ſolito major & auguſtior, advocata hominum concione Deorumque, te filium ſibi, hoc eſt, unicum auxilium feſſis rebus aſſumpſit. Inde quaſi depoſito imperio qua ſecuritate, qua gloria lætus? (Nam quantulum refert deponas an partiaris imperium, niſi quod difficilius hoc eſt.) non ſecus ac præſenti tibi innixus, tuis humeris ſe patriamque ſuſtentans, tua juventa, tuo robore invaluit: ſtatim conſedit omnis tumultus. Non adoptionis opus iſtud fuit, ſed adoptati: atque adeo temere fecerat Nerva ſi adoptaſſet alium. Oblitine ſumus ut nuper poſt adoptionem non deſierit ſeditio, ſed cœperit? Irritamentum iſtud irarum, & fax tumultus fuiſſet, niſi incidiſſet in te. An dubium eſt, ut dare non poſſet imperium Imperator qui reverentiam amiſerat? autoritate ejus effectum eſt cui dabatur. Illorum, quæ hic leguntur, loco; *Non adoptionis opus iſtud fuit, ſed adoptati;* legi malim; *Non adoptantis opus iſtud,* nempe Nervæ, *fuit, ſed adoptati,* id eſt, Traiani. Obiter modo ego id hic moneo; & agnoſco interim ſententiam conſtare poſſe lectioni vulgatæ. Qualemcunque tamen hanc conjecturam meam exponere hic volui. Tanti eam quiſque faciat, quanti volet.

XCVII.

Plinius forte emendatus.

Ioannis Euangelium qua occaſione ſcriptũ.

Imperante Nerva revocatus ac redux ab exilio Ioannes Euangeliſta Euangelicam ſcripſit Hiſtoriam; eâque id ſibi potiſſimum

pro-

Anno Christi

propoſitum habuit, ut Dei Filii, Ieſu Chriſti, divinam naturam contra negantium hæreſin tueretur. Quare & à λόγῳ, quem dicit & in principio & Deum fuiſſe, orditur. Neque alia eſt ratio, quare, cum alii divinitus inſpiratæ indubitatæque primæ Euangelicæ Hiſtoriæ auctores a præſepi, & iis, quæ ſecundum carnem Chriſti ſunt, narrationis ſeriem ordiantur, & eo ſpectantibus imaginibus ſignificentur, aquila ſoli Ioanni olim fuerit tributa, ut a quo divina & quæ ab æterno fuit Chriſti natura aſſerta ſit & defenſa.

XCIX. NERVA TRAIANUS IMP.

NERVA TRAIANUS Nervæ, patri filius, ſed adoptatus, ſuccedit.

Auget felicitatem imperii, & OPTIMUS appellatur.

Hic auxit cottidie felicitatem imperii. Nec ſpem modo ac votum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam ac robur ſub eo aſſumpſit. Quare & Senatus Romani decreto OPTIMUS appellatus eſt. Egregie hac de re Plinius in Panegyrico: *Iuſtiſne de cauſis S. P. Q. R. Optimi tibi cognomen adjecit? Paratum id quidem & in medio poſitum, novum tamen: ſcias neminem ante meruiſſe, quod non erat excogitandum, ſi quis meruiſſet. An ſatius fuit Felicem vocare? quod non minoribus, ſed fortunæ datum eſt. Satius, Magnum? cui plus invidiæ quam pulchritudinis ineſt. Adoptavit te optimus princeps in ſuum, Senatus in optimi nomen. Hoc tibi tam proprium quam paternum, nec magis definite diſtincteque deſignat qui Trajanum, quam qui optimum appellat, ut olim frugalitate Piſones, ſapientia Lælii, pietate Metelli monſtrabantur: quæ ſimul omnia uno iſto nomine continentur; nec videri poteſt optimus, niſi qui eſt omnibus optimis in ſua cujuſque laude præſtantior. Merito tibi ergo poſt cæteras appellationes hæc eſt addita, ut major. Minus eſt enim, Imperatorem & Cæſarem & Auguſtum, quam omnibus Imperatoribus, & Cæſaribus, & Auguſtis eſſe meliorem: ideoque ille parens hominum Deorumque, optimi prius, deinde maximi nomine colitur: quo præclarior laus tua, quem non minus conſtat optimum eſſe quam maximum. Aſſequutus es nomen quod ad alium tranſire non poſſit, niſi ut appareat in bono principe alienum, in malo falſum: quod licet omnes poſtea uſurpent, ſemper tamen agnoſcetur ut tuum. Etenim ut nomine Auguſti admonemur ejus cui primum dicatum eſt: ita hæc optimi appellatio nunquam memoriæ hominum ſine te recurret: quotieſque poſteri noſtri optimum aliquem vocare cogentur, toties recordabuntur quis meruerit vocari. Quanto nunc, dive Nerva, gaudio frueris quum vides & eſſe optimum & dici, quem tanquam optimum elegiſti! Quam lætum tibi quod comparatus filio tuo vinceris!*

Neque

Neque enim alio magis approbatur animi tui magnitudo, quam quod optimus ipſe non timuiſti eligere meliorem. Quo in loco haud dubie corrupta illa verba ſunt; *An ſatius fuit felicem vocare? quod non minoribus, ſed fortunæ datum eſt.* Nulla eorum eſt ſententia. Hæc tamen ſic in poſtrema editione leguntur. At tu lege cum aliis; *An ſatius fuit felicem vocare? quod non moribus, ſed fortunæ datum eſt.* Felices plerumque peſſimi ſunt & dicuntur; atque adeo ea vox proſperæ tantum ac faventis fortunæ, quæ & peſſimis favet, ſignificationem habet. Optimus autem qui dicitur, & eſt, eam laudem non fortunæ, ſed ſuis ipſe moribus ac animo debet. Hæc haud dubie Plinii & hujus ejus loci ſententia eſt.

Anno Christi

Vulgata in Plinio lectio emendata.

Et merito poſt nonnullos peſſimos Principes, Domitianum certe, Optimi ei tributum cognomentum eſt. Peſſimorum certe morum, quibus proximi nonnulli Principes laboraverant, & jam non per intervalla aut ſpiramenta temporum, ſed uno velut ictu Rempublicam Romanam exhauſerant, corrector Trajanus ac emendator, Optimus appellari meruit.

XCIX. *Libertos coërcet Trajanus.*

Ut proximi ante eum nonnulli Principes civium, velut ſervorum, fuerant domini; ita & ipſi illi libertorum ſuorum fuerant ſervi, adeoque horum ex conſilio ac arbitrio omnia tunc gerebantur. Trajano aliud viſum eſt. Plinius in Panegyrico; *Plerique Principes cum eſſent civium domini, libertorum erant ſervi. Horum conſiliis, horum nutu regebantur: per hos audiebant, per hos loquebantur; per hos præturæ etiam, & ſacerdotia, & conſulatus, imo ab his petebantur. Tu libertis tuis ſuum quidem honorem, ſed tanquam libertis habes: abundeque ſufficere his credis, ſi probi & frugi exiſtimentur. Scis enim præcipuum indicium eſſe non magni Principis, magnos libertos. Ac primum, neminem in uſu habes, niſi aut tibi, aut patri tuo,* (id eſt, Nervæ) *aut optimo cuique Principum dilectum, ſtatimque hos ipſos quotidie, deinde ita formas, ut ſe non tuâ fortunâ, ſed ſuâ metiantur. Et tanto magis digni quibus honor omnis præſtetur à nobis, quia non eſt neceſſe.* Illa fere poſtrema; *ſtatimque hos ipſos quotidie,* &c. corrupta eſſe notat Lipſius. Et addit, forte legendum; *dilectum habitumque. Hos ipſos cottidie deinde ita formas.* Sed ea verborum mutatione opus non eſt; opus tantum eſt aptâ interpunctione. Sic igitur, meo quidem judicio, hæc diſtinguenda ac legenda ſunt; *optimo cuique Principum dilectum: ſtatimque hos ipſos, quotidie deinde, ita formas, ut ſe non tuâ fortuna, ſed ſuâ metiantur.* Nihil verius.

Plinius iterum emendatus.

Anno Christi

ſtatimque, id eſt, in initio, & *quotidie*, id eſt, conſtanter ita formas, ut liberti ſibi ſub Principe, non autem Principes videantur, aut etiam ab aliis agnoſcantur. Dictu prope incredibile eſt, quam Plinii junioris quæ ſuperſunt ſcripta his aliiſque mendis hactenus inquinata ſint. Cæterum id alio loco, & in editione, quam paratam habemus, novâ, pluribus, ſi quidem Deus deſtinationibus noſtris faverit, oſtendemus.

Trajanus novo ſupplicii genere in delatores animadvertit.

Idem Princeps novo ac ſingulari, ſed neceſſario, ſupplicii genere in accuſatores delatoreſque, quorum magnæ florentiſſimæque res ſub Domitiano fuerant, animadvertit. Et profecto peſſimos, ac bonorum omnium hoſtes, odiſſe debuit Optimus Imperator. Iſti elapſis proxime temporibus vitam omnium, fortunas, ac ſtatum dubia fecerant; adeo ut ſecuritatem tunc ſibi, ſuis, rebuſve ſuis nemo fere potuerit polliceri. Omnis libertas per hos adempta; omne loquendi dicendique commercium ſublatum. Periculum & ex ſilentio, & ex voce. Nullis paratum magis præſentiſſimum exitium, quam quibus ea, quæ eſſe debet, cura Reipubl. erat ac libertatis. Ipſi autem ſicut potentiam apud unum,
XCIX. nempe Principem, maxime Domitianum, ita, maximis quibuſque & innocentiſſimis viris everſis, odium apud omnes indepti erant. Plinii, cujus jam meminimus, egregia, neque negligenda hic nobis verba ſunt. Cum de aliis, ſub aliis & peſſimis principibus editis, egiſſet ludicris, & ad ſolam voluptatem comparatis, ſpectaculis, de alio, quod ad delatores attinet, & Trajanus edidit, hæc addit; Quam deinde in edendo liberalitatem, „quam juſtitiam exhibuit, omni affectione aut intactus, aut „major? Impetratum eſt quod poſtulabatur: oblatum quod non „poſtulabatur. Inſtitit ultro, & ut concupiſceremus admonuit: „ac ſic quoque plura inopinata, plura ſubita. Jam quam libera „ſpectantium ſtudia, quam ſecurus favor? Nemini impietas, ut „ſolebat, objecta, quod odiſſet gladiatorem: nemo ſpectator „ſpectaculum factus, miſeras voluptates unco & ignibus expiavit. Demens ille, verique honoris ignarus, qui crimina maje„ſtatis in arena colligebat, ac ſe deſpici & contemni, niſi etiam „gladiatores ejus veneraremur, ſibi maledici, in illis ſuam di„vinitatem, ſuum numen violari interpretabatur: quum ſe idem „quod Deos, idem gladiatores quod ſe putabat. At tu, Cæſar, „quam pulchrum ſpectaculum pro illo nobis execrabili reddi-

„diſti?

„diſti? Vidimus delatorum judicium, quaſi graſſatorum, quaſi „latronum: non ſolitudinem illi noviter, ſed templum, ſed „forum inſederant. Nulla jam teſtimonia ſecura, nullus ſtatus „certus: non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc ma- „lum principum avaritia. Advertiſti oculos, atque ut ante caſtris, „ita poſtea pacem foro reddidiſti: excidiſti inteſtinum malum: „& provida ſeveritate caviſti ne fundata legibus civitas, everſa „legibus videretur. Licet ergo cum fortuna tum liberalitas tua „viſenda nobis præbuerit, ut præbuit, nunc ingentia robora vi- „rorum, & pares animos, nunc immanitatem ferarum, nunc „manſuetudinem incognitam, nunc ſecretas illas & arcanas, ac „ſub te primum communes opes: nihil tamen gratius, nihil ſæ- „culo dignius, quam quod contigit deſuper intueri delatorum „ſupina ora, retortaſque cervices agnoſcebamus, & fruebamur; „quum velut piaculares publicæ ſolicitudinis victimæ ſupra ſan- „guinem *noxiorum ad lenta ſupplicia gravioreſque pœnas du- „cerentur. Congeſti ſunt in navigia raptim conquiſita, ac tem- „peſtatibus dediti, abirent, fugerentque vaſtatas delationibus „terras: ac ſi quem fluctus ac procellæ ſcopulis reſervaſſent, „hic nuda ſaxa & inhoſpitale littus incoleret, ageret duram & „anxiam vitam, relictaque poſt tergum totius generis humani „ſecuritate mœreret. Memoranda facies, delatorum claſſis per- „miſſa omnibus ventis, coactaque vela tempeſtatibus pandere, „iratoſque fluctus ſequi quoſcunque in ſcopulos detuliſſent. Ju- „vabat proſpectare ſtatim à portu ſparſa navigia, & apud illum „ipſum mare agere principi gratias, qui clementia ſua ſalva ul- „tionem hominum terrarumque Diis maris commendaſſet. „Quantum diverſitas temporum poſſet, tum maxime cognitum „eſt, quum iiſdem quibus antea cautibus innocentiſſimus quiſ- „que, tunc nocentiſſimus affigeretur, quumque inſulas omnes, „quas modo Senatorum, jam delatorum turba compleret; quos „quidem non in præſens tantum, ſed in æternum repreſſiſti mille „pœnarum indagine incluſos. Ereptum alienas pecunias eunt? „perdant quas habent: expellere penatibus geſtiunt? ſuis extur- „bentur; neque, ut antea, exanguem illam & ferream frontem „nequicquam convulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas „rideant: ſed ſpectent paria præmio damna, nec majores ſpes „quam metus habeant, timeantque quantum timebantur. In-

Anno Christi

Pacem foro ac judiciis reddit.

*Lege, innoxiorum.

XCIX.

Anno Christi

„genti quidem animo Titus ſecuritati noſtræ ultionique proſpe-
„xerat, ideoque numinibus æquatus eſt: ſed quanto tu quando-
„que dignior cœlo, qui tot res illi adjeciſti, propter quas illum
„Deum fecimus? Id hoc magis arduum fuit, quod Imperator
„Nerva te filio, te ſucceſſore digniſſimus, per quem magna quæ-
„dam edicto Titi aſtruxerat, nihilque reliquiſſe tibi videbatur,
„qui tam multa excogitaſti, ut ſi ante te nihil eſſet inventum.
„Quæ ſingula quantum tibi gratiæ diſpenſata adjeciſſent? Tu ſi-
„mul omnia perfudiſti, ut ſol & dies non parte aliqua, ſed ſtatim
„totus, nec uni aut alteri, ſed omnibus in commune profertur.

Bonas artes, earumque magiſtros reſtituit, ac habet liberaliter.

Idem bonas artes, omnes, ac liberalia ſtudia velut ab exilio, ad quod damnata fuerant ſub Domitiano, retraxit, eorundemque magiſtros ac doctores liberaliter & in pretio habuit, fovit, ornavit. Idem Plinius in Panegyrico; *Quem honorem dicendi magiſtris, quam dignationem ſapientiæ doctoribus habes? Vt ſub te ſpiritum, & ſanguinem, & patriam receperunt ſtudia, quæ præcedentium temporum immanitas exiliis puniebat? cum ſibi vitiorum omnium conſcius Princeps* (Domitianum intellige) *inimicas vitiis artes, non odio magis, quam reverentia relegaret. At tu eaſdem artes in complexu, oculis, auribus habes. Præſtas enim quæcunque præcipiunt; tantumque eas diligis, quantum ab illis probaris.* Et ſic factum, ut magnus ſub eo Principe illuſtrium ingeniorum & ſplendor fuerit & proventus. Plurimorum, quorum ſcripta nulla hodie exſtant, meminit paſſim Plinius in Epiſtolis. Inclaruere autem potiſſimum ipſe ille Plinius, promotus ad Conſulatus honorem, Plutarchus, quo uſus Trajanus præceptore eſt, cujus ſcripta ad inſtar inſtructiſſimæ Bibliothecæ ſunt, & Cornelius Tacitus, auctor graviſſimus, neque obiter inſpiciendus. qui quanquam in magnarum rerum narratione quæ momenti alicujus ſunt promat omnia, plura tamen tegit & recondit, quæ ſerio tantum legenti aperiuntur. Neque enim lectione tantum, ſed memoria, ſed judicio, & ſumma attentione eſt opus; ſed & incredibili quadam ſagacitate, ut eventa cum originibus ſuis & cauſis, & quaſi cunabulis, quæ diligenter & ſumma judicii gravitate ab eo explicata ſunt, continuo contendamus; ut in partibus, quomodo vir hujus ſæculi clariſſimus recte alibi judicat & loquitur, totius uſum negotij, ut ipſas inter ſe partes & cum re tota, pervideamus; ut denique rerum in ſpeciem & primo adſpectu minimarum non exigua aut contem-

XCIX.

Magni ſub eo viri inclaruere, Tacitus, & alii.

nenda

nenda momenta, in ipſa ſæpe dictione ac ſtylo, penetremus. Cum enim arcanam neque vulgo obviam ubique prudentiam contineat, profecto non admirabile minus eſt & arcanum, & inuſitatum aliis, abdita quæque & recondita exprimendi genus. Adeo nihil in omni ejus ſermone eſt, quantumvis conciſo ac brevi, quod non maximæ obſervandæque inprimis rei vim habeat ac ſignificationem. In quo cum aſperitatem quædam aut inſuetam ſpeciem habere videantur, nihil majeſtati tamen, quam dicendo magnitudini rerum adæquat, officiunt, ſed robur ejus omne perficiunt ac abſolvunt. Equidem ita invenio, qua quantâque cura & ſollicitudine dictæ in curia graviſſimis de rebus ſententiæ, facta Senatus conſulta, conditæ leges, cœpta bella aut finita, adminiſtratæ provinciæ, expoſitæ & exceptæ, vel auditæ ſplendidiſſimæ legationes, ſtructæ clam inſidiæ & doli, tantâ accuratiſſimum auctorem ſingula legentibus exhibuiſſe, plane ut omnis ejus oratio, quæ & narrat ſimul, & judicat, & præcipit, & vetat, ac factorum uſum ab eorumdem notitia ac cognitione nunquam ſejungit, rerum quas tradit, & abditorum quæ prodit conſiliorum, perfectiſſima apertaque imago mihi quidem eſſe videatur.

Anno Chriſti

De Tacito judicium.

Hæc & talia propter de omni hominum genere meritiſſimus Trajanus dicitur in lapidis antiqui inſcriptione; IMP. CÆS. NERVÆ. TRAIANO. AUG. GERMANIC. DACIC. PARTHIC. PONT. MAX. TR. POT. XV. COS. V. P. P. DE. ROMANO IMPERIO. DE. PATERNA. ET. AVITA. HISP. PATRIA. ET. DE. OMNI. HOMINUM. GENERE. MERITISS. POPULARES. PROVINC. AREVATUM. OPTIMO. PRINCIPI. Origine Trajanum fuiſſe Hiſpanum conſtat; ac ideirco Hiſpania patria ejus hic appellatur.

Trajanus de omni hominum genere meritiſſimus dicitur.

Primi, quod à nato Chriſto fluxit, ſæculi finis exceſſu Ioannis Euangeliſtæ, atque Apoſtoli, inſignis eſt. Mortuus eſt Epheſi. Atque ſic Apoſtoli (ſolus enim Ioannes hactenus erat reliquus) eſſe deſierunt.

C.

Ultimus Apoſtolorum Ioannes moritur.

Anno imperantis Trajani tertio graviſſimâ, adeoque tertiâ, perſecutione Chriſtianæ Eccleſiæ pax turbata eſt. Ratio, quæ mitiſſimum cætera & optimum Principem impulit, ut id faceret, non alia fuit, quam quod metueret ſibi a Deorum, quos colebat, ira, ſi coli Chriſtum pateretur; & quod calamitatum omnium publicorumque malorum velut auctores Chriſtiani eſſe

CI.

Tertia perſecutio Chriſtianorum, imperante Trajano.

Anno Christi

vulgo crederentur. Nullum ſævitiæ in innocentes genus aut ingenium defuit.

Clemens primus Romanus Epiſcopus poſt Petrum, ut volunt, patitur.

Paſſum, inter alios, & corona martyrii inſignitum tunc Clementem, Epiſcopum Romanum, veteres conſtanter tradunt; quorum & quidam primum eum Epiſcopum Romanum poſt Petrum fuiſſe volunt. Ivo Carnotenſis in Chronico MS. Bibliothecæ Regiæ Londinenſis; *Trajani præterea tempore tertius in Chriſtianos perſecutionis impetus ebullivit; unde Clemens Papa Romanus in mare præcipitatus eſt.* Apoſtolorum principi Petro ſucceſſiſſe eum diſertim dicit Eucherius Lugdunenſis Lib. de Contemptu mundi; *Clemens, vetuſtâ proſapia Senatorum, atque etiam ex ſtirpe Cæſarum, omni ſcientia refertus, omniumque liberalium artium peritiſſimus, ad hanc juſtorum viam tranſiit; itaque etiam in eâ excellenter effloruit, ut Principi quoque Apoſtolorum ſucceſſor exſtiterit.* Albertus Stadenſis in Chronico; *Clemens quamvis à Beato Petro eſſet electus, tamen coëgit Linum & Cletum ante ſe pontificari; & ita eſt primus poſt Petrum, tertius vero per gradum.* Et paulo poſt, poſt varias diverſorum opiniones de ordine & tempore primorum Romanorum Pontificum, Lini, Cleti, & Clementis, addit; *Sed omnes periti temporum hos magis æſtimant eſſe imitandos, qui Linum & Cletum dicunt fuiſſe ſub Petro, & hos ſub Petro Coepiſcopos exſtitiſſe; Clementem vero, tradente Petro, jure legitimo ſucceſſiſſe, & ideo ipſum* PRIMUM PAPAM *merito appellatum.* Hæc illi; quos ſi ſequamur, primus Papa Romanus hic Clemens dicendus eſt. Vir Apoſtolicus, & pene Apoſtolus, a Ruffino appellatur. *Clemens,* inquit, ubi de adulteratione librorum Origenis, *Apoſtolorum diſcipulus, qui Romanæ Eccleſiæ poſt Apoſtolos & Epiſcopus & Martyr præfuit, libros edidit, qui Græce appellantur* Ἀναγνώρισμος, *id eſt, Recognitio; in quibus cùm ex perſona Petri Apoſtoli doctrina quaſi Apoſtolica in quamplurimis exponatur, in aliquibus ita Eunomii dogma ſcribitur, ut nihil aliud quam ipſe Eunomius diſputare credatur.* Et haud multo poſt; *Sunt etiam alia nonnulla libris ejus inſerta, quæ eccleſiaſtica regula omnino non recipit. Quid quæſo de his ſentiendum eſt, quod Apoſtolicus vir, imo pene Apoſtolus, non ea ſcribit, quæ Apoſtoli dicunt, cui Paulus Apoſtolus teſtimonium dedit, dicens;* Cum Clemente, & adjutoribus meis cæteris, quorum nomina ſunt in libro vitæ; *& ſcribat hoc quod libris vitæ contrarium eſt? An id potius credendum eſt, quod perverſi homines ad aſſertionem dogmatum ſuorum, ſub virorum ſanctorum nomine, tanquam facilius*

C I.

Primus Papa à nonnullis dicitur.

Recognitionum libri ab eo editi.

Multa in addita & inſerta,

cre-

credenda, inſeruerunt ea, quæ illi nec ſenſiſſe, nec ſcripſiſſe credendi ſunt. Ex quo Ruffini loco apparet, vetus eſſe in Eccleſia Chriſtiana malum, vetuſtiorum auctorum ſcriptis ea inſerere ac velut aſſuere, quæ ab ipſis ſcripta non ſunt, quo recentiorum ac falſorum dogmatum auctores ſpecie quadam ac larva antiquitatis ſeſe tueantur. Qui ſceleratus plane agendi modus patrum noſtrorum noſtrâque memoria, Chriſtianorum quorundam in Occidente libidini placuit; qui ne antiqua agnoſcerentur in cauſa fidei, quæ videri ipſi volebant nova, & ne nova viderentur, quæ iidem ut antiqua obtrudebant, veterum Patrum ſcriptis addenda alia, alia ſubtrahenda ac delenda in iis curavere; quo & ſic palam oſtenderent, meliores eorum partes eſſe, qui Novatorum nomine temere ab iis ac falſo damnati totius incorruptæ eccleſiaſticæ antiquitatis judicio ſeſe poſſunt tueri. Quæ dicendi hic notandique neceſſitatem non hercle ſtudium partium, ſed ſolus amor veritatis mihi imponit.

Anno Chriſti

qua Clementis nõ ſunt; & Ruffini ea de re egregium teſtimonium.

C I.

Iſte eſt Clemens Papa, *qui ſeptem Vrbis regiones diviſit notariis fidelibus Eccleſiæ, qui geſta martyrum ſollicite & curioſe, unuſquiſque per regionem ſuam, diligenter perquirerent.* Verba ſunt Guilielmi de Nangis, Monachi S. Dionyſii in Chronico, quod MS. legitur in Bibliotheca Regia Londinenſi: Albertus Stadenſis in Chronico; *Clemens fecit ſeptem regiones dividi notariis Eccleſiæ, qui geſta martyrum ſcriberent, unuſquiſque in ſua regione.* Non eſt mihi dubium, quin ad eos notarios referenda ſit Cardinalium Eccleſiæ Romanæ, qui nunc ita appellantur, origo. De nominis ratione auctores non conſentiunt. Cæterum haud ambigendum eſt, quin ita appellati illi ſint à regionibus Urbis, quarum cura ſingulis erat demandata. Ut enim *cœli cardines*, id eſt, regiones, (unde & *venti Cardinales* à quibuſdam dicuntur) ita & *Vrbis cardines*, id eſt, regiones dicebantur, ac iis præfecti *Cardinales*. Horum autem notariorum Eccleſiæ Romanæ, qui & Cardinales eam ob cauſam, quam diximus, appellati ſunt, auctoritas majora indies accepit incrementa.

Notarii Eccleſiæ Romanæ ab eo inſtituti.

Cardinalium, & eorum nominis origo.

Idem Clemens *Papa ſanctiſſimus* (verba ſunt Hugonis de Sancto Victore in Chronico MS. quod exſtat & legitur in Anglica Bibliotheca Eccleſiæ Lichfeldenſis) *atque ſapientiſſimus multos viros magnificos ad collocandum Dominicæ fidei fundamentum deſtinavit, Lugdunenſibus Fotinum, Turonenſibus Gratianum, & alios per-*

Religio Chriſtiana Gallis per quos tradita.

plures.

Anno Chriſti

plures. Horum miniſterio per Galliam Chriſtiana religio propagata eſt.

Plinii de Chriſtianorũ hujus temporis vita ac diſciplina luculentum teſtimonium.

Perſecutionis Chriſtianorum ſub Trajano atrox illa tempeſtas non quidem deſiit, ſed minor ac quaſi mitior eſſe tandem cœpit, admonente Trajanum Plinio, ſingularem Chriſtianis innocentiam vitæ eſſe ac integritatem. Exſtant hodieque ſcriptæ eâ de re Trajani & Plinii epiſtolæ; ex quibus cum utcunque cognoſci poſſit, qualis ea tempeſtate Chriſtianorum fuerit diſciplina, exhibendas hic eas exiſtimavimus, velut eximium, & quo illuſtrius ex paganorum ſcriptis dari non poteſt, primorum Chriſtianorum innocentiæ monumentum.

C I.

„ *C. Plin. Tr. Imp. S.* Solenne eſt mihi, Domine, omnia de „quibus dubito, ad te referre. Quis enim poteſt melius vel cun„ctationem meam regere, vel ignorantiam inſtruere? Cognitio„nibus de Chriſtianis interfui nunquam: ideo neſcio quid & „quatenus aut puniri ſoleat, aut quæri. Nec mediocriter hæſi„tavi, ſitne aliquod diſcrimen ætatum, an quamlibet teneri nihil „a robuſtioribus differant: deturne pœnitentiæ venia, an ei, qui „omnino Chriſtianus fuit, deſiiſſe non proſit: nomen ipſum, „etiamſi flagitiis careat, an flagitia cohærentia nomini punian„tur. Interim in iis, qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur, „hunc ſum ſequutus modum: Interrogavi ipſos an eſſent Chri„ſtiani: confitentes iterum ac tertio interrogavi, ſupplicium „minatus: perſeverantes duci juſſi. Neque enim dubitabam, „qualecunque eſſet quod faterentur, pervicaciam certe, & in„flexibilem obſtinationem debere puniri. Fuerunt alii ſimilis a„mentiæ: quos, quia cives Romani erant, annotavi in urbem „remittendos: mox ipſo tractu, ut fieri ſolet, diffundente ſe cri„mine, plures ſpecies inciderunt. Propoſitus eſt libellus ſine au„tore, multorum nomina continens, qui negarent ſe eſſe Chri„ſtianos, aut fuiſſe, quum præeunte me Deos appellarent, & ima„gini tuæ, quam propter hoc juſſeram cum ſimulacris numinum „afferri, thure ac vino ſupplicarent, præterea maledicerent Chri„ſto: quorum nihil cogi poſſe dicuntur, qui ſunt revera Chri„ſtiani. Ergo dimittendos putavi. Alii ab indice nominati, eſſe „ſe Chriſtianos dixerunt, & mox negaverunt: fuiſſe quidem, ſed „deſiiſſe, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non„nemo etiam ante viginti quoque. Omnes & imaginem tuam,

„Deo-

Anno Christi

„Deorumque ſimulacra venerati ſunt, ii & Chriſto maledixerunt. „Affirmabant autem hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ, vel er„roris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire: car„menque Chriſto, quaſi Deo, dicere ſecum invicem: ſeque „ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne „latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne de„poſitum appellati abnegarent. Quibus peractis morem ſibi diſ„cedendi fuiſſe, rurſuſque coëundi ad capiendum cibum, pro„miſcuum tamen, & innoxium: quod ipſum facere deſiſſe poſt „edictum meum, quo ſecundum mandata tua hetærias eſſe ve„tueram. Quo magis neceſſarium credidi, ex duabus ancillis, „quæ miniſtræ dicebantur, quid eſſet veri & per tormenta quæ„rere. Sed nihil aliud inveni, quam ſuperſtitionem pravam & „immodicam, ideoque dilata cognitione ad conſulendum te de„curri. Viſa eſt enim mihi res digna conſultatione, maxime „propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, „omnis ordinis, utriuſque ſexus etiam, vocantur in periculum; „& vocabuntur. Neque enim civitates tantum, ſed vicos etiam „atque agros ſuperſtitionis iſtius contagio pervagata eſt, quæ „videtur ſiſti & corrigi poſſe. Certe ſatis conſtat, prope jam de„ſolata templa cœpiſſe celebrari, & ſacra ſolennia diu intermiſſa „repeti: paſſimque vænire victimas, quarum adhuc rariſſimus „emptor inveniebatur. Ex quo facile eſt opinari quæ turba ho„minum emendari poſſit, ſi ſit pœnitentiæ locus.

Veterum Chriſtianorum innocentia, inſtituta, & mores.

C I.

„ *Tr. Plinio. S.* Actum quem debuiſti, mi Secunde, in excu„tiendis cauſis eorum qui Chriſtiani ad te delati fuerant, ſecutus „es. Neque in univerſum aliquid, quod quaſi certam formam „habeat, conſtitui poteſt. Conquirendi non ſunt: ſi deferan„tur & arguantur, puniendi ſunt: ita tamen ut qui negaverit ſe „Chriſtianum eſſe, idque re ipſa manifeſtum fecerit, id eſt, ſup„plicando Diis noſtris, quamvis ſuſpectus in præteritum fuerit, „veniam ex pœnitentia impetret. Sine autore vero propoſiti „libelli, nullo crimine locum habere debent. Nam & peſſimi „exempli, nec noſtri ſæculi eſt.

De excutiendis eorū cauſis Traiani judicium.

Non eſt mihi dubium, quin ex iis epiſtolis natum ſit ridiculum eorum commentum, qui Chriſtianum aliquando operâ Titi factum Plinium, in litteras mittere auſi ſunt. Flavius Dexter in Chronico; *Titus, cognomento Iuſtus, Epiſcopus factus, ſequutus*

Anno Christi

primo S. Paulum, mox Eugenium, prædicat in Carpetania, ubi ejus memoria magnitudoque miraculorum celebratur. Is Titus converterat ad fidem Plinium juniorem ex Bithynia Pontoque redeuntem, in Creta inſula, ubi juſſu Trajani Iovi templum exſtruxerat. Nec deſunt qui putent ſeptima Sextilis ad Novocomum eſſe paſſum. Si hunc audimus, non Chriſtianus tantum Plinius, ſed & martyr fuerit. Cæterum Pſeudodexter eſt, qui hæc ſcribit. Qua de re plura nos alibi dicemus. Porro addit ad hunc locum Franciſcus Bivarius de Tito hoc & Plinio Chriſtiano iſta;

Franciſci Bivarii hæc de re verba.

,, De cognomine *Iuſti,* quod habuit Titus, extat celebre in
,,Actis Apoſtol. teſtimonium, Cap. XVIII. ubi de Paulo Co-
,,rinthum adventante dicitur: *Intravit in domum cujuſdam, no-*
,,*mine Titi Iuſti, cujus domus erat conjuncta Synagogæ.* Quod ad cæ-
,,tera, quæ hic referuntur de Tito, ſpectat, Petrus Equilinus
,,Epiſcopus, in cujus opere, velut in totius vetuſtatis apotheca,
,,immenſum mihi theſaurum ſemper invenio, Lib. VII. Catal.
,,Cap. CXVIII. dum vitam Sancti Titi, Pauli Apoſtoli diſci-
,,puli, ſcribit, illud inter alia narrat, quod *Paulus Titum Creten-*
C I. ,,*ſem Epiſcopum ordinavit, ipſumque Cretæ dimittens abiit. Poſt duos*
,,*autem annos Titus ad Paulum Romam acceſſit, cum quo & fuit uſque*
,,*ad interfectionem ejus à Nerone: corpuſque ipſius unà cum Luca Evan-*
,,*geliſta ſepelivit.* De Cretæ Pontificatu idem accipimus ab Apo-
,,ſtolo in principio Epiſtolæ, quam ad ipſum Titum dedit: *Hujus*
,,*rei* (inquit) *gratiâ reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas, &*
,,*conſtituas per civitates preſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.* Quan-
,,do vero Titum Cretæ reliquerit, non ſatis conſtat; videtur
,,tamen probabilius, id accidiſſe, cum à Cæſarea Romam vin-
,,ctus perduceretur, quod Cæſarem appellaſſet; tunc ſiquidem
,,adnavigaſſe Cretam Lucas, comes ipſius, author eſt Act. Cap.
,,XXVII. quo loci Paulus voluit hyemare, multo prius tem-
,,pore inibi peracto. Nam ait, *prohibente nos vento adnavigavimus*
,,*Cretæ juxta Salamonem, & vix juxta navigantes venimus in locum*
,,*quemdam, qui vocatur Boniportus, cui juxta erat civitas Theſſala. Multo*
,,*autem tempore peracto, & cum jam non eſſet tuta navigatio, & cum*
,,*aptus portus non eſſet ad hyemandum, plurimi ſtatuerunt conſilium, na-*
,,*vigare inde, ſi quomodo poſſent devenientes Phœnicen hyemare, portum*
,,*Cretæ reſpicientem ad Africum & ad Corum.* Tunc igitur Titum
,,Cretæ reliquit Epiſcopum; ad quem poſtmodum literas dedit,

,,vocans

Anno Chriſti

„vocans eum ad ſe, C. 111. Duo vero anni illi, de quibus dicit „Equilinus, *poſt duos annos Titus ad Paulum Romam acceſſit*, illos „intelligo, quos Paulus Romæ in vinculis inſumpſit: de quibus „Act. ult. dicitur, *manſit autem biennio toto in ſuo conductu*. Jam „vero quod Equilinus addit; *Cum quo* (Paulo) *& fuit uſque ad* „*interfectionem ejus à Nerone*, illuc tendit, ut probemus Titum „cum Paulo Hiſpanias adiiſſe. Nam ſi Titus nunquam deinceps „poſt biennium illud, ab Apoſtolo ſeparatus eſt, neceſſum eſt, „ut quocunque Paulus tenderet, tenderet etiam Titus. Paulum „vero completo illo biennio Hiſpanias inviſiſſe, multorum Pa„trum teſtimonio in ſuperioribus comprobatum relinquimus, „præſertim Chryſoſtomi, cujus ſunt aurea illa verba; *Cum igitur* „*biennium Romæ exegiſſet in vinculis, tandem dimiſſus eſt; deinde in* „*Hiſpaniam profectus*, &c. & Theodoreti; *Duobus annis primum* „*Romæ per ſe degit, habitans in ſuo conductu; cum autem illinc pro-* „*fectus fuiſſet in Hiſpaniam, & illis etiam divinum Euangelium tradi-* „*diſſet, reverſus eſt.* Addit vero Dexter, Titum iterum ad Hiſpa„nias reverſum in Carpetania cum Eugenio prædicaſſe. Id vero „leviter deduci poteſt ex eo quod ad annum Domini c. Com„ment. 11. probavimus, S. Dionyſium Areopagitam libros ſuos „S. Eugenio Toletano dicaſſe. Eo enim ſemel, quod tunc præ„ſtitimus, ſtabilito, id quod de Tito intendimus, itidem dedu„cetur. Nam Titum hunc familiarem fuiſſe illi, cui libri Dio„nyſii dicati ſunt, & ſæpe ad ejus colloquium admiſſum, Epi„ſtola ejuſdem Dionyſii ad Titum demonſtrat, dum ait: *Sanctus* „*quidem Timotheus*, (id eſt, Eugenius) *honeſtiſſime Tite, neſcio an* „*aliquid ſcripſerit de Theologicis ſignis, cujus ipſe ignarus abſceſſe-* „*rit*, &c. Inſinuat etenim Titum legiſſe libros, quos Dionyſius „Eugenio Timotheo dicaverat, eorumque doctrinam alterum „alteri ad manus & frequentes collationes communicaſſe: Titum „vero inde occaſionem ſumpſiſſe quædam ex eodem Dionyſio „interrogandi, quæ ipſe in Epiſtola illa pertractat. Cum autem „Dionyſius tunc temporis eſſet in Gallia, & Eugenius in Car„petania Hiſpaniæ, conſequens eſt, ut Titus etiam in Carpetania „ad tempus prædicaverit. C I.

„ Sed unde habemus, in Creta Plinium Secundum juniorem „ad fidem perductum opera S. Titi? Ex actis ipſius, quæ Zena, „legiſperitus & Apoſtoli diſcipulus, ſcripſit, refertque Equilinus

Anno Chriſti „citato loco, ubi cum Zena, cum præmiſiſſet Titum, in Cretam „iterum reverſum, multos ad Chriſti fidem perduxiſſe, ordi- „naſſeque Preſbyteros & Diaconos, ſubdit: *Cum die quadam tranſi-* „*ret ante palatium, quod Secundus Proconſul* (is erat Plinius Secun- „dus Junior) *juſſu Imperatoris in Iovis nomine conſtruebat, maledixit* „*illud; & ſtatim opus funditus diſſipatum eſt*. Nonne id dixerat „Dexter illis verbis; *Is Titus converterat ad fidem Plinium Junio-* „*rem in Creta inſula, ubi juſſu Trajani Iovi templum erexerat?* Subji- „ciunt acta, *Tunc Secundus venit ad Titum cum lacrymis rogans, ſe* „*indemnem ab opere conſervari. Cui Titus impoſuit, ut opus in nomine* „*unius Dei Chriſtianorum inciperet, ut ſic opus perficere poſſet; quod &* „*factum eſt. Completo vero opere Secundus cum filio ſuo baptizatus eſt.* „Fuit hic nepos ex ſorore C. Plinii Secundi, cujus de natura „rerum extant inſignes Commentarii: ipſius vero Plinii Secundi „junioris extat liber Epiſtolarum, & Panegyricus Trajano Cæ- „ſari dictus, quo gratias agit Conſulatum ejus auſpiciis adeptus. „Is etiam Hiſpanis nonnulla contulit beneficia. Nam Quintiliani „filiam pauperem dote juvit, & Martialem Poëtam ab Urbe in „Hiſpaniam ſecedentem, viatico proſecutus eſt, ut ipſe in Epi-

C I. „ſtolis teſtatur. De Martyribus ſub Trajano paſſis agit ipſe „Lib. x. Epiſt. XCVII. Cæterum ipſum tandem Novocomi, pa- „tria ſua, martyrium ſubiiſſe, inde nonnulli putant haberi, quod „die VI Auguſti ſeu Sextilis cum aliis quinque reperitur in Ro- „mano Martyrologio, inter alios Martyres, quidam nomine *Se-* „*cundus*. Nam in eo ſic legimus: *Novocomi paſſio ſanctorum Mar-* „*tyrum Carpophori, Exanthi, Caſſii, Severini, Secundi, & Licinii,* „*qui in confeſſione Chriſti capite truncati ſunt.* Meminit ipſorum „Martyrum Galeſinus ex veteribus monumentis Eccleſiæ Medio- „lanenſis, Bergomenſis, & Aquilegienſis. Ignorarunt ſanè hiſto- „riam iſtam Comenſes cives, cum anno Domini CIↃCCCCXCVIII. „pro foribus ædis B. Virginis ſui concivis junioris Plinii mar- „mori incidi curarunt hujuſmodi inſcriptionem, ſine Martyris „titulo, quam Volaterranus refert lib. XVIII.

C. PLINIO CÆCILIO SECUNDO,

QUI CONSULATU, AUGURATU, MILITIÆ GESTIS, AC ORANDIS CAUSIS, POEMATIBUS, ET HISTORIIS CONFICIENDIS,

CÆSA-

Anno Christi

CÆSAREM TRAIANUM AUGUST. LUCULENTISSIME LAUDANDO, ADFICIENDOQ. IMMENSA LIBERALITATE PATRIAM SUAM, EIDEM IMMORTALE CONTULIT ORNAMENTUM, ORDO COMENSIS CONCIVI SUO DESIDERABILI, HONORE ACCEPTO, MONUMENTUM POSUIT.

M. CCCC. Lxxxx. VIII.

KAL. MAJI.

FUNCTUS ERAM SED TUM VETERI PRÆCLARUS HONORE;
VIVEBAM, PERII: NUNC QUOQUE VITA MIHI EST.

„ E latere dextro hujus memoria extat alia C. Plinii Secundi „ſenioris, quam tu lector apud eumdem Volaterranum legere „poteris.

Hæc & ſimilia iſtis alia quoties lego, non poſſum ſatis mirari ſtuporem hominum, qui talia aut ſcribere aut credere potuerunt. Hoc demum eſt cum ratione inſanire. An quia in Actis Martyrum legitur pro Chriſti nomine Secundum paſſum fuiſſe, Plinius Secundus intelligendus eſt? Plures Secundi dicti ſunt, quam hic Plinius. Solæ illæ litteræ, quas jam exhibui, Chriſtianum eum fuiſſe, primis hujus fabulæ auctoribus perſuaſere. Agnoſco quidem ego luculentum exſtare in iis de Chriſtianorum innocentia ac integritate teſtimonium; ſed & illud in iis invenio, Chriſtianam religionem, *exitiabilem ſuperſtitionem* appellari. Si Chriſtianorum doctrina exitiabilis ſuperſtitio viſa ei ſit, quare aut quomodo dicitur Chriſtianus? Si Chriſtianorum aliquis Stoicorum & in docendo & in ſcribendo ſeveritatem laudibus extolleret, an ideirco Stoicus merito diceretur? Qui paganus Chriſtianorum vitam moreſque commendat, non eo minus paganus eſt. Sed dictu prope infinitum eſt, quam levi & nulla ratione moti jam olim nonnulli Chriſtianæ Hiſtoriæ ſcriptores plurimos Chriſti nomen profeſſos tradiderint, qui Chriſtiani non fuere. Cum hoc, quod hic nobis oblatum eſt, exemplo unum modo jam conjungam; ex quo & liquido conſtabit veriſſimam eſſe eam rationem hujus de Plinio Chriſtiano commenti, quam jam dedi. Pontii Pilati, ſub quo Dominus noſter paſſus eſt, uxor (Clau-

C I.

Fabulæ, quæ in Hiſtoriam Chriſtianam irrepſere, notantur.

Anno Chriſti

diam Proculam vocant, quorum animo immota ſedet ac fixa quidvis fingendi libido) Chriſtiana fuiſſe dicitur. Pſeudodexter ille, cujus jam meminimus, in Chronico: *Claudia Procula, uxor Pilati, admonita per ſomnium, in Chriſtum credit, & ſalutem conſequitur.* Certe huic etiam quorundam ſententiæ occaſionem dedere illa, quæ apud Matthæum de Pilati conjuge leguntur verba; *Sedente autem illo*, Pilato nempe, *pro tribunali, miſit ad eum uxor, dicens; Nihil tibi & juſto illi; multa enim paſſa ſum hodie per viſum, propter eum.* Quia igitur marito dixit illa, *Nihil tibi & juſto illi*; ſcilicet Chriſto, Chriſtiana fuit. Qua ratione id colligant, qui tradunt, ſcire ego velim. Pro innocentia Chriſti, tanquam non damnandi aut crucifigendi, vel non rei, pronunciat, non autem pro Chriſto, tanquam cujus ſanguine ac morte genus humanum redimendum eſſet. Sed hæc hic obiter. Alibi plura de ejuſmodi veterum Chriſtianorum commentis dicemus. Unum hoc modo nunc addam, mirum videri poſſe, quare & iidem Pilatum Chriſtianum non fecerint. Nam hæc ejus de Chriſto verba exſtant; *Nihil mali fecit.* Sed quia alio & ſequuto poſtremo Pilati de Chriſto judicio, in gratiam Iudæorum, Chriſtus damnatus eſt, Chriſtianum factum Pilatum credere non debuere.

Fabula de uxore Pilati Chriſtianâ obiter refellitur.

C I.

In Oriente Tigris fit limes imperii Romani.

Neque minus bellica gloria inſignis Trajanus fuit, Romano imperio per Orientem pariter & Occidentem longe lateque propagato. Tranſgreſſus enim Euphratem, Armeniam, Meſopotamiam & Aſſyriam provincias fecit. Adeo ut ſic Tigris factus ſit imperii limes in Oriente.

In Occidente ultra Danubium extenditur, Daciâ occupatâ.

In Occidente trans Danubium Daciam vi armorum, victo Decebalo, gentis rege nobiliſſimo, ſuperavit. Adeo ut in Occidente ultra Danubium tunc ſeſe exporrexerit idem illud imperium Romanum. De Dacia hac, in formam provinciæ ſic redactâ, paullo uberius quædam hic nobis dicenda ſunt, ut qualis ditio eo nomine olim ſignificata fuerit, rectius intelligatur; inprimis autem reddenda illuſtriſſimi viri Stephani Samoſcii, quæ accepimus, ea de re verba, quæ hæc lecturis forte non ingrata futura ſunt, exiſtimavimus. Tranſylvania, Græcis monarchiam obtinentibus, Thraciæ annumerata eſt; à quibus omnis etiam illa ora, nec cœlo nec ſolo, ut Pomponius ait, tractabilis, ac à reliquo Græciæ corpore aſperitate montium & ſylvarum ſequeſtrata, eo nomine donata eſt. A Romanis ſcriptoribus Scythiæ Europeæ

pars

pars fuit habita, ac Daciæ nomine celebrata. Ea olim à Tibiſco fluvio ad Euxinum uſque Pontum, à Sarmaticis denique montibus ad Danubium uſque fuit protenſa, vaſta amplaque regio. Hodie ea quæ Tranſylvania eſt, vix trientem veteris Daciæ implet. Ptolemæus, præter hanc deſcriptionem, Carpaticis etiam montibus Daciam circumſcribit, qui à Sarmaticis montibus orti ultro citroque radicibus diſpalatis in Daciam deſcendunt; ubi divaricati inſulari quaſi forma Tranſylvaniam regionem conſtituunt, atque hic jam Carpati nomen obtinent, ex Ptolemæi deſcriptione. Atque hoc ideo libuit referre, quod videam pleroſque in Sarmaticorum montium, & Carpati deſcriptione hallucinari. Itaque Tranſylvaniæ montes, quibus ipſa regio quaſi ambitur, non Carpati radices, ſed ipſe eſt Carpatus. Sylvarum autem ſaltus, qui hos montes undique veſtiunt, & à quibus regio ipſa nomen ſortita eſt, Herciniæ ſylvæ appendices eſſe, veterum teſtimonia confirmare videntur. Cæſar enim Lib. VI. Comment. Herciniam ſylvam in Europa omnium maximam in Germania oriri, ac recta fluminis Danubii regione ad fines Dacorum pertinere, ait. Quod vero hodie ejus ſylvæ magnitudo, tantopere à veteribus decantata, continua non ſit, ſed multis ubique longiſque interrupta ſpatiis, populorum inhabitantium multitudo effecit: quæ exciſis ſylvis ſuperatiſque montibus habitationi eam accommodam reddidit. Nec ſolum in regionibus temperatis hæc populorum propago diffuſa eſt, ſed & loca torridæ plagæ, præ intenſiſſimo calore, atque adeo ipſe quoque interior ſeptentrio, præ vehementi gelu, olim inhabitabilia, hodie cultoribus non deſtituuntur; quod experientia recentiorum manifeſte comprobavit. Atque ita Ariſtotelis & veterum de iis ſententia vera eſſe poteſt. Non enim illis ſæculis, ſed poſtea, habitari cœpit, populorum propagine omnes terrarum partes occupante. Fuit olim Dacia florens non opibus tantum & ſummis Regibus, ſed & urbibus. Ptolemæus celebriora ejus oppida XLII. fere enumerat. Nunc vix paucarum vel ruina ſuperest. Primus Trajanus eam Romano imperio adjecit, victoque ac interfecto Decebalo rege, in provinciæ formam redegit; quam ducentis fere poſt annis Galienus amiſit; ac iterum ſe illa ab Imperio Romanorum vindicavit, libertatique priſtinæ aſſeruit. Sicut autem Euphrates ab Oriente fatalis fuit imperii Ro-

Anno Chriſti

Dacia veterum qua ac qualis ditio fuerit.

Tranſylvania ejus pars. Et unde nomen habeat.

C I.

Quâ occaſione ſylva Hercinia, olim vaſtiſſima, decreverit.

Daciam provinciam facit Trajanus.

Anno Chriſti

mani terminus, ultra quem infauſtis ſemper auſpiciis proceſſum eſt: ita à Septentrione Danubium, & non multo tempore Daciam, fortuna illorum potentiæ obices poſuerat. Has autem Dacias non ſoli Daci, ſed aliarum etiam gentium promiſcua multitudo olim inhabitavit, ut Sarmatarum, Getarum, Baſtarnarum, Iazygum, aliorumque item, quorum & Ovidius exul toties meminit. Iazyges vero qui & ubi fuerint multi inquirunt, nec ab re. Nam vix eorum vel memoria ſupereſt amplius. At fortaſſis non difficulter inveniri poſſunt. Ptolemæus enim, qui Antonino imperante vixit, regionem Iazygum Tibiſco fluvio, Danubio item & Sarmaticis montibus, comprehendit. Quod terræ ſpatium non eſt aliud, quam mediterranea illa & campeſtris Ungariæ pars, Danubio Tibiſcoque fluminibus interjecta. Non igitur rem ſatis videntur aſſecuti Geographi hujus temporis, quorum plerique Iazygum regionem *Siebenbergan*, hoc eſt, Septem Caſtra, ſeu Tranſylvaniam eſſe ſtatuunt, cum hæc ipſa olim fuerit veteris Daciæ, non Iazygiæ pars. In Iazygum regione ponit Ptolemæus Gormanum, quod hodie Caſſoviam dixerim, ſi Geographorum judicium non repugnet. Ii certe falluntur, qui Claudiopolim Tranſylvaniæ eſſe annotarunt, cum & elevatio poli & ſitus regionis toto cœlo repugnent. Claudiopolim eſſe Zeugma Ptolemæi multi lapides in Tranſylvania docent. In mediterraneis Iazygum obſoletæ gentis oppidum adhuc remanſit, *Iazbrin*, id eſt, Iazygum fons, Germanica nomenclatura. Ex his Plinii locus Lib. IV. Cap. XII. Nat. Hiſt. expendi poteſt, qui Dacorum, à Iazygibus pulſorum in interiora montium Carpaticorum, ſic meminit: *Campos & plana Iazyges tenent; montes vero & ſaltus pulſi ab his Daci, ad Patiſſum amnem à Moro.* Patiſſum autem intelligo fluvium Tiſſum, ſeu Tiſſam, Ptolemæo Tibiſcum dictum. Ocioſe prima ſyllaba *Pa* in Plinio adjecta eſt. Quanquam, an nævus aliquis occupaverit locum, ut innumera alia in Plinio, dubitari poſſit. Itaque ſi liceat in claſſem Criticorum hanc conjecturam inferre, legerim: *Pulſi ab his Daci ultra Tiſſum amnem ad Moros.* Pro quorum poſtremo vetus lectio in Plinio habet, *Amoros;* quod verbum diviſis ſyllabis legendum eſt, *ad Moros.* Moros autem fluvius eſt Daciæ, idem adhuc nomen vulgo retinens. Tacito Marus, quem mox citabimus. Tibeſis apud Herodotum in hoc eodem climate ponitur; qui Tibiſcus

Dacia à quibus populis habitata.

Veterum Iazyges.

CIII.

Plinius fortè emendatus.

eſſe

eſſe putatur, etiamſi deſcriptio non penitus quadret. Apud Ammianum vero *Parthiſcus* legitur, vox Plinianæ conſimilis. Dacorum & Iazygum deſcriptio, quam Plinius oſtendit, ad mentem Ptolemæi apprimè facit. Nec vero Daci poterant à Iazygibus pelli ad Patiſſum amnem à Moro, niſi ipſi pellentes tenuiſſent partem Occidentalem ad Tiſſum fluvium. Ex qua Ptolemæi & Plinii animadverſione, locus quoque ex Strabone Lib. VII. caſtigari poteſt, qui ait, *Getas mediterranea occupare ab Occidente, Germaniam verſus & Iſtri fontes.* Atqui ad Iſtri fontes, qui in media fere Germania oriuntur, Getæ nunquam habitarunt, cum ea Europæ pars ab omni ævo Germaniæ fuerit. Pro ἴϛρυ itaque τίσσυ legendum eſſe, res ipſa liquido demonſtrat. Oritur enim Tiſſus in montibus Carpaticis, quibus Daci & Getæ terminantur. Et facilis fuit lapſus, notiſſimi fluminis nomen pro minus noto ponere, vocabuli quoque lineamentis non multum repugnantibus. Deinde vero Danubius ad fontes ſuos Iſter non eſt dictus, cum hoc nominis in Pannonia tandem ad Taurunnum aſſumat, ubi Græcis vicinior, à quibus ἴϛρος dictus eſt, multa fluminum rapina onuſtus delabitur. Extat lapis ad Ulpiam Trajanam, in quo Tibiſſi & Danuvii (ſic enim ſcripta ſunt) præfectura, pontiſque Trajani cura legitur. Is ad latus urbis, qua amphitheatri magnifici rudera ſpectantur, habetur:

Anno Chriſti

Et Strabo.

CIII.

M. PAPIRIO M. F. COR.
PRÆF. COH. I PANN. IN. DACIA
PRÆF. RIPÆ. TIBISSI. DANUVII.
CVRATORI. PONTIS. AVG. IN. MOESIA.
II. VIRO. POP. PLEPSQ. ULPIA TRAIA.
SAR. PATR. H. M. P.

Ex quo & diſtinctio Volaterrani vera eſſe videtur, qui Mœſiam hanc Danubio vicinam, eam vero, quæ in Aſia eſt, Myſiam dici contendit. Tranſylvania autem nullos advenas, uti ferè omnes montanæ regiones, indigenas vero fluvios multos habet, è quibus Moros Plinii eſt, ut diximus. Jam vero & apud Tacitum Lib. 11. Annalium, ſi quid obſcuritati illi, locorumque & gentium caligini, conjectura opis afferre poteſt; Marum & Cuſum flumina ultra Danubium, inter quæ Marobodui & Catualdæ Regum milites fuerant collocati, hos fluvios, Dacia oriundos, intel-

Tacitus illuſtratus.

 ligo.

Anno Chriſti

ligo. Quorum prior Marus, & nomen ad hanc ætatem in vulgo, in literis, in libris integre retinuit. Poſterioris autem primam ſyllabam tempus depravavit. Nam cum ſuperioribus ſæculis T literæ columna inferior in C formam incurvata & ſupernè linea impoſita à librariis ſcripta fuerit, inde nævi origo nata eſt, ut pro Tiſſum, Cuſum (quod nuſquam eſt) irrepſerit. Si itaque in doctorum urnam hunc calculum conjicere liceat, ſic locum Taciti legerim: *Barbari utrumque comitati, ne quietas provincias immixti turbarent, Danubium ultra, inter flumina Marum & Tiſium locantur.* Quæ regio Dacorum fuit, & Iazygum; qui & Iazi à Procopio & Ovidio dicuntur, quæ gentes omnes hodie perierunt, vel in Sarmatarum aliorumque populorum familiam degeneraſſe putantur. Beatus Rhenanus per hunc Cuſum, qui apud Tacitum legitur, Chryſium Daciæ fluvium, qui nunc *Keres* appellatur, intelligi vult. Cujus auctoritati non invitus aſſentior. Et potuit ex Chryſio ſeu Chruſio in Cuſum corrumpi id vocabulum. Porro Marus fluvius Getarum, apud Strabonem Mariſus eſt; qui tamen non in Danubium, ut Strabo vult, ſed in Tiſſum proxime Danubium, ſeſe exonerat. Maris fluvius in hoc eodem tractu ponitur ab Herodoto; quem fluvium Agathyrſorum eſſe dicit, in Iſtrum fluentem. Agathyrſi autem Scythiæ ſive Daciæ fuerunt populi; quorum multas nationes Plinius enumerat.

Tacitus fortè emendatus.

CIII.

Dacia Romanorum colonia.

Daciam hanc, qua de locuti ſumus, Romanorum fuiſſe Coloniam, præter veterum ſcripta, urbium multarum cadavera teſtantur; ex quarum ſepultis ruderibus lapides plurimi Romanis characteribus notati hodie eruuntur. Extat in aula Sereniſs. Principis lapis literis foſſilibus exaratus, in quo Daciæ, & Metropolis Ulpiæ Trajanæ, memoria hæc extat:

IMP. CÆS.
M. ANTONIO. GOR
DIANO. PIO. FELICI
AVG. PONTIF. MAX.
TRIB. POT. II. COS. PP.
COLONIA. ULPIA
TRAI. AVG. DACIC.
SARMIZ. METROP.
DICATISSIMA. NV
MINI. MAIESTATI
QVE EIVS.

Et

Anno Chriſti

Et ad Ulpiæ Trajanæ rudera lapis alius, ubi Marci Antonini, cognomento Philoſophi, & Daciæ provinciæ titulus legitur:

IMP. CÆS.
M. ÆLIO. ANTONINO
PIO. AVG. PONT. MAX.
TRIB. POT. XVI. PP.
CVIVS NVTV ET AVSPI
CIIS PROVINCIA DACI
CA GVBERNATVR. M.
SVRRIANVS PR. PR
NVMINI EIIVS

In unico quoque Ulpiæ proximo, Daciæ provinciæ, Iaſſioſum & Dacorum militum talis exſtat mentio:

ET VOT. XXX.
MAGNO ET INVICTO IMP. CÆS.
T. ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO.
PIO. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT.
XVI. COS. III. PP. PRO. SALVTE, ET.
FELICI PONT. MAX. ET. ANNIÆ
FAVSTINÆ. AVG. CONIVGI. C. CLOD.
VI. PRÆF. M. DACORVM. IASSIOR.
HANC. STATVAM. IN. AVRARIA
NVMINIBVS. MAIESTAT. Q. EORVM.

CIII.

Ac alii quoque lapides paſſim manifeſte oſtendunt, Romanas Colonias in eam regionem migraſſe; à quibus variis bellorum tempeſtatibus fortunaque loci diſperſæ in eo tractu ſuperſunt Valachorum familiæ; quæ ſanè gens nunc ſoli nata ſervituti nil eſt aliud quam Davorum Parmenonumque turba, ut non temere veterum Davorum regionem una cum fortuna occupaſſe videantur. Hi nec oppida, nec patentes campos, ſed gurguſtiola duntaxat mapaliaque in faucibus montium habitant, tripartitorum Tranſylvaniæ populorum ultimi, ac fortaſſe nequiſſimi. Nec eos quiſquam Colonos Romanos fuiſſe unquam cenſeret, niſi lingua originem proderet, quæ licet tot ſæculorum ſpacio in Barbariem ſummam degeneraverit, non obſcure tamen Latinus

Valachi Romanorum coloni, & qualis ea gens.

Anno Chriſti

ſermo in ea agnoſci poteſt. Quinetiam ſeſe adhuc Romanos appellant, cum tamen nihil Romanæ indolis habeant. Vetus Latina lingua in quatuor præcipuas, longeque diſcrepantes diſpertita eſt dialectos, in Italicam, Gallicam, Hiſpanam, & Valachicam; in quarum ſingulis Latinæ linguæ veſtigia non dubiis indiciis elucent. Nec mirum fuit, gentes toto cœlo terraque diſſitas, ab origine ſuæ linguæ tam procul diſceſſiſſe. Nec enim mutuo commercio verborum uti ob regionum intervallum potuerunt. Itaque ut olim Græcia in quinque dialectos, ſic hodie pleræque linguæ in varias ſenſim diſpeſcuntur loquendi formas.

Quæ iis linguæ.

Dicti ſunt Valachi, non à Flacco, ut Bonfinius, & alii, comminiſcuntur: ſed quia aborigines eorum à Pannonibus *Olaz* vocantur; hinc *Olahi*, ac, additis literis, tandem *Valachi* ſunt dicti. Fit autem ſæpe ut in vernaculo indigenarum idiomate peregrinas originationes imperiti linguarum confingant. Ita idem Bonfinius Sekelos Tranſylvanos à Siculis, quibuſcum nihil habent commune, indigitat: cum certam ex patria lingua teneant vocis originem, quibus *ſekhel*, ſedium ſeu comitiorum locum ſignificat. Quam vocem uti barbaram ad comitia literariæ dictaturæ

Vnde Valachorũ nomen, & Sekelorum Tranſylvanorum.

CIII. ille citans, ac in Latinæ linguæ nobiliorem tribum intrudere volens, in Siculos permutavit, vernaculi verbi idioma prorſus abolens. Cui etiam lepidam fabulam interjecit, metu Caroli Magni, ne internoſci poſſent, olim illos mutatis ſedibus & nomina commutaſſe. Verùm Carolus Magnus cum iis ne quidem unquam pugnavit. Temporum enim ratio, ſi quis computet, multis ſæculis repugnat. Eorum regiuncula etiam hodie in ſeptem ſedes eſt diviſa. Quæ etſi non conjecturæ, ſed penitus ὀφθαλμοφανῆ ſunt, has tamen nullius oblectamenti ἐπιφυλλίδας non veſtigarem, niſi viderem quoſdam ſecuros veri, magna cum autoritate, ſed non ſine futili corybantiſmo, annalibus quotidie eas nugas intrudere. Supereſt apud hos in Tranſylvania, genus quoddam vernaculum ſcribendi, quod ab majoribus eorum Scythis, jam inde per multa ſæcula poſteritati traditum, ac ab Oriente in Europam illatum, retinetur. Sicut autem linguarum diſſimilitudine Aſiatici ab Europæis herciſcuntur, ita & literarum notis ſcribendique forma per omnia diſſident. Nam, cum Europæi dextrorſum elementorum figuras ducant, Aſiatici ſiniſtrorſus ſuas pingunt, ut notum eſt. Ex his duabus ſcribendi formis

Peculiare ipſis ſcripturæ genus in uſu. Et qualis ea ſit.

cæteræ

cæteræ etiam in toto orbe ut originem habent, ita & motus rationem hanc vel illam ſequuntur. Sola Siculorum ſcriptura noluit eas leges imitari. Ea enim non ultro citroque, uti Græca & Hebræa, ſed initium a ſummo faciens, horſum ſe capeſſit, literis deorſum tendentibus, ac tam ſubtili complexione implicatis, ut pauciſſimis multa abſolvatur ſententia. Itaque non ſcriptorum ſemper atramento, ſed particulis oblongis fruſtelliſque in quadrum dolatis, cultelli cuſpide, veluti ſtylo, literas confertim hærentes inſculpunt. Quod & ſcripturæ genus cum iiſdem priſcarum literarum notis hucuſque temporis penes illos remanſit. Talis typi exemplar perquam vetuſtum integro volumine, in Bibliotheca Magni Ducis Hetruriæ, Florentiæ hodie extat, mirandis ſanè & incognitis Europæ literarum notis. Charta non eſt opiſtographa, ſed adverſa tantum parte conſcripta: verum ita ob ſubtilitatem papyri tralucent omnes literæ, ut averſa quoque parte, non minus quam adverſa, legi pariter queant. Non è lineis chartis, quales hodie in uſu, ſed Nilotica papyro volumen conſtat; nec calamo eſt exaratum, ſed typo impreſſum, ubi verſuum *συςοιχίαι* dependulæ, ſingularibus lineis per quælibet interſtitia inſertis, inter ſeſe diſtinguuntur. Nec vero ipſi tantum characteres, ſed totus etiam codex multam vetuſtatem omnibus argumentis præ ſe fert. Ut jam deſinant gloriari Europæi de ſua illo Typographia nuperrime inventa, cum hic liber ante multa ſæcula impreſſus literis huic orbi incognitis, Scythas ejus rei autores manifeſte proclamet. Quod & Paulus Jovius ab Oriente per Scythas ad Europæos veniſſe recte jampridem ſcripſit. Dacorum porro & Iaſſiorum memoria, quæ in hoc lapide citatur, ita obſoleta eſt, ut non horum ſolum, ſed & aliarum gentium, oppidorum, fluminum, regionum nomina penè extincta ſint. Et qui vetera omnia ad recentiores poſſet accommodare appellationes, næ ille magnus Apollo inter literatos, inque vetuſtatis gnarorum Senatu dictaturam merito capeſſere poſſit. Tantas enim totus terrarum orbis hac ultima mundi chiliade mutationes accepit, ut pene alius à vetere videri poſſit. Nam & ipſa Latinæ linguæ & imperii olim parens Italia vix vel nomina habet, quæ prius habebat. Iudæa luſtrum eſt, non Iudæa. Quid? In ipſa Græcia, quæ omnibus terris ſe impoſuiſſe nomina gloriabatur, Græciam quæras, nec tamen invenias; uſque adeo non

Anno Chriſti C III.

Liber ante aliquot ſæcula eorum literis, & typis quoque deſcriptus in Bibliotheca Florentina extare dicitur.

De typographia ab Europæis inventa obiter agit Samoſcius, & ab iis inventam negat.

ſimo hriſti

aliena tantum, ſed & ſua nomina amiſit. Ita & Dacia vetus quæ fuit, hodie Tranſylvania, Tranſalpina & Modavia eſt. Quarum prior a ſylvarum ambitu, quibus cingitur, altera ab alpium dorſis, tertia a Mæotide palude, cui adhæret, quaſi Mæotavia dicta fuit, quæ nunc Modavia nuncupatur, etiamſi Bonfinius & Volaterranus ſecus ariolentur. Dacorum, Iazygum aliorumq; indigenarum ſedes pene vcauas advenæ Ungari nuper involarunt, prioribus illis vel ejectis vel in ſervitutem miſſis. Daci autem, Davi & Dani iidem fuiſſe putantur, ex quibus ſervi apud Comicos Latinos habentur, uti apud Græcos ex Lydis & Myſis. Et extant apud Ptolemæum oppidorum nomina, Davorum incolarum nomen referentia, ut Sergidava a Davis & Sargetia amne dicta, ubi hodie Deva ejuſdem nominis caſtellum in editiſſimo jugo ſitum eſt. Hæc oppida ὁμοιοτέλευτα Singidava, Comidava, Sergidava & plura, quæ Ptolemæus habet, in *dava* deſinentia, gentis ejus nomen demonſtrare videntur. Quanquam ſunt qui pro *dava*, *dana* ſcribant. Sed utrumque cum antiquitate rectè convenit; nam Davi & Dani unius gentis nomina ſynonyma eſſe dicuntur.

Daciam Ungari indem invaſe...

CIII. Atque ideo & Danubium Cato dictum eſſe vult, quod ei Danæ gentes accolæ nomen id indiderint. Lapidum vero reliquiæ in Dacia, *dava* oſtendunt dici oportere. Lapis truncus propter Sacellum Oſtrohienſe (is vicus eſt Ulpiæ Trajanæ proximus) Sergidavenſis oppidi nomen ſic habet:

AVL. CRIS. . . . . .
VOLT. . . . . . .
XIII. . . . . .
LORVM INIVRIA ET . .
NIS VIOLENTIA
DIRVPTVM. POPVLO
PLEBIQ. SERGIDA
VENSI RESTITVIT.

Vlpia Trajana Metropolis Daciæ.

Cujus lacunæ ſic fortaſſe repleri poterunt: *Aulus Criſpus è tribu Voltinia, præfectus legionis tertiædecimæ Geminæ, pontem, bellorum injuria & amnis violentia diruptum, &c.* A Trajano, qui eam regionem in provinciæ formam redegit, dicta eſt Ulpia Trajana Metropolis Daciæ, quæ antea Sarmiz Ægethuſa dicebatur. Victo

enim

enim Decebalo Rege, primus Trajanus illuc coloniam deduxit, Dione teſte, regiamque ejus de ſe nominavit. Elevationem urbis, Ptolemæus, qui ea florente vixit, facit long. grad. 47. 50. latitud. 45. 15. Ejus hodie nihil, præter ingentia rudera priſcam magnificentiam teſtantia, ſupereſt; quæ collabente Romano imperio ipſa quoque deleta fuit, nec unquam poſtea reſtaurata. Ita enim quædam urbes fato quodam ſunt πανολέθροι, ut nunquam ex interitu reſurgere valeant. Ea olim in media Dacia fuit ſita; nunc limes eſt Tranſylvaniæ, Pontum verſus. Scholiaſtæ, qui eam in Ptolemæo Coronam urbem Tranſylvaniæ annotarunt, tam longe a vero abſunt, quam Ulpia a Corona. Nam nec poli ratio reſpondet, nec ætas Coronæ, quæ Ulpiâ longe recentior eſt. Nunc ad ejus rudera viculus eſt Valachorum Gradiſtia. Ruinæ ipſæ vocantur ab accolis *Vathel*, id eſt, Arcis locus: nec procul inde aliæ ruinæ, corrupto ex Decebalo nomine, *Deczel* appellatæ. Ibi lapides Romani partim eruti, partim ſua ruina detecti, eorum temporum memoriam referentes, multi conſpiciuntur; è quibus unus eſt ad delubrum vetus, quod marmoribus, rudi opere in ſolum depactis, circumſcriptum eſt. Ejus apographum ſic habet: *Anno Christi* CIII.

IMP. CÆS. DIVI. NERVÆ
TRAIANO. HADRIANO. AVG.
PONT. MAX. COS. III. PP.
CVIVS. VIRTVTE. DACIA. IMPE
RIO. ADDITA. FELIX. EST
M. ARRIVSQ. R. COL. UL
PIÆ. TRAI. SARMIZ
DEVOTVS. NVMINI. EIVS
EX. VOTO P.

Trajanus Dacicus appellatus. Hic eſt Trajanus ille, Principum omnium Romanorum laudatiſſimus; quem Nerva ſibi in imperio ſucceſſorem adoptavit. Trajanus ob Decebalum, Regem Daciæ, victum, Dacicus cognominatus eſt; quorum bella Dio deſcripſit. Ac Decebalus quidem primo certamine victus, certis conditionibus pacem à Trajano impetravit, ſeque illi ſubmiſit. Quem non multo poſt, a fide data deficientem, novo bello Trajanus aggreſſus eſt. Is, cum iterum victus eſſet, & vereretur, ne Romani ex recenti victo-

Anno Christi

ria regnum quoque invaderent, ſtratagemate perquam aſtuto eſt uſus. Nam arbores ſuccidens, earum truncos armis inſtruxit, ut procul armatorum faciem redderent; quibus deterriti Romani receſſerunt tanquam victi. Sed poſtea, cum a Trajano multis præliis ita eſſet attritus, ut amplius ſpes non ſupereſſet, ne hoſti lætiorem faceret victoriam, ſibi ipſi vitam ademit; cujus tamen caput Romam poſtea perlatum eſt, & Dacia in poteſtatem populi Romani redacta, Trajanuſque in eam coloniam deduxit. Sed antequam Decebalus mortem ſibi conſciſceret, Trajano eum armis victricibus urgente, in ipſa rerum deſperatione, ne victori una cum regno theſaurum, quem opulentum habebat, relinqueret, totum in imo Sargetiæ amnis vado, opportuno aſtu, reconditerat. Derivato enim fluvio, terraque altius defoſſa, omnem theſaurum, ac precioſiſſimas quaſque & deſideratiſſimas res in cuniculoſum eum fornicem congeſſit, ſaxiſque prægrandibus ac aggeribus ita communiit, ut ne humectari quidem poſſet quicquid infra recondetetur; mox amnem averſum in priſtinum alveum reduxit. Captivos, quorum opera ea in re uſus fuerat, ne index quiſquam ſupereſſet, ad unum omnes interfecit. Bicilis præcipuus amicus Regis, & cui uni omnia conſilia ſua Decebalus credere ſolitus erat, poſt illius interitum, Trajano aurum patefecit. Ita Decebalus a Trajano primum, mox etiam a ſeſe victus, vitam pariter regnumque reliquit. Maluit ſe vita privare, quam inglorius vivere, qui jam regno & ſolio privatus erat. Eſt autem Sargetia amnis apud Dionem, vulgo *Strig* dictus, qui urbem Regiam Decebali fere contingebat, nominis priſci veſtigia qualiacunque adhuc retinens. Ejus amnis limpidus, qui ruit magis quam fluit, in Marum proxime Devam illabitur. Hujus Dacici belli ſimulachra pulcherrimo artificio celata hodie Romæ viſuntur in cochlide columna Trajani; cujus pugnæ ſeriem iſthic expreſſam non ſine voluptate ſpectare eſt. Columna eſt in altum aſſurgens, in cujus faſtigium intus per 158. gradus aſcenditur, cochleæ inſtar gyro perpetuo ſenſim circumeundo. Foris vero ex marmore ab imo ad ſummum uſque anaglyphicis ſculpturis Trajani cum Decebalo certamen oſtenditur. In imo eſt Danubius, viri barbati imagine; caput habet arundinibus circumplexum, ac ex urna, cui cubito innititur, flumen effundit. Mox ſequitur pontis ædificium; quem Trajanus in Danubio faciendum curaverat, magni-

Decebali inſignis aſtus in theſauris occultandis.

CIII.

Manus ſibi violentas ipſe infert.

Dacici hujus belli imagines in columna Trajani hodie adhuc Romæ ſuperſunt.

fico mirandoque opere. Undarum ſeſe criſpantium glomi intra pilas colluctantur, ſurgentiſque ac fornicati pontis imago exhibetur. Poſtea ſylvæ excinduntur, quibus itineribus exercitus Trajani in Daciam irrumpit. Nec mora, certamen committitur, juſtaque ſerie omnes belli eventus illic cælati viſuntur. Hinc ſupplex Decebalus ad Trajanum deducitur, eumque proſtratus ad pedes veneratur, ac pacis conditiones accipit. Mox rebellanti bellum iterum infertur; Decebalus cum toto exercitu diſpargitur; caput mortui palo affixum portatur. Hinc ejus regia Sarmiz arietibus baliſtiſque oppugnatur & expugnatur. Cæteraque omnia Trajani rerum monumenta mira arte ibidem expreſſa cernuntur. *Anno Christi*

Inter gentes, quas non quidem ſubegit, ſed in fidem accepit Trajanus, Sarmatæ quoque, ſive Sauromatæ, memorantur. Meminit certe Euſebius in Chronico. Sarmatas autem veteres vocant populos trans Iſtrum, non procul ab ejus oſtiis (ubi etiam fuit Sarmatarum quædam inſula) partem aliquam longe lateque ſparſorum Scytharum. Boſporo Thracio vicinos fuiſſe Plinii ad Trajanum Epiſtola docet, libro x. Cognitorum Romanis in hoc orbis tractu populorum prope ultimi fuiſſe videntur. Unde Juvenalis illud; *Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum.* Geſtarum autem per Trajani legatos cum Sarmatis rerum nuſquam hodie exſtat memoria. Hæc gens jam ab Auguſti temporibus, ut Dio notat, Romanis infeſta ac moleſta frequentes in Myſiam & Pannoniam fecerat impreſſiones. *Sarmatæ in fidem accepti, & quales illi populus.* CIII.

Auctis hunc ad modum & in Oriente & in Occidente Romani imperii rebus provinciiſque, nunquam latius, quam nunc, imperitatum eſt. Cæterum exceſſit ſic Trajanus Auguſti Cæſaris de coërcendo intra limites imperio, ne mole ſcilicet ſua rueret, prudentiſſimum conſilium, cujus ſupra nos fecimus mentionem. Et profecto verum eſt illud Scytharum legatorum ad Alexandrum, quod apud Curtium legitur; facilius quædam manus noſtras, publicas illas inprimis, apprehendere, quam continere. Accedit & illud, quod plerumq; ſuccedentibus Principibus deſit illa virtutis ac curæ neceſſaria magnitudo, quæ iis fuit, qui Rempubl. auxere. Quæ & ratio eſt, quare nonnulla imperia cœpiſſe tunc decreſcere legamus, cum jam ſumma, & ſic nimia, accepiſſent incrementa. Quod & Romano eveniſſe, ex ſequentibus poteſt conſtare. *Nunquam latius à Romanis imperitatū, quam ſub Trajano.*

Anno Chriſti

C XVIII. ÆLIUS HADRIANUS, IMP.

Tandem Trajanus Agarenos, quos Arabum gentem fuiſſe conſtat, bello fruſtra aggreſſus, rebuſque infectis retro ferre pedem coactus, ex mœrore, ut creditur, animi mortem ſibi contraxit, & in Cilicia ex aqua intercute obiit.

ÆLIUS HADRIANUS Trajanum in imperio ſequitur.

Is teſtamento à Trajano adoptatus, cum Trajani nomine & imperium & omnia imperii ornamenta, quantumvis initio aliqua diſſimulatione uſus, re tamen ipſa & ſuſcepit & geſſit. Quare & TRAIANUS HADRIANUS in nummis appellatur.

Clementius agit cũ Chriſtianis.

Hic clementius cum Chriſtianis egiſſe, imo & templum Chriſto exſtruere voluiſſe dicitur. Ælius Lampridius in Alexandro Severo; *Chriſto templum facere voluit*, Severus nempe, *eumque inter Deos recipere. Quod & Hadrianus cogitaſſe fertur, qui templa in omnibus civitatibus ſine ſimulacris juſſerat fieri; quæ hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Hadriani, quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur: ſed prohibitus eſt ab iis, qui conſulentes ſacra repererant, omnes Chriſtianos futuros, ſi id optato eveniſſet, & reliqua templa deſerenda.* Ex quibus verbis apertum eſt, magna nunc temporis facta eſſe Chriſtianæ rei incrementa, adeo ut ab eorum qui Chriſti profeſſi nomen erant multitudine, metuere ſibi pagani cœperint. Cæterum ſuſpectam falſi hanc Lampridii narrationem viri eruditiſſimi, inprimis Iſaacus Caſaubonus, habent. De Tiberio narrant hoc Tertullianus & alii patres Græci ac Latini: de Hadriano vero nemo illorum, ſi ſatis memini, ſimile quicquam. Et mirum profecto tam nobilem hiſtoriam tot fidei Chriſtianæ propugnatores acerrimos, viros undecunque doctiſſimos, & quorum intererat hoc ſcire, potuiſſe fugere. Sed videtur hæc de Hadriano ſuſpicio multo poſt ejus ſæculum hominum mentes inſediſſe: cum neque Juſtinus Martyr, neque Athenagoras, neque Tertullianus, neque Cyprianus, aut omnino quiſquam ex illa veterum patrum manu, vel tenuiſſimam ejus rei ſuſpicionem fando unquam accepiſſent. Unde autem vulgo multi ſæculo Lampridii hanc de Hadriano concepiſſent opinionem, declarat auctor cum ſubjicit: *qui templa in omnibus civitatibus ſine ſimulacris juſſerat fieri: quæ hodie idcirco quia non habent numina dicuntur Hadriani, quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur.*

Chriſto templũ exſtruere voluiſſe dicitur, ſed male.

Fons ejus opinionis.

En fontem & originem hujus opinionis. Juſſerat Hadrianus, templa fieri in omnibus civitatibus, ſuo nomini, ſine dubio, conſecranda: quod & Spart. in vita illius teſtatur; ſed mortuo Ha-

driano

driano prius quam hæc templa abſolverentur, manſere pleraque illorum imperfecta, neque unquam dedicata ſunt. Exemplo eſſe poteſt illud quod Tiberiade magnifice inchoatum, mox relictum eſt necdum abſolutum, tandemque in uſum balnearum à civibus deſtinatum. Epiphanius contra Ebionæos, ναὸς μέγιστος ἐν τῇ πόλει Τιβεριάδι προϋπῆρχε· τάχα, οἶμαι, Ἀδριάνειον τοῦτο ἐκάλουν· ἀτελὲς δὲ τοῦτο Ἀδριάνειον διαμένον, οἱ πολῖται εἰς δημόσιον λουτρὸν ἐπειρῶντο ἀποσκευάσαι. Talia ædificia in pleriſque civitatibus adhuc Lampridii ætate extabant, inchoata ſolum, non perfecta, non dedicata: ac proinde, ut ait ipſe, ſine numine & ſimulacro ullo. Eo factum, ut in animum inducerent multi, quibus aſſentitur plane Lampridius, non ſibi Hadrianum illa templa extruxiſſe, verum Chriſto. Erat quidem Lampridius Ἕλλην religione, & à pietatis Chriſtianæ ſacris, ut ejus ſcripta oſtendunt, alienus; ſed norat ille, quod ignorare tum poterat nemo, & Iudæos olim in Hieroſolymitana æde ἕδους καὶ ἀγάλματος χωρίς, ut Strabo quoque, ac Dio ſcribunt, Deum coluiſſe: & ſuis etiam temporibus Chriſtianorum templa ejuſmodi eſſe, qualia adhuc memoria ſua beatiſſimus Auguſtinus cum alibi prodit fuiſſe, tum etiam in Pſalmi CXI. enarratione, ſane luculenter. Nam cum multa de gentium ſimulacris aureis dixiſſet, *Sed enim*, inquit, *& nos pleraque inſtrumenta & vaſa ex hujuſmodi materia, vel metallo habemus in uſum celebrandorum ſacramentorum: quæ ipſo miniſterio conſecrata, ſancta dicuntur, in ejus honore, cui pro ſalute noſtra inde ſervitur. Et ſunt profecto etiam iſta inſtrumenta vel vaſa quid aliud quam opera manuum hominum? Verumtamen nunquid os habent, & non loquentur? nunquid oculos habent, & non videbunt? nunquid eis ſupplicamus, quia per ea ſupplicamus Deo? Illa cauſſa eſt maxima impietatis inſanæ, quod plus valet in affectibus miſerorum ſimilis viventi forma, quam quod eam manifeſtum eſt non eſſe viventem, ut debeat à vivente contemni. Plus enim valent ſimulacra ad curvandum infelicem animam, quod os habent; oculos habent, aures habent, nares habent, manus habent, pedes habent: quam ad corrigendum quod non loquentur, non videbunt, non audient, non odorabunt, non contrectabunt, non ambulabunt.*

Anno Christi C XVIII.

Templa Chriſtianorum ſine ſimulachris, Auguſtini teſtimonio.

Pallas, ſcriptor egregius, quomodo laudat eum Porphyrius libro de Abſtinentia ſecundo, hoc eodem teſte, prodit Hadrianum Imperatorem pene ex omni imperio humanas immolationes ſuſtuliſſe.

Hominũ immolationes ab Hadriano ſublatæ.

Anno Christi

ſtuliſſe. Sacrificabatur enim Minervæ virgo, cujus loco cerva, ut & alia alibi ſubſtituta ſunt. Cæterum longo jam ante tempore, Cn. Cornelio Lentulo, & P. Licinio Craſſo Coss. Senatusconſultum factum traditur, quo placuit ne homo immolaretur. Legimus interim poſt Hadriani tempora, Heliogabalo & Juliano imperantibus, hoſtias humanas ſacrificiis denuo fuiſſe conceſſas.

Euphrates limes imperii Romani conſtitutus in Oriente.

Adeptus imperium Hadrianus, ut notat Ælius Spartianus in ejus vita, tenendæ per orbem terrarum paci operam intendit. Nam, deficientibus his nationibus, quas Trajanus ſubegerat, Mauri laceſſebant, Sarmatæ bellum inferebant, Britanni teneri ſub Romana ditione non poterant, Ægyptus ſeditionibus urgebatur, Lybia denique (ſic enim legendum recte monent eruditi, non *Lycia*) ac Palæſtina rebelles animos efferebant. Quare omnia trans Euphratem & Tigrim reliquit, exemplo (ut dicebat) Catonis, qui Macedonas liberos pronunciavit, quia teneri non poterant. Et ſic tunc Euphrates in Oriente limes conſtitutus eſt imperii Romani, contractaque res Romana, quam late nimis longeque exporrexiſſe Trajanus videbatur.

C XVIII.

De limitibus ejus diverſis diſſertatiuncula.

Romani limites imperii quod attinet, diverſi, & diverſis temporibus, & a diverſis imperatoribus, alii atque alii in Oriente conſtituti ſunt. Trajanus *ad ortum ſolis cunctas gentes quæ inter Indum & Euphratem, amnes inclytos, ſunt, bello concuſſerat*, ut ſcribit Aurelius Victor. De Hadriano eleganter Auguſtinus de Civitate Dei Lib. IV. Cap. XXXVII. *In Orientalibus partibus Hadriani voluntate mutati ſunt termini imperii Romani. Ille namque tres provincias nobiles Armeniam, Meſopotamiam, Aſſyriam Perſarum conceſſit imperio. Ut Deus ille Terminus, qui Romanos terminos ſecundum iſtos tuebatur, & per illud pulcherrimum auſpicium loco non ceſſerat Iovi, plus Hadrianum regem hominum. quam regem Deorum timuiſſe videatur.* Hadriani factum reprehendunt plerique omnes: non illi, opinor, improbent, qui ſtatuant cum ſapientiſſimo principum Auguſto, & publicam habendi cupiditatem eſſe coërcendam. Quamobrem Diocletianus, princeps & ipſe prudentiſſimus, Auguſti præceptum, Hadrianique exemplum ſecutus, imperii fines a meridie ſupra Ægyptum arctavit: auctor Procopius in Perſicis. Idem imperator reliquit & Daciam a Trajano conſtitutam, ſublato exercitu & provincialibus: *deſperans eam poſſe retineri*, Vopiſcus ait. Joviani factum in ore omnibus eſt: ſed Jovianum multi, nominis

præ-

præſertim Chriſtiani hoſtes, hanc ob cauſſam lacerarunt. Nolo patrocinium illius ſuſcipere: tantum dicam, falſo in ejus invidiam ſcriptum Ammiano, *nunquam, ait, ab Vrbis ortu inveniri poteſt annalibus replicatis, ut arbitror, terrarum partes ullas noſtrarum ab imperatore vel Coſs. hoſti conceſſas.* Eſto de Conſulibus; de imperatoribus liquet contrarium ex antè dictis. *Anno Chriſti*

Ad Domitiani, cujus jam ante meminimus, exemplum à pleriſque Barbarorum, ut Romani loquebantur, Regum pacem annuis muneribus redemit, ut in vita ejus auctor eſt Spartianus. Hoc autem ipſum nihil revera erat aliud, quam probroſa tributi annui penſione promiſſa, animos iis ad rebellandum facere, ac bellum Romanis inferendi præbere occaſionem, quoties aut de non ſolutis, aut de dilatis, aut imminutis, aut non auctis ejuſmodi penſionibus queri placeret. Nec ſane erat id aliud, quam impares jam Romanorum vires Barbaris palam profiteri. Stipendia ejuſmodi munera & quaſi tributa vocant Romani ſcriptores. Sed conſuluerunt exiſtimationi ſuæ Rom. Imperatores, cum penſionem hanc annuam, quæ verum erat tributum, honeſtiore vocabulo *ſtipendium* nominarunt, aut *munus*. Herodianus *συντάξεις*. Salvianus de Providentia Dei Libro VI. *Vbi ſunt antiquæ Romanorum opes & dignitates? Fortiſſimi quondam Romani erant, nunc ſine viribus. Terrebant Romani veteres, nos timemus: vectigalia illis ſolvebant populi Barbarorum, nos vectigales Barbaris ſumus. Vendunt nobis hoſtes lucis uſuram: tota admodum ſalus noſtra commercium eſt.* Et ſtatim: *Inſuper etiam ridiculos ipſi nos facimus, aurum quod pendimus* MUNERA *vocamus. Dicimus* DONUM *eſſe quod pretium: & quidem conditionis durioris ac miſerrimæ.* Hæc ille ſanctiſſimus Epiſcopus: qui Theodoſii & Valentiniani temporibus vivens, iniquo ferebat animo Romanos Francis, quorum erat tum in Galliis recens imperium, tributa pendere. Sic narrat Procopius, Juſtinianum Imperatorem pacem Perſarum pretio emiſſe: & velandæ ignominiæ munus appellaſſe aut fœdus, quod erat tributum. Sed nominum, inquit, potius quam rerum turpitudinem fugiunt mortales. Ipſa magni illius ſcriptoris verba apponam. Ὕστερον μέντοι τὸ ξυγκείμενον ἅπαν χρυσίον Ῥωμαῖοι Πέρσαις εὐθὺς ἔδοσαν, τοῦ μὴ δοκεῖν δασμὸν ἀνὰ πᾶν ἔτος αὐτοῖς ἀποφέρειν. Τὰ γὰρ αἰσχρὰ ὀνόματα οὐ τὰ πράγματα εἰώθασιν

Hadrianus pacem à Barbaris annuis muneribus redimit.

C XVIII.

Et ſic Barbaris prodita infirma res Romana.

Ea de re uberior diſſertatio.

Anno Christi

ἐκ τοῦ ἐπιτελεῖσον αἰσχύνεται. Et mox: Ὄνομα τῷ ΔΑΣΜΩ, τὰς ΣΠΟΝΔΑΣ θέμενοι. Indignatur & Syneſius in oratione ſua ad Arcadium, audere Barbaros exigere a Romanis *μισθὸν εἰρήνης*.

Artibus, aggeribus, & caſtris Provincias Rom. à Barbaris dividit Hadrianus.

Ipſe ille primus quadam quaſi ſepe arcium, murorum, aggerum, & caſtrorum paſſim Romanas provincias a Barbarorum ditionibus, prudentiſſimo certe conſilio, velut diſtinxit, & eorum ſic ſtitit ac prohibuit incurſiones. Tradit id Spartianus; ad quem egregia multa a Caſaubono eâ de re annotata leguntur. Romanum imperium alibi limitibus a natura poſitis claudebatur: alibi arte conſtructis. Prioris generis erant, mare, hoc eſt, Oceanus: (nam Mediterraneum paucis exceptis circa Pontum & Mæotin, orbis Romanus capiebat totum) flumina magna, ut Danubius & Euphrates, vel aliquando Rhenus & Tigris. Item montes, ut in Aſia Taurus quibuſdam locis, alibi alii. Addit Herodianus terras deſertas & ſolas, quæ locis aliquot imperium terminarent. Ejus verba ſunt Libro II. de Auguſto: Ποταμῶν τε

C XVIII

μεγέθεσι καὶ τάφρων, ἢ ὀρῶν περιβλήμασιν, ἐρήμῳ τε γῇ καὶ δυσβάτῳ ἔφραξε τὴν ἀρχήν. Poſterioris generis erant foſſæ, caſtra, arces, concædes, ſtipites, muri. Atque iſta χειροποίητα ſunt, quæ ſpecialiter appellat alibî Spartianus *limites*. Foſſarum meminit Herodianus: Item Arcium, & Caſtrorum paullo prius: Φρούρια καὶ στρατόπεδα τῆς ἀρχῆς προὐβάλετο Auguſtus, ἀντὶ τείχους. Tacitus; *& quicquid caſtrorum Armeniis prætenditur.* Aurelius Victor de Trajano, *Caſtra ſuſpectioribus & opportunis locis exſtructa.* Ammianus Marcellinus Lib. XXVIII. *Valentinianus Rhenum omnem à Rhetiarum exordio adusque fretalem Oceanum magnis molibus communiebat, caſtra extollens altius & caſtella turresque adſiduas per habiles locos & opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo.* Hujuſmodi caſtra inſtar habuerunt urbium; imo vero vel à principio, vel temporis tractu urbes fuerunt: neque alia origo tot burgorum per Germaniam, Græciam, aliaſque finitimas provincias. Menander rhetor in methodo laudandarum urbium: Laudabis, inquit, Ἀπὸ τοῦ ἀναγκαίου, ὡς κατὰ τὰς πόλεις, τὰς κατὰ τὸ πρότερον ὑπὸ Ῥωμαίων κατοικισθείσας, τὰς καλουμένας ΚΑΡΠΙΑΣ, ὡς μὴ διαβαίνοντες οἱ βάρβαροι κακουργοῖεν. Scribendum Κάστρα vel Κάστελλα.

Menander emendatus.

Nam

Anno Chriſti C XVIII.

Nam urbes intelligit de quibus diximus. Frequens vox in recentioribus Græcorum ſcriptis. Ariſtides πόλεις ἐφορείας, opida pro ſpeculis condita; vel ἐφορίας, limitaneas appellat, panegyrico libro in Romam. Ἐνταῦθα τείχη τὰ περιβάλλεσθαι, καὶ πόλεις ἐφορείας (vel ἐφορίας) ἱδρύμασθαι. Has arces & limitaneas urbes, neglectu priorum principum collapſas, in integrum Diocletianus reſtituit. Ita molliendum quod Zoſimus ſcribit: Diocletiani providentia eſſe factum; ut omnes undique Romani imperii ἐσχαταὶ πόλεσι καὶ φρουρίοις, καὶ πύργοις cingerentur. Neque enim profecto primus incepti auctor Diocletianus: aut latè erravit Zoſimus, ſi hoc putavit. Concædium mentio apud Tacitum primo Annali. Muris Barbaros ſummovere, Hadrianus, niſi fallor, primus inſtituit.

Idem celerrimis itineribus ad omnes Provincias Romanas inviſit.

Idem raro, & inuſitato ante, exemplo ditiones prope omnes ac provincias Romanas celerrimis itineribus peragravit, atque in eam ubique curam incubuit, ut clauſtra & limites imperii adverſus Barbarorum, qui undique jam imminebant, incurſiones ſeſe poſſent tueri. Propterea ceu alter Hercules vulgò habitus hic Imperator: qui orbem Romanum aſſiduè peragraret ſimul, & beneficiis ſuis adjuvaret. *Namque* in eam rem, *ad ſpeciem legionum militarium fabros, perpendiculatores, architectos, genuſque cunctum exſtruendorum mœnium, ceu decorandorum, in cohortes centuriaverat*, ut ſcribit Victor alter, ſive Victorinus. Nummo, ΑΥΤ. Κ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. ϹΕΒΑϹΤΟϹ. ΗΡΑΚΛΗϹ. ΡΩΜΑΙΟϹ. Spectatur ibi in ornamentis Herculeis novus hic Hercules Romanus. Extant & cum hac inſcriptione nummi, ΤΩ. ΗΡΑΚΛΕΙ. ΣΩΤΗΡΙ. ΑΥΓ. hoc eſt, Αὐγούστῳ, non Αὐγούστου. Ipſe enim Hadrianus Auguſtus dictus eſt Hercules Servator, ſive Averruncus: quod provincias circumiens procuratores & præſides, (genus hominum quovis monſtro ſæpe tetrius) pro factis ſupplicio afficeret quam ſeveriſſime. Addit autem Spartianus *fere*, propter Iulium Cæſarem: nam ille vir igneus omnes, opinor, Romani tunc imperii provincias peragravit: pleraſque etiam illarum victoriis ſuis illuſtravit. Celeritas vero hominis in conficiendis itineribus non nota nemini. Atque hic ſolus eſt Principum cujus gratiâ τῷ *fere* ſit hic locus.

Idem Hercules dictus, & quare.

Anno Chriſti

Auguſtus deinde ad hanc laudem proxime acceſſit: de quo tamen ſcribit Suet. Cap. XLVII. *Non eſt, ut opinor, provincia, excepta duntaxat Africa & Sardinia, quam non adierit.* Reliqui omnes Cæſares, uno excepto Trajano, præ tribus iſtis, prope caſarii jure appellari mereantur. Dio Caſſius omnibus ſine exceptione Imperatoribus Hadrianum hac parte anteponit: Πόλεις, inquit, συμμαχίδας καὶ ὑπηκόους ἴδεν ὅσας ἄλλος αὐτοκράτωρ.

Res Iudaica penitus extincta, & everſa.

Sicut autem Chriſtiana res hac temp;ſtate majora indies accepit incrementa, ita Iudaica magis magiſque oppreſſa & quaſi extincta eſt. Cauſa unica continui & graviſſimi numeroſæ adhuc & ſuperbæ gentis motus adverſus Romanos. Cæterum vani omnes eorum conatus, juſtiſſimâ Dei immortalis in Iudaicas res irâ, fuere. Turbarum initium factum jam erat ſub Trajano, neque, quamquam graviſſima clade illatâ, malum ſatis repreſſum. Trajanus enim, ut auctor eſt Euſebius Lib. IV. Hiſt. Eccl. Cap. II. ingentem Iudæorum multitudinem, quæ non Alexandriæ tantum & in reliquis Ægypti oris, ſed & apud Cyrenem, duce Lucua quodam, convenerat, ac bellum ſatis grave moverat, miſſo adverſus eos Marcio Turbone cum magni terroris exercitu, ad internecionem uſque deleverat. Rediit tamen quaſi ſub Hadriano

C XXXVII.

idem motus, animos majores ex acceptâ jam clade Iudæis ſumentibus. Inde celebris hujus expeditio adverſus rebelles Iudæos; cujus, præter alios, Dio meminit Lib. LXIX; qua adeo Iudæorum res tandem oppreſſæ ſunt, ut pari manu ſurgere dein non potuerint. Quum autem in urbem Hieroſolymam, quæ everſa fuerat, quamque Æliam Capitolinam appellavit, coloniam deduxiſſet, ac quo in loco templum Dei fuerat, alterum Iovi ædificari curaviſſet, magnum bellum, & diuturnum moveri cœpit, Iudæis graviter ferentibus, quod exteræ nationes in urbem ſuam habitatum veniſſent, quodque in ea fieri externa ſacra viderentur. Tamen quum Hadrianus in Ægyptum, ac rurſum in Syriam adventaſſet, quieſcendum ſibi eſſe putabant. Interim vero arma, quæ ipſis erant à Romanis imperata, minus apta de induſtria fecerunt, ut ſi ea reprobaſſent, ipſi eis uterentur. Poſt, ubi Hadrianus longe abeſſe viſus eſt, palam defecerunt: utque aperto prœlio non audebant cum Romanis periclitari, ita capta loca ſuæ regionis opportuna cuniculis muniebant & mœnibus, ut ad ea, ſi urgeret neceſſitas, perfugerent: utque ad ſe mutuo ſub terram tranſeuntes

Hieroſolyma Ælia appellata.

late-

laterent, vias ſubterraneas deſuper perforaverunt, quo ventum lumenque reciperent. Hos Romani primo nihili faciebant. Sed poſtquam totam Iudæam commotam eſſe, Iudæoſque omnes ubique gentium tumultuari, & conventus facere intellexerunt, ac multa damna occulte aperteque Romanis inferre, cum iiſque complures alias gentes lucri cupiditate conjungi, ac fere ob eam cauſam omnem orbem terrarum commoveri, Hadrianus optimos quoſque duces adverſum eos mittit, quorum primus fuit Iulius Severus; qui ex Britannia, cui præerat, contra Iudæos miſſus eſt. Hic nulla ex parte auſus eſt aperte cum hoſtibus congredi, multitudine ipſorum atque deſperatione cognita; ſed eos ſeparatim magno militum ac tribunorum numero adortus, commeatu prohibuit, atque interclusos ſerius quidem, ſed minore cum periculo, ita oppreſſit fregitque, ut pauci admodum evaſerint, & quinquaginta eorum arces munitiſſimæ, vicique celeberrimi atque nobiliſſimi nongenti octoginta quinque funditus everſi ſint. Cæſa ſunt in excurſionibus prœliiſque hominum quingenta octoginta millia: eorum autem, qui fame, morbo, & igni interierunt, infinita fuit multitudo, ita ut omnis pene Iudæa deſerta relicta fuerit. Id eis ante, quam bellum gereretur, fuerat denuntiatum ex eo, quod monumentum Solomonis, quod illi ſumma reverentia colunt, ſua ſponte diviſum corruerat; quodque lupi & hyænæ multæ in urbes eorum, rugientes atque ululantes, introierant. Periere quoque ex Romanis complures in bello. Quamobrem Hadrianus, quum ſcriberet ad Senatum, non eſt uſus illo exordio, quo uti Imperatores conſueverunt; SI VOS LIBERIQUE VESTRI VALETIS, BENE EST: EGO QUIDEM ET EXERCITUS VALEMUS.

Anno Chriſti

Expeditio Hadriani contra Iudæos.

C XXXVII.

Cum ergo Reſpublica Iudæorum everſa, & urbs, gentis caput, templumque vaſtata jam eſſent, Ælius Hadrianus, occaſione hujus rebellionis, quæ ante annos aliquot cœpta majora indies acceperat incrementa, omnia, qualiacunque adhuc ſupererant urbis templique veſtigia, adeo ut nulla poſthac ſupereſſent, delevit. Tunc demum vera eventu probata eſt prophetia Domini quæ Matt. 23. 38. exſtat; ubi converſis ad Iudæorum proceres verbis ita concludit; *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Domus enim nomine urbem totam intelligi, in aperto eſt. Inde illa Nicephori Lib. III. Cap. XXIV. *Hadrianus quæcunque ex vetuſtis*

Omnia Urbis Hieroſolyma & templi veſtigia deleta.

Anno Christi C XXVII.

Reliquiæ omnes veteris Hieroſolymæ deletæ.

ædificiis reliqua adhuc fuerant, diruit prorſus, & ſolo ita æquavit, ut ne lapis quidem ſuper lapidem permaneret: & iſta; *Civitatis pomœriis plurimum contractis, denuo eam excitavit; & ſuo ei nomine dato, Æliam appellavit.* Sua enim vaticinio Domini veritas debuit conſtare. Neque diffitentur ipſi magiſtri Iudæorum. Benjamin certe Tudelenſis, cujus in præcedentibus meminimus, in Itinerario Tſionem extra civitatem ſitam dicit, quæ olim ejus ambitu includebatur. Muri igitur, aliaque veteris Hieroſolymæ, de quibus quidam agunt, recentioris ſunt operis, quam ut ad ea referri tempora debeant, quibus Reſpubl. Iudæorum nondum erat funditus deleta. Vana ergo ac falſa ſunt, quæ nonnulli prodidere, tanquam ſupereſſent nonnulla ex turri Davidis, palatium Salomonis, murus templi occidentalis, & ejuſmodi alia. Si hæc vera ſint, falſa ſunt quæ prædixit Dominus (quod vel cogitare tantum, eſt nefas) non lapidem urbis Hieroſolymæ ſuper lapidem relinquendum, adeoque funditus omnia eſſe delenda. Ioſephus, Iudæus ipſe, & Iudaicarum rerum accuratiſſimus ſcriptor, inter alia, ubi de clade Hieroſolymitana, Ἁλώσεως Lib. 7. Cap. 1. tradit; juſſiſſe Cæſarem, tota ut urbs & templum funditus everterentur. Addit tamen, tres turres ejuſdem juſſu exceptas, Phaſælum, Hippicum, & Mariamnem, & inſuper aliquam muri urbis partem. Ceterum harum reliquiarum, quibus tribuere aliquid Iudæi, quarumque adſpectu excitare motus videbantur, nihil ſupereſſe voluit Hadrianus. Sic veſtigia omnia urbis, quæ Iudæorum olim metropolis fuerat, ac rudera, ſingulari Dei providentia atque judicio deleta ſunt. Columen igitur everſum penitus occidit, ut cum Seneca in Troadibus nunc ſic loquar, pollentis olim Iudææ, & Pergamum incubuit ſibi. Hieroſolyma ergo imperante Hadriano funditus exciſa eſt, ut in ipſâ ea hodie quærenda ſit, & quæſita non inveniatur. Non autem apud Spartianum legere debebamus; *Expeditiones ſub Hadriano nullas graves fuiſſe.* Verum eſt, ſi bellum hoc Iudaicum excipiamus. Quomodo enim non inter gravia illud bellum, quo ſexcenta prope hoſtium contumaciſſimorum millia cecidere?

Itinerarii inOrientem factorum ſcriptores falſi arguuntur.

Spartianus notatur.

Cauſa Iudaici hujus motus.

Cauſæ ſingulares Iudaici iſtius motus, quo factum ut Hieroſolymitanæ urbis reliquiæ omnes jam penitus deletæ ſint, diverſæ in medium adferuntur. Spartianus notat id ægerrime gentem tuliſſe, quod mutilare genitalia prohiberentur. Ita enim ipſe loquitur.

Fax

Fax præcipua hujus motus, & caput rebellium Iudæorum fuit quidam dictus Barcocheba, ſive Bencochab, id eſt, *ſtellæ filius*, qui Meſſiam ſeſe eſſe & in integrum reſtituturum collapſas Iudæorum res mentiebatur. Perſuaſerat tamen id infinitæ cuidam credulorum multitudini, ac inter alios celebri inter Iudæorum magiſtros R. Aquibæ, cui quatuor ſupra viginti diſcipulorum millia fuiſſe dicuntur. Hic palam de Barcocheba pronunciabat; *Haienno malka Meſchykha*: quaſi tu dixeris; *Hic eſt rex Meſſias*. Multa de eo in Talmude, & Commentariis Rabbinorum ad Jeremiæ Threnos leguntur. Cæterum fraudes ejus cum prodidiſſet eventus, *Barckoſibba*, id eſt, *filius mendacii*, a Iudæis meruit appellari. Id autem dignum animadverſione eſt, credidiſſe hac tempeſtate Iudæos, veniſſe tempus, quo naſci Meſſiam oportebat. Alias enim neque Meſſiam quis ſeſe auſus fuiſſet mentiri, neque tantam multitudinem, quantam Barcocheba, addictam rebus ſuis ac deſtinationibus faventem habuiſſet. Quod & ad retundendam Iudæorum contumaciam facit.

Anno Chriſti C. XXXVII.

Fax ejus præcipua Barcocheba, ſive Bencochab; qui Meſſiam eſſe ſe mentitur.

Ex ejuſmodi Pſeudo-meſſiis, verum veniſſe, contra Iudæos probatur.

Bellum illud Iudaicum ultimis demum Hadriani temporibus finitum eſt; Bithera urbe munitiſſima expugnata; a quo tempore non licuit Iudæis Æliam urbem ingredi.

Ingraveſcente ætate Hadrianus, morbis triſtioribus preſſus, peragrato jam orbe terrarum, CEIONIUM COMMODUM, qui & ÆLIUS VERUS appellatus eſt, adoptavit. Nihil hic habet in vita ſua memorabile, niſi quod tantum CÆSAR eſt appellatus; non teſtamento, ut antea ſolebat, neque eo modo, quo Trajanus eſt adoptatus; ſed eo prope genere, quo & a Diocletiano poſtea Maximianus atque Conſtantius CÆSARES dicti ſunt, QUASI QUIDAM PRINCIPUM FILII VIRI, ET DESIGNATI AUGUSTÆ MAIESTATIS HÆREDES. Ita loquitur, & illam nunc primum repertam Cæſarum in Romano imperio dignitatem deſcribit Spartianus in Ælio Vero. Verus igitur Cæſar tantum fuit; & cum ante imperatoribus ſolis nomen hoc tribueretur, novum genus honoris in Rempub. inductum eſt, ut eſſent CÆSARES ac dicerentur, velut candidati quidam imperii & deſignati ejus hæredes. Plane eum ad modum, quo & ante aliquot jam ſæcula & noſtra hac tempeſtate in Germanico imperio REGES ROMANORUM dicuntur, qui imperii certiſſimi deſtinati ſunt hæredes. Primum exemplum ſub Hadriano datum eſt.

Hadrianus adoptat ÆLIUM VERUM.

Cæſares nunc dicti candidati imperii, & deſignati hæredes.

Reges Romanorū in Germanico imperio qui hodie dicantur.

Anno Chriſti .C XXXIX. ANTONINUS PIUS IMP.

ANTONINUS PIUS, ab Hadriano adoptatus, ſuccedit, ſolâ pietate inclytus; qui bella non intulit, ſed moventes repreſſit, ut Dacos & Alanos.

Hæretici, Gnoſtici;

Contra Eccleſiam Chriſtianam circa hæc tempora ingenium exercuere Gnoſtici, Tatianus, Montanus, Cerdon & Marcion.

Gnoſtici hoc nomine ſeipſos appellabant, perfectiſſimam rerum omnium ſcientiam ſibi arrogantes, qua ipſis quoque Apoſtolis ſeſe anteponebant. Præcipuum eorum dogma fuit, licitum eſſe quævis facere, quæ libido animi dictaret. Sola enim humana opinione bona alia dici, alia mala, & nihil natura eſſe malum. Ex qua inſania fluxit vita eorum omni flagitiorum genere inquinata, quia nullum eſſe flagitium aut peccatum videbatur. Quare & Borboritæ, & Borboriani, quodam quaſi cœno infecti, merito a Chriſtianis appellati ſunt. Recte Irenæus Lib. 1. Cap. ult. *Adverſus eos victoria eſt, ſententiæ eorum manifeſtatio.* Iidem, ne horrendæ impietatis palam ex S. Literis arguerentur, has a Chriſtianis corruptas, multaque addita, calumniabantur.

Borboritæ dicti, & quare;

Tatianus; Encratitæ dicti, & quare;

Tatianus, ut in aliis pluribus a vero aberravit, ita & conjugium damnavit, docens a ſcortatione id non differre. Hunc ſectæ ſuæ velut patrem agnoſcebant veteres hæretici, dicti Encratitæ, petito a continentia nomine, quod a conjugio, tanquam re vetita, abſtinerent.

Montanus.

Montanus Paracletum eſſe ſe jactabat. Hic crudelis plane diſciplinæ auctor, pacem Eccleſiæ pœnitentibus negabat. Quare & ſectatores ejus Montaniſtæ *implacabiles* a nonnullis veterum appellantur. Blaſphemis hæreticis annumerat eos Tertullianus Lib. de Præſ. Hæret. Sed ad eorum partes tandem ipſe defecit, ut ex ejus de Pudicitia libro palam conſtat. Quippe in eo tuendum hoc dogma ſuſcepit; Non poſſe Eccleſiam baptizatis, & poſt baptiſmum in mœchiam, aut fornicationem, homicidium, aut ſimile crimen lapſis, quamvis pœnitentibus, veniam aut pacem concedere. Ipſius hæc inter alia verba & quoddam velut edictum ſunt; Nos DIGAMOS FORIS SISTIMUS; EUNDEM LIMITEM LIMINIS MOECHIS QUOQUE ET FORNICATORIBUS FIGIMUS; IEIUNAS PACIS LACHRYMAS PROFUSURIS, NEC AMPLIUS AB ECCLESIA QUAM PUBLICATIONEM DEDECORIS RELATURIS. Ad quorum lectionem ego certe horreo. Mirum eſt tanto viro hanc tam immitem ſententiam & a Chriſtiana

Ad Montaniſtarũ hæreſin tandem defecit Tertullianus.

diſci-

diſciplina alienam, excidere potuiſſe. Idem Montanus de ſtatu animarum, poſtquam è corpore exceſſerint, ita pronunciabat; Neminem a corpore peregrinatum immorari ſtatim apud Dominum, niſi ex martyrii prærogativa; ſolis enim martyribus aperiri è veſtigio Paradiſum, reliquas omnes animas apud inferos ſequeſtrari in diem Domini: & quamvis juſtorum animæ ibi foveantur interim ſub exſpectatione judicii, modicum tamen quodque delictum illic eas luere mora reſurrectionis, in carcere ſcilicet illo, unde non exitur ante ſolutionem ultimi quadrantis. Hoc docuiſſe Montanum docet ejus diſcipulus Tertullian. Lib. de Anima Cap. XXXV, & alibi. Eam ſententiam à Platone aut Platonicis accepiſſe videtur Montanus; a Montaniſtis acceperunt illi Chriſtiani, qui quoddam quod vocant Purgatorium eſſe docuerunt, & etiamnum docent. Neque enim hi aliud hac in re ſentiunt, quam Montanus.

Anno Chriſti C XXXIX. *Dogma Chriſtianorum quorundam de Purgatorio fluxit à Montano.*

Marcion præceptore uſus fuerat Cerdone. Docuerat Cerdon duos Deos eſſe, bonum unum & alterum malum; quem malum Deum & mundi opificem, & veteris Teſtamenti Deum eſſe aſſerebat. Docuit idem & Marcion, & nonnulla, ut fit, ad magiſtri impietatem ac inſaniam adjecit. Cauſa præcipua erroris haud alia, quam quod boni Dei juſtitiâ ac æquiſſima diſpenſatione mala etiam fieri, non caperent.

Cerdon & Marcion.

C LXII.

M. ANTONINUS, vulgo PHILOSOPHUS, ob bonarum artium, quibus dediderat ſeſe, quæque impenſe amabat, ſtudia, Antonino Pio, ab eo adoptatus, ſuccedit.

M. ANTONINUS PHILOSOPUS IMP.

Is initio ſtatim imperii collegam ſibi aſſumſit L. Verum, Principem ſibi diſſimillimum; ſed defuncto Vero anno imperii nono, ſolus habenas Reipubl. moderatus eſt Antoninus. Et ſic Romanum imperium, inuſitato ante exemplo, duos ſimul Principes ac Auguſtos tunc primum habere cœpit.

Aſſumpto ab eo L. VERO *duos ſimul Principes habere Rom. Imper. cœpit.*

Bella adverſus Britannos, Cattos Germanos, Parthos, & Marcomanos geſſit. Marcomanicum celeberrimum vulgo habetur, & propter expeditionis difficultatem, & propter ferociam gentis, denique propter legionis Chriſtianæ, quæ Antonino militabat, precibus pluvias impetratas, non ferendâ ſiti, ob continuam ſiccitatem, toto exercitu laborante. Igitur, imperante Philoſopho, graviſſimum bellum, quanti nulla ætas meminerat, exarſit, cui nomen Marcomani principes fecere. Porro Quadi præterea

Bellum Marcomanicū.

Anno Chriſti

conjuraverant, Vandali, Sarmatæ, Suevi, haud dubium Boji, & quos Capitolinus his annumerat, Nariſci, Hermunduri, Latringes, Buri, Victovali, Soſibes, Sicobotes, Roxolani, Baſtarnæ, Alani, Peucini, Coſtoboci, omnis pene denique Germania & Sarmatia, ut nummis, qui ad memoriam ejus expeditionis bene multi publicati, Germaniæ & Sarmatiæ victæ nomen univerſe fuerit impreſſum, ſed in vulgus, quin & penes ſcriptores, ſola Marcomanorum evaluit; quo unos ei Boios conceſſiſſe, minus aut incredibile aut mirandum eſt. Coſtobocos (Ammianus Marcellinus Coſtobocas nominat) eoſdem Toliſto-Boios eſſe, vereor levi conjectura à Sylburgio aſſeri. Anno centeſimo ſeptuageſimo primo, bellum ingenti apparatu cœptum, varia deinceps in utramque partem fortuna geſtum eſt; nam nos ſigillatim proſequi nihil neceſſe. Inter ipſa initia, incredibilis ejus apud Romanos exſpectatio, tum timor. Imperator undique ſacerdotes accire, Romanas peregrinaſque ſuperſtitiones implere, eo tandem deſcendere, ut Alexandro cuidam, impudentiſſimo homini, de oraculo fidem haberet, quod geminos leones Danubio certis ritibus immittenti, victoriam pollicebatur; atque ii quidem immiſſi, in adverſam ripam enatarunt. Marcomani ignotas feras, canum aut luporum vicem æſtimantes, fuſtibus coërcuere. Romanorum, contra quam oraculum ſpoponderat, nihilo ſecius ingens cædes, cæſis viginti circiter millibus, ſequuta eſt. Quinquennio poſt, hoſtis ſuperati gloria penes Chriſtianos fuit. Chriſtianorum enim precibus divinitus impetrata tempeſtate, in Romanos ſecunda; hoſtibus exitiabili, Quadi, qui poſtremi reſtiterant, ſummo prœlio, magna accepta clade, ſuperantur. Sed & in Germania illâ ætate aliquam Euangelii ſementem ſparſam fuiſſe, magni auctores, Irenæus & Tertullianus, tradunt. Quod ego de Marcomanis, illuſtri inprimis populo, ad Romanos fines colente, quæ Chriſtianis propagandæ religioni prompta & idonea occaſio, vel præcipue interpretor; a Marcomanis ad Boios deduco. Juſtinus, utroque vetuſtior, nullum mortalium genus eſſe jam tum ſcripſit, ſive Græcorum, ſive Barbarorum, quocumque nomine, Chriſtianæ pietatis exors, ſed Germaniæ ille nomen non poſuit. Marcus, ſucceſſu lætus, cum Marcomanos parta victoria cogitaret in provinciam redigere, Avidii Caſſii motibus, qui ſe in Oriente Imperatorem appellaverat, revoca-

Germaniæ & Sarmatiæ pene omnis conjuratio contra Romanos.

C LXXI.

Marcomanorū ſuperatorum gloria penes Chriſtianos.

Chriſtianæ religionis exordia in Germaniâ.

tus.

tus, pacem dedit, plurimis Marcomanorum in Italiam tranſlatis. Victo Caſſio, anno centeſimo ſeptuageſimo nono, in Germaniam reverſus, cum Marcomanis, & Hermunduris, & Sarmatis, & Quadis, per tres iterum annos bellum geſſit; quod de provincia prius animo agitaverat, tunc proxime perfecturus fuiſſe creditus, niſi ingentibus conatibus mors interceſſiſſet. Filium Commodum ægrotans ad ſe vocat, bello inſiſteret, nec reliquias prope confecti contemneret, monet; eo enim Marcomani reciderant, ut neque jam juventus tot conciſa prœliis, ferendis amplius armis ſufficere, neque commeatus ex agris perpetuis populationibus vaſtatis, poſſet ſuppetere. Sed Commodus honeſta omnia poſt voluptates habuit, patre mortuo, & ut ſe quamprimum Romam referre, urbaniſque delitiis vacuus frui poſſet, pacem Marcomanis poſtulantibus conceſſit, transfugas & captivos cum frumenti modo annuo, & armorum militumque numerum pactus. Monſtro deinde hominis Antonino Heliogabalo, bellum poſt annos circiter quadraginta retentaturo, quod ejus perficiendi gloriam Antoninum aliquem, ex veteri reſponſo manere inaudiſſet, fama obſtitit, qua ferebatur M. Aurelius Marcomanos, Chaldæorum & magorum opera, ſecreta carminum devotione obligaſſe, ne a Romana amicitia unquam deſciſcerent: vulgo, credo, eo trahente victoriam Chriſtianorum precibus impetratam, cum Chriſtianos plerique magorum nomine cenſerent. Meminere hujus rei plerique & Chriſtiani & pagani ſcriptores. Ex Chriſtianis antiquiſſimus Tertull. Apol. Cap. v. ad Scapulam Cap. iv. Epiſtolam quoque ipſius Antonini in partes vocat Velſerus Lib. ii. Rerum Boicarum; ſed ſuppoſititiam eam, & recentioris alicujus Græculi eſſe, probat Scaliger Animad. ad Euſebium. De veritate interim Hiſtoriæ haud ambigendum eſt. Hæc autem de Marcomanis ſic conjungenda exiſtimavimus, ut quæ circa hæc tempora contra eos geſta ſunt, uno quaſi intuitu agnoſcerentur.

Anno Chriſti

C LXII.

Chriſtiani magi dicti à paganis.

Quartam perſecutionem paſſi ſub eo Chriſtiani ſunt. Cæterum propter impetratas precibus Chriſtianorum pluvias æquiorem his factum fuiſſe, ſunt qui volunt.

Quarta perſecutio Chriſtianorū.

COMMODUS filius defuncto Antonino Philoſopho ſuccedit, princeps diſſimillimus patri, vitaque & moribus corruptiſſimus; adeo ut cum patre ejus deſiiſſe Romani imperii felicitas videatur.

C LXXXI. COMMODUS IMP.

Pax

Anno Christi

Pax sub eo Christianis.

Pax tamen ſub eo fuit Chriſtianæ Eccleſiæ; ſive quod totus libidinibus deditus, reliqua omnia, ſacra & profana, neglexerit, ſive quod a Martia concubina, quam Chriſtianam fuiſſe traditur, fuerit admonitus, ut Dio auctor eſt. Hujus cum aliis conjuratione, cum omnium jam eſſet odio expoſitus, tandem ſtrangulatus eſt.

Indorum legatorum ad Cæſarem adventus; & qualis tunc eorum Reſpubl.

Ad hæc quaſi tempora referenda ſunt, quæ de adventu Indorum quorumdam ad Cæſarem, & patrum ſuorum tempore facta, commemorat Porphyrius, qui floruit ſub Aureliano Imperatore. Ex iis autem, quales apud Indos Brachmanum & Samanæorum res, auctoritas, ac diſciplina, adeoque Indorum, qui ad Gangem habitant, Reſpubl. fuerint eâ tempeſtate, intelligere neque inutile, neque injucundum erit. Ita autem ille Lib. de Abſtinentia IV. ex Bardeſane, viro Babylonio, comite Indorum illo„rum, & qui iter illud ſuum ſcripſiſſe videtur: Indorum, inquit, „Reſpub. in multas partes eſt diſſecta, apud quos eſt genus quod„dam Philoſophorum, quos Græci Gymnoſophiſtas ſolent ap„pellare. Horum duæ ſunt ſectæ, & utriuſque ſui antiſtites,

C. LXXXI.

Brachmanes.

„Brachmanes hujus, & Samanæi alterius. Sed Brachmanes à „majoribus, veluti ſacerdotium per manus traditum, talem di„vinam ſapientiam recipiunt: Samanæi vero inter ſuos deligun„tur, atque ex volentibus divinam ſapientiam audire complen„tur. Sunt autem ejuſmodi, quæ de ipſis narrantur, ut ſcripſit „Bardeſanes, vir Babylonius, tempore natus patrum noſtrorum, „& fortuna cum illis, qui ex finitima Damadamidis regione ad „Cæſarem venerunt Indi. Omnes enim Brachmanes ex una ſtirpe „ſunt oriundi, ſiquidem ex uno patre unaque matre omnes de„ſcendunt: Samanæi vero non ſunt ex Brachmanum genere,

Samanæi, & quæ eorum diſciplina.

„ſed ex omni Indorum gente, ut diximus, ſunt delecti. A nemi„ne itaque Brachman imperatur, neque quicquam aliis contri„buit. Horum Philoſophorum bona pars in montibus, reliqui „circa Gangem fluvium habitant. Montani vero veſcuntur po„mis inter æſtatem & autumnum provenientibus, & lacte bu„bulo herbis coagulato: qui vero circa Gangem habitant, præ„dictis fructibus, qui copioſe circa fluvium naſcuntur. Fert au„tem ipſa regio fere ſemper recentem fructum, quinetiam mul„tam oryzam & ſponte natam, qua utuntur, cum fructus alii „deficiunt. Cæterum alio alimentorum genere uti, vel omnino

„eſcam

„eſcam tangere animatam non ſecus ac ultimæ impuritatis & „impietatis lineæ manum admovere reputatur. Hoc inter alia „præcipuum decretum: religioſe Deum colendum eſſe, & ſe„ipſos ſanctificationibus purificandos: quare maximam diei & „noctis partem diſtribuunt in laudes & preces Deorum, reli„quam in ſuis tuguriis tranſigunt, quorum ſinguli unum ſibi „proprium maxime delegerunt. Communiter enim manere „Brachmanes non tolerant, neque multum interloqui; quod ſi „acciderit, non dubitant per plures dies ſepoſiti omnino vocem „ſupprimere. Sæpiſſime etiam jejuniis ſe macerant. Samanæi „vero ſunt, ut diximus, è ſingulis familiis delecti. Cum primum „ergo aliquis in ordinem inſcribi conatur, ad civitatis primates „accedit, qui comperta urbis, pagi & poſſeſſionum conditione, „de omnium ejus facultatum ſtatu dimovent. Itaque novitius „toto corpore a ſupervacaneis liberatus amictum in talos demiſ„ſum accipit, & ad Samanæos diſcedit, neque tamen ad uxorem, „neque ad liberos, ſi forte habuerit, ſe convertit, neque de illis „rationem ullam habet, totus apud ſe contendens: curam autem „liberorum Rex ſuſcipit, ut pro modulo facultatum illis ſuppe„ditentur neceſſaria; curam vero uxoris familiares. Vita autem „Samanæorum eſt hujuſmodi; extra urbem habitant diem totum „exercentes in colloquiis de Deo: habent autem domos & tem„pla regiis ſumptibus ædificata, in quibus ſunt œconomi, ſeu „rerum domeſticarum curatores, qui recipiunt a Rege in cu„ram & impenſam conventus deſtinata. Apparatus autem ille „totus conſiſtit ex oryza, pane, fructibus horariis & oleribus. „Itaque tintinnabulo ſignum dante omnes in domum properant, „ex qua bona pars Samanæorum non egreditur, reliqua precibus „occupatâ. Ubi vero preces abſolutæ, rurſus tintinnabulum pul„ſatur; quo audito miniſtri ſingulis catinum donant. Sunt enim „duo, qui interea non comedunt ciborum ex oryza miniſterio „occupati. Atque pro tota varietatis neceſſitate nonnihil ex fru„ctibus & oleribus menſis apponitur. Tandem compendioſe „cibati exeunt quiſque in ſua exercitamenta. Sunt autem omnes „ſine uxoribus & ſine poſſeſſionibus. Cæterum reliqua gens In„dorum erga ipſos & Brachmanes tanto cultu eſt affecta & tanta „pietate, ut Rex ad eos plerumque conſilii inops ſupplexque „accedat, ut eorum precibus & conſilio, quid ſit agendum do-

Anno Chriſti

Pietatis exercitia inter Brachmanes.

Samanæi quales.

C LXXXI.

Eorumdem magna dignatio.

Anno Christi

„ceatur vel ſuper hoſtibus, vel aliis regionem occupantibus. Ipſi „vero ita ad mortem ſunt diſpoſiti, ut totum vitæ tempus, tanquam neceſſariam quandam naturæ adminiſtrationem, ſponte „tolerent, atque ad animæ ſolutionem è corporibus properent. „Plerumque etiam cum ſe rectè habere viderint, nullo malo urgente, neque impellente, è vita diſcedunt: quanquam illud non „niſi prius aliis præmonitis faciant, in quorum numero non „eſt, qui impediat: quo fit, ut omnes apud ſuos felicitatem de„functi commendent, innocentes in mortuorum aliquem: ita „firmam & veram animabus vivendi inter ſe rationem ipſi & „multi alii ſibi perſuaſerunt. Poſtquam vero audiverint ſibi man„data, corpus igni committunt, ut puriorem ſecernant animam „à corpore, atque laudibus eximiis accumulent. Facilius enim „ad mortem illos impellunt amici, quam cives in longinquas „peregrinationes aliorum hominum ſinguli. Hos ipſos quidem, „dum in vita permanent, lugent; eoſdem vero vita functos feli„ces prædicant, velut immortalitatis ſedem ſortitos. Quocirca „nullus Sophiſta ad illos accedebat, neque ad prædictorum „quempiam, quales modo videmus apud Græcos, qui dubitare

C LXXXI. „miſere ſunt viſi, dicentes: Si omnes vos imitentur, quid tan„dem accidet? Non enim per hoc vitæ inſtitutum exhaurientur „res humanæ, quia neque illud omnes imitabuntur: qui ſi imi„tatores reperti ſunt, magis æquitatis populis cauſa fuerunt, „quam confuſionis. Certè lex ipſa neminem cogit, ſed quæ aliis „concedit carnium eſcas, eoſdem ſui juris relinquit, qui quanto „reliquis ſunt meliores, tanto minus alios injuſtitia laceſſunt, & „ideo minus cæteris judicio ſunt obnoxii. Ad eos autem, qui „ita interrogant: quid tandem, ſi omnes vos imitentur? reſpon„dendum erit illud Pythagoricum, cum omnes reges evaſerint „magna cum difficultate nobis erit vivendum; neque profecto „dabitur fugiendi regni conſilium. Atque eodem modo illi, „qui Rerumpublicarum dignitatem metiuntur è virtutis ſtudio, „nullum ſibi exitum invenire poterunt, ſi omnes fuerint virtutis „ſtudioſi. Sed neque profecto ita quiſquam inſanit, quin putet „eſſe omnibus inſitam animi propenſionem ad res honeſtas: „quanquam lex alia multa atque vulgaria conceſſerit, quæ tamen „in Philoſophi, ſed ne etiam in politici viri arbitrio pulchre „convenirent. Neque enim è quavis arte aſſumuntur homines

„ad

Anno Chriſti

„ad Rerumpubl. adminiſtrationem, quamvis nihil impedit è
„Rerumpubl. adminiſtratione ad artes inferiores tranſire. Neque
„ex omni ſtudio quilibet ad principatum admittitur, cum rerum
„ſordidarum artifices, à principatu arceantur, atque ab aliis o-
„mnino adminiſtrationibus, in quibus juſtitia opus eſt, aut al-
„terius virtutis apparatu. Quia vero nulla lex prohibet pleroſ-
„que conſuetudinem habere cum meretricibus, quamquam viris
„etiam mediocris fortunæ ſit turpe è lenocinio rem facere, ni-
„hilominus conſuetudo illa cum meretricibus eſt turpis & in-
„decora. Quinetiam in caupona diverſari nulla lex prohibet,
„cum tamen illud ſit vituperabile homini mediocris conditio-
„nis. Tale igitur quippiam animadvertendum in vitæ ratione:
„nam ſi quid multis conceditur, non ſtatim ſequitur eſſe hone-
„ſtum viris optimæ conditionis. Vir autem Philoſophus ſibi ipſi
„ſacras præſcribit leges, quas Dii, & homines Diis conſentien-
„tes, determinant. Sacræ autem leges ſecundum ritum gentium
„& urbium apparent, quæ caſtitatem quidem commendant,
„animatorum vero eſcam prohibent aut propter pietatem, aut
„propter aliquod damnum ex alimentis emergens. Itaque vel C
„Sacerdotes imitari licet, vel omnibus fides eſt adhibenda le- LXXXI.
„gumlatoribus. Utrobique enim ab omnibus abſtinendum, at-
„que legitimum perfecte & religioſe obſervandum. Si enim
„privatim ab aliquo propter privatam religionem abſtinent, qui
„ad omnia eſt religioſus ab omnibus abſtinebit. Hæc Porphyrii
ſatis inelegans interpres. Ita ſe tunc doctrina Brachmanum & au-
ctoritas apud notos tunc Orientales Indos habuit.

Commodi exceſſum magni motus excepere, & alii atque
alii Imperatores a diverſis legionibus, diverſiſque in Provinciis,
creati ſunt;

PERTINAX a percuſſoribus Commodi, ſed poſt ſecun- PERTINAX, IMP.
dum imperii menſem, ob ſeveritatem militaris diſciplinæ, à
militibus occiſus;

DIDIUS JULIANUS, pecunia mercatus imperium, eo- DIDIUS JULIANUS, IMP.
que, ob luxum, poſt menſem itidem ſecundum, exutus; CXCIV.

L. SEPTIMIUS SEVERUS in Pannonia à militibus, qui- L. SEPTIMIUS SEVERUS, IMP.
bus præerat, electus.

Anno Chriſti CXCIV.

PESCENNIUS NIGER, IMP.

Adverſarium is habuit PESCENNIUM NIGRUM, egregiæ virtutis virum, & iccirco a Syriaco exercitu ſalutatum imperatorem. Sed is mox, pace a Severo in Occidente conſtitutâ, ab eodem tribus præliis victus, Antiochiæ, quo ſe receperat, interfectus eſt.

Quinta perſecutio Chriſtianorũ, & ejus cauſa.

Imperante Severo quinta perſecutione Chriſtianorum res, ſed præcipue in Ægypto & Africa, afflictæ ſunt, falſis criminibus ſeditionis, ſacrilegii, contumaciæ adverſus Cæſarem, inceſti, ἀνθρωποφαγίας, aliiſque objectis. Ἀνθρωποφαγίας illud crimen haud dubie non alia de cauſa tributum veteribus Chriſtianis eſt, quam quod Sacræ Cœnæ ſacramentum ac myſterium non caperent Chriſtiani nominis hoſtes, & maligne interpretarentur.

CC.

Chriſtiani Aſcetæ.

Hac tempeſtate nonnulli tam laïcorum, quam clericorum inter Chriſtianos, quos Aſcetas vocant Græci, duriſſimam, ut loquitur Tertullianus, qui nunc floruit, vitæ viam commeare cœperunt, ut tanto promptius ad æternam & beatam ex mortali hac pervenirent. Dubitare nos hac de re non ſinit ipſe Tertullianus. Verba ejus ſunt Lib. de cultu fœminarum; *Non enim & ita multi faciunt, & ſe ſpadonatui aſſignant propter regnum Dei, tam fortem, & utique permiſſam,* matrimonii nempe, *voluptatem ſponte ponentes? Quidam ipſam creaturam Dei ſibi interdicunt, abſtinentes vino, & animalibus exulantes, quorum fructus nulli ſollicitudini aut periculo adjacent; ſed humilitatem animæ ſuæ in victus quoque caſtigatione Deo immolant.* Ex hoc loco patet, ut omnibus, tunc etiam Clericis, permiſſam fuiſſe matrimonii voluptatem, nec prohibitam, quod fit hodie, ſed ſponte a nonnullis, ut cum Tertulliano ſic ego hic loquar, poſitam; & tamen ex ſpontanea illa humilitate ac caſtigatione, qua ſe ſponte aſſignabant ſpadonatui, & ipſam Dei creaturam, id eſt, ciborum nonnullorum uſum ſibi interdicebant, Monachorum, qui ſequuti ſunt, leges, inſtituta, ac diſciplinam hinc quoque exempla habuiſſe.

Omnibus nihilominus nunc, etiam Clericis, permiſſa matrimonii voluptas.

Pax Eccleſiæ per quoſdam quaſi Dubitantes turbata.

Hac ipſa tempeſtate pacem Eccleſiæ admodum turbavit quorundam, qui Chriſtiani audire volebant, ſtudium deſtruendi ea omnia ac in dubium vocandi, quæ in Chriſtiana Eccleſia tradebantur, cum ipſi interim de dogmatis fidei certi nihil affirmarent. Idem Tertullianus de Præſcr. Hær. Cap. XLII. de illis, *Hoc eſt negotium illis, non ethnicos convertendi, ſed noſtros evertendi.*

Hanc

Anno Chriſti CC.

Hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, non ſi jacentibus elevationem operentur: quoniam & ipſum opus eorum non de ſuo proprio ædificio venit, ſed de veritatis deſtructione. Noſtra ſuffodiunt, ut ſua ædificent. Adime illis legem Moyſis, & Prophetas, & creatorem Deum; accuſationem eloqui non habent. Ita fit, ut ruinas facilius operentur ſtantium ædificiorum, quam exſtructiones jacentium ruinarum. Ad hæc ſolummodo opera humiles, & blandi, & ſubmiſſi agunt. Ceterum nec ſuis præſidibus reverentiam noverunt. Et hoc eſt, quod ſchiſmata apud hæreticos fere non ſunt: quia cum ſunt, non parent. Schiſma eſt unitas ipſis. Mentior ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum unuſquiſque proinde ſuo arbitrio modulatur quæ accepit, quemadmodum de ſuo arbitrio ea compoſuit ille qui tradidit. Agnoſcit naturam ſuam & originis ſuæ morem profectus rei. Plerique nec Eccleſias habent, ſine matre, ſine ſede, orbi fide, extorres, ſine lare vagantur.

Tertulliani de iis querela & judicium.

Jam tum Tertulliani ævo receptas in Eccleſiis Chriſtianis imagines, & cultas fuiſſe, ſunt qui volunt; quos egregie refellit Forbeſius, vir ſane doctiſſimus, Inſtructionum Hiſtoriarum Eccleſiaſticarum Lib. VII. Cap. VIII. Quin imo contra eos palam pronunciat ipſe Tertullianus. Certe in Apologetico, Cap. XII. ubi de Chriſtianis ſui temporis agit, Si statuas, inquit, et imagines frigidas, mortuorum suorum simillimas, non adoramus, quas milvi, et mures, et araneæ intelligunt, nonne laudem magis, quam poenam merebatur repudium agniti erroris? Sermo quidem, fateor, illi eſt adverſus gentium idola; ſed & illud quoque interim fateri neceſſe habemus, argumento eum uti, quo omnis omnino religioſa imaginum adoratio excluditur & damnatur. Idem Tertullianus librum de idololatria ſcripſit contra ſimulacra gentilium. Nulla enim inter Chriſtianos illo tempore inveniebantur, niſi forte inter reliquias veterum hæreticorum. Sic autem argumentatur Tertullianus, ut omnem imaginum adorationem aut in uſum religioſum fabricationem, Chriſtianis prohibitam eſſe doceat; ut patet ex hiſce ipſius verbis, libri ejuſdem Cap. III. Omnis, inquit, forma vel formula idolum ſe dici expoſcit. Inde idololatria omnis circa omne idolum famulatus & ſervitus. Inde & omnis idoli artifex ejuſdem & unius eſt criminis. Et Cap. IV. Idolum tam fieri quam coli Deus prohibet. Quanto præcedit ut fiat quod coli poſſit; tanto prius eſt ne fiat, ſi coli

Ejus ævo non receptas fuiſſe eccleſiis imagines, oſtenditur.

Tertullianus Lib. de idololatria omnem imaginũ adorationẽ, & in uſum religioſum fabricationem, explodit.

Anno Christi

non licet. Propter hanc cauſſam, ad eradicandam ſcilicet materiam idololatriæ lex divina proclamat, *ne feceritis idolum*, & conjungens, *neque ſimilitudinem eorum quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra, & quæ in mari.* Toto mundo ejuſmodi artibus interdixit ſervis Dei. Et Cap. v. Sed ait quidam; Cur ergo Moſes in eremo ſimulacrum ſerpentis ex ære fecit? Seorſim figuræ, quæ diſpoſitioni alicui arcanæ præſtruebantur, non ad erogationem legis, ſed ad exemplarium cauſæ ſuæ. Bene quod idem Deus, qui lege vetuit ſimilitudinem fieri, extraordinario præcepto ſerpentis ſimilitudinem interdixit. Si eundem Deum obſervas, habes legem ejus, *ne feceris ſimilitudinem.* Si & præceptum factæ poſtea ſimilitudinis reſpicis, & tu imitare Moyſen, ne facias adverſus legem ſimulacrum aliquod, niſi & tibi Deus juſſerit. Et Cap. VIII. reſpondens artificum uſitatæ objectioni: Non habeo aliud, quo vivam; Si, inquit, ita neceſſitas exhibitionis extenditur, habent & alias ſpecies, quæ ſine exorbitatione diſciplinæ, id eſt, ſine idoli confecturá, opem victûs præſtent. Scit albarius tector & tecta ſarcire, & tectoria inducere, & ciſternam linere, & cymatia diſtendere, & multa alia ornamenta, præter ſimulacra, parietibus incruſtare, &c. Hæc Tertullianus. Unde colligimus, nullum fuiſſe, tempore Tertulliani, religioſum, ac vix politicum uſum imaginum inter Chriſtianos. Nam in prolixa illa ſua ad propoſitam artificum exceptionem reſponſione, nuſquam monet ut Chriſti & ſanctorum potius faciant imagines, quam falſorum Deorum; ſed prorſus abſtinendum eſſe monet ab omni effigiei ſeu ſimulacri fabricatione; nullum enim ſimulacrum colere licere, neque ſuppeditandam eſſe materiam idololatriæ. Abſtinuerunt autem tunc temporis à ſimulacrorum uſu etiam politico, alioqui non illicito, Chriſtiani; ne viderentur colere imagines, & ne Ethnicorum ſuperſtitionem fovere crederentur, & ne ſcandalizarentur infirmiores.

Reſpondetur objectioni de ſerpente æneo.

CC.

Priſcorii Chriſtianorum abſtinentia à ſimulacrorum uſu.

Clementis Alexandrini diſſertatio contra cultum imaginum.

Clemens Alexandrinus, qui circa annum ducenteſimum, nempe initio ſæculi tertii, vixit, Pantæni diſcipulus, in ſuo Protreptico multa ſcribit contra cultum imaginum, & addit nullam fuiſſe Chriſtianis ſenſibilem imaginem numinis. An non ſunt, inquit, prodigioſi qui lapides venerantur: οἱ λίθοις προσκυνοῦντες; deinde vero etiam ſtatuentes eos ante fores, perinde atque qui vim agendi habeant. Senſu carenti lapidi, ligno, &

diviti

diviti auro nihil penitus curæ eſt, καὶ παντὸς ἐστιν ἀτιμότερα ζώου τὰ ἀγάλματα, ſunt autem imagines quovis animali viliores. Et quomodo quæ ſunt nullo ſenſu prædita, divino ſint honore affecta, mihi venit in mentem dubitare, & errantium tanquam miſerorum miſereri amentiæ. Nam ſi quædam animalia non habent omnes ſenſus, ut vermes & erucæ, & quæcunque ſtatim à primo ortu manca & mutila apparent, ſicut & talpæ, & mus araneus, quem dicit Nicander cæcum & σμερδνὴν, ſunt tamen meliores his ſtatuis & imaginibus, quæ penitus ſurdæ ſunt, ἀγαλμάτων πλεῖον ὄντων κωφῶν. Habent enim unum quidem certum ſenſum, verbi gratia, auditum vel tactum, vel qui habet proportionem ac convenientiam cum odoratu vel guſtu; ſimulacra autem nullum ſenſum participant. Sunt autem multa animantia, quæ nec viſum habent, nec auditum, nec vocem, cujuſmodi eſt genus oſtreorum, vivunt tamen & augentur, & præterea cum luna conſentiunt & afficiuntur; ſtatuæ autem, ἀγάλματα, otioſæ, inefficaces, inutiles, & nullo ſenſu præditæ, alligantur, confinguntur, & compinguntur, funduntur, limantur, ſecantur, eraduntur, ſculpuntur. Surdam quidem terram vexant & contumelioſe tractant ſtatuarii (οἱ ἀγαλματοποιοὶ) eam à natura propriâ arte dimoventes, & adorare perſuadentes. Adorant autem ii qui Deos faciunt, non Deos & Dæmones, meâ quidem ſententiâ, ſed artem & terram; id eſt, imagines. Verè enim eſt imago materia mortua, formata manu artificis, ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ ἄγαλμα ὕλη νεκρὰ, τεχνίτου χειρὶ μεμορφωμένη. Nobis autem non eſt materiæ ſenſilis imago ſenſilis, ſed quæ percipitur intelligentiâ; Deus qui ſolus verè eſt Deus, intelligentiâ percipitur, non ſenſu; ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητὸν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν, νοητὸν οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα, ὁ Θεὸς ὁ μόνος ὄντως Θεός. Contra autem, quum in ipſis caſibus reipſa didicerint ſuperſtitioſi lapidum adoratores, οἱ τῶν λίθων προσκυνηταὶ, nullo ſenſu præditam non colere materiam, ab ipſo uſu victi pereunt ſuperſtitione. Cur ergo ea quæ ſunt Dei, τὰ τοῦ Θεοῦ, iis qui non ſunt Dii tribuiſtis? Cur relicto Cœlo terram honoraſtis, τετιμήκατε! Quid eſt autem aliud aurum vel argentum, vel adamas, vel ferrum, vel æs, vel ebur, vel lapides pretioſi: annon

Anno Chriſti

CC.

Anno Christi

terra, & ex terra: an non ſunt unius matris fœtus cuncta quæ vides? Cur ergo, ô ſtolidi & inanium rerum dediti cogitationi, ὦ μάταιοι καὶ κενόφρενες, cœleſtem locum maledictis inceſſentes, pietatem ac religionem humi detraxiſtis? terreſtres Deos vobis fingentes, & hæc genita ante Deum ingenitum perſequentes, in profundiorem incidiſtis caliginem? Pulcher eſt lapis Parius, ſed nondum eſt Neptunus: pulchrum eſt ebur, ſed nondum eſt Olympius. Materia ſemper arte indiget, Deus autem nullius eſt indigus. Præceſſit ars, adjecta eſt figura, materiæ & eſſentiæ opes ad lucrum quidem deducuntur, ſola autem ſunt figura venerandæ, μόνῳ δὲ τῷ σχήματι γίνεται σεβάσμιον. Aurum eſt tua ſtatua, eſt lignum, eſt lapis, & terra, quæ ſi ab initio conſideraveris, formam accepit ab artifice. Ego autem terram calcare didici, non adorare. Non enim eſt mihi fas unquam rebus inanimis credere ſpem animæ, γῆν ἐγὼ πατεῖν, οὐ προσκυνεῖν. μεμελέτηκα, οὐ γάρ μοι θέμις ἐμπιστεῦσαι ποτὲ τοῖς ἀψύχοις τὰς τῆς ψυχῆς ἐλπίδας. Vos autem ars decipit præſtigiis, ad colendum & adorandum
CC. ſimulacra & picturas, ἐπὶ τὸ τιμᾷν καὶ προσκυνεῖν τὰ δὲ ἀγάλματα καὶ τὰς γραφάς. Obſerventur diligentet iſta verba, τιμᾷν καὶ προσκυνεῖν. Nam inde omnes concertationes iconolatrarum & iconomachorum; quod illi affirmaverint oportere imagines τιμᾷν καὶ προσκυνεῖν, iſti negaverint, uti ſcribunt Damaſcenus Libro quarto orthodoxæ fidei, capite decimò ſeptimo, & Nicephorus Calliſti, libro decimo ſexto, capite vigeſimo ſeptimo, ipſi ambo iconolatræ. Sed audiamus porro Clementem. Nobis, inquit, de Chriſtianis loquens, eſt aperte vetitum artem fallacem exercere, Non facies, inquit Propheta, cujuſvis rei ſimilitudinem eorum quæ ſunt in Cœlo, & quæcunque ſunt in terra infra. Sed vos quidem ut ſtatua fabricetur quam pulcherrima valde elaboratis, ne autem propter ſenſus egeſtatem efficiamini imaginibus ſimiles non curatis. Antiſthenes enim non hoc quidem Cynicum cogitavit, ſed ut qui eſſet Socratis familiaris, dicit, Deum nulli eſſe ſimilem. Quare eum nemo poteſt diſcere ex imagine, διόπερ αὐτὸν οὐδεὶς ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος δύναται. Hactenus Clemens Alexandrinus in Protreptico ſuo ad Græcos, ſeu Gentes.

Deum nemo poteſt diſcere ex imagine.

Circa hæc tempora Iudæi Talmud conſcribere cœpere, cui eximiam & prope divinam tribuunt auctoritatem. Si ſignifica-

Iudæi conſcribendi

tionem

tionem nominis videas *Talmud*, idem eſt quod, *doctrina;* quomodo Elias Levita in Lexico interpretatur. Et certo libris Talmudis non niſi quoddam velut Jus Civile & Canonicum Judæorum, ex varia animadverſione ac interpretatione Rabbinorum conflatum, continetur. Ejus operis novem decemve ingentia volumina exſtant, non tam lingua Ebræa; quam mixta quadam ex Ebræa, Syriaca, Arabica, Perſica, Græca, aliiſque, conſcripta; adeo ut ſatis difficilia ea legentibus offerantur, & novis lexicis quorundam Rabbinorum opus fuerit, quo promptius intelligerentur. In partes autem duas opus totum dividitur; quarum una *Miſchnah* appellatur, id eſt, *Explicatio legis;* altera *Gmara*, id eſt, *Impletio.* Partem primam Iudæorum magiſtri accepiſſe a Deo Moſen volunt, non ſcripto traditam, ſed ore tenus ſignificatam, in monte Sinai. Quare & in Chaldaica Paraphraſi Cantici Canticorum legitur; *Solomo Propheta dixit: Nomen Domini ſit benedictum, qui nobis legem dedit per manus Moſis, magni Magiſtri, in duabus tabulis deſcriptam, & ſimul libros Miſchnah, & Talmudis, cum eorum explicationibus.* Iccirco & Talmud iis dicitur, *Thorah ſchiebbaalphe;* id eſt, *Lex ore pronunciata;* ut, nempe, ſic diſtinguatur a Pentateucho Moſaico, quem vocant *Thorah ſchieblichtkab;* quaſi tu dixeris, *Lex ſcripta.* Et hanc datam legem Moſi, ore traditam Iudæis fuiſſe, uſque ad excidium Hieroſolymæ, iidem volunt. Hanc traditionem *Kabbalah* iidem vocant, facto vocabulo ex *Kabbel*, quod nihil aliud ſignificat, quam *per traditionem excipere.* Hinc in Libro Talmudis, cui nomen fecerunt *Pirke Avoth*, Cap. 1. legitur; *Moſes accepit legem in monte Sinai, & Moſes Ioſuæ, & Ioſua Senioribus, & Seniores Prophetis, & Prophetæ magnæ Synagogæ tradiderunt.* Hi Eſdras, & ejus collegæ fuiſſe dicuntur. Ab his ſequutos Iudæorum magiſtros accepiſſe volunt. Cæterum cum everſa jam eſſet Hieroſolyma, templum exciſum, Iudæi diſperſi aut in captivitatem abducti, metuereturque ne *Kabbaloth* ſive traditiones quadam quaſi oblivionis injuria perirent, Magiſtrorum unus R. Iuda Hannaſi, qui & Rabbenu Hakkadoſch appellatur, favente Antonino imperatore, & ex auctoritate reliquorum Rabbinorum, ſcripto complexus eſt quidquid hujus non ſcriptæ legis memoria poterat ſuppeditare. Factum id anno, ut volunt, poſt Chriſtum natum 191. Poſt hunc R. Aſſe, Rector Scholæ Iudæorum Suræ, diſcipulis ſuis, per annorum quaſi ſexa-

Anno Chriſti

Talmudis initium faciunt.

Partes ejus duæ.

CC.

Kabbalah Iudæorum.

Anno Christi

ginta ſpatium, ejus Libri *Miſchnajoth*, ſive Talmudis, mentem interpretatus eſt, ab anno Domini 367, uſque ad annum 427, quo temporis intervallo triginta & quinque Commentarios libros adjeciſſe Talmudi dicitur. Eum ſequutus eſt, & in hac cura excepit R. Maremar, ſociumque ei ſe junxit R. Mar, filius R. Aſſe. Hi perfecere, quidquid R. Aſſe, morte præventus, abſolvere non potuerat; atque in eo opere per annos ſeptuaginta & tres fuere. Tunc demum ultima quaſi manus Talmudi impoſita, & opus omne Iudæorum omnium auctoritate probatum receptumque eſt. Factum id anno poſt natalem Domini quaſi quingenteſimo. Et quia in Babylonia hæc cura curata eſt, *Talmud Babylonicum* appellant. Opus totum, *Miſchna* & *Gmara*, in ſex partes, & libros ſexaginta, & Capita prolixa quingenta triginta & duo, diviſum eſt. Porro tanti id hodieque Iudæi faciunt, ut ei & Moſis & Prophetarum omnium ſcripta poſtponant. In libro certe, edito Cremonæ in Italia, anno 1556, (ut Iohannes Buxtorfius tradit in Synagoga Iudaica, Cap. 1.) quem vocant *Sepher Mitzvoth Katon*, id eſt, *Breviarium præceptorum*, hæc leguntur; *Noli exiſtimare ſcriptam legem regulam vitæ aut fundamentum eſſe. Ore & per manus tradita lex* (id eſt, Talmud) *omnium & præcipuum ac unicum fundamentum eſt. Immo hæc ore tradita lex fundamentum eſt fœderis Dei cum Iſraële.* In ipſo Talmude, Libri, quem vocant *Biva Meziah*, Cap. 11. ſub finem dicitur; *Sacras literas legere, & in earum mente ac ſententia eruenda eſſe, bonum eſt, & non bonum:* (id eſt, tanti non eſt) *ſed Miſchnam nocturna diurnaque verſare manu, virtus eſt, cujus magna futura merces eſt. Gmara autem ediſcere, virtus eſt incomparabilis.* Hinc fit, ut doctiores magiſtri Iudæorum magis verſati plerumque ſint in Talmudicorum, quam Sacrorum Veteris Teſtamenti librorum lectione. Imo Talmudiſticæ rei periti *Tannaim*, id eſt, *Magiſtri*, aut *Doctores*: qui autem ſolis Sacris literis legendis excutiendiſque ſe dedunt *Karaim* tantum, quaſi tu dixeris *Lectores*, appellantur. Adeoque mirandum haud eſt, Iudæis recepta hodie dogmata tam longe abire ab iis, quæ in antiqui fœderis libris leguntur. Non eſt dubium, quin præclara multa, & quæ ad Sacrorum librorum lucem faciunt, in Talmudiſtarum ſcriptis nonnunquam ſeſe offerant; ſed & illud in confeſſo eſt, pleraque in iis ſtolida, inepta, impia, &, ſi mollius accipias, miſeranda contineri. Et tamen tantæ apud Iudæos digna-

Talmud abſolvitur.

CC.

Ejus auctoritas inter Iudæos.

Tannaim & Karaim Iudæorum qui dicantur.

tionis

tionis Talmud eſt, ut Deum quavis nocte lectioni ejus vacare, aſſerere haud vereantur. Certe in Chaldaicâ Paraphraſi Cantici Canticorum, Cap. v. verſ. x. legitur; *Iſraëlitica Synagoga decantare cœpit laudes totius terrarum orbis Domini, & hæc pronunciavit:* Illi Deo inservire mihi est animus, qui interdiu candida ac nivea veste indutus, totus est in lectione XXIV librorum legis, prophetarum, et sacrarum literarum; noctu autem assiduus est in lectione sex partium Mischnæ, sive Talmudis. Ad quam tam inſignem Iudæorum impietatem ac blaſphemiam nihil mihi quidem adjici poſſe videtur. Chriſtianorum nonnulli merito profecto Talmud vocant & *Telmot*, *Acervum & cumulum dubitationum*, & *Tal-moth*, *Rorem mortis*, & *Telmuttek*, quaſi tu dixeris, *Molem defectionum*. Cæterum de Talmude, & ejus auctoribus, ac argumento, hæc nunc dicta ſufficiunt.

Anno Chriſti

Blaſphemia Iudæorum notatur.

M. Antoninus Bassianus, cognomento Caracalla, filius Septimii Severi ſuccedit. Is initio imperii collegam habuit fratrem Getam, ſed eum mox interfecit. Quod ſcelus cum excuſare nollet Papinianus, eximius Juriſconſultus, capite plexus eſt. Tandem ipſe, cum in plurimos ſimiliter ſæviiſſet, in Aſia a ſatellite occiſus eſt.

CCXII. M. ANTONINUS BASSIANUS, IMP.

Opilius Macrinus, homo obſcuri generis, in Syria ab exercitu ſalutatus Imperator eſt. Imperavit autem annum modo unum & menſes duos, a ſuis interfectus, ob ſingularem crudelitatem, qua & factum eſt ut pro Macrino Macellinus vulgo diceretur, quod domus ejus ad macelli ſpeciem multorum ſanguine eſſet cruentata.

CCXVIII. OPILIUS MACRINUS. IMP.

Antonius Heliogabalus, filius Baſſiani Caracallæ, ſuccedit, Princeps libidinum tantum infamia inſignis.

CCXIX. ANTONIUS HELIOGABALUS, IMP.

Alexander Severus, Mammææ, ſororis matris Heliogabali filius, & ſic conſobrinus Heliogabali, ſuccedit.

Hic Chriſtum, & Abrahamum, & Apollonium in larario ſuo coluit, eorumque imagines dedicavit. Auctor eſt Lampridius in ejus Vita; *Alexander*, inquit, *Severus*, *ſi facultas eſſet, ſi non cum uxore cubuiſſet, matutinis horis in larario ſuo* (*in quo & divos Principes, ſed optimos electos, & ſanctiores animas, in queis & Apollonium, &, quantum ſcriptor ſuorum temporum dicit*, Christum, *Abrahamum, & Orpheum, & hujuſmodi Deos habebat, ac majorum effigies*)

CCXXIII. ALEXANDER SEVERVS.

Anno Chriſti

rem divinam faciebat. Ex quo loco ſunt qui colligunt, ut Bellarminus ac Baronius Cardinales, aliique, imagines hac tempeſtate receptas in Eccleſiis Chriſtianis, & cultas fuiſſe. Cæterum admodum illi falluntur. Imaginem Chriſti, quæ Chriſti eſſe putabatur, in lalario ſuo Alexander Severus habuit, & coluit, ſed non Chriſtianorum ritu, quorum in templis hac tempeſtate non fuiſſe imagines ſupra ex luculento Tertulliani teſtimonio oſtendimus, verum Paganorum, quos in cultu imaginum totos fuiſſe, conſtat. Nihil igitur in hoc exemplo præſidii eſt illis, qui veterum Chriſtianorum more, quem fingunt, novos & incognitos in vetere Eccleſia errores tueri contendunt.

Baronius & Bellarminus refelluntur.

Pax Chriſtianis, per Mammeam.

Pax tamen Chriſtianis ſub eo fuit. Mammea quippe, Severi mater, ab Origene, qui nunc floruit, erudita, Chriſtianam religionem ac diſciplinam amplectebatur.

CC XXIII.

Origenes floret.

Sed de Origene, & excellenti ejus viri doctrina, graviſſimiſque erroribus quædam paulo fuſius hic dicenda ſunt. Dicenda autem verbis Vincentii Lirinenſis, quæ in libello elegantiſſimo adverſus profanas novationes leguntur; Ego, inquit, ita arbitror, quod cum multos in hoc tentandi genere proferre valeamus, nemo pene ſit, qui Origenis tentationi valeat comparari, in quo plura adeo præclara, adeo ſingularia, adeo mira extiterunt, ut inter initia habendam cunctis adſertionibus ejus fidem, quivis facile judicaret. Nam, ſi vita facit authoritatem, magna illi induſtria, magna pudicitia, patientia, tolerantia. Si genus vel eruditio, quid eo nobilius, qui primum in ea domo natus eſt, quæ eſt illuſtrata martyrio? Deinde pro Chriſto non ſolum patre, ſed omni quoque facultate privatus, tantum inter ſanctæ paupertatis profecit anguſtias, ut pro nomine Dominicæ confeſſionis ſæpius, ut ferunt, adfligeretur. Neque vero hæc in illo ſola erant, quæ cuncta poſtea tentationi forent, ſed tanta etiam vis ingenii tam profundi, tam acris, tam elegantis, ut omnes pene multum longeque ſuperarit: tanta doctrinæ totius eruditionis magnificentia, ut pauca forent divinæ, pene fortaſſe nulla humanæ Philoſophiæ, quæ non penitus adſequeretur: cujus ſcientiæ cum Græci non crederent, Hebræa quoque elaborata ſunt. Eloquentiam vero quid memorem? cujus fuit tam amœna, tam læta, tam dulcis oratio, ut mihi ex ore ipſius non tam verba, quam mella quædam fluxiſſe videantur. Quæ non ille perſuaſu difficilia diſputandi vi-

Origenis parentes, & eruditio.

ribus elimpidavit? Quæ facta ardua non ut facillima viderentur effecit? Sed forſitan argumentorum tantummodo nexibus adſertiones ſuas texuit. Imo plane nemo unquam magiſtrorum fuit, qui pluribus divinæ legis uteretur exemplis. Sed credo pauca conſcripſit. Nemo mortalium plura, ut mihi ſua omnia non ſolum perlegiſſe,* ſed ne inveniri quidem poſſe videantur. Cui ne quicquam ad ſcientiæ inſtrumenta deeſſet, etiam plenitudo exabundavit ætatis. Sed forſitan diſcipulis parum felix. Quis unquam felicior? Nempe innumeri ex ſinu ſuo doctores, innumeri ſacerdotes, confeſſores & martyres extiterunt. Jam vero quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit, quis exequi valeat? Quis non ad eum paulo religioſior ex ultimis mundi partibus advolavit? Quis Chriſtianorum non penè ut Prophetam, quis Philoſophorum non ut magiſtrum veneratus eſt? Quam autem non ſolum privatæ conditioni, ſed ipſi quoque fuerit reverendus imperio, declarant hiſtoriæ quæ eum a matre Alexandri Imperatoris accitum ferunt, cœleſtis utique ſapientiæ merito, cujus & ille gratia & amore illa flagrabat. Sed & ejuſdem Epiſtolæ teſtimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Chriſtianus fuit, Chriſtiani magiſterii authoritate conſcripſit. De cujus incredibili quadam ſcientia, ſi quis referentibus nobis Chriſtianum non accipit teſtimonium, ſaltem teſtificantibus Philoſophis gentilem recipiat confeſſionem. Ait namque impius ille Porphyrius, excitum ſe fama ipſius Alexandriam puerum ferè perrexiſſe, ibique eum vidiſſe jam ſenem, ſed plane talem tantumque qui arcem totius ſcientiæ condidiſſet. Dies me citius defecerit, quam ea quæ in illo viro præclara extiterunt, vel ex minima ſaltem parte perſtringam; quæ tamen omnia non ſolum ad religionis gloriam, ſed etiam ad tentationis magnitudinem pertinebant. Quotus enim quiſque tanti ingenii, tantæ doctrinæ, tantæ gratiæ virum aut facile deponeret, ac non illa potius uteretur ſententia, ſe cum Origene errare malle, quam cum aliis vera ſentire? Et quid plura? Eo res decidit, ut tantæ perſonæ, tanti doctoris, tanti Prophetæ, non humana aliqua, ſed, ut exitus docuit, nimium periculoſa tentatio plurimos a fidei integritate deduceret. Quam ob rem hic idem Origenes tantus ac talis, dum gratia Dei inſolentius abutitur, dum ingenio ſuo nimium indulget, ſibique ſatis credit, cum

Anno Chriſti

Mammea Origenem ad ſe allexit.

CC XXIII.

Hieronymi de eo judicium.

Anno Christi parvi pendit antiquam Chriſtianæ religionis ſimplicitatem, dum ſe plus cunctis ſapere præſumit, dum eccleſiaſticas traditiones & veterum magiſteria contemnens, quædam ſcripturarum capitula novo more interpretatur, meruit ut de ſe quoque Eccleſiæ Dei diceretur: Si ſurrexit in medio tui Propheta. Et paulo poſt: Non audies, inquit, verba Prophetæ illius. Et item: Quia, inquit, tentat vos Dominus Deus veſter, utrum diligatis eum, an non. Vere non ſolum tentatio, ſed etiam magna tentatio, deditam ſibi atque à ſe pendentem eccleſiam admiratione ingenii, ſcientiæ, eloquentiæ, converſationis & gratiæ, nihil de ſe ſuſpicantem, nihil ſe verentem, ſubito a veteri religione in novam profanitatem ſenſim paulatimque traducere. Sed dicet aliquis, *Origenis libri corrupti.* corruptos eſſe Origenis libros. Non reſiſto, quin potius & malo: Nam id a quibuſdam & traditum, & ſcriptum eſt, non Catholicis tantum, verum etiam hæreticis. Sed illud eſt quod nunc debemus advertere, etſi non ipſum, libros tamen ſub nomine ſuo editos magnæ eſſe tentationi, qui multis blaſphemiarum vulneribus ſcatenres, non ut alieni, ſed quaſi ſui & leguntur & amantur, CC XXIII. ut etſi in errore concipiendo Origenis non fuerit ſenſus, ad errorem tamen perſuadendum Origenis authoritas valere videatur. Errores ejus multi traduntur; & longum eſſet, omnes recenſere. Enumerat præcipuos Theophilus, Alexandrinus Epiſcopus, aut interpres ejus, quem volunt, D. Hieronymus, Lib. Paſchali I. *Errorum ejus origo.* Hi conſulendi ſunt. Origo errorum ejus omnium eſt, & quod Philoſophiam cum Theologia temere ac arroganter confuderit, & quod allegoriis nimium indulſerit; quibus factum eſt, ut veram S. Litterarum ſententiam, quam illuſtrandam ſuſceperat, non modo obſcuriorem reddiderit, ſed ne quidem aſſequi potuerit. OMNES HÆRETICOS MAGNITUDINE BLASPHEMIÆ SUPERAT ORIGENES. Ita de eo judicat & loquitur ille, cujus jam memini, Alexandrinus Epiſcopus, Theophilus.

Iuriſprudentia Romana & Vlpianus florent. Imperante Alexandro Severo magna Juriſprudentia Romana accepit incrementa, ſtudio inprimis & opera celebris illius Ulpiani, cujus plurimæ leges in Pandectis Iuris Romani hodieque leguntur. Fuit hic auditor Papiniani, & ſub Alexandro Imperatore militibus Prætorianis præfectus, ſed tandem, ob militaris diſciplinæ ſeveritatem, ab his interfectus eſt.

Imperator hic duo præcipua bella geſſiſſe memoratur, Perſi-

Anno Christi

cum in Oriente contra Artaxerxem, quem & vicit; in Occidente Germanicum. Sed cum ſeverius cum militibus ageret, & mater Mammea avare~, ipſe cum matre a militibus occiſus eſt; qui Maximino Thraci, ducum uni, & grato in vulgus, imperium obtulere~. *Bella Severi.*

CC XXXVI. MAXIMINUS THRAX, IMP.

Maximinus Thrax Alexandro Severo, deferentibus imperium legionibus, ſuccedit~. Fuerat is primum opilio, dein inter cuſtodes corporis Alexandri Severi aſſumptus; & tandem, ut in hominum rebus nonnunquam fortuna jocatur, factus Imperator eſt.

Filius ei fuit ejuſdem nominis, quem & Cæſarem fecerat. Cæterum ob inſignem crudelitatem hoſtis a Senatu declaratus, in Aquileiæ obſidione, ſimul cum filio, a milite interfectus eſt. *Occiditur.*

DUO GORDIANI IMPP.

Sub initium imperii Duo Gordiani, pater & filius, ſalutati contra eum erant Imperatores; ſed Capellianus, Dux ejus, mox eos è medio ſuſtulit~.

Sexta perſecutio Chriſtianis a Maximino illata eſt; ſed cum vita ejus ac imperio deſiit~. *Perſecutio Chriſtianor. VI.*

Ejus autem perſecutionis tempeſtate Chriſtiani nonnulli commoti, docere auſi ſunt, difficilibus ejuſmodi temporibus ore~ tenus Chriſtianam religionem damnari poſſe, ſi modo animo ejus veritas ſederet. Hi Helcheſaitæ a veteribus Chriſtianis appellati ſunt~. *Helcheſaitarū error.*

CC XXXIX. GORDIANUS IMP.

Gordianus, quem tertium dicunt, majoris illius, cujus jam meminimus, ex filia nepos, ſuccedit: Philippo Arabe, quem Prætorii præfectum creaverat, agente, & imperium affectante, ſexennio poſt interfectus eſt.

CC XLV. PHILIPPUS ARABS, IMP.

Philippus Arabs, Gordianum, quem è medio tollendum curaverat, ſequitur~.

Hic, facto cum Perſis fœdere, Meſopotamiam iis & Syriam dedidit, adeoque in Oriente imminuit res imperii.

Idem omnium Romanorum Imperatorum primus Chriſtianus fuiſſe dicitur; nec tamen rem Chriſtianam augere auſus eſt. Vincentii Lirinenſis de eo hæc, quæ jam exhibuimus, verba ſunt; Sed et Mammeæ Epistolæ testimonium perhibent; quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Chrisitani Magisterii auctoritate conscripsit. *Primus Chriſtianus Imperator.*

De-

Anno Chriſti CCL. DECIUS, IMP.

DECIUS, in expeditione contra Scythas, quam illi Philippus mandaverat, communi conſenſu Illyrici exercitus ſalutatus Imperator, & Philippus Veronæ a militibus cæſus eſt.

Septima perſecutio Chriſtianorum.

Eo imperante ſeptimâ graviſſimâque perſequutione in Chriſtianos ſævitum eſt.

Gothi bellum inferunt Romanis.

Gothi primum ſub Decio intuliſſe Romanis bellum dicuntur. De qua celebratiſſima poſthac in Annalibus gente, ejuſque origine ac primis ſedibus, quædam paullo altius repetenda hic ſeſe nobis offerunt. Repetenda autem videntur non aliis, quam doctiſſimi amiciſſimique Loccenii noſtri verbis, quæ Cap. 1. Lib. 1. Antiquitatum Sueo-Gothicarum leguntur. Qui gentis Arctoæ ortum a primis initiis exquirunt, reparati mundi prima primordia replicantes, ab Iapheto & Magogo gentis originem deducunt. Magogitas autem poſtea a Græcis Scythas appellatos teſtatur Ioſephus Lib. 1. Antiquitatum Iudaicar. Cap. VII. Ad vetuſtatem Scytharum probandam nullum afferre evidentius argumentum, quam ex Hiſtoriâ Sacrâ poſſumus. Arcam enim Noæ ſtatim a diluvio in uno montium Ararat quieviſſe, teſtis omni exceptione major eſt Moſes Geneſ. Cap. VIII. verſ. IV. Per Ararath autem omnes Armeniam intelligunt. Joſephus Lib. 1. Antiquit. Iudaic. Cap. IV. ſcribit Beroſum teſtari, ſua adhuc ætate partem navigii vel arcam Noæ in Armenia ad montem Cordæorum ſuperfuiſſe, & quoſdam bitumen inde abraſum loco amuleti uſurpaſſe. Diodorus Siculus accedit aſſertioni Moſis. Nam Libro 1. Bibliothecæ, ubi agit de ortu & incremento Scytharum, tradit, *paucos* ad Araxem fluvium *initio* conſediſſe, nimirum circa principium reparati generis humani, paulo poſt diluvium. Araxes autem eſt nobilis Armeniæ fluvius. Armeniæ vero nomen ab Aram filio Semi, nepote Noæ derivant, cujus mentio extat Gen. Cap. X. verſ. XXII. & 1 Paralip. 1. verſ. XVII. Filius Arami inter reliquos fuit *Gether*, ut ex dictis capp. patet: & inde *Getas* ſuam originem ac denominationem traxiſſe volunt. Nec obſtare quod ante dictum eſt, a Magogo Iapheti filio propagatos Scythas fuiſſe. Nam ab illo univerſæ gentes Scythiæ, a Gether autem ſigillatim & per certas colonias Gethæ, qui poſtea Gothi vocabantur, ex Aſia primum producti, & ulterius inde in Scandiam progreſſi exiſtimantur. Accedit, quod inſtinctu divino Noæ prædixerat Gen. X. verſ. XXVII. Japhetum habitaturum in tentoriis Semi

Gothorum veterum origo & ſedes.

fratris:

fratris: atque ſic utriuſque poſteros coloniarum & religionis vinculo conjungendos eſſe. Quod ſequentium temporum felix eventus ſatis probavit, dum aliquot Iapheti partes Semi poſteris acceſſerunt, & creſcentis populi multitudo ſe latius in Scythiam Europæam ex Oriente effudit ac ſparſit.

Anno Christi

Cæterum viri eruditi de re literaria egregiè meriti Cluverius & Pontanus, ille in Germania antiqua, hic in Daniæ deſcriptione Gothos cum Getis eſſe originis aut propaginis ejuſdem negant, & Jornandem, quique eum hic ſequutus, Iohannem Magnum partim plagii, partim tumultuariæ ſcriptionis incuſant, quod Getas cum Gothis, Scythas cum utriſque confundant. Fatendum equidem eſt; Iornandem non eſſe tam accuratum, in his diſcriminandis, quam decebat, ſed nonnunquam miſcere Getarum & Gothorum diverſis locis & temporibus aliquando degentium res geſtas; nihilominus, qui ab aliis Getæ dicuntur, ab ipſo Gothos intuitu primæ originis adpellari pagina XC. editionis Lindenbrogianæ, & qui ſeparatim Goti vel Getæ ab aliis vocantur, communi nomine Scythas a nonnullis, inprimis a Ioſepho vocari ſcribit pagina LXXXIV. cum ex Scythia primum advenerint. Unde etiam Scandia (ut olim omnis plaga Septentrionalis, teſte Strabone) Scythia dicta eſt, veluti notat Camdenus in Britannia ſua, ubi de Pictis agit. Et Getas ac Gothos Scythicæ gentis eſſe, non inficiantur viri docti. Nec ſanè poſſunt, niſi Plinium, qui Lib. IV. Natural. Hiſtor. Cap. XII. *Getas* inter Scytharum gentes refert, & Trebellium Pollionem mendacii arguere velint, qui in vita Gallieni & Claudii *Auſtrogothos*, id eſt, Oſtrogothos, ut nonnulli accipiunt, vel, ut alii, Auſtrales Gothos inter Scytharum populos recenſet; ut jam Iſidorum & P. Oroſium ſilentio tranſmittam. Sed qui Getas à Gothis eſſe diverſos ſtatuunt, hæc ſuæ ſententiæ momenta afferunt. Primo Getarum nomen apud Græcos eſſe vetuſtiſſimum, Gothorum autem non niſi poſt tempora Antonini, vel paulò ante tempora Conſtantini, poſt gentis ipſius è Scandia in Thraciam irruptionem, innotuiſſe. Deinde Getas eſſe Thracas, ſatis oſtendere ajunt Herodotum, Strabonem, & alios. Tandem linguæ diverſitatem diſcretas arguere gentes.

Qui Gothos & Getas ejuſdem originis negant eſſe, refelluntur.

CCL.

His eorum rationibus ſequentia reponi poſſunt, quæ ſi non omni exceptione majora, tamen probabilia erunt. Quod attinet

Anno Christi

primum eorum argumentum, largimur equidem, Getarum nomen apud Græcos eſſe vetuſtius quam Gothorum. Ipſe enim Herodotus, antiquiſſimus Hiſtoricorum qui hodie exſtant, eorum mentionem in Melpomene, vel Lib. IV. non vero Gothorum facit. Sed inde colligere velle, Gothos & Getas non eſſe gentem primo ortu eandem, haud ſatis valida videtur argumenti machina. Quid ſi ita ſentiamus? Qui vernaculo idiomate olim (ut hodieque Suedis ac Gothis) adpellabantur *Götker* a ſuo *Gethar*, eoſdem a priſcis Græcis & Latinis, qui ſuæ linguæ ſono hoc ita pronunciare non poterant, adpellatos primo *Getas*, poſtea *Gothos*. Unde Philippus Melanchthon Chronici Lib. I. ait: *Getas Gothos poſtea nominatos dubium non eſt.* Hoc enim frequens, nec difficile probatu erit authoritate & argumentis, ſi neceſſe ſit, ut cum tempore nomina populorum aliquantum immutentur, & ad ſonum exteræ genti faciliorem ac molliorem, vel etiam caſu, paulatim inflectantur. Quod ſi Philippo mihique ſine teſtibus antiquioribus fidem habere nolint, ecce do non unum. In veteri Chronico Suediæ MS. ſic habetur: *Af Iapketh är kompne Sithe och Götke, ſom länkt äpter kalludes Gotha, och nu kallas Swenſke. The kallas tha Sithe* (leg. *Skythe*) *Swidia, ſom byggia i Helſingeland och offnan T ſiedh och Kolamord. Och the kalladis Götha, ſom bodde nedre för förbenemde ſkoga, och till Oreſund millan Oſtrahaffuet och Wäſtra*; id eſt; *Ab Iapheto orti ſunt Scythæ & Getæ, qui diu poſt adpellabantur Gothi & nunc vocantur Suedi* (communi ſcilicet nomine) *Scythæ tunc dicebantur Suedi, qui habitabant in Helſingiâ, & ultra Tivedh & Kolamordh* (ſilvas ita dictas). *Illi vero Gothi nominabantur, qui cis dictas ſylvas habitabant uſque ad Oreſundam, inter mare Orientale & Occidentale.* Sed hoc domeſticum eſt teſtimonium. Proferam externum. Ælius Spartianus in vita A. Caracallæ Gothos appellatos Getas teſtatur: *Cum Antoninus Caracalla Germanici, & Parthici, & Arabici, & Alemannici nomen adſcriberet (nam Alemannorum gentem devicerat) Helvius Pertinax, filius Pertinacis, dicitur joco dixiſſe: Adde ſi placet etiam* GETICUS MAXIMUS, *quod Getam occiderat fratrem, & GOTHI GETÆ dicerentur: quos ille dum ad Orientem tranſit, tumultuariis prælis devicerat.* Verum ad illud regerunt, Ælium Spartianum ex vulgi opinione, quam Getici & Gothici nominum vicinitas fecerat, ita loquutum. Sed vulgus illam opinionem non ex nominum adfinitate ſolum, ſed etiam

Getæ ac Gothi iidem.

CCL.

Iidem & Scythæ dicti.

ex

ex gentis cognatione, quæ nominum cognationi anſam dare ſolet, abſque dubio hauſit. Unde etiam Hieronymus in præfatione ſecundæ Epiſtolæ ad Galatas, Gothos ab *eruditis antiquis Getas* vocatos adſerit. Non ergo a ſolo vulgo. Accedit quod Dio librum de rebus Gothorum Γετικὸν inſcripſerit, ut ex Suida conſtat.

Anno Chriſti CCL.

Alterum opinioni ſuæ præſidium depromunt ex Herodoto & aliis ſcriptoribus, quos ajunt adfirmare Getas eſſe Thracas, aut Thraciæ populos. Verum hic notandum, quod Herodotus de Getis Lib. IV. ſcribit: Γέτῃ Θρηΐκων ἐόντες ἀνδρειότατοι; *Getæ Thracum fortiſſimi*, idem de Gothis aſſerit Procopius Lib. IV. Γότθοι γὰρ ἀλκιμώτατοι ἁπάντων εἰσὶ τῶν βαρβάρων; *Gothi ſunt omnium barbarorum fortiſſimi.* Si vero Getæ ſint Thraciæ populi vel incolæ, quod facile largior, unde illis Getarum nomen adhæſit, niſi ab advenis Getis, vel majoribus Gothis. Nam & Scaliger Lib. III. Canon. Iſag. Chronol. pag. 333. eos diſtinguit in majores & minores. Majores, id eſt, antiquiores, qui primi Scandinaviam natale ſolum reliquerunt. Minores, qui longo poſt illos temporis tractu. Qui ergo Getæ in Thracia primum adpellati, progreſſu temporis aliis nominibus & inprimis Gothi dicti: quod etiam Zonaras tomo 2. Annalium firmat. Quando vero Thraciam primum ingreſſi fuerint, pro certo non adfirmaverim, ſilentibus hic certum tempus ſcriptoribus antiquiſſimis. Si tamen Iornandi ſit fides habenda, è Scandia, ut quidam, fame coacti, ut alii volunt, belli contra hoſtes ſuos gerendi cauſa primos egreſſos cum Bericone refert ad Oceani citerioris ripam, quod anno mundi MMDXXIII. accidiſſe Giſlo conjicit in ſuo Chronico. Nec illud ſua ſolum fide refert Iornandes, ſed etiam ad aliorum authorum teſtimonia provocat. *Ex hac Scanzia inſula*, inquit, *cum rege ſuo nomine Berich Gothi quondam egreſſi memorantur.* Poſt Ericonem quintum, vel, ſecuudum alios, ſeptimum fuiſſe Filimerum, eumque ad Ponticum mare & Mœotidis paludes cum ſuis progreſſum, refert Iornandes. Filimerum quidam floruiſſe volunt anno Mundi MMDCXIIX. alii anno Mundi MMDLXXIX. alii poſterius. Kranzius Lib. I. Hiſt. Suec. Cap. I. & Lib. XII. Vandaliæ, Cap. XXXIII. anno MMDCCXC. primam Gothorum emigrationem factam narrat. Sed de his non certa temporis ratione fultis lector judicet, quod veroſimilius videbitur. Tranſmiſſo Danubio, in Thraciam & Mæſiam conceſſiſſe Gothos,

Getæ vel Gothi quare Thraciæ populi à quibuſdam veterum dicantur.

Anno Christi CCL.

ibique Zamolxen ſapientiæ doctorem habuiſſe, Jornandes confirmat veterum carminibus & Ablabii authoritate. Quin ipſe Strabo Lib. XVI. Getas eum tanti feciſſe adſerit, ut pro Deo illum haberent: ὁ παρὰ τοῖς Γέταις θεὸς, τὸ μὲν παλαιὸν Ζάμολξις Πυθαγόρειος. *Apud Getas Deus olim Zamolxis Pythagoricus.* Quibus ita agnitis, paulò ante Conſtantinum Imp. è Scandia Thraciam prima vice irrupiſſe aſſeverari nequit, ſed altera demum vice. Verum ſi fingeremus iſtam irruptionem Gothorum in Thraciam nunquam factam, nihilominus Getæ & Gothi ejuſdem originis eſſe poterant; & fuiſſe jam ante oſtenſum eſt. Nec illud novum ac inſolens erat, ſi creſcentis populi una pars iſthuc, altera huc colonias ſuas in prima propagatione traduceret.

De Gothorum Getarumque ſermone & lingua iiſdem.

Ultimo quod linguarum diverſitatem diverſos arguere populos Gothos & Getas contendunt, ad hoc reponimus: etiamſi lingua eorum ob mixtionem cum Thracibus, diuturnitate temporis in illorum, apud quos vixerunt, idioma commutata fuerit (veluti ex confuſione gentium oriri confuſionem linguarum multis probat Bodinus methodi Hiſtor. Cap. IX.) id tamen nihil prohibet, quo minus ejuſdem ſint originis. Ita Galli & Britanni, cum Francis & Anglis commixtione, in multis a veterum Gallorum & Britannorum idiomate diſcrepant; & Franci ac Angli non genuinam iſthic per omnia linguam vernaculam retinuere. Idem judicandum de iſtis Suedis, qui ad Helvetios vel Suitzeros olim coloniam tranſtulerunt, & nunc Helvetica lingua utuntur. Quis vero pro certo ſtatuet, veterem Geticam linguam planè diverſam ab hodierna Gothica lingua, cum Geticæ veteris nullum extet ſcriptum, unde hoc diſertè probetur? Quantum ex reliquiis veterum aliquot dictionum Geticarum liquet, ejuſdem matris prolem eſſe utramque non obſcure quis inde colligat. E pluribus paucas ſolum excerpam. Herodotus in Melpomene quendam Deorum a Getis Γεϐελεΐζιν nominatum ſcribit. Hoc nomen aliquis merè Gothicum eſſe dicat, quaſi a *dante requiem* (hodie enim Gothi ſic loquuntur *giſwa liiſa*, *dare requiem à curis*) ideo fortè quod olim Getæ defunctos ad eum commeare credebant: apud quem redivivi omnium bonorum compotes eſſent, ut ibidem Herodotus ex aliorum opinione narrat, & oſtendit, quomodo Zamolxis Getis immortalitatem animarum perſuaſum iverit. Nobiliſs. & eruditiſs. Stiernhielmius tamen in ſuis ad me literis, He-

rodoti

rodoti voce quaſi *geblitz* aut *geblietzen* notari Jovem *tonantem*, volebat. In qua etiam ſententia fuere Iohannes Magnus Lib. I. Hiſtor. Suec. Cap. XII. & Olaus Magnus Lib. III. Rer. Septentr. Cap. VII. Verum apud Herodotum non eſt *Geblizin*, ſed *Gebelizin*, quod curioſiores harum rerum ulterius exquirant. Si vero largiamur eſſe a *blitz*, nihilominus erit Gothicum nomen. *Gepidæ* a Getis oriundi, qui tardius ſubſecuti in Dacia conſederunt, ita adpellati ſunt a ſuis conterraneis a *gepanta*, ut Jornandes ſcribit, vel *gepæ*, ut Iohannes Magnus Lib. VI. Cap. IX. ſtolidum, pigrum, etiam hodierno Gothicæ vocis uſu, ſignante: quod pigrius & lentius progrederentur. Non itaque dicti Gepidæ quaſi γῆς παῖδες, *terræ filii*, ut optimus & doctiſſimus Rittershuſius in Notis ad Salvianum arbitrabatur. *Boroiſta* Rex Getarum fuit, de quo Jornandes in rebus Geticis pagina XCII. Straboni rectius dicitur Βυροβίςας Lib. XVI. Geograph. qui Gothicè eſt Burovistas, & notat eum *qui cum civibus aut ſubditis verſatur*, qui eſt φιλάνθρωπος & comis, qualem decet eſſe regem erga ſubditos. *Bor* enim, vel *Bur*, aut *Bure* veteribus Gothis erat *civis*, *indigena*, & *viſtas* eſt iiſdem *converſari*. *Cotiſon*, vel *Gotiſon* Getarum Rex apud Suetonium in Auguſto Cap. LXII. non quaſi Dei filius, ut quidam eruditi volunt, (hoc enim analogia vocis Gothicæ non admittere videtur) ſed quaſi Gothorum filius aut ſoboles: velut *Gothiſcanzia* (hodie Gothlandia) apud Jornandem ſimilis eſt analogiæ ac compoſitionis. Aut ſi fortè legendum ſit *Gotſon*, vel *Godſon*, quaſi bonus filius. Rola Getarum Rex apud Dionem Caſſium Lib. LI. hodie Gothis eſt *Rolf*, velut *Ola* & *Oli* veteribus (ut eſt in Chronico Norvèg. pag. CXLIV.) hodie *Off*, vel *Oloff*. Plura alia regum Goticorum nomina occurrunt apud Jornandem alioſque authores, quæ origine merè ſunt Gothica. Aut ſi quædam ſint peregrina, more aliarum gentium adſcita, uſuque domeſtica facta ſunt; quod etiam Jornandes non obſcurè indicat. Quid, quod illi qui ſub Præcopenſi Tartarorum Dynaſta, & in Taurica Cherſoneſo degunt, adhuc multas voces Gotho-Teutonicas reliquas habent, ut notant Scaliger Lib. III. Canon. Iſag. Chronol. pag. 338. & Buſbequius Epiſt. IV. p. 244. 245.

Anno Chriſti CCL.

De eorundem iiſdem moribus & inſtitutis.

Non ſolum autem linguam priſcam, ſed mores etiam habi-

Anno Christi

tumque Getas & Gothos ejuſdem eſſe gentis, firmare dixeris. Ad mortem erant paratiſſimi Getæ, quod ſe immortales credebant, teſtibus Herodoto, Solino & Pomponio Mela. Lucanus hoc expreſſe tribuit Arctoo populo Lib. I. de bello Pharſalico. Quomodo vero peculiariter hodieque Gothi mortem non horreant, adverſus hoſtem educti, ſatis eorum prælia teſtantur: in quibus aut vincere aut occumbere parati ſunt. Apud Gothos hodie indotatæ ſunt uxores; & adulterium capitale eſt. Ita olim apud Getas, de quibus Horatius Lib. III. Od. XXIV.

Getarum Gothorumque mores ac inſtituta eadem olim fuiſſe, oſtenditur.

Getæ olim hirſuti & capillati erant. Ovidius de Ponto I, VI.

Adſpicit hirſutos cominus urſa Getas.

Et Lib. V. Triſt. Eleg. VII. de illis:

Non coma, non ullâ barba reſecta manu.

Idem Jornandes de ſuis Gothis: *Reliquam gentem* (Gothorum) *capillatos dicere juſſit* (Diceneus) *quod nomen hodie Gothi pro magno ſuſcipientes, adhuc ſuis cantionibus reminiſcuntur.* Ita Theodoricus Rex Gothorum non ſemel eos *capillatos* vocat apud Caſſiodorum Lib. IV. Epiſt. XLIX. in Edicto Cap. CXCV. apud Sidonium Lib. III. Epiſt. III. Getæ olim braccati fuere. Ovidius Lib. IV. Triſtium Eleg. VI.

CCL.

Braccataque turba Getarum.

Lib. V. Triſt. Eleg. VII. de iiſdem:

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis.

Ita hodie Gothi; & *Braccarum* nomen pro femoralibus adhuc planè genuinum & vernaculum illis eſt. Quamvis autem ex his quædam potuerint Getis communia cum aliis populis eſſe, tamen nobis ſatis ſit probaſſe, quædam ita fuiſſe Getis & Gothis eadem & propria, ut adhuc eorum moribus inſint, quæ tamen ab aliarum gentium inſtitutis aliena ſunt. Unde colligere eſt, Getas & Gothos fuiſſe cognatam gentem. Hactenus dictis non leve pondus addunt Leges Suedorum, quæ in ipſo limine teſtantur, nuſquam fixum & ſtabile Gothorum nomen ac ſedem inveniri, niſi in regno Sueonum; & ex iis diffuſum eſſe Gothorum nomen in alias regiones. Certè non alibi reperias diſtinctionem Oſtrogothorum & Weſtrogothorum (quos Romani Wiſigothos molliori ſono nuncupabant) niſi in Suediæ regno primævam, certam & perpetuam.

Quanquam vero Getarum & Gothorum nomen apud priſcos autho-

Anno Christi CCL.

authores eſt crebrius, & rarius *Sueonum:* tamen hoc etiam antiquum eſſe, teſtimonio ſit vel ſolus Tacitus, apud quem ternis vicibus occurrit mentio Sueonum, vel *Suionum*, ut ille vocat in libro de moribus Germanorum. Et veteres *Swia* appellabant. Author Chronici rhytmici MS. cujus uſum præter alios mihi conceſſit R.M. Hiſtoricus, ingenio præſtans Arnoldus Meſſenius.

Sueonũ mentio apud Tacitum.

Then Iomfru hon heet Sophia,
Hon wart Drotning i Götha och Swia.

Tam Sueones autem quam Gothos è Scandia prodiiſſe novimus. Idem conceptis verbis Jornandes affirmat: *Sunt ex his Scanziænis Oſtrogotha & Suethidi.* Ubi *Suetbiodi*, vel *Suedi* (de quibus vocibus alibi plura) emendandum videtur. Scandia vero vel Scandinavia ſub ſe comprehendit, ut arbitratur Cluverius Lib. III. German. Antiqu. Cap. XXXVIII. Biarmiam, Lappiam, Finmarchiam, Bothniam, Suediam & Norvegiam; ut A. Bureus, Suediam & Norvegiam; ut vult Pontanus in deſcriptione Daniæ, Scaniam, Suetiam & Norvegiam; ut Stiernhielmius in Diſſertatione de Gothis, Suediam, Gothiam & Norvegiam complexa eſt. Quidquid ſit, complures Arctoas oras oportet continuiſſe Scandiam, quæ officina & vagina gentium veteribus eſt exiſtimata & dicta.

Scandia olim dicta, ex qua Gothi progreſſi, quas olim complexa fuerit ditiones.

Quod attinet denominationem *Sueonum*, quidam illos deducunt a Suenone Rege, alii aliunde, ſed rectius a *Sven*, juvenem vel maſculum notante. Unde videtur priſca Sueonum gens honeſti ſtimuli bonique ominis cauſa nomen Sueonum vel Suionum a juvenili vigore vel maſcula virtute ſumſiſſe: ut quoties aliquid laude dignum in pace belloque eſſent adgreſſuri, ſe viros eſſe meminiſſent, & tales ſe præſtarent. Huc non incommode quadrat, quod eſt in veteri Chronico Norvegorum pag. VIII. ubi Suedia olim *Manheim* dicta fertur, ab incolis non ſolum corpore, ſed etiam animo *viris*, quales ſe variis in bellis & actionibus probarunt. Quod autem, qui ab ipſis indigenis *Swenſka*, *Swia*, & *Swea*, ab exteris *Suedi* nuncupantur, hoc inde fluxiſſe quidam volunt, quod terra Sueonum olim *Sueaod*, vel *Sueaöd* dicta ſit quaſi Sueonum poſſeſſio vel regio (*od* enim vel *öd* veteribus poſſeſſionem vel terram ſignabat) poſtea contractè & euphoniæ cauſa *Swed* & *Sweden*. Quod etymon Ioh. Meſſenio Cap. VIII. Spe-

Sueonũ nominis origo, ex conjectura Loccenii.

Suedia olim Manheim dicta.

culæ

Anno Chriſti

culæ verius eſſe videtur quam illorum, qui eos hoc nomen inde traxiſſe autumant, quod primi incolæ virgultis exuſtis ſolum agro ſatiſque habile reddiderint. Illud autem indigenis dicitur *Swidio*, vel *Sweda*. Unde *Swidiodar* veteribus appellatos volunt. Sanè *Swediod* in priſcis quibuſdam libris *Svediam* vocari, adverti. Idem firmat Laurentius Petri in Chronico MS. circa initium: *Och ſkal ther medh nu ſäyas Swerigie för Swedrijke, hwilket man mäſtadelas vthi alla the äldſta. Swenſka böcker ſinner, at thet ſom nu kallas Swerige, fordomdags icke annat än Swedioland hafwer nembt warit, efter ſom thet ännu i dagh på Tydſke kallas Sweden.* Id eſt: *Itaque nunc „dicetur Sveonia pro Svedia, quam vocem plurimum in omnibus vetu„ſtioribus libris Sveticis reperire licet. Ita ut quod nunc Sveonia, vel „Svetia, olim non aliter quam Svedia ſit nominata, veluti hodieque eam „vocant Germani.* Nec Germani ſolum, ſed etiam aliæ nationes. Quod autem ait Laurentius Petri, Suediam olim non aliter quam *Swedioland* adpellatam, in eo vir eximius memoria lapſus videtur; quum olim etiam *Swearijke*, vel *Swiarijke* vocatam ex veterum Legibus & Annalibus ſciamus: quæ denominatio antiquæ Suionum & Suconum adpellationi eſt proximior. Hæc ille.

De Suedorum nominis origine, aliorum ſententia.

CCI.

Certe Gothorum & Getarum nomine antiquis ſcriptoribus unum eundemque populum ſignificatum fuiſſe, cum doctiſſimis viris ſentio. Addo & illud, *Scytharum, Gothorum, Getarum & Suetarum, Suedorumve*, ut gentem hodie appellant, eadem eſſe vocabula, ac diverſa, pro diverſis ſæculis, pronunciandi enunciandive dialecto tantum differre. Ex iis enim, quæ in medium allata jam ſunt, conſtat palam, in antiquis domeſticis Annalibus Suetos *Suitas* appellari. Haud dubie idem eſt, ac ſi tu dixeris, *Scythas*. Populum eundem *Getam*, aut *Suetam*, qui ſic, ut fit, diverſimode dicunt, quomodo non eodem vocabulo uti, ſagacioribus videbuntur? Getæ autem ac Gothi, iidem ſunt & dicuntur populi, uti jam diximus. Et *Sueta* aut *Sueti* qui appellantur hodie, iidem ſunt qui Getæ. Ergo & iidem qui Gothi. Neque enim diverſi ſunt Gothi & Getæ, ſed populus idem. Neque, meo ſaltem hic judicio, nominis Suetarum aut Suetorum ratio aliunde quam ex nomine Getarum peti debet. Id apud me extra omnem dubitationem eſt. G. & S C. facile inter ſe pro varietate dialectorum permutantur. *Gaſa* Perſarum, & Turcarum ac Germanorum *Schaſa* aut *Schas*, idem ſignificantia quod *Gaſa*, palam

Nova, ac alia auctoris, & confirmata.

id oſtendunt. Veterum enim Perſarum lingua non admodum diſſimilis Germanicæ fuit. Scio ego Scytharum, & Getarum, & Gothorum veterum fines latius multo olim longiuſque ſeſe extendiſſe. Nemo vetuſtarum rerum gnarus id inficiari poteſt. Cæterum hoc tantum hic volo, quod aliis obſervatum hactenus non memini, Scytharum, Gothorum & Getarum, quorum veteres meminere, celebratiſſimorum nominum veſtigia ſolis illis manſiſſe, qui *Sueti* aut *Suedi* hodie appellantur, quanquam latius olim eorum imperium per ſeptentrionem exporrectum fuerit, quam hodie Suedorum aut Suetarum; gentis haud dubie adeo inclytæ, ut vix ſimilis celebritatis alia vel in antiquorum, vel in recentiorum Annalibus legatur. Promptum quidem nobis, ſed nimis hic longum eſſet, edere nomina gentium, vicinis pluribus olim tributa, quæ tandem uni tantum, & diverſas ob cauſas, manſere. Sermonem porro veterum Gothorum Getarumque quod attinet, haud diſſimilis Germanico fuiſſe videtur, & ſic eamdem harum gentium primam originem teſtari. Longum eſſet per ſingula nunc ire; neque id noſtri hic eſt inſtituti. *Boroiſta* Principem, aut Præfectum, aut Ducem ſignificaſſe Gothis dicitur. Idem illud vocabulum eſſe cum contracto illo, quo hodie utuntur, *Vorſta* aut *Vorſte*, quod & idem ſignificat, quis non ſtatim agnoſcat? Herodotus ſcriptor antiquiſſimus dicit cultum Getis numen fuiſſe, quod *Gebelizin* vocabant. Jovem tonantem eo nomine ſignificatum viri eruditiſſimi, ut jam vidimus, volunt. Sed potius videtur, ut dicamus Jovem fulminantem eo nomine gentem intellexiſſe. *Blixim* & *Geblixim* fulmen ſignificare, Germanis omnibus notum eſt. Adde antiqua propria Gothorum Regum in Hiſpania, & alibi nomina. Cui, quæſo, *Adaulphi*, *Alarici*, *Henerici*, Germanorum *Adolphi*, *Vlrici*, *Henrici*, non ſtatim videbuntur? Sed de iſtis plura alibi. His interea quæ ſic obiter differenda nunc videbantur, unuſquiſque pro ingenio ſuo addat, aut demat fidem. Id ſaltim fide Annalium conſtat, Decio imperante, in Provincias Romanas incurſiones feciſſe Gothos ex Thracia, in quam ſedes ac colonias ſuas jam tranſvexerant.

Anno Chriſti CCL.

Sermo veterum Gothorũ haud diſſimilis Germanico.

Cum Gothis, qui irruptionem in Provincias Romanas nunc fecere, præter alios populos, Burgundi etiam a Zoſimo conjunguntur. De qua celebratiſſima poſthac gente quædam velut in brevi quadam tabella hic quoque exhibenda ſunt. Burgundionum

De Burgundis, qui ſimul cũ Gothis in Prov. Rom. irrupere, & eorũ primis ſedibus ac origine.

Anno Christi

nomen gentemque a Germanis oriundam eſſe, vel ipſius Plinii teſtimonio notiſſimum eſt. Cum enim quinque Germanorum genera ſtatueret, quorum Vandali primi ſunt, Burgundiones partem illorum extitiſſe recenſuit. Nihilominus non ſolum nominibus, ſed imperiis etiam gentes diſtinctas fuiſſe, non abſurdum eſt exiſtimare, quibus cum plurimis aliis nationibus accidit, ut partim a Ducibus, partim a ſitu locorum, partim a prioribus incolis, denique a ſtudiis, habitu, vel eventu aliquo nova nomina ſumſerint. Ideo conſtans (licet ex Oroſii ſolius teſtimonio) fama huc uſque invaluit, eos a Burgis (qui limitum caſtella Romano ſermone deſignant) Auguſti principatu appellationem fuiſſe conſequutos, cum a Druſo & Tiberio Cæſaris Octavii Auguſti filiis, poſt ſubactam interiorem Germaniam, per caſtra diſtributi in magnam gentem coaluiſſent. Ex quo licet Burgundionum nomen non vetuſtius eſſe, quam quod ætate Auguſti natum editumque fuerit, intelligamus: nihilominus id gentem vetuſtiſſimam non impugnat. Nominis enim novitas gentis vetuſtatem non improbat. Præter id vero, nihil eſt quod de Burgundionibus ante Decii, ſive Galli & Voluſiani Impp. tempora (quod ſciam) antiquius recenſeri poſſit. Quæ enim Romani ſcriptores, nempe Trebellius Pollio, Sext. Aurelius, Eutropius atque Zonaras ſub iis contigiſſe a Scythis (quos etiam ſolummodo Gothos appellant) Romano Imperio enarrant: qui occaſione bellorum civilium, quibus Romana Reſpublica graviter conflictabatur, Decio cum Philippo de principatu inter ſe contendentibus, Iſtrum trajecerunt & in Romanas provincias innumero agmine ſeſe effuderunt, Deciumque ipſum cum filio ſibi occurrentes cruento prælio (quo Romana militia cladem ingentem paſſa eſt) trucidarunt, tantumque terroris inde Romanis incuſſerunt, ut nullus extiterit, qui per binos annos illorum furori ſeſe opponere auſus ſit, adeo ut tandem cum liberrime atque impune per Myſiam, Illyricum, Thraciam, Græciam, Macedoniam, Theſſaliamque evagarentur, ipſos Gallum & Voluſianum Impp. tributo annuo denariorum centum ſecum paciſci coëgerint, quo pacatiores in ſuas ſedes remigrarent; ea Zoſimus Libro primo Hiſtoriæ non ſolis Gothis, ſed etiam Boranis, Carpis atque Burgundis aſcribit, quos etiam ſub Gallieno & Valeriano Augg. Italiam atque totam Illyricis oram rurſus vaſtaſſe recenſet. Si

Vnde eius nomen.

CCL.

tamen

tamen ſint Burgundi, quos ibi οὐρουγοῦνδους, errore forte librariorum, nominat. Nec enim alios intelligere voluiſſe ex eo mihi facile perſuadeo, quod omnes illas gentes Iſtri accolas fuiſſe eodem loco expreſſe ſtatuat, & id cum iis quæ de Burgundionum ſedibus commemorantur, pulchre conſentiat. Attamen integro & genuino Burgundionum nomine nunquam non alibi uſus eſt: maxime vero in Probo Imperatore, quem cum numeroſa Burgundionum atque Vandalorum multitudine prælio decertaſſe tradit. Sed qui Burgundos Auguſti ætate è ſuis ſedibus migraſſe, & ad LXXX armatorum millia Rheni ripas inſediſſe, mox a Druſo Tiberioque repulſos, & extra urbes munitaque loca diſſipatos fuiſſe ſcripſerunt, autorum dicta magno errore confudiſſe, aut illorum mentem non rectè aſſecuti fuiſſe videntur. Nec minus temerè, quæ a Velleio Paterculo lib. II. de Rhetis & Vindelicis tradita ſunt (ubi eos a Tiberio & Druſo non ſolum multis urbium & caſtellorum expugnationibus, ſed directa quoque acie feliciter perdomitos ſcribit.) Vandalis & Burgundionibus convenire, & Vindelicos tunc Burgundiones vocitatos fuiſſe, quod in ipſorum agro tum vulgo habitarent, contendunt. Interim cum ab Auguſti ſeculo ad Galli & Voluſiani tempora, nulla Burgundionum in Romana (quæ adhuc ſupereſt) hiſtoria penitus extet memoria, veriſimile eſt eos in illa loca ſeceſſiſſe, ubi nullam Romanis ſcriptoribus de ſe ſcribendi materiam per tot ſecula præbere potuerunt, niſi forte alio quam Burgundionum nomine innoteſcere voluerint, aut res eorum, cum parum fortunati eſſent, in obſcuro tandiu latuerint, ſic ut ſolent eſſe eorum qui non florent. Germaniæ tamen incolas non ſemper fuiſſe, ſed extremas Septentrionis oras Scythiamque ipſam longo tempore incoluiſſe, Gothiſque ſeſe permiſcuiſſe, aut eos ſaltem vicinos habuiſſe, non pauca veterum teſtimonia declarant. In quibus eſt præter Zozimi ſuperiorem narrationem illud Sidonii Apollinaris ad Majorianum, qui eos inter extremos Septentrionis populos recenſet. Deinde Agathiæ Lib. I. qui Gothicam ſobolem eſſe prædicat, atque alio loco a Scythis & Hunnis deduxit, ſi ſint quos Burguziones vocat, ſedeſque circa Mæotidem paludem habuiſſe, ibique ad Leonis Imperatoris tempora celebres permanſiſſe tradit. Id quod etiam minimè diſſentaneum eſt ab iis quæ Lib. III. de Gothorum multigenis gentibus diſſerit:

Anno Chriſti

CCL.

Ortu extremus ſeptentrionis populus.

Anno Christi cum potiſſimas illarum & maximas omnium Gothos, Vandalos, Vuiſigothos & Gepidas, eaſque nominibus ſolummodo inter ſe differentes fuiſſe aſseverat, eo quod omnes candore & proceritate corporum inter ſe ſimiles eſsent, cæſariem flavam geſtarent, aſpectus decore præſtarent, atque etiam legibus, inſtitutis & lingua eadem uterentur, Religionem Chriſtianam juxta Arrianorum interpretationem profitentes. Ex quibus cum nihil omnino ſupereſse videretur, propter quod ex una eademque gente oriundos eſse dubitari poſset, nominum varietate a ſuis Ducibus ſeſe tantummodo diſtinxiſse concludit. Veruntamen nonnullos ex iis loca quæ ſupra Iſtrum ſunt jamdudum incoluiſſe: Vandalos autem circa Mæotidem conſediſse. Quod quidem Procopius tum contigiſse indicat, cum Gothorum & Gepidarum injuriis exagitati, ſed potentia impares, nihil potius habuerunt, quam a vicinia illorum ſeſe ſubducentes in Scythiam migrare, ſedeſque manſuetiores ad Mæotidem ſibi ſtatuere. Ex quo ſi Conſtantini Magni Imperatoris permiſsu, Pannoniam etiam incolere illis aliquando licuerit (quod Jornandem & Rodericum Tole-

CCL. tanum aliaſque veteres Gothorum hiſtorias conſtanter affirmare video) id non poteſt niſi de aliqua gentis parte, potius quam de totâ intelligi. Interim ex teſtimoniis commemoratis intelligimus Burgundiones, ſicut & alias Gothicas gentes, Scythiam aliquando inhabitaſse: ibi vero Gothorum violentiam injuriaſque non mitius quam Vandali expertos fuiſse, Jornandes imprimis teſtis eſt, qui a Gepidis, gente Gothica, quo tempore cum Rege ſuo in cupiditatem promovendorum ſuorum finium ſeſe erexerant, ideoque libertati vicinorum ſuorum infeſti erant, internecione penè deletos fuiſse narrat. Ideo Mamertinus in Panegyrico ad Maximianum Auguſtum circa ipſius & Diocletiani tempora, nempe poſt Chriſtum natum CCLXXX. a Gothis penitus victos & exciſos fuiſse ſedibuſque ſuis ejectos addit: adeo ut licet Alemani pro illorum defenſione reſtitutioneque arma ſumpſiſsent, nihilominus tamen illis in Germaniam neceſſario migrandum fuerit: ubi cum aliquandiu ſedis inopes vagati eſsent, ab ipſiſmet Alemanis tandem ſedes in agro illorum vi ferroque exterquere auſi ſint. tametſi id nec impune, nec abſque multo ſuo ſanguine conſequuti ſint. Ob id nec ſe inde extrudi (cum id Alemani totis viribus non ſemel contenderent) unquam

Burgundionum migrationis variæ, ac fortuna varia.

poſtea paſſi ſunt. Sed cum neceſſario tolerandi eſſent, conveniſſe tandem utramque gentem inter ſe veriſimile eſt, ut illic una ſedes retinerent, quanquam limitibus diſtinctas. Siquidem ex Ammiani Marcellini lib. XVIII. edocemur, Burgundiones eam Germaniæ regionem occupaſſe, cui Capellatus vel Pfalſa nomen erat, ubi terminales lapides Alemanorum & Burgundionum confinia diſtinguebant. Capellatus vero hodie Comitum Palatinorum ditio eſt, circa Heidelbergam, quam Palatinatum aut Pfalziam nuncupant. Id quod a Procopii & Agathiæ ſententia minime alienum eſt, qui Burgundiones ad Notum ventum in Germania inſediſſe, Thuringos autem ad Orientem ſolem affirmant. Quo autem autore Aventinus ſcribere auſus ſit, partem Burgundionum a Galerio Maximiano Auguſto inter Nigrum & Rhenum flumina diſtributam fuiſſe, cum illi in Gallias, Rhetias & Vindelicum cum aliis Germaniæ populis irrupiſsent, atque iterum aliam illorum manum, cui Viſomarus Rex præerat, per Criſpum Conſtantini Magni Imperatoris filium ad Rheni Danubiique ripas tranſlatam fuiſse, aliam vero partem Sueviæ occupaſse, mihi adhuc conſtare non potuit. Cæterum violenta illa Burgundionum in Alemanorum agros irruptio tantam inter illos diſcordiarum molem peperiſse videtur, ut ad Valentiniani prioris uſque principatum perpetuas inde ſimultates traxerit. Id enim ipſiuſmet Marcellini Lib. XXVIII. locus exprimit, ubi pro ſalinis & confinibus perpetuam fuiſse Burgundionibus cum Alemanis contentionem declarat. Quæ cum Valentinianum Auguſtum non lateret, nec etiam ipſe ignoraret Burgundiones in Romanorum amicitiam propenſiores, quod inveterata quadam opinione ſe eadem cum Romanis originè ſatos eſse prædicarent, conſtaret autem gentem tunc eſse validam atque bellatricem, multitudine ſua infinitam, viciniſque ſuis formidabilem; ideo ſibi ex uſu eſse intellexit, illos & Alemanos (quorum & Macriani illorum Regis inſolentiam Romanorum rebus indeſinenter infeſtam coërcere cumprimis percupiebat) inter ſe committere. Itaque fœdere per ſecretiores internuncios cum Burgundionum Regibus inito, conſtitutus eſt locus ac dies, ad quem Burgundionum copiæ Romano exercitui occurrentes, junctis viribus Alemanos aggredi deberent. Sed cum ad condictum Burgundiones lectiſſimas inſtructiſſimaſque copias (quæ Romanis

Anno Chriſti

CCL.

Eorundem cũ Alemanis diſſidia.

Fœdus ac ſocietas cum Romanis.

Anno Chriſti

nis ipſis adhuc imparatis formidinem incuſſerunt, eduxiſſent: nec Romanus Imperator, nec aliquis ab eo exercitus ullibi compareret, tamdiu ad Rheni ripas quid ſecum pro conventionibus agi deberet præſtolati ſunt, quoad ſibi fucum factum eſſe omnino intellexerunt. Ob eam cauſam trucidatis omnibus quos penes ſe habebant captivis, indignabundi ſeſe in ſuas ſedes tandem receperunt. Porro cum nihil aliud toto Valentiniani principatu cum Burgundionibus a Romanis actum Ammianus commemoret, temere plane ab Oroſio & Paulo Diacono ſcriptum confitendum eſt, Burgundiones cum ad LXXX millia Rheni ripas inſediſſent, ab ipſo Valentiniano oppreſſos fuiſſe. Cæterum quod de Burgundionum Regibus a Marcellino ſuperioribus adjectum eſt, ſilentio præteriri nefas eſſe videtur. Cum enim eam gentem illo ſeculo Regum ſuorum (quos communi appellatione HENDINOS nuncupabant) imperio parêre jam aſſuetam fuiſſe explicet, obſervatione dignum eſt, quod illos deponere & abdicare ex vetere conſuetudine ſolerent, ſi quando res illis parum proſperè in bello ſucceſſiſſet, aut tellus conſuetæ agrorum ubertati non reſpondens annonæ penuriam intuliſſet. Ægyptiorum opinione ducti, qui talia infortunia ob vitæ præfectorum ſuorum improbitatem atque intemperantiam contingere credebant. Sed inter Sacerdotes & Sacrificos illorum unus ſupremum locum obtinebat SINISTUS vocitatus, cujus autoritas viciſſitudini atque abdicationi minime obnoxia ſicut Regum erat, nec eam niſi morte deponere cogebatur. Jam quod de antiquo Burgundionum ſtatu rebuſque ab illis geſtis, antequam in Gallias irrumperent, dicamus, nihil præterea habemus, niſi ſi quod Aventinus recenſet omitti non debeat, eos ſub Gratiano Imperatore Chriſtum per Gothos Sacerdotes audire cœpiſſe, ſed Arriano deliro ſimul imbutos fuiſſe; ſub Valentiniano autem minore res novas adverſus Romanos cum Francis moliri auſos fuiſſe. Siquid vero aliud præter ſuperiora a veteribus ſcriptoribus olim traditum fuerit, temporum infelicitate intercidiſſe dolendum eſt. Vide Nicolai Vignierii Barrenſis rerum Burgundionum Chronicon, ubi hæc ille. Et haud diſſimilia legere eſt apud nobiliſſimum Ioannem Iacobum Chiffletium, Patritium Veſontinum, Parte 1. Veſontionis, Cap. XLVI. ubi de Burgundionum in Maximam Sequanorum ingreſſu agit. A burgis igitur nominatos

Oroſius & Paulus Diaconus notantur.

CCL. *Burgundorum veterum mores.*

Burgundos docti omnes uno ore ſentiunt. *Burgus* autem, ut loquitur Vegetius, *caſtellum parvulum eſt, à Græco nomine πύργος, quod arcem ſignificat.* Cæterum ego diſſentire hic a doctiſſimorum hominum hac ſententia neceſſe habeo. Conſtat enim, & mihi quidem certum eſt, ejuſmodi clauſtra ditionum & munimenta ac arces, quæ Burgi vocantur, unde & nomen Germanicum eſt, quo *Burgers* hodieque appellantur, qui clauſa ac ſic munita incolunt loca, adverſus hoſtium irruptiones & pro ſecuritate condere, non Burgundionum tantum, ſed Germaniæ aliorumque populorum omnium tunc fuiſſe. Cum igitur id fecerint aliorum omnium tunc temporis exemplo, cauſam ego ac rationem idoneam nullam video, quare hactenus omnibus originem nominis ab eo, quod non unius populi in Europa, ſed omnium fuit, arceſſere viſum ſit. Nomina enim populorum diverſa cum ipſos illos diſtinguant, & diſtinguere debeant, rationem eorum ac originem potius ab eo quod peculiare quiſque ac a cæteris diverſum habuit, petere convenit. Burgos autem eâ tempeſtate exſtruere, iiſque tueri ſeſe, non ſolorum Burgundionum, quod jam diximus, ſed omnium ubique in Europa gentium fuit. Nihil iis originibus plerumque incertius eſt, quibus rationes nominum vel ſingulorum, vel populorum traduntur. Quod admonere hic ego neceſſe habui.

Anno Christi CCL.

Floruit, certe natus dicitur, imperante Decio, Antonius Eremita, qui & in Sanctorum claſſem relatus eſt. Non meminiſſem ejus ſingulatim hic ego, niſi ex veterum, inprimis magni illius Athanaſii, qui & vitam ejus admiratione viri impulſus conſcripſit, auctoritate conſtaret, hunc Aſceticæ, ſive exercitatoriæ vitæ, ut reddunt quidam, & qualis Monachorum olim fuit, præcipuum & quaſi primum hac tempeſtate autorem, adeoque exemplum aliis fuiſſe, conſtaret. Athanaſius legendus, nec de ejus fide dubitandum eſt. Adde & quæ de eo prodit Auguſtinus Lib. VIII. Confeſſionum, Cap. VI. Paulum Eremitam ſuo exemplo præiviſſe Antonio, ſunt qui volunt.

Antonius Eremita, aſcetica vita deditus, floret, & aliis præbet exemplum.

Decio Imperatore, & ejuſdem filio, in prœlio contra Gothos cæſis, C. Vibius Trebonianus Gallus, ejuſque filius Volusianus, a militibus ſalutati imperatores ſunt. Cæterum vix imperaſſe dicendi ſunt. Ignominioſa enim & haud decorâ imperio pace cum Gothis aut Scythis factâ, miſſus

GALLUS ET VOLUSIANUS IMP.

eſt

Anno Christi CC LIV. ÆMYLIANUS, ET VALERIANUS IMPP. *Perſecutio Chriſtianorũ octava.*

eſt contra eos ÆMYLIANUS, præfectus Mœſiæ, cui poſt Scythas repreſſos imperium a victore exercitu oblatum eſt. Hæc dum fiunt in Thracia, alius exercitus, cui in Alpibus erant ſtationes, imperatorem dicit VALERIANUM. Civile ac grave bellum ex diverſis iſtis legionum ſtudiis oriturum cum metueretur, Æmylianus, fato an fraude incertum, tollitur; & VALERIANUS ſolus rerum potitur, imperatque cum Gallieno filio toto ſeptennio.

Octava ſub eo contra Chriſtianos perſecutio mota &, præter alios, Cyprianus martyrii corona in Africa ornatus eſt.

Sed & Eccleſiæ graves ſunt Novatus, Preſbyter Romanus, & Sabellius Afer.

Sabellius de Lybia, Noëtiani, qui ſe Moyſen eſſe, & fratrem ſuum Heliam Prophetam ſtolide jactabat diſcipulus, docebat patrem omnipotentem ipſum eſſe Chriſtum, & ipſum natum, & ipſum paſſum, & ipſum mortuum fuiſſe in corpore; quare & aſſeclæ ejus Patripaſſiani ſunt appellati. Hæc de eo prodit Philaſtrius Brixienſis in Hæreſeon Catalogo.

Sabellius & Novatus hæretici.

De Novato & Novatianis idem hæc tradit; *Novatiani ſurrexerunt poſt perſecutionem poſtremam à Novato quodam, qui, ſicut Eccleſia Catholica credebant antea, vetus Teſtamentum, & novum accipientes. In perſecutione autem, quia lapſi ſunt multi fideles, & in pœnitentiam ſuſcepti ſunt à Catholica Eccleſia, irati, imo potius præſumptione ducti ac ſuperbia, vanam doctrinam conati ſunt ſeminare, ſeparantes ſe ab Eccleſia Catholica, atque à Chriſti bonitate ac miſericordia diſſonantes, atque dicentes; Non eſſe fideli poſt baptiſmum locum aliquem pœnitentiæ: ignorantes quod per Prophetam clamat: Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed magis ut revertatur & vivat. Si ergo dixerint de his qui baptizandi ſunt dixiſſe Scripturam, non tamen fidelibus, audiant Salvatorem poſt baptiſmum aquæ dicentem de baptiſmo alio pœnitentiæ ſcilicet paſſionis ita: Baptiſma habeo, inquit, baptizari, & quam feſtino ſi ſciretis. Oſtendens utique nobis poſt baptiſmum, quem per aquam ante dederat, aliud etiam paſſionis pœnitentiæ humano generi ab ipſius bonitate, & clementia labentibus concedendum, atque ab eodem Domino tribuendum. Quod Apoſtoli intelligentes de paſſione ejus ſaluberrima, poſt illam primam gratiam humano generi etiam hoc eum contuliſſe prædicabant: Vt proviſor enim & omnipotens, peccantibus concedit per pœnitentiam, ut qui lapſus eſt ſurgens ac pugnans iterum, inque ea perſeverans, ſperet ſe*

poſſe

poſſe à Domino deſiderandam victoriam adipiſci. In Chriſto enim & ejus clementia, & juſtitia, bonitas & propter peccantes & pœnitentes abundat quotidie, ut Paulus teſtatus de illis eſt, qui peccati cauſa non egerant pœnitentiam, ut dixit in ſua Epiſtola; Quis infirmatur, & non infirmor? Et rurſum; Ne veniam ad vos, & iterum me humiliet Dominus propter quoſdam, qui non egerunt pœnitentiam. Et Petrus Apoſtolus mago Simoni dixerat: Age pœnitentiam, ſi quo modo dimittatur tibi quod feciſti. Et Paulus quem abjecerat eum ſuſcipi poſt tempus iterum jubet. Amiſſionem itaque dignitatis poſſunt perpeti tales, non detrimentum ſalutis, ut ait Dominus; Multæ manſiones ſunt apud patrem meum. *Anno Chriſti*

Valeriano a Perſis eorumque rege Sapore acie victo, & capto, & contumelioſe habito, & tandem in extrema ſenecta viventi cute a cervice ad pedes uſque detractâ, defuncto, vivente adhuc patre, ſed in vinculis hoſtium detento, GALLIENUS, filius ejus, factus Imperator eſt. Solus autem imperare cœpit anno CCLXI. GALLIENUS IMP. CCLXI.

Hic cum voluptatibus tantum ac libidini, neglectâ imperii cura, totum ſeſe dederet, in contemptum omnium ac odium venit; nihilque fecit aut geſſit egregium, niſi quod paterno exemplo territus, vulgatis edictis Chriſtianæ Eccleſiæ pacem reddiderit. *Pacem reddit Chriſtianæ Eccleſiæ.*

Gothi interim & Scythæ irruptiones facere in Romani imperii provincias, & fœde omnia evaſtare, dum Gallienus ſecurus ac deſes domi agit. Eâ inuſitata Principis ſocordia factum eſt, ut triginta Duces a ſuis exercitibus Imperatores facti ſint. TRIGINTA TYRANNI in Annalibus appellantur. De ſingulorum initiis ac exitu Trebellii Pollionis verbis nonnulla mihi hic dicenda ſunt. TRIGINTA TYRANNI.

CYRIADES. Hic patrem Cyriadem fugiens, dives & nobilis, quum luxuria ſua & moribus perditis ſanctum ſenem gravaret, direpta magna parte auri, argenti etiam infinito pondere, Perſas petiit: atque inde Sapori regi conjunctus atque ſociatus, quum hortator belli Romanis inferendi fuiſset, Odenatum primum, deinde Saporem ad Romanum ſolum traxit: Antiochia etiam capta & Cæſarea, Cæſarianum nomen accepit. Atque inde vocatus Auguſtus, quum omnem Orientem vel virium audacia vel terrore quateret, patrem vero interemiſset (quod alii hiſtorici negant factum) ipſe per inſidias ſuorum, quum Valerianus jam ad CYRIADES TYR.

Anno Christi

bellum Perſicum veniret, occiſus eſt. Neque plus de hoc hiſtoriæ quicquam mandatum eſt quod dignum memoria eſſe videatur. Quem clarum, perfugium & parricidium, & aſpera tyrannis & ſumma luxuries literis dederunt.

POSTHVMIUS TYR.

POSTHUMIUS. Hic vir in bello fortiſſimus, in pace conſtantiſſimus, in omni vita gravis, uſque adeo ut Saloninum filium ſuum eidem Gallienus in Gallia poſitum crederet, quaſi cuſtodi vitæ, & morum & actuum imperialium inſtitutori. Sed, quantum pleriquè aſſerunt, (quod ejus non convenit moribus) poſtea fidem fregit, & occiſo Salonino ſumpſit imperium. Ut autem verius plerique tradiderunt, quum Galli vehementiſſime Gallienum odiſsent, puerum autem apud ſe imperare ferre non poſsent, eum qui commiſſum regebat imperium, imperatorem appellarunt, miſſiſque militibus adoleſcentem interfecerunt. Quo interfecto ab omni exercitu & ab omnibus Gallis, Poſthumius gratanter acceptus talem ſe præbuit per annos ſeptem, ut Gallias inſtauraverit, quum Gallienus luxuriæ & popinis vacaret, & amore Barbaræ mulieris conſeneſceret. Geſtum eſt tamen a Gallieno contra hunc bellum tunc quum ſagitta Gallienus eſt vulneratus. Siquidem nimius amor erga Poſthumium omnium erat in Gallica gente populorum, quod ſubmotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in priſtinam ſecuritatem revocaſset imperium. Sed quum ſe graviſſime regeret, more illo quo Galli novarum rerum ſemper ſunt cupidi, Lolliano agente, interemptus eſt. Siquis ſanè Poſthumii meritum requirit, judicium de eo Valeriani ex hac epiſtola, quam ille ad Gallos miſit, intelliget: *Transrhenani limitis ducem, & Galliæ præſidem Poſthumium fecimus, virum digniſſimum ſeveritate Gallorum. Præſente quo non miles in caſtris, non jura in foro, non in tribunalibus lites, non in Curia dignitas pereant: qui unicuique proprium & ſuum ſervet. Virum quem ego præ cæteris ſtupeo, & qui locum principis mereatur jure: de quo ſpero quod mihi gratias agetis. Quod ſi me feſellerit opinio quam de illo habeo, ſciatis nuſquam gentium reperiri qui poſſit penitus approbari. Hujus filio Poſthumio nomine, tribunatum Vocontiorum dedi adoleſcenti, qui ſe dignum patris moribus reddet.*

CC LXI.

POSTHVMIVS JUNIOR. TYR.

POSTHUMIUS JUNIOR. De hoc prope nihil eſt quod dicatur, niſi quod a patre appellatus eſt Cæſar, ac deinceps in ejus honore Auguſtus cum patre dicitur interemptus, quum Lol-

lianus

lianus in locum Poſthumii ſubrogatus, delatum ſibi a Gallis ſumpſiſſet imperium. Fuit autem (quod ſolum memoratu dignum eſt) ita in declamationibus diſertus, ut ejus controverſiæ Quintiliano dicantur inſertæ, quem declamatorem Romani generis acutiſſimum, vel unius capitis lectio prima ſtatim fronte demonſtrat.

Anno Chriſti

LOLLIANUS. Hujus rebellione in Gallia Poſthumius, vir omnium fortiſſimus, interemptus eſt, quum jam nutante Gallieni luxuria in veterem ſtatum Romanum reformaſſet imperium. Fuit quidem etiam fortiſſimus, ſed rebellionis intuitu minorem apud Gallos autoritatem de ſuis viribus tenuit. Interemptus autem eſt à Victorino Victorinæ vel Victoriæ filio, quæ poſtea MATER CASTRORUM appellata eſt, & Auguſtæ nomine affecta, quum ipſa per ſe fugiens tanti ponderis molem, primum in Marium, deinde in Tetricum atque ejus filium contuliſſet imperia. Et Lollianus quidem nonnihilum Reipublicæ profuit. Nam pleraſque Galliæ civitates, nonnulla etiam caſtra quæ Poſthumius per ſeptem annos in ſolo Barbarico ædificaverat, quæque interfecto Poſthumio ſubita irruptione Germanorum & direpta fuerant & incenſa in ſtatum veterem reformavit: deinde a ſuis militibus, quod in labore nimius eſſet, occiſus eſt. In Gallieno perdente Rempubl. in Gallia primum Poſthumius, deinde Lollianus, Victorianus deinceps, poſtremo Tetricus (nam de Mario nihil dicimus) affectatores Romani nominis extiterunt: quos omnes datos divinitus credo, ne quum illa peſtis inaudita luxuria impediretur, in aliis poſſidendi Romanum ſolum Germanis daretur facultas: qui ſi eo genere tunc evaſiſſent quo Gotthi & Perſæ, conſentientibus in Romano ſolo gentibus, venerabile hoc Romani nominis finitum eſſet imperium. Lolliani autem vita in multis obſcura eſt, ut ipſius Poſthumii, ſed privata virtute clari non nobilitatis pondere vixerunt.

LOLLIANUS TYR.

CCLXI.

VICTORINUS. Poſthumius ſenior quum videret multis ſe Gallieni viribus peti, atque auxilium non ſolum militum, verumetiam alterius principis neceſſarium, Victorinum militaris induſtriæ virum in participatum vocavit imperii, & cum eodem contra Gallienum conflixit. Quumque adhibitis ingentibus Germanorum auxiliis, diu bella traxiſſent, victi ſunt. Tunc interfecto etiam Lolliano, ſolus Victorinus in imperio remanſit: qui

VICTORINUS TYR.

Anno Chriſti & ipſe, quod matrimoniis militum & militarium corrumpendis operam daret, a quodam actuario, cujus uxorem ſtupraverat, compoſita factione Agrippinæ percuſſus, Victorino filio Cæſare à matre Victoriua, ſive Victoria, quæ *mater caſtrorum* dicta eſt, appellato: qui & ipſe puerulus ſtatim eſt interemptus, quum apud Agrippinam pater ejus eſſet occiſus. De hoc quod fortiſſimus fuerit, & præter libidinem optimus imperator, a multis multa ſunt dicta. Sed ſatis credimus Julii Ateriani partem libri cujuſdam ponere, in quo de Victorino ſic loquitur; *Victorino, qui Gallias poſt Iunium Poſthumium rexit, neminem exiſtimo præferendum. Non in virtute Trajanum, non Antoninum in clementia, non in gravitate Nervam, non in gubernando ærario Veſpaſianum, non in cenſura totius vitæ ac ſeveritate militari Pertinacem vel Severum. Sed omnia hæc, libido & cupiditas mulierariæ voluptatis ſic perdidit ut nemo audeat virtutes ejus in literas mittere, quem conſtat omnium judicio meruiſſe puniri.*

CC LXI. Ergo quum id judicii de Victorino ſcriptores habuerint, ſatis mihi videor de ejus dixiſſe moribus.

VICTORINVS JVNIOR TYR. VICTORINUS JUNIOR. De hoc nihil amplius in literas eſt relatum, quam quod nepos Victoriæ, Victorini filius fuit, & a patre & ab avia ſub eadem hora qua Victorinus interemptus, Cæſar nuncupatus eſt, ac ſtatim a militibus ita occiſus. Extant denique ſepulcra circa Agrippinam brevi marmore impreſſa humilia, in quibus unus eſt inſcriptus, HIC DUO VICTORINI TYRANNI SITI SUNT.

MARIUS, TYR. MARIUS. Victorino, Lolliano, & Poſthumio interemptis, Marius ex fabro, ut dicitur, ferrario triduo tantum imperavit. De hoc quid amplius requiratur ignoro, niſi quod eum inſigniorem breviſſimum fecit imperium. Nam ut Conſul ille qui ſex pomeridianis horis conſulatum ſuffectus tenuit, a M. Tullio tali aſperſus eſt joco, *Conſulem habuimus tam ſeverum tamque cenſorium ut in ejus magiſtratu nemo pranderit, nemo cœnaverit, nemo dormierit;* de hoc etiam dici poſſe videtur, qui una die factus eſt imperator, alia die viſus eſt imperare, tertia interemptus eſt. Et vir quidem ſtrenuus, ac militaribus uſque ad imperium gradibus evectus eſt: quem plerique *Mamurium*, nonnulli *Vecturium*, opificem utpote ferrarium, nuncuparunt. Sed de hoc nimis multa: de quo illud addidiſſe ſatis eſt, nullius manus vel ad feriendum, vel ad impellendum fortiores fuiſſe, quum in digitis nervos vi-

deretur

deretur habuiſſe, non venas. Nam & carra venientia digito ſalutari repuliſſe dicitur, & fortiſſimos quoſque uno digito ſic afflixiſſe ut quaſi ligni vel ferri obtuſioris ictu percuſſi dolerent. Multa duorum digitorum alliſione contrivit. Occiſus eſt a quodam milite, qui quum ejus quondam operarius in fabrili officina fuiſset, contemptus eſt ab eodem, vel quum duxiſset, vel quum imperium cepiſset. Addidiſse hæc verba dicitur interemptor, *Hic eſt gladius quem ipſe feciſti.* Hujus concio prima talis fuiſſe dicitur; *Scio, commilitones, poſſe mihi objici artem priſtinam, cujus mihi omnes teſtes eſtis. Sed dicat quiſque quod vult, utinam ſemper ferrum exerceam! Non vino, non floribus, non mulierculis, non popinis, ut facit Gallienus, indignus patre ſuo & ſui generis nobilitate, depeream. Ars mihi objiciatur ferraria, dum me & exteræ gentes ferrum attrectaſſe ſuis cladibus recognoſcant in Italia. Denique ut omnis Alemannia omniſque Germania cum cæteris quæ adjacent gentibus Romanum populum ferratam putent gentem, ut ſpecialiter in nobis ferrum timeant. Vos tamen cogitetis velim feciſſe vos principem, qui nunquam quicquam ſcierit tractare, niſi ferrum. Quod idcirco dico, quia ſcio mihi à luxurioſiſſima illa peſte nihil opponi poſſe niſi hoc quod gladiorum armorumque artifex fuerim.*

Anno Chriſti CC LXI. INGENUUS TYR.

INGENUUS. Fuſco & Baſſo Coſs. quum Gallienus vino & popinis vacaret, quumque ſe lenonibus, mimis, & meretricibus dederet, ac bona naturæ luxuriæ continuatione deperderet, Ingenuus, qui Pannonias tunc regebat, a Mœſiacis legionibus Imperator eſt dictus, cæteris Pannoniarum volentibus: neque in quoquam melius conſultum Reipublicæ a militibus videbatur, quam quod inſtantibus Sarmatis creatus eſt Imperator, qui feſſis rebus mederi ſua virtute potuiſset. Cauſa autem ipſi arripiendi tunc imperii fuit, ne ſuſpectus eſset imperatoribus quod erat fortiſſimus ac Reipubl neceſsarius, & militibns (quod imperantes vehementer movet) acceptiſſimus. Sed Gallienus, ut erat nequam & perditus, ita etiam, ubi neceſſitas coëgiſset, velox, furibundus, ferus vehemens, crudelis: denique Ingenuum conflictu habito vicit, eoque occiſo, in omnes Mœſiacos tam milites quam cives aſperrime ſæviit: nec quenquam ſuæ crudelitatis exortem reliquit: uſque adeo aſper & truculentus ut pleraſque civitates vacuas a virili ſexu relinqueret. Fertur ſane idem Ingenuus. civitate capta intraſse domum, in qua ſe prgione

 trans-

Anno Chriſti transfodit: atque ita vitam finiſse, ne in tyranni crudelis poteſtatem veniret. Extat ſanè Epiſtola Gallieni, quam ad Celerem Verianum ſcripſit, qua ejus nimietas crudelitatis oſtenditur: quam ego idcirco interpoſui, ut omnes intelligerent, hominem luxurioſum crudeliſſimum eſſe, ſi neceſſitas poſtulet. *Gallienus Veriano. Non mihi ſatisfacies, ſi tantum armatos occideris, quos & fors belli interimere potuiſſet. Perimendus eſt omnis ſexus virilis, ſi & ſenes atque impuberes ſine reprehenſione noſtra occidi poſſent. Occidendus eſt quicunque malè voluit. Occidendus eſt quicunque malè dixit contra me, contra Valeriani filium, contra tot principum patrem & fratrem. Ingenuus factus eſt Imperator. Lacera, occide, concide: animum meum intelligere potes, mea mente iraſcere qui hæc manu mea ſcripſi.*

REGILLIANVS TYR. REGILLIANUS. Fati publici fuit ut Gallieni tempore quicunque potuit, ad imperium proſiliret. Regillianus denique in Illyrico ducatum gerens, imperator eſt factus, autoribus imperii Mœſiis, qui cum Ingenuo fuerant ante ſuperati. In quorum parentes graviter Gallienus ſævierat. Hic tamen multa fortiter contra Sarmatas geſſit, ſed autoribus Roxolanis conſentientibuſque militibus, & timore provincialium, ne iterum Gallienus gra-

CCLXI. viora faceret, interemptus eſt. Mirabile fortaſſe videatur, ſi quæ origo imperii ejus fuerit, declaretur. Militari enim joco regna prometuit. Nam quum milites quidam cum eo cœnarent, aſtitit Valerianus tribunus qui diceret. *Regilliani nomen unde credimus dictum?* Alius continuo, *Credimus quod à regno.* Tum is qui aderat ſcholaſticus, cœpit quaſi grammaticaliter declinare, & dicere, *Rex, regis, regi, Regillianus.* Milites, ut eſt hominum genus pronum ad ea quæ cogitant, dixerunt, *Ergo poteſt rex eſſe?* item alius, *Ergo poteſt nos regere?* item alius, *Deus tibi regis nomen impoſuit.* Quid multa? His dictis quum alia die manè proceſſiſſet, a principibus imperator eſt ſalutatus. Ita quod aliis vel audacia vel judicium detulit, huic jocularis aſtutia. Fuit, quod negari non poteſt, vir in militari re ſemper probatus, & Gallieno jam ante ſuſpectus quod dignus videretur imperio: gentis Daciæ, Decibali ipſius ut fertur, affinis. Extat Epiſtola divi Claudii adhuc privati, qua Regilliano Illyrici duci gratias agit ob redditum Illyricum, quum omnia Gallieni ſegnitia deperirent: quam ego repertam in archivis, inſerendam putavi: fuit enim publica. *Claudius Regilliano multam ſalutem. Felicem Rempubl. quæ te talem virum habere*

rei

rei caſtrenſis bellis his meruit. Felicem Gallienum, etiamſi ei vera nemo nec de bonis, nec de malis nuntiat. Pertulerunt ad me Bonitus & Celſus ſtipatores principis noſtri, qualis apud Scupos in pugnando fueris, quot uno die prælia & qua celeritate conſeceris. Dignus eras triumpho, ſi antiqua tempora extarent. Sed quid multa? Memor cujuſdam ominis cautius velim vincas. Arcus Sarmaticos & duo ſaga ad me velim mittas, ſed fibulatoria, quum ipſe miſerim de noſtris. Hac epiſtola oſtenditur, quid de Regilliano ſenſerit Claudius, cujus graviſſimum judicium ſuis temporibus fuiſſe non dubium eſt. Nec a Gallieno quidem vir iſte promotus eſt, ſed a patre ejus Valeriano, &, ut Claudius & Macrianus, & Ingenuus, & Poſtumius, & Aureolus, qui omnes in imperio interempti ſunt, quum mererentur imperium. Mirabile autem hoc fuit in Valeriano principe, quod omnes quoſcunque duces fecit, poſtea militum teſtimonio ad imperium pervenerunt: ut appareat ſenem imperatorem in deligendis Reipublicæ ducibus talem fuiſſe qualem Romana felicitas, ſi continuari fataliter potuiſſet, ſub bono principe requirebat. Et utinam vel illi qui arripuerant imperia, regnare potuiſſent, vel ejus filius Gallienus in imperio diutius non fuiſſet, ut liberè ſe in ſuo ſtatu Reſpubl. noſtra tenuiſſet. Sed nimis ſibi Fortuna indulgendum putavit, quæ cum Valeriano & bonos principes tulit, & Gallienum diutius quam oportebat Reipubl. reſervavit.

Anno Chriſti CC LXI.

AUREOLUS TYR.

AUREOLUS. Hic quoque Illyricianos exercitus regens in contemptum Gallieni, ut omnes eo tempore, coactus a militibus, ſumpſit imperium. Et quum Macrianus cum filio ſuo Macriano contra Gallienum veniret, cum plurimis exercitus ejus cepit: aliquos corruptos fidei ſuæ addixit. Et quum factus eſſet invalidus Imperator, quumque Gallienus expugnare virum fortem fruſtra tentaſſet, pacem cum eo contra Poſthumium pugnaturus fecit, quorum pleraque & dicta ſunt & dicenda. Hunc eundem Aureolum Claudius interfecto jam Gallieno conflictu habito, apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic, ut tyrannum, ſepulcro humiliore donavit. Extat etiam Epigramma Græcum in hanc formam:

Donat ſepulcro victor poſt multa tyranni
Prælia, jam felix Claudius Aureolum.
Munere proſequitur mortali, & jure ſuperſtes
Vivere quem vellet, ſi pateretur amor

Militis

Anno Chriſti

Militis egregii vitam qui jure negavit
Omnibus indignis, & magis Aureolo.
Ille tamen clemens, qui corporis ultima ſervans,
Et pontem Aureoli dedicat & tumulum.

Hos ego verſus a quodam grammatico tranſlatos ita poſui ut fidem ſervarem: non quod melius non potuerint transferri, ſed ut fidelitas hiſtorica ſervaretur, quam ego præ cæteris cuſtodiendam putavi, qui id quod ad eloquentiam pertinet, nihil curo. Rem enim vobis propoſui deferre, non verba: maxime tanta rerum copia, ut triginta tyrannorum ſimul vitas ſcribendas acceſſerim.

MACRIANUS TYR. — MACRIANUS. Capto Valeriano, diu clariſſimo principe civitatis, fortiſſimo deinde imperatore, ad poſtremum omnium infeliciſſimo, vel quod ſenex apud Perſas conſenuit, vel quod indignos ſe poſteros dereliquit, quum Gallienum contemnendum Baliſta præfectus Valeriani & Macrianus primus intelligerent, quærentibus etiam militibus principem, unum in locum conceſſerunt, quærentes quid faciendum eſſet. Tuncque conſtitit, Gallieno longè poſito, Aureolo uſurpante imperium, debere aliquem principem fieri, & quidem optimum, ne quiſpiam tyrannus exiſteret. Verba igitur Baliſtæ (quantum Mæonius Aſtyanax, qui conſilio interfuit, aſſerit) hæc fuerunt; *Mea ætas & profeſſio & voluntas longè ab imperio abſunt, & ego, quod negare non poſſum, bonum principem quæro. Sed quis tandem eſt, qui Valeriani locum poſſit implere? niſi talis, qualis tu es, ô Macriane, fortis, conſtans, integer, probatus in Republica, &, quod maxime ad imperium pertinet, dives. Arripe igitur locum meritis tuis debitum: me profecto, quamdiu voles, uteris tu cum Republica. Tantum benè agas, ut te Romanus orbis factum principem gaudeat.* Ad hæc Macrianus; *Fateor, Baliſta, imperium prudenti non fruſtra eſt. Volo enim Reipublicæ ſubvenire, atque illam peſtem à legum gubernaculis dimovere: ſed non hoc in me ætatis eſt. Senex ſum, ad exemplum equitare non poſſum. Lavandum eſt mihi frequentius; edendum delicatius, divitiæ me jamdudum ab uſu militiæ retraxerunt. Iuvenes aliqui ſunt quærendi, nec unus, ſed duo vel tres fortiſſimi, qui ex diverſis partibus orbis Romæ. Rempublicam reſtituant, quam Valerianus fato, Gallienus vitæ ſuæ genere perdiderunt.* Poſt hæc intellexit eum Baliſta ſic agere ut de filiis ſuis videretur cogitare, atque adeo ſic aggreſſus eſt; *Prudentiæ tuæ Rempublicam tradimus.*

CC LXI.

Da igitur liberos tuos Macrianum & Quietum fortiſſimos juvenes, olim tribunos à Valeriano factos: qui Gallieno imperante, quod boni ſunt, ſalvi eſſe non poſſunt. Tunc ille ubi intellectum ſe eſſe comperit; *Do,* inquit, *manus, de meo ſtipendium militi duplex daturus: tu tantum præfecti mihi ſtudium, & annonam in neceſſariis locis præbe. Iam ego faxim ut Gallienus ſordidiſſimus fœminarum omnium duces ſui parentis intelligat.* Factus eſt igitur cum Macriano & Quieto duobus filiis, cunctis militibus volentibus, imperator, Ac ſtatim contra Gallienum venire cœpit, utcunque rebus in Oriente derelictis. Sed quum XLV millia militum ſecum duceret, in Illyrico vel in Thraciarum extremis congreſſus cum Aureolo, victus & cum filio interemptus eſt. Triginta denique millia militum in Aureoli poteſtatem conceſſere. Domitianus autem eundem vicit, dux Aureoli fortiſſimus & vehementiſſimus, qui ſe originem diceret à Domitiano Imperatore trahere atque a Domicilla. De Macriano autem nefas mihi videtur judicium Valeriani præterire, quod ille in oratione ſua quam ad ſenatum è Perſidis finibus miſerat, poſuit inter cætera. Ex oratione divi Valeriani, *Ego P. C. bellum Perſicum gerens, Macriano totam Rempublicam credidi quod à parte militari ille vobis fidelis, ille mihi devotus, illum & amat & timet miles. Vtcunque res exegerit, cum exercitibus agit, nec P. C. nova vel inopinata nobis ſunt, pueri ejus virtus in Italia, adoleſcentis in Gallia, juvenis in Thracia, in Africa jam provecti, ſeneſcentis denique in Illyrico & Dalmatia comprobata eſt, quum in diverſis prœliis ad exemplum fortiter faceret. Huc accedit quod habet juvenes filios, Romano dignos collegio, noſtra dignos amicitia.* & reliqua.

Anno Christi CCLXI.

MACRIANUS JUNIOR. Multa de hoc in patris imperio prælibata ſunt, qui nunquam Imperator factus eſſet niſi prudentiæ patris ejus creditum videretur. De hoc planè multa miranda dicuntur quæ ad fortitudinem pertineant juvenilis ætatis. Sed ad facta aut quantum in bellis minus valet fortitudo. Hic enim vehemens cum prudentiſſimo patre, cujus merito imperare cœperat, à Domitiano victus, triginta (ut ſuperius dixi) millibus militum ſpoliatus eſt: matre nobili, patre tantum forti & ad bellum parato, atque ab ultima militia in ſummum perveniente ducatum, & ſplendore ſublimi.

MACRIANVS IVNIOR TYR.

QUIETUS. Hic, ut diximus, Macriani filius fuit, cum patre & fratre, Baliſtæ judicio, Imperator eſt factus. Sed ubi com-

QUIETUS TYR.

Anno Christi

periit Odenatus, qui olim jam Orientem tenebat, ab Aureolo Macrianum patrem, Quietum & ejus fratrem Macrianum victos, milites in ejus poteſtatem conceſſiſſe, quaſi Gallieni partes vindicaret, adoleſcentem cum Baliſta præfecto dudum interemit. Idem quoque adoleſcens digniſſimus Rom. imperio fuit, ut verè Macriani filius, & Macrianus etiam frater: qui duo afflictis rebus potuerunt rempub. gerere. Videtur mihi non prætermittendum de Macrianorum familia, quæ hodieque floret, id dicere quod ſpeciale ſemper habuerunt. Alexandrum Magnum Macedonem viri in auro & argento, mulieres in reticulis & dextrocheriis, & in annulis, & in omni ornamentorum genere, exculptum ſemper habuerunt: euſque ut tunicæ & limbi & penulæ matronales in familia ejus hodieque ſint quæ Alexandri effigiem de liciis variantibus, monſtrent. Vidimus proxime Cornelium Macrum in eadem familia virum, quum cœnam in templo Herculis daret, pateram electrinam, quæ in medio vultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem hiſtoriam contineret ſignis brevibus & minutulis, pontifici propinare: quam quidem circumferri ad omnes tanti illius viri cupidiſſimos juſſit. Quod idcirco poſui, quia di-
CC LXI. cuntur juvari in omni actu ſuo, qui Alexandrum expreſſum vel auro geſtitant vel argento.

ODENATVS TYR.

ODENATUS. Niſi Odenatus princeps Palmyrenorum, capto Valeriano, feſſis Rom. Reipub. viribus ſumpſiſſet imperium, in Oriente res perditæ eſſent. Quare aſſumpto nomine primum regali cum uxore Zenobia & filio majore cui erat nomen Herodes, minoribus Herenniano & Timolao, collecto exercitu contra Perſas profectus eſt. Niſibin primum & Orientis pleraque cum omni Meſopotamia in poteſtatem recepit: deinde ipſum regem victum fugere coëgit poſtremo Cteſiphonta uſque, Saporem & ejus liberos perſequutus, captis concubinis, capta etiam magna præda ad Orientem vertit, ſperans quod Macrianum, qui imperare contra Gallienum cœperat, poſſet opprimere: ſed illo jam profecto contra Aureolum & contra Gallienum, eo interempto, filium Quietum interfecit, Baliſta (ut pleriquе aſſerunt) regnum uſurpante, ne & ipſe poſſet occidi. Compoſito igitur magna ex parte Orientis ſtatu, a conſobrino ſuo Mæonio, qui & ipſe imperium ſumpſerat, interemptus eſt cum filio ſuo Herode, qui & ipſe poſt reditum de Perſide cum patre Imperator eſt appellatus. Iratum

fuiſſe

ſuiſſe Reipub. Deum credo, qui interfecto Valeriano noluit Odenatum reſervare. Ille plane cum uxore Zenobia non ſolum Orientem, quem jam in priſtinum reformaverat ſtatum, ſed omnes omnino totius orbis partes reformaſſet, vir acer in bellis, &, quantum plerique ſcriptores loquuntur, venatu memorabili ſemper inclytus, qui a prima ætate capiendis leonibus & pardis, urſis, cæteriſque ſylveſtribus animalibus, ſudorem officii virilis impendit, quique ſemper in ſylvis ac montibus vixit, perferens calorem, pluvias, & omnia mala quæ in ſe continent venatoriæ voluptates: quibus duratus, ſolem ac pulverem in bellis Perſicis tulit: Non aliter etiam conjuge aſſueta, quæ multorum ſententia fortior marito fuiſſe perhibetur: mulierum omnium nobiliſſima Orientalium fœminarum, & (ut Cornelius Capitolinus aſſerit) ſpecioſiſſima. *Anno Christi*

Herodes. Herodes non Zenobia matre, ſed priore uxore genitus, cum patre accepit imperium, homo omnium delicatiſſimus, & prorſus Orientalis & Græcæ luxuriæ, cui erant ſigillata tentoria, & aurati papiliones, & omnia Perſica. Denique ingenio ejus uſus Odenatus quicquid concubinarum regalium, quicquid divitiarum gemmarumque cepit, eidem tradidit, paternæ indulgentiæ affectione permotus. Et erat circa illum Zenobia novercali animo: qua re commendabiliorem patri eum fecerat: neque plura ſunt quæ de Herode dicantur. HERODES TYR. CCLXI.

Mæonius. Hic conſobrinus Odenati fuit: nec ulla re alia ductus niſi damnabili invidia, imperatorem optimum interemit, quum ei nihil aliud objiceretur præter filii Herodis delicias. Dicitur autem primum cum Zenobia conſenſiſſe, quæ ferre non poterat ut privignus ejus Herodes priore loco quam filii ejus Herennianus & Timolaus, principes dicerentur. Sed hic quoque ſpurciſſimus fuit. Quare Imperator appellatus per errorem, brevi a militibus pro ſuæ luxuriæ meritis interemptus eſt. MÆONIUS TYR.

Baliſta. De hoc utrum imperavit, ſcriptores inter ſe ambigunt. Multi enim dicunt, Quieto per Odenatum occiſo, Baliſtæ veniam datam: tamen eum imperaſſe, quod nec Gallieno, nec Aureolo, nec Odenato ſe crederet. Alii aſſerunt, privatum eum in agro ſuo quem apud Daphnem ſibi compararat, interemptum. Multi & ſumpſiſſe illum purpuram, & more Romano imperaſſe, exercitum duxiſſe, & de ſe plura pro- BALISTA TYR.

Anno Chriſti miſiſſe dixerunt : occiſum autem per hos quos Aureolus miſerat ad comprehendendum Quietum Macriani filium , quem prædam ſuam eſſe dicebat. Fuit vir inſignis, eruditus ad gerendam Rempublicam, in conſiliis vehemens, in expeditionibus clarus, in proviſione annonaria ſingularis. Valeriano ſic acceptus ut eum quibuſdam literis hoc teſtimonio proſequutus ſit; *Valerianus Ragonio Claro præfecto Illyrici & Galliarum. Si quid in te bonæ frugis eſt, quam eſſe ſcio, parens Clare, diſpoſitionem Baliſtæ proſequere. Hac in forma Rempubl. vides, ut nec ille provinciales gravet, ut illic equos contineat ubi ſunt pabula, illic annonas militum mandet ubi ſunt frumenta: non provincialem, non poſſeſſorem cogat illic frumenta ubi non habet, dare, illic equum ubi non poteſt, paſcere: nec eſt ulla alia proviſio melior quam ut in locis ſuis erogentur quæ naſcuntur, ne aut veſiculis aut ſumptibus Rempublicam gravent. Galatia frumentis abundat, referta eſt Thracia, plenum eſt Illyricum: illic pedites collocentur. Quamquam in Thracia etiam equites ſine noxa provincialium hyemare poſſint. Multum enim ex campis fœni colligitur. Iam ubi laridum, jam cæteræ ſpecies in his dandæ ſunt locis in quibus affatim redundant. Quæ omnia ſunt Ba-*
CC LXI. *liſtæ conſilia, qui ex quaque provincia unam tantum ſpeciem præberi juſſit, quod ea redundaret, atque ab ea milites ſubmoveri, id quod publicitus eſt decretum.* Eſt & alia ejus Epiſtola qua gratias Baliſtæ agit: in qua docet ſibi præcepta gubernandæ Reipub. ab eodem data. gaudens quod ejus conſilio nullum adſcriptitium, id eſt vacantem, haberet, & tribunum nullum ſtipatorem, qui non vere pugnaret. Hic igitur vir in tentorio ſuo cubans, a quodam gregario milite Odenati in Gallieni gratiam dicitur interemptus. De quo ipſe vera non ſatis comperi, idcirco quod ſcriptores temporum de hujus præfectura multa, de imperio pauca dixerunt.

VALENS TYR. VALENS. Hic vir militaris, ſimul etiam civilium virtutum gloria pollens, proconſulatum Achaiæ dato a Gallieno tunc honore gubernabat: quem Martianus vehementer reformidans, ſimul quod in omni genere vitæ ſatis clarum norat, ſimul quod inimicum ſibi eſſe invidia virtutum ſciebat, miſſo Piſone nobiliſſimæ tunc & conſularis familiæ viro, interfici præcepit. Valens diligentiſſime cavens & providens, neque aliter ſibi poſſe ſubveniri exiſtimans, ſumpſit imperium, & brevi a militibus interemptus eſt.

Anno Chriſti

VALENS SUPERIOR. Fuit & Valens ſuperior, & bene venit in mentem ut quum de hoc Valente loquimur, etiam de illo Valente qui ſuperiorum principum temporibus interemptus eſt, aliquid dicamus. Nam hujus Valentis qui ſub Gallieno imperavit, avunculus magnus fuiſſe perhibetur. Alii tantum avunculum dicunt. Sed par in ambobus fuit fortuna. Nam & ille quum paucis diebus Illyrico imperaſſet, occiſus eſt. VALENS SUPERIOR TYR.

PISO. Hic a Macriano ad interficiendum Valentem miſſus, ubi eum providum futurorum imperare cognovit, Theſſaliam conceſſit, atque illic paucis ſibi conſentientibus ſumpſit imperium, *Theſſalicuſque* appellatus, interemptus eſt: vir ſummæ ſanctitatis, & temporibus ſuis *Frugi* dictus, & qui ex illa Piſonum familia ducere originem diceretur, cui ſe nobilitandi cauſa Cicero ſociaverat. Hic omnibus principibus acceptiſſimus fuit. Ipſe denique Valens qui ad eum percuſſores miſiſſe perhibetur, dixiſſe dicitur, non ſibi apud Deos inferos conſtare rationem, quod quamvis hoſtem ſuum, Piſonem tamen juſſiſſet occidi, virum cui ſimilem Romana Reſpublica tunc non haberet. Senatuſconſultum de Piſone factum ad noſcendam ejus majeſtatem libenter inſerui: Die ſeptimo Cal. Julias, quum eſſet nuntiatum Piſonem a Valente interemptum, ipſum Valentem a ſuis occiſum, Aurelius Fuſcus conſularis primæ ſententiæ, qui in locum Valeriani ſucceſſerat, ait, *Conſul conſule.* Quumque conſultus eſſet, *Divinos* (inquit) *honores Piſoni decerno P. C. Gallienum, & Valerianum, & Saloninum imperatores noſtros eſſe confido. Neque enim melior vir quiſquam fuit, neque conſtantior.* Poſt quem cæteri conſulti ſtatuam inter triumphales, & currus quadrijugos Piſoni decreverunt. Sed ſtatua ejus videtur: quadrigæ autem quæ decretæ fuerant quaſi transferendæ ad alium poſitæ ſunt, nec adhuc redditæ. Nam in his locis fuerunt poſitæ in quibus thermæ Diocletianæ ſunt exædificatæ, tam æterni nominis quam ſacrati. PISO TYR. CCLXI.

ÆMYLIANUS. Et hoc familiare eſt populo Ægyptiorum, vel ut furioſi ac dementes de levibus quibuſque ad ſummæ Reipub. pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectas ſalutationes, locum in balneis non conceſſum, carnem & olera ſequeſtrata, calceamenta ſervilia, & cætera talia, uſque ad ſummum Reipub. periculum ſeditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus, pervenerunt. Familiari ergo ſibi furore quum quodam die cujuſdam ÆMYLIANUS TYR.

Anno Christi ſervus curatoris qui Alexandriam tunc regebat, militariè ob hoc cæſus eſſet quod crepidas ſuas meliores eſſe quam militis diceret, collecta multitudo ad domum Æmiliani ducis anceps venit, atque eum omni ſeditionum inſtrumento & furore perſequuta eſt. Ictus eſt lapidibus, petitus eſt ferro: nec deſiit ullum ſeditionis telum. Qua re coactus Æmilianus ſumpſit imperium, quum ſciret ſibi undecunque pereundum. Conſenſerunt ei Ægyptiacus exercitus, maximè in Gallieni odium: nec ejus ad regendam Rempublicam vigor defuit. Nam Thebaidem totamque Ægyptum peragravit, & quatenus potuit barbarorum gentes forti autoritate ſubmovit. Denique ALEXANDER vel ALEXANDRINUS (nam incertum id quoque habetur) virtutum merito vocatus eſt. Et quum cóntra Indos pararet expeditionem, miſſo Theodoto duce, Gallieno jubente dedit pœnas: ſiquidem ſtrangulatus in carcere captivorum veterum perhibetur. Tacendum eſſe non credo, quod quum de Ægypto loquor, vetus ſuggeſſit hiſtoria, ſimul etiam Gallieni factum: qui quum Theodoto vellet imperium proconſulare decernere, a ſacerdotibus eſt prohibitus, qui dixerunt faſces conſulares ingredi Alexandriam non licere.
CC LXI. Cujus rei etiam Ciceronem, quum contra Gabinium loquitur, meminiſſe ſatis novimus. Denique non extat memoria rei frequentatæ. Quare ſcire oportet, Herennium Celſum veſtrum parentem dum conſulatum cupit, hoc quod deſiderat, non licere. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis literis ſcriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore quum in eam veniſſent Romani faſces, & prætexta Romanorum: quod apud Proculum grammaticum doctiſſimum ſui temporis virum, quum de peregrinis regionibus loquitur, invenitur.

SATURNINUS TYR. SATURNINUS. Saturninus optimus ducum Gallieni temporibus, ſed a Valeriano dilectus fuit. Hic quoque quum diſſolutionem Gallieni pernoctantis in publico ferre non poſſet, & milites non exemplo Imperatoris ſui, ſed ſuo regeret, ab exercitibus ſumpſit imperium, vir prudentiæ ſingularis, gravitatis inſignis, vitæ amabilis, victoriarum barbararum etiam ubique notarum. Hic ea die qua eſt amictus a militibus peplo imperatorio, concione habita dixiſſe fertur, *Commilitones bonum ducem perdidiſtis, & malum principem feciſtis.* Denique quum multa ſtrenuè in imperio feciſſet, quod eſſet ſeverior & gravior militibus, ab

iiſdem ipſis a quibus factus fuerat, interemptus eſt. Hujus inſigne eſt quod convivio diſcumbere milites, ne inferiora denudarentur, cum ſagis juſſit, hyeme gravibus, æſtate perlucidis. *Anno Chriſti*

TETRICUS SENIOR. Interfecto Victorino & ejus filio, mater ejus Victoria, ſive Victorina, Tetricum Senatorem pop. Rom. præſidatum in Gallia regentem, ad imperium hortata quod ejus erat ut plerique loquuntur, affinis, Auguſtum appellari fecit, filiumque ejus Cæſarem nuncupavit. Et quum multa Tetricus feliciter egiſſet, diuque imperaſſet, ab Aureliano principe victus, quum militum ſuorum impudentiam & procacitatem ferre non poſſet, volens ſe graviſſimo principi & ſeveriſſimo dedit. Verſus denique illius fertur, quem ſtatim ad Aurelianum ſcripſerat, TETRICUS SENIOR TYR.

Eripe me his invicte malis.

Quare quum Aurelianus nihil ſimplex neque mite aut tranquillum facilè cogitaret, Senatorem pop. Rom. eundemque conſularem, qui jure præſidiali omnes Gallias rexerat, per triumphum duxit eodem tempore quo & Zenobiam Odenati uxorem cum filiis minoribus Odenati Herenniano & Timolao: pudore tamen victus vir nimium ſeverus, eum quem triumphaverat, correctorem totius Italiæ fecit, id eſt, Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, atque Umbriæ, Piceni, & Flaminiæ, omniſque annonariæ regionis: ac Tetricum non ſolum vivere, ſed etiam in ſumma dignitate manere paſſus eſt, quum illum ſæpe collegam, nonnunquam commilitonem, aliquando etiam imperatorem appellaret. CCLXI.

TETRICUS JUNIOR. Hic puerulus a Victoria Cæſar eſt appellatus, quum illa MATER CASTRORUM ab exercitu nuncupata eſſet. Qui & ipſe cum patre per triumphum ductus, poſtea omnibus ſenatoriis honoribus functus eſt, illibato patrimonio, quod quidem ad ſuos poſteros miſit, ut Gellius Fuſcus dicit, ſemper inſignis. Narrabat avus meus, hunc ſibi familiarem fuiſſe, neque quemquam illi ab Aureliano, aut poſtea ab aliis principibus, eſſe prælatum. Tetricorum domus hodieque extat in monte Cælio inter duos lucos contra Iſium Metellinum, pulcherrima, in qua Aurelianus pictus eſt, utrique prætextam tribuens ſenatoriam dignitatem, accipiens ab his ſceptrum, coronam civicam picturatam de muſeo. Quam quum TETRICUS JUNIOR TYR.

Anno Chriſti

dedicaſſet, Aurelianum ipſum dicuntur duo Tetrici adhibuiſſe convivio.

TREBELLIANUS TYR.

TREBELLIANUS. Pudet jam perſequi quanti ſub Gallieno fuerunt tyranni, vitio peſtis illius: ſiquidem erat in eo ea luxuria, ut rebelles plurimos mereretur: & ea crudelitas ut jure timeretur. Quare & in Trebellianum factum in Iſauria principem, ipſis Iſauris ſibi ducem quærentibus, quem quum alii archipiratam vocaſſent, ipſe ſe Imperatorem appellavit. Monetam etiam cudi juſſit, Palatium in arce Iſauriæ conſtituit: qui quidem quum ſe in intima Iſaurorum loca munitus difficultatibus locorum & montibus contuliſſet, aliquamdiu apud Cilicas imperavit. Sed per Gallieni ducem Cauſiſoleum, natione Ægyptium, fratrem Theodoti, qui Æmilianum ceperat, ad campum deductus, eſt victus & occiſus. Neque tamen poſtea Iſauri, timore ne in eos Gallienus ſæviret, ad æqualitatem perduci quavis principum humanitate potuerunt. Denique poſt Trebellianum pro Barbaris habentur, & quum in medio Rom. nominis ſolo regio eorum
CCLXI. ſit, novo genere cuſtodiarum quaſi limes includitur, locis defenſa non hominibus. Nam non ſunt ſtatura decori, non virtute graves, non inſtructi armis, non conſiliis prudentes, ſed hoc ſolo ſecuri, quod in editis poſiti adiri nequeunt: quos quidem divus Claudius penè ad hoc perduxerat, ut a ſuis ſemotos locis in Cilicia collocaret, daturus uni ex amiciſſimis omnem Iſaurorum poſſeſſionem, nequid ex ea poſtea rebellionis oriretur.

HERENNIANUS TYR. ET ZENOBIA.

HERENNIANUS. Odenatus moriens duos parvulos reliquit, Herennianum & fratrem ejus Timolaum: quorum nomine ZENOBIA uſurpato ſibi imperio diutius quam fœminam decuit, Remp. obtinuit, parvulos Rom. Imperatoris habitu proferens purpuratos, eoſdemque adhibens concionibus: quas illa viriliter frequentavit: Didonem, & Semiramidem, & Cleopatram ſui generis principem inter cætera prædicans. Sed de eorum exitu incertum eſt. Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte ſua eſſe conſumptos: ſiquidem Zenobiæ poſteri etiam nunc Romæ inter nobiles manent.

TIMOLAUS TYR.

TIMOLAUS. De hoc ea putamus digna memoria quæ de fratre ſunt dicta. Unum tamen eſt quod eum a fratre ſeparat, quod tanti fuit ardoris ad ſtudia Romana, ut brevi conſequutus

quæ inſinuaverat grammaticus, eſſe dicatur: potuiſſe quinetiam ſummum Latinorum rhetorem facere. *Anno Christi*

CELSUS. Occupatis partibus Gallicanis, Orientalibus, quinetiam Ponti, Thraciarum, & Illyrici, dum Gallienus popinatur & balneis ac lenonibus deputat vitam, Afri quoque autore Vibio Paſſieno, proconſule Africæ, & Fabio Pomponiano duce, limites Libyci, Celſum Imperatorem appellaverant, peplo deæ Cæleſtis ornatum. Hic privatis ex tribunis in Africa poſitus, in agris ſuis vivebat: ſed ea juſtitia, & corporis magnitudine, ut dignus videretur imperio. Quare creatus per quandam mulierem, Gallienam nomine, conſobrinam Gallieni, ſeptimo imperii die interemptus eſt, atque adeo etiam inter obſcuros principes vix relatus eſt. Corpus ejus a canibus conſumptum eſt, Siccenſibus qui Gallieno fidem ſervaverant perurgentibus: & novo injuriæ genere imago in crucem ſublata perſultante vulgo, quaſi patibulo ipſe Celſus videretur affixus. CELSUS TYR.

ZENOBIA. Omnis conſumptus eſt pudor: ſiquidem fatigata Republica eouſque perventum eſt, ut, Gallieno nequiſſime agente, optimè etiam mulieres imperarent. Et quidem peregrina, nomine Zenobia, de qua jam multa dicta ſunt, quæ ſe de Cleopatrarum Ptolemæorumque gente jactaret, poſt Odenatum maritum imperiali ſagulo perfuſo per humeros habitu, donis ornata, diademate etiam accepto, nomine filiorum Herenniani & Timolai diutius quam fœmineus ſexus patiebatur, imperavit. Siquidem Gallieno adhuc regente Rempubl. regale mulier ſuperba munus obtinuit: &, Claudio bellis Gothicis occupato, vix denique ab Aureliano victa & triumphata, conceſſit in jura Rom. Extat epiſtola Aureliani, quæ captivæ mulieri teſtimonium fert. Nam quum a quibuſdam reprehenderetur quod mulierem veluti ducem aliquem vir fortiſſimus triumphaſſet, miſſis ad Senatum populumque Rom. literis, hac ſe atteſtatione defendit; *Audio, P. C. mihi objici quod non virile munus impleverim, Zenobiam triumphando. Ne illi qui me reprehendunt ſatis laudarent, ſi ſcirent qualis illa eſt mulier, quam prudens in conſiliis, quam conſtans in diſpoſitionibus, quam erga milites gravis, quam larga quum neceſſitas poſtulet, quam triſtis quum ſeveritas poſcat. Poſſum dicere, illius eſſe quod Odenatus Perſas vicit, ac fugato Sapore Cteſiphontem uſque pervenit. Poſſum aſſerere, tanto apud Orientalis & Ægyptiorum populos timori mulierem* ZENOBIA TYR. CC LXI. *Magnificum ejus elogium.*

Anno Christi

fuiſſe, ut ſe non Arabes, non Sarraceni, non Armeni commoverent. Nec ego illi vitam conſervaſſem niſi eam ſciſſem multum Rom. Reipubl. profuiſſe, quum ſibi vel liberis ſuis Orientis ſervaret imperium. Sibi ergo habeant propriarum venena linguarum hi quibus nihil placet. Nam ſi viciſſe ac triumphaſſe fœminam non eſt decorum, quid de Gallieno loquuntur, in cujus contemptum hæc bene rexit imperium? Quid de divo Claudio, ſancto ac venerabili duce, qui eam, quod ipſe Gotthicus eſſet expeditionibus occupatus, paſſus eſſe dicitur imperare, idque occulte ac prudenter, ut illa ſervante Orientalis fines imperii, ipſe ſecurius quæ inſtituerat perpetraret? Hæc oratio indicat quid judicii Aurelianus habuerit de Zenobia: cujus ea caſtitas fuiſſe dicitur, ut nec virum ſuum quidem ſciret, niſi tentatis conceptionibus. Nam quum ſemel concubuiſſet, expectatis menſtruis continebat ſe, ſi prægnans eſſet: ſin minus, iterum poteſtatem quærendis liberis dabat. Vixit regali pompa, more magis Perſico. Adorata eſt more regum Perſarum. Convivata eſt Imperatorum more Rom. Ad conciones galeata proceſſit cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam media etiam cyclade veluti fibula muliebri

CC LXI. aſtricta, brachio ſæpe nudo. Fuit vultu ſubaquilo, fuſci coloris, oculis ſupra modum vigentibus, nigris, ſpiritus divini, venuſtatis incredibilis: tantus candor in dentibus, ut margaritas eam plerique putarent habere, non dentes. Vox clara & virilis: ſeveritas, ubi neceſſitas poſtulabat, tyrannorum: bonorum principum clementia, ubi pietas requirebat. Larga prudenter, conſervatrix theſaurorum ultra fœmineum modum. Uſa vehiculo carpentario, raro pilento, equo ſæpius. Fertur autem vel tria vel quatuor milliaria frequenter cum peditibus ambulaſſe. Nata eſt Hiſpanorum cupiditate: bibit ſæpe cum ducibus, quum eſſet alias ſobria: bibit etiam cum Perſis atque Armeniis, ut eos vinceret. Uſa eſt vaſis aureis gemmatis ad convivia, quibus & Cleopatra uſa eſt. In miniſterio eunuchos gravioris ætatis habuit, puellas nimis raras. Filios Latinè loqui juſſerat, adeo ut Græcè vel difficile vel raro loquerentur. Ipſa Latini ſermonis non uſquequaque ignara, ſed ut loqueretur pudore cohibita: loquebatur & Ægyptiacè ad perfectum modum. Hiſtoriæ Alexandrinæ atque Orientalis ita perita ut eam epitomaſſe dicatur: Latinam autem Græcè legerat. Quum illam Aurelianus cepiſſet, atque in conſpectum ſuum ductam ſic appellaſſet, *Quid ô Zenobia auſa es inſulare Romanis impe-*

rato-

ratoribus? Illa dixiſſe fertur, *Imperatorem te eſſe cognoſco qui vincis, Gallienum & Aureolum, & cæteros, principes non putavi. Victoriam mei ſimilem credens, in conſortium regni venire, ſi facultas locorum pateretur, optavi.* Ducta eſt igitur per triumphum ea ſpecie ut nihil pompabilius populo Rom. videretur. Jam primum ornata gemmis ingentibus, ita ut ornamentorum onere laboraret. Fertur enim mulier fortiſſima ſæpiſſime reſtitiſſe, quum diceret ſe gemmarum onera ferre non poſſe. Vincti erant præterea pedes auro, manus etiam catenis aureis: nec collo aureum vinculum deerat, quod ſcurra Perſicus præferebat. Huic ab Aureliano vivere conceſſum eſt. Ferturque vixiſſe cum liberis, matronæ jam more Romanæ, data ſibi poſſeſſione in Tiburti, quæ hodieque Zenobia dicitur, non longè ab Adriani palatio, atque ab eo loco cui nomen eſt Conche. *Anno Chriſti*

VICTORIA. Non tam digna res erat ut etiam Victorina, ſive Victoria, in literas mitteretur, niſi Gallieni mores hoc facerent ut memoria dignæ etiam mulieres cenſerentur. Victoria enim ut filium ac nepotem a militibus vidit occiſos. Poſthumium, deinde Lollianum, Marium etiam, quem principem milites nuncuparunt, interemptos, Tetricum (de quo ſuperius dictum eſt) ad imperium hortata eſt, ut virile ſemper facinus auderet: inſignita eſt præterea hoc titulo, ut CASTRORUM ſe diceret MATREM. Cuſi ſunt ejus nummi ærei, aurei, & argentei, quorum hodieque forma extat apud Treviros. Quæ quidem non diutius vixit. Nam Tetrico imperante, ut plerique loquuntur, occiſa, ut alii afferunt, fatali neceſſitate conſumpta. Hæc ſunt quæ de triginta tyrannis dicenda videbantur: quos ego in unum volumen idcirco contuli, ne ſi de ſingulis ſingula quæque narrarem, naſcerentur indigna faſtidia, & ea quæ ferre lector non poſſet. Studioſe in medio fœminas poſui ad ludibrium Gallieni, quo nihil prodigioſius paſſa eſt Reſpub. Rom. Duos etiam nunc tyrannos, quaſi extra numerum (quod alieni eſſent temporis) additurus: unum qui fuit Maximini, temporibus, alterum qui Claudii: ut tyrannorum triginta viri hoc volumine tenerentur. Quæſo qui expletum jam librum acceperas, boni conſulas, atque hos volumini tuo volens addas: quos ego quemadmodum Valentem ſuperiorem huic volumini, ſic poſt Claudium & Aurelianum his qui inter Tacitum & Diocletianum fuerunt, addere deſtinaveram.

VICTORIA TYR.

CC LXI.

Anno Christi

ram. Sed errorem meum major hiſtoriæ diligentia tuæ eruditionis avertit. Habeo igitur gratiam quod titulum meum prudentiæ tuæ benignitas implevit. Nemo in templo Pacis dicturus eſt me fœminas inter tyrannos, cum riſu & joco tyrannas videlicet & tyrannides, ut ipſi de me ſolent jactare, poſuiſſe. Habent integrum numerum ex arcanis hiſtoriæ in meas literas datum. Titus enim & Cenſorinus, quorum unus, ut dixi, ſub Maximino, alter ſub Claudio fuit, ambo ab iiſdem militibus, a quibus purpura velati fuerant, interempti ſunt.

Præter triginta tyrannos duo alii, ſed vix memoriâ digni.

Adjungit idem Trebellius Pollio Titum, & Claudium Cenſorinum, illum in Africa, hunc in Italia, ſalutatos Imperatores, quorum caſus & exitum ejuſdem auctoris verbis trademus, ne quis quid deſideret, quod ad cognoſcendum turbatæ nunc maxime ac concuſſæ, & inter tot principes dubiæ ac ancipitis Reipubl. Romanæ ſtatum faciat. Alias vix memorandi poſſint videri, quia nihil memoria dignum geſſere.

TITUS TYR.

CCLXI.

TITUS. Docet Dexippus, nec Herodianus tacet, omneſque qui talia legenda poſteris tradiderunt, Titum tribunum Maurorum, qui a Maximino inter privatos relictus fuerat, timore violentæ mortis, ut alii dicunt: invitum vero, & a militibus coactum, ut plerique aſſerunt, imperaſſe. Atque hunc intra paucos dies poſt vindicatam defectionem quam conſularis vir Magnus Maximino paraverat, a ſuis militibus interemptum. Imperaſſe autem menſibus ſex. Fuit hic vir de primis erga Rempub. domi foriſque laudabilis, ſed imperio parum felix. Alii dicunt, ab Armeniis ſagittariis, quos Maximinus ut Alexandrinos & oderat & offenderat, principem factum. Nec mireris tantam eſſe varietatem de homine cujus vix nomen agnoſcitur. Hujus uxor Calphurnia, fuit ſancta & venerabilis fœmina, de genere Cenſorinorum, id eſt, Piſonum, quam majores noſtri univiriam ſacerdotem inter ſacratiſſimas fœminas adorarunt: cujus ſtatuam in templo Veneris adhuc videmus Argolicam, ſed auratam. Hæc uniones Cleopatranas habuiſſe perhibetur: hæc lancem centum librarum argenti, cujus plerique poëtæ meminerunt, in qua majorum ejus expreſſa oſtenditur hiſtoria. Longius mihi videor proceſſiſſe quam res poſtulabat: ſed quid faciam? omnis ſcientia naturæ facilitate verboſa eſt. Quare ad Cenſorinum revertar,

homi-

hominem nobilem: ſed qui non tam bono quam malo Reipubl. ſeptem diebus dicitur imperaſſe. *Anno Chriſti*

CENSORINUS. Cenſorinus, vir planè militaris & antiquæ in curia dignitatis, bis Conſul, bis præfectus prætorii, ter præfectus urbis quarto proconſul, tertio conſularis, legatus prætorius ſecundo, ædilitius quarto, quæſtorius tertio, extra ordinem quoque legatione Perſica functus, etiam Sarmatica. Poſt omnes tamen honores quum in agro ſuo degeret ſenex, atque uno pede claudicans vulnere quod bello Perſico Valeriani temporibus acceperat, factus eſt Imperator, & ſcurrarum joco Claudius appellatus eſt. Quumque ſe graviſſime gereret, neque a militibus ob diſciplinam cenſoriam ferri poſſet, ab his ipſis a quibus factus fuerat, interemptus eſt. Extat ejus ſepulcrum, in quo grandibus literis circa Bononiam inciſi ſunt omnes ejus honores, ultimo tamen verſu adſcripto, CENSORINVS TYR.

FELIX AD OMNIA, INFELICISSIMUS IMPERATOR.

Extat ejus familia, Cenſorinorum nomine frequentata: cujus pars Thracias odio rerum Romanorum, pars Bithyniam petiit. Extat etiam domus pulcherrima adjuncta gentibus Flaviis, quæ quondam Titi principis fuiſſe perhibetur. CC LXI.

In faſtis diligentiſſimi Onuphrii, velut brevi quadam in tabella, triginta tyranni exhibentur;

IMP. CÆSARE. VALERIANO. AVG. A. PERSEIS. CAPTO. HEI. XXX. TYRANNI. ROMANVM. SVB. IMP. GALLIENO. INVASERVNT. IMPERIVM. *Tyranni XXX. ex Onuphrio.*

I. IMP. CÆSAR CYRIADES P. F. AVGVSTVS. *In Suria.*

II. IMP. CÆS. INGENUUS. P. F. AVG. *In Pannoniis.*

III. IMP. CÆS. ODENATVS PIVS FEL. AVG. *In Suria.*

ZENOBIA PIA FELIX AVGVSTA ODENATI.

IV. IMP. CÆS. HERODES P. F. AVGVSTVS.

V. IMP. CÆS. HERENNIANVS P. F. AVG. ODENATI Filii.

VI. IMP. CÆS. TIMOLAUS P. F. AVG.

VII. IMP. CÆS. UAABALATHVS P. F. AVG.

VIII. IMP. CÆS. AUREOLVS P. F. AVG. *In Illyrico.*

IX. IMP. CÆS. FVLVIUS MACRIANVS P. F. AVG.

Anno Christi

X. IMP. CÆS. FVLVIUS MACRIAN. IVN. P. F. A.
XI. IMP. CÆS. FVLVIUS QVIETVS P. F. AVG. *In Aſia.*
XII. IMP. CÆS BALISTA PIVS FEL. AVGVSTVS.
XIII. IMP. CÆS. VALENS PIVS FEL. AVG. *In Macedonia.*
XIV. IMP. CÆS. L. CALPVRNIVS PISO AVG. *In Theſſalia.*
XV. IMP. CÆS. AIMILIAN. ALEXANDER AVG. *In Ægypto.*
XVI. IMP. C. CASSIVS POSTVMVS LABIENVS AVG.
XVII. IMP. C. C. CASSIVS C. F. POSTVMVS. LABIEN. AVG.
XVIII. IMP. CÆS. REGILLIANVS P. F. AVG. *In Pannonia.*
XIX. IMP. CÆS. SATVRNINVS P. FEL. AVG. *In Ægypto.*
XX. IMP. CÆS. TREBELLIANVS P. F. AVG. *In Iſauria.*
XXI. IMP. CÆS. CELSVS PIVS FEL. AVG. *In Africa.*
XXII. IMP. CÆS. CLAVDIVS CENSORINVS AVG. *In Italia.*
XXIII. IMP. CÆS. MOEONIVS P. F. AVG. *In Oriente.*
XXIV. IMP. CÆS. LOLLIANVS P. F. AVGVSTVS.
XXV. IMP. CÆS. ÆLIANVS P. F. AVGVSTVS.
XXVI. IMP. CÆS. M. AVRELIVS VICTORINVS AVG.
XXVII. IMP. CÆS. M. AVRELIVS. M. F. VICTORIN. *In Galliis.*
CC VICTORIA AVGVSTA, CASTRORVM MATER.
LXI. XXVIII. IMP. CÆS. MARIVS P. F. AVGVSTVS.
XXIX. IMP. CÆS. TETRICVS P. F. AVGVSTVS.
XXX. IMP. CÆS. TETRICVS JUNIOR P. F. AVG.

Id certe conſtat, nunquam alias majoribus motibus, frequentioribuſque principum mutationibus, diverſa militum libidine excitatis, concuſſum agitatumque Romanum imperium fuiſſe. Dignum haud dubie memoria Annalium tradendumque poſteris exemplum, ex quo diſcant illi ac intelligant, ad conſervandam Reipub. pacem ſecuritatemque nihil æque facere, quam ne unum quidem datum ejuſmodi mutationum exemplum. Datum enim ſemel plures plerumque ſequuntur.

Francorum prima ſedes, & origo.

Francorum in narratione rerum ſub Gallieno geſtarum prima fit mentio. De cujus potentiſſimæ celebratiſſimæque hodie gentis, cujus in Gallia omni jam ſedes ſunt, origine paullo quid amplius dicendum hic nobis videtur. Veriſimile autem mihi offertur, Hadrianum Junium veritati inter omnes quam proxime ſtatuiſſe, Francos illos veteres haud alios fuiſſe, quam quos Cæſar & Tacitus Sicambrorum Germanorumque vocabulo nominarunt: ſi præſertim illos Germanos illamque Germaniam acci-

Anno Chriſti

piamus, quæ, Rheno duntaxat intermedio, Bataviæ & Cliviæ ex adverſo pœne contigua eſt: quam & Tacitus innuerit ſecundo Annalium, ubi inquit: *Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur, ſervatque nomen & violentiam curſus, qua Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verſo cognomento Vakalim accolæ dicunt.* Hanc Germaniam idem Iunius ad diſcrimen reliquæ, (quod tacet Iuniomaſtix ille nuper, hanc ſolam fuiſſe Iunio Germaniam ſiniſtre prodens) Tertiam dicit. Nos, Tacitum ſecuti, occiduam potius nuncupandam alibi commonſtravimus: ubi & pluria ad hánc rem pertinentia non otioſe cumulavimus. Certo itaque conjectura cenſuit Iunius hos Cæſaris Tacitique Germanos, adoptato poſtea auſpicabili Francorum vocabulo, inſediſſe quaqua nunc auditur Tranſiſulanum nomen, quidquid olim terrarum tenuere Tencteri, Tubantes, Chauci, Bructeri (quos nunc Zutphenos, Drentenos, Tuentenos, Friſios., Bremenſes, Oſnabrugenſes, Monaſterienſes nominamus, cum Bentemenſi Linganoque Comitatibus) ad Oceanum pene uſque Cimbricum. Verba ejus paucula adſcribam: *Francos haud diverſam, imo eandem eſſe cum Germanis gentem, fert animus uberius apertiuſque cognitionem hac de re meam in tanta eruditi ſeculi caligine explicare, nullamque aliam à Tacito & & Cæſare pleriſque in locis, Germanorum vocabulo intelligi, quam quos dixi, ut planiſsime ſtatuendum ſit à prædictis ſcriptoribus Germanos appellari, quos conſequentis ac poſteri temporis auctores mutato nomine Francos vocitarunt. Porro haud otioſe adjecta à me ſunt in Cæſaris mentione verba illa,* pleriſque in locis, *ad defugiendam contentionem ac certaminis occaſionem: ſiquidem Cæſar cum ceteris ſcriptoribus agnovit etiam ſuperiores inferioreſque Germanos, cum quibus bello decertavit, à quibus noſtri (qui mihi materiam hanc ſcribendi præbent, tertiique vocari poſſent) penitus ſunt diverſi atque alieni, quippe duobus clariſsimis fluminibus Rheno & Albi, illo tanquam cardine, hoc decumano limiti, finiti atque incluſi: quando inferiores à ſe debellatos libri ſecundi initio Cæſar memorat, ſuperiores ſimili calamitate affectos cum rege ſuo Arioviſto in extremo primo libro ſcriptum reliquit: atque iſtius rei ignoratio erroris magnæque confuſionis cauſam pleriſque ſcriptoribus hac ætate præbuit, ad Alemannicam nationem cuncta indiſcriminatim referentibus. Germaniam igitur (de qua ſermo hic mihi inſtituitur, hoc eſt, quam ego ſeminium*

Ortu Germanos eſſe, oſtenditur.

CC LXI.

& ge-

Anno Christi

& genitale Regum Franciæ arvum diſerte aio) Bataviæ ſolo penè contiguum, quippe amne duntaxat Rheno diremptum, è Tacito fideliſſimo Hiſtoriographo & Belgicarum rationum procuratore liquet planiſſime, cujus è ſecundo libro verba adſcribam: Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur, ſervatque nomen & violentiam curſus, qua Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur, &c. *Quibus in verbis nec v.vim, ſi quid obſcuritatis aut ambiguitatis ſedere videam, quod ſententiæ noſtræ refragari, aut aliquo modo eam infringere poſſit, niſi ſi quis in ſcirpo nodum quærat, aut data opera publicæ cauſæ prævaricatorem agere præſumat, aut, velut Atlantico in ſpecu poſitus, ſolis ſe jubar oculis inimicum ferre non poſſe cauſetur.* Ac deinde poſt multa addit concluditque: *Certa itaque conjectura auguror Francos inſediſſe quaqua nunc auditur Tranſiſalanum nomen, quicquid terrarum Tencteri, Tubantes, Chauci, Bructeri, quos nunc Zutphanos, Drentenos, Tuentenos, Embdanos, Bremenſes, Oſnabrugenſes, Monaſterienſes nominamus, cum Bhenthemo-Linganoque Comitatibus, ad Oceanum uſque Cimbricum poſſederunt. Saxones vero conterminos habuiſſe declarant Ammiani*

CCLXI.

verba ex viceſimo ſeptimo libro: Ubi Gallica nos tractus, inquit, Francos, & Saxones iiſdem confines, quo quiſque potuit terra vel mari, prædis acerbis incendiiſque & captivorum funeribus violaſſe, &c. Hucuſque ille. Quam & nos ſententiam, quantum potuit, ſequuti, hoc inſuper dicimus, Rheno præſertim contiguos egiſſe antiquitus, inque Sicambrorum non tantum Rhenenſium, ſed & maritimorum ſedes quam proxime ſucceſſiſſe; ideoque & Sicambros a Claudiano, Sidonio aliiſque authoribus claſſicis ſæpiſſime pro Francis nominatos. Quod tamen Iunius improprie, & lato quidem modo, ab iiſdem factum vult; nec attigiſſe mare Sicambros retur, licet hoc quoque a poëtis proditum non diffiteatur. Ita enim porro ait: Sicambros *quidem pro* Francis *uſurpat Sidonius Apollinaris, ut & pro iiſdem* Chaucos *accepit Claudianus, & ante eum Lucanus, non tantum quia contermini & ſimili ſolo utentes, unde &* paludoſi *à Propertio dicuntur, ſed quod gentiles ac ὁμοεθνεῖς fuerint: quo ſpectat quod etiam attigiſſe mare Sicambri legantur, id quod falſum eſt, niſi cum Francis poëticæ libertatis lege confunderentur, qui uno totius gentis nomine Germani conjunctim erant.* Hactenus iterum Junius. Sed fugit eum, haud dubie, non Rheni modo, ſed Oceani etiam accolas *Sicambros* conſtituere non tantum poëtas, ſed fidei quoque præclarum Geo-

Rheno contigui veteres Franci egere.

gra-

graphum Strabonem; ut nihil ſit certius, quam Claudianum non tam poëticæ libertatis lege, quam Hiſtorica & Chorographica fide, *maritimos Francos* ſub nomine *Sicambrorum* ſignaſſe iſtis verſibus, *Anno Chriſti*

—— Germania tota feratur

Navibus, & ſocia comitentur claſſe Sicambri.

Quod ipſum & Pirckeimerus Bilibaldus, & Comes Nievenarius ſi animadvertiſſent, haud multum ſanè a ſcopo aberraviſſent. Uterque enim Sicambros circa Bructeros Rheno propinquos ſtatuit: uterque etiam ab illis originem fluxiſſe Francis aſſerit, tantum quod iſtos maritimos neuter agnoverit. Sicuti in eo quoque hallucinatus Pirckeimerus præſertim, quod è Franconia, quam hodie dicimus, Galliam exinde a Francis invaſam crediderit, cum è contrario, Galliæ non minima parte occupata, Franconiæ demum nomen condiderint Franci, ut vult Pontanus.

Gallieno a Cecropio Dalmata prope Mediolanum interfecto, Flavius Claudius, Dalmata, magni vir animi, magnæque virtutis, ſuccedit. Cæterum breve, & ne quidem integri biennii ejus imperium fuit. Et tamen modicum illud ſpatium magna illi cum gloria exactum eſt, pulſis ab imperii finibus, Sarmatis, Gothis, Scythis, Quadiſque, aliiſque ejuſmodi barbaris nationibus. CC LXIX. FLAVIUS CLAUDIUS IMP.

Claudium frater ejus M. Aurelius Quintilius excepit. Cæterum plerique ejus non meminere, quia ſeptimo ſupra decimum poſt imperium die militum, quibus ingrata erat imperata ab eo militaris diſciplinæ ſeveritas, è medio ſublatus eſt. M. AURELIUS QUINTILIUS IMP.

Aurelianus ſuccedit, qui ſub Claudio exercitum contra Gothos duxerat, obſcuriore familia natus, ſed militiæ artibus excellens. Nam & ante acceptum imperium memorabili prælio Francos ad Moguntiam cecidit, horum 30000 trucidatis. Marcomannos quoque ac Suevos fudit; denique bello Syriaco, Zenobiam, magni animi reginam vicit, & captivam cum liberis Romam abduxit. Tandem ob ſeveritatem diſciplinæ militibus exoſus ab iiſdem, a quibus lectus erat, haud procul Byſantio è medio ſublatus eſt. CC LXX. AURELIANUS IMP. *Franci caſi.*

Graves nunc Chriſtianæ Eccleſiæ, ejuſque doctrinæ adverſi Paulus Samoſatenus, & Manes Perſa prodiere. Samoſatenus in Syria docuit, &, ut loquitur Philaſtrius, Brixienſis Epiſcopus, in Catalogo Hæreſeon, Chriſtum, Deum Dei filium ſubſtan- *Samoſateni hæreſis.*

Anno Christi

tivum, ac perſonalem, & ſempiternum eſſe cum patre denegabat; prolativum autem, id eſt, quaſi aëra quendam dicebat, non tamen perſonam vivam filii ſempiternam cum ſempiterno patre credendam docebat. Idem Chriſtum hominem juſtum, non Deum verum, prædicabat, Iudaizans potius; qui & circumciſionem docebat; unde & Zenobiam quandam, reginam in Oriente, tunc temporis ipſe docuit Iudaizare. Hæc ille Philaſtrius.

CC LXXXV. *Manes hæreticus, a quo Manichei, & ejus Apoſtoli.*

In Perſiâ hæreſin ſuam prodidit Manes, natione Perſa; a quo ſunt & dicuntur Manichæi. Is nunc Chriſtum ſeſe, nunc Paracletum agnoſci volebat. Quare & Apoſtolos elegit, &, ut traditum a ſe Euangelium prædicarent gentibus, ablegavit. Egregia hac de re & repetenda hic verba ſunt Leonis Papæ, ex Sermone ejus 11. de Pentecoſte, ſub finem. *Quod vero addidit Dominus dicens: Quæcunque audierit, loquetur, & futura annunciabit vobis, non ſegni intellectu dilectiſſimi, nec tranſitorio accipiamus auditu. Præter alias enim veritatis locutiones, quibus Manichæorum confutatur impietas, hac apertiſſime ſententia totum ſacrilegæ falſitatis dogma proſternitur. Nam ut magnum quendam & ſublimem viderentur ſequi autorem, in magiſtro ſuo Manichæo apparuiſſe Spiritum Sanctum crediderunt, promiſſumque à Domino paracletum non prius veniſſe, quam hic infelicium deceptor oriretur, in quo ita Spiritus Sanctus manſerit, ut non aliud fuerit Manichæus ipſe, quam Spiritus, qui per miniſterium corporeæ vocis & linguæ, diſcipulos ſuos in omnem induceret veritatem, & nunquam cognita præteritorum ſecreta ſeculorum reſeraret. Quod quam ſit ridiculum quamque vanum, tæderet oſtendere, niſi adhuc quoſdam non puderet hoc credere. Manichæus ergo magiſter falſitatis diabolicæ, & conditor ſuperſtitionis obſcœnæ, eo tempore damnandus innotuit, quo poſt reſurrectionem Domini ducenteſimus & ſexageſimus annus impletus eſt, Probo Imperatore, Paulinoque Conſule, cum octava jam in Chriſtianos ebulliret perſequutio, & innumera martyrum millia ipſis ſuis victoriis probaviſſent impletum eſſe, quod Dominus promiſerat, dicens: Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. Non ergo potuit promiſſio Domini tanta per ætatum intervalla differri, nec ille Spiritus veritatis, quem mundus non accepit impiorum, ita ſeptiformem illam donorum ſuorum continuit largitatem, ut tot Eccleſiæ generationes, ſapientia & intellectu, conſilio & fortitudine, ſcientia & pietate, atque ipſo Dei timore fraudaret, donec prodigioſus*

Anno Chriſti

turpium mendaciorum ſignifer naſceretur, cui nec hoc quidem tribui poteſt, quod vel exiguam divinæ inſpirationis acceperit portionem: quoniam & hic de illa mundi extitit parte, quæ non poteſt Spiritum veritatis accipere. Repletus enim Spiritu Diaboli, ſpiritui reſtitit Chriſti; & cum ſanctis Dei hoc paracleti doctrina contulerit, ut futura prædicerent, hic ne falſitatis ejus ipſe rerum proceſſus argueret, ridendarum impudentiam fabularum in præteritas retorſit ætates. Et quaſi nos nihil de ſempiternitate creatoris, nihil de ordine creaturæ in univerſum mundum bene lex ſancta & divinitus inſpirata prophetia docuiſſet, in contumeliam Dei, & omnium injuriam naturarum, inexplicabilium mendaciorum monſtra contexuit. Quibus tandem ſuas inſinuaturus inſanias, niſi multum inceſtis & nimium à lumine veritatis averſis, qui ſive per ignorantiæ cæcitatem, ſive per turpitudinis appetitum, ad illa non ſacra, ſed execramenta perveniunt: quæ propter communem verecundiam non ſunt noſtro ſermone promenda, cum jam abundantiſſime ipſorum ſint confeſſione patefacta. Duo porro inprimis illi rerum, quæ geruntur, omnium exordia velut ac principia, placuere, ex quibus neceſſario originem haberent juſta & injuſta. De conjugio & civili magiſtratu male adeo ſenſit, ut tollendum utrumque cenſuerit. Nullam mortuorum futuram reſurrectionem, animam hominis Dei, at corpus Diaboli eſſe ac alia haud minus abſurda & impia, affirmavit. Adeundi Euſebius, Hilarius, & inprimis Auguſtinus Lib. contra Manichæos. Atque hæc origo eſt hæreſios Manichæorum. Erant autem Manichæi in objiciendis Orthodoxorum doctrinæ plurimis, & exceptionibus premenda horum doctrina multi. Neque enim aliud iis propoſitum fuiſſe videtur, quam ut Orthodoxorum ſententiam potius prava & maligna interpretatione ſugillarent, quam ſuam proponerent. Nemo eorum, qui ea quæ Trinitati, Incarnationi Chriſti, Satisfactioni & Juſtificationi adverſa diſſerunt, inſpexerit modo, id negaverit. Magnus profecto Auguſtinus hac potiſſimum de cauſſa feciſſe ſe a Manichæis divortium teſtatur, quod eos plus operæ in refellendis aliorum de religione ſententiis, quam producenda ſua probandaque, ponere animadverteret. Hæc quippe ad enervandam debilitandamque veritatem regia quaſi via, quemadmodum & quibuſdam hæreticorum aliis, eſſe videbatur. Hinc etiam igitur hæreticorum artes ac verſutias diſcere eſt.

Dogmatum & mendaciorum Manichæorum monſtra, & flagitioſa vita.

CC LXXXV.

Eorum inſidiæ & artes.

Faciunt huc illa, quæ ſequuntur Leonis Papæ Serm. IV. in Nat. Dom. Manichæi nullum habent in Chriſti regeneratione

Anno Christi

Manichæi non doctrinâ tantum, ſed & vita corruptiſſimi.

çonſortium, qui eum negant de Maria Virgine corporaliter natum, ut cujus non credant veram nativitatem nec veram recipiant paſſionem, & quem non confiteantur vere ſepultum, abnuant veraciter ſuſcitatum. Ingreſſi enim præruptam execrandi dogmatis viam, in qua nihil non tenebroſum, nihilque non lubricum eſt, ruunt in profunda mortis per præcipitia falſitatis, nec aliquid ſolidi, cui innitantur, inveniunt: qui propter omnia diabolici probra commenti, in ipſo præcipuo obſervantiæ ſuæ feſto, ſicut proximâ eorum confeſſione patefactum eſt, ut animi, ita & corporis pollutione lætantur, neque in pudore, neque in fide integritatem ſervantes; ut & in dogmatibus ſuis impii, & in ſacris inveniantur obſcœni. Hæc Leo Papa. Ex quibus ſatis liquet, non doctrina tantum, ſed & vita Manichæos olim corruptiſſimos fuiſſe. Philaſtrius Brixienſis præter alios errores hunc quoque Manichæis tribuit, quod quaſdam *maſculo fœminas*, ita enim loquitur, & utriuſque naturæ participes eſſe, docuerint.

TACITUS IMP.

CC LXXVII.

Aurelianus, poſt aliquot menſium interregnum, ſucceſſorem habuit P. ANNIUM TACITUM, non ex militum libidine, ſed Senatusconſulto, poſt ſex menſium imperium a militibus interemptum. Frater ejus FLORIANUS, qui ſuo arbitrio imperium velut hæreditarium invaſerat, vix duobus menſibus elapſis itidem Tharſi a milite occiſus eſt.

VALERIUS PROBUS IMP.

Tacito VALERIUS PROBUS ſuccedit, ſuperatis hoſtibus; SATURNINO, qui Orientis imperium invaſerat, & in Occidente PROCULO & BONOSO, qui & ipſi ſibi imperium vendicaverant, feliciſſimus. Sed tandem cum poſt bellum Perſicum finitum redux per Illyricum iter faceret, a militibus, quibuſcum aſpere & inclementer egerat, interemptus eſt.

Prima Alemannorum mentio.

In Hiſtoria veteri prima circa hæc tempora ſe offert Alemannorum mentio. Eo nomine olim inter Alpes & Moguntiam populi ſignificati ſunt. Hodie omnes Germaniæ gentes eo a Gallis & Italis donantur. Cui rei originem dediſſe videntur ſecuta poſterioribus ſæculis perpetua cum Francis bella, quorum proximas habuere vicinias, tum inſuper alienati Regum animi ab iis, quos totiens ſubigere atque in ditionem ſuam redigere, continuis illorum defectionibus cogebantur, ut apud Francos nullum nomen hoſtile Alamannico fieret celebrius, nullum frequentius. Walafridus Alemannus, probus auctor inprimis, Alemanniam illam

Quare eo nomine Germani ab externis appellentur

vete-

veterem his finibus circumſcribit ac definit; quæcunque regiones ab utroque Rheni latere Alpibus includuntur, ab ortu ejus uſque ad Rauracos, comprehenſis ad Acronii dextram Alpigovia & in Rheni defluxu continentibus terris, qua parte ſeſe Briſgovia extendit ac finit; ad ſiniſtram autem pleráque Helvetia & bonâ Burgundiæ parte. Et ab ipſis illis, quas memoravi, Alpibus nomen mihi, quod jam omnibus Germaniæ nationibus ab exteris, ut jam dixi, tribuitur, inditum veris & antiquis iſtis Alemannis, tanquam Alpemannis, videtur. *Anno Chriſti* *Alemannorum ſedes, & nominis origo.*

Probum prætorio ſub eo præfectus CARUS excepit; ſed & breviſſimum ejus, ac NUMERIANI CARINIQUE filiorum, imperium fuit, anno exacto mox finitum. Carinus, cui Galliæ cura adverſus Barbarorum incurſiones mandata; cum Numeriano adverſum Perſas ſuſceptâ expeditione, & profectus in Meſopotamiam ulterius progreſſus, cum ad Tigridem, quem merito fatalem Romani imperii in Oriente limitem vocant, multo cum fulmine, tonitru, ac crebris procellis & tempeſtátibus colluctatus, ac ſic territus, & morbo conſumptus, vivendi finem mox fecit. Numerianus, a ſocero Apro, quem & imperandi tenebat libido, ſed & a Diocletiano, ad imperium jam vocato, dein ea de cauſſa interfectum, e medio ſublatus eſt. Carinus, princeps corruptiſſimus, & inviſus propterea omnibus, militi præſertim, ab hoc deſtitutus ac deſertus, poſtremâ adverſus Diocletianum pugnâ vivere & imperare, aut potius affectare imperium (nam, ut dicamus quod verum eſt, affectabant nunc plures imperium, aut imperare ſibi videbantur, quam imperabant) deſiit, jugulatus a Tribuno, cujus uxori ſtuprum intulerat. CC LXXXIII. CARUS IMP.

Hæc mihi horum temporum continua diſſidia & ſcelera inſpicienti, omnino id omnes imperii avidi egiſſe videntur, ut imperium tandem contemptum hoſtibus, prædæ invaſuris exponeretur. Adeoque & hic mihi veriſſimum Taciti illud occurrit; DUM SINGULI PUGNANT, UNIVERSI VINCUNTUR. Et quæ mox ſequuta ſunt, palam id oſtendunt.

DIOCLETIANUS, Dalmata, & qui inter gregarios milites nuper admodum fuerat, ſuccedit, occiſo Apro, Numeriani ſocero, & Carino caſtris ac viribus exuto. CC LXXXIV. DIOCLETIANUS IMP.

Paſſim per Romani imperii ditiones ac Provincias graviſſimi motus, poſt acceptum jam imperium, oblati ſunt. Sic enim

Anno Christi

turbatæ ſemel commotæque imperiorum ac imperantium res haud ita facile componi ac ordinari ſeſe patiuntur. Vix enim motus eſt publicus, qui non præbeat aliis, ambitioſis præſertim, aut exemplum movendi, aut neceſſitatem. MAXIMIANUM igitur HERCULEUM conſortem imperii legit, quo adverſus aliorum conſpirationes, pluribus, quomodo de Auguſto alibi Tacitus loquitur, monumentis inniteretur. Duos igitur Romanorum imperium principes nunc habet, & à duobus illis duos alios, qui tunc mos invaluerat, Cæſares optatos. Diocletianus Galerium Maximinum, Maximianus autem Conſtantium Chlorum, affinitate etiam ornatum, ut majus eſſet fidei in illa temporum ac hominum perfidia vinculum, legere. Diocletianus filiam Valeriam Galerio, Maximianus autem privignam ſuam Theodoram Conſtantio uxores dedere. Et poſtea idem Maximianus filiam ſuam matrimonio cum Conſtantino Chloro conjunxit.

Conſors imperii, & Cæſares lecti.

Horum ſingulis ſua pro Romano imperio conſervando data Sparta eſt. Diocletiano bellum Ægyptium adverſus rebelles; Maximiano Gallicum & Africanum; Galerio autem Perſicum; quæ ab eorum ſingulis feliciter geſta ſunt.

Diocletianus & Maximianus deponunt imperium.

Tandem tædio curarum, ut creditum eſt, a Diocletiano Nicomediæ, a Maximiano autem Mediolani depoſitum eſt imperium. Diocletianus morbo, aut veneno, exſtinctus eſt anno 313. Maximianus autem anno iſtum præcedente quinto Maſſiliæ. Et Galerio quoque fato functo, CONSTANTINUS, MAXENTIUS, filius Maximiani, & LICINIUS, & MAXIMINUS, ſororis Galerii filius, imperium habuere.

Perſecutio Chriſtianorum graviſſima.

Graviſſima interim tempeſtas ex Diocletiano, & ejus ſociis Maximiano, Galerio & Maximino oborta eſt. Et ut ejus atrocitas intelligatur, haud dubie Sulpitii Severi ea obſervanda verba ſunt, quibus tradit totum pene terrarum orbem Chriſtianorum ſanguine fuiſſe perfuſum. Sed in publica iſta, & tam immani, ac hactenus inaudita laniena Conſtantius Chlorus plurimos Chriſtianorum tutatus eſt, Conſtantini M. pater.

CCC. Oborta atrociſſimæ illius perſecutionis tempeſtate, cum Chriſtianorum plurimi, in Hiſpania præſertim, metu ſuppliciorum Chriſtum negarent, idque quavis diſciplinæ ſeveritate prohibendum Eccleſiarum antiſtites judicarent, Illiberti in Hiſpania Bætica

Concilium celebratum eſt, ac in eo, præter alia, ſtatutum, ut moribundis, quanquam pœnitentibus, & Catholicæ communionis ſolatium expetentibus, non præberetur, his, qui Chriſtum negaverant. Factum id haud dubie circa initium ſæculi Chriſtiani tertii, quod triſtiſſimum Chriſtianis illuxit. Qui enim ad alia referunt tempora falluntur. Et Centuriatorum inprimis, quos Magdeburgenſes vocant, immanis error eſt, qui id in annum ſeptuageſimum rejecere. Omnia enim iſti ſententiæ repugnant, & pro hac, quam ſequimur, faciunt, quæ in ejus Concilii Canonibus leguntur. Can. VI. cavetur, ne quis pro martyre colatur, ſi fregerit idola, & propterea occiſus ſit; *Si quis*, inquit, *idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus, quatenus in Euangelio ſcriptum non eſt, neque invenitur ab Apoſtolis unquam factum, placuit in numerum eum non recipi Martyrum.* Can. XXV. agitur de *Epiſtolis Communicatoriis* Confeſſorum, quod nomen iis duntaxat tribuebatur, qui ad martyrium per publicam confeſſionem viam ſibi paraverant. Leguntur in iis & ſimilia multa alia, quæ haud dubiam ſævientis perſecutionis habent ſignificationem. Adde Innocentii primi, Papæ Romani, quæ exſtant Epiſtola III, ad Exuperium Cap. II. verba, quibus ad factum id, cujus nunc meminimus, a Patribus Illiberitanis decretum, tempore perſecutionis haud dubie reſpicit. Et hoc, inquit, quæſitum eſt, quid de his obſervari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ & voluptatibus dediti in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſervatio prior, (intelligit decretum Concilii Illeberitani) durior, poſterior, interveniente miſericordia, (intelligit Concilii Nicæni benigniorem conſtitutionem) inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur iis pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus CREBRÆ PERSECUTIONES eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non revocaret a lapſu, negata merito communio eſt conceſſâ pœnitentiâ, ne totum penitus negaretur: & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem Eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari abeuntibus placuit, &, propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, ne Novatiani hæretici, negantis veniam, aſperitatem & duritiam ſubſequi videamur.

Anno Chriſti

Concilium Illiberitanum, & quid in eo ſtatutum.

CCC.

Anno Christi

Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines ejuſmodi vel in ſupremis ſuis, permittente Salvatore noſtro, a perpetuo exitio vindicentur. Hæc ille. Durante ergo perſecutione, Illiberitanum illud Concilium convocatum eſt. Et hoc, poſt Hieroſolymitanum ab Apoſtolis celebratum, cujus ſuo loco meminimus, antiquiſſimum eſt, ac primum omnium eorum, quorum digeſti Canones hodie leguntur.

Picturæ ab Eccleſia arcentur.

Neque prætermittere hic illud debeo quod ejuſdem Concilii Canone XXXVI legitur; PLACUIT PICTURAS IN ECCLESIA ESSE NON DEBERE, NE QUOD COLITUR VEL ADORATUR, IN PARIETIBUS PINGATUR. Ex quo apparet, quidquid Baronius & Bellarminus Cardinales excipiant, tribus prioribus ſæculis uſum ac cultum imaginum in Eccleſiis Chriſtianis conceſſum non fuiſſe.

Donati hæreſis.

Gliſcere eâdem perſecutione Donatiſtarum factio prodere ſeſe in Africa cœpit. Auctor ejus Donatus quidam, qui Montaniſtarum deliria ſequutus, rebaptiſabat ſi quos ſeduxerat homines, & ſupra baptiſmum Eccleſiæ Catholicæ aliud ſuum baptiſma inſaniens promittebat; quomodo de hoc ejus dogmate loquitur Philaſtrius. Adeo ut noſtri ſæculi Anabaptiſtis proluſiſſe Donatiani iſti aut Donatiſtæ videantur. Cauſſa mali ex diſſenſu Donati in aliis a reliquis Epiſcopis Africæ. Sic enim factum ut in hæreſin ſchiſma verterit, ſicut loquitur Auguſtin. Hæreſi 69. Quam hæreſium etiam in Eccleſia cauſſam notare ego hic debui.

CCC.

Traditores in Eccleſia Chriſtiana notati, & qui hoc nomine ſignificati.

Sæviente eodem Diocletiano notati in Eccleſia Chriſtiana ſunt plurimi, qui peculiari vocabulo *Traditores* a ſcriptoribus Chriſtianis antiquis appellantur, quorum inprimis meminit Optatus Afer, Milevitanus Epiſcopus Libb. de Schiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum. In Africa, inquit, duo mala & peſſima admiſſa eſſe conſtat; unum in traditione, alterum in ſchiſmate; ſed utraque mala & uno tempore, & iiſdem auctoribus videntur eſſe commiſſa. Nam ferme ante annos LX, & quod excurrit, per totam Africam perſecutionis eſt devagata tempeſtas; quæ alios fecerit martyres, alios confeſſores, nonnullos funeſta proſtravit in morte, latentes dimiſit illæſos. Ipſi apices & principes omnium, aliqui Epiſcopi illis temporibus, ut damno æternæ vitæ, iſtius incertæ lucis moras breviſſimas compararent, Inſtrumenta divinæ legis impie tradidere. Ex his intelligitur qui dicti tunc fuerint

Tra-

Traditores; nempe illi, præſertim Epiſcopi & præſides ſacrorum, qui ſævientibus paganis, ſuppliciorum metu, ſacrarum literarum volumina comburenda tradidere.

Anno Chriſti

Quam gravis autem ac atrox ea perſecutio fuerit graviſſimis verbis expreſſit Lactantius Lib. de Juſtitia v. Cap. xi. ubi, inter alia; Nemo hujus tantæ belluæ immanitatem (de Diocletiano loquitur) poteſt pro merito deſcribere, quæ uno loco recubans tam per totum orbem ferreis dentibus ſævit; & non tantum artus hominum diſſipat, ſed & oſſa ipſa comminuit, & in cineres fundit, ne quis exſtet ſepulturæ locus. Quænam illa feritas, quæ rabies, quæ inſania eſt, lucem vivis, terram mortuis denegaſſe? Dico igitur nihil eſſe miſerius iis hominibus, quos miniſtros furoris alieni, quos ſatellites impiæ juſſionis neceſſitas aut invenit, aut fecit. Hæc, & plura ejuſmodi alia ille Lactantius, qui Diocletiano imperante floruit.

Perſecutionis atrocitas.

Diocletiano, poſt novennium privato in otio exactum, & ante eum Maximiano ac Galerio exſtinctis, CONSTANTINUS, MAXENTIUS, filius Maximiani, LICINIUS a Galerio Auguſtus appellatus, & MAXIMINUS, ſororis Galerii filius, Conſtantio Chloro, Conſtantini Magni patre, Eboraci in Britannia anno CCCVI. vita functo, imperavere. Cæterum reliquis Chriſtiani nominis hoſtibus feliciter ſuperatis, ſolus tandem CONSTANTINUS habenas moderatus eſt.

CONSTANTINUS MAGNUS IMP.

CCC VI.

De Conſtantino plurima ſe nobis hic dicenda præbent. Cæterum quia paſſim diligentiſſime ea annotata ab aliis invenio, compendio omnia perſtringam, niſi forte nonnulla accuratius paulo tradenda ac explicanda, aut etiam illuſtranda, ſeſe offerant. Hoc enim noſtri in hoc opere eſt inſtituti.

De ſtirpe autem ejus & familia omni ante alia omnia paucis nonnulla hic dicenda veniunt; quia ejus rei cognitio haud dubie ad eorum, quæ deinceps tradenda ſe offerent, lucem multum factura ſunt. Conſtantio igitur Chloro, Conſtantini patri, duplex matrimonium fuit; prius cum Helena Britannica, ſecundum cum Theodora, privigna Maximiani Herculei Auguſti. Ex priore Conſtantinus, ex ſecundo plures liberi nati ſunt. Familiam omnem, quam utrumque matrimonium dedit, ex ſequentibus duabus tabellis promptius & facilius cognoſcere erit.

Stirps Conſtantini Magni.

Anno Chriſti

1.

FLAVIUS N. quem exiſtimant quidam ex GORDIANIS genus ducere: alii à Dalmatis ortum volunt.

FLAVIUS CLAVDIUS Imp. laudatiſſimus.

FL. QUINCTILIVS Imp. fratri CLAVDIO ſuccedens.

FL. CRISPUS, obſcuræ famæ.

Familia Conſtantini Magni.

CLAVDIA nupta Eutropio.

EUTROPIUS nobiliſſimæ familiæ in Dardania ex ſtirpe Romana natus, quæ ſtirps ad Gordianos refertur.

HELENA Britannica prior uxor CHLORI.

FL. CONSTANTIUS CHLORUS Imp. Aug.

CCCVI.

MINERVINA prior conjunx.

FLAVIUS CONSTANTINUS MAGNUS Imp. Aug. abjecto gentiliſmo Chriſtianiſmum amplexus.

FAUSTA filia Maximiani, ſoror Maxentii Imp.

FL. CRISPUS CÆSAR inſignis indolis, calumniis novercæ à patre morti datus.

FL. CONSTANTINUS Imp. tenuit Hiſp. Galliam, Alpes, Britanniam. CONSTANTEM fratrem armis laceſſens ab eo cæſus eſt ad Aquileiam.

FL. CONSTANTIUS Imper. Cui prior uxor, EUSEBIA fautrix Juliani, literis culta: altera *Fauſtina*, ex qua nata Cõſtantia poſtuma, nupta Gratiano Imp.

FL. CONSTANS Imp. Italiam, Africam, Illyricum, Græciam tenuit: à Magnentio everſus.

CONSTANTIA uxor Galli Cæſaris.

HELENA uxor Iuliani Apoſtatæ.

CONSTANTIA poſtuma, uxor GRATIANI Imp.

Anno Christi

II.

- FL. CONSTANTIUS CHLORUS, Imp. Aug. — THEODORA privigna MAXIMIANI HERCULEI AUGUSTI, uxor ſecunda Chlori.
  - ANNIBALIANUS.
  - FL. CONSTANTIUS à Conſtantio Aug. occiſus. Cui uxor fuit Baſilia ſoror Juliani Comitis Orientis, ex quâ liberi.
    - FL. DALMATIUS Cæſar à Conſtantio Imp. occiſus.
    - FL. ANNIBALIANUS puer nobiliſſ. à Conſtãtio occiſus.
    - FL. GALLUS CÆSAR à Conſtantio Imp. patruele factus, & occiſus: maritus Conſtantiæ, filiæ Conſtantini Magni.
    - FL. JULIANUS Imp. Aug. Apoſtata dictus, maritus HELENÆ filiæ Conſtantini Magni.
  - ANASTASIA.
  - EUTROPIA.
    - NEPOTIANUS imperium invaſit contra Magnẽtium.
  - CONSTANTIA uxor LICINII. — LICINIUS Imp.
    - LICINIUS Junior CÆSAR, ab avunculo Cõſtantino M. cum Criſpo occiſus.

Conſtantini Chlori, patris Conſtãtini M. familia ex ſecunda uxore Theodora. CCC VI.

Recta indictionum computatione facta, inveniemus anno quo Maxentius a Conſtantino victus eſt, indictionem primam inchoatam fuiſſe. Is erat annus Chriſti CCCXIII. Quare ſtatim in eam deveni ſententiam, ut Indictio, qua ad noſtram uſque ætatem pro annorum numerandi ratione utuntur, eo potiſſimum anno exordium habuerit. Meam vero hanc opinionem maxime confirmat quod ex Socrate elicitur, ex incerti vero auctoris panegyrico aperte intelligitur; Maxentium VIII Kal. Octobris pridie quam ſeptimum imperii annum inchoaret a Conſtantino victum in Tiberim cecidiſſe, quo præſertim die Indictio auſpicari ſolet, ut Fortunatianus, Beda, & uſus docent. Verum ut omnis hæc res facilius explicari & intelligi queat, quæ de bello civili inter Conſtantinum & Maxentium exorto, Conſtantini di-

Initium indictionũ Conſtantinianarum. CCC XIII.

Anno Christi

vina viſione, & victoria, Maxentii vero interitu a ſcriptoribus traduntur, breviter aperiam. Diocletiano Jovio & Maximiano Herculio imperio (ut dixi) abdicantibus, ex Cæſaribus in eorum locum Auguſti creati ſunt Conſtantius & Galerius Maximianus, diviſuſque eſt inter eos Romanus orbis, ut Galliam, Italiam, Africam Conſtantius; Illyricum, Aſiam, Orientemque Galerius obtinerent. Conſtantius poſtea dignitate Auguſti contentus, Italiæ atque Africæ adminiſtrandæ ſolicitudinem recuſavit. Quibus Galerii imperio adjunctis, duos ſororum filios Galerius Cæſares creavit, Severum, cui Italiam & Africam, & Maximinum, cui Orientem conceſſit, ipſe in Illyrico manſurus. Interim Carthagine in Africa contra Severum Alexander, & in Illyrico contra Galerium Valens Imperatores appellantur. Haud multo poſt, Conſtantius Auguſtus Eboraci in Britannia moritur, cui cunctis qui aderant, & præcipue Croco Alemannorum Rege, qui auxilii gratia ad Conſtantium venerat, adnitentibus, legitimis excluſis filiis, Conſtantinus ex obſcuriore matrimonio ejus & Helenæ filius, ſuffectus eſt x i Kal. Auguſti. Quo Romæ nuntiato prætoriani tumultu excitato, Maxentium Herculii Maximiani filium, qui ſexto ab urbe lapide in villa ſua, via Lavicana ſita, morabatur, Auguſtum & ipſi nuncupaverunt. Maxentium ferunt rei indignitatem haud paſſum fuiſſe, quum non ſolum novi homines Severus, Maximinus, Alexander, & Valens, ſed & ſpurius Conſtantinus fratribus legitimis prælatus, ad imperii faſtigium evecti eſſent, ipſe vero Imperatore nobiliſſimo genitus, omnibus poſtpoſitus, privatam agere vitam cogeretur. His igitur magnis ad concupiſcendum imperium facibus inſtigatus, Romæ (ut dixi) a prætorianis Imp. appellatus, purpuram contra Severum Cæſarem, cui Italia a Galerio commiſſa erat, aſſumpſit. Adverſum Maxentii & prætorianorum motum Severus Cæſ. Romam a Galerio miſſus, cum exercitu valido venit, obſidenſque urbem, militum ſuorum ſcelere deſertus eſt, a quibus proditus juſſu Maxentii necatus eſt. Ita auctæ Maxentio opes, confirmatumque in omni Italia uſque ad Alpes eſt ejus imperium. Qui quum contra Alexandrum, qui in Africa tyrannidem arripuerat, bellum moviſſet, eo cæſo Africam ſuo adjunxit imperio. Galerius vero non longe poſt Severi Cæſaris mortem, Licinium, militiæ ſocium, Auguſtum creavit, a quo Valens in Illyrico cæſus eſt.

Difficilis Conſtantini ad imperium aditus.

CCC XIII.

Verum

Verum Galerio Maximiano per ea tempora mortuo, quum Maximinus in Oriente ſe ipſe Auguſtum creaſſet, Romanum imperium a quatuor Auguſtis tum tenebatur: Hiſpaniæ, Galliæ, Britannia, & Germania a Conſtantino; Italia, & Africa a Maxentio; Illyricus a Licinio, & Oriens a Maximino. Primus omnium Conſtantinus, quinto imperii ſui anno, adverſum Maxentium bellum civile commovit, copias ejus aliquot prœliis fudit, ipſumque poſtremo, Romæ adverſus nobiles omnibus exitiis ſævientem, ſeptimo imperii anno, Chriſti vero CCCXIII. apud pontem Milvium, menſe Septembri, hac ratione, non ſine manifeſto Dei beneficio, vicit. Quum (ut ex ſecundo Euſebii Pamphili libro de vita Conſtantini Socrates Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Libro I. Cap. II. & Sozomenus Libro I. Cap. II. & III. tradunt) Maxentius inaudita tyrannide Romanos opprimeret, ita ut nobilium, & ſenatorum uxores conſtupraret, adverſantes occideret, bona & facultates omnium raperet, atque cives ſine diſcrimine ſexus, ætatis, vel dignitatis acerrime cædibus, proſcriptionibus, exiliiſque perſequeretur, Constantinus, qui trans Alpes imperabat, in Italiam ab iis qui Maxentii tyrannidem ferre non poterant, quinto imperii ſui anno accerſitus, ſolicite cogitare cœpit, quanam ratione ſine civili ſanguine nefarium tyrannum è medio tollere poſſet. Nam validiſſimas civitates in Alpium faucibus munierat, maximoque apparatu ingentes exercitus inſtaurare nuntiabatur. Et quum in ejuſmodi cura pius Imperator verſaretur, animo ſecum evolvebat, quemnam ſibi Deum potiſſimum ad eam pugnam protectorem invocaret, vel Romanorum veteres Deos, vel ipſum Deum, quem Conſtantium patrem coluiſſe cognoverat; cujus beneficio cæteris imperatoribus felicius & proſperius omnia ei contigiſſent: (religioni enim Chriſtianæ admodum addictus fuerat Imp. Conſtantius, quamquam baptiſmi ſacramenta eum ſuſcepiſſe non conſtet.) Hunc autem oranti, ac indeſinenter eidem ſupplicanti, divinum quoddam oſtentum, ſummaque admiratione digniſſimum (quemadmodum ipſe poſtea jurejurando narrare ſolebat) apparuit. Nam die quadam paulo poſt meridiem, ſole jam declinante, ipſis ſe dicebat oculis in cœlo ſupra ſolem, crucis ſignum è luce adornatum & conſtructum, ac ſcripturam additam vidiſſe ſic dicentem; IN. HOC. VINCE. Eum quoque a toto exercitu admirabundo & ſtupente

Anno Chriſti

CCC XIII.

Conſtantini pietas.

Anno Chriſti

viſum affirmabat. Quo miraculo attonitus, & cogitabundus, quum de eo quod viderat plurima in animo volveret, cum nox apprehendit. In qua dormienti ſibi Chriſtum una cum crucis ſymbolo, quod in cœlo viderat, apparuiſſe, ac præcepiſſe dicebat, ut ſignum ſibi juxta formam ejus quod in cœlo viderat compararet, illoque contra hoſtium exercitus, vexilli & ſigni loco uteretur. Mox die exorto amicis congregatis totam rem expoſuit: quorum conſilio admonitus, Chriſti ſacerdotes ad ſe ſtatim acceſſivit, à quibus de Chriſti doctrina, pietate, & religione ad amuſſim inſtructus eſt. Quare aurificibus convocatis ſigni quod viderat imaginem pinxit, præcepitque ut auro, ac lapidibus pretioſis, gemmis, margaritis, unionibuſque exprimerent. Signum autem ex Conſtantini nummis intelligitur, in quibus in ejus rei memoriam circa ad ſignum ſcriptum eſt, HOC. SIGNO. VICTOR. ERIS. Quatuor autem apud veteres Romanos poſt oppreſſam Rempublicam, ut ex Cornelio Tacito, & aliis eorum temporum ſcriptoribus didici, ſignorum ſeu vexillorum genera in caſtris fuiſſe inveni. Nam manipulorum & equitum vexilla, cohortium ſigna, legionum aquilæ, totius vero exercitus, ſive ipſius

CCC VI.

Imperatoris, Labarum vocabatur. Res autem quæ Labarum dicta eſt, Auguſti temporibus; Labari vero vox ab Hadriano, ut puto, inventa eſt. Nam quod recentiores Labara vocaverunt, antiquiores Cæſarum & Auguſtorum ſigna, & imagines vocabant. Fuit autem Labarum hac ratione formatum. Erat haſta in ſublime erecta, & aureis laminis circumdata, in cujus pene extremitate cornu habebat tranſverſum, ad formam crucis factum, ſuperne vero in extremo vertice corona ex lapillis & auro contexta circumdata erat, intra quam Imp. imago ſtabat. Quam eo loco detraxit Conſtantinus, atque in ejus locum ſignum crucis adpoſuit; in tranſverſo autem cornu, quod haſtæ appenſum erat, velamen quoddam pendulum ſuſpenſum erat è purpura, quæ varietate gemmarum inter ſe cohærentium, ac ſplendore lucis fulgentium, auroque multo inſerto cooperta, miram exhibebat ſpectantibus pulchritudinem. Itaque velum hoc vexilli forma de cornu pendens, moderatam quandam habebat tam longitudinis quam latitudinis circumſcriptionem; quod commodiſſime comparari poterit his religioſorum hominum vexillis, quæ vulgo *confalones*, vel cruces appellantur, atque ad ſupplicationes ante

Labarum veterum Romanorum & Conſtantini quale fuerit.

ſingula

ſingula ſodalitia efferuntur. In ipſa vero haſta ſurſum erecta, ad initium inferius admodum protracta, ſuperne vero in ſublime producta, ſub ipſam crucem, ad extremum lembum vexilli circumjecti, imaginem ſuam ad pectus uſque auream è ſummitate detractam una cum liberorum imaginibus adpoſuit. Hoc itaque ſalutari ſigno in qualibet deinde expeditione perpetuo uſus eſt Conſtantinus Imperator; atque aliquanto tempore poſt cunctis legionibus pro aquilis, illius ſimilitudine ſigna præferri præcepit, cohortium quoque ſigna, turmarum equitum, & manipulorum vexilla ad eam formam verti juſſit. Labarum igitur, ut dixi, erat ſignum illud caſtrenſe univerſi exercitus, reliquis longe præſtantius & dignius, quod perpetuo Imperatorem præcedere, adſpicique a militibus ſolebat. Exiſtimandum autem Conſtantinum nobiliſſimum hoc Romani imperii ſignum, ob id potiſſimum in crucis ſymbolum vertiſſe, ut jugi illius aſpectu ſubditi patriis paganorumque ritibus paulatim deſueſcerent, & hunc ſolum Deum eſſe reputarent, quem Imperator & coleret & ducem auxiliatoremque contra hoſtes in bellis haberet. Etenim ſignum hoc perpetuo exercitibus ſuis præmittebat, & laborantibus in prœlio aciebus adeſſe jubebat, & nobiles ex omni militia deputavit, quorum id muneris eſſet, ut ſingulatim per vices ſignum hoc humeris ſuis ferrent, & acies hoſtium circuirent. De Labaro antiquior omnium, quod ſciam, mentionem facit Tertullianus Capite XVI. Apologetici ita: Sed & qui crucis nos religioſos putat, conſecraneus noſter erit. Quum lignum aliquod propitiatur, viderit habitus, quum materiæ qualitas eadem ſit, viderit forma, dum id ipſum Dei corpus ſit. Et tamen quanto diſtinguitur a crucis ſtipite Pallas Attica, & Ceres Farrea, quæ ſine effigie rudi palo, & informi ligno proſtant? Pars crucis eſt omne robur quod erecta ſtatione defigitur, nos ſi forte integrum & totum Deum colimus. Diximus originem Deorum veſtrorum a plaſtis de cruce induci. Sed & victorias adoratis, quum in trophæis cruces inteſtina ſint trophæorum. Religio Romanorum tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna jurat, omnibus Diis præponit, omnes illi imaginum ſuggeſtus inſignes monilia crucium ſunt; ſuppara illa vexillorum, & Labarorum ſtolæ crucium ſunt. Laudo diligentiam: noluiſtis nudas & incultas cruces conſecrare. Et Minucius Felix in dialogo Octavio: Cruces etiam nunc colimus,

Anno Chriſti

Aquilis ſublatis labarum ſignum militare ſuccedit.

CCC VI.

Anno Chriſti

nec optamus. Vos plane, qui ligneos Deos conſecratis, cruces ligneas Deorum veſtiorum partes forſitan adoratis. Nam & ipſa ſigna, & labara, & vexilla caſtrorum quid aliud quam inauratæ cruces ſunt & ornatæ? Trophæa veſtra victricia non tantum ſimplicis crucis faciem, verum & affixi hominis imitantur. Et Prudentius, qui Conſtantini facti meminit libro priori in Symmachum, de Labaro, & Conſtantini per crucis ſignum victoria, ſic mentionem facit;

De Conſtantini labaro verba Prudentii.

Hoc ſigno invictus tranſgreſſis Alpibus ultor
Servitium ſolvit miſerabile Conſtantinus.
Quum te peſtifera premeret Maxentius aula
Lugebas longo damnatos carcere centum,
Vt ſcis ipſa, patres, aut ſponſus fœdera pacta
Intercepta gemens, diroque ſatellite rapta
Immerſus tenebris, dura inter vincla luebat
Aut ſi nupta thorum regis conſcendere juſſa
Cœperat impurum Domini oblectare furorem,
Morte maritalis dabat indignatio pœnas.
CCCXIII. *Plena puellarum patrumque ergaſtula ſævi*
Principis. Abducta genitor ſi virgine muſſans
Triſtius ingemuit, non ille impune dolorem
Prodidit, aut confeſſa nimis ſuſpiria traxit
Vim libertatis nimiæ, patriumque dolorem.
Teſtis Chriſticolæ ducis adventantis ad urbem
Milvius, exceptum Tiberina in ſtagna tyrannum
Præcipitans, qua nam victricia viderit arma
Majeſtate regi quod ſignum dextera vindex
Prætulerit, quali radiarint ſtemmate pila
Chriſtus purpureum gemmati textus in auro
Signabat labarum, clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.
Ipſe ſenatorum meminit clariſſimus ordo
Qui tunc concreto proceſſit crine, catenis
Squallens carcereis, aut nexus compede vaſtis,
Complexuſque pedes victoris ad inclyta flendo
Procubuit vexilla jacens, tunc ille ſenatus
Militiæ ultricis titulum, Chriſtique verendum
Numen adoravit, quod collucebat in armis.

Et alibi.

Anno Chriſti

Seu vos procinctus maneat, ſeu pace quietas
Dictemus leges, ſeu debellata duorum
Colla tyrannorum media calcemus in urbe
Agnoſcas regina lubens mea ſigna neceſſe eſt:
In quibus effigies crucis aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

Hæc de indictionibus Conſtantinianis Onuphrius. Quam hic movent alii controverſiam, noſtram facere, hujus non eſt inſtituti.

Conſtantini beneficia in Eccleſiam Chriſtianam.

Conſtantinus longe lateque jam victor, præcipuis Chriſtianorum innocentiæ hoſtibus debellatis, provehendæ ornandæque Chriſtianæ rei, reducendæque juſtitiæ, totum ſe impendit. Quâ de re non alia mihi nunc exhibenda verba ſunt, quam ſanctiſſimi diſertiſſimique patris Lactantii Firmiani, qui in præfatione graviſſima Libb. de Falſa Religione, ad ipſum, ſub quo & floruit, „Conſtantinum. Hoc opus, inquit, nominis tui auſpiciis inchoa„mus, Conſtantine Imperator maxime. Qui primus Romano„rum principum, repudiatis erroribus, majeſtatem Dei ſingula„ris ac veri & cognoviſti & honoraſti. Nam cum ille dies fe„liciſſimus orbi terrarum illuxiſſet, quo te Deus ſummus ad bea„tum imperii culmen evexit, ſalutarem univerſis, & optabilem „principatum, præclaro initio auſpicatus es: cum everſam, „ſublatamque juſtitiam reducens, teterrimum aliorum facinus „expiaſti. Pro quo facto dabit tibi Deus felicitatem, virtutem, „diuturnitatem: ut eadem juſtitia, qua juvenis exorſus es, gu„bernaculum Reipubl. etiam ſenex teneas, tuiſque liberis, ut „ipſe a patre accepiſti, tutelam Romani nominis tradas. Nam „malis, qui adhuc adverſus juſtos, in aliis terrarum partibus ſæ„viunt, quanto ſerius, tanto vehementius idem omnipotens mer„cedem ſceleris exolvet: quia ut eſt erga pios indulgentiſſimus „pater, ſic adverſus impios rectiſſimus judex. Cujus religionem, „cultumque divinum cupiens defendere, quem potius appellem, „quem alloquar, niſi eum, per quem rebus humanis juſtitia, „ac ſapientia reſtituta eſt? Omiſſis ergo hujuſce terrenæ Philo„ſophiæ authoribus, nihil certi aſſerentibus, aggrediamur viam „rectam: quos equidem ſi putarem ſatis idoneos ad bene vi-

CCC XIII.

Anno Christi

„venium duces eſſe, & ipſe ſequerer, & alios, ut ſequerentur, „hortarer. Sed cum inter ſe magna concertatione diſſideant, „ſecumque ipſi plerumque diſcordent, apparet eorum iter ne„quaquam eſſe directum: ſiquidem ſibi quique, ut eſt libitum, „proprias vias impreſſerunt, confuſionemque magnam quæren„tibus veritatem reliquerunt. Nobis autem, qui ſacramentum „veræ religionis accepimus, cum ſit veritas revelata divinitus, „cum doctorem ſapientiæ, ducemque veritatis Deum ſequamur, „univerſos ſine ullo diſcrimine vel ſexus, vel ætatis ad cœleſte „pabulum convocamus. Nullus enim ſuavior animo cibus eſt, „quam cognitio veritatis. Hæc ſcriptor Chriſtianus, & illorum temporum. Neque alia apud paganos, ſed optime de Eccleſia Chriſtianâ merito principi infeſtos, legere eſt. Solius Eunapii, cujus de vitis Philoſophorum liber hodieque exſtat, ea de re verba jam in medium adferam. Ita autem ille, ubi de Ædeſio; Κονσταντῖνος ἐβασίλευε, τά τε τῶν ἱερῶν ἐπιφανέστατα καταστρέφων, καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν ἀνεγείρων οἰκήματα. *Conſtantinus Imperator dominabatur, qui ſana toto orbe celebratiſſima evertebat, & Chriſtianorum ædificia exſtruebat.* Et paganorum ſapientibus aut philoſophis ab eodem Conſtantino imperatum tunc ſilentium ipſo illo loco commemorat.

Eunapii de Conſtantino judicium.

CCC XIII.

Ad maxima, quæ in Eccleſiam Chriſtianam Conſtantini celebrantur merita, ſunt qui DONATIONEM Sylveſtro Papæ Romano inſcriptam referant. Sunt inter aſſeclas ſedis Romanæ plerique, qui pro eâ, tanquam pro aris & focis, certare non erubeſcunt. Sunt & inter eos, quibus & illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, ut de aliis nunc non dicam, permixtus eſt, qui Conſtantini eam eſſe negant. Placet hic mihi præfationis velut loco præmittere ipſius Conſtantini illud, quod L. XXII. Cod. *ad legem Cornel. de fals.* legitur. *Ubi falſi examen inciderit, tunc acerrima fiat indago argumentis, teſtibus, ſcripturarum collationibus, aliiſque veſtigiis veritatis.* Ipſum igitur Edictum Imperatoris & integrum (mutilum enim truncatumque in Gratiani Decreto Diſtinct. XCVI. exſtat) ante omnia alia hic exhibendum eſt. Ita autem id ſe habet;.

Donatio Conſtantini Sylveſtro Papa inſcripta.

Anno Christi

EDICTUM CONSTANTINI IMP.

Ejus exemplar.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Imperator Cæſar Flavius Conſtantinus, in Chriſto Ieſu uno ex eadem Sancta Trinitate, Salvatore Domino Deo noſtro fidelis, manſuetus, maximus, beneficus, Gotthicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, pius, felix, victor, ac triumphator, ſemper Auguſtus, ſanctiſſimo ac beatiſſimo patri patrum SILVESTRO, *urbis Romæ Epiſcopo & Papæ, atque omnibus ejus ſucceſſoribus, in ſede beati Petri uſque in finem ſeculi Pontificibus, nec non omnibus reverendiſſimis & Deo amabilibus Catholicis Epiſcopis, eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ per hanc noſtram imperialem conſtitutionem ſubjectis, in univerſo orbe terrarum nunc & in poſteris temporibus conſtitutis, gratia, pax, caritas, gaudium, longanimitas, miſericordia à Deo Patre omnipotente, & à Ieſu Chriſto filio ejus, & Spiritu Sancto, cum omnibus nobis.*

Poſtquam docente beato Silveſtro, trina me merſione verbi ſalutis purificatum, & ab omni lepræ ſqualore mundatum, beneficiis beati Petri & Pauli CCC XIII. *Apoſtolorum cognovi; utile judicavimus una cum omnibus ſatrapis, & univerſo ſenatu, optimatibus etiam & cuncto populo Romani gloriæ imperii ſubjacente, ut ſicut in terris vicarius Filii Dei iſſe videtur eſſe conſtitutus; ita etiam Pontifices, qui ipſius principis Apoſtolorum vices gerunt, principatus poteſtatem amplius quam terrena imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam à nobis noſtroque imperio obtineant: eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum vel ejus vicarios, firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtra eſt imperialis terrena potentia, ejus Sanctam Romanam Eccleſiam veneranter honorare decrevimus, & amplius quam noſtrum imperium & terrenum thronum, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſe exaltare: tribuentes ei poteſtatem & gloriæ dignitatem, atque vigorem & honorificentiam imperialem, atque decernentes ſancimus, ut principatum teneat tam ſuper quatuor præcipuas ſedes, ſcilicet Antiochenam, Alexandrinam, Conſtantinopolitanam, & Hieroſolymitanam, quam etiam ſuper omnes in orbe terrarum Dei Eccleſias. Et Pontifex, qui pro tempore ipſius Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior & princeps cunctis ſacerdotibus mundi exiſtat, & ejus judicio quæque ad cultum Dei vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur. Iuſtum quippe eſt, ut ibi lex ſancta caput teneat prin-*

Anno Christi *cipatus, ubi ſanctarum legum inſtitutor Salvator noſter beatum Petrum Apoſtolatus obtinere precepit cathedram, ubi & crucis patibulum ſuſtinens beatæ mortis poculum ſumpſit, ſuique magiſtri & Domini imitator apparuit: & ibi gentes pro Chriſti nominis confeſſione colla flectant, ubi eorum doctor beatus Paulus Apoſtolus pro Chriſto extenſo collo martyrio coronatus eſt: illic uſque in finem quærant doctorem, ubi ſancti doctoris corpus quieſcit: & ibi proni ac humiliati cœleſtis Regis Dei Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, ubi ſuperbi terreni Regis ſerviebant imperio.*

Interea noſcere volumus omnem populum univerſarum gentium ac nationum per totum orbem terrarum, nos conſtruxiſſe intra palatium noſtrum Lateranenſe eidem Salvatori noſtro Domino Deo Ieſu Chriſto Eccleſiam à fundamentis, cum baptiſterio, & duodecim nos ſciatis de ejus fundamentis, ſecundum numerum duodecim Apoſtolorum, cophinos terræ onuſtos propriis aſportaſſe humeris: quam Sacroſanctam Eccleſiam caput & verticem omnium Eccleſiarum in univerſo orbe terrarum coli, dici, venerari & prædicari ſancimus, ſicut per alma imperialia decreta noſtra ſtatuimus.

Conſtruximus itaque Eccleſias beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, quas argento & auro locupletavimus: ubi ſacratiſſima eorum corpora cum
CCC *magno honore recondentes, & thecas ipſorum ex electro (cui nulla forti-*
XIII. *tudo prævalet elementorum) conſtruximus, & crucem ex auro puriſſimo & gemmis pretioſis per ſingulas eorum thecas poſuimus, & clavis aureis confiximus. Quibus pro continuatione luminariorum poſſeſſiones contulimus, & rebus diverſis eas decoravimus, & per noſtras imperialium juſſionum ſacras literas, tam in Oriente quam in Occidente, & Septentrionali plaga & Meridiana, videlicet in Iudæa, Aſia, Græcia, Africa, Italia, & in diverſis inſulis noſtram largitatem conceſſimus, ea prorſus ratione ut per manus beatiſſimi patris noſtri Silveſtri Pontificis ſucceſſorumque ejus omnia diſponantur.*

Gaudeat una vobiſcum omnis populus, & gentium nationes in univerſo orbe terrarum: exhortantes omnes, ut Deo noſtro & Salvatori Chriſto immenſas una nobiſcum gratias referatis: quoniam ipſe Deus in cœlis deſuper & in terra deorſum, qui nos per ſuos ſanctos viſitans Apoſtolos, ſanctum baptiſmatis ſacramentum percipere, & corporis ſanitate dignos effecit. Pro quo concedimus ipſis Sanctis Apoſtolis Dominis meis, beatiſſimo Petro & Paulo, & per eos etiam beato Silveſtro patri noſtro ſummo Pontifici & univerſali urbis Romæ Papæ, & omnibus ejus ſucceſſoribus Pontificibus, qui uſque in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, atque de præſenti concedimus palatium imperii noſtri Latera-

nenſe,

nenſe, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur atque præcellit palatiis. Deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulque Frygium: nec non ſuperhumerale, videlicet lorum quod imperiale circumdare aſſolet collum; verumetiam & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam; & omnia imperialia indumenta; ſed & dignitatem imperialium præſidentium equitum. Conferentes etiam imperialia ſceptra, ſimul & cuncta ſigna atque banna, & diverſa ornamenta imperialia, & omnem proceſsionem imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris etiam Reverendiſsimis Clericis, & diverſis ordinibus, eidem Romanæ Eccleſiæ ſervientibus, illud culmen, ſingularitatem, potentiam & præcellentiam habere ſancimus, cujus ampliſsimus noſter Senatus videtur gloriâ adornari: id eſt, Patricios atque Conſules effici, nec non cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgantes decorari. Et ſicut imperialis extat decorata militia, ita clerum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ adornari decrevimus: & quemadmodum imperialis potentia diverſis officiis, cubiculariorum nempe, & oſtiariorum, atque omnium excubiarum ornatur pulchritudinibus; ita & Sanctam Romanam Eccleſiam decorari volumus. Et ut ampliſsimè decus Pontificale præfulgeat, decernimus & hoc, ut clerici ejuſdem Sanctæ Romæ Eccleſiæ mapulis & linteaminibus, id eſt, candidiſſimo colore, decoratos equos equitent: & ſicut noſter Senatus calciamentis utitur, cum udonibus; id eſt, candido linteamine illuſtratis, ſic utantur & clerici: & ita cæleſtia ſicut terreſtria ad laudem Dei decorentur.

Anno Chriſti CCCXIII.

Præterea Silveſtro urbis Romæ Epiſcopo & Papæ, & omnibus qui poſt eum in ſucceſſum perpetuis temporibus advenerint, beatiſsimis Pontificibus, pro gloria & honore Domini Dei noſtri, & in eandem magnam & Catholicam Eccleſiam & Apoſtolicam, ex noſtro indicto, ut quem placatus proprio conſilio clericare voluerit, & in religioſorum clericorum numero connumerare, nullus ex omnibus præſumat ſuperbè agere.

Decernimus itaque & hoc, ut idem venerabilis pater noſter Silveſter ſummus Pontifex, & ſucceſſores ejuſdem Pontifices, diademate, videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus, ex auro puriſſimo & gemmis precioſis uti debeant, & eorum capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe vero beatiſſimus Papa ſuper coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, ipſa ex auro non eſt paſſus uti corona. Frygium vero candido nitore ſplendidum, reſurrectionem Dominicam deſignans, ejus ſanctiſsimo vertici manibus noſtris impoſuimus: & tenentes frenum equi ipſius pro reverentia beati Petri ſtratoris officium illi exhibuimus: ſtatuentes eodem Frygio omnes ejus ſucceſſores ſingulariter uti in proceſſionibus

ſnno
briſti

ad imitationem imperii noſtri. Vnde ut Pontificalis apex non vileſcat, ſed magis amplius quam terreni Imperii dignitas, gloria & potentia decoretur; ecce tam palatium noſtrum (ut prælatum eſt) quam Romanam urbem, & omnes Italiæ, ſeu Occidentalium regionum, provincias, loca & civitates, præfato beatiſſimo Pontifici patri noſtro Silveſtro univerſali Papæ concedimus & relinquimus ipſius & ſucceſſorum Pontificum poteſtati & ditione firma, imperiali cenſura per hanc noſtram divalem ſanctam & pragmaticam conſtitutionem decrevimus diſponenda, atque in jure ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanenda. Vnde congruum perſpeximus, noſtrum imperium & regni poteſtatem Orientalibus transferri ac tranſmutari regionibus, & in Byzantia provincia in optimo loco nomini noſtro civitatem ædificari, & noſtrum illic imperium, conſtitui: quoniam ubi principatus ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, juſtum non eſt ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem.

Hæc vero omnia, quæ per hanc noſtram imperialem ſacram & alia divalia decreta ſtatuimus atque confirmavimus, uſque in finem mundi illibata & inconcuſſa permanere decrevimus. Vnde coram Deo vivo, qui nos

CCC
XIII.

regnare præcepit, & coram terribili ejus judicio obteſtamur omnes noſtros Imperatores ſucceſſores, vel cunctos optimates, Satrapas etiam, ampliſſimumque Senatum, & univerſum populum in toto orbe terrarum nunc & in poſterum imperio noſtro ſubjacentem, nulli eorum quoquo modo licere hæc quæ à nobis imperiali ſanctione Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ vel ejus omnibus Pontificibus conceſſa ſunt, refragare atque confringere vel in quoquam convellere. Si quis autem (quod non credimus) temerator aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubjaceat innodatus, & ſanctos Dei, principes Apoſtolorum Petrum & Paulum, ſibi in præſenti & in futura vita ſentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus cum Diabolo & omnibus deficiat impiis.

Hujus vero imperialis noſtri decreti paginam propriis manibus roborantes, ſuper venerandum corpus beati Principis Apoſtolorum poſuimus, ibique eidem Dei Apoſtolo ſpondentes, nos cuncta inviolabiliter obſervare, & cunctis noſtris ſucceſſoribus Imperatoribus conſervanda in mandatis relinquere, Beatiſſimo patri noſtro Silveſtro ſummo & univerſali Papæ, ejuſque per ævum cunctis ſucceſſoribus Pontificibus (Domino Deo & Salvatore noſtro Ieſu Chriſto annuente) tradidimus perenniter atque feliciter poſſidenda.

Et ſubſcriptio Imperialis. Divinitas vos conſervet per multos annos,

ſanctiſ-

ſanctiſſimi ac beatiſſimi Patres. Datum Romæ ſub die Kal. Aprilis, Domino noſtro Flavio Conſtantino Auguſto quarto, & Gallicano, clariſſimis viris Conſulibus.

Anno Christi

Falſam & fictā eſſe oſtenditur.

Multa magnaque & ab aliis jam pridem occupata ſunt argumenta, ex quibus falſi eam donationem licet convincere. Nos, ne hujus noſtri excedamus limites inſtituti, unicum id modo in medium nunc adferemus, quod ex indubitatæ fidei Faſtis Conſularibus Romanis petitum palam cuivis oſtendet, hujus edicti auctorem nihil, niſi vacuo, ut ille loquitur, mendacia folle ſpirare.

Dicitur factum datumque Edictum illud Romæ Flavio Conſtantino Auguſto quartum, & Gallicano, clariſſimis viris, Conſulibus. Oſtendam nunc ego, collegium eorum Conſulum nunquam Romæ fuiſſe, ut & ſic omnibus conſtet fingi tantum, ejus donationis Conſtantinum fuiſſe auctorem. Faſti autem Conſulares ab initio imperii Conſtantini uſque ad ejuſdem finem ita ſe habent;

Fl. Conſtantinus Imp.
Val. Maximianus Imp. IX.

Val. Diocletianus Imp. X.
C. Galerius Imp. VII.

Sine Conſulibus.
Sine Conſulibus.

C. Galerius Imp. VIII.
C. Aurel. Licinius Imp.

Fl. Conſtantinus Imp. II.
C. Aur. Licinius Imp. II.

Fl. Conſtantinus Imp. III.
C. Aur. Licinius Imp. III.

C. Ceionius Voluſianus.
Anuianus.

Fl. Conſtantinus Imp. IIII.
C. Aur. Licinius Imp. IIII.

Sabinus.
Q. Aradius Rufinus.

Ovinius Gallicanus.
Septimius Baſſus.

CCC XIII.

C. Aur. Licinius Imp. V.
Fl. Val. Criſpus Cæſar.

Fl. Conſtantinus Imp. V.
C. Licinius Licinii F. Cæſ.

Fl. Conſtantinus Imp. VI.
Fl. Conſtantinus Cæſar.

Fl. Val. Criſpus Cæſar II.
Fl. Conſtantinus Cæſar II.

T. Petronius Probianus.
Anicius Iulianus.

Acilius Severus.
Fl. Iunius Rufinus.

Fl. Val. Criſpus Cæſ. III.
Fl. Conſtantinus Cæſ. III.

Anicius Fauſtus Paulinus.
P. Cejonius Iulianus.

Fl. Con

Anno Christi

Fl. Conſtantinus Imp. VII. *Fl. Iul. Conſtantius Cæſar.*	*Ablavius Ægyptius.*
Fl. Conſtantinus Cæſ. IIII. *Fl. Valerius Max. Baſilius.*	*Ovinius Pacatianus. Mecilius Hilarianus.*
Fab. Magnus Ianuarius. Fab. Iuſtus.	*Fl. Valerius Dalmatius. M. Aurel. Xenophilus.*
Fl. Conſtantinus Imp. VIII. *Fl. Conſtantinus Cæſ.* V.	*Publilius Optatus. Anicius Paulinus Junior.*
Ovinius Gallicanus. L. Aurelius Symmachus.	*Fl. Valer. Conſtantius. C. Ruf. Cejonius Albinus.*
Annius Baſſus.	*Fl. Popillius Nepotianus. Facundus.*

Ex Faſtis Conſularibus Donatio refellitur.

CCC XIII.

Ubi hic apparent collegæ Conſules Conſtantinus & Gallicanus? Leguntur Ovinius Gallicanus & Septimius Baſſus, non Gallicanus & Conſtantinus conjuncti Conſules. Hos tamen conjungit fictæ Donationis auctor, ut ſimul & mendacem & incautum ſeſe oſtendat. Suo ſeſe indicio ſorex palam prodit. Et proditum quivis, cui aliqua veri cura eſt, videt. Et ſalva res eſt ac veritas, quia & inter Romanæ Eccleſiæ præſules ſunt, qui fucum agnovere.

Ahenobarbi graviſſima de eâ verba.

Claudam autem omnem hanc diſputationem verbis Ahenobarbi, qui graviter profecto apud Guntherum Lib. VI. ita ad Germaniæ proceres;

——— Romanus tempore priſco
Pauper erat Præſul: regali munere crevit.
Nec tamen ut faſces & regni jura Latini
Vel dare præſumat, vel cuiquam tollere poſſit.
Exceſſere modum magnorum munera Regum,
Si tantum cuiquam jus in ſua regna dederunt.
Sed neque tanta fuit largitio, nec dare quiſquam
Quo caret ipſe poteſt. Hujus collatio Regni
Auctorem ſortita Deum, contingere nulli
Iure poteſt hominum: collator muneris hujus
Eſt Deus, hoc ſummis regnum confertur ab aſtris.

Fabula de Conſtantini lepra origo.

Sed & illud poſtremo addendum admonendumque ego hic habeo, fabulam de Conſtantini lepra deſumptam eſſe ex hiſtoria illius

Con-

Conſtantini Imperatoris, qui dictus eſt Copronymus, & imperare cœpit anno Chriſti 741. ac morbo, quem elephanticum auctores vocant, exſtinctus eſt. Hunc Conſtantino Magno tribuere, & tempora pariter ac perſonas confundere, illis viſum eſt, qui primi hujus mendacii architecti fuere. Ita, quod & factum in aliis alibi obſervavimus, ex vera priorum poſteriorumve temporum hiſtoria, falſa, confuſis, ut ille loquitur, dolis, exſtructa eſt. Si de illa temporis filia veritate, ſi de hac, quæ illuſtrat ac prodit nunc omnia, literarum luce, ſi denique de poſterorum ſagacitate ac judicio cogitaſſent falſarii, nunquam iis ejuſmodi mendacia fingendi ſtudium aut cura fuiſſet. *Anno Chriſti*

Cæterum lætiſſima hæc, quæ, Conſtantino ad gubernacula imperii admoto, Eccleſiæ Chriſtianæ tandem data ſunt tempora Arius & ejus hæreſin amplexi, ac Semiariani quoque dicti, pacem ejus fœde turbavere. De Arii deteſtandis erroribus breviter hæc habet & tradit Leo Papa, cujus auctoritate libenter utimur; Arius Dei filium minorem patre, & creaturam eſſe, definiens, & ab eodem inter omnia creatum putans Spiritum Sanctum, magna impietate ſe perdidit; ſed ſempiternam atque incommutabilem Deitatem, quam in Trinitatis unitate non vidit, in patris eſſentia non negavit. Leo Serm. IV. in Nat. Dom. Sed & Philaſtrii Brixienſis, quod & in præcedentibus faciendum nobis exiſtimavimus, verba de Arianis & Semiarianis hic tradenda ſunt, Ita autem ille; *Ariani ab Ario Preſbytero Alexandriæ civitatis, qui ſub Alexandro Epiſcopo bonæ memoriæ fuit, & Conſtantino Sancto imperatore, dicens, filium Dei Deo ſimilem: nomine tenus ſimilem autem dicens, & non Dei ipſius Patris divinam credendo ſubſtantiam, hæreſim periculoſam incurrit. Nam & creatura ſimilis Deo dicitur, cum dicat Scriptura: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Non tamen eſt homo, aut Angelus, de Deo proprie ac naturaliter, id eſt, de divina illa ſubſtantia patris inenarranda, & ſempiterna genitus, ut unicus filius, qui genitus eſt de patre proprie ſempiternus; ſed homo & Angelus facti ſunt ex nihilo. Filius autem cum ſit verus, oportet de divina illa ſubſtantia patris genitus cognoſcatur. Verus enim Deus alio modo eſſe non poteſt filius unicus, niſi ſit de patris illa divina ſubſtantia proprie genitus. Sempiterna ſimilitudo itaque filii & ſecundum opera, quia ſicut facit pater, & filius ſimiliter facit omnia, & Dei ipſius eſt qualitatis divina ſubſtantia genitus, quia de ipſo natus eſt proprie ſempiternus; non*

Arius, & ejus hæreſis.

CCC XXIV.

Leonis Papæ, & Philaſtrii de ea judicium.

Anno Chriſti

factus ex nihilo ut homo, & Angelus, aut creatura aliqua eſt.

Ex Arianis orti Semiariani qui fuerint, & quid docuerint.

Semiariani ſunt quoque. Hi de patre & filio bene ſentiunt, unam qualitatis ſubſtantiam, unam divinitatem eſſe credentes: Spiritum autem non de divina ſubſtantia, nec Deum verum, ſed factum atque creatum Spiritum prædicantes, ut eum conjungant & comparent creaturæ: cum Chriſtus Dominus Patri & ſibi in fide baptiſmi ſalutis æternæ conjunxerit, eumque cum Patre & Filio cunctis credentibus adorandum juſſerit, omnique ſeculo Deum verum prædicandum ſtatuerit. Non intelligentes, quod Euangeliſta, cum dicit: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, non de Spiritu Sancto dicit, quaſi factum Spiritum per filium. Nam Propheta Trinitatem omnia feciſſe viſibilia & inviſibilia definit, dicens: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum. In omni itaque creatura, quæ facta eſt per Spiritum, non aliquid prætermiſit quod non per eum factum ſit, alioqui in fide ſervus cum Domino conjungeretur, ſi eſſet creatura divinus & Sanctus Spiritus. Cujus cauſa omnis Scriptura, & Dominus concedi omnia peccata hominibus, præter blaſphemiam divini & adorandi Spiritus cœleſti ſententia pronuntiaverit. Accedant & illa ex Libro III. Fulgentii ad Moni-,,mum de Arianis; Repente cujuſdam aſſertionis Arianæ meas ,,aures perſtrinxit opinio: quæ tanto magis inutilis eſt ab inven-,,tione genita, quanto magis reperitur ab omni intellectu non ,,ſolum divinarum ſcripturarum, ſed etiam ipſius humanitatis, ,,externa. Comperi quippe quandam eos de initio Euangelii ,,ſecundum Ioannem inſolitam nunc ſerere quæſtionem, ut illud ,,quod dictum eſt: In principio erat verbum, & verbum erat ,,apud Deum, & Deus erat verbum: ita intelligendum atque ex-,,ponendum putent, ut id ipſum verbum apud patrem eſſe, non ,,in patre, ſed extra patrem eſſe accipiendum exiſtiment. Ita ut ,,quidam eorum (quantùm auditu comperi) dum de his duabus ,,præpoſitionibus, hoc eſt, in & apud, inter eos oriretur quo-,,dam die conflictus, accepto cujuſdam birro, & in manibus re-,,tento, interrogaſſet, an in illo eſſet, cum apud illum eſſet bir-,,rus ille, quem ipſe retineret. Atque hanc ſuam quaſi ſenten-,,tiam firmaturus, hac ſermonem ſuum definitione clauſiſſe: cùm ,,aliquid in nobis eſſe dicitur, intra nos intelligendum: dum ,,vero apud nos eſſe dicitur, extra nos accipiendum. Et quia ,,Birrus ille, quem ipſe retinebat, ſic apud illum eſſet, ut in illo ,,non eſſet, ac per hoc, ex eo quod apud illum eſſet, non tamen

CCC XXIV.

Fulgentii verba & ſententia de Arianis.

,,in

„in illo eſſet, extra illum, non intra illum eſſet: eodem modo *Anno Chriſti*
„Verbum quoque Dei (quod Deus eſt) credendum quidem apud
„patrem eſſe, non in patre eſſe: & ob hoc nec unius eſſe cum
„patre ſubſtantiæ. Quoniam quicquid ſic apud aliquem eſt, ut
„in illo non ſit, profecto ſic apud illum eſt, ut unius cum eo ſub-
„ſtantiæ eſſe non poſſit. Hæc eſt eorum ratiocinatio, rationi con-
„traria: hæc legalis diſputatio, legi Dei intolerabiliter inimica.
„Hinc, dominante Chriſto, aliquid ſcribere meus excitatus eſt
„animus, ne virulentis ſermonibus parvulorum perturbetur au-
„ditus. Pertinet enim ad noſtræ ſervitutis officium, adverſus na-
„ſcentem peſtilentiam cujuſlibet opinionis mortiferæ ſalubria di-
„vinorum eloquiorum remedia præparare. Itaquo cum Sanctus
„Apoſtolus ſollicite fideles præmoneat, dicens: Videte, ne quis
„vos decipiat per Philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum
„rationem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecun-
„dum Chriſtum; quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo divi-
„nitatis corporaliter; iſti è contrario non ſolum præterito tem-
„pore Philoſophiæ mundalis ſectantes errorem ſecundum ele-
„menta mundi, de Deo exiſtimaverunt diſputandum, ſed ita ſunt CCC
„totius nunc religionis obliti, ut cum de Deo diſputant, nec ipſa XXIV.
„elementa mundi iſtius corporalis attendant. At ſic, dum ocu-
„los intelligentiæ etiam contra ea, quæ videntur, pertinaciter
„claudunt, nunquam inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intel-
„lecta concipiunt. Quid enim poteſt abſurdius dici, quam ut cum
„de Deo quis diſputat, non niſi de craſſioribus tantum corpori-
„bus documenta diſputationis adſumantur? Magnum enim quid-
„dam ſibi ille viſus eſt invenire, cum accepto birro, & manibus
„retento, interrogaſſet, utrum, ſicut apud illum eſſet, ita in illo
„eſſet. Exinde docere volens, quemadmodum birrum apud ho-
„minem, ſic eſſe filium apud patrem, ut quia birrus apud homi-
„nem eſſe poſſit, in homine autem eſſe non poſſit, ita filius ſit
„quidem apud patrem, ſed non ſit in patre. Rogo, ſi de corpori-
„bus iſtis contrectabilibus aliquid in exemplum diſputans dele-
„ctabatur adſumere (licet adverſus veritatem diſputandi, ele-
„menta quæ à veritate facta ſunt, non poſſent ullatenus ſuffragari)
„tamen ut tolerabile aliquid dicere videretur, ut de cæteris ta-
„ceam, quum birrum, quem manibus tenebat, oſtendit & non
„ſaltem flatum, quem naribus carpebat, attendit? Quia ſi birrus

Anno Chriſti

„ille poſſet dici apud illum eſſe & non in illo eſſe, flatus iſte tamen, quem ex aëre carpimus, cum eum ſpirando percipimus, „& apud nos eſt, & in nobis eſt: & quicquid ejus reſpirando „reddimus, cum reddiderimus, nec apud nos, nec in nobis ha-„bemus. An forte dicturus eſt, aëris iſtius alimentum, cum ſpi-„rando accipimus, in nobis tantum eſſe; non etiam apud nos „eſſe? Dicat ergo quando apud nos poſſit eſſe, an cum eum red-„dimus, & cum in nobis habemus? Sed hoc puto quia nec „de birro illo dicere audebit, ſi tamen eum illi, a quo accepe-„rat, reddit. Videt enim, quia eum tunc apud ſe habuit, cum „accepit, poſtquam autem reddidit, apud ſe habere jam deſtitit. „Sicut enim acceptione factum eſt, ut quod non habuit, apud „ſe haberet, ita redditione factum eſt, ut quod apud ſe habuit, „non haberet. Proinde ſi birrum dixit non in ſe eſſe, ſed apud „ſe eſſe, hunc tamen flatum, quem de circumfuſo aëre viciſſim „ſumimus & reddimus, mihi videtur, quia non dicet, non eſſe „apud hominem, cum eſt in homine, quia tunc eum homo „apud ſe & in ſe habet, cum eum accipit ſpirando: cum vero „reſpirando reddit, ſic eum apud ſe non habet, ſicut nec in ſe „habet. Fruſtra igitur in illa diſputatione, de hoc quod dictum „eſt, Verbum erat apud Deum, aſſerere voluit, quod in aliquo „eſt, eſſe ſemper interius, quod apud aliquem eſt, eſſe ſemper „exterius, cum flatus receptus in corpus ſic in homine ſit, ut „apud hominem ſit: & rurſus è corpore redditus, ita non ſit „apud hominem, quemadmodum non eſt in homine. Minus „enim attendit in hoc, quod abſurdo nitebatur aſſerere documen-„to, quam gravior eum ſubſequenter abſurditas teneret inne-„xum. Etenim cum dicitur, In principio erat verbum, & ver-„bum erat apud Deum, & Deus erat verbum: ſi exterius eſt „omne quod apud Deum eſt, & interius eſt omne quod in Deo „eſt, quid illi diſputatori peritiſſimo reſtat, niſi ut nos potiores „filio Dei eſſe contendat? Dicit quippe Apoſtolus de Deo: „Quia in ipſo vivimus, & movemur, & ſumus. Et alio loco: „Unus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipſo. Nunc jam, „quiſquis ille eſt, qui ſub Chriſtiano nomine non metuit adver-„ſus Chriſtum tam temere diſputare, cum audit verbum eſſe „apud Deum, & nos in Deo, ſi audet, dicat, verbum eſſe exte-„rius, & nos interius. Quod ſi dicendum exiſtimat, ipſe de ſuis

CCC XXIV.

„dictis

,,dictis judicium ferat. Neque enim in tali ſermone judex quæ-,,rendus eſt alius, quando ipſe, quod hoc dixit, a ſe ipſo ſit pro-,,fecto culpandus. Quid iterum reſpondebit adverſus illam ejuſ-,,dem beati Pauli ſententiam, qua dicit de Deo; Quoniam ex ,,ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſæ-,,cula, Amen? Ecce omnia Paulus ex Deo, & per Deum & in ,,Deo eſſe teſtatur. Verbum apud Deum eſſe, Ioannis Evan-,,geliſtæ prædicatione dignoſcitur. Si autem, ſecundum Aria-,,norum ſenſum, omne quod in Deo eſt, interius eſt, & omne ,,quod apud Deum eſt, exterius eſt, quoniam Arianis verbum, ,,quod apud Deum eſt, non in Deo eſſe creditur, hoc reliquum ,,eſt, ut in omnibus quæ in Deo ſunt, illud quod apud Deum ,,eſt inferius prædicetur. Hoc autem recepto, (quia de verbo ,,ſcriptum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt) ipſa erit ſecundum ,,Arianos rectitudo fidei, ut præponenda ſit factura factori. ,,Quis jam non cernit, in quod præcipitium improvidi homi-,,nes cadunt? qui veræ fidei reſiſtentes perfidiam defenſare con-,,tendunt. Quid enim aliud talibus verbis agitur, niſi ut hujus ,,defenſione ſententiæ, conditionis ſuæ ac redemptionis oblita ,,ſemetipſam filio Dei non ſolum æquare, ſed & præferre au-,,deat creatura? Miror autem, quomodo non conſiderent, a qui-,,bus illud aſſeritur, quam deterior ex eo fructus nefandæ blaſ-,,phemiæ naſcatur. Ajunt enim, Quod in Deo eſt, interius eſſe ,,credendum; quod autem apud Deum eſt, exterius æſtiman-,,dum. Quocirca illud quod apud Deum eſt, & exterius eſt, non ,,eſt credendum unius cum Deo naturæ. Conſequens eſt, ut illud ,,quod in Deo eſt, & interius eſt, unius credatur cum Deo ſub-,,ſtantiæ. Ad hanc igitur concluſionem ratiocinatio iſta perdu-,,citur: ut, ſicut verbum, pro eo quod apud Deum eſt, ab ejus ,,natura ſeparatur, ita creatura, pro eo quod eſt in Deo, unius ,,credatur naturæ cum Deo. Unde convincuntur illa ſentire, ,,quibus nos & filio audeant præferre, & patri conentur æqua-,,re. Sic totum confundunt, qui à veritate diſſentiunt. Ex quibus ,,ſententiis error infidelis aſſeritur. Ecce quibus adinventioni-,,bus fidei veritas impugnatur.

Anno Christi CCCXXIV.

Hæc illi; ex quibus facile eſt agnoſcere, quo & quam deteſtando dogmate Arius, & eum ſequuti alii, Chriſtianæ Eccleſiæ & Orthodoxorum pacem nunc turbaverint.

Anno Christi

Hæreticorum, inquit doctiſſimus & diligentiſſimus Forbeſius, quidam ſunt, qui & Chriſtum Deum eſſe fatentur, & Trinitatem agnoſcunt, in qua Pater non ſit Filius, & Spiritus Sanctus alius ſit à Patre & Filio; ſed Filium dicunt eſſe Deum minorem Patre etiam quoad Deitatem, & aliam eſſe Filii eſſentiam ab eſſentia Patris, neque eſſe coæternum aut æqualem Patri Filium. Spiritum Sanctum vero ne Deum quidem eſſe, ſed creaturam filii. Hanc hæreſin introduxit Arius Preſbyter in Eccleſia Alexandrina, circa annum Chriſti 324. Arii autem & Arianorum iſta fuiſſe placita, patet ex Alexandri Alexandriæ eodem tempore Epiſcopi epiſtola ad omnium Eccleſiarum Paſtores, apud Socratem Hiſt. Eccleſ. Lib. I. Cap. VI. & ex Symbolo Nicæno, ibid. Cap. VII. & ex Libro Athanaſii de geſtis Synodi Nicænæ contra Arium. Et ex epiſtola ipſius Arii apud Theodoretum Lib. I. Hiſt. Eccleſ. Cap. V. & alia epiſtola Euſebii Nicomedienſis Epiſcopi, ibidem Cap. VI. & ex Sermone Arianorum ejuſque refutatione, Tom. VI. operum Auguſtini, &c. De Sabellio & Ario hæreticis eleganter cecinit Sedulius, Lib. I. Operis Paſchalis;

De Arii placitis paulo accuratius diſſeritur.

CCCXXIV.

Iſte fidem trinam, aſt hic non amplectitur unam:
Ambo errore pares, quanquam diverſa ſequantur.

Hanc Arii hæreſin primo Alexander Epiſcopus Alexandriæ in Concilio Alexandrino centum Epiſcoporum damnavit, ejuſque defenſoribus anathema denunciavit, ut ſcribit ipſe Alexander in epiſtola apud Socratem Lib. I. Cap. VI. Idemque factum eſt à trecentis decem & octo Patribus, in celebri illo Concilio primo œcumenico Nicææ habito; Euſeb. Lib. III. de vita Conſtantini, Cap. XIII. & Socrat. Hiſt. Eccleſ. Lib. I. Cap. V. & Theodoret. Lib. I. Hiſt. Eccleſ. Cap. VII. Sozom. Lib. I. Cap. XVI. Huic Concilio interfuere ex Epiſcopis, qui ſedes tenebant Apoſtolicas, (ut loquitur Sozomenus) Macarius Hieroſolymorum antiſtes, Euſtathius Antiochiæ ad Orontem ſitæ Epiſcopus, & Alexander Alexandriæ propter lacum Maream ſitæ Epiſcopus. Silveſter autem Epiſcopus Romanus gravi admodum ſenectute impeditus abſuit, duos autem miſit Preſbyteros Vitium & Vincentium, poteſtate illis conceſſa actis illius Concilii aſſentiendi, ut ſcribunt Theodoretus & Sozomenus, locis notatis. Conſtantinopolitanam Eccleſiam tunc regebat Alexander Epiſcopus,

Concilium Oecumenicum primum Nicænum.

de

Anno Chriſti

de quo illud memorabile a Sozomeno refertur, quod Byzantii in turba Philoſophorum Paganorum, cum unus eorum adſtantibus reliquis diſputandi cum Alexandro de religione provinciam ſuſcepiſſet, Alexander ei dixit: In nomine Ieſu Chriſti, præcipio tibi, ne loquaris: quod ut primum dixerat, homo è veſtigio obſtructo ore conticuit. Sozom. Lib. I. Cap. XVII. Aderant Nicææ cum Epiſcopis ad Concilium congregatis multi etiam Presbyteri & Diaconi: ex quorum numero fuit Athanaſius id temporis Diaconus Eccleſiæ Alexandrinæ, qui cum Epiſcopo ſuo Alexandro ad Concilium venerat, & de fide acutiſſime diſſeruit: adeo ut magnam rerum ibi geſtarum partem ipſe ſuſtinuerit. Sozomen. Lib. I. Cap. XVI. Concilio autem Nicæno, cum ſedium Apoſtolicarum antiſtitibus & legatis, præfuit Hoſius Hiſpanus Cordubæ Epiſcopus, qui in magna erat apud Imperatorem gratia: qui etiam decretis Concilii primo loco ſubſcripſiſſe legitur in actis illius Concilii.

Athanaſius Concilio Nicæno interfuit.

CCC XXIV.

Ariani poſt Nicænum Concilium in diverſas ſententias & factiones diviſi ſunt; alii enim filium ἐξ οὐκ ὄντων, ex non entibus factum eſſe, cum Ario dicebant, & addebant filium eſſe κατὰ πάντα ἀνόμοιον τῷ πατρὶ, per omnia diſſimilem Patri: Sic *Acacius* Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus & ejus factionis fautores, *Acaciani* dicti, decreverunt in ultimo illo conventiculo Antiochiæ ab ipſis habito, anno Chriſti 365. Tauro & Florentio Conſulibus, imperante Conſtantio. Acacii fautores fuerunt Urſacii Tyri Epiſcopus, & Eudoxius prius Antiochiæ Syriæ, deinde Conſtantinopolis Epiſcopus (a quibus & Urſaciani & Eudoxiani dicti) & alii: eiſdemque conſenſerunt Aëtiani, ab Aëtio illo qui cognomento Atheus dictus eſt, cognominati; in quibus fuit Aëtii diſcipulus Eunomius Epiſcopus Cyzicenus, contra quem exſtant libri, a Baſilio Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo ſcripti, & alii a Gregorio Nyſſeno Epiſcopo Baſilii fratre. Ab Eunomio Eunomiani ſunt nuncupati. De Aëtio & Eunomio vide Socrat. Hiſtor. Eccleſ. Lib. II. Cap. XXXV. & Lib. IV. Cap. VII. & XII. & Theodoret. Hiſtor. Eccleſ. Lib. II. Cap. XXIX. Hi omnes ab errore ſuo ἐξουκόντιοι καὶ ἀνόμοιοι, Exucontiani & Anomœi vulgo dicti ſunt. (Athanaſ. libro de Synodis Arimini & Seleuciæ habitis, & Socrat. Lib. II. Hiſt. Eccleſ. Cap. XLIV) At vero in Synedrio Conſtantinopoli ab iiſdem Acacio & Eudoxio, & aliis (uſque ad nu-

Ariani in varias partes & factiones tandē ſcinduntur.

Urſaciani, Eudoxiani, Aëtiani, Exucontiani, & Anomœi qui dicti.

merum

Anno Christi merum quinquaginta Epiſcoporum) habito, non multo ante conventum illum Antiochenum, & in Confeſſione, paullo ante Conſtantinopolitanum conventum, ab Acacio in Seleucienſi Synodo lectâ, Anathema denunciatur iis, qui filium Patri diſſimilem audent aſſerere (Athanaſ. libro dicto, & Socrat. Lib. II. Hiſtor. Eccleſ. Cap. XL. & XLI.) quamvis Conſtantinopolitani illi Ariani non ſolum vocabulum ὁμοιούσιος excluſerint, ſed nullam omnino vel οὐσίας, vel ὑποστάσεως in hoc argumento mentionem faciendam eſſe ſtatuerint. Sed in Concilio Arimini in Italia celebrato, eodem imperante Conſtantio, anno Chriſti 363. Epiſcopi circiter ducenti numero fidem Nicænam confirmarunt, rejectâ illa Ariana fidei formula, quam in Concilio perlegendam curarunt Valens Murſenſis Epiſcopus & Urſacius Ariani, quibus adhæſere pauci alii; quos omnes Synodus illa Ariminenſis alienos ab Eccleſia Catholica declaravit; Athanaſ. Lib. de Synodis Arimini & Seleuciæ habitis, & Socrat. Lib. II. Hiſtor. Eccleſ. Capp. XXXVI. & XXXVII. Theodoret. Hiſtor.
CCC XXIV. Eccleſ. Lib. II. Capp. XVIII. XIX. XX. XXIII. Sozomen. Hiſtor. Eccleſ. Lib. IV. Capp. XVII. XVIII. Quamvis poſtea non pauci ex Occidentalibus partim fraude decepti, quia non intelligebant vim vocabuli ὁμοούσιος a Nicænis uſurpati, & quia ſola unitas & Eccleſiæ pax obtendebatur, quam Valens & Urſacius obtineri poſſe contendebant ſine ulla fidei mutatione, modo voces quædam tollerentur, quæ infirmis (ut ipſi ajebant) erant offendiculo, videlicet οὐσία, ὁμοούσιος, ὑπόστασις: præſertim cum iſtæ voces αὐτολεξεὶ in S. Scriptura non reperirentur; partim (inquam) hoc ſpecioſo obtentu decepti; partim etiam Conſtantii Imperatoris minis territi, doloſæ illi formulæ ſubſcripſerunt ab Arianis compoſitæ, cujus ſuperficies nihil ſacrilegum præferebat, eoque facilius latens in herba anguis incautis impoſuit: quam formulam Arimini perlectam Urſacius & Valens, coacto novo conventu in Thraciæ oppido, cui Nicæa nomen tunc fuit, in Græcam linguam verterunt, & ratam habentes divulgarunt. Eoque facilius perſuaſerunt Orientalibus, ut eam admitterent, quia eam ab Occidentalibus, decreto Synodico Arimini ſuſceptam eſſe jactabant. Ab oppido autem illo Thraciæ illam fidem Nicænam ſeu Nicææ approbatam appella-

runt,

runt, ut ſimpliciores deciperent ſimilitudine nominis. Multi enim putabant fidem eam fuiſſe quæ Nicææ in Bithynia olim erat confirmata: ſed fraude poſtea patefacta ludibrio habiti ſunt Ariani. Athanaſ. Lib. de Syn. Arim. & Seleuc. Socrat. Lib. II. Hiſt. Eccleſ. Cap. XXXVII. Theodoret. Hiſt. Eccleſ. Lib. II. Capp. XXI. XXII. Sozom. Lib. IV. Hiſt. Eccleſ. Cap. XVIII. In illis autem Arianorum placitis Ariminenſibus & Nicæenſibus aſſerebatur: Filium eſſe ſimilem Patri, & genitum eſſe ex ſubſtantia Patris; ut conſtat ex locis diverſis Athanaſii, & Socratis. Abrogato enim, *Conſubſtantialis*, vocabulo, ſubſtituerunt vocabulum, *Similis*, & anathema dixerunt omnibus dicentibus filium ex nihilo eſſe, aut diſſimilem Patri, aut creaturam, ut ſunt cæteræ creaturæ; & dicentibus filium non eſſe æternum cum Patre (id quod ipſe Arius ejuſque ſectatores Exucontiani & Anomœi dicebant: ut teſtatur Maximinus Arianorum Epiſcopus apud Auguſtinum, Tom. VI. Lib. I. contra Maximinum, in poſtrema oratione Maximini, numero decimo tertio, ubi Maximinus affirmat, Filium non eſſe ex nihilo, & pro ſe adducit authoritatem Concilii Ariminenſis. Item numero decimo quinto ibidem; Nos (inquit Maximinus) & verum filium profitemur, & ſimilem Patri non denegamus. Omnes iſtos errores anathemate exploſos eſſe Arimini ab ipſis etiam Arianis, patet etiam ex Hiſtoria Concilii illius Ariminenſis apud Hieronymum Tom. I. in Dialogo adverſus Luciferianos. Ubi Hieronymus præmiſſa narratione geſtorum in Concilio, hæc verba ſubjungit: His itaque geſtis Concilium ſolvitur. Læti omnes ad provincias revertuntur. Idem enim Regi Conſtantio & bonis omnibus curæ fuerat, ut Oriens atque Occidens communionis ſibi vinculo necterentur. Sed diu ſcelera non latent: & cicatrix malè obducta, incocto pure dirumpitur. Cœperunt poſtea Valens & Urſacius, cæterique nequitiæ eorum ſocii, egregii ſcilicet Chriſti ſacerdotes, palmas ſuas jactare, dicentes: Se filium non creaturam negaſſe, ſed ſimilem cæteris creaturis. Tunc Uſiæ nomen abolitum eſt, in Nicæa Thraciæ: tunc Nicænæ fidei damnatio conclamata eſt. Ingemuit totus orbis, & Arianum ſe eſſe miratus eſt. Hæc ille Hieronymus, qui ibidem narrat, quomodo malo huic medicina facta ſit. Nam poſtea comperta fraude illi, qui formulæ ab Urſacio & Valente Arimini perlectæ inconſideratè ſubſcripſerant,

Anno Chriſti

CCC XXIV.

Quid de Ario & Arianis ſtatutum ſit.

Anno Christi

revocarunt ſententiam, & faſſi ſunt ſe a veritate abductos eſſe fraude Arianorum, neque ſibi unquam in animo fuiſſe fidem Nicææ in Bithynia approbatam deſerere. Itaque fidei Nicænæ in Bithynia à 318 Patribus olim approbatæ ſubſcribentes, anathemate condemnarunt formulam illam Arimini ab Arianis perlectam. Hieronym. Dialogo citato adverſus Luciferianos. Socrat. Hiſt. Eccleſ. Lib. IV. Cap. II. ubi habetur epiſtola Liberi Epiſcopi Romani hoc ipſum docens. Theodor. Lib. II. Hiſtor. Eccleſ. Cap. XXII. ubi de eadem re habemus teſtimonium Synodicum Damaſi, Valeriani, & aliorum Epiſcoporum, qui Concilium Romæ poſtea celebrarunt. Qua de re etiam ſcribit Auguſtinus Lib. III. contra Maximinum Cap. XIV. Hoc (inquit) eſt illud *ὁμοούσιον*, quod in Concilio Nicæno adverſus hæreticos Arianos à Catholicis Patribus veritatis authoritate, & autoritatis veritate firmatum eſt: quod poſtea in Concilio Ariminenſi propter novitatem in verbis minus quam oportuit intellectum, quam tamen fides antiqua pepererat, multis paucorum fraude deceptis, hæretica impietas ſub hæretico Imperatore Conſtantio labefactare

CCCXXIV. tentavit. Sed poſt non longum tempus, libertate fidei Catholicæ prævalente, poſteaquam his verbis, ſicut debuit, intellecta eſt, *ὁμοούσιον* illud Catholicæ fidei ſanitate longe lateque defenſum eſt. Quid eſt enim *ὁμοούσιον*, niſi unius ejuſdemque ſubſtantiæ? Hactenus Auguſtinus. Ad hæc acceſſit ſollemnis confirmatio fidei Nicænæ in aliis Conciliis Oecumenicis.

Arii fœdus exceſſus, & finis.

Porro Arianæ ſectæ principem primumque auctorem non tam Arium, quam Origenem fuiſſe Zonaras auctor eſt. Arium tandem eodem modo obiiſſe, quo Iudas proditor, per rupturam & effuſionem viſcerum in loco immundo, auctor eſt Athanaſius Epiſt. ad Serapionem. Breviter Arator in Hiſtor. Apoſtolica;

qui criminis autor
Erroriſque tui eſt, fuſâ ruit Arius alvo.
Infelix, plus mente cadens; lethumque peremtus
Cum Iudâ commune tulit: qui gutture pendens
Viſceribus vacuatus obit: nec pœna ſequeſtrat
Quos par culpa ligat.

CCCXXX. Rempublicam quod attinet & Romanorum imperium, malis & improvidis Conſtantini conſiliis in ſummum diſcrimen ad-

ductum

ductum & imminutum fuit. Sedem enim imperii Roma Byſantium, quæ a Conſtantini nomine Conſtantinopolis dicta eſt, quomodo & hodie appellatur, id eſt, ex Occidente in Orientem tranſtulit, ut Gothos, Thraciam infeſtantes tanto facilius, & ex proximo coerceret. Sic neglectum & Barbarorum incurſionibus apertum ac expoſitum eſt imperium Occidentis.

Anno Christi

Danubii præterea & Rheni, terminorum eiuſdem imperii in Occidente, quos omnino armatâ vi tueri neceſſe erat, quinque ſupra decem legionum præſidio nudavit. Et ſic quoque haud dubie via facta eſt iiſdem Barbaris; quibus id tunc præcipue curæ & in conſiliis erat, invadere Occidentis ditiones; ſicut & mox invaſere.

Mala Conſtantini conſilia, in transferendâ ſede Imperii.

Acceſſit & illud, quod Gothis in Thraciam & Mœſiam irrumpentibus, tandem pacem dederit eâ lege, ut auxilium militum quadraginta millia, ſi quando opus eſſet, offerrent. Et ſic etiam auctum eſt militiæ ſtudium in Gothis, aliiſque Barbaris, iidemque Romanâ jam imbuti & quaſi armati caſtrenſi diſciplina, eo facilius tandem & promptius Romanum imperium occupavere.

Idem, & noviſſimus, ad Auguſti & Hadriani Cæſarum exemplum, imperii formam, adminiſtrationem, jura, & ſtatum, mutavit Imp. Conſtantinus; quod & Zoſimus ſecundo hiſtoriarum libro tradit, & ex omni hiſtoria patet, & Onuphrius in libro de Comitiis imperii demonſtravit. Totum enim orbem Romanum denuo diviſit, novas diœceſeum, vel provinciarum diſtinctiones fecit, novos magiſtratus excogitavit, novam urbem Romæ æmulam condidit Conſtantinopolim; quam Orientalis imperii caput eſſe voluit, ut Romam Occidentalis. Nam imperium omne Romanum ſuprema diviſione in duas partes ſecuit, Orientale & Occidentale. Provinciæ omnes tranſmarinæ Orientales ab anguſto Propontidis freto ad Nili uſque oſtia, & Ægyptum, qua Africæ continua eſt, Illyricus quoque, Epeirus, Achaia, Græcia, Theſſalia, Macedonia, Thracia, Creta, Cyprus, Dacia omnis, & Mœſia, cæteræque ejus tractus provinciæ imperio Orientali, urbique Conſtantinopoli, in plures diœceſes diſtinctæ, attributæ. Hiſpania, Britannia, Galliæ, & Noricum, Pannoniæ, & cæteræ Germaniæ provinciæ, Dalmatia, Africa omnis, & Italia urbis Romæ, & Occidentalis imperii ditioni relictæ. Ut autem urbem a ſe conditam in omnibus an-

CCCXXX.

Ejuſdem nova diſpoſitio Imperii.

Anno Christi

tiquæ Romæ æqualem redderet, duos ad minus Imperatores eſſe procuravit, quorum alter in Occidente, alter in Oriente rerum potirentur, Senatum quoque diviſit, quum enim univerſo orbi Romano civitas diu ante ab Antonino Caracallo Imp. data fuiſſet, Senatores omnes lecti ex Occidentalis imperii provinciis Romæ remanſerunt, ex Orientalis vero Conſtantinopoli. Eadem etiam de Conſulibus ratio fuit, quorum alterum Conſtantinopoli deſignari mos erat. Urbis deinde præfectus ut Romæ, ita etiam Conſtantinopoli factus eſt. Nullum poſtremo privilegium, ſeu dignitatem, aut immunitatem Roma habuit, quæ non eadem ratione Conſtantinopoli communicata non fuerint. Atque hæc de Conſtantinopoli; nunc de magiſtratibus novis dicamus. Poſt exauctoratos milites prætorianos, & caſtrum prætorium Romæ exciſum, Conſtantinus Imperator univerſum orbem Romanum in quatuor diœceſes ſive adminiſtrationes diviſit, id eſt, Italiam, Gallias, Illyricum, & Orientem; atque his omnibus Provinciis quatuor rectores dedit, quos Præfectos prætorio, vetere quidem & uſitato vocabulo, ſed nova adminiſtrandi ratione vocavit. Quorum primus Præfectus prætorio Italiæ dicebatur: hic Italiam omnem, & Africam, cum Illyrici parte regebat: alter vero Præfectus prætorio Galliarum appellatus, Hiſpaniam, Gallias, Britanniam, & Germaniam ſub ſui juris adminiſtratione habebat. Atque hi duo Præfecti prætorio Occidentalis imperii erant, atque Imperatori Occidentis, poſt quem primi erant, parebant. In Orientali vero imperio Præfectus prætorio Illyrici, reliquas omnes Europæ provincias Romani juris adminiſtrabat: Præfectus prætorio Orientis Aſiæ omni eadem auctoritate præerat. Atque hi duo primum poſt Imperatorem in Oriente locum obtinebant in ſuis unusquiſque adminiſtrationibus. Sub his quatuor Præfectis prætorio omnes magiſtratus Romani erant, variis nominibus appellati, dignitatibuſque, & adminiſtrationibus diſtincti; qui tam provinciis, quam rei militari præerant. Quæ omnia nunc accurate deſcribam, initio ab Occidentalis imperii magiſtratibus, dignitatibuſque, tam civilibus quam militaribus, facto.

Adminiſtratio Romani Imperii nova ſub Conſtantino.

CCC XXX.

Romanus orbis in quatuor Diœceſes diviſus.

Anno Chriſti

MAGISTRATUUM ET PROVINCIARUM IMPERII OCCIDENTALIS DESCRIPTIO.

Imperator Cæſar Auguſtus.	Præfectus prætorio Galliarum.
Conſul Occidentalis.	Præfectus urbis Romæ.
Præfectus prætorio Italiæ.	Magiſter peditum in præſenti.

Sub hujus diſpoſitione erant ſex Comites rei militaris, Duces militum duodecim, Legiones Palatinæ XII, Auxilia Palatina LXV, Legiones Comitatenſes XVIII, omnes claſſes, id eſt, Veneta, Ravennas, Comenſis, Miſenas, Viennenſis, Bracaria, Maſſilienſis, Ararica, Anderetiana cum earum præfectis, tribuni omnes cohortium, & militum Præfecti per Occidentem.

Magiſter equitum in præſenti. Sub hujus diſpoſitione erant vexillationes Palatinæ, & Comitatenſes omnes in Occidente.

Magiſter equitum per Gallias.	Comes domeſticorum peditum.
Præpoſitus ſacri cubiculi.	Primicerius ſacri cubiculi.
Magiſter officiorum.	Primicerius notariorum.
Quæſtor ſacri palatii.	Caſtrenſis ſacri palatii.
Comes ſacrarum largitionum.	Magiſter ſcriniorum.
Comes rerum privatarum.	Magiſtri memoriæ, epiſtolarum, & libellorum.
Comes domeſticorum equitum.	Proconſul Africæ, cujus vicarii ſex:
Vicarius urbis Romæ.	Italiæ.
Africæ.	Hiſpaniarum.
Septem provinciarum.	Britanniarum.

CCC XXX.

Diſpoſitio Provinciarum ſub Conſtantino.

Comites rei militaris ſex.

Comes Italiæ.	Africæ.
Tractus Argentoratenſis.	Tingitaniæ.
Littoris Saxonici per Britannias.	Britanniarum.

Duces limitum duodecim.

Dux limitis Mauritaniæ Cæſarienſis.	Pannoniæ ſecundæ, & Valeriæ ripenſis.
Dux limitis Tripolitani.	Rhetiæ primæ, & ſecundæ.
Pannoniæ primæ, & Norici ripenſis.	Dux Sequanicæ.
	Dux Tractus Armoricani.

Anno Chriſti

Dux Tractus Nervicani.
Dux Belgicæ ſecundæ.
Dux Germaniæ primæ.
Dux Britanniæ.
Dux Moguntiacenſis.

Conſulares XX.

Diſpoſitio Provinciarum ſub Conſtantino.

CCC XXX.

Conſularis Pannoniæ.

In Italia octo:
Conſularis Venetiæ, & Hiſtriæ,
Conſularis Æmiliæ,
Conſularis Liguriæ,
Conſularis Flaminiæ, & Piceni annonarii,
Conſularis Tuſciæ, & Umbriæ.
Conſularis Piceni ſuburbicarii,
Conſularis Campaniæ.
Conſularis Siciliæ inſulæ.

In Africa II.:
Conſularis Byzacii,
Conſularis Numidiæ.

In Hiſpania III.:
Conſularis Bætícæ,
Conſularis Luſitaniæ,
Conſularis Callæciæ,

In Gallia VI.:
Conſularis Viennenſis,
Conſularis Lugdunenſis primæ,
Conſularis Germaniæ primæ,
Conſularis Germaniæ ſecundæ,
Conſularis Belgicæ primæ,
Conſularis Belgicæ ſecundæ.

Correctores III.

Corrector Apuliæ, & Calabriæ.
Corrector Lucaniæ, & Brutiorum.
Corrector Saviæ in Pannonia.

Præſides XXXI.

In Illyrico IV.:
Præſes Dalmatiarum,
Præſes Pannoniæ primæ,
Præſes Norici mediterranei,
Præſes Norici Ripenſis.

In Italia VI.:
Præſes Alpium Cottiarum,
Præſes Rhetiæ primæ,
Præſes Rhetiæ ſecundæ,
Præſes Samnii,
Præſes Valeriæ,

Præſes

Anno Chriſti CCCXXX.

Diſpoſitio Provinciarum ſub Conſtantino.

Præſes inſulæ Sardiniæ,
Præſes inſulæ Corſicæ.

Præſes Mauritaniæ Sitifenſis,
Præſes Tripolitanæ. } In Africa II.

Præſes Tarraconenſis,
Præſes Carthaginenſis,
Præſes Tingitaniæ,
Præſes inſularum Balearium. } In Hiſpania IV.

Præſes Alpium maritimarum,
Præſes Alpium Pœninarum, & Graiarum,
Præſes Maximæ Sequanorum, } In Galliis XI.

Præſes Aquitaniæ primæ,
Præſes Aquitaniæ ſecundæ,
Præſes Novempopulanæ,
Præſes Narbonenſis primæ,
Præſes Narbonenſis ſecundæ,
Præſes Lugdunenſis tertiæ,
Præſes Lugdunenſis Senonicæ. } In Galliis XI.

Præſes Britanniæ primæ,
Præſes Britanniæ ſecundæ,
Præſes Britanniæ Flaviæ Cæſarienſis. } In Britannia III.

PROVINCIÆ QUÆ ERANT SUB DISPOSITIONE PRÆFECTI PRÆTORIO ITALIÆ.

Italia, Illyricum, Africa, & earundem tam civiles, quam militares magiſtratus.

In Italia Provinciæ octo.

Provincia Venetia, & Hiſtria,
Provincia Æmilia,
Provincia Liguria,
Provincia Flaminia, & Picenum annonarium } Conſulares ſub Vicario Italiæ.

Provincia Tuſcia, & Umbria,
Provincia Picenum ſuburbicarium,
Provincia Campaniæ,
Provincia Siciliæ. } Conſulares ſub Vicario urbis Romæ.

Anno Christi

Provincia	Dispositio
Provincia Apuliæ & Calabriæ.	Correctoriales ſub Vicario urbis Romæ.
Provincia Lucaniæ, & Bruttiorum.	
Provincia Alpium Cottiarum.	Præſidiales ſub Vicario Italiæ.
Provincia Rhetia prima.	
Provincia Rhetia ſecunda.	
Provincia Samnium.	Præſidiales ſub Vicario urbis.
Provincia Valeria.	
Provincia Sardinia.	
Provincia Corſica.	

Diſpoſitio Provinciarum ſub Conſtantino.

In Illyrico Provinciæ ſex.

Provincia Pannoniæ ſecundæ conſularis.
Provincia Saviæ correctorialis.
Provincia Dalmatiarum præſidialis.
Provincia Pannoniæ primæ præſidialis.
Provincia Norici mediterranei præſidialis.
Provincia Norici Ripenſis præſidialis.

In Africa Provinciæ ſex.

CCCXXX.

Provincia	Dispositio
Africa ubi erat Carthago proconſularis.	Sub Vicario Africæ.
Provincia Byzacena conſularis.	
Provincia Mauritania Sitifenſis præſidialis.	
Provincia Mauritania Cæſarienſis præſidialis.	
Provincia Tripolitana præſidialis.	

PROVINCIÆ QUÆ ERANT SUB DISPOSITIONE PRÆFECTI PRÆTORIO GALLIARUM.

Hiſpania, Galliæ, Britannia, & ipſarum tam civiles quam militares magiſtratus.

In Hiſpania Provinciæ ſeptem.

Provincia	Dispositio
Provincia Bætica conſularis.	Sub Vicario.
Provincia Luſitania ſingularis.	
Provincia Callætia ſingularis.	
Provincia Tarraconenſis præſidialis.	
Brovincia Carthaginenſis præſidialis.	
Provincia Tingitania præſidialis.	
Provincia Baleares inſulæ præſidialis.	

In

Anno Chriſti

In Galliis Provinciæ XVII.

Provincia Viennenſis conſularis. Provincia Lugdunenſis prima conſularis. Provincia Germania prima conſularis. Provincia Germania ſecunda conſularis. Provincia Belgica prima conſularis. Provincia Belgica ſecunda conſularis. Provincia Alpes maritimæ.	Sub diſpoſitione Vicarii ſeptem Provinciarum.
Provincia Alpes Pœninæ & Graiæ Provincia Maxima Sequanorum. Provincia Aquitania prima. Provincia Aquitania ſecunda. Provincia Novempopulana. Provincia Narbonenſis prima. Provincia Narbonenſis ſecunda. Provincia Lugdunenſis ſecunda. Provincia Lugdunenſis Turonica. Provincia Lugdunenſis Senonica.	Reliquæ XI. præſidiales.

Nova diſpoſitio Imperii.

CCC XXX.

In Britannia Provinciæ V.

Provincia Maxima Cæſarienſis conſularis. Provincia Valentia conſularis. Provincia Britannia prima præſidialis. Provincia Britannia ſecunda præſidialis. Provincia Flavia Cæſarienſis præſidialis.	Sub Vicario Britanniarum.

SUB DISPOSITIONE PRÆFECTI URBIS ROMÆ ERANT.

Præfectus annonæ.
Præfectus Vigilum.
Comes formarum.
Comes riparum alvei Tiberis, & cloacarum urbis.
Comes portus.
Magiſter cenſus.
Rationalis vinorum.
Tribunus fori Suari.
Conſularis aquarum.
Curator operum maximorum.
Curator operum publicorum.
Curator ſtatuarum.
Curator horreorum Galbianorum.
Centenarius Portus.
Tribunus rerum nitentium.
Tribunus voluptatum.

Anno Chriſti

MAGISTRATUUM ET PROVINCIARUM
IMPERII ORIENTALIS DESCRIPTIO.

Imp. Cæſar Auguſtus.
Conſul Orientalis.
Præfectus prætorio Orientis.
Præfectus prætorio Illyrici.
Præfectus urbis Conſtantinopolis.

Magiſter militum in præſenti. Sub cujus diſpoſitione erant vexillationes Palatinæ VI, Comitatenſes VII, Legiones Palatinæ VI, Auxilia Palatina XVII.

Magiſter equitum in præſenti. Sub cujus diſpoſitione erant vexillationes Palatinæ VI, Comitatenſes VI, Legiones Palatinæ VI, Auxilia Palatina XVII.

Diſpoſitio nova Imperii. Magiſter equitum, & peditum per Orientem. Sub quo erant vexillationes Comitatenſes decem. Legiones Comitatenſes IX, & Pſeudocomitatenſes X.

Magiſter equitum & peditum per Thracias. Sub quo erant vexillationes Palatinæ tres, Comitatenſes quatuor, & legiones Comitatenſes XXI.

CCCXXX. Magiſter equitum & peditum per Illyricum. Sub quo erant vexillationes Comitatenſes II, Legio Palatina I, Auxilia Palatina VI, Legiones Comitatenſes octo, Pſeudocomitatenſes novem.

Præpoſitus ſacri cubiculi.
Magiſter officiorum.
Quæſtor ſacri palatii.
Comes ſacrarum largitionum.
Comes rerum privatarum divinæ domus.
Comes domeſticorum peditum.
Comes domeſticorum equitum.
Primicerius ſacri cubiculi.
Primicerius notariorum.
Caſtrenſis ſacri palatii.
Magiſtri ſcriniorum, memoriæ, epiſtolarum, & libellorum Græcorum.
Proconſul Aſiæ.
Proconſul Achaiæ.
Comes Orientis.
Præfectus Auguſtalis.
Vicarius diœceſeos Aſianæ.
Vicarius diœceſeos Ponticæ.
Vicarius diœceſeos Thraciarum.
Vicarius diœceſeos Macedoniæ.
Comes rei militaris Ægypti.
Comes rei militaris Iſauriæ.

Duces limitum XIII.

Dux Libyæ,
Dux Thebaidos, } per Ægyptum.

Dux Phœnices,
Dux Euphratenſis,
Dux Suriæ Paleſtinæ,
Dux Oſrohenæ,
Dux Meſopotamiæ,
Dux Arabiæ,
Dux Armeniæ,
} per Oriētem VI.

Dux Mœſiæ ſecundæ,
Dux Scythiæ,
} per Thracias.

Dux Daciæ ripenſis,
Dux Mœſiæ primæ,
} per Illyricum.

Conſulares XV.

Conſularis Palæſtinæ,
Conſularis Phœnices,
Conſularis Suriæ,
Conſularis Ciliciæ,
Conſularis Cypri,
} per Oriētem V.

Conſularis Pamphiliæ,
Conſularis Helleſponti,
Conſularis Lydiæ,
} per diœceſim Aſianā III.

Conſularis Galatiæ,
Conſularis Bithyniæ,
} per Ponticam II.

Conſularis Europæ,
Conſularis Thraciæ,
} per Thracias II.

Conſularis Cretæ,
Conſularis Macedoniæ,
Conſularis Daciæ mediterraneæ,
} per Illyricum III.

Præſides Provinciarum XL.

Præſes Lybiæ ſuperioris,
Præſes Lybiæ inferioris,
Præſes Thebaidos,
Præſes Ægypti,
Præſes Arcadicæ,
} per Ægyptum V.

Præſes Palæſtinæ Salutaris,
Præſes Palæſtinæ ſecundæ,
Præſes Phœnices Libani,
Præſes Euphratenſis,
Præſes Syriæ Salutaris,
Præſes Oſrohenæ,
Præſes Meſopotamianæ,
Præſes Ciliciæ ſecundæ,
} per Oriētem octo.

Præſes Piſidiæ,
Præſes Lycaoniæ,
Præſes Phrygiæ Pacatianæ,
Præſes Phrygiæ Salutaris.
Præſes Lyciæ,
Præſes Cariæ,
Præſes inſularum,
} per Aſianā diœceſim ſeptem.

Præſes Honoriados.
Præſes Cappadociæ primæ,
Præſes Cappadociæ ſecundæ
Præſes Hellenopōti,
} per Ponticam octo.

Anno Chriſti

Diſpoſitio nova Imperii. CCCXXX.

Anno Chriſti

Præſes Ponti Polemoniaci, Præſes Armeniæ primæ, Præſes Armeniæ ſecundæ, Præſes Armeniæ Salutaris.		Præſes Epeiri novæ, Præſes Daciæ ripenſis, Præſes Mœſiæ primæ, Præſes Prævalitanæ, Præſes Dardaniæ, Præſes Macedoniæ Salutaris,	per Illyricum VIII.
Præſes Hæmi mõtis, Præſes Rhodopes, Præſes Mœſiæ ſecundæ, Præſes Scythiæ,	per Thracias IV.	Corrector Auguſtanicæ, Corrector Paphlagoniæ.	
Præſes Theſſaliæ, Præſes Epeiri veteris,			

Nova diſpoſitio Imperii.

CCC XXX.

PROVINCIÆ QUÆ ERANT SUB DISPOSITIONE PRÆFECTI PRÆTORIO ORIENTIS.

Diœceſes Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica, Thracia cum ſuis Magiſtratibus civilibus, & militaribus.

In Oriente Provinciæ XV.

Provincia Palæſtina conſularis, Provincia Phœnices conſularis, Provincia Syria cõſularis, Provincia Cilicia conſularis, Provincia Cyprus conſularis, Provincia Arabia ſub Duce, Provincia Iſauria, & reliquæ præſidiales,	Sub Comite Orientis.	Provincia Palæſtina ſalutaris, Provincia Palæſtina ſecunda, Provincia Phœnix Libani, Provincia Euphratenſis, Provincia Suria Salutaris, Provincia Oſrohena, Provincia Meſopotamia, Provincia Ciliciæ ſecunda,	Sub Comite Orientis.

Anno Chriſti

In Ægypto Provinciæ VI.

- Provincia Lybia ſuperior,
- Provincia Lybia inferior,
- Provincia Thebaïs,
- Provincia Ægyptus,
- Provincia Arcadica,
- Provincia Auguſtanica correctorialis,

} Quinque præſidiales ſub præfecto Auguſtali.

In Aſia Provinciæ X.

- Provincia Pamphilia conſularis,
- Provincia Helleſpontus conſular. ſub procoſ.
- Provincia Lydia conſularis,
- Provincia Piſidia, & reliquæ præſidialis,
- Provincia Lycaonia,
- Provincia Phrygia Pacatiana,
- Provincia Phrygia Salutaris,
- Provincia Lycia,
- Provincia Caria,
- Provincia Rhodus, & inſulæ ſub procoſ.

} Sub proconſule duæ, Vicario vero Aſiæ reliquæ octo.

In Ponto Provinciæ XI.

- Provincia Paphlagonia correctorialis,
- Provincia Galatia conſularis,
- Provincia Bithynia conſularis,
- Provinc. Honorias, & reliquæ præſid.
- Provincia Cappadocia prima,
- Provincia Cappadocia ſecunda,
- Provinc. Pontus Polemoniacus,
- Provincia Hellenopontus,

} Sub Vicario Ponticæ.

- Provincia Armenia prima,
- Provincia Armenia ſecunda,
- Provincia Galatia Salutaris,

} Sub Vicario Ponticæ.

In Thracia Provinciæ VI.

- Provincia Europa conſularis,
- Provincia Thracia conſularis,
- Provincia Hæmus montis, & reliquæ præſidiales,
- Provinc. Rhodopes,
- Provincia Mœſia ſecunda,
- Provincia Scythia,

} Sub Vicario Thraciarum.

Nova diſpoſitio Imperii.

CCC xxx.

Anno Christi

PROVINCIÆ QUÆ ERANT SUB DISPOSITIONE PRÆFECTI PRÆTORIO ILLYRICI.

Diœceſes Macedonia & Dacia, cum earumdem Magiſtratibus, tam civilibus quam militaribus.

In Macedonia Provinciæ VI.

Provincia Achaia proconſularis. } Sub proconſule.
Provincia Macedonia conſularis.
Provincia Creta conſularis. } Sub Vicario Macedoniæ reliquæ omnes V.
Provincia Theſſalia & reliquæ præſidiales.
Provincia Epeirus nova.
Provincia Macedoniæ Salutaris pars.

Diſpoſitio nova Imperii.

In Dacia Provinciæ V.

Provincia Dacia mediterranea conſularis. } Sub Vicario Macedoniæ.
Provincia Dacia ripenſis præſidialis.
Provincia Mœſia prima præſidialis.
Provincia Dardania præſidialis.

CCC XXX.

Provincia Prævalitana, & pars Macedoniæ Salutaris præſidialis.

Hæc eſt noviſſima Imperii, & Magiſtratuum Romanorum diſtinctio ab Imper. Conſtantino facta. Cui poſtea quum ſequentes Principes aliquid addidiſſent, vel detraxiſſent, eam paulo variarunt, quamquam totius rei ſumma in hanc rationem conſervata ſit, uſque ad obitum Theodoſii Imperatoris, & Imperii excidium; quod qua ratione, quo tempore, & a quibus Barbaris factum fuerit, paulo poſt accurate exponam.

Patriarchatuũ origo.

Ex illa, quam introduxit in civilibus Conſtantinus, & jam exhibuimus, adminiſtrandi imperii novâ forma ac ratione Patriarchæ quoque eorumdemque poteſtas in regundâ Eccleſia originem ſumpſerunt.

Idem ille Conſtantinus, cum poſt Synodum Nicænam Arianum incendium non dum ſatis eſſet exſtinctum, impulſu Conſtantiæ ſororis, quæ favebat Arianis, Athanaſium Alexandriæ Epiſcopum deſignatum, & acerrimum hoſtem Arii, in exilium miſit, ipſumque Arium ab exilio revocavit. Arius autem proximo ante exceſſum Conſtantini anno, effuſis in latrina inteſtinis, ſingulari Dei judicio, finem vivendi fecit.

CCC XXXVI. *Mors Arii.*

Con-

Conſtantinus jam ſenex, cum in expeditione eſſet contra Perſas, morbo correptus, & Nicomediam tranſlatus, & baptiſmatis, quod donec ad Jordanem fluvium ventum eſſet differre voluerat, lavacro jam tinctus, obiit; Princeps vere maximus, ſed qui interim & id quoque veriſſimum eſſe exemplo ſuo oſtendit, neminem eſſe, cujus virtutes nullo vitiorum confinio lædantur. *Anno Chriſti* CCC XXXVII. *Conſtantini exceſſus.*

Sequuntur tres ejus filii,

CONSTANTINUS, EJUS FILII IMP.P.

CONSTANS, &

CONSTANTIUS.

Ita autem hi fratres imperium partiti ſunt, ut Conſtantino Galliæ, Hiſpaniæ, Alpes Cottiæ, Britannia & Hibernia; Conſtanti Italia, Africa, Illyricum, & Græcia; Conſtantio autem Oriens & Thracia fuerint tributæ.

Cæterum triennio poſt Conſtantinus, cum limites ditionis ſuæ auctos vellet, bello fratri Conſtanti illato, ad Aquileiam prælio victus & confoſſus eſt. Et ſic ſumma rerum penes duos Auguſtos manſit. Conſtans omnes debellati fratris ditiones ſuas fecit. Cæterum cum & voluptatibus ſeſe dederet, & crudelius ageret, à conſpirantibus contra eum centurionibus Imperator ſalutatus eſt præfectus Rhœtiæ MAGNENTIUS. CCC XL. MAGNENTIUS IMP.

Hic ambitioſa ſequutus conſilia, ſublato Conſtante per immiſſos percuſſores, a Conſtantio prœlio victus, cum nihil jam ſpei reliquum haberet, violentâ manu ſemet ipſe interfecit. SOLUS ergo ex Conſtantini M. filiis Conſtantius tandem jam imperat. SOLUS CONSTANTIUS IMP.

Cum Sapores, Perſarum Rex, reſtitui ſibi a Conſtantio Armeniam & Meſopotamiam vellet, atque eâ ex controverſia bellum Perſicum oriretur, Conſtantius imperii conſortem legit, & Cæſarem fecit patruelem Julianum, eique in matrimonium ſororem Helenam dedit.

Sardicæ in Illyrico Synodus celebrata eſt, & Nicæna contra Arium decreta confirmata, & Athanaſius aliique exules reſtituti ſunt. Cæterum illo Conſtantio in cauſa religionis ac fidei nihil inconſtantius fuit. Nam cum Synodus Syrmienſis anno poſt Sardicenſem quinto, eſſet indicta, & reconciliatio, ut vocant, inter Arianos & Orthodoxos tentaretur, prodidit ſeſe Photinus, *Synodus Sardicenſis.*

Anno Chriſti

Syrmienſis Eccleſiæ Preſbyter, qui neque cum Arianis, neque cum Orthodoxis ſentiens, revocatâ Samoſateni blaſphemia, per λόγον nihil aliud apud Ioannem denotari docebat, quam patris de redemptione humani generis decretum. De qua Photini hæreſi paucis hæc tradit Leo Papa Sermone IV. in Natal. Domini; *Photinus*, inquit, *mentis cæcitate deceptus, in Chriſto verum & ſubſtantiæ noſtræ confeſſus eſt hominem, ſed eundem Deum de Deo ante omnia ſecula genitum eſſe, non credidit.* Facta in hac Synodo ſunt impia plane decreta, & pro ὁμοούσιος propoſita & recepta eſt vox ὁμοιούσιος, quæ cum multum haberet ambiguitatis, novis & acerrimis diſſenſionibus anſam præbuit. Incitarunt autem Conſtantium tandem Ariani, ut Synodo in Italia coactâ, Syrmienſia decreta in ea confirmanda curaret. Ita Ariani pro libidine ſua Conſtantium flexere, τὸν πάντα ῥαδίως πειθόμενον, quomodo de eo judicat Theodoretus. Interea dum celebratur Synodus Arimini in Italia, alia convocata eſt Seleuciæ in Iſauria. Tandem quoque a Conſtantio Synodus Antiochiæ indicta eſt, in qua vox ὅμοιος rejecta eſt; & contenderunt acriter, ſed nec minus impie, Ariani, filium plane diſſimilem eſſe patri.

Photini hæreſis.

Conſtantii inconſtantia.

CCCLIV. *Alemanni cæſi.* Alemanni, Gundomarum & Vadomarum duces ſequuti, cum crebris incurſionibus Galliam vexarent, tandem a Juliano, cui mandatum id bellum a Conſtantio erat, nobili prœlio ad Argentoratum ſuperati, multaque eorum millia cæſa ſunt. Eo tam egregio facinore edito exercitus acclamatione Imperator ſalutatus, tributumque ei Auguſti nomen eſt.

CCCLXI. Conſtantius cum id ferret ægerrime, rebus in Armenia & Meſopotamia ordinatis, dum copias contra Julianum parat, febri exſtinctus obiit.

Hæreſis Priſcilli. His & proximis aliquot annis Priſcillus, Abilæ in Hiſpania Epiſcopus, & ſequuti eum Priſcillianiſtæ hæretici, magnas in Eccleſia turbas excitavere. Inter alia, Hieronymo & aliis memorata, hôc quoque iis objectum eſt, quod ſingula humani corporis membra a ſingulis Zodiaci ſignis regi docerent. Exhibenda hic iterum Leonis I. Papæ hac de hæreſi verba ſunt, quæ leguntur in Decretali, quam vocant, Epiſtola ad Turbium Epiſcopum; *Nam & epiſtolæ ſermo, & commonitorii ſeries, & libelli tui textus demonſtrat Priſcillianiſtarum fœtidiſſimam apud vos recaluiſſe ſenti-*

num.

nam. Nihil eſt enim ſordium in quorumque ſenſibus impiorum, quod in hoc dogma non confluxerit, quoniam de omnium terrenarum opinionum luto, multiplicem ſibi fæcem commiſcuerunt, ut ſoli totum biberent, quicquid alii ex parte guſtaſſent. Denique ſi univerſæ hæreſes, quæ ante Priſcilliani tempus exortæ ſunt, diligentius retractentur, nullus penè invenietur error, de quo non traxerit impietas iſta contagium, quæ non contenta eorum recipere falſitates, qui ab Euangelio Chriſti ſub Chriſti nomine deviaverunt, tenebris etiam paganitatis immerſi ſunt, ut per magicarum artium prophana ſecrêta, & Mathematicorum vana mendacia, religionis fidem, morumque rationem in poteſtate dæmonum & effectu ſyderum collocarent. Quod ſi & credi liceat & doceri, nec virtutibus præmium, nec vitiis pœna debetur, omniaque non ſolum humanarum legum, ſed etiam divinarum conſtitutionum decreta, ſolventur, quia neque de bonis, neque de malis actibus ullum poterit eſſe judicium, ſi in utramque partem fatalis neceſſitas motum mentis impellit, & quicquid ab hominibus agitur, non eſt hominum, ſed aſtrorum. Ad hanc inſaniam pertinet & prodigioſa illa totius humani corporis per duodecim cœli ſigna diſtinctio, ut diverſis partibus diverſæ præſideant poteſtates, & creatura, quam Deus ad imaginem ſuam fecit, in tanta ſit obligatione ſyderum, in quanta eſt connexione membrorum. Merito patres noſtri, ſub quorum temporibus hæreſis hæc nefanda prorupit, per totum mundum inſtanter egere, ut impius furor ab univerſa Eccleſia pelleretur, quando etiam principes mundi ita hanc ſacrilegam amentiam deteſtati ſunt, ut autorem ejus ac pleroſque diſcipulos legum publicarum enſe proſternerent. Videbant enim omnem curam honeſtatis auferri, omnem conjugiorum copulam ſolvi, ſimulque divinum jus humanumque ſubverti, ſi hujuſmodi hominibus uſquam vivere cum tali profeſſione licuiſſet. Et profuit diu iſta diſtrictio Eccleſiaſticæ lenitatis, quæ etſi ſacerdotali contenta judicio, cruentas refugit ultiones, ſeveris tamen Chriſtianorum principum conſtitutionibus adjuvatur, dum ad ſpiritale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale ſupplicium.

Quæ & ea de cauſa exhibenda hic videbantur, ut ex iis conſtaret, ex quo quaſi fonte profluxerint illæ imagines humani corporis, & ſingulorum ejus membrorum, quibus ſingula cœli ſigna tribuuntur, quæ ad noſtram uſque ætatem duravere, & in Kalendariis omnibus, quæ in vulgi manibus ſunt, hodieque adhuc viſuntur. Sunt illæ, ut ex Leone hic diſcimus, non ab aliis, quam Priſcillianiſtis. Addit dein idem ordine eorumdem ſexdecim errores alios; quorum plerique non tam novi ſunt, quam conſuti ex ve-

Anno Chriſti CCCLXI.

Priſcillianiſtarum opinio de vi aſtrorum.

Anno Christi

tuſtioribus aliorum hæreticorum, qui cum ſuo nobis loco memorati ſint, horum hic uberiorem mentionem facere haud neceſſe eſt. Leonem adeant, quibus accuratius hos inſpicere & cognoſcere, operæ pretium videbitur.

Πανάρια Epiphanii.

Dignum autem animadverſione eſt, jam a Petri temporibus uſque ad iſta, in quorum tradendis rebus hic verſamur, hæreſes & ſchiſmata tantis in Eccleſia Chriſtianorum aucta fuiſſe incrementis, ut Epiphanius, qui circa hæc tempora floruit, in iis enumerandis refutandiſque occupaverit ingens volumen, quod Πανάρια, id eſt, *Medicam arcam*, ſive *Capſulam*, aut *Thecam* inſcripſit, ut contra venenatos hæreticorum ac ſchiſmaticorum morſus ſaluberrima in eo remedia contineri intelligeremus. Præcipuorum celebriorumque ſuo & loco & tempore in præcedentibus meminimus. Omnes enim & omnium deliria proferre, operæ pretium non videbatur. Unum id nunc, priuſquam ad reliqua progrediar, notandum habeo, inter alios & exortos fuiſſe in Eccleſia Collyridianos, quorum mulieres Virgini Mariæ ſacrificium offerebant idem & eodem modo, quo Orthodoxi Chriſti corporis ſacramenta celebrabant. In ſedili quadrato vel ſcamno linteum ſive mappam extendebant certo anni die, ſuper eam panem proponebant; eum panem Virgini Mariæ offerebant. Deinde omnes ex eo participabant. Τινὲς γυναῖκες κουρικόν τινα κοσμοῦσαι, ἤτοι δίφρον τετράγωνον, ἁπλώσασαι ἐπ' αὐτὸν ὀθόνην, ἐν ἡμέρᾳ τινὶ φανερᾷ τοῦ ἔτους ἄρτον προτιθέασι καὶ ἀναφέρουσι εἰς ὄνομα τῆς Μαρίας. αἱ πᾶσαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἄρτου μεταλαμβάνουσι. Panis ille quem offerebant, & de quo participabant, κολλυρὶς vocabatur diminutione a κολλύρη. Hoc genus eſt panis rotundi, ut ex Tertulliano conſtat in libro de Cultu Fœminarum, ubi *Colluras* appellat eum crinium muliebrium ornatum qui ad occipitium adſtruebatur, rotundo orbe, ad inſtar umbilicorum vel umbonum in ſcutis, quos fuiſſe rotundos certum eſt. *Vos vero,* inquit, *adjicitis ad pondus, colluras quaſdam, vel ſcuti umbilicos cervicibus adſtruendo.* In nummis Fauſtinæ hic ornatus viſitur, & aliarum aliquot imperatricum plane ſimilis umbilico ſcuti, & pani rotundo, qui *colluræ* nomine vocatur auctori Afro. *Colluram* quoque vocavit Damaſus in vitis Epiſcoporum Romæ panem conſecratum in Euchariſtiam, & populo dividendum. Sic enim

CCC LXI.

Collyridianorum hæreſis.

ſcripſit in vita Zephyrini circa annum Chriſti ducenteſimum: *Et fecit conſtitutum de Eccleſia, ut pateras vitreas ante Sacerdotes in Eccleſiam miniſtri portarent donec Epiſcopus Miſſas celebraret, ante ſe Sacerdotibus adſtantibus & ſic Miſſæ celebrarentur, excepto quod ſi Epiſcopus intereſſet, ut tantum Clerus ſuſtineret omnibus præſentibus ex ea conſecratione de manu Epiſcopi eam colluram conſecratam, & acciperet Preſbyter tradendam populo*. Leges ibi hodie *Coronam* ex vitioſa Scriptura antiqua *Colloram* pro *Colluram*. Κολλύρα μεγάλη Ariſtophani. ut ab eruditiſſimo Salmaſio in Epiſtola ad Juſtum Pacium eſt obſervatum. Ab eâ autem Κολλυρίδι, quam offerebant Mariæ, dicti ſunt Κολλυριδιανοί. Ita tunc fictitium ſacramentum, quo divinum æmulabantur, in honorem virginis Mariæ veſano errore, illi tranſtulere. Adeo antiqua eſt in Eccleſia Chriſtiana Mariolatria, ſed ab Orthodoxis Chriſtianis damnata.

Anno Chriſti

Kolluridiani unde nomen acceperint.

JULIANUS ſuccedit, & ſolus imperat.

JULIANUS IMP.

Hic ex illuſtri genere, ut ex iis quæ ſupra prodidimus ſatis conſtat, natus, literarum & militiæ ſtudiis pariter excelluit. Chriſtiana diſciplina ab Euſebio, Epiſcopo Nicomedienſi, inſtitutus, Libanii Rhetoris aliorumque ethnicorum Philoſophorum artibus, Apoſtata factus eſt, & ad paganos defecit. Clauſa Idolorum templa aperuit, Chriſtianorum autem, ut & Scholas, claudenda curavit, multiſque hos injuriis affecit. Cæterum divinâ irâ mox in bello contra Perſas letali vulnere accepto, projecto in aërem ſanguine, prolatiſque multis in Chriſtum, quem per contemptum Galilæum appellabat, contumeliis, & impium & impurum ſpiritum emiſit. In Juliano autem Conſtantini Magni ſtirps defecit, & ad alios imperium tranſlatum eſt. Fuit idem ethnicorum omnium Imperatorum ultimus. Exſtant hodie & leguntur varia Juliani hujus Apoſtatæ ſcripta, in quibus Chriſtianorum ritus, & conſuetudines, licet invidens, & obtrectans, adeo ſuſpexit; uti dignos judicaret, quos, ſi poſſet, in ſuas partes imitando transferret. Nam ad ſuos ille ſacerdotes, ac Pontifices ſcribens Pontifex ipſe maximus, poſtquam de templorum ſuorum ſolitudine, Chriſtianorum autem incremento, ac ſplendore quæſtus eſt, ejus rei cauſſam diſſimilibus ambarum ſectarum ſtudiis, & inſtitutis non dubitavit adſcribere: quod Chriſtiani ſingularem pauperibus curam, ac miſericordiam tribuerent: pupillos, & viduas

CCC LXI.

Clauſa Idolorũ templa aperit.

Stirps Conſtãtini M. in eo deficit.

Iudiciũ ejus de Chriſtianis.

Anno Chriſti

alerent: ægros ac cauſſarios foverent: peregrinos exciperent quamvis ignotos; mutuam inter ſe hoſpitii, & officiorum omnium neceſſitudinem colerent; tum eâdem caritate, ac beneficentia alienos etiam, hoſteſque comprehenderent. Hinc apud illos ampliſſima, frequentiſſimaque domicilia, velut prætoria totidem, ac baſilicæ, quæ ab calamitoſis, ac miſerabilibus inquilinis nomen acceperant; *noſocomia*, *ptochotrophia*, *orphanotrophia*. Hæc in Chriſtianorum cœtibus. Apud gentiles vero contraria eſſe fatetur omnia, immanitatem in ſuos, ſuperbiam, crudelitatem, barbariem: nullum inter ipſos eſſe advenis, & hoſpitibus receptum: contemni egenos, & abjici: nulla publicè, privatimque erga miſeros gratuitæ humanitatis obſequia reperiri. Optare igitur, hortarique pergit, ut illa de Chriſtianorum moribus exprimant, æmulenturque ſui. Tum ut ſacerdotes pari atque apud illos loco ſint; hoc eſt, honor iis ab omnibus habeatur, etiam Magiſtratibus, ac Præfectis. Ut ſine majorum antiſtitum literis inferioris ordinis ſacerdotes non ambulent. Cum illis tam hi, quam cæteri, quocunque perrexerint, benigne & humaniter habeantur. In quibus *formatarum*, & *communicatoriarum* ſpeciem adumbrare ſtuduit. Addit ad extremum anathematis excommunicationiſque larvam: ut qui vehementius deliquerint, pro culpæ gravitate conſtituto tempore ab ſacrorum commercio convictuque cæterorum abſtineant. Hæc, & hujus generis alia, priſcarum Eccleſiæ conſuetudinum non injucundam memoriam offerunt; & eo quidem memorabiliorem, quo ab hoſte Chriſtianorum, & transfuga de iis ipſis teſtimonium dicitur.

Priſcæ conſuetudines Eccleſiæ Chriſtianæ.

CCC LXIII. JOVINIANVS IMP.

JOVINIANUS Julianum ſequutus eſt, filius Varroniani Pannonici, clariſſimi militiæ Ducis, militibus imperium offerentibus. Sed poſt menſes ſeptem vivendi ille finem fecit.

Imminuit Imperium.

Pace ignominioſa cum Perſis factâ imperii Romani Majeſtatem imminuiſſe viſus eſt. Etenim, fame laborante exercitu, elatiſque Perſarum poſt Juliani mortem animis, conſternatus metu reſtituit Sapori Perſæ regiones trans Tigrim ſitas, quibus Galerius Maximianus Romanum imperium in Oriente feliciter auxerat.

CCC LXIV. VALENTINIANVS & VALENS IMPP.

VALENTINIANUS & VALENS fratres ſequuntur, hic Orientis, ille Occidentis curandis rebus præfecti. Plane

autem

autem diſſimile horum ingenium & judicium in Religionis cauſa fuit. Valentinianus enim Orthodoxis inprimis erat addictus; Arianos autem Valens quavis ope tuebatur, & Orthodoxos graviter vexabat. *Anno Chriſti* *Valens favet Arianis*

Valentinianus magnis prœliis Alemannos & Saxones fudit. Et in rerum Romanarum Hiſtoria prima hæc exſtat Saxonum mentio; gentis & olim & hodie nobiliſſimæ; cujus nominis origo non aliunde quam a Sacis, Scythiæ, latiſſime olim exporrectæ, populis, quorum veteres meminere, petenda mihi videtur. *Valentinianus Alemãnos & Saxones cadit.* *Saxonũ origo.*

Valens cum imperium haberet, Hunnos ex interiore Scythia in Pannoniam profectos, ex Tuberone Dalmata, rerum ac originum earum gentium peritiſſimo, accepi. Et ejus hac de re verba mihi hic neceſſario recitanda ſunt. Memoriæ, inquit, apud nos proditum eſt, Hunnos, Valente Romanis imperante, ab Hyperboreis montibus Duce Attila Atthila, & Belda ejus fratre digreſſos: pervaſtata prius Thracia, ac utraque Mœſia, Macedonia, & toto prope Illyrico in Pannoniis & his finitimis Tranſiſtranis regionibus, pulſis inde Gothis, ſedes poſuiſſe; quos tamen Viri glacialis Oceani accolæ aliquot poſt annis, Iuſtino Conſtantinopolitanum imperium obtinente, bello victos ſibi parere coëgerunt, terræque ab ſe occupatæ de gentis appellatione nomen indidere. Quapropter Hungari perinde ac alienæ terræ invaſores a finitimis odio habentur, præſertim a Bohemis, Poloniſque. Qui, quantum terrarum inter ſe, & Dalmatas interjacet, id totum ſibi ab Hungaris per injuriam ereptum putant. Se enim non modo a Dalmatis oriundos eſſe prædicant, ſed etiam aliquando conjunctas terras, nulla externa gente eos diri mente, habitaſſe; credo ducta a linguæ commercio conjectura. Nam Bohemis, Polonis ac Dalmatis, eandem linguam eſſe ſatis conſtat. Tametſi quidam eodem linguæ commercio adducti exiſtiment, rem ſe aliter habere. Etenim Rhaxolanæ linguæ ſono admoniti arbitrantur Rhaxinos ipſos Sarmatiæ Europeæ incolas Gothicæ gentis eſſe auctores. Rurſus Sclavenos, Bohemos ac Polonos Gothorum eſſe ſobolem. Neque enim credibile eſſe putant, ullam Illyricæ nationis gentem in Rhaxolanorum regiones cœli intemperie, ac perpetuo damnatas frigore, unquam penetraſſe; ſed potius Rhaxa- *Hunnorum migratio in Pannoniam, & Hungarorum ex iis origo.* CCC LXIV.

Anno Chriſti

„nos ipſos abundante domi multitudine (& eſt terra illa ſicut „pecorum ita & hominum admodum ferax) triſtes cultu patriæ „ſedes mitiori plaga permutaſſe; atque ita partim Septentrio- „nem verſus profectos, Viſtulaque amne tranſmiſſo uſque ad „Albim perveniſſe, ac regna Bohemorum, Polonorumque con- „didiſſe; partim ad Auſtrum conceſſiſſe, pulſiſque Dacis non ſo- „lum Tranſiſtranas regiones, quas poſtea illis Hungari eripue- „runt, ſed totum etiam Illyricum occupaſſe, ſuumque nomen re- „gioni indidiſſe: magna enim Illyrici pars nunc quoque Rhaxa „appellatur. Quandoquidem ab illis nationibus quæ inter Danu- „bium & Riphæos montes colunt, Romanum etiam imperium „una cum ipſa urbe olim fuit deletum. Nec obſtat huic opinioni „eo quod Rhoxani nunc imbelles admodum ſunt; quondam „primi bellatores extitere: & cum egregiis equitum cataphra- „ctorum turmis in expeditionem proficiſcebantur, nec modo „in Europa eorum opes latiſſime patuerunt, ſed etiam in Aſiam „tranſgreſſi ultra Rha amnem multorum dierum iter, arma „protulerunt, ubi nunc quoque magnum amplectuntur impe- „rium, ſedemque regni urbem ampliſſimam, quam ipſi Mo- „ſchoviam vocant, ad Rha ſitam habent. Flumen autem Rha „aquarum ſpatio cæteros Scythiæ amnes vincens in mare Hyr- „canum evehitur. Sclaveni autem Rhaxanorum ac Gothorum, „ut dictum eſt, progenies anno a Chriſti natali die circiter ſexin- „genteſimo Illyricum invaſere, atque ut fit, una cum jugo lin- „guam quoque victos accipere coëgerunt. Itaque bona pars „eorum in nomen Sclavenorum abiit, quod profecto ipſius lin- „guæ, qua nunc illyrici utuntur, ſonus facile indicat, nihil „pene rerum vocabulis a Rhaxanorum differens ſermone, niſi „quod, præſertim Dalmatæ, ſub mitiori ſane poſiti cœlo, verba „lenius proferunt, retinentes adhuc quædam Latinæ linguæ ha- „bitus, ac morum veſtigia. Sane, ante Sclavenorum in Illyri- „cum ingreſſum, non modo Dalmatæ Latina lingua, qua multa „nunc quoque utuntur, ſed & omnes Illyrici uſi ſunt, deductis „per totum Illyricum Latinis coloniis. Unde nunc quoque ma- „ritimi Dalmatæ, a cæteris gentibus quæ mediterraneas Illy- „rici regiones incolunt, Latini appellantur, non quia Dalmatæ „Rom. Pontifici parent, ſed quia lingua, habitu, & literis La- „tinis utuntur. Atque ex parva quoque re efficaci conjectura

Illyrici magna pars Rhaxa hodie appellatur, & quare.

CCC LXIV.

facta,

„facta, ex hoc etiam Sclavenos a Gothis prodiiſſe multi arbi- *Anno Chriſti*
„trantur, eo quod noſtro quoque tempore Rhacuſanæ matronæ,
„cum ancillis Sclavenæ nationis aliqua ex cauſa forte ſuccenſent,
„eas per contumeliam Gothas appellant.

Hæc ille; quæ mihi hic exhibenda videbantur in eorum gratiam quibus curæ eſt, origines & diverſas migrationes ac ſedes gentium cognoſcere.

Valentinianus Apoplexia correptus obiit; Valens autem in expeditione contra Gothos in fugam verſus, & vulnere accepto in humili caſa, in quam ſe receperat, injecto a Gothis igne, miſere periit. CCCLXXVII.

GRATIANUS & VALENTINIANUS II, filii Valentiniani I, fratres, ſed non uterini, cum præfuiſſent imperio cum patre annis VIII, cum patruo autem Valente annis III, tandem ſoli imperium habuere; Gratianus in Oriente per annos VI, Valentinianus autem in Occidente per annos XV. GRATIANVS ET VALENTINIANVS II, IMP.

Gratianus conſortem imperii fecit THEODOSIUM; genere Hiſpanum, natum patre Honorio, & matre Termantia. Cui cum omnia permitteret, & bellum contra Gothos, qui & victi ſunt, mandaret, atque ipſe ſe ludis & voluptatibus totum dederet, tandem a Maximo, præſide Galliarum, interfectus eſt. CCCLXXIX, THEODOSIVS IMP.

Valentinianus matris Iuſtinæ artibus Arianæ deditus perfidiæ, Orthodoxis gravis fuit, inprimis Ambroſio, qui nunc floruit, Mediolanenſi Epiſcopo, quem & ex templo ac ſede ſua ejecit. Literis admonitus a Maximo ut Eccleſiis Orthodoxis moleſtus ne eſſet, & ex eo inſidias ſibi a Maximo ſtrui ſuſpicatus, in Orientem ad Theodoſium aufugit, a quo & monitus ſerio fuit, ut Arianorum cauſam deſereret, & Orthodoxis faveret. Progreſſus eſt Theodoſius Theſſalonicam cum Valentiniano, ubi exceptis & dubio cum reſponſo dimiſſis Maximi legatis, celerrimis itineribus Mediolanum eſt profectus, ſuperatiſque Alpibus quum haud procul Aquileia Maximum cepiſſet, occidi eum juſſit, quia & Gratianum interfecerat, & rapere velle imperium credebatur. *Valentinianus favet Arianis.* *Maximus affectat imperium, & juſſu Theodoſii occiditur.*

Sublato Maximo quum Theodoſius Italiæ & vicinis ditionibus pacem reddidiſſet, Valentinianus in Galliam diſceſſit, eique regundæ præfuit per quinquennium, ibique ſcribam habuit Eugenium, & Ducem Arbogaſtum, natione Gothum, quorum *Theodoſius ſtrãgulatur.*

impe-

Anno Chriſti

,,nos ipſos abundante domi multitudine (& eſt terra illa ſicut
,,pecorum ita & hominum admodum ferax) triſtes cultu patriæ
,,ſedes mitiori plaga permutaſſe; atque ita partim Septentrio-
,,nem verſus profectos, Viſtulaque amne tranſmiſſo uſque ad
,,Albim perveniſſe, ac regna Bohemorum, Polonorumque con-
,,didiſſe; partim ad Auſtrum conceſſiſſe, pulſiſque Dacis non ſo-
,,lum Tranſiſtranas regiones, quas poſtea illis Hungari eripue-
,,runt, ſed totum etiam Illyricum occupaſſe, ſuumque nomen re-
,,gioni indidiſſe: magna enim Illyrici pars nunc quoque Rhaxa
,,appellatur. Quandoquidem ab illis nationibus quæ inter Danu-
,,bium & Riphæos montes colunt, Romanum etiam imperium
,,una cum ipſa urbe olim fuit deletum. Nec obſtat huic opinioni
,,eo quod Rhoxani nunc imbelles admodum ſunt; quondam
,,primi bellatores extitere: & cum egregiis equitum cataphra-
,,ctorum turmis in expeditionem proficiſcebantur, nec modo
,,in Europa eorum opes latiſſime patuerunt, ſed etiam in Aſiam
,,tranſgreſſi ultra Rha amnem multorum dierum iter, arma
,,protulerunt, ubi nunc quoque magnum amplectuntur impe-
,,rium, ſedemque regni urbem ampliſſimam, quam ipſi Mo-
,,ſchoviam vocant, ad Rha ſitam habent. Flumen autem Rha
,,aquarum ſpatio cæteros Scythiæ amnes vincens in mare Hyr-
,,canum evehitur. Sclaveni autem Rhaxanorum ac Gothorum,
,,ut dictum eſt, progenies anno a Chriſti natali die circiter ſexin-
,,genteſimo Illyricum invaſere, atque ut fit, una cum jugo lin-
,,guam quoque victos accipere coëgerunt. Itaque bona pars
,,eorum in nomen Sclavenorum abiit, quod profecto ipſius lin-
,,guæ, qua nunc Illyrici utuntur, ſonus facile indicat, nihil
,,pene rerum vocabulis a Rhaxanorum differens ſermone, niſi
,,quod, præſertim Dalmatæ, ſub mitiori ſane poſiti cœlo, verba
,,lenius proferunt, retinentes adhuc quædam Latinæ linguæ ha-
,,bitus, ac morum veſtigia. Sane, ante Sclavenorum in Illyri-
,,cum ingreſſum, non modo Dalmatæ Latina lingua, qua multa
,,nunc quoque utuntur, ſed & omnes Illyrici uſi ſunt, deductis
,,per totum Illyricum Latinis coloniis. Unde nunc quoque ma-
,,ritimi Dalmatæ, a cæteris gentibus quæ mediterraneas Illy-
,,rici regiones incolunt, Latini appellantur, non quia Dalmatæ
,,Rom. Pontifici parent, ſed quia lingua, habitu, & literis La-
,,tinis utuntur. Atque ex parva quoque re efficaci conjectura

Illyrici magna pars Rhaxa hodie appellatur, & quare.

CCC LXIV.

facta,

„facta, ex hoc etiam Sclavenos a Gothis prodiiſſe multi arbi-„trantur, eo quod noſtro quoque tempore Rhacuſanæ matronæ, „cum ancillis Sclavenæ nationis aliqua ex cauſa forte ſuccenſent, „eas per contumeliam Gothas appellant".

Anno Chriſti

Hæc ille; quæ mihi hic exhibenda videbantur in eorum gratiam quibus curæ eſt, origines & diverſas migrationes ac ſedes gentium cognoſcere.

Valentinianus Apoplexia correptus obiit; Valens autem in expeditione contra Gothos in fugam verſus, & vulnere accepto in humili caſa, in quam ſe receperat, injecto a Gothis igne, miſere periit. CCC LXXVII.

GRATIANUS & VALENTINIANUS II, filii Valentiniani I, fratres, ſed non uterini, cum præfuiſſent imperio cum patre annis VIII, cum patruo autem Valente annis III, tandem ſoli imperium habuere; Gratianus in Oriente per annos VI, Valentinianus autem in Occidente per annos XV. GRATIANVS ET VALENTINIANVS II, IMPP.

Gratianus conſortem imperii fecit THEODOSIUM; genere Hiſpanum, natum patre Honorio, & matre Termantia. Cui cum omnia permitteret, & bellum contra Gothos, qui & victi ſunt, mandaret, atque ipſe ſe ludis & voluptatibus totum dederet, tandem a Maximo, præſide Galliarum, interfectus eſt. CCC LXXIX, THEODOSIVS IMP.

Valentinianus matris Iuſtinæ artibus Arianæ deditus perfidiæ, Orthodoxis gravis fuit, inprimis Ambroſio, qui nunc floruit, Mediolanenſi Epiſcopo, quem & ex templo ac ſede ſua ejecit. Literis admonitus a Maximo ut Eccleſiis Orthodoxis moleſtus ne eſſet, & ex eo inſidias ſibi a Maximo ſtrui ſuſpicatus, in Orientem ad Theodoſium aufugit, a quo & monitus ſerio fuit, ut Arianorum cauſam dereſeret, & Orthodoxis faveret. Progreſſus eſt Theodoſius Theſſalonicam cum Valentiniano, ubi exceptis & dubio cum reſponſo dimiſſis Maximi legatis, celerrimis itineribus Mediolanum eſt profectus, ſuperatiſque Alpibus quum haud procul Aquileia Maximum cepiſſet, occidi eum juſſit, quia & Gratianum interfecerat, & rapere velle imperium credebatur.

Valentinianus favet Arianis.

Maximus affectat imperium, & juſſu Theodoſii occiditur.

Sublato Maximo quum Theodoſius Italiæ & vicinis ditionibus pacem reddidiſſet, Valentinianus in Galliam diſceſſit, eique regundæ præfuit per quinquennium, ibique ſcribam habuit Eugenium, & Ducem Arbogaſtum, natione Gothum, quorum

Theodoſius ſtrãgulatur.

impe-

Anno Christi

imperium affectantium fraude tandem ſtrangulatus eſt. Sed ſua utrumque ſpes fefellit, & juſtas parricidii pœnas Theodoſio mox dedere.

CCC LXXXII. *Siricius Papa cælibatum ſacerdotum inſtituit.*

Siricius Romanæ ſedis Epiſcopus primus in Occidente Eccleſiarum Paſtoribus conjugio interdixit, abuſus auctoritate Pauli, cujus Cap. VIII. Epiſt. ad Romanos, hæc verba; *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt*, leguntur.

Macedonius & Apollinaris hæretici.

Circa hæc tempora Macedonius & Apollinaris hæretici prodiere. Macedonius Spiritus Sancti divinitatem negabat. Quare & a Græcis Patribus Chriſtianis πνευματομάχος appellatur.

Apollinaris autem, Epiſcopus Laodiceæ in Syria, quid de humana Chriſti natura ſenſerit, ex hac Flaviani, Epiſcopi Conſtantinopolitani, Epiſtola ad Leonem I. Papam apertum eſt: *Talis inter nos Eutyches emerſit, quondam Preſbyter & Archimandrites, qui quaſi noſtræ religionis ſectam ſapiebat, & hanc præferebat. Neſtorii autem impietatem confirmabat, & ſuccingebatur pro Neſtorio militare in pugna, quæ contra Neſtorium parabatur. Trecentorum autem, decem & octo ſanctorum patrum de fide expoſitionem factam & ſanctæ memoriæ Cyrilli epiſtolam ſcriptam ad Neſtorium, vel ad ſimiles ejus, quibus omnes aſſenſerunt, tentavit evellere, antiquam impii Valentini & Apollinaris reparans ſectam, & non timuit præceptum regis vere Dei, dicentis: Quicunque ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, expedit ei, ut mola aſinaria alligetur collo ejus, & demergatur in profundum maris. Verecundiam autem omnem ejus perfidia abjecit, & quam gerebat infidelitatis pellem excutiens, in ſancta Synodo aſſerebat inſtanter, dicens: Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non oportere confiteri de duabus naturis poſt humanam ſuſceptionem, cum à nobis unius ſubſtantiæ, & unius perſonæ cognoſcatur, neque carnem Domini coëſſentialem nobis ſubſiſtere, tanquam ex nobis ſuſceptam & coadunatam Dei verbo ſecundum ſubſtantiam; ſed dicebat virginem quidem, quæ eum genuit, ſecundum carnem conſubſtantialem nobis eſſe. Ipſum autem Dominum non ſuſcepiſſe ex ea carnem conſubſtantialem nobis, & corpus Domini non eſſe quidem corpus hominis; humanum vero corpus eſſe, quod eſt ex virgine, omnium patrum expoſitionibus contrariis ſentiens.*

Synodus Oecumenica II. Conſtantinopolitana.

Contra Macedonianos, ut & Arianos, Synodus Oecumenica ſecunda Conſtantinopolitana celebrata eſt.

Arcadius & Honorius, filii Theodoſii, patrem ſequuntur; ille in Oriente, hic in Occidente. Cæterum cum per ætatem nondum pares eſſent imperio, tutores iis dati ſunt militiæ Duces, Arcadio Ruffinus, Honorio autem Stilico; ſed infidi, & ipſi affectantes imperium, ut eventus ſatis ſuperque oſtendit. Arcadii imperium fuit annorum XIII, Honorii annorum XXIX. *Anno Chriſti* CCCXCV. ARCADIUS ET HONORIUS IMPP.

Arcadius in ſuo imperio mox ſenſit perfidiam tutoris ſui Ruffini, hominis in Gallica gente nati. Hic enim ſpe imperii potiundi ſeductus quum antea Theodoſio in bello contra Eugenium Gothica auxilia duxiſſet, muneribus Gothos ſibi conciliavit, regique Alarico ut arma contra Arcadium caperet perſuaſit. Sic enim fore ſperabat ut ab Arcadio in ſocietatem imperii aſſumeretur & collega nominaretur. Sed ſpe falſus eſt. Quum enim hoc peteret, a militibus ante tribunal trucidatus eſt. Mox pari fraude Arcadium oppugnavit Ruffini imitator Cajanus, Dux Gothicus & Arianus, qui Gothorum auxilio fretus bellum civile contra Arcadium movit. Cujus regiam nullis præſidiis humanis munitam quum noctu incendere conatus eſſet, deprehenſum eſt Angelicis præſidiis eam fuiſſe conſervatam. In muris enim Angelorum exercitus fuit conſpectus, qui milites Cajani depulit. Ipſe vero Cajanus in prœlio navali inter Helleſpontum & Cherſoneſum è fuga retractus eſt, ejuſque caput Conſtantinopoli palo ſuffixum omnium ludibrio fuit expoſitum. *Cajanus oppugnat Arcadium, ſed fruſtra.* Eodem tempore Gildo Africæ præfectus Africam ſuo dominio ſubjecit, & ob hanc perfidiam a fratre Maſcezel (ſeu Maſcelzer) reprehenſus ejus filios interfecit. Quam injuriam Maſcezel vindicaturus ex Italia copias contra Gildonem eduxit, & exercitu 5000 virorum fudit 70000 hoſtium; ipſe vero Gildo in fuga ſeſe jugulavit. Poſtea quum Maſcezel Africam ad ſe trahere conatus eſſet, a militibus fuit obtruncatus. *Bellum Gildonicum.* Ita divina protectione ab hoſtibus ſuis liberatus eſt Arcadius, in cujus imperio ferè nihil fuit deſideratum, niſi quod uxori Eudoxiæ & eunuchis nimiam conceſſit potentiam. Illa enim propter factum a Ioh. Chryſoſtomo gravius taxatum effecit, ut Chryſoſtomus ex Eccleſia Conſtantinopolitana, cujus Epiſcopus erat, ejectus in exilium pelleretur. Ex eunuchis vero fuit quidam Eutropius, qui magiſtratus & ſententias vendere ſolebat & Provincias dare quibus vellet. Cum Conſul factus *Eutropii inſidiæ.*

Anno Chriſti

imperium ad ſe transferre ſtuderet, in ipſo conſulatu Arcadius ei caput præcidi juſſit. Suſcepit Arcadius ex Eudoxia uxore filium Theodoſium, quem in cunis vagientem appellavit Auguſtum.

Stilico affectat imperium, & occiditur.

Honorius Stiliconem in magno habuit pretio propter res contra Gothos feliciter geſtas, adeo ut filias ejus duas uxores duxerit. Quum vero tandem Stilico cogitare cœpiſſet qua arte imperium Occidentale ad filium ſuum Eucherium transferret, & in hunc finem Vandalos, Suevos, & Alemannos Romani imperii hoſtes magnis pollicitationibus in Galliam attraxiſſet, juſſu Honorii occiſus eſt, ejuſque filius obtruncatus.

CCCC V.

De Pelagio, ac ejus magiſtris, & Pelagianæ hæreſios primis incunabulis.

Pelagius profeſſione monachus, natione Scotus, ſemina doctrinæ ſuæ primum ſparſit in Occidente circa annum ſalutaris ἐνανθρωπήσεως quinctum ſuper quadringenteſimum: quo anno B. Chryſoſtomus, Arabiſſi Armeniæ oppido exulans, mortique proximus, ſic caſum hominis deplorat epiſtola quarta ad Olympiadem: Σφόδρα ἤλγησα ὑπὲρ Πελαγίου τοῦ μονάζοντος. Ἐννόησον πόσων ἄξιοι στεφάνων εἰσὶν οἱ γενναίως στάντες, ὅταν ἄνδρες ἐν τοσαύτῃ ἀσκήσει διαγαγόντες καὶ καρτερίᾳ, οὕτω φαίνωσιν ὑποσυρόμενοι. *De Pelagio monacho magno dolore affectus ſum. Cogita igitur quot quantiſque coronis digni ſint, qui forti animo in acie ſteterunt, cum viros piè ac ſanctè tantaque cum tolerantia viventes, abripi atque in fraudem impelli videamus.* Ut vero dogma ſuum longius latiuſque ſeminaret, monaſteria crebro mutabat. Nam quod ad abſumendas popinas factum id credi velit Iſidorus Peluſiota, Chryſoſtomi diſcipulus, Lib. 1. Epiſt. CCCXIV. parum veriſimile dicit, cum non Chryſoſtomus modo ejus prædicet pietatem, ſanctimoniam, tolerantiam, uti vidimus: ſed Auguſtinus etiam in Libb. de peccatorum meritis & remiſſ. nomen ejus aliquoties non ſine laude poſuerit, quia vita ejus prædicaretur à multis: ut ipſe fatetur Lib. II. Retract. Cap. XXXIII. Et profecto hoc niſi fuiſſet, non primitus eum amaſſent tot egregii viri, eoſque inter B. Paulinus Epiſcopus Nolanus, vir non pietate minus quam doctrina excellens. Credibile autem eſt, Pelagium demum poſtquam in Oriente compertum erat, aliquid eum monſtri alere, Romam profectum eſſe, atque ibi Rufini ſermonibus, vel Melaniæ ſaltem & aliorum, qui Rufino faverent, tanquam œſtro aliquo per-

citum,

citum, majori ſtudio, quam antea unquam, ἀναμαρτησίαν καὶ *Anno*
ἀπάθειαν, de fonte Origenis depromptos errores, defendere cœ- *Chriſti*
piſſe. Nam ut Melaniam cum Rufino ex Ægypto & Palæſtina
anno CCCXCVI Romam rediiſſe conſtat: ita certum eſt anno
demum CCCCIX Româ profectam in Africam, cum inſtantem
urbis vaſtationem prius prædixiſſet, quæ anno contigit ſequente.
Rufinum autem (cujus partibus impenſe ſtudebat tota Melaniæ
domus) Pelagianam foviſſe doctrinam, non Auguſtinus ſolum
indicat, cum Lib. II. contra Pelagium Cap. III. narrat, ut
Cæleſtius Pelagii armiger in Concilio Carthaginenſi ſit profeſ-
ſus, ſe audiſſe Rufinum dicentem, non eſſe traducem peccati:
ſed ipſe Gennadius Maſſilienſis, cum eum ab Hieronymo *in ali-
quibus de libertate arbitrii notatum* agnoſcit. Quod veriſſime ab eo
dictum eſt. Nam Hieronymus Præfat. Lib. I. in Hierem. Rufi-
num idcirco Pelagii præcurſorem vocat. Verba ejus ſunt: *Nuper
indoctus calumniator erupit, qui commentarios meos in epiſtolam Pauli
ad Epheſios reprehendendos putat.* Et mox: *Quod non videns præcur-
ſor ejus Grunnius olim niſus eſt carpere.* Et poſt pauca de eodem cen-
ſore ſubjungit. *Nec reco datur ſtolidiſſimus & Scotorum pultibus præ-* CCCC
gravatus nos in ipſo dixiſſe opere. Nam per *Scotorum pultibus prægra-* V.
vatum non alium intelligit quam Pelagium natione Scotum: per
Grunnium vero & hic & alibi paſſim Rufinum intelligi nemo in
Hieronymo verſatus neſcire poteſt: nempe contemtim ſic eum
appellat, alludens ad M. Grunnii Corocottæ Porcelli teſtamen-
tum, quod a cirratis pueris olim cum riſu multo excipiebatur in
ſcholis: ac ſeculo noſtro a ſummo antiquitatis vindice Io. Ale-
xandro Braſſicano Juriſconſulto ex vetuſto codice deſcriptum
& luci reſtitutum fuit. Ne quis vero, quod in Frobeniana Hiero-
nymi editione pro *Scotorum pultibus* corrupte legatur *ſcortatorum*,
eo rem certiſſimam in dubium vocet: audiamus ſane eundem
Hieronymum Præfat. Lib. tert. in Hierem. ubi ſic ſcribit: *Hic
tacet, alibi criminatur: mittit in univerſum orbem epiſtolas biblinas: prius
auriferas, nunc maledicas: & mox patientiam noſtram de Chriſti humi-
litate venientem, malæ conſcientiæ ſignum interpretatur. Ipſeque mutus
latrat per Alpinum canem, grandem & corpulentum, & qui calcibus ma-
gis poſſit ſævire, quam dentibus. Habet enim progeniem Scoticæ gentis de
Britannorum vicinia, qui juxta fabulas poëtarum inſtar Cerberi ſpirituali
percutiendus eſt clava, ut æterno, cum ſuo magiſtro Plutone, ſilentio con-*

Anno Christi *ticeſcat.* Sed imprimis illuſtrem de Pelagio locum habemus Præfat. Lib. IV. in Hierem. *Commentarios*, inquit, *in Hieremiam per intervalla dictabam, ut quod deerat otio, ſupereſſet induſtriæ, cum ſubito hæreſis Pythagoræ & Zenonis* ἀπαθείας ϗ ἀναμαρτησίας, *id eſt, impaſſibilitatis & impeccantiæ, quæ olim in Origene & dudum in diſcipulis ejus Grunnio, Euagrioque Pontico, & Ioviniano jugulata eſt, cœpit reviviſcere, & non ſolum in Occidentis, ſed in Orientis partibus ſibilare, & in quibuſdam inſulis, præcipueque Siciliæ & Rhodi, maculare pleroſque & creſcere per dies ſingulos, dum ſecreto docent, & publicè negant.* Quibus pauciſſimis verbis multa Hieronymus complexus fuit. Nam hinc diſcimus, quid ſtatuerit Pelagius, & unde dogma ſuum

Errores & artes Pelagii. hauſerit, & quo illud tempore ſpargere cœperit, & quæ loca ſeminandæ hæreſi ſuæ maxime idonea putarit, & quo artificio Catholicos circumvenerit. Quorum ſi ſingula penſiculatius hoc loco conſideremus, ceſpitantes in Pelagiana Hiſtoria, largiori luce conveſtiemus. Ait igitur B. Hieronymus, Pelagium docuiſſe ἀπάθειαν ϗ ἀναμαρτησίαν: hoc eſt, poſſe hominem eo perfectionis pervenire in hac vita, ut affectibus vacuus omni careat pecca-

CCCC V. to. Unde liquet unum errorem duabus exprimi vocibus, non vero cunctos Pelagii errores ad duo capita revocari: quod olim ſcribere non dubitavit vir eruditus. Addit Hieronymus, hauſtum eſſe hoc dogma è fontibus Origenis: unde illud mundo propinarint triumviri iſti, Grunnius ſive Rufinus, Euagrius Ponticus, & Jovinianus: quos etiam tanquam Pelagianæ hæreſios Patriarchas inceſſit Præfat. in Dialog. adverſus Pelag. Nec in obſcuro eſt, cur eos potiſſimum nominarit. Jovinianus enim non hoc tantum docebat, virgines, viduas, & maritatas ejuſdem eſſe meriti, ſi cæteris vitæ operibus non diſcreparent; ſed præterea contendebat, verè baptizatos non poſſe relabi in peccatum. Prius dogma priori adverſus Jovinianum Libro refutavit Hieronymus; alterum refellit ſecundo, quem idcirco ſic auſpicatur: *Secunda propoſitio eſt, Eos qui fuerint baptizati à diabolo non poſſe tentari.* Atque idem Hieron. Epiſtola ad Cteſiphontem ſic Pelagium alloquitur: *Ioviniani ſecunda quæſtio tui ingenii diſciplina eſt. Quicquid illi reſponſum eſt, tibi reſponſum credito. Nec fieri poteſt, ut diverſus ſit eorum exitus, quorum eſt una ſententia.* Hoc addit, quia Joviniani error opera Victorini & Pammachii Romæ a Siricio fuit condemnatus. Hinc Hieronymus in principio Lib. II. contra

Pelag. *Non erubeſcis exploſam atque damnatam Iovimani ſententiam ſe-* *Anno*
qui! Et ille enim his teſtimoniis, tuiſque nititur argumentis: imo tu illius *Chriſti*
inventa ſectaris, in Oriente docere deſiderans, quæ olim Romæ, dudum in Africa condemnata ſunt. Atque inde eſt, quod etſi certum eſt primum in Pelagiana Cæleſtinaque cauſa judicium Carthagine factum eſſe: Proſper tamen ſcribere non vereatur, cauſſam ejus primum Romæ examinatam & damnatam eſſe. Hoc enim illis voluit verbis Carm. de Ingratis,

> —— *Peſtem ſubeuntem prima recidit*
> *Sedes Roma Petri.*

Nempe non quaſi primum damnata Romæ fuerit in Pelagio ipſo, (is enim ante Carthaginenſe Concilium Catholici velamine amictus deliteſcebat) ſed quia in præceſſore ejus Joviniano, ab Siricio Papa condemnata fuit, Joviniano jungit Hieronymus Euagrium, *Errores*
quem ἀπαθείας dogma foviſſe teſtatur idem ad Cteſiphontem: *& artes*
Euagrius Ponticus Hyperborita, qui ſcribit ad virgines, ſcribit ad monachos, *Pelagii.*
ſcribit ad eam, cujus nomen nigredinis (ſignat Melaniam, cujus antea meminimus) *perfidiæ teſtatur tenebras, edidit librum & ſententias* CCCC
περὶ ἀπαθείας, *quam nos impaſſibilitatem vel imperturbationem poſſumus* V.
dicere, quando nunquam animus ullo perturbationis vitio commovetur, &, ut ſimpliciter dicam, vel ſaxum, vel Deus eſt. Hujus libros per Orientem Græcos, & interprete diſcipulo ejus Rufino, Latinos plerique in Occidente lectitant: qui librum quoque ſcripſit, quaſi de monachis, multoſque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt, & quos fuiſſe Origeniſtas, & ab Epiſcopis damnatos eſſe non dubium eſt. Quibus etiam verbis docemur, Rufinum Origeniſtarum cauſſam juviſſe transferendo Euagrii præceptoris ſui libros. Quemadmodum & eandem propagavit vertendo fraudulenter Origenis libros περὶ ἀρχῶν. Quá de re ſic Hieronymus ad Pammachium: *Animadverti, quæ Origenes de Patre cum Filio & Spiritu Sancto impiè dixerat, & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata: cætera autem dogmata de Angelorum ruina, de animarum lapſu, de reſurrectionis præſtigiis, de mundo vel mundis Epicuri, de reſtitutione omnium in æqualem ſtatum & multo his deteriora, quæ longum eſſet retexere, vel ita vertiſſe, ut in Græco invenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertiſſimus propugnator eſt, exaggerata & firmiora poſuiſſe, ut qui in Trinitate Catholicum legeret, in aliis hæreticum non caveret.*

Anno Christi Alium etiam per dolum animos hominum circumduxit, quando (ut verbis utar Hieronymi ad Cteſiphontem) *librum Xyſti Pythagorei hominis abſque Chriſto atque ethnici, immutato nomine, Sixti martyris & Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi prænotavit: in quo juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant Deo, & de ejus dicunt eſſe ſubſtantia, multa* DE PERFECTIONE *dicuntur, ut qui volumen Philoſophi neſciunt, ſub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis.* Idem Lib. IV. in Hierem. Cap. XXII. *Miſerabilis Grunnius, qui ad calumniandos ſanctos viros aperuit os ſuum, linguamque ſuam docuit mendacium, Sexti Pythagorei hominis gentiliſſimi unum librum interpretatus eſt in Latinum, & ſub nomine ſancti martyris Xyſti, urbis Romæ Epiſcopi, auſus eſt edere: in quibus nulla Chriſti, nulla Spiritus Sancti, nulla Dei Patris, nulla Patriarcharum, Prophetarum, & Apoſtolorum ſit mentio: & hunc librum ſolita temeritate & inſania* ANNULUM *nominavit, qui per multas Provincias legitur, & maxime ab his, qui ἀπάθειαν & impeccantiam prædicant.* Hæc de Pelagii prædeceſſoribus dicta ſunto. Nunc cætera perſequamur, quæ paucis Hieronymum complexum dicebamus. Uti ſunt illa, quo primum tempore, quibus locis, & quo
CCCC V. modo ſuam Pelagius ſparſerit doctrinam. Tempus indicat, cum dogma Joviniani ac Rufini ſe commentante in Hieremiam reviviſcere cœpiſſe teſtatur; hoc eſt paulo poſt urbem a Gothis captam. Nam ſimulac commentarios in Ezechielem perduxerat ad umbilicum, ad Hieremiæ explicationem ſe accinxit: quemadmodum ipſe indicat Præfat. in Hieremiam. At eo Ezechielem exponente, urbem cepit Gothorum Rex Alaricus. Unde ſic in Ezechielem præfatur: *Finitis in Eſaiam decem & octo explicationum voluminibus, ad Ezechiel tranſire cupiebam: & ecce ſubito mors mihi Pammachii atque Marcellæ, Romanæ urbis obſidio, multorumque fratrum & ſororum dormitio nunciata eſt.* Et mox: *Clariſſimum terrarum omnium lumen extinctum eſt: imo Romani imperii truncatum caput, &, ut veriùs dicam, in una urbe totus orbis interiit.* Incidit vero hoc tempus in annum Chriſti CCCCX: quo & Rufinus Aquileja profugus ob cladem patriæ illatam, in Siciliam abiit, inibique obiit: quod diſcimus ex eodem Hieronymo, quando hæc in Rufinum more ſuo, id eſt, peracerbè, ſubjungit: *Quia ſcorpius inter Enceladum & Porphyrium Trinacriæ humo premitur, & hydra multorum capitum contra nos aliquando ſibilare ceſſavit: datum tempus, quo non hæreticorum reſpondere inſidiis, ſed ſcripturarum expoſitioni incumbere debeamus.*

Nam

Nam per ſcorpium ſignat Rufinum, quem ſimiliter vocat in fine Epiſt. LIX. ad Avitum, & Epiſt. XVI. ad Principium: ubi ſcribit, Origenis περὶ ἀρχῶν libros manu Scorpii, hoc eſt, Rufini fuiſſe emendatos. Sed qui cum in Librum Ezechielis præfaretur una cum Rufino etiam dogma ejus extinctum putabat, is Præfat. Comment. in Lib. VI. Ezech. de plantis Rufini a corpore matris abſciſſis, ſulcoque depoſitis conqueri incipit: *Putabam,* inquit, *quod, medio ſerpente confoſſo, non reviviſcerent hydræ novella plantaria, & juxta fabulas Poëtarum, Scyllâ mortuâ, nequaquam in me Scyllei ſævirent canes, qui latrare non ceſſant.* Præfat. vero Lib. I. III. & IV. Commentariorum in Ieremiam (quos exorſum fuiſſe, ſimulac illos in Ezechielem edolarat, antea diximus) non jam amplius in generalibus pronunciatis ſe continet, ſed quaſi δακτυλοδείκτως eum, qui Rufini dogma reſuſcitaret, Pelagium eſſe oſtendit. Satis igitur clarum eſt, Hieronymum, cum antea Rufinum oppugnaſſet, anno hoc CCCCX. vel proximo cœpiſſe Pelagio adverſari. Atque hæc de tempore. Præterea indicabat Hieronymus, quibus imprimis locis Pelagius peſtilentiæ cathedram erexiſſet. Nam in Oriente quidem Rhodum inſulam elegiſſe teſtatur, in Occidente vero Siciliam: ubi Cæleſtius degebat, Pelagii quidem diſcipulus, ſed jam magiſter ac ductor exercitus: quo eum elogio Hieronymus inſignit. Denique ex iiſdem Hieronymi verbis cognoſcere erat, quâ arte Pelagius ſuam propagaret doctrinam. Nam quod apertè negaret, hoc occultè docuiſſe ait. Nempe hoc ſimulationis ac mendacii artificio fallebant eos, quibuſcum ſererent ſermonem. Sed ſcripto ſi ſententiam ſuam inſtillare vellent, ſub aliena hoc perſona faciebant, non quid ipſi ſentirent, ſed quid aliqui dicerent exponentes. Hoc dolo Pelagius luſit in expoſitione Epiſtolæ ad Romanos. Nihil igitur magis optabant Patres, quam ut apertè tandem explicaret, quid in Catholica improbaret doctrina. Unde Hieronymus eâdem Præfat. *Quibus loquar compendio? Aut bona ſunt quæ docetis, aut mala. Si bona, defendite liberè. Si mala, quid occultè miſeros jugulatis errore, rectæque fidei ad decipiendos ſimplices quoſque jactatis expoſitionem?* Idem epiſt. ad Cteſiphontem: *Loquere quod credis, publicè prædica. Quid ſecretò diſcipulis loqueris? Qui dicis te habere arbitrii libertatem, quare non liberè, quod ſentis, loqueris?* Hujuſmodi expoſtulatione hoc tandem conſecutus Hieronymus fuit; ut in lucem, oculoſque omnium, protraheret

Anno Christi

CCCC X.

è ve-

Anno Christi

è vepretis ſuis nitedulam, quæ occulte antea Eccleſiam arrodebat. Nam ex eo tempore Cæleſtius Carthagine ſententiam ſuam & aperte profiteri, & acriter propugnare cœpit. Hoc autem ut faceret, inſectatione iſtac ſua propoſitum ſibi habuerat Hieronymus: ut teſtatur ipſe eadem ad Cteſiphontem epiſtola: *Necdum*, inquit, *ſcripſi, & comminaris mihi ſcriptorum tuorum fulmina, ut ſcilicet hoc timore perterritus, non audeam ora reſerare: & non animadvertis, idcirco nos ſcribere, ut vos reſpondere cogamini, & apertè aliquando dicere, quod pro tempore, perſonis & locis vel loquimini vel tacetis? nolo vobis liberum eſſe negare, quod ſemel ſcripſeritis.* Atque hæc eruditiſſimi diligentiſſimique Voſſii, cujuſmodi Pelagianæ hæreſios incunabula fuerint, ſatis oſtendunt.

Cæterum, imperium Romanum quod attinet, robur ejus ac dignitas, ſtatim poſt exceſſum Theodoſii magis magiſque nutare cœpit. Neque enim in Arcadio, cui Oriens, neque in Honorio, cui Occidens concredebatur ad impendentem malorum tempeſtatem ſuſtinendam ſatis aut nervorum aut animi fuit, cum ille novendecim, hic decim duntaxat annos natus, parum rebus tantis adminiſtrandis videretur idoneus, accedente præſertim Rufini & Stiliconis, qui tutores audiebant, nefaria improbitate, cum uterque captata ex puerorum ætate occaſione, ad invadendum imperium per omne genus ſceleris & perfidiæ cogitationes conferrent. Et primum Stilico, cum utriuſque Principis atque imperii tutelam a Theodoſio ſibi commiſſam aſſereret, Rufinum munere exuere omni ratione contendit, eoque Conſtantinopolim iter adornavit, ita ut, rebus Italiæ conſtitutis, magna celeritate ſe in Gallias ad limitem Rheni pacandum contulerit: inque Rhetiam veniens ſtatim Suevorum Alemanorumque reges adventus ac nominis ſui fama ita perterruit, ut pacem poſtularent. Cum Francis quoque fœdus icere mire ſategit, idque donis dicam, an dolis potius, in incerto eſt. Nam veſtigiis eum veterum Romanorum, mercantium ſubinde pacem, inſtitiſſe tunc multa perſuadent dum adeo exiguo temporis ſpatio regiones Rheno adjacentes a capite ad calcem permenſus, conſtituto circumquaque limite, ſedaverit. Claudianus Poëtico more illi blandiens, nominis ſui terrore fregiſſe eum & ad obſequium feroces gentes pertraxiſſe canit, vitata, ni fallor, doli labe. Quamvis alias hunc morem vendendi pacem Germaniæ gentibus ſolen-

CCCC V.

Rufini ac Stiliconis inſignis improbitas.

nem,

nem, Romaniſque viciſſim emendi familiarem, non tacuerit illle ipſe his verſibus : *Anno Chriſti*

Illi terribiles, quibus otia vendere ſemper
Mos erat, & fœda requiem mercede paciſci.

Quocirca vix fidem mereri videntur illa ejuſdem Claudiani de temporum hoc ſtatu ita porro loquentis: *Stiliconis perfidiâ venditur imperium.*

Non claſſica Francis
Intulimus, jacuere tamen. Non marte Süevos
Contudimus, queis jura damus: quis credere poſſit
Ante tubam nobis audax Germania ſervit.
Cedant Druſe tui, cedant Trajane labores;
Veſtra manus dubio quicquid diſcrimine geſſit
Tranſcurrens egit Stilico, totidemque diebus
Edomuit Rhenum quot vos potuiſtis in annis.

Claudianus notatus.

Et apparet ex eodem ſtatim Poëta, ubi Stiliconem porro ait in regum Francorum, *Marcomiri* & *Sunonis*, delicta, ut judicem, animadvertiſſe; apparet, inquam, Stiliconem dolo malo utrumque circumveniſſe, dum alterum carcere apud Hetruſcos detineret; in alterum vero, ne alterius necem vindicaret, percuſſorem immittit. Nam ita de utroque mox loquitur: CCCCV.

Acies non jam pulſare rebelles
Sed vinclis punire licet; ſub judice noſtro
Regia Romanus diſquirit crimina carcer.
Marcomyrus Sunoque docent; quorum alter Hetruſcum
Pertulit exilium; quum ſe promitteret alter
Exulis ultorem, jacuit mucrone ſuorum.
Res avidi concire novas, odioque furentes
Pacis, & ingenio ſcelerumque cupidine fratres.

Pace itaque qualicumque cum Francis imo & fœdere pacto, Gothis, Duce Alarico, Thraciam & Peloponeſum vaſtantibus, feſtinato cum exercitu occurrit Stilico, ſed arte & conſilio Rufini impeditus bellum, quod erat in manibus, omiſit. Retro cedens idcirco, & parte copiarum Conſtantinopolim miſſa, in Italiam rediit. At mox Orientis exercitus Rufini proditionem odoratus, juvante clanculum Stilicone, coram Arcadio imperatore mille vulneribus confectum Rufinum in fruſta diſſecuit. Alaricus vero, Stilicone abſente, Pannonias occupat, deque Roma

Anno Christi

porro atque Italia tota diripienda conſilia capit, nihilque moratus in ſaltum Tridentinum deſcendens Alpina aliquot oppida in poteſtatem redigit; omniaque pervaſtaſſet, niſi magna induſtria ac ſtudio Stiliconis ad Pollentiam fuiſſet ſuperatus. Atque ita aliquot annis cum Schytis & Getis in Italia conflictante, ſæpiuſque victore exiſtente Stilicone, Godegiſilus Vandalorum, qui in Schytia ad Mæotidem erant, Rex, exemplo priorum, Alarici & Radagiſi, adductus, ubi Italiam hoſtium plenam, atque Honorium in Radagaiſum averſum ſenſit, ipſe ſibi Galliam invadendam conſtituit, ratus haudquaquam eandem in Provinciis fortunam fore, quæ longe a regio abeſſent auxilio, atque in Italia, ducente Alarico, fuiſſet, quæ propter Imperatoris præſentiam vinci non potuiſſet. Itaque ex Schytia cum Vandalis & Alanis egreſſus ſimul Quados ex Sarmatia, Vandalos è Pannonia (olim ibi a Conſtantino locatos) aſſumſit. Inde Germaniam intravit, eamque percellens, populos ejus ſive metu direptionis perculſos, ſive ſpe prædæ illectos ſecum plurimos adduxit, Marcomannos, Herulos, Turcilingos, Suevos, Alemanos, Saxones & Burgundiones, ac citato agmine, nullo reſiſtente, recta ad Rhenum contendit. Ibi vero Franci occurrerunt, ac tranſitum impedire conati ſunt, ſive, ut fœdus proxime cum Stilicone ictum ſervarent, ſive, ne tantum hoſtium in Provinciam eam admitterent, cui ipſi jam pridem inhiantibus animis imminerent. Verum a Vandalis multitudine ſuperantibus pulſi haud magno momento ceſſerunt. Ita Vandali propemodum ſine impedimento pridie Kal. Januarias, anno quadringenteſimo & ſeptimo juxta Proſperum, Rheno trajecto, in Galliam penetrarunt. Honorio deinde ſeptimum & Theodoſio juniore iterum Coſs. proximas Rheno Provincias, Germaniam primam, & Belgicam ſecundam iidem ingreſſi longè lateque victoriam imperiumque, fruſtra repugnantibus Honorii præfectis, exercuerunt. Nam & Magunciacum, multis hominum millibus in Eccleſia trucidatis, everſum eſt. Vangiones diu obſeſſi in deditionem adducti. Rhemi, Ambiani, Atrebates, Morini, Tornacum, Nemetes, Argentoratum direpta ſunt. Hæc porro clades repente ſecum aliam traxit. Nam Britanni eorundem Vandalorum impetum veriti inſignia imperatoria ad Conſtantinum quendam tranſtulerunt, nullo virtutis ejus merito, ſed tantum ominatione nominis apud

Stiliconis artes & inſidiæ, quibus occupare imperium tentavit.

CCCC VII.

eos

eos populos gratioſi. Ille vero Iuſtinianum & Nevegaſtum, itemque Edobechum Francum, militiæ præfecerat, plurimumque eorundem opera feliciterque uſus Valentiam uſque, quæ ad Rhodanum ſita, pervaſit: ibique a Saro Honorii Præfecto obſeſſus ab Edobecho, homine, ut dixi, Franco, & Gerontio Britanno liberatus eſt. Dum hæc in Gallia geruntur Honorius Thermantiam Mariæ defunctæ ſororem, Stiliconis filiam, Romæ ſibi deſpondet uxorem, conciliante Serena Stiliconis conjuge. Adferebatur eodem pene tempore nuntius de morte Arcadii Auguſti, qui novis Stiliconis conſiliis occaſionem aperuit. Quæ prorſus & ipſum & cum eo Occidentale imperium perdiderunt. Nam Honorius de Arcadii fratris obitu certior redditus Stiliconem ad ſe vocavit, deque rebus Orientis agere ingreſſus, ſe cupere Conſtantinopolim ire dixit ad res imperii & Theodoſii pupilli conſtituendas. Quod conſilium improbans Stilico, referebat intereſſe Reipubl. ipſum in Italia manere, ne Conſtantinus, qui jam totam Galliam percurriſſet, atque Arelate regnaret, aut Alaricus, qui in Norico infirma pace ac lubrica fide ſederet, ubi Italiam armis deſtitutam, & Imperatore vacuam deprehendiſſet, impetu repentino eam invaderet: præſtare autem ut Alaricus in Conſtantinum cum Barbarorum parte contenderet, ipſe vero cum Romanis legionibus ac literis Principis Conſtantinopolim pergeret; ibique quæ egere correctionis videretur emendaret, occultato, ut alii volunt, vero conſilio, quo videlicet perempto Theodoſio Arcadii filio, Orientale imperium Eucherio ſuo conciliaret. Quæ cum Honorius ut prudenter & cum fide dicta probaſſet, datis ad Theodoſium & Alaricum literis Ticinum deceſſit. In itinere autem Olympius, vir ſplendida in prætorio militia præditus, cum vacuas Principis aures eſſet adeptus, Honorio perſuaſit, Stiliconem nulla alia de cauſa iter in Orientem optare, quam ut Theodoſio ſublato imperium in Eucherium filium transferret; ac Ticinum progreſſus, ad ſeditionem milites incitavit. Quod cum Stilico Bononiæ cognoviſſet, atque Honorium, qui occiſus inter ceteros dicebatur, vivere comperiſſet, Ticinum adire ad puniendos pro autoritate milites, quod a multis ſuadebatur, abnuit, quod & eos timeret, neque conſtantem Honorii erga ſe animum cerneret, ſed Ravennam ſibi redeundum putavit. Stilico vero, ut vidit etiam barbaros, quos ſecum

Anno Chriſti

Stiliconis filiã uxorem ſibi legit Honorius.

CCCC VII.

Stiliconis artes & inſidiæ, quibus occupare imperium tentavit.

Anno Christi

habebat inter ſe diſſentientes, Ravennam petens, civitates in quibus barbarorum liberi & conjuges conſidebant, admonuit ne quem barbarorum ad ſe venientem admitterent. Ubi Ravennam Stilico adiit, literæ ſubito Honorii ab Olympio ad Ravennatem exercitum miſſæ venerant, ut Stiliconem comprehenderent, atque in cuſtodiam darent. Qua re percepta Stilico perturbatus per noctem in templum, ut vitæ ſuæ conſuleret, confugit. Ubi illuxit, milites ædem ingreſſi cum jurejurando, præſente

Juſſu Honorii in cuſtodia habetur Stilico, & interficitur.

Epiſcopo affirmarunt, ſibi non eſſe a principe imperatum, ut eum perimerent, ſed tantum ut cuſtodirent: ipſum hac fide egreſſum ſub cuſtodia habuerunt. Tum vero alteræ literæ ab eodem, qui priores attulerat, redditæ, quibus præcipiebatur, ut Stiliconi ob delicta adverſus Rempublicam vita eriperetur. Atque ita interfectus eſt Kal. Septembr. vir domi militiæque inſignis, acer conſilio, manu promptus, principibus charus, ſed charior militibus, & denique maximo cuique Ducum comparandus, ſi unam hanc notam eximas. Hæc fere de eo Zozomenus & Zozimus. Nam alii alias necis cauſas adferunt. Mortem

CCCCVIII.

Stiliconis, quæ in annum circiter quadringenteſimum & octavum confertur, ſubſecuta eſt biennio poſt, obſidente Alarico, urbis deditio, & Gallæ Placidiæ, Cæſaris Honorii ſororis, abductio. Ipſe Honorius Ravennæ ſe continens tam atrocibus tem-

Honorii impar animus aut cura.

poribus caput non objecit. Franci eodem fere temporis tractu, Renato Profuturo apud Turonenſem teſte, cum hac opportunitate, tum Conſtantini quoque, rerum in Galliis potientis, ſocordia invitati, in Galliam, quam toties vario incurſionum bellorumque eventu tentaverant, neque firma adhuc retinere poſſeſſione potuerant, magna mole, Rheno ſuperato, irrumpunt,

Franci eâ occaſione in Galliam irrumpunt.

& præter alias, tum præcipue urbem Treverorum, tractus iſtius caput, captam diripuerunt flammiſque exuſſerunt. Quod ubi Vandali ſociique (quos jam tranſgreſſos Rhenum amnem conſtat) ſenſere, ſibi rebuſque ſuis metuentes magna vi Francis occurrunt. Ac Franci, animadverſo Reſpendialem Alemanorum regem (Goare ad Romanos tranſgreſſo) de Rheno agmen ſuorum convertere, ſeſe in Vandalos feſtinato intulere, ac Godegiſalo rege eorum extincto, viginti ferme millia ferro peremere, univerſos ad internecionem deleturi, ni Alanorum vis in tempore ſubveniſſet, ut habet Renatus idem Profuturus, jam

modo nominatus. Hac ingenti clade fracti Vandali, Alani ac Suevi, ne iterum cum Francis decertandum ſibi eſſet, Gunderico Godegiſili (Godegiſci eſt in Procopio) filio rege deſignato, conſilium è Gallia abeundi ceperunt, atque ad Pyrenæos profecti, præſidioque Honoriacorum, quos Conſtantinus limiti impoſuerat, ſibi adjuncto, in Hiſpanias trajecerunt, ulterioremque ingreſſi Provinciam, Duces Romanorum nil tale opinantes aggreſſi plurimos in poteſtatem adduxerunt. Hanc trajectionem Kal. Octob. factam Proſper, Caſſiodorus & Jornandes in annalibus ſcriptum reliquere. Britanni exinde intellecta Francorum tam memorabili adverſus Vandalos victoria, vel metu eorundem, vel literis Honorii acceptis, exciti arma ſumſere, ut ſe ab eorum impetu ſervarent: eoſdemque ſecutæ civitates Armoricæ ſe quoque in libertatem vindicarunt, Magiſtratibus Romanis expulſis, & conſtituta pro arbitrio Republica. Franci autem (fortaſſe quod in ſocietate tum adhuc eſſent Romanorum) ſeſe trans Rhenum, pulſis, ut diximus, Vandalis, recepere. Unde & factum, ut ſoli Burgundiones cum parte Alanorum in Galliis tum remanſerint. Ceterum de urbis Romanæ miſeranda clade ac direptione, quam eadem hac tempeſtate accidiſſe innuimus, operæ eſt D. Hieronymum tum adhuc ſuperſtitem, & ſenio pene confectum, ita perorantem audire: *Capitur urbs, quæ totum cepit Orbem, in fame periit antequam gladio. Et vix pauci qui caperentur inventi ſunt. Ad nefandos cibos erupit eſurientium rabies, & ſua invicem membra laniarunt, dum mater non parcit lactenti filio, & ſuo recipit utero, quem male ante effuderat. Nocte Moab capta eſt, nocte cecidit murus ejus. Quis cladem illius noctis, quis funera fando explicet?* Per eoſdem dies Gerontius, de quo dictum, Britannus, militum Conſtantini, jam ſupra memorati, antea præfectus, tunc hoſtis redditus, ex Hiſpania cum firmiſſimo exercitu adverſus Conſtantinum in Galliam movit. Eaque re accepta, Conſtantinus Conſtantem filium Viennam tenere, atque ibi ſe confirmare præcipit: Edobechum vero Francicorum manipulorum ductorem ad accerſenda è Francia & Alemanis auxiliariorum ſupplementa trans Rhenum demiſit. Gerontius Pirenæum jam tranſgreſſus primo Viennæ ad Rhodanum ſitæ caſtra admovit, atque oppidum acri urgere oppugnatione contendit. Eoque haud magno momento potitus Conſtantem in poteſtatem adductum vita exuit.

Anno Chriſti

Vandali, Alani, ac Suevi à Francis caeduntur.

CCCC VIII.

Mira rerum in Romano imperio perturbatio.

Anno Chriſti Inde cum ad Arelate duxiſſet, Conſtantinum exercitu circumfuſo obſedit. Neque ita multo poſt Conſtantius, Placidiæ, Honorii ſororis, poſtmodum maritus, cum delectu valido ex Italia ab Honorio miſſus advenit, ac caſtra item ad Arelate locavit. Quod ubi Gerontii miles cognovit protinus ad Conſtantium plerique conceſſere, uſque adeo ut Gerontius de ſe ſollicitus, cum paucis fugam in Hiſpaniam inſtituere ſit conatus. Atque ita Conſtantius cœptam Arelatis a Gerontio obſidionem continuavit. Ibi cum Edobechum magna cum Francorum aliorumque caterva advenientem intelligeret, haudquaquam, quin ei occurreret, ambigendum putavit. Itaque ſtatim Ulphilam præfectum ſuum cum firma militum manu præmiſit, atque ipſe ſubſequi cum altera cœpit. Ulphilas, callido ſtratagemate, inſidiis in itinere poſitis, Edobechum cum omnibus copiis præterire permiſit. Inde, ut compoſitum fuerat, ipſe a tergo, Conſtantius a fronte inopinato ſe obtulit. Atque ita in medio deprehenſi & cæſi & profligati ſunt omnes. Edobecho fugienti caput ab hoſpite, cujus opem imploraverat, a cervice reciſum, & ad Con-

CCCC IX. ſtantium delatum fuit. Hac Edobechi novarumque ex Francia copiarum internecione accepta, Conſtantinus per quatuor jam menſes obſeſſus imperio ſe abdicavit, ac ædem ſacram ingreſſus Preſbyteri habitum induit. Iiſque rebus adducti Arelatenſes, jurejurando de incolumitate accepto, patefactis portis, Conſtantium receperunt. Ille urbem ingreſſus Conſtantinum cum altero filio Iuliano redegit in poteſtatem, atque in Italiam ad Honorium direxit. Quod ubi Honorius didicit, percuſſorem cum ſatellitibus obviam miſit, qui ad amnem Mincium capite utrumque truncavit. Maturandæ Arelatenſium deditioni cauſam attulit Iovinianus vir nobilitatis ac potentiæ ſingularis, qui coacta haud contemnenda popularium manu Auguſtalia apud Arvernos inſignia aſſumſit ac Francis, Burgundionibus aliiſque ſibi adſcitis Conſtantio ſe adverſarium tulit. In Hiſpania milites, poſtquam Gerontium rebus conclamatis rediiſſe cognovere, concurſu facto domi circumſederunt, ac ſtrenue ſe cum paucis defendere molientem, igne tectis injecto, eo deſperationis redegerunt, ut poſt familiarem ſuum & Nonnichiam uxorem occiſam, ſibi manus intulerit, defoſſo in pectus gladio.

Ad uberiorem jam memoratorum, præſertim ex Hiſtoria

Renati Profuturi, illuſtrationem, pretium operæ fore judicavi, ſi ipſa Hiſtoriographi verba, ſeu fragmenta potius, prout ea citantur Gregorio Turonenſi, hic ordine ſubjicerem. Ait ergo Gregorius laudans, quem dixi, Profuturum: *Renatus Profuturus Frigeridus, cum Romam refert à Gothis captam atque ſubverſam, ait: interea Reſpendial Rex Alemanorum, Goare ad Romanos tranſgreſſo, de Rheno agmen ſuorum convertit, Vandalis Francorum bello laborantibus, Godigiſilo Rege abſumto, acie viginti millibus ferro peremptis, cunctis Vandalorum ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore ſubveniſſet.* Et ſtatim ibidem: *Cum ait, quod Conſtantinus aſſumpta tyrannide, Conſtantinum filium ad ſe de Hiſpaniis venire juſſiſſet, ita diſſeruit: Accito Conſtantinus tyrannus de Hiſpaniis Conſtante filio itemque tyranno, quo de ſumma rerum conſultarent præſentes, factum eſt ut Conſtans inſtrumento aulæ, & conjuge ſua Cæſaraugustæ dimiſſis, Gerontio intra Hiſpanias omnibus creditis ad patrem continuato itinere decurreret. Qui ubi in unum venêre, nullo ex Italia metu, Conſtantinus gulæ & ventri deditus, redire ad Hiſpanias filium monet. Qui præmiſſis agminibus, dum cum patre reſideret, ab Hiſpania nuncii commeant, à Gerontio Maximum, unum è clientibus ſuis, imperio præditum, atque in ſe comitatu gentium Barbararum accinctum parari. Quo exterriti Edobecco ac Germanicas gentes præmiſſo, Conſtans, & præfectus jam Decimius Ruſticus ex officiorum magiſtro petunt Gallias cum Francis & Alemanis, omnique militum manu, ad Conſtantinum jam jamque redituri.* Item cum Conſtantinum obſideri ſcribit, ita dicit; *Vixdum quartus obſidionis Conſtantini menſis agebatur, cum repente ex ulteriori Gallia nuncii veniunt, Iovinum aſſumpſiſſe ornatus regios, & cum Burgundionibus, Alemanis, Francis, Alanis, omnique exercitu imminere obſidentibus, ita acceleratis moris, reſerata urbe Conſtantinus deditur. Conſeſtimque ad Italiam directus, miſſis à Principe obviam percuſſoribus, ſupra Mincium flumen capite truncatus eſt. Et poſt pauca idem refert: iiſdem diebus præfectus tyrannorum Decimius Ruſticus Agroetius ex primicerio notariorum Iovini, multique nobilis apud Arvernos capti à Ducibus Honorianis, & crudeliter interempti ſunt. Trevirorum civitas à Francis direpta incenſaque eſt ſecunda irruptione.* Hactenus ex Frigerido Profuturo Turonenſis.

Anno exinde quadringenteſimo duodecimo, Honorio nonum & Theodoſio quintum Conſulibus, Ataulphus, qui Alarico ſuffectus eſt, Italia tandem cum omni exercitu ceſſit; Atque in Galliam

Anno Chriſti

Renati Profuturi Frigeridi de irruptionibus Gothorũ fragmenta.

CCCC IX.

Anno Christi

Galliam tranſgreſſus, ſedem Narbonæ, atque in proxima regione ſibi & Gothis ſuis ex fœdere, Honorio Conſtantioque annuentibus, locavit. Quo facto; Honorius Romam repetiit ac lætus, tanquam exonerata aliquando incumbentium Gothorum multitudine & mole Italia; ſecunda vicennalia magnifico ludorum apparatu edidit, populo Romano ac civibus poſt diuturnas tenebras lucem ſe tandem aliquam otii & libertatis aſpicere gratulantibus. Tyrannis pulſis, Vandalis profligatis, Gothis imperio Romano pacatis, reſtabant Burgundiones, qui annis ſuperioribus cum Vandalis in Galliam ſe contulerant, neque cum eis in Hiſpaniam, ut liquet, tranſmigrarant. Hos igitur ad integram laudem liberatæ Galliæ comparandam ſibi etiamnum adoriendos Conſtantius arbitratus eſt. Burgundiones hoc agi intelligentes, nec ſatis ad reſiſtendum parati aut pares, bellum averſati pacem popoſcerunt. Quibus & ipſe Conſtantius, ne gloriam fortaſſe rerum bene geſtarum aliqua labe obfuſcaret, libenter annuit, ſedibuſque ad Rhodanum aſſignatis, fœdere ſibi devinctos dimiſit. Quod ubi Franci cognoverunt, animo vehementiſſime perturbati ſunt, atque ægrè ferentes Burgundiones, non maximis opibus homines, prope nullo negotio quietas in Galliis ſedes adeptos, quas ipſi, pluribus adhuc impreſſionibus factis, obtinere non potuiſſent, repente collecto exercitu Rhenum tranſgreſſi, ac præter cætera, *oppidum Trevirorum*, Provinciæ caput, denuo ceperunt, captumque cum diripuiſſent, ſubditis flammis incenderunt. Hanc Francorum in Gallias trajectionem factam Sigonius refert Duce *Marcomiro*, Francorum Rege. In quo ſane falli eum inde liquet, quod *Marcomirus* & *Suno* Reges, aut exilio multati, aut interfecti a Stilicone jam ante fuerint; quemadmodum ex Claudiano, ejus ævi ſynchrono, ſupra oſtenſum eſt. De Treverorum autem clade ac calamitatibus refert, inter cætera, Salvianus, Maſſilienſis Preſbyter, non ſemel aut iterum, ſed quater eorum incenſam ac vaſtatam civitatem: *Vidi*, inquit, *ego ipſe Treveros, domi nobiles, dignitate ſublimes, licet jam ſpoliatos atque vaſtatos, minus tamen everſos rebus fuiſſe, quam moribus. Lugubre eſt referre quæ vidimus, ſenes honoratos, decrepitos, Chriſtianos, imminente admodum jam excidio civitatis, gulæ ac laſciviæ ſervientes. Quid primum accuſandum eſt? quod honorati, an quod ſenes, an quod Chriſtiani, an quod periclitantes? &c.* Et ſtatim: *Denique*

Francorum expeditio in Galliam.

CCCC IX.

Sigonius notatur.

expu-

expugnata eſt quater urbs Gallorum Treveris opulentiſſima. Et poſt pauca: *Quos hoſtis in excidio non occiderat, poſt excidium calamitas obruebat, cum id quod in excidio evaſerat morti, poſt excidium ſupereſſet calamitati. Alios enim impreſſa altius vulnera longis mortibus necabant, alios ambuſtos hoſtium flammis etiam poſt flammas pœna torquebat. Alii interibant fame, alii nuditate, alii tabeſcentes, alii rigentes, ac ſic in unum exitum mortis per diverſa genera corruebant.* Cum autem Conſtantius, qui Frigerido Aſterii cognomine appellatur apud Turonenſem, hoc ipſo rerum momento codicillis imperialibus Honorii, patriciatum & conſularum fuiſſet ſortitus, Romam rediit. Locum ejus Caſtinus Domeſticorum Comes obtinuit, qui expeditione confeſtim in Francos ſuſcepta, in Galliam citato itinere properavit, ac Conſtantio Conſtanteque conſulibus anno Chriſti quadringenteſimo decimo quarto, variis prœliis proſpere factis, oppida invaſa Francos relinquere & Rhenum repetere adegit. Dum autem ille bello Francico & limite adverſus Tranſrhenanos tutando occuparetur, Rex Gothorum Ataulphus diſcordiæ ſemina cum Honorio quærens, Attalum, quem ſecum ex Italia duxerat, ad reſumenda Auguſtalia inſigniæ incitavit. Quod ut Honorius percepit, Ataulphum ictum fœdus violaſſe interpretatus, bello perſequendum, ut hoſtium ſuorum fautorem, decrevit: Conſtantiumque unicum rerum ſuarum præſidium, iterum in Galliam deſtinavit. Qui & anno ſequente, Ataulphum cum Attalo cepit & captum triumpho Honorii reſervavit; ſed Placidiæ, Ataulphi tunc conjugis, precibus cum eo fœdus redintegratum: quod Gothis, quibus bellum pace potius videbatur, cum diſplicuiſſet, Ataulphum Barcinonæ per inſidias interemerunt, atque ei Sigericum, atque inde Walliam ſuffecerunt: qui Placidiam, Honorii, ut ante dictum, ſororem, honorifice ac reverenter apud ſe habitam reſtituit, eamque Conſtantius Romam decedens ad Honorium, rebus præclare geſtis, reduxit. Honorius Conſtantium, cujus virtute & dignitatem retinuerat, & Galliam liberaverat, duplici affecit honore: nam & Conſulem iterum deſignavit, & ſororis Placidiæ matrimonio decoravit. De Attalo interea anno Chriſti CCCCXVII. triumphus tamen ductus eſt. Qui vinctis poſt tergum manibus ante currum incedens, truncata deinde in pœnam perfidiæ dextra, Liperas relegatus eſt.* Honorio poſtmodum XII. & Theodoſio VIII. Coſs. Placidia Ra-

Anno Chriſti

CCCCXIV.

Ataulphi, Gothorum Regis, diſcors ab Honorio animus.

Anno Chriſti

vennæ puerum Conſtantio peperit, qui poſt Honorium imperium obtinuit, Valentinianus nomine.

Gallia à tribus populis poſſeſſa, Romanis, Burgundis, & Gothis.

Hoc tempore Gallia a tribus populis poſſeſſa, *Romanis*, *Burgundionibus* & *Gothis*. *Romani* omnia tenuére a Rheno ad Ligerim, exceptis Aremoricis civitatibus, quarum aliquæ, ut diximus, uſurpata libertate, defecerant: *Gothi* trans Ligerim totam poſſidebant Aquitaniam: *Burgundiones* quidquid erat circa Rhodanum, Rhenum ſuperiorem verſus, paucis aliquot civitatibus in fide Romanorum perſiſtentibus. Hiſpaniam vero citeriorem partim *Gothi*, partim *Romani*; ulteriorem fere omnem *Vandali* cum ſociis retinebant. Quod vel ideo hoc loco additum volui, ut intelligeretur, Francos, etiamſi ſæpe Rhenum & imperii Borealem limitem invaſiſſent, tunc tamen in veteri & prima ſua Francia ſedes adhuc habuiſſe. Ut obſervat diligentiſſimus Iſacius Pontanus Lib. IV. Originum Francicarum.

CCCCIX.

Cum fine Theodoſii quidam quaſi finis factus eſt Romanorum imperii in Occidente.

Cum fine igitur Theodoſii finis quaſi quidam factus eſt Romanorum imperii in Occidente, per imparem Arcadii & Honorii ætatem, & eâ abutentem Stiliconis perfidiam ac ambitionem. Qua de re multa egregia, & quæ inprimis huc faciunt, & conjunctim omnia, & ex antiquis graviſſimiſque auctoribus deſumpta, apud Onuphrium Lib. III. Deſcriptionis Imperii Romani leguntur.

Expoſui, inquit, præcipuam imperii caſus cauſſam fuiſſe, novam illam quam Conſtantinus Imperator fecit imperii conſtitutionem, qua auctore Zoſimo, Rheni & Danubii ripas XV. legionum præſidio ſpoliavit, & quod unum firmiſſimum ac ſtabile erat, quum in duo diviſiſſet infirmum, & imbecille reddidit. Quamvis non inficias eam, imperium ipſum malis inſtitutis in præceps labens, eorum qui poſt Theodoſium fuerunt Imperatorum fatali ignavia, & ſocordia omnino corruiſſe, ut non minus in eo perdendo laboraſſe videantur, quam veteres illi duces in ejus magnitudine aſſerenda. Quid enim Romano imperio pernitioſius accidere potuit Honorio, & Valentiniano III. Imperatoribus? Sub quorum principatibus vix quinquaginta annorum intervallo, id concidit & everſum eſt, in quo acquirendo, mille fere annorum præſtantiſſimorum ducum labores & vigiliæ conſumptæ erant.

Mali origo à quibus populis.

Omnium malorum & ruinæ ab ejus regionis populis initium ortum eſt, qui Rheno, & Danubio Romani im-

periì clauſtris olim firmiſſimis claudebantur. Hi fuerunt Getæ, id eſt, Gothi in Viſegothos, & Oſtrogothos diſtincti, Hunni, Alani, Vandali, Franci, Burgundiones, Heruli, Longobardi, & multi alii, qui regiones frigidas & incultas obtinentes, in eam aliquando excreſcebant multitudinem, ut natale ſolum ſæpe relinquere coacti, ad novas quærendas ſedes, flumina Danubium, & Rhenum tranſierint. Hinc Cimbri, Teutones, Ambrones, Daci, Getæ, Scythæ quum ſæpe exiiſſent, Romanum imperium etiam ante Conſtantini tempora acriter vexaverunt. Quorum vim quum Auguſtus, providentiſſimus Princeps, præſenſiſſet, eam validiſſimis legionibus ſuper amnium ripas collocatis reprimere poſſe exiſtimavit. Cujus inſtitutis a ſequentibus Romanis principibus conſervatis, & auctis, imperium Romanum integrum, atque a barbarorum furore illæſum cuſtoditum eſt. Verum legionibus a fluminibus tanquam foribus a portis remotis, quum legionum timore amoto, barbari in Romanas Provincias irruere cœpiſſent, iis acriter Romani aliquot Imperatores reſtiterunt. Quorum noviſſimus Theodoſius Imperator fuit. Hic barbaros Valentis Imperatoris cæde, & magna Romano nomini clade illata audaciores factos, ingentibus præliis obtrivit, atque intra ſuos terminos coërcuit. Quo mortuo quum filios Arcadium & Honorium pueros adhuc tanti imperii ſucceſſores, treſque his tutores Gildonem, Rufinum, & Stiliconem, præſtantiſſimos rei militaris Duces, reliquiſſet, haud ita multo poſt, ob eas quas referam cauſſas, imperium, quod ad ea tempora integrum perductum fuerat, corruere cœpit, barbaris non haud prohibitis ſolum, ſed ultro etiam dolis, & proditione aut evocatis, aut in Romanas Provincias irruentibus non compreſſis.

Anno Chriſti CCCCIX.

Ex neglecto etiam prudentiſſimo conſilio Auguſti.

Septentrionalis regio quanto magis ab æſtu ſolis remota eſt, & magnis frigoribus vexata, tanto ſalubrior corporibus hominum, & propagandis conſervandiſque gentibus eſt commodior, perinde ac contra, meridies omnis, quo Solis eſt fervori propinquior, eo morbis & infirmitatibus eſt magis obnoxius, & hominibus educandis minus aptior. Hinc factum eſt, ut tot gentium manus iis in regionibus ortæ ſint, quæ Rheno & Danubio fluminibus continentur. Ex quibus multæ & innumerabiles gentes ſæpe egreſſæ, quæ non ſolum Aſiam, ſed Europam & Africam afflixere, præſertim quum terras aſperas, incultas, & infrugi-

Fecunditas ac frequentia Septentrionis gentium, ejuſque cauſa.

Anno Chriſti

feras colerent, quare iis ſæpe neceſſe erat diviſione facta patrias regiones relinquere, & ad novas quærendas ſedes commigrare. Hinc hi barbari egreſſi, qui Romanum imperium exciderunt. Quorum præcipui fuere antiquis temporibus Scythæ, & Getæ, recentioribus vero Gothi appellati; quorum qui Orientales regiones tenebant Oſtrogothi, qui occiduas Viſegothi vocati. Præter eos fuerunt omnium ſæviſſimi Hunni, Vandali, & Alani, Franci, Burgundiones, Gepidæ, Heruli, & Longobardi. Primi omnium Gothi, quos cum aliis barbaris flumina tranſire auſos Conſtantinus Imperator primum, dein Julianus Cæſar, tum Valentinianus magnis affecerant cladibus, atque intra ſuos fines continuerant, ſub Valente bellum cum Romanis diu intermiſſum hanc ob cauſſam repararunt. Haud multo tempore ante Valentis Imperatoris obitum, Gothi trans Iſtrum conſtituti, bello civili ob agrorum fines exorto, inter ſe conflictabantur. Eorum parti alteri Fritigernus Arianæ religionis, alteri vero Athanaricus adhuc gentilis præerant. Quum Athanarici factio prævaluiſſet, Fritigernus auxilia ab Imp. Valente petiit. Valens ſtatim Thraciarum Ducibus imperavit, ut Fritigerno contra Athanaricum præſto eſſent, qui a Romanis cum ſua Gothorum factione victus, his poſtremo conditionibus ex Imperatoris Valentis auctoritate pacem cum Fritigerno fecit, ut uterque eas regiones obtinerent, ipſeque orientalem partem, Fritigernus vero occiduam agrorum, quos trans Iſtrum habebant, poſſiderent: hinc Oſtrogothorum & Viſegothorum, hoc eſt, Orientalium & Occidentalium Gothorum nomen ortum. Viſegothi poſt hæc a bello quieti, pacem cum Romanis habebant. Haud multo poſt civiles Gothorum ſeditiones ſedatas, Hunni diu in propriis & inacceſſis clauſi montibus, repentina rabie & furore perciti, palude Meotide egreſſi, relicto patrio ſolo, Gothis bellum intulerunt, in quo Oſtrogothis vectigalibus factis, Viſegothorum, quos aliquot prœliis vicerant, & patriis ſedibus agriſque ejecerant, transdanubianas regiones ſibi ipſis vendicavere. Viſegothi natali ſolo ab Hunnis pulſi, Danubio trajecto, a Valente ſine ulla fœderis pactione, & armorum depoſitione intra imperii Romani limites ſuſcepti ſunt. Qui eis Thraciæ partem ad habitandum conceſſit, arbitratus ſe eorum opera in reliquis barbaris oppugnandis uſurum. Gothi per avaritiam Maximi,

Atque hæc inprimis cauſa frequentium ex patria migrationum.

CCCC IX.

Oſtrogotis & Viſegothi qui dicti.

Thra

Thraciarum Ducis, fame ad rebellandum coacti, Thraciæ finibus non contenti, ut erant animo & moribus immites, vicinas ſibi regiones, & urbes populari cœperunt, qui a Valente admoniti, quum nec a rapinis quieſcere vellent, nec de his quæ contra Imperatorem geſſerant, ſatisfacere, bellum iis Valens indixit. Superatis autem prima congreſſione Romanis, Gothi per omnem Thraciam diffuſi ſunt. Imper. Valens exercitu, adverſus eos educto, lacrymabile in Thracia bellum geſſit, in quo ad primum Gothorum impetum, perturbatis Romanorum equitum alis, Romanæ legiones equitum præſidio denudatæ, & a Gothis cinctæ, uſque ad internecionem cæſæ ſunt. Valens Imp. quum ſagitta ſaucius fugeret, & ob dolorem nimium ſæpe equo laberetur, ad cujuſdam villulæ caſam deportatus eſt. Ubi ſupervenientibus Gothis, domo incenſa, vivus quoque crematus eſt anno imperii XIV. vitæ L. Contigit hæc clades, qua nulla poſt Cannenſem Romano nomini exitiabilior fuit, VI Idus Augſti, anno Chriſti CCCLXXVIII. Valente VI. & Valentiniano juniore II. Aug. Coſs. Occiſo Valente Theodoſius Dux rei militaris peritiſſimus, a Gratiano Occidentali Imperatore Auguſtus appellatus, atque Orientali imperio præpoſitus eſt. Gothi interim Valentis cæde ſuperbiores facti, omnem Thraciam igni ferroque vaſtarunt, Conſtantinopolim aggreſſi, eam aliquot menſibus obſederunt. Hunni quoque, qui Viſegothos expulerant, & cum iis Oſtrogothi, & Alani, audita Romanorum clade, trajecto Iſtro Pannoniam, Mœſiam, & Daciam devaſtabant. Theodoſius imperio Orientali ſuſcepto, ſumma felicitate, multis atque ingentibus prœliis Gothos vicit, & è Thracia ejecit. Alanos, & Hunnos bello aggreſſus fregit, eiſque trans Iſtrum effugatis, Romanas Provincias omnes liberavit. Poſtremo, ne parvam Romani exercitus manum aſſiduis bellis conſumeret, pacem cum Athanarico Rege Viſigothorum fecit, cumque Conſtantinopolim evocavit; ubi quum XV die poſtquam advenerat obiiſſet, Gothorum univerſa gens rege defuncto, Theodoſio ipſi, Romanoque imperio ſe dediderunt, quorum opera duobus aſperrimis bellis civilibus Maximi & Eugenii, item in multis externis, uſus eſt. Theodoſio mortuo, cujus metu omnes Barbaræ nationes intra ſuos quæque fines quieverant, Viſegothi, qui quindecim fere annis ſine rege Romanis ſervierant, puerorum Impe-

Anno Chriſti

Bellum contra Gothos.

Clades inſignis Romanorum.

CCCC IX.

Gothi dedunt ſeſe Romanis.

Anno Christi

ratorum ætatem negligentes, contra fœdus regem ſibi elegerunt Halaricum, qui ſtrenue ſub Theodoſio inter Gothos militaverat. Injuriam imperio factam diſſimulare coactus eſt Imperator Honorius. Nam Hunni & Alani audita Theodoſii morte, Iſtro iterum trajecto Pannoniam, Mœſiam, & finitimas regiones occupaverant. Pace enim cum Alarico Rege facta, magiſter militiæ ab Imperatore creatus eſt, atque contra Hunnos miſſus. Quibus a Gothis intra Pannoniæ fines compulſis, quum in Italiam victor reverſus eſſet, ſedes ſibi, agroſque ab Imperatore petiit, tot pro Romani imperii dignitate tuenda laborum præmium. Honorius timore Gothorum perterritus, Gallias his conceſſit, quas paulo ante Vandali, Suevi & Alani, clam a Stilicone invitati, occupaverant, Qui quum in Gallias ire pergerent, & ad portanda itineris neceſſaria apud Pollentiam reſediſſent, Stilico in perniciem Romani nominis Gothis nihil ſuſpicantibus, die ſancto Paſchali bellum intulit, non ut extinguere, quod in manu ejus erat, ſed ut laceſſeret. Quibus tumultuantibus rerum novandarum materiam haberet. Sed antequam cœpta perficeret, Honorii juſſu, quum ejus inſidias cognoviſſet, occiſus eſt. Gothi vero Stiliconis perfidia exagitati, cœ-
CCCCIX. ptum in Gallias iter deſerentes, Romam citato greſſu contendunt, urbem IX Kalend. Septembr. capiunt, incendunt, & populantur, Varrone & Tertullo Coſs. Anno Chriſti CDXI. Imperatorem per ludibrium Atallum quendam Senatorem creant. Urbe egreſſi Campaniam, Lucanos, Bruttios, & magnam Græciam ferro, incendiis, & rapinis acerbe vexarunt. Mortuo vero apud Conſentiam Alarico, Athaulphus Rex in ejus locum conſtitutus, in urbem reverſus eſt; quæ ſuperfuerant locuſtarum more Gothi abradunt; Galliam Placidiam ſororem Imperat. Honorii urbe abductam Athaulphus uxorem duxit. Atque in Gallias Alarico olim deſtinatas ab Honorio ſedes profectus eſt. Quæ vero bella in Galliis primum, deinde in Hiſpaniis Viſegothi contra Vandalos, & Alanos geſſerint, & quo modo poſtremo Franci, & Burgundiones Gallias, Viſigothi Hiſpanias, Vandali Africam, & Oſtrogothi Italiam occupaverint, paulo poſt exponam.

Irruptiones Barbarorum in Provincias Romanas Occidentis.

Theodoſio Imp. mortuo, cujuſq; virtutis metu amoto, Romanum imperium undique partim vi, partim Ducum Romanorum perfidia vexatū, & attritum eſt. Tunc enim gens omnium ſæviſſima

Hun-

Hunnorum, quam Theodoſius per Pannoniam ſe diffundentem deviccrat & trans Danubium ejecerat, iterum Iſtro trajecto Pannoniam omnem, Daciam, Mœſiam, Noricum, Rhetias, Illyrici & Thraciæ partem ſub ejus rege Balamber occupavit, quas Provincias diu ante a Cæſare Auguſto Romano imperio adjunctas, quum eas Hunni invaſiſſent diu poſſederunt. Hujus gentis reges fuerunt Sutphar, Rufila, Bleda, & gentium orbiſque flagellum Atila, qui Romano imperio ſub Valentiniano tertio ingentes intulit calamitates, urbes excidit, Provincias devaſtavit, & omnia igni ferroque conſumpſit, Thracias & Illyricum ſæviſſima populatione vexavit, omnia præter Perinthum & Hadrianopolim cepit. Macedoniam poſt hæc, Mœſiam, Achaiam, Græciam omnem populatus eſt. Non contentus his Provinciis, quas majores ſui Romano imperio eripuerant, fortiſſimarum gentium quas debellaverat præſidio fretus, animum ad occupandum totum Occidentis imperium intendit. In Gallias primo tranſgreſſus, memorabili prœlio in campis Catalaunicis ab Ætio patricio adjuvantibus Meroveo Francorum, & Theoderico Viſegothorum regibus victus, in Pannoniam redire coactus eſt, reparatis viribus, quum expeditionem in Italiam edixiſſet, & Aquileia capta, & diruta, Venetiam omnem devaſtaſſet, dum ultra progredi pararet, obvium habuit Leonem Papam pro pace a Valentiniano Imperatore miſſum, cujus precibus exoratus, relicta Italia in Pannoniam reverſus eſt. Ubi dum iterum in Italiam redire pararet, morte repentina deceſſit. Poſt cujus obitum Hunnorum imperium, quod toti orbi formidabile erat, paulatim labefactari cœpit, quum Oſtrogothi, Gepidæ, Heruli, Marcomani, Toringi, Suevi, Quadi, Rugi, & Septentrionales alii populi ab eo defeciſſent. Quibus rerum tumultibus Hunni ab Oſtrogothis victi, Pannonia & finitimis regionibus, quas Romanis antiquitus ereptas longo tempore tenuerant ejecti ſunt, & in Scythiam fugati. Pannoniam & Hunnorum regiones Oſtrogothi primum, mox Longobardi, deinde Hunni a Longobardis vocati, iterum uſque ad Caroli Magni tempora tenuerunt: quibus, quum ab Ungaris Septentrionalibus populis bello petiti eſſent, omnes fere ad nihilum redacti ſunt, Pannoniaq; & antiquæ Hunnorum ſedes ab Ungaris ſunt occupatæ. Qui rege ſibi creato, ad noſtra uſq; tempora Pannoniam poſſedere, in quibus a Turcis ejus majori parte ſpoliati ſunt.

Anno Chriſti

CCCC IX.

Irruptiones Barbarorum in Provincias Romanas Occidentis.

Theo-

Anno Chriſti

Diſſidia Romanorum, & ex iis exitium imperii.

Theodoſio Imperatore vita functo, a quo tempore imperii Rom. exitium inchoatum, veluti rapidiſſimo torrente in præceps tractum eſt, quum ejus filii adhuc pueri eſſent, barbari à Theodoſio domiti undique laceſſerent, diſſenſiones civiles de repente ad omnium miſeriarum cumulum exortæ ſunt. Certamen enim inter tres tutores de rerum adminiſtratione ortum, eo tandem proceſſit, ut Gildoni & Rufino proditionis, & ſecretorum cum barbaris fœderum, quæ contra imperium inierant, reis occiſis, ſolus ſuperfuerit omnium peſſimus & callidiſſimus, Romanique imperii exitio natus Stilico. Qui contra affinitatis & amicitiæ jus (erat enim Honorii Imp. ſocer) quum Honorio genero inſidias aſtruere, filioque ſuo imperium parare ſtuderet, Romanis copiis & fidei diffidens, Hunnos ante omnes, Vandalos, Suevos, Alanos, Burgundiones, & alios immanes barbaros, in Romanas Provincias clam evocavit, evocatos fovit, &, quum eos delere poſſet, conſervavit: quorum beneficio, & præſidio, Honorio occiſo, imperio filium compararet. Ipſe poſt

CCCC IX. Theodoſii mortem Hunnos in Pannoniam evocavit; ipſe Gothis rebellare, & ut Alaricum regem crearent perſuaſit; cum ſæpe concluſum incolumem dimiſit; illum ut contra Honorium inſurgeret impulit, & poſtea nihil tale ſuſcitantem, quum ad Gallias ab Honorio ſibi deſtinatas pergeret, ferro laceſſivit; unde irati barbari Romam populati ſunt. Ipſe Rhadagaiſum Scytham

Rhadagaſi Scythæ expeditio in Romanos, & clades.

cum ducentis millibus hominum in Italiam accivit, qui poſtea in montibus Feſulanis concluſus, victus & occiſus eſt. Ipſe poſtremo Vandalos, Suevos, Alanos, & Burgundiones, immaniſſimos barbaros, ut Gallias invaderent, clam ſollicitavit. Qui cum ingenti multitudine Arcadio VI. & Probo Coſs. anno Chriſti CCCCVI. Rheno trajecto prid. Kal. Januarias Gallias Croſco Duce ingreſſi eſſent, omnia ferro, flammis, vi, & rapinis ſubverterunt, Epiſcopos plurimos, & alios ſacerdotes occiderunt, et nihil relictum eſt, quod non impietate defœdarint. Dum hæc in Galliis geruntur, Alaricus Gothorum Rex ab expeditione Hunnica reverſus, Gallias Vandalorum furori expoſitas, ab Imperatore Honorio obtinuit, verum injuriis Stiliconis laceſſitus, Galliarum expeditione omiſſa, Italiam omnem urbe capta vaſtavit. Hujus ſucceſſor Athaulphus Gallicanam militiam aggreſſus, Vandalos & Suevos magnis prœliis victos,

Anno Chriſti

ex Galliis ejecit. Qui in Hiſpaniam migrantes, eam omnem obtinuerunt. Poſt Athaulphum Viſigothorum Rex in Galliis fuit Sigericus, poſt quem Vallia. Hic pace cum Honorio Imperatore facta, Galliam omnem Romanis reſtituit, Aquitania tantum, in qua Gothi habitarent, obtenta. Rebus Galliarum ita compoſitis, haud multo poſt Hunni Attila Rege, qui Occidentis imperium affectabat, Gallias hoſtiliter ingreſſi, omnia devaſtabant. Galliarum præſidio Aëtius miſſus, adjuvante Theoderico Viſigothorum, & Merovæo Francorum regibus, Attilam memorabili prœlio in campis Catalaunicis vicit, atque eo fugato Gallias omnes liberavit. Non longe poſt Aëtius patricius, cujus virtute Occidentis imperium hactenus conſervatum fuerat, a Valentiniano Imperatore occiſus eſt, cum cujus morte etiam imperium concidit. Nam ejus cæde cognita, barbari qui ejus virtutem veriti, intra ſuos fines quieverant, undique excitari cœperunt. Siquidem Hunni reparatis viribus Italiam invaſerunt, Franci & Burgundiones Gallias, quæ Rhenum verſus ſunt, Gothi eas Galliarum partes, quæ Aquitaniæ propinquæ erant occuparunt, atque ita Romanorum brevi in Galliis defecit imperium. CCCCIX. Mortuo Valentiniano, quum Romani imperii dignitas, ita defeciſſet, ut omnia in barbarorum poteſtate jam eſſent; Gothi & Franci cum Burgundionibus bello inter ſe decertare cœperunt. Gothi a Francis ex Gallia exacti, Hiſpanias occuparunt. Vandali qui a Gothis ex Hiſpania ejecti, in Africam tranſierant, Carthagine capta, Africam Romanis eripuere. Franci & Burgundiones Gallias in deditionem redactas diviſerunt, ut Burgundiones propinquas Rheno regiones tenerent, Franci vero interiorem Galliam, quam & hactenus ad noſtra uſque tempora poſſident. Obtinuerunt vero Gallias omnes pacifice Franci ſub regibus Childerico & Clodoveo, circa annum Chriſti CDLXXX.

Irruptiones Barbarorum in Provincias Romanas Occidentis.

Vandali, Suevi, & Alani, a Stilicone in Gallias evocati, Rheno trajecto, eas pene omnes occuparunt; in quibus cum more immanium Barbarorum debacharentur a Gothis Ataulpho, & Vallia regibus ab Honorio Imperatore ad liberandas Gallias miſſis, Galliis exacti tranſito Pirenæo, Honorio VIII. & Theodoſio III. Augg. Coſs. anno Chriſti CDX. Hiſpaniam Romanis ereptam multis annis obtinuerunt. Quum Gothi, qui

Anno Chriſti Galliam incolebant a Francis bello urgerentur, Gothi in Vandalos verſa vice bellum movent, Franci Gothos ex Galliis, Gothi Vandalos, & Alanos ex Hiſpania ejecerunt. Suevos vero ad internicionem ceciderunt. Quo tempore Vandali, & Alani à Bonifacio, qui pro Imperatore Africæ præerat, in Africam evocati, Hiſpanias Gothis poſſidendas reliquerunt. Gothi Hiſpaniam Romanis præſidiis omnino expulſis, quum ſui juris feciſſent, ea ſub ipſorum regibus longo tempore potiti ſunt. A Sarracenis Arabibus, qui Africam occupaverant, ingenti bello profligati, rege Roderico occiſo, Hiſpaniam fere omnem, quam Arabes occuparunt, amiſerunt. Gothi, qui bello ſuperfuerant, quum in Aſturum, Cantabrorum, & Gallæcorum montibus ſeſe muniiſſent, paulatim amiſſas regiones, urbes, & caſtella recuperare cœperunt. Et poſtremo, quum Sarracenorum res in Bætica Hiſpania ſe contraxiſſent, omnemque Hiſpaniam Gothi recuperaſſent, iis etiam a Catholico Ferdinando rege victis, atque omni Hiſpania expulſis, univerſa regio antiquis dominis eſt reſtituta.

Irruptiones Barbarorum in Provincias Romanas Occidentis.

CCCC IX. Valentiniano imperante, Africam Bonifacius pro Romano Imperatore obtinebat; qui inimicorum calumniis apud Imperatorem exagitatus, quum ejus iram vereretur, vitæque ſuæ partim aperta vi, partim proditione inſidiari cognoviſſet, Vandalos, & Alanos, qui tunc in Hiſpaniis cum Gothis bello decertabant, uno aut altero prœlio victos, ex Hiſpaniis in Africam vocavit, ut eam Provinciam pacifice & ſine controverſia obtinerent. Barbari a Bonifacio invitati ſub ſuis regibus Huntherico & Genſerico, mediterraneo freto trajecto, Hierio, & Ardaburio Coſſ. anno Chriſti CDXXVII Africæ partem primum, cum Imperatoris conſenſu, deinde Carthagine capta, omnem invaſerunt, atque Romano imperio eripuere. Africæ occupatione non contenti piraticam in mari exercentes, Siciliam, Sardiniam, Corſicam, & Italiam ipſam latrociniis & prædis vexarunt, urbemque ipſam captam omnibus ornamentis, quæ XIV. dierum intervallo auferre potuerunt, expoliavere. Africam Vandali annos plus minus LXXXVII. obtinuerunt, uſque ad Juſtiniani Imperatoris tempora; a quo quum Vandalis bellum illatum eſſet, capto rege eorum Gilimere, & Vandalis ad internecionem cæſis, Africa omnis imperio Orientali reſtituta eſt, fuitque Africa ſub Imperatorum Orientis jure, uſque ad Leontii impe-

rium

tium, quo tempore ab Arabibus Sarracenis Romano imperio erepta, ab eis ad noſtra uſque tempora, in plures regulos diſtincta, poſſeſſa eſt. | *Anno Chriſti*

Poſt Theodoſii Imperatoris mortem, quum Occidens omnis bellis barbaricis quateretur, multi in Britannia ex Romana ipſa militia tyrannidem arripuerunt, atque bellis potius inteſtinis, quam externis inſula conflictata eſt, uſque ad Ætii obitum, cujus præſidio Romano imperio adhuc conſervata fuerat. Eo occiſo, quum Occidentis imperium à variis barbarorum gentibus hinc inde vexatum eſſet, communium malorum Britanni expertes eſſe non potuerunt. Nam ipſa Romana Provincia, quæ in ea inſula erat, à Pictis, Scotis, Anglis, & Saxonibus populis, qui littora Germanici Oceani incolebant, occupata eſt ipſius Valentiniani Imperatoris principatu. Fuitque primo ſub quatuor vel quinque regibus Britannia. Quot enim gentes fuerunt, quæ eam diripuere, tot etiam reges erant. Proceſſu temporis in duo redacta eſt regna inſula omnis. Nam is qui antiquæ Romanorum Provinciæ præeſt, Anglorum Rex, qui antiquis barbaris, Scotorum appellatur.

Irruptiones Barbarorum in Provincias Romanas Occidentis.

CCCC IX.

Valentiniano Imperatore occiſo, quum Alani, & Vandali Africam, Viſegothi Hiſpaniam, Franci & Burgundiones Gallias, Hunni reliquas Occidentalis imperii Provincias obtinerent, ſola in Romanorum principum poteſtate reliqua erat Italia. In qua, in rerum confuſione, & tumultu intra x x annorum intervallum, decem Imperatores fuerunt, variis & ipſi bellis, & ſeditionibus à barbaris afflicti, & occiſi. Quo tempore Hunnorum & Attilæ univerſæ Italiæ rabie imminente, Romani Scythas, Alanos, & Gothicas quaſdam nationes in Italiam ſui præſidii evocatos, in ſocietatem adſciverant. Unde ab Alarico, Athalapho Gothorum tunc ducibus ingentia ſunt mala perpeſſi, barbarorum præſertim florentibus in Italia rebus. Nam Romanorum adeo principum ea tempeſtate defecerat dignitas, ut ſub decente ſocietatis & fœderis nomine, à peregrinis & barbaris vim paſſi, ita [illegible], ut impudenter ac nefarie ad pleraque cogerentur inviti, & non obtemperantes à barbaris necarentur, quum illi æquum jam ducerent omnibus Italiæ agris ut ſibi concederetur, quorum tertiam antea partem Auguſtuli tunc imperantis patrem Oreſtem juſſerant impertiri. Nam Valentiniano

Anno Chriſti Imperatore occiſo Maximus, Avitus, Majorianus, Severus, Anthemius, Olybrius, Glicerius, Nepos, & poſt hunc Auguſtus Occidentis imperium tenuere. Auguſtum Romani idcirco Auguſtulum vocabant, quia puer admodum imperium ſuſceperat, quod utique Oreſtes pater, vir quidem ſapientiſſimus, gubernabat. Quum Oreſtes tertiæ agrorum partis, quam Gothi poſcebant conceſſionem ſe facturum eſſe omnino negaſſet, à Gothis interfectus eſt. Quo tempore Odoacer quidam natione Herulus, inter Italicos milites Oreſtis quondam armiger, erat, qui Gothis omnia pro eorum arbitrio ſe executurum obtulit, ſi Romanorum principem ſe conſtituerent. Hac ratione quum ſibi tyrannidem comparaſſet, Auguſtulo ipſo Imperatore ſine offenſione alia ulla permiſſo, in privati hominis morem vitam ut duceret, ac tertia Italici agri parte barbaris adtributa, ad decimum annum tyrannidem ſtabilivit.

Per idem tempus Oſtrogothi, qui paulo ante poſt Attilæ mortem cui ſervierant, Iſtro trajecto Imperatoris permiſſu Thraciam incolebant, adverſus Romanos Orientales Theodorico
CCCC IX. Duce, viro tunc quidem Zenonis Byzantii imperantis beneficio patricio & conſulari, arma ſubſtulerant. Imperator Zeno qui
Irruptiones Barbarorum in Provincias Romanas Occidentis. optime diſponere præſentia percallebat, Theodoricum potius ut Italiam peteret monet, & Odoacre tyranno ejecto, Italiæ principatum ſibi Oſtrogothiſque pararet, illi id longe plurimum conducturum æſtimans, præſtanti ac Senatorio viro, ut Tyranno devicto, Romanis & Italicis ceteris imperitaret, quam ſecum ut Imperatore inconſideratius velit armis decernere, ac tantum inire dubiæ belli fortunæ diſcrimen. Theodoricus Imperatoris perſuaſione, & conſilio delectatus, è Thracia Italiam verſus iter cum univerſo Oſtrogothorum populo ſuſcepit. Quum in Italiam veniſſet, Odoacrem triplici prælio victum, poſtremo interfecit. Tum omnibus ſibi conciliatis, Gothorum ſolus & Italicorum imperium tenuit, Romani tamen Imperatoris nec inſignia quidem, nec nomen ſibi deſumpſit, ſed quoad vixit Rex appellatus eſt. Qui quum XXXIV annis regnaſſet, vitam finivit, Athalarico nepote regni Italici hærede relicto. Quo mortuo res Gothorum in Italia ad Theodahatum redacta eſt. Qui regno potitus Amalaſuintam Theodorici filiam, a qua Rex factus fuerat, interfecit. Cum hoc bellum ſuſcepit Iuſtinianus Auguſtus, quod

Gothi-

Gothicum Italicum vocatum eſt, annis XIIX. continuatum, à Beliſario, & Narſe præſtantiſſimis Ducibus geſtum. Bello confecto, & Gothis Italia omni exactis, ipſa cum inſulis Sicilia, Sardinia, & Corſica, imperio Orientali attributa eſt, atque in victoriæ præmium Narſi ab Imperatore adminiſtranda conceſſa. Qui Romanorum procerum invidia exagitatus, à quibus apud Iuſtinum Imperatorem accuſatus fuerat, quum ex Italia revocatus eſſet, contumeliis Sophiæ Auguſtæ irritatus, Longobardos qui tunc cum Hunnis Pannoniam incolebant, quorum præcipue auxilio Gothos Italia expulerat, in Italiam evocavit, & non longe poſt mortuus eſt. Longobardi Italiam ingreſſi, eam fere omnem occuparunt, Græci Imperatoris præſidiis pulſis. Urbs ſola ſupererat Roma in deditionem à Longobardis redigenda, quo toti Italiæ imperitarent, quam quum acriter urgerent, nec ab Orientis Imperatoribus præſidium aliquod ſperaretur, Romani Pontifices ad Francorum longe lateque per totam Europam patentes opes confugere, qui Carolo Magno rege Italiam ingreſſi, Longobardis prœlio victis, & eorum rege Deſiderio capto, Longobardorum regnum exciderunt, quo tempore Italia fere omnis in Francorum ditionem pervenit. Quæ vero poſt ea tempora Italiæ conditio fuerit, ex Onuphrii de comitiis libro cognoſci poterit. Sicilia, Sardinia, & Corſica inſulæ, quæ adhuc in Orientalis Imperatoris ditione permanſerant, haud multo poſt à Saracenis totum orbem vexantibus, Africa omni ab iis in poteſtatem redacta, occupatæ ſunt. Siciliam ex eorum manu Normanni: Sardiniam, & Corſicam Hiſpani eripuerunt.

Anno Chriſti CCCC IX.

Irruptiones Barbarorum in Provincias Romanas Occidentis.

Hæc ſic pariter nunc conjungenda, quanquam diviſa temporibus, & exhibenda hic exiſtimavimus, ut velut brevi ex tabella cognoſceretur, à quibus gentibus, & quam modico temporis intervallo, Romanum in Occidente imperium fuerit occupatum. Exigit jam inſtituti noſtri ratio, ut, quemadmodum in cæteris factum eſt, accuratius paullo & diſtinctius tempora, quibus ſingula geſta ſunt, annotemus. Nam de re ipſa fuſe ſatis, niſi fallor, & abunde jam dictum eſt.

Cauſa collapſi in Occidente Roman. Imper.

Nimia ergo tandem moles, virtutibus velut imperii fulcris per luxum ignaviamque ſubductis, depreſſit faſtigium: & tanquam ingens arbor, annis confecta, vigoreque exhauſta, ſtetit tantum nominis dignitas, & paullatim exaruit. Suis igitur viribus [illegible]

Anno Chriſti

bis Reſpublica, externis itidem vulneribus patuit. Quid dicam? Irruerunt, qui peti ſolent. Sed nec vinci Romani, niſi in Italia potuere. Hæc poſtquam Auguſtorum deſiit ſedes eſſe, opportuna injuriæ facta. Primi quoque Conſtantius & Conſtans, Valentinianus & Valens, mox Arcadius & Honorius diviſerunt imperium: & quid niſi ruinæ faciliorem præſtruxêre viam? Quod ſub uno capite laborabat corpus, ſub gemino defecit. Sic ab Oriente ſecretus Occidens ſciſſúſque, velut fato agebatur. Gothi, ab Arcadio ſtipendiis privati, Duce Alarico, per Pannones in Italiam irruunt, gens bellis & rapinis aſſueta, & orbi jam timenda. Ne quis Barbariem accuſet, Ravennam petunt, cum Honorio, inibi deſide, conditionibus, non armis agunt: his uſuri, niſi Lares penateſque in Italia dentur. Sed Imperatori æquo velut periculo pax bellumque grave erat: timebat hoſtes, quibus impar eſſet; & amicos, quibus non fideret. Itaque placuit trans Alpes aſſignare ſedem, à Vandalis nuper occupatam. Et Gothi in fœdus faciles, è Gallià Hiſpaniàque novum depulſuri hoſtem, morem Imperatori gerunt. Quid fit? In Cocciis Alpibus à Stilicone, Honorii ſocero, inſidiis preſſi, & irritati, convertunt in perfidum arma, & univerſum hoſtium exercitum furore quodam concidunt. Sic igitur jure jam ſævi, veſtigia relegunt, & in prædam effuſi, toto itinere victores ſe oſtendunt. Tanquam Vandalos pellerent, Liguriam, Æmiliam, Inſubrumque fines pervolant, & turbinis inſtar, celeri ſtrage involvunt omnia. Summa cladis, & generi humano inſolens, Roma capitur, diripiturque. Et quid majus? Rerum dominos debellari poſſe, Gothi oſtenderunt, jam ipſa fortuna formidabiles. Quippe ſubacto capite, terrarum Orbis novum jugum metuebat. Verum ut ſæpius periret Italia, ultimum adhuc fatum urbs urbium non excepit: & mitior hæc Barbaries, quia ſpoliis contenta, cæde & incendio abſtinuit. Ut ſcias irrupturos iterum Gothos, & capturos Romam, reliquerunt quod raperent. Sed divitiarum reliquiæ aliorum pariter rabiem accenderunt. Ita nunc temporis Roma à Gothis capta eſt, poſtquam ſtetiſſet, ut vulgo notant Chronologi, annos I Ͻ C L X I V.

Irruptiones Barbarorum in Provincias Romanas Occidentis.

CCCC X.

CCCC XII. *Sedes Gothorum*

Ataulphus, mortui Alarici frater, Rex Gothorum creatus, Honorii ſororem Placidiam uxorem ducit, cujus ſuaſu ab occupanda Italia & Roma abſtinet. Sedem ei concedit Honorius in Gallia

Na-

Anno Chriſti

Narbonenſi. Quales, ut obiter hoc addam, ortu fuerint Alaricus & Ataulphus, vel ipſa nomina palam oſtendunt. Alaricus enim Ulricus eſt, & Ataulphus Adolphus Germanorum. Nomina enim iſta poſteri contrahenda putavere.

in Gallia Narbonenſi.

Cæterum Ataulphus, vaſti princeps ac Inquieti animi, ſuſpectumque habens Honorium, ex Gallia in Hiſpaniam irruptionem facit. Ibi & pacem cum Honorio renovat, hortatu Placidiæ; ſed & eam ob cauſam à ſuis, qui bellum belliqueue præmia malebant, occiditur. Huic Sigericus & dein Wallia ſuccedunt.

Gothi in Hiſpaniam irrumpũt.

CCCC XIII. Burgundionibus ſedes in Gallia datæ ſunt à Conſtantio, Honorii duce.

CCCC XIV. Vandalis ſedes in Hiſpania datur ab Honorio Imperatore.

CCCC XVII. Gothi in Hiſpania feliciter pugnant contra Vandalos, & municiſſimas capiunt civitates. Atque hæc initia ſunt fixi Gothorum imperii in Hiſpania.

CCCC XX. Franci regem creant Pharamundum. Hic proximas Germaniæ Galliarum oras invadit, terret, & occupat. Hæc origo eſt Francorum, ortu Germanorum, ut ſupra oſtendimus, imperii in Gallia. Cæterum, ut dicam quod res eſt, nullum exactum vetuſtatis teſtimonium pro Pharamundo in medium hactenus adfertur. Nam nec Epiſcopus Turonenſis Pharamundi, nec Proſperi Chronicon, nec alia, quæ fidem debeant mereri, meminere.

Francorum rex Pharamundus.

Legem Salicam ab eo promulgatam fuiſſe, ſunt qui volunt; qua & ſequior ſexus regnare in Gallia prohibetur. De nominis origine varia diſſerunt. De re incerta affirmare ego nihil auſim. Unum id annotandum hic habeo, ex præſcripto illo aut præcepto Salicæ legis, quo fœminarum ſexus à ſceptro arcetur, nata eſſe Francorum, quæ hodie adhuc manent, regni inſignia, in quibus tantum lilia ſpectantur. Imaginis illius auctores Monachi, aut tales alii, quorum olim ingenio judicioque in aulis plurimum tribuebatur, fuiſſe mihi videntur. Legerant illi haud dubie in Euangelica Hiſtoria, *Lilia non nere.* Nere autem, vel lanam facere, quod lilia non faciunt, cum fœminarum proprium ſit, lanam facientes, id eſt, fœminas, (nam & principibus matronis id tribuunt Homerus & veterum Poëtarum alii) arceri à ſceptro Francorum per lilia ſignificare voluerunt. Nam ex talibus fontibus hauſiſſe plerosque olim fuiſſe ejuſmodi imagines, et [illegible] [illegible] deprehendo. Imagines, quibus utuntur adhuc hodie

Lex Salica.

Lilia unde Francis ſunt ortа.

Anno Chriſti Scotorum reges, præter alia, inſtrumentum Muſicum repræſentant. Non aliunde petenda ejus rei vel cauſa vel origo eſt, quam quod celebratiſſimus inter eos Rex ac legiſlator Davidis nomine fuerit inſignitus. Davidi autem, Iudæorum clariſſimo regi, propter Pſalmos, quos condidit ipſe ac cecinit, & olim & hodie ejuſmodi inſtrumentum Muſicum tribui conſuevit. Sed de hujuſmodi omnium imaginum origine in Europa alibi plura, ſi Deus volet, & ex profeſſo, dicemus.

Quare in Scotorũ regum imaginibus inſtrumentum Muſicum ſpectetur.

CCCCXXII. De Salicæ interim legis auctoribus ac origine inprimis hic audiendus eſt Sigebertus Gemblacenſis, auctor graviſſimus. Verba ejus ad annum CCCCXXII. iſta ſunt; *Franci uti cœperunt legibus, & legem Salicam dictaverunt per quatuor gentis ſuæ proceres, electos de pluribus, his appellatos nominibus, Wiſogaſt, Boſogaſt, Salogaſt, Widogaſt, in villis Germaniæ, Salechaim, Bodochaim, Wingchaim. Hi quatuor proceres per tres mallos convenientes, cauſarum origines ſollicite tractantes, de ſingulis diſcutiendo, ſicut lex Salica declarat, judicare decreverunt.* Quæ in gratiam eorum, qui harum antiquitatum ſtudioſi ſunt, adnotanda hic exiſtimavimus.

Salicæ legis auctores.

CCCCXXV. THEODOSIUS II. filius Arcadii, ſuccedit in Oriente, cum quo Honorius in Occidente imperium habuit per annos XV; quibus exactis, cum jam fato conceſſiſſet Honorius, conſortem imperii legit VALENTINIANUM III.

THEODOSIUS II. IN ORIENTE ET VALENTINIANUS III. IN OCCIDEN. IMPP.

Theodoſius, cum pietatis potius, quam militiæ ſtudiis teneretur, bella per celeberrimos eâ tempeſtate militiæ Imperatores, Gratianum, Ardaburium, Aſparem natum ex Ardaburio, & Ariovindam, natione Gothos, adminiſtravit.

CCCCXXVIII. Vandali ex Hiſpania in Africam tranſeunt, partim a Gothis expulſi, partim à Bonifacio Comite & Præfecto Africæ, cui diſſidia erant cum Caſtino, militiæ Romanæ Duce, invitati. Hoc initium eſt Vandalorum imperii in Africa.

Vandalorũ imperiũ in Africa.

CCCCXXXI. Eutyches & Neſtorius hæretici prodeunt. Quæ eorum ſententia fuerit, ex Leone Papa, cujus auctoritate ſæpius uſi jam ſumus, facile licet cognoſcere. Exſtat & legitur hodie hic ejus Sermo ſextus de jejunio ſeptimi menſis, inſcriptus DE DUPLICI CHRISTI NATURA ADVERSUS EUTYCHEN ET NESTORIUM. *Sicut peritorum, inquit, prudentumque medicorum eſt, paſſiones infirmitatis humanæ remediis prævenire, & quemadmodum ſaluti contraria declinentur, oſtendere: ita paſtoralis officii eſt, ne dominico gregi hæretica*

Eutyches & Neſtorius hæretici.

tica malignitas noceat, providere, & qualiter luporum & latronum improbitas ſit cavenda, demonſtrare, quia nunquam potuit hæretica impietas ſic latere, ut non à ſanctis patribus noſtris, & ſemper deprehenſa ſit, & jure damnata. Solicitudinem itaque noſtram, quam dilectioni veſtræ impendimus, latere non potuit, quoſdam Ægyptios, præcipue negociatores ad urbem veniſſe, eaque que Alexandriæ ſceleſte ab hæreticis ſunt admiſſa, defendere, aſſerentes ſolam Deitatis in Chriſto fuiſſe naturam, nec carnis humanæ, quam ſumpſit ex beata virgine Maria, habuiſſe penitus veritatem; que impietas, & falſum hominem, & Deum dicit eſſe paſſibilem. Quod quo audeant animo, quove conſilio, dubitare non poſſumus. Quia cum ipſi à veritate Euangelii receſſerunt, & mendacia Diaboli ſunt ſequuti, alios quoque volunt ſocios ſuæ perditionis efficere, & ideo fraterna vos & paterna ſolicitudine commonemus, ut inimicos Catholicæ fidei, hoſtes Eccleſiæ, incarnationis Dominicæ negatores, & inſtituto à Sanctis Apoſtolis ſymbolo repugnantes, in nullum recipiatis conſenſionis affectum, dicente Apoſtolo: Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita, ſciens quia qui hujuſmodi eſt, ſubverſus eſt, & delinquit proprio judicio condemnatus. Propria enim pertinacia perit, & ſua à Chriſto diſcedit inſania, qui eam impietatem per quam ante ſe multos ſcit periiſſe, ſectatur, & religioſum ſibi atque Catholicum putat id, quod Sanctorum patrum judicio, & in Photini perfidia, & in Manichæi dementia, & in Apollinaris inſania, conſtat eſſe damnatum, ut adhuc quaſi novæ & necdum damnatæ in perniciem animarum ſuarum conſentiant pravitati, qui incarnationis Dominicæ denegant Sacramentum. Quaſi aliud tota Euangelii lectione doceamur, quam hoc uno divinæ miſericordiæ Sacramento, humanum genus, in iis qui credunt eſſe, ſalvatum, quod unigenitus Dei filius, æqualis per omnia patri, noſtræ aſſumptione ſubſtantiæ, manens quod erat, dignatus eſt eſſe, quod non erat, verus ſcilicet homo, verus Deus, qui abſque cujuſquam ſorde peccati, integram ſibi noſtram perfectamque naturam, veritate carnis & animæ univit, & intra uterum beatæ virginis matris Spiritus Sancti virtute conceptus, nec editionem partus, nec primordia faſtidivit infantiæ: ut verbum Dei patris humanam ſibi ineſſe ſubſtantiam, & Deitatis potentia & carnis infirmitate loqueretur, de corpore habens corporeas actiones, & ſpiritales de Deitate virtutes. Humanum quippe eſt eſurire, & ſitire, & dormire; humanum eſt metuere, flere, triſtari; humanum denique eſt crucifigi, mori atque ſepeliri. Sed divinum eſt ſuper mare ambulare, aquam in vinum convertere, mortuos ſuſcitare, mundum propria morte tremefacere, & cum

Anno Chriſti

Eutyches & Neſtorius hæretici.

CCCC XXXI.

Anno Chriſti

vivificata ſuper omnem cœlorum altitudinem carne conſcendere, ut qui hoc credunt, dubitare non poſſint, quid humanitati adſcribere, quid debeant adſignare Deitati, quoniam in utroque unus eſt Chriſtus, qui & Deitatis ſuæ potentiam non amiſit, & veritatem perfecti hominis naſcendo ſuſcepit. Hos ergo dilectiſſimi, de quibus loquimur, tanquam venenum mortiferum fugite, execremini, declinate, & ab eorum colloquiis, ſi increpati à vobis corrigi noluerint, abſtinete, quoniam ſicut ſcriptum eſt, ſermo eorum ſerpit ut cancer. Iuſto enim judicio ab Eccleſiæ unitate rejectis, nulla eſt tribuenda communio, quam non noſtris odiis, ſed ſuis ſceleribus perdiderunt. Vos ergo dilecti Deo, & Apoſtolico teſtimonio comprobati, quibus beatus Apoſtolus dicit: Quoniam fides veſtra annunciatur in univerſo mundo, cuſtodite in vobis, quod tantum prædicatorem agnoſcitis ſenſiſſe de vobis. Nemo veſtrum efficiatur hujus laudis alienus, ut quos per tot ſecula docente Sancto Spiritu, hæreſis nulla violavit, ne Eutychianæ quidem impietatis poſſint maculare contagia. Confidimus autem, quod protectio Dei corda veſtra fidemque cuſtodiat, ut cui hactenus fideliter obediſtis, in æternum perſeverante Catholicæ fidei obſervantia placeatis, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

De Neſtoriana & Eutychiana hæreſi Leonis Papæ judicium.

CCCCXXXI.

Meminit & eorundem hæreticorum idem Leo Epiſtolâ Decretali nonageſima & ſeptima ad Leonem Auguſtum; quæ & hic „exhibenda videtur. Promiſiſſe me memini, venerabilis Impe„rator, in cauſa fidei, de qua clementiam tuam novi piè eſſe „ſolicitam, pleniorem humilitatis meæ dirigendum eſſe ſermo„nem; quem nunc (auxiliante Domino) fideli occaſione per„ſolvo, ut ſancto pietatis tuæ ſtudio utilis (quantum arbitror) „deeſſe non poſſit inſtructio. Quamvis enim ſciam clementiam „tuam humanis inſtructionibus non egere, & ſynceriſſimam de „abundantia Spiritus Sancti hauſiſſe doctrinam, officii tamen „mei eſt, & patefacere quod intelligis, & prædicare quod cre„dis, ut ignis ille, quem Dominus veniens miſit in terram, „motu crebræ memorationis agitatus, ſic concaleſcat, ut fer„veat, & ſic inflammetur, ut luceat.

„Magnas enim caligines Eutychiana hæreſis Orientis parti„bus inferre molita eſt, & ab illa luce, quæ (ſicut Euangelium „loquitur) lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehen„derunt, imperitorum oculos tentavit avertere. Cumque ipſa „in ſuam reciderit cæcitatem, nunc in diſcipulis recrudeſcit, „quod in authore defecit. Non longo namque temporis inter-

„vallo

„vallo Catholica fides, quæ eſt ſingularis & vera, cuique nihil „addi, nilve minui poteſt, a duobus eſt hoſtibus appetita, quo„rum prior Neſtorius, Eutyches ſecundus emerſit, qui Eccle„ſiæ Dei duas hæreſes ſibimet contrarias inferre voluerunt, ut „uterque ab prædicatoribus veritatis merito damnaretur, quia „inſanum nimis & ſacrilegum fuit, quod varia falſitate ambo „ſenſerunt. Anathematizetur ergo Neſtorius, qui beatam virgi„nem Mariam, non Dei, ſed hominis tantummodo credidit ge„nitricem eſſe, ut aliam perſonam carnis, aliam faceret Deita„tis. Nec unum Chriſtum in verbo Dei & carne ſentiret, ſed ſe„paratim atque ſejunctim alterum filium Dei, alterum filium „hominis prædicaret, cum manente illa incommutabili verbi „eſſentia, quæ ei cum Patre & Spiritu Sancto intemporalis at„que coæterna eſt, ita intra virginea viſcera verbum caro ſit „factum, ut per id, quod ineffabile eſt Sacramentum, uno con„ceptu, unoque partu, ſecundum veritatem utriuſque naturæ ea „virgo & ancilla Domini eſſet & mater. Quod etiam Elizabet „(ſicut Lucas Euangeliſta declarat) intellexit & dixit: Unde „hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Eutyches „quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios vete„rum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dog„ma delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ veritate, „totum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum unius adſerat eſſe „naturæ, tanquam verbi Deitas ipſa ſe in carnem animamque „converterit, & concipi ac naſci, nutriri & creſcere, crucifigi „ac mori, ſepeliri ac reſurgere, & aſcendere in cœlum, & in „patris dextera, unde ad judicandos vivos & mortuos veniet, „conſidere, divinæ tantum eſſentiæ fuerit, quæ nihil horum in „ſe ſine carnis recipit veritate, quoniam natura unigeniti na„tura eſt Patris, natura eſt Spiritus Sancti, ſimulque impaſſi„bilis, ſimul eſt incommutabilis, ſempiterna Trinitatis indiviſa „unitas, & conſubſtantialis æqualitas. Unde ſi ab Apollinaris „perverſitate Eutychianus quiſque deſciſcit, ne convincatur „Deitatem paſſibilem ſentire atque mortalem, & tamen verbi „incarnati, id eſt. verbi & carnis unam audet pronuntiare na„turam, manifeſte in Valentini & Manichæi tranſit inſaniam, & „mediatorem Dei & hominum, hominem Ieſum Chriſtum ſi„mulatoriè credit omnia egiſſe, nec humanum in ipſo corpus,

Anno Chriſti CCCCXXXI.

De Neſtoriana & Eutychiana hæreſi Leonis Papæ judicium.

Anno Chriſti

„ſed phantaſticam corporis ſpeciem oculis apparuiſſe cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides Catholica deteſtatur, & aliarum aſſertionum ſacrilegia concordibus „per totum mundum beatorum patrum dudum ſunt damnata „ſententiis, non dubium eſt, eam vos fidem prædicare atque „defendere, quam Sancta Synodus Nicæna confirmavit, dicens; „Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, viſibilium „& inviſibilium factorem, & in unum Dominum Ieſum Chri„ſtum, filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc eſt, de ſub„ſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum „de Deo vero, natum non factum, unius ſubſtantiæ cum Patre „(quod Græci dicunt ὁμοούσιον) per quem omnia facta ſunt, „ſive quæ in cœlo, ſive quæ in terra. Qui propter nos & pro„pter noſtram ſalutem deſcendit de cœlo, & incarnatus eſt. & „homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Adſcendit „ad cœlos, inde venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spi„ritum Sanctum. In qua profeſſione hoc evidentiſſime conti„netur, quod etiam nos de Domini incarnatione confitemur „& credimus; qui ad ſalutem humani generis reformandam, „veram carnem noſtræ fragilitatis non de cœlo ſecum detulit, „ſed in utero virginis matris aſſumpſit.

CCCC XXXI. *Hippo obſidetur, & Hipponenſis Epiſcopus Auguſtinus moritur.*

Hippo, princeps Africæ civitas, a Vandalis obſidetur & capitur. Finem vivendi in eâ obſidione fecit Auguſtinus, Epiſcopus Hipponenſis, verus Chriſtianorum Varro; qui tam multa legit, ut nihil videatur potuiſſe ſcribere, & tam multa ſcripſit, ut nihil videatur potuiſſe legere.

Oecumenica Synodus III. Epheſina.

Oecumenica Synodus tertia Epheſina celebratur; in qua Neſtorii ſententia damnata eſt.

CCCC XXXVII. *Wandali Ariani Orthodoxos Chriſtianos*

Graves hac ſecutâq; tempeſtate calamitates Orthodoxis in Africa ex Wandalis, Arianorum perfidiæ deditis, oblatæ ſunt. Qua de re exſtat & legitur elegantiſſimus libellus Victoris Uticenſis, de Perſecutione Vandalorum in Africa inſcriptus. Ex eo unicum modo exemplum hic exhibendum eſt, ut ex eo immanis perſequentium furor intelligatur. Prædicaturus, inquit, triumphos „martyrum, ad enarranda quæ geſta ſunt auxilium expoſco di„vinum, ut qui illis præſtitit ſuperandi victoriam, mihi indigno „& immerito quantulacunque verborum porrigat ornamenta. „Tunc etiam valebo, quæ deſiderata ſunt, judicare, ſi ipſi di-

„gnan-

,,gnantur pro me miſero, Domino ſupplicare. Septimus nam-
,,que agebatur annus crudeliſſimi atque impiiſſimi regis Hune-
,,richi, & ecce antiquus hoſtis, veternoſus utique anguis, tri-
,,ſulci lingua venena vibrans, Cyrillo quodam Arianorum Epi-
,,ſcopo miniſtro uſus eſt, ſubvertens & obtinens animum regis
,,cruenti, ut ita ſuaderet, non poſſe eum pacatum atque longæ-
,,vum obtinere regnum, niſi nomen perderet innocentum. Qui
,,tamen Dei judicio poſt non multos dies, turpiſſima morte præ-
,,ventus, ſcatens vermibus expiravit. Inſectari cœpit ore cruen-
,,to omnem Catholicorum multitudinem, quæ per totam Pro-
,,vinciam Africanam, in modum (ſicut prædictum eſt Abraæ
,,Patriarchæ) arenæ maris fuerat multiplicata, ut etiam reba-
,,ptizationis ſauciaret machæra, atque ſtolam illam ſingularis &
,,puri baptiſmatis, quam Chriſtus vino ſuæ carnis purificans,
,,prælo exprimens crucis, fecerat dealbatam, tetræ nigredinis
,,turbaret illuvie ſordilenta. Accipiens quoque tyrannus, ut erat
,,docilis & ferus, ſerpentinam ſuggeſtionem, feralibus edictis
,,uno tempore totam cœpit Africam commovere. Primo ſacer-
,,dotum & miniſtrorum copioſiſſimam & maximam turbam in
,,longinquas & extremas regiones exilio crudeli detruſit. Qui-
,,bus bis acutum genus frumenti (quod jumentis ſolum edere
,,conceſſum eſt) nequaquam induſtria molarum, ſed manente
,,furfuris cortice, loricatum, pro miſeratione dari præcepit.
,,Poſtea vero creſcente impietatis inſania, etiam hoc auferri cru-
,,deliſſimus imperavit: poſt modicum quoque temporis univer-
,,ſas ſimul Eccleſias, præjudicatis venerabilibus portis, cementis
,,ingentibus claudi mandavit. Univerſa namque monaſteria vi-
,,rorum vel puellarum ſanctarum gentibus, id eſt, Mauris, cum
,,habitatoribus donari præcepit. Unus fuit omnibus ejulatus:
,,pro Chriſto moriendi integer & plenus affectus. Paria curre-
,,bant flumina lachrymarum, quia promiſerat Dominus cibari
,,eos pane lachrymarum, & potari eos in lachrymis in menſura,
,,aut forſitan ſine menſura. Et ſi reperta eſt exiens de arca, in-
,,hians cadaveribus mortuis, pars aliqua pereuntium corvorum,
,,major eſt tamen in nomine Trinitatis numerus felicium colum-
,,barum. Quanti nobiles & optimi viri, ampli & lati ceſpitis
,,Domini terram cœlo commutavere, & ſimul corpus cum ſub-
,,ſtantia tradiderunt, atque delicatæ & nobiliſſimæ fœminæ,

Anno Chriſti

graviter in Africa perſequuntur.

CCCC XXXVII.

Wandali Ariani Orthodoxos Chriſtianos graviter in Africa perſequuntur.

Anno Chriſti

„contra verecundiam naturæ, ſpectatæ vulgo, virgis cæſæ, va-„riiſque tormentis cruciatæ, victoriæ trophæa portarunt. Quanti „infantuli irridentes edicta feralia ante mundum contempſere, „priuſquam in illecebroſam ejus ſemitam introirent? Tunc ap-„prehenſi ſunt ſeptem fratres, qui tum ad concordiam Domini-„cæ ſervitutis in monaſterio habitantes in unum, quia bonum „eſt & jucundum habitare fratres in unum, id eſt, Bonifacius „Diaconus, Serus Subdiaconus, Ruſticus Subdiaconus, Libe-„ratus Abba, Rogatus monachus, Maximus monachus. In „numero ſcilicet Machabæorum, quos una mater Eccleſia Ca-„tholica genuerat, & per viſcera fontis æterni ſalubriter pepere-„rat, de territorio Capſenſis civitatis, cui præfuit Sanctus Vin-„demialis ſacerdos egregius, & Chriſti fidelis antiſtes. Qui acti „ad urbem Carthaginenſem, primo eis illecebroſis blandimen-„tis ſerpens voluit ſibilare, promittens honores caducos, & di-„vitias ingentium voluptatum neceſſarias, & regis amicitias: „vel alia multa, quæ ſolent inſipientium animas, aucupante „Diabolo viſco mundiali, captare. Sed hæc omnia milites Chri-„ſti ac ſi contagia reſpuerunt, clamantes uno ore: Unus Deus,

Irruptio & perſecutio Vandalorum in Africa.

CCCC XXXVII. „una fides, unum baptiſma. Nec poterit in nobis, adjuvante „Domino, iterari, quod in Sancto Evangelio præceptum eſt „dari: Quia qui ſemel lotus eſt, non habet neceſſe iterum la-„vari, quia mundus eſt totus. Facite quod vultis, inferte pœnas „corporibus noſtris; melius temporalia admodum ſufferre ſup-„plicia, quam æterna pati & ſubire tormenta. Habete quod pro-„mittitis, cum ipſis divitiis poſt paululum perituri; nobis vero „nullus de poſtibus fontium valebit evellere, quos in uno baptiſ-„mate artifex Trinitas dignata eſt titulare. Quid multa? Dum „tali conſtantia divinitus munirentur, juſſi ſunt carcerali cuſto-„dia mancipari. Et ita crudelius arctati ferri ponderibus, tene-„broſis deputati ſunt locis, ubi nulla miſeratio arrideret lenitatis. „Sed populus iſte memoratæ urbis in Domino ſemper fidelis, „dato munere carcerariis, die ac nocte Chriſti martyres frequen-„tabat, & ita ab eis doctrina & virtute fidei roborati, ut talia et-„iam ipſi pro Chriſti nomine plena delectatione ferre cuperent, „& capitulo perſequenti facile ſupponerent colla. Hoc autem „tyrannicas pervenit ad aures. Qui ebrietate furoris accenſus, ju-„bet eos inauditis ſuppliciis adigi, & majoribus vinculis onerari.

„Na-

,,Navemque imperat lignorum aridorum manipulis adimpleri, ,,atque in eadem omnibus alligatis, in medium pelagus, igne ,,ſuppoſito, concremari. Eductiſque illis de cuſtodia, multitudo ,,populi, Dei bellatores Trinitatis, quaſi agnos innocuos, ad ,,victimam deducebat, & rugientium pondera catenarum quaſi ,,quædam monilia prævidebat, quia non fuerunt illa vincula, ſed ,,potius ornamenta. Incedebant itaque cum fiducia ad ſupplicium, quaſi ad epulas concurrentes, una voce per ambitus ,,platearum Domino decantantes: Gloria in excelſis Deo, & ,,in terra pax hominibus bonæ voluntatis: Votiva certe nobis ,,hæc dies eſt, & omni ſolennitate feſtivior. Ecce nunc tempus ,,acceptabile, ecce nunc dies eſt ſalutis: quando pro fide Domi- ,,ni Dei noſtri, perferimus præparatum ſupplicium, ne amittamus acquiſitæ fidei indumentum. Sed & populi publica voce ,,clamabant: Ne timeatis populi Dei, neque formidetis minas ,,atque terrores præſentium tribulationum, ſed potius moriamur ,,pro Chriſto, quomodo & ipſe mortuus eſt, redimens nos pre- ,,cioſo ſanguine ſalutari. Unum tantum vehementi conatu, qui ,,inter eos infantulus videbatur, nomine Maximum, cupiebant ,,autores malorum, a ſanctorum conſortio ſeparare, dicentes: ,,Infantule, quid feſtinas ad mortem? dimitte eos, inſaniunt. ,,Sed audi conſilium, ut poſſis invenire vitæ remedium, & tanti ,,regis adire palacium. Tunc ille, ætate quidem puerili, ſenili ,,tamen maturitate clamabat: Nemo me ſeparet a Sancto Patre ,,meo Abbate Liberato & a fratribus meis, qui me in mona- ,,ſterio nutrierunt. Cum ipſis ſum in timore Dei converſatus, ,,cum ipſis deſidero paſſionem ſuſtinere & ſuſcipere, cum qui- ,,bus credo me & futuram gloriam invenire. Nolite putare quia ,,poteritis ſeducere pueritiam meam. Simul nos Dominus ſe- ,,ptem voluit congregare, ſimul dignabitur omnes uno martyrio ,,coronare. Quomodo nemo potuit perire de ſeptenario illo nu- ,,mero felicium Machabæorum, ita etiam ſeptenus numerus ,,noſtræ congregationis, nullum inveniet detrimentum. Nam ſi ,,negavero eum, & ipſe negabit me, quoniam ab ipſo dictum ,,eſt: Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum ,,coram Patre meo, qui eſt in cœlis. Et qui me confeſſus fuerit ,,coram fratribus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui ,,eſt in cœlis. Educti itaque cum feſtinatione ad navale ſuppli-

Anno Chriſti

Irruptio & perſecutio Vandalorum in Africa.

CCCC XXXVII.

,,cium,

Anno Christi

„cium, pro voluntate infandi regis, vel crudelium miniſtro-„rum,extenſis manibus & pedibus elevati potius feruntur,quam „ligati. Quo dum ignis fuiſſet lignis injectus, ſtatim imperio di-„vino, videntibus cunctis, extinctus eſt. Et dum ſæpius renova-„retur nutrientibus ſtipulis, iterum atque iterum extinguebantur ignei globi flammarum. Et cum inde magis tyrannus fu-„rore ſimul eſſet & rubore repletus, juſſit eos remorum vectibus „enecari, & ita ſingulos in modum canum cerebris comminutis „extingui. qui tali genere mortis debitum ſpiritum feliciter „Domino reddiderunt, nec expaverunt lignis quatientibus mor-„tificati, quibus ſemper fuit omnis ſpes in ligno. Sed cum in „mari venerabilia corpora jactarentur, illico, quod contra natu-„ram eſt æquoris, eadem hora illæſa corpora pelagus littori red-„dere maturavit. Nec auſum fuit, ut moris eſt, triduana dilatione „in profundo detinere, ne præcepto Dominico minime pareret. „Ad quod miraculi genus & ipſe tyrannus, licet impœnitens, ut „fertur, expavit. Gaudens autem, quæ aderat, multitudo, cor-„pora Sanctorum martyrum diligenti tradidit ſepulturæ; præ-„eunte clero venerabili Carthaginenſis Eccleſiæ, ubi etiam & „prædicandi Diaconi jam confeſſoris effecti ſalutaris, & Miritæ „geruli reliquiæ adfuere. Humatæ ſunt igitur cum hymnis ſolen-„nibus lypſanæ * reliquiæ beatæ Sanctorum, in monaſterio con-„tiguo baſilicæ, quæ dicitur Celerinæ, & ſic in confeſſione Tri-„nitatis beatiſſimi martyres paſſi ſunt, & ſpecioſum curſum cer-„taminis ſui, coronante Domino, perfecerunt.

Irruptio & perſecutio Vandalorum in Africa.

** Gloſſa eſſe videtur.*

CCCCXLIX.

Attila cum numeroſa Hunnorum manu ex Pannonia progreſſus, poſt Thraciam & Macedoniam vaſtatas, ac pacem cum Theodoſio factam, rurſus Orientem petit; dein & Occidentem ac Galliam invadit. In ipſa expeditione, confluentibus undique, qui Romanorum imperii tædio tenebantur, adeo copias auxerat, ut tandem militantium ſibi millia ſeptingenta numeraret. Cæterum magnitudo geſtarum ab Attila rerum admonet, ut de hac ejus tanti terroris expeditione paulo accuratius dicamus. Dicemus autem verbis Callimachi Experientis, qui diligentiſſime & optimâ fide perſequutus & notaſſe ſingula videtur. Ferunt Scytham „ex media plebe, cum res ab Hunnis contra Gotthos ad Bicem „paludem gererentur, cruentum vitulæ veſtigium retro inſecu-„tum, inveniſſe gladium temere in campo jacentem moxque ad

Alia atque alia, & magni terroris, Attilæ expeditiones.

„Atti-

„Attilam detuliſſe. Cum ille per quietem armari a Marte ſe vi-
„diſſet, itaque plane creditum ab Attila, ſibi deſtinatum divinitus
„eum gladium, veluti ſubigendi a ſe orbis terrarum pignus, &
„ſubſidium. Adjectis igitur ad ſuos quam potuit numeroſiſſimis
„copiis, ex Marcomannis, Quadis, Suevis, Herulis, Turcilin-
„gis, Rugiis, quas omnes nationes jam pridem dicto habebat
„audientes, una cum Harderico Gepidarum, & Valamiro Oſtro-
„gothorum regibus, necnon Dietmaro & Vittimaro regulis,
„quingentorum millium explevit exercitum, in qua multitudine
„pauci pro numero pedites erant. Impellendis enim conturban-
„diſque aciebus adverſis efficaciſſimum ſemper putavit Attila
„equorum impetum, humana inſidentis ratione directum. Cæ-
„terum, ut quod viribus facile poſſe credebat, conſilio & ſine
„periculo aſſequeretur, præmiſit legatos Romam ad Valenti-
„nianum, qui benigne eum alloquentes, nunciarent, ſe bello ac-
„cingi contra Theodericum, qui Viſegothis in Gallia præerat;
„inſtituiſſe delere gentem publicæ omnium gentium pacis per-
„turbatricem; nihil ſibi rei cum Romanis eſſe, & viros eos for-
„tes ac bonos credere, quorum imperium & late pateret, & æ-
„quiſſimo a ſubditis ferretur animo. Pollicerentur præterea, ſi
„ex uſu fore appareret, initurum ſe cum illo fœdus, atque ami-
„citiam, vireſque & conſilia communicaturum, quocunque res
„ac diſcrimen vocaret. Haud diſſimilibus quoque mandatis in-
„ſtructam legationem ad Theodericum miſit in Galliam, ut ſepa-
„ratim poſtea eos aggrediens, facilius utrumque ſuperaret".
„Tranſmiſſo deinde Danubio, per mediam ferè Germaniam in
„Rhenum ſe convertit, tam ſevera diſciplina militem coërcen-
„do, in gratiam nationum, quibus imperitabat, ut neque libi-
„dinis, neque avaritiæ tam diverſarum gentium tantus exercitus
„veſtigium poſt ſe relinqueret. Ita principio; poſtea divina &
„humana omnia, quacunque progrediebatur, diripuit, fœde-
„que & miſere omnia evaſtavit. Convenerant inter ſe pleræque
„nationes, non ſolum negando commeatum, verum etiam tranſi-
„tu arcendo, ut paludum ſylvarumve, aut fluviorum opportu-
„nitates retinendi ſedes ſpem faciebant". Senſerat Valentinia-
„nus aſtu ſe peti, & ut conatus Attilæ retunderentur, miſit in
„Galliam Aëtium patricium, qui, ut erat vir non minus civilium
„artium, quam bellorum peritus, agendo, ſuadendoque attraxit

Anno Chriſti

Res geſtæ ab Attila.

CCCC XLIX.

Anno Chriſti

„nationes Gallicas, ut ſecum adverſus tam terribilis hoſtis impetum progrederentur. Itaque convenere ad eam Luciani, Armoricani, Saxones, Ripariolі, Brictones, Lambriones, tum „Francorum Rex Merovæus, & Alanorum Sangibanus. Viſogothum etiam moverat non minus timor hoſtis, à quo vinci conſueverat, quam Ætii ſuaſiones, ut percuſſo cum Romanis fœdere, ſocias copias adverſus Attilam educeret. Bis eo anno luna „defecerat, & frequens terræmotus urbes etiam nonnullas pene „totas everterat; & cum crinita ſtella noctibus aliquot ad Occidentem apparuiſſet, viſum eſt cœlum patefieri, velut ſanguineo hiatu, plurimis haſtis, igneo ſplendore perlucidis, hiatum „per tranſverſum interſecantibus: quæ oſtenta populorum animos „religioſa formidine complerant. Itaque quo plus diſcriminis „etiam velut divinitus ſignificabatur, eo diligentius Theodericus „atque Ætius circumſpiciebant, præparabantque omnia adverſus „Attilam. Qui ut terrore ſui Gallorum in ſe animos à Romanis „Viſogothiſque averteret, diripiendo incendendoque vicos atque oppida, quæcunque obvia, tranſgreſſus Rhenum, cum „Gundicario Burgundiorum regi, priuſquam Ætio atque Theoderico ſe cum ſuis adjungeret, vitam ſimul & copias ademiſſet; „pervenerat jam ad Cathalaunicos campos, qui & Mauriaci vocantur. Quo in loco cum vidiſſet ex adverſo hoſtem tot fortiſſimarum nationum auxiliis inſtructum, appareretque ad id perventum eſſe diſcrimen, in quo non unius tantummodo prœlii, „ſed totius belli fortuna periclitaretur, Attila de victoria exta „conſulens, comperit, ſe pugna quidem inferiorem futurum, „ſed eum, qui ſummus erat in hoſtili acie, caſurum. Itaque „converſo in Ætium animo, cujus virtutem atque ingenium cœptis ſuis maxime adverſe faturum ſentiebat, etiam cum ſuorum clade pugnare conſtituit: non tamen prius, licet hoſtis explicatis „ordinibus pugnam expoſceret, ſuos in aciem eduxit, quam Sol „vergeret in occaſum; ut ſi vinci contingeret, nox prœlium dirimeret; ſecutuſque eſt in eo conſilium eventus. Nam nox quidem animoque & viribus magnis accenſum prœlium diremit. „Cæterum, non Ætius, ſed Theodericus interiit, parum tamen „præſidii fuſis fugientibuſque Hunnis fuiſſet in nocte, niſi ſe ad „caſtra curribus obvallata recepiſſent. Tanto enim ardore à victoribus ubique cædebantur, quod actum erat de Attila, ſi aut ab-

Diverſa, & magni terroris, Attilæ expeditiones.

CCCC XLIX.

„eſſe

,,eſſe munitiones longius contrigiſſet, aut aggredi & demoliri ,,noctu ſine oppugnantium confuſione potuiſſent. Tradunt quidam, ſupra centum ſeptuaginta millia ea in pugna cæſa. Alii ,,à numero exprimendo abſtinent, ſed augenda cædis ſpecie, ,,ſcribunt, rivulum, qua modice inclinant campi allabentem, ,,occiſorum ſanguine auctum. Saxa etiam & cadavera evolviſſe. ,,Sed ut vincentium numerus major fuerit, armiſque & militaribus artibus inſtructior, nihil magis ad victoriam feciſſe creditum, quam quod Attila ubi ſuos ad fugam inclinaturos vidit, ,,veluti fato cedens, prœlium deſeruit. Poſtridie cum Thuriſmundus, Theodorici filius, ſimul dolore amiſſi patris, ſimul ,,victoria juvenilem animum ſtimulante, caſtra oppugnaturus copias admoveret, Attila, quod ubi ad arma diſcurri cœptum, ,,majorem longè quam putaret, ſtragem factam animadverteret, ,,equorum ſtratis in cumulum congeſtis, ingentem veluti piram ,,excitavit: cui ſuppoſito igne, ſe ſuperinjiceret, ſi caſtra capi ,,contigiſſet, ne tot tantarumque gentium & nationum victor, ,,in poteſtatem eorum, quibus ultro bellum inferebat, vivus veniret: tubis tamen in portis cani præcepit, ut eruptionis exſpectatione hoſtem eluderet. Cæterum Ætius forſan non reprehendenda, ſed parum felici ſuſpitione veritus ne deleto Hunno, Romanis ſubinde difficilior res foret adverſus Viſogothos, Thuriſmundum ab inſtituto avertit, propoſito ei conſilio, ,,paternum regnum, antequam frater ſuus Valamirus communire ,,illic ſe poſſet, præoccupandi; qua monitione percitus juvenis, ,,cum ſuorum reliquias ſecum trahens, ad eam partem Galliæ ,,quam pater habuerat, citatiſſimo itinere properaſſet, Attila ,,nova ſpe erectus, ſolenne ſacrificium Marti celebravit, vovitque in annos ſingulos, roganſque & veniam petens, ut quæ bello ,,geſturus ſibinde erat, propitio & volente ipſo, ex animi ſui ,,ſententia tranſigerentur. Moxque in Tungros movit, quorum ,,Metropoli expugnata, promiſcue in omnem ſexum ætatemque ,,deſæviens, ad unum omnem delevit, quia cum præmiſiſſet, qui ,,deditionem peterent, non impetraverat. Nihil æque admiratum eum ferunt à principio, quam tormenta bellica, quibus ,,grandiores lapides excutiuntur. Nam qui ad id locorum miſſilia nulla noſſet, præterquam quæ altera manu tractari mittique ,,poſſent, ubi vidit ingentibus ſaxis, vireſque humanas exceden-

Anno Chriſti

Res geſta ab Attila.

CCCC XLIX.

 ,,tibus,

Anno Chriſti

„tibus, non ſingulos milites, ſed ferè totos ſæpe manipulos pro-
„ſterni, cum terrore admirabatur. Et utcunque ſeu divina ope,
„ſeu humano torquerentur ingenio, deteſtabatur quaſi injuſtum
„genus auxilii, ſaxa vaſtiora, quam ut unum corpus aut ferret,
„aut mitteret: mox tamen illis aſſuevit, nec expugnandis modo
„urbibus, ſed campeſtribus etiam certaminibus plerunque adhi-
„buit. Profectus ex Tungris Trecas venit, ubi Lupus Epiſcopus
„ſacerdotibus omnibus comitantibus cum ſacris, in ſolenniori
Res geſta ab Attila. „apparatu, & ceremonia, ad mille paſſus obviam progreſſus,
„venerabunde per frenum equi arreptum, ſuis ad vim armatis
„inſtructiſque eum ſubſequentibus in civitatem perduxit & tam
„pacate omni ſilentio per portam alteram eduxit, ut tenuerit fa-
„ma, captis tantiſper luminibus, dum præterirent, non urbem,
„non circumfuſum ad ſpectandum populum animadvertentes ſe
„per vaſtam ſolitudinem traduci exiſtimaſſe. Dimiſſus à Lupo
„paulo poſt aſſecutus eſt in via pleroſque qui civitatis direptio-
„nem timentes, cum liberis & rebus charioribus ad ſylvas pro-
„perabant. Inter quos mulier fuit, quæ decem filiarum mater,
CCCCXLIX. „minorem, quæ bima erat, linteolo ad collum ſuum alligatam
„apportabat, ſtimulans ſimul jumentum, cui ex reliquis tene-
„riores duas ſuperpoſuerat, ſubſequentibus adultioribus cæteris,
„non tantum forma, ſed quadam etiam inter ſe ſimilitudine in-
„ſignibus, quæ armatorum ſupervenientium terrore exanimes,
„matri ſe circumfuderant. At illa, jam pridem ſuorum patriæ-
„que caſu, quam captam everſamque putabat, adflicta, tum vero
„ad præſentem fortunam exanguis, & vix animi compos, omnia
„calamitoſa & fœda de ſe ac liberis animo ſibi præfigurans, in
„flumen, cujus in ripa ſubſtiterat, præcipitem ſe datura videba-
„tur. Cum qui circumſteterant, admirati indolem & numerum
„filiarum ab omni abſtinentes injuria, ad Attilam perducunt.
„Movit ſuapte natura mitem regis animum, etiam ſæviſſimis in-
„geniis ſpectaculum miſerabile, cum mater & quæ per ætatem
„mala ſua ſentiebant filiæ, pedibus ſuis affuſæ, lachrymis ac vo-
„cibus, quas inter deſiderium & tædium vitæ dolor metuſque
„ſuggerebat, miſericordiam captarent. Itaque clementer matrem
„elevans, bono animo eſſe juſſit, à ſe quidem ac ſuis inviola-
„tam fore, moxque data ei non mediocri pecunia, ut exinde quo-
„que animi ejus ſenſus in tam naturæ raro, fortunæ vero miſe-

„rabili

„rabili exemplo indicaretur. Ad filias matri liberatas, adjecit *Anno*
„etiam alios qui fugiebant, & quo vellent, omnes redire permi- *Chriſti*
„ſit. Interea Turiſmundus, compoſitis rebus ſuis domi, cum Ro-
„manis iterum ſe conjungere pararet, Attila novas copias ad ve-
„teres adjecturus, rediit in Pannoniam, & poſt paulo, ne ocium
„detrectandi obſequium materiam curamq; ſuggereret militibus,
„quorum animos labore ac periculis tractabiles manſuetoſque
„reddi compererat: tum rei male geſtæ in Gallia pudore ſtimu-
„lante, viribus & copiarum numero, longe quam prius validio-
„rem exercitum ducens, per Noricos & Rhetos, licet aſpera *Res ge-*
„pleraque & ſalebroſa, vel prælatis obſeſſa ſylvis prædicerentur, *ſta ab*
„in Italiam ſe convertit: iræ ac minarum plenus, quaſi Gallia- *Attila.*
„rum victoriam ex manibus ſibi Aëtius eripuiſſet. Putabat vero
„non tam facile Viſegothos Romano in Italiam affuturos, quam
„ille Viſegothis affuiſſet in Gallia. Eoque haud magno diſcri-
„mine Italia potiri poſſe; qua ſub imperium ſuum miſſa, cæte-
„ras ſubinde nationes, aut fœlicitati & gloriæ ſuæ, aut viribus
„ſuccubituras. Non deſunt qui ſcribant, Bledam fuiſſe in Gallia CCCC
„cum fratre, ſublatumque de medio poſtea, cum progrederetur XLIX.
„Attila contra Italos. Ad quam expeditionem paratus, equum
„cum aſcendiſſet, corvus ab ortu Solis advolans, dextrum ipſius
„humerum propè inſedit ſtatimque ſublime petens, paulatim
„ſic elatus eſt, ut tandem viſum effugeret, quo omine ſupra mo-
„dum lætus fidenſque moverat. Cæterum, inter progrediendum
„anguſtæ ac frequenter præruptæ viæ vix aliquando ternos arma-
„tos accipiebant. Campeſtribus itineribus aſſuetos tædioſa pro-
„grediendi mora, per impedita montium juga adeo adflictos ha-
„bebat, ut convertendi agmen iraque & tædium ſæpe impetum
„ſuggererent, ſeditioſis vocibus, ut cujuſque fortuna erat, inter
„milites erumpentibus. Sed Attila, ut erat difficultatibus interri-
„tus, ubi deſperatio major immineret, accurrens, docebat ad fi-
„nem ſimul montium laborumque peragratis Noricis & Rhetis
„perveniſſe. Jam inde Italiam perſpici, parvo impendio ſui illuc
„perventuros, ubi eſſent terrarum orbis præmium habituri. Mox
„tamen cum renunciaretur, Valentiniani Auguſti copias in ipſo
„Italiæ aditu anguſtias inſediſſe, tranſitu eum prohibituras, con-
„vertit ſe ad Illyricum ac Dalmatiam, & Tragurium, Sibini-
„cum, Belgradum, Jadram, Segnam, Polam, Parentum,

 „Emo-

Anno Chriſti

„Emoniam expugnavit & diripuit, verſiſque iterum in Itali m, „occurrentem ſibi Romanorum exercitum, haud procul à Ter-„geſtino ſinu, non vicit modo, ſed etiam propè delevit. Et tan-„dem per Carnos illapſus in Forum Julii, Aquileiam tam obſti-„nato capiendi animo aggreſſus eſt, quod, cum eam expugnare „impetu primo non potuiſſet, triennio obſidere perſeveraret. „Erat major obſidentium numerus, quam ut tamdiu una in re-„gione ali poſſet. Cogebanturque tam homines, quam jumenta „inſolitis veſci alimentis, quæ res diverſa morborum genera in „corporibus excitabat vulgabatque. Et cum obſeſſi etiam fru-„menti inopia laborarent, non fames modo, ſed valetudo etiam „adverſa, deſperatioque & tædium victoriæ, Hunnicam toleran-„tiam vexabat, & jam prope tumultum & ſeditionem res erat, „indignantibus vociferantibuſque militibus, minime ferendum, „ſe bellicoſarum nationum omnium domitores, in curſu victoriæ „ſuæ circa unius urbis mœnia, cum foveis turribuſque & lapi-„dibus conſeneſcere. Ubi neque præmium neque gloria labori-„bus ac periculis par foret. Si quantum poſſet adverſus inanima, „vulneribus & ferro impervia, hominum victor exercitus expe-„riri placeret, duceretur ſaltem ad urbem Romam, quæ operæ „precio imperii totius Italiæ expugnaretur. Præter id quod „parum momenti, aut ad laudem, aut ad prædam in direptione „Aquileiæ. Cedendum neceſſitatibus humanis, illicque pugnan-„dum, ubi ferro, virorum more, non fame ac laſſitudine, ve-„luti debilibus pecudibus, occumbendum. Nec in ſtationibus „modo hæc, ſed paſſim per exercitum, ut referentium exqui-„rentiumque ſua mala turbas fortuna congregabat, cum inſpecta „ciconia, quæ pullos ſuos ex arcis culmine, in quo nidum fe-„cerat, abſportabat, capiendæ urbis novam ſpem omnibus in-„geſſit. Aſſeverante Attila, futurorum præſcias aves jamjam „caſuram arcem relinquere. Mox omni expugnandarum urbium „apparatu murum aggreſſus, tanto ardore obſequentes ad pri-„mum impetum milites habuit, cum ipſe armis adhortationeque „inſignis progrederetur, ut quæ triennio ſe defenderat, trium „horarum ſpacio civitas caperetur. Direpta à militibus præda, „& præter paucas fœminas, beneficio formæ ad libidinem reſer-„vatas, in omnes ſævitum, propemodum rabioſe, propterea „quod tam obſtinate ſe defenderant. Traduntur cæſa illic ſupra

Res geſtæ ab Attila.

CCCC XLIX.

„tri-

„triginta ſeptem millia hominum; & tandem urbs etiam incen-„ſa, ſimul ut deleretur ignominioſum monumentum tam diu-„turnæ obſidionis, ſimul ut cæteris metus incuteretur. Fuit in „civitate digna mulier, forma & divitiis inſignis, ſed pudicitiæ „laude inprimis venerabilis, quæ ubi Barbari hoſtis iramque „& libidinem per omnia fœda & immania victoria abutentem „vidit, vitam potius ſuo ſcelere, quam alieno pudicitiam amiſ-„ſura, domeſticam turrim, præterfluenti Nataſoni imminen-„tem, conſcendit, obvolutoque capite in ſubjectum turri gurgi-„tem ſe præcipitavit. Perſeverante vero obſidione, Attila muros „plerumque circumibat ſolus, mutatis veſtimentis expugnationi „opportuniora deſignans. Itaque cum ſolitudo & ſilentium in-„vitaſſet aliquando, ut muro ſuccederet, incidit in armatos, qui „longe venientem conſpicati, properè elapſi per cloacam ſub „mœnibus ductam, in inſidiis expectabant, ignari tamen eum „regem eſſe, ſed cupiebant exquirere per tormenta ab hoſtium „exploratore quid conſilii in exercitu, quæve capiendæ urbis „ſpes eſſet. Exorti igitur ſubito Attilam circumſiſtunt, & dum „vivum capere nituntur, abſtinent vulneribus. At ille, cui fuga „intercluſa defendendiq; ſe à tam multis haud magna fiducia eſſet, „ut ſaltem non inultus moreretur, prærupta foveæ ſic occupa-„vit, ut à tergo tutus, cum adverſis tantum modo rem gereret; „ſed ut vidit velut parci ſibi ab hoſte, & prope negligenter in-„ſultari, ratus timorem, magno impetu & clamore proſiliens „duos obtruncat, illatuſque in alios, ut via ferro patefacta, ſub-„urbani cujuſdam maceriam ſaltu ſuperavit præpetique deinde „curſu ad ſuos ſe recepit. Fertur, eos, qui capturi ipſum cir-„cumſteterant, retuliſſe ſuis, cum Attila ſe in vires collegit cir-„cumſpectans, qua impetum faceret, apparuiſſe in oculis niten-„tis clamantiſque cœleſte quiddam, & ſcintillas igneas, quam „ſimillimas vigori, qui Deorum oculis ineſſe creditur. Dum op-„pugnaretur Aquileia, Tarviſium ac Verona ſponte imperium „Hunni ſuſcepere, illud autore Helmundo antiſtite, hæc Dia-„therico; cœptumque præterea condi Utinum ab Attila, ut ſi re „infecta ab Aquileia humanæ neceſſitates diſcedere coëgiſſent, „eam munitionem poſt ſe relinqueret, veluti liberi regreſſus „pignus ac ſubſidium, ſi quid præter ſpem ſibi in Italia conti-„giſſet. Digreſſus inde Concordiam, cujus murum primus in-

„ſcen-

Anno Christi

Res geſta ab Attila.

CCCC XLIX.

Anno Chriſti

,,ſcendiſſe creditus, mox Altinum, Patavinum, aliaſque nomi-
,,nis & momenti minoris quamplures urbes captas propè fun-
,,ditus delevit. Vir enim natus educatuſque in caſtris, & cam-
,,peſtribus aſſuetus munitionibus, muros, urbanaque ædificia,
,,rebellandi animos opportunitatemque civibus ſuggerere arbi-
,,trabatur. Venit ad eum poſt victoriam Patavium, Marullus
,,Calaber, Poëta ejus temporis egregius, compoſitumque in
,,adulationem carmen recitavit. In quo ubi Attila per interpre-
,,tem cognovit ſe Deum, & divina ſtirpe ortum vaniſſime præ-
,,dicari, aſpernatus ſacrilegæ adulationis impudentiam, cum
,,autore carmen exuri juſſerat; à qua ſeveritate ſubinde tempe-
,,ravit, ne ſcriptores cæteri ab laudibus ipſius celebrandis terre-
Res geſtæ ab Attila. ,,rentur. Par ſpecimen magni & ſeveri animi dederat paulo ante
,,ab Aquileia Concordiam petens, medio fermè itinere in vico
,,ignobili. Circulatores plerique ætate ac viribus integris, ſpe
,,mercedis illecti, per infeſtos enſes nudi miris flexibus agilem
,,ſaltationem coram ipſo quum exhibuiſſent, cæteris ludicro cum
,,admiratione exhilaratis, Attila indigne ferens, tam robuſta cor-
CCCCXLIX. ,,pora, & quæ omnia militiæ decora implere poſſent, circumfo-
,,raneo mendicabulo adulterari ac proſtitui, juvenes ad ſe vo-
,,cat, ſtatim armari facit. Tum armatus ipſe ſaltuque in æquum
,,receptus imitari ſe jubet; quod quum armis inſueti, efficere
,,non poſſent rurſus provocavit ſagittando. Sed cum neque ar-
,,cum tendere, neque ſagittam nervo applicare ſcirent, tamdiu
,,victu tenuiſſimo tradidit macerandos, quam cibum longiſſimo
,,intervallo propoſitum ſagitta contingerent; & armati in equum
,,dextra levaque, tam facile, quam paulo ante nudi per gladios,
,,ſalirent: uſuſque eſt eis poſtea fortiſſimis commilitonibus ad
,,pleraque difficilia obeunda. A Patavio per Venetiam ducens ad
,,lævam, Vincentiam prius, tum Brixiam, Pergamum, velut
,,continuato impetu expugnavit ac diripuit. Sed ab igne ubique
,,temperatum; quanquam portæ inſultans, cum caperetur Brixia,
,,vulnus acceperit, cujus dolore accenſum, vix retinuere amici,
,,cum inſtituiſſet incluſum populum una cum ædificiis incendio
,,delere. Sed & Vincentiæ ad foveam, qua civitas ambitur, cæ-
,,teris tam altitudine aquæ inexplorata, quam lubrico per pro-
,,clive deſcenſu territis hæſitantibuſque in margine, præcipiti
,,curſu deſiliens in aquam, papillis tenus extantem, ad murum

,,eva-

„evaſerat, recurrenſque ad acclivum, verecundia ſuos adegerat, ut muro ſuccederent, tanta feſtinatione, dum quiſque prioris tarditatis pudore, primum deſcendendi decus exoptat, quod plerique attrahendoque & impediendo ſe vicıſſim, à clivo in profundiorem aquam dilapſi, ſimulque impliciti tenentium eluctantiumque ſpecie ſubmerſi ſint; priuſquam in civitatem tranſcenderetur. Circumvaſtata exinde Æmilia, pluribuſque ſolo æquatis urbibus cum Ravennam obſideret, Tones Epiſcopus cum univerſo populo, candidatus ac ſupplex ſuſcepto imperio ut civitati ædificiiſque parceretur, obtinuit. Victoriæ tamen ingentem ſpeciem præbuere fores urbis à victis depoſitæ, pedibus intrantis, & per adverſam partem exeuntis exercitus ſubjectæ & calcatæ. Mox in eo loco caſtra poſuit, ubi Mintius amnis Pado illabitur. Nam etſi animus ad imperii caput Romam feſtinabat, anxius tamen erat ſecum, propter Alarici Gotthorum regis eventum, qui captæ direptæque à ſe Romæ haud multum ſupervixerat. Deliberanti igitur ſuamne fortunam ad excidium urbis ſequeretur, an illius fatum devitans, per Picenum in Samnium reliquamque Italiam uſque ad fretum Siculum victorem exercitum prius circumduceret, occurrit Leo Pontifex Maximus, doctrina & ſanctitate inſignis; qui poſitis Pontificalibus ornamentis oratione atque habitu miſerabili, pacem Italiæ impetravit. Ferunt Attilam, dimiſſo ab ſe Leone, cum interrogaretur à ſuis, cur hoſti ſe tam facilem præbuiſſet, aſſeveraſſe, viſum à ſe juxta illum, cum pacem peteret, humana ſpecie auguſtiorem juvenem minari ſibi mortem, ſi paci adverſaretur. Qui vero miraculum excludentes, rationibus conjecturiſque humanis factum expendunt, putant Attilam, aut tractabili mitique natura ſua in ſupplices, id præſtitiſſe, aut ingenio Leonis & doctrina victum; cum ille omiſſa Italia, quæ ſponte victoris nutum ſpectatura eſſet, ſubigendos Viſegothos in Gallia perſuaſiſſet, quæ una gens in toto orbe Hunnici imperii æmula atque hoſtis eſſet. Id utique non ambigue inter milites localiter jactatum; haud immerito Leoni ceſſiſſe in Italia, qui Lupum in Gallia reformidaſſet, pluſque in cohibendo Attila momenti habere feratum nomina, quam hoſtium armatas acies. Interea Honoria, Valentiniani principis ſoror, cum ſevere admodum à fratre ultra legitimos annos

Anno Christi

Res geſtæ ab Attila.

CCCC XLIX.

Leo Pontifex impetrat pacem Italiæ ab Attila.

Anno Chriſti

„domi ſervaretur, per Eunuchum ſuum clam ab Attila impe-„traverat, ut ſe in matrimonium peteret. Itaque cum firmata „pace in Pannoniam retro ſe convertiſſet, Legatos ad Valenti-„nianum miſit, qui ſuaſionibus minas adjicientes, concedi ſibi „poſtulata pervicere. Habebat Attila more gentis ſuæ uxores „plures, cæterum priuſquam legati Roma reverterentur, captus „ſpecie puellæ, fama ac nobilitate inter ſuos eximiæ, cui Hil-„dico nomen fuiſſe traditur, eam quoque ſibi conjugavit, hau-„ſtoque immodice vino in nuptiali convivio, cum ſupinus ob-„dormiviſſet, ſanguis per nares erumpens vitalium ſpirituum „meatus intercluſit, ſubitoque extinctus eſt. Qua nocte Mar-„cianus Imperator Conſtantinopoli per ſomnium vidit arcum „illius fractum, quo genere armorum Hunnos maxime excel-„lere diximus. Poſtridie cum Rex præter conſuetudinem ad diei „multum conquieſcere videretur, miniſtri id primum novi ma-„trimonii voluptatibus tribuebant indulgebantque, qui mox in „ſuſpicionem verſi, intimo cubiculi reſerato, mortuum inve-„nere; puellam vero ſic juxta eum jacentem, ut quæ timeret „dormientem excitare. Quæ cum renunciaſſent, planctu & la-„chrymis univerſa Regia completa, variæque erant accurren-„tium acclamationes, inter mortui regis laudes & deſiderium. „Semironſis deinde capitibus, laniatoque more ſuo vultu, ela-„tum corpus, ubi equeſtres ludos concelebravere, ſepulturæ „mandarunt, non ſine paludamentis, phaleris, ſigniſque & aliis „militaribus imperatoriis ornamentis, quæ ille vario ex hoſte „attulerat. Vixit annos ſex ac quinquaginta: ſigna vero mortis „præceſſerant, quod revertenti ab Italica expeditione, in tranſi-„tu Lici amnis, qui Rhetos dividit à Vindelicis, mulier fanatica „temerè in equum invecta, clamavit ter, RETRO. Equuſque, „quem prope in deliciis habebat, ipſo nuptiarum die, nullo „ægritudinis ſigno præcedente, ſubito interiit. Et novæ nuptæ „cubiculum intrantis pes dexter ſic limini impactus eſt, ut præ „dolore aliquantiſper aſſederit, auditaque eſt ejus vox dicentis: „Si tempus eſt veniam; quibus verbis mortem in dolore com-„pellaſſe credidere. Sed & cœlo ejus viri curam fuiſſe teſtatus „eſt Cometes, qui ante obitum ipſius ter ſeptem noctes ad ver-„num ſolis exortum apparere perſeveravit. Sunt qui ſcribant „Attilam reverſum ex Italia iterum contra Viſogothos arma

Res geſta ab Attila.

CCCC XLIX.

„mo-

„moviſſe, varioque prœliorum eventu bellum inter eos ali- *Anno Chriſti*
„quandiu extractum. Sed tandem in ciſdem campis, in quibus
„ab Aëtio debellatus prius fuerat, victum, fugatum, & poſtea
„à Viſogotho, exitu quo deſcriptum eſt ſupra, interiiſſe. Hæc *Attila flagellū Dei.*
ille de rebus & fine Attilæ, qui vulgo Flagellum Dei,
& merito, appellatur.

Interea dum ad inſtar procellæ ac fulminis omnes percellit Hunnus iſte Attila, ac inprimis Italiam terret, plurimi relictis civitatibus, prædiis & agris, quæ hactenus habitaverant, ſecuritatis cauſſa in inacceſſa Barbaris loca, hoc eſt, Adriatici maris inſulas, ſedes ſuas cum uxoribus & liberis tranſtulere. Et ſic nobiliſſimæ Venetæ urbis prima jacta ſunt fundamenta; ſic, inquam, factum eſt, ut, ſicut elegantiſſimus Poëtarum Italiæ Sanazarius loquitur, *Venetiæ conduntur.*

Adriacis videat Venetam Neptunus in undis
Stare urbem, & toto ponere jura mari.
Nil mihi Tarpeias quantumvis, Iupiter, arces
Objice, & illa tui mœnia Martis, ait. CCCC XLIX.
Si Pelago Tibrim præfers, urbem adſpice utramque:
Illam homines dicas, hanc poſuiſſe Deos.

Hac eâdem tempeſtate Angli, celebres Saxonum in Germania populus, in Britanniam auxilii ferendi cauſa contra Scotos & Pictos invitati, mox ſub ſuam ditionem Britanniam redegere, & à nomine ſuo Angliam dixere, egregio exemplo, in maximo præſentiſſimoque diſcrimine res earum gentium verſari, quæ implorare externorum auxilia, militarem imprimis manum, vel neceſſe vel conſultum habent. Saxones ergo primo à Vortigerno Rege & Britannis acciti, ad propulſandas Barbarorum incurſiones, in Britanniam veniunt, ducibus Hengiſto & Horsâ fratribus, circa annum Domini CCCCXLIX. Poſtea vero plures è tranſmarinis regionibus advolârunt, pulſiſque paulatim Britannis, illorum ſedes occuparunt, patriamque (præter Walliam) in ſeptem regna diſtribuerunt, Heptarchiamque conſtituerunt: in qua ramen qui plurimum poterat, Rex gentis Anglorum, ut eſt apud Bedam, Lib. II. Cap. V. dicebatur, adeo ut Monarchia in ipſa Heptarchia ſemper fuiſſe videatur. *Anglorum migratio ex Germania in Britanniam, & Heptarchia.*

Anno Chriſti

Quas Regiones, quoſve Comitatus, hæc Regna complexa fuerint, tabella potius, quam multa verborum congerie, ut ſimul & ſemel intueatur Lector, proponere libet.

Anglo-ſaxonũ regna & reges in Britannia.

CCCC XLIX.

1. *Cantii Regnum continebat* — *Cantium, ab Hengiſto inchoatum circa Annum Domini 457.*

2. *Suſſexiæ, ſive Auſtraliũ Saxonum Regnum continebat*
- *Sutkſexiam.*
- *Suthreiam*

Hic Principatus haud diu duravit: paucique in eo, & nulli fere celebres reguli.

3. *Eaſtangliæ, ſive Orientalium Anglorum Regnum continebat*
- *Norfolciam.*
- *Suthfolciam.*
- *Cantabrigiam, cum inſula Ely.*

4. *Weſtſexiæ, ſive Occidentalium Saxonum Regnum continebat*
- *Cornwalliam.*
- *Devoniam.*
- *Dorſetiam.*
- *Somerſetiam.*
- *Wiltoniam*
- *Southamptoniam.*
- *Bercheriam.*

5. *Northumbriæ Regnum continebat*
- *Lancaſtriam.*
- *Eboracum.*
- *Dunelmiam.*
- *Cumbriam.*
- *Weſtmariam.*
- *Northumbriam, & Regiones Scotiæ, uſque ad Edenburgi fretum.*

6. *Eaſtſexiæ, ſive Orientalium Saxonum Regnum continebat*
- *Eſſexiam.*
- *Middelſexiam.*
- *Hertfordiæ partem.*

7. *Merciæ Regnum continebat*
- *Gloceſtriam.*
- *Herefordiam.*
- *Wigorniam.*
- *Warwicum.*
- *Leiceſtriam.*
- *Rutlandiam.*
- *Northamptoniam.*
- *Lincolniam.*
- *Huntingdoniam.*
- *Bedfordiam.*
- *Buckinghamiam.*
- *Oxenfordiam.*
- *Staffordiam.*
- *Salopiam.*
- *Nottinghamiam.*
- *Ceſtriam.*
- *Herfordiæ partem alteram.*

Regum Saxonicorum ſucceſſiones in ſingulis Regnis Heptarchiæ.

Cantuatiorum Reges.

Pagani.	1. *Hengiſtus.*	31
	2. *Esk.*	24
	3. *Otha.*	20
	4. *Immericus.*	29

Chri-

Chriſtiani.
5. *Ethelbertus.* 56
6. *Eadbaldus.* 24
7. *Ercombertus.* 24
8. *Egbertus.* 9
9. *Lotharius.* 12
10. *Edricus.*

Reges dubii, vel externi.

Chriſtiani.
11. *Witkredus.* 33
12. *Edbertus.* 23
13. *Ædilbertus.* 11
14. *Alricus.* 34
15. *Ædilbertus.* 3
16. *Cuthedus.* 8
17. *Baldredus.* 18

Regnum *Cœpit, An. Chr.* 457. *Deſiit, An.* 823.

Auſtralium Saxonum Reges.

Pagani.
1. *Ælla.* 32
2. *Ciſſa (filius Ællæ)* 75

Progenieſq; eorum poſt eos, quorum tamen nomina, præter unum aut alterũ, fere ignorantur, ipſa etiam regio plerumque in Cantuariorum, aut Occidentalium Saxonum poteſtate fuit.

Chriſtiani.
3. *Ediltwach,* al. *Ethelwolfius.* 25
4. *Bertkum.*
5. *Autkum.*

Regnum *Cœpit, An* 491. *Deſiit, circa An.* 600.

Orientalium Anglorum Reges.

Pagani
1. *Uffa.* 7
2. *Tityllus.* 10
3. *Redwaldus.* 44
4. *Eorpwaldus.* 12

Chriſtiani.
5. *Sigebertus.*
6. *Egricus.*
7. *Anna.* 13
8. *Ethelbertus.*
9. *Ethelwaldus.* 9
10. *Adulfus.* 19
11. *Ælfwaldus.* 7
12. *Beorna.* 24
13. *Ethelredus.* 52
14. *Ethelbertus.* 5

Regnum *Cœpit,* 575. *Deſiit,* 793.

Occiſo Ethelberto ab Offa, Regnum Orientalium Anglorum conjunctum eſt cum Regno Merciorum. S. Edmundus tamen poſtea regnavit, qui Martyr obiit An. 870.

Occidentalium Saxonum Reges.

Pagani.
1. *Cerdicius.* 16
2. *Kenricus.* 26
3. *Ceaulinus.* 31
4. *Celricus.* 6
5. *Ceolwulfus.* 14

Chriſtiani.
6. *Cinegilſus.* 31 al. *Kingilſus.* *Quincelmus conſors regni cum patre.*
7. *Kenewalckius.* 31

Anno Christi

Anglo-ſaxonũ regna & reges in Britannia.

CCCCXLIX.

Anno Chriſti

Christiani.
- *Sexburga Regina.* 1
- 8. *Eſcivinus.* 2
- 9. *Kentwinus.* 9
- 10. *Cedwalla.* 2
- 11. *Ina.* 38
- 12. *Æthelbardus.* 14
- 13. *Cuthredus.* 14
- 14. *Sigebertus.* 1
- 15. *Kinewulfus.* 29
- 16. *Brithricus.* 16
- 17. *Egbertus.* 37

Anglo-ſaxonũ regna & reges in Britannia.

Regnum { *Cœpit, 519.* / *Deſiit, 1066.*

Norrhanhymbrorum Reges.

CCCCXLIX.

Pagani.
- 1. *Ida.* 12
- 2. *Aëlla cum filiis.* 30
- 3. *Edelricus.* 4
- 4. *Ethelfridus ferus.* 24

Christiani.
- 5. *Edwinus.* 17
- 6. *Oſwaldus.* 9
- 7. *Oſwius.* 28
- 8. *Egfridus.* 15
- 9. *Alfridus.* 19
- 10. *Oſredus.* 11
- 11. *Kenredus.* 2
- 12. *Oſricus.* 11
- 13. *Ceolwulfus.* 8
- 14. *Egbertus, al. Eadbertus.* 20
- 15. *Oſufus.* 1
- 16. *Ethelwaldus, al. Mollo.* 6
- 17. *Aluredus.* 9
- 18. *Ethelredus. al. Ethelbertus.* 4
- 19. *Alfwoldus.* 11
- 20. *Oſredus.*
- *Ethelredus iterum.*

Regnum { *Cœpit, An. Chr. 547.* / *Deſiit, circa An 792.*

Æthelredo interfecto finem accepit Regnum Northanhumbrorum, quod poſt interregnum 33. annorum occupavit Egbertus Rex Weſt-Saxoniæ An. Chr. 827. Nominantur tamen etiam poſtea quidam Reguli Northumbrorum Danicis temporibus.

Orientalium Saxonum Reges.

Pagani.
- 1. *Erkenwinus.*
- 2. *Sledda.*

Christiani.
- 3. *Sebertus.*
- 4. *Sexredus. Sewardus. Sigebertus.* } *fratres reg. 3.*
- 5. *Sigebertus parvus.*
- 6. *Sigebertus bonus.*
- 7. *Swithelmus.*
- 8. *Sigherus & Sebba.*
- 9. *Sighardus & Senfredus.*
- 10. *Offa.*
- 11. *Selredus.*
- 12. *Swithredus Rex ultimus.*

Re-

Regnum { *Cœpit*, 527. / *Deſiit*, 747.

Numeri ideo non adjiciuntur quia de annis horum Regum, itemque Orientalium Anglorum, nihil admodum certi memoriæ proditum eſt.

Merciorum Reges.

Pagani.	*Cridda*, *Wibba.*, *Cheorl.* } *Reguli.*	
	1. *Penda.*	1
Chriſtiani.	2. *Peada & Oſwi duces.*	3
	3. *Wulfherus.*	16
	4. *Æthelredus, al. Ædiredus.*	30
	5. *Kenredus.*	4
	6. *Ceolredus.*	8
	7. *Ethelbaldus.*	41
	8. *Beornredus.*	1
	9. *Offa.*	38
	10. *Egferus.*	1
	11. *Kenulfus.*	2
	12. { *Kenelmus.* / *Ceolulfus.* }	1
	13. *Beornulfus:*	3
	14. *Ludecanus.*	2
	15. *Withlafus.*	13
	16. *Bertulfus.*	13
	17. *Burhredus.*	22
	18. *Ceolwulfus*, ſub	

quo regnum hoc Merciorum omnino exſtinctum eſt.

Regnum { *Cœpit* { *Criddæ*, 582. / *Pendæ*, 625. } / *Deſiit*, 874. }

Anno Chriſti

Anglorum Reges poſtquam in Monarchiam ſeptem Regna coaluerunt.

Anglo-ſaxonũ regna & reges in Britannia.

Anno Chriſti		
800.	*Egbertus.*	37
837.	*Æthelwulphus.*	20
857.	*Æthelbaldus.*	5
862.	*Æthelbertus.*	5
867.	*Æthelredus.*	5
872.	*Alfredus, al. Aluredus.*	29
901.	*Edwardus ſen.*	23
924.	*Æthelſtanus.*	16
940.	*Edmundus.*	6
946.	*Edredus.*	9
955.	*Edwinus.*	4
959	*Edgarus.*	16
975.	*Edwardus Martyr.*	4
979.	*Ethelredus.*	37
1016.	*Edmundus ferreum latus.*	1
1017.	*Canutus.*	19
1036.	*Haroldus.*	4
1040.	*Harde-Canutus.*	2
1042.	*Edwardus Confeſſor.*	24
1066.	*Haroldus.*	1.

CCCC XLIX.

Ex his patet falli haud dubie cætera diligentiſſimum Onuphrium, cum ſcribit Britanniam à Saxonibus occupatam in I V. tantum *Onuphrius notatur.*

aut

Anno Christi

aut v. regna fuiſſe diviſam. Verba hac de re ſupra reddidimus. Heptarchia conſtituta fuit.

Quanquam autem in hac ſerie Regum Anglosaxonum (ſive nobiliſſimus Spelmannus, ſive quis alius ejus auctor ſit) ſub ejuſdem finem dicatur, ſeptem regna in Monarchiam coaluiſſe ſub Egberto, Rege Occidentalium Saxonum, quia eum & alii primum Monarcham volunt, verius tamen videtur, regna Merciorum & Anglorum Orientalium, non exſtincta eſſe penitus ſub Egberto, & Alvredum Magnum, ejus è filio nepotem, primum Monarchiæ auctorem fuiſſe.

Monarchiam in Anglia quis conſtituerit.

Inſignis rerum, legum, & linguæ in Britannia mutatio.

Hac expeditione factum eſt, ut principes, leges, inſtituta, conſuetudines, linguam, adeoque literas ipſas Germanorum aut Saxonum recipere atque admittere coacti Britanni fuerint; quemadmodum ex prope infinitis legum librorumque monumentis, Anglosaxonum notis ac lingua, quæ ipſis Germanis vulgo jam ignota ſunt, & periere, ſcriptis facile unicuique poteſt conſtare. Cujus ego rei ideo meminiſſe hic debui, ut Germanicarum Antiquitatum ſtudioſi ſic admonerentur, in ſola illa regina inſularum Britannia, ut Germanorum colonia, ſupereſſe hodieque plurima monumenta, ex quibus veterum Germanorum

CCCC XLIX

vita, mores, leges, magiſtratus, & quæ ejus generis ſunt alia, nullo negotio poſſunt cognoſci. Et, ſi ætatem mihi Deus ac otium fecerit, nonnulla eorum, præter ea quæ per Anglorum doctiſſimos vulgata jam ſunt, in publicam lucem aliquando editurus ſum.

Soli vel Cambri, vel Cymraci, vel Walli, veteres Britanniæ incolæ, haud victi ſunt.

Sola tamen Cymbrorum, qui ſe Cymræcos vocant (quod nomen ab illo vetuſtiſſimo Cymbrorum non abludit) à vicinis autem Walli hodie appellantur, ditio, cincta montibus, & ſic pene invia, capi tunc non potuit aut expugnari. Atque hæc ratio eſt, quare Walli iſti ad hunc uſque diem plane alio ſermone, quam Angli, id eſt, vetuſtiſſimo Britannico & incorrupto utantur. Quod Lexicon Cymræcum, aut Cambricum, à doctiſſimo Davieſio, ex auctoritate Iacobi I. Magnæ Britanniæ Sereniſſimi Regis, ſuperioribus annis in lucem emiſſum, abunde poteſt teſtari. Et, ut obiter hoc addam, cum id nuper admodum ego inſpicerem, ſæculo & cupidis ejuſmodi antiquitatum ingeniis gratulatus ſum, cum illa non ſit alia lingua, quam qua & Britanni, & Germanni, & Galli, ante Chriſtum natum utebantur.

Vetuſtiſſima & incorrupta Britannorū lingua hus hodieque manet.

Nam

Nam Britannorum ac Gallorum ſermonem eundem fuiſſe, memorat Tacitus in Vita Agricolæ. Vetuſtiſſimus autem ſermo Gallorum idem cum Germanico fuit; ut ab eruditiſſimo Iſacio Pontano in Originibus Gallicis, ſicut & ab aliis, & à nobis quoque alibi, luculenter eſt demonſtratum. *Anno Chriſti*

Gallia Aremorica quare Britannia dicta.

Eadem illâ Saxonum irruptione territi Britannorum plurimi alias in Gallia, præſertim Aremorica, ſedes ſibi ſuiſque quæſivere. Atque hæc Britanniæ Aremoricæ, quod etiamnum nomen manet, in Gallia origo eſt.

MARTIANUS imperat in Oriente. CCCCL. MARTIANUS IMP.

Gothis trans Alpes dilapſis, novam procellam Septentrio effudit. Sævus ille Attila Hunnorum Rex, ab Aëtio in campis Catalaunicis victus & profugus, a clade ferociam ſumpſit, totamque trahens Scythiam, ille humani generis terror Italiæ imminebat. Funditus delere Romam, & Romani tollere imperii nomen decreverat, atque huc per ſtrages & ruinas ibat. Prima crudelitate Aquileia periit, & tanquam una flamma mox Concordia, Opitergium, Altinum, Patavium, Ateſte, ac deinde tota illa maritima regio conflagravit. Adhuc in Tranſpadanis luſerat Hunnorum barbaries, niſi eadem calamitate Inſubres Ligureſque obrueret. Ergo aliarum urbium fatum etiam Mediolanum excepit, & cum avaritiæ hoſtium ſufficeret, crudelitatem minime ſatiavit. In homines & tecta ſævitum, igni, ferro, manu: pulcherrimam urbem brevis furor excidit. Neſcio quo ſidere; ſed veſtigia quondam Annibalis & vota Attila ſequitur. Quid tamen? Cum lenior non eſſet, nec felicior fuit. Padum tranſit, omnia cædibus incendiiſque implet, ultimam ſævitiæ procellam in Dominæ urbis mœnia ac templa effuſurus. Sed quo ruis immaniſſima bellua? Ad crudelitatis famam hæc jam ſatis. Cohibe impetum, & fumantem à tergo recenti incendio regionem reſpice: cladi ſi credis, vix quicquam votis jam truculentis ſcelus adjiciet. Romam petis? Mediolanum Roma fuit, & cum Inſubrum urbe reliqua Italia concidit. Mirari juvat: Metus, an aliud conſilium mentem Tyranni impulit? an occulta vis fati? Intercedente velut Leone Pontifice, interruptus ſævitiæ curſus eſt, & quia iterum non ſpernendis copiis occurreret Aëtius, immenſus ille jamque gravis præda exercitus relegit veſtigia: prorſus poſtquam divitias rapuit, timuit vinci. Annuo tamen tributo

CCCCLI. Attila irruptio in Italiam. CCCCLII. Mediolanum capitur.

Anno Christi CCCC LIII. (pro pudor!) pacem ab Attila Valentinianus emit, Auguſtus a Barbaro, & clade quam dedecore carere Imperium maluit.

Poſtquam ceſſavit hæc tempeſtas, ſudum paulliſper fuit, pulſiſque, non bello, ſed fœdere ad hyemem ſuam Hunnis, ver quoddam Italiæ reddit. Inſubres inſtaurare cum animis fortunas quoque cœpere: Mediolanum domos & templa, Euſebio Antiſtite annitente, recepit, ut calamitatis duraret memoria, novam rudera urbem fecere.

CCCC LXVII. Anthemio ad Imperium Occidentis evecto, Patricius Recimer, cui filiam ille deſponderat, Mediolanum regebat, munere præfectus, imperio dominus. Sed inter ſocerum generumque gravia odia, in bellum tandem erupêre. Alter cauſa, alter viribus melior, parem tamen animum adferebant. Vires autem cauſſam & felicitatem fecêre. Tanquam Inſubres ſæpius Romam poſſent capere, Recimer infeſto exercitu Anthemium petiit, & obſedit. Salutis igitur ſpes unica in auxiliis Gothorum, qui Belimere Duce è Galliâ adventabant, Romanorum ſcilicet caput protecturi, nuper hoſtes, & propemodum everſores. His ad pontem Hadriani prœlio victis, quo Dux Ducem interemit, majori vi urbs oppugnata, & capta eſt. Anthemium Ricimer in poteſtatem redactum per ſummum ſcelus necavit, ſocerum & Imperatorem. Sed in urbem miles debacchatus, quicquid nupera Gothorum Barbaries reliquerat, diſſipavit. Ricimeris vota impleri perfidiâ non potuêre: ad Imperii faſtigium cum properat, morbo correptus obiit, vir fortis, ſed alter in Republica velut Stilico, niſi felicior etiam, quod non plures Imperatores evexit, quam ſuſtulit. Mox vero poſt Olybrium, Glyceriumque vitio creatos, imperii inſignia Iulio Nepoti Momyllus eripuit, ultimus in Occidente Auguſtorum.

Res in Italia à Recimero geſta.

CCCC LXXV.

CCCC LXXVI. Italiæ jam Reges fata deſtinabant. Itaque Odoacer, Herulorum Princeps, ab extremis Pannoniæ finibus bellum parat. Ne quid ad terrorem deſit, ſimul Turcilingi, Scyri, & Rugi veniunt, ſævientis nuper Attilæ auxilia & robora. Primo impetu Inſubres petiti. Ticinum captum dirutumque. Mox provoluto velut armorum turbine, in poteſtatem quoque hoſtium Mediolanum venit: Mutina, Regium Lepidi, pluresque urbes exciſæ. Ut ſcires a nupera plaga languere adhuc Italiæ vires; contemptæ ſunt, & quicquid pro Momyllo ſtetit, novi Attilæ furorem

Italiæ Reges.

aut

aut ſenſit, aut timuit. Poſtremo nec Roma jam obſeſſa atque circumdata, hoſti minanti auſa reſiſtere; tanquam ad originem rediret, & fortunæ ſuæ incunabula, Regem Odoacrem ſalutavit, paſſa & Momyllum purpura exui, & non ſine ludibrio in exilium expelli. Ergo Regia poteſtas Italiam deinceps tenuit: Imperium vero, ut in Auguſto cœpit, ita in Auguſtulo, quo Momyllus nomine fuit, deſiit. Odoacer regnum armis occupatum, jure legibuſque ſtabilire aggreſſus eſt, non minus jam lenis Rex, quam violentus victor. Sed nec in domicilium Roma placuit, quæ magnificæ duntaxat, & malè tutæ latebræ eſſent. Pro regno excubiturus, Ravennæ, velut in ſpecula Italiæ conſedit, proximoſque Inſubres peculiari affectu ſibi obſtringens, duplicato recenter tributi onere liberavit. His vero gravis moleſtuſque inſolenti præfectura Pelagius erat, ſed ut illuſtriorem Regis clementiam faceret. Amplius ſanè fuit, abſolvi ſumptibus populum, libertati aſſuetum, quam omnino preſſum non eſſe. Odoacer, quia durare injuriam noluit, dediſſe beneficium viſus. *Anno Chriſti*

In novo ſtatu quies hæc magis fuit rerum, quam ſecuritas: ad majores calamitates, ludente adhuc fortuna, populi ſurrexere. Poſt Herulos iterum Gothi, & ab eodem Danubio moverunt arma, Romano nomini velut noctem illaturi. Theodericus acer ſpiritu juvenis, cum virtutis præmia a Zenone Imperatore exſpectaret, Italiam popoſcit, quam debellaret. Data eſt, & quid niſi in prædam? Barbari tamen, non ad bellum modo, ſed ad novas ſedes profecti, arma ſimul & fortunas bajulant: ducunt una liberos conjugeſque. Alpium clauſtra, hoſte fruſtra renitente, penetrant; & hæc prima victoria fuit. Ad Natiſonem mox amnem fortuna quid conſtituiſſet, explicat. Pellitur Odoacer, nequicquam ſtrenuus, caſtriſque Herulorum Theodericus potitur. Sic jam quaſi Romani deſiiſſent, de Italia decernunt Barbari. Interea è Gallia Æduorum tyrannus Grundobaldus in Liguriam irrumpens, non minori perfidia, quam ſtrage (fœdus enim illi cum Odoacre) longè lateque cuncta populatur. Summam rum quoque calamitatem urbs Inſubrum paſſa, niſi quod capta non fuit. Adverſus vim repentinam ſatis munita, reſtitit: tamen velut in agris everſa, regionis totius incendium deplorabat. Hoſtis quoque non tam belli, quam latrocinii cauſſa venerat, pari avaritia & metu, ad prædam & rurſus CCCC LXXXIX *Gothi Italiam invadunt.*

Anno Christi CCCCXCIII.

ad fugam paratus. Quia divitias haud potuit, homines rapuit: non ætati, non ſexui pepercit. An gravius nocere Gothi poterant? Sub vinculis ibant viri & feminæ, pueri & ſenes, ſub Barbaro, & Tranſalpino jugo alienos mox culturi agros. Fato quodam exhauſtam incolis Provinciam dixiſſes, quam Gothi incolerent: quippe ſolitudinem invenerunt. Odoacer autem è fuga Veronam ſe receperat, & collecto exercitu inſequentem a tergo hoſtem nova, iterumque infelici pugna excepit. Semel fuſus frangi facilius potuit. Poſt Natiſonem, mox Atheſim, & poſt hunc Abduam majori clade nobiliravit. Tanquam aquæ ſitirent ſanguinem, ad amnes pugnatum eſt, & ut tertio infelix eſſet Odoacer, fruſtra ad Inſubres fugerat. Vidit igitur Mediolanum Regem ſuum victum, nec defecit: ſic quia fidem coluit, obſeſſum eſt. Verum difficilius Theoderico fuit, mœnia Inſubrum, quam caſtra Herulorum capere; clauſos cogere, quam fugientes diſſipare. His fortunam ſuam muris ſi crediderit Rex victus, citius conſulere rebus poterat. Sed hoſtis victoriæ curſum populi unius pertinacia impediri indignatus, cum & perſequi ſtatim vellet Odoacrem, & nihil non ſuum a tergo relinquere, toto Marte urbi incubuit. Tormenta admota ſunt, & quicquid vis potuit, factum. Ira quoque Barbaris robur dedit, cum hoſtium ſtragem vel ſua quærerent. Ergo neceſſitate preſſi Inſubres, vinci quam perire maluerunt: & placuit deditio, quam ſuo ipſe conſilio Laurentius Antiſtes honeſtam faciebat. Neque ſegnirer a reliquis urbibus populiſque ad novum Regem deſcitum. Odoacer Romam profugiens, occluſam & addictam hoſti urbem invenit. A Ravennatibus admiſſus, varia fortuna excepit vim hoſtis. Quod mireris, laſſavit, & propè fregit. Theoderico tandem, quia pro voto bellum non cederet, pax placuit: ſed cum parum eſſet, in regni duntaxat partem veniſſe, ſocietatis fidem ſcelus vicit, interituque Odoacris perfectum eſt. Sic Gothi Italiæ potiti ſunt, & agros, Rege dividente, acceperunt. Quam grave vulnus Gundobaldus intulerat, tunc apparuit. Suffecit nova advenis terra, & quod Inſubres ſolitudo adhuc erat. Rura arboribus vitibuſque ſpoliata horrorem induerant: ſine fruge & ſegete tam felices torpebant glebæ: cultores non erant. Itaque adnitente Epiphanio Ticinenſium, Laurentio Mediolanenſium Præſule, captivi è Gallia poſtliminio reducti ſunt, & fertilitas rediit.

Gothorum irruptio in Italiam.

Anno Chriſti

Sed quam pulchrum hoc certamen inter Barbaros! Alter Regum pretium obtulit, alter recuſavit. Ille ſuos eſſe teſtatus, quos liberare voluit: hic injuria ſe rapuiſſe, quos tam benigne reddidit; & ſanè magnum accepit lytrum, quia non admiſit.

LEO, ZENO, ET ANASTASIUS IMPP.

Interea Orientis imperium habuere Leo Thrax, qui imperare cœpit anno cccclvii. & gener Leonis Zeno, qui imperare cœpit anno cccclxxiv. & Anastasius, cujus imperii initium incidit in annum ccccxci.

ccccc xviii. JUSTINUS IMP.

Justinus in Illyria natus imperat in Oriente, patre opilione genitus, ſed ob magnitudinem virtutum, quas in militia potiſſimum probaverat, ad imperii faſtigium evectus. De eo verba Procopii, quæ in Hiſtoria ejus Arcana, nuper admodum Romæ editá, leguntur, exhibuiſſe hic ſuffecerit. Ita autem ille; *Byzantii Leo ſummam habebat imperii, cum tres in Illyria nati, exercendiſque agris aſſueti adoleſcentes Zimarchus, Dityliſtus, & Iuſtinus (cujus Bederiana patria fuit) ſummæ, qua domi premebantur, egeſtatis vitandæ cauſa, militiam ſequuntur, pedibuſque Byzantium veniunt, rejectis poſt terga ſagis, in quibus præter ſecundarios panes, nihil eis quod reconderent, ex re domeſtica fuit. Numeris militaribus inſcripti ab Imperatore, utpote egregia corporis forma conſpicui, ad Regiæ cuſtodiam ſeliguntur. Imperio deinde potitus Anaſtaſius, in Iſauros, qui arma ſumpſerant, florentiſſimum immittit exercitum, quem Ioannes Gibbus ductavit. Is Iuſtinum criminis reum includit carceri, poſtridie ſtatim capite plectendum. Verum, ut dux ille narrare ſolebat, à propoſito deterretur, viſo per quietem ſibi, qui proceritate, ac reliquo corporis habitu præſtantius quid homine præ ſe ferret, juberetque dimitti quem pridie tradidiſset cuſtodiæ. Ille ſomno excitus non magni ducit quæ in ſomno viſa forent, nocteque inſequente iiſdem in quiete viſis & auditis, ac nihilominus neglectis; tertio ab eadem illa ſpecie atrocioribus minis exagitatur, ut dicto pareat: Nam hoc, inquit, homine, hujuſque propinquis opus cum primis erit, quando ira mihi mox concitabitur. Sic mortem evadere Iuſtino contigit. Tempore deinde procedente, magnam is conſequitur potentiam, Prætorianis militibus præfectus ab Anaſtaſio Principe: qui ubi fato conceſſit, ea fretus Iuſtinus præfectura capeſſivit imperium, ſenex jam licet capularis, &, quod Romanis antehac non evenit, adeo litterarum expers, &, quod dicitur, Analphabetus, ut cum ſui ſoleat nominis apices libellis indere Princeps, cum quid imperat faciundum, ipſe neque imperare, neque compos eſse poſset rerum gerendarum; ſed Proclus, qui*

Procopii de eo judicium.

 officio

Anno Christi

officio Quæſtoris fungebatur, eique aſſidebat, omnia faceret pro arbitrio. Verum ut aliquod Imperatoris manus extaret argumentum, à Magiſtratu, qui id muneris habet, excogitatum hoc eſt. Tabellæ ligneæ perpolitæ formam quatuor litterarum, quæ legi Latinè poſſent, incidendam curant, eaque libello impoſita, calamus colore imbutus, quo ſcribere mos eſt Imperatoribus, huic Principi tradebatur in manum, quam alii prehenſantes ducebant, circumagebantque calamum per quatuor illas litterarum formas, *Iuſtinus ἀναλφάβητος.* *nempe ſingulas tabellæ inciſuras, atque ita demum iis ab Imperatore litteris reportatis recedebant. Is quidem Romanis erat Iuſtinus. Conjux vero, cui nomen Lupicinæ fuit, ſerva, eaque barbara, ſui pellex emptoris Iuſtini, & ad uſque vitæ exitum imperii ſocia. Neque malo ſubjectis, neque bono eſſe Iuſtinus quidem potuit, inſignis homo ſtoliditatis, ſumma cum infantia, ſummaque cum ruſticitate conjunctæ.* Quæ Procopii verba ſatis ſuperque oſtendunt non excuſandum eorum errorem, qui Iuſtinianum, ſequutum in imperii adminiſtratione Iuſtinum, Analphabetum fuiſſe tradidere. De Iuſtino, non Iuſtiniano, id pronunciat Procopius. *Suidas emendatur.* Viros doctiſſimos patrum memoria fefellit corruptus Suidæ locus, qui ex Procopio, ex quo & petita Suidæ verba ſunt, corrigendus eſt. Ἀμάθητος, inquit, *γραμμάτων ἁπάντων καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος.* quæ de Iuſtino Procopius dixit, non de Iuſtiniano. Recte habent omnes Suidæ Codices Vaticani Ἰουστῖνος. Et frequens eſt librariorum lapſus in his duobus Iuſtini & Iuſtiniani vocabulis. Qua de re plura forte alibi dicemus.

CCCCC XXVII. IVSTINIANVS IMP. Juſtinum JUSTINIANUS, ex ſorore nepos, ſequutus eſt.

Semen, ſive ova vermiũ Sericorum a Monachis in Europam adlata. Imperante Iuſtiniano, Monachi duo, reverſi ex India, ſemen ſive ova vermium Sericorum in Europam primi adtulere. Ex his, fimo, ut apud Indos moris eſt, coopertis & ſic excluſis, per totam Europam & Occidentem propagata deinceps eſt ſericorum vermium generatio, & ſerici ex iis conficiendi ratio prodita. Notat id & obſervat Procopius; & ex eo etiam illuſtris Salmaſius in Notis ad Tertullianum de Pallio; Variæ veterum ſuper ſerico, quomodo fieret, & unde proveniret, fuere ſententiæ; alii partem veri dixere, alii propius attigerunt, alii falſa penitus de eo ſcripſere. Nec mirum, cum ex tam longinquis regionibus afferretur, & apud eas gentes naſceretur, quæ regionis ſuæ ingreſſu advenas arcebant, ita ut nihil explorari, & ad

per-

perfectum de his, corumque rebus cognoſci liceret. Ex India & Seribus hæc ſpecies præcipue advehebatur. unde Ἰνδικοῦ νήματος, & Σηρικοῦ meminit Arrianus in periplo maris Erythræi. Adeo autem caro vænibat, ut contra aurum pararetur, Aureliani Imperatoris tempore. Nam, ut ſcribit Vopiſcus in ejus vita, *libra ſerici, libra auri fuit.* Ita ἰσόχρυσον tunc fuit ſericum, cujus libra centum noſtris aureis plus minus præſtinabatur, cum hodie quattuor, aut quinque coronatis poſſit emi. De libra duodecim unciarum loquor, qualis fuit Romana. Iuſtiniani vero ætate, non ſolum tota ſerici paratura ad plenum & perfectum explorata eſt, ſed etiam ex Oriente in Occidentem traducta. Tunc cognitum eſt, vermes quales hodie habemus, immo coſdem, nam inde eos habemus, apud Seras & Indiæ populos, eodem prorſus modo quo apud nos, metaxam ex ſe producere ac operari. Illo in tempore ſericum nema Perſæ ab Indis & Seribus ſibi comparabant, Romani vero a Perſis illud comparare cogebantur. At quum adverſus Perſas bellum gereret Iuſtinianus, magnopere facere eniſus eſt, quaqua poſſet arte, ne Romani ſuis ab hoſtibus tam caram ſpeciem, & luxui adeo neceſſariam emerent. Voluit itaque cum Æthiopibus Homeritis qui Chriſtianis erant ὁμόδοξοι, fœdus inire, ut ab Indis ipſi metaxam mercarentur, Romaniſque venderent; quo pacto magnum ad eos rediturum eſſe compendium, Romanos vero liberatum iri neceſſitate commercium habendi cum ſuis hoſtibus. Natrat Procopius Lib. I. Perſicῶn. Hæc cum maxime agitanti Iuſtiniano duo monachi ex India revertentes, qui ibi pluſculum commorati fuerant, ſeſe obtulerunt, rettuleruntque, ex longiore mora quam apud Indos fecerant, diligenter omnem ſe rationem exploraſſe ſerici faciendi. Poſſe itaque facile ſatisfieri deſiderio Imperatoris, ut Romani à Perſis ſericum præſtinari neceſſe amplius non haberent. Tum de vermibus metaxæ opificibus ea narraverunt, quæ nunc videmus, & uſu jam cognoſcimus, deque toto illo metaxæ conficiendæ artificio. Vermes illos vivos in Europam afferri non poſſe, ſed ſemen eorum duntaxat, hoc eſt, ova. γονὴν vocat Procopius Lib. IV. Gothicῶn, ubi hanc rem fuſe perſequitur. Juſſu Imperatoris iter rurſus in Indiam capeſſunt illi monachi, & inde ova bombycum Indicarum Byzantium attulere.

Anno Christi

Semen ſive ova Sericorũ vermium à Monachis in Europam adlata.

CCCCC XXVII.

Hæc

Anno Christi

Hæc fimo cooperta, ut apud Indos ſolet, vermes excluſere, τοῦ μετάξης δημιουργούς. Mori folia pro pabulo illis data. Inde per totam Europam & Occidentem propagata Sericorum vermium generatio, & ſerici ex iis conficiendi ratio propalata. Procopius in Gotthicis Lib. IV. τρέφουσί τε συκαμίνου φύλλοις, καὶ ἀπ' αὐτοῦ γίνεσθαι μέταξαν τὸ λοιπὸν κατεστήσαντο ἐν τῇ Ῥωμαίων γῇ. Sic beneficio monachorum hodie ſerico veſtimur. Theophanes Byzantius apud Photium, tradit Perſam quemdam, imperante Iuſtiniano, Romanis ſerici inventionem oſtendiſſe, & ova, hoc eſt, ſemen illorum vermium, qui metaxam deducunt, ex India uſque Byzantium in ferula pertuliſſe: ὅτι τὴν τῶν σκωλήκων γένεσιν ἀνὴρ Πέρσης βασιλεύοντος Ἰουστινιανοῦ. ἐν Βιζαντίῳ ὑπέδειξεν οὔπω πρότερον ἐγνωσμένην Ῥωμαίοις οὗτος δὲ ἐκ Σηρῶν ὁρμηθεὶς ὁ Πέρσης τὸ σπέρμα τῶν σκωλήκων ἐν νάρθηκι λαβὼν μέχρι Βυζαντίου διεσώσατο, καὶ τοῦ ἔαρος ἀρξαμένου, ἐπὶ τὴν τροφὴν τῶν συκαμίνων φύλλων ἐπαφῆκε τὰ σπέρματα· τὰ δὲ τραφέντα τοῖς φύλλοις, ἐπτεροφύησέ τε καὶ τἆλλα εἰργάσαντο, ὧν τήν τε γένεσιν καὶ τὴν ἐργασίαν ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ὕστερον τοῖς Τούρκοις ὑποδείξας, ἐθάμβησεν· οἱ γὰρ Τοῦρκοι τότε τά τε Σηρῶν ἐμπόρια καὶ τοὺς λιμένας κατεῖχον. Ex illo porro vermium Indicorum ſemine, quod ſub Iuſtiniano primum ex India in Europam invectum conſtat, quantum hodie in Occidente vermium Sericorum eſt, profluxiſſe & emanaſſe plus quam certum, non ex illis bombycibus, quæ in Coa inſula naſcebantur, unde veſtes bombycinæ olim fiebant. Nam Iuſtiniani ævo, & longe ante Iuſtinianum, Coarum illarum bombycum ſemen prorſus extinctum videtur fuiſſe, aut ratio ſaltem conficiendi ex his bombycini penitus abolita. Pro comperto tamen & pro certo fere habuerim, Coacorum vermium qui bombycinum ſtamen nebant haud diſparile genus extitiſſe ac Sericorum aut Indicorum. Niſi hæc differentia fuerit, quod Indici tenuius & ſubtilius filum nerent, quam Europæi.

Monachorum beneficio ſerico hodie in Europâ veſtimur.

CCCCCXXVII.

Veſtes bombycinæ quæ, & unde dicantur.

Inter beneficia, quibus Romanum imperium, eique ſubjectos, obſtrinxit ſibi Iuſtinianus, vel præcipuum cenſeri debet, quod, poſt irritos aut impares, aut interruptos aliorum conatus, Jus Romanum digerendum conjungendumque feliciter curaverit. Julius Cæſar, verba ſunt doctiſſimi Guineti, leges quas effreni regnandi

Jus Romanum Iuſtiniani juſſu digeſtum.

libi-

libidine turbaverat digerere inſtituit, poſtquam populos in communi tumultu reſtitantes ad pacem adegit iiſdem armis quibus ante ſuam quietem retinentes in media bella projecerat: ſed hanc animo curam agitantem Brutus & Caſſius deprehenderunt. Quinetiam Gregorium & Hermogenem privatos homines, quamvis impar & debilis, aliqua tamen commemoratione digna ſollicitudo inceſſit mali publice graſſantis remedia tentandi: confectis enim a ſe Codicibus ſuum nomen uterque præſcripſit, in quos Gregorius Imperatorum Conſtitutiones ab Hadriano ad Gallienum, Hermogenes a Claudio qui proximus veſtigia Gallieni ſequutus eſt, ad Diocletianum conjecit: nullo niſi temporis diſcrimine obſervato, ſingulas integro perpetuoque contextu. Nec diſſimili ſtudio Theodoſius junior, ne privatorum diligentia Imperatores tardâ ſegnitie inferiores præteriret, in eandem curam incubuit, & Chriſtianorum Principum leges Codice Theodoſiano incluſit. Sed nec Gregorii, nec Hermogenis, nec ipſius Theodoſii conatus quicquam profecit: & potius exitio fuit quam ſaluti. Nam omnes jus civile, cum ſub veterum malorum pondere vix ſpiraret, indigeſta mole obruerunt.

Anno Chriſti

Series ac ordo digeſti Iuris Romani.

CCCCCXXVII.

Itaque dilapſis omnium conſiliis legum reſtituendarum laborem toties infelicem ad Iuſtinianum fata deduxerunt: ſed ſi unquam immenſæ ambages expediendæ rei negotioſiſſimæ vias inextricabili errore confuſas intercluſerant, tum maxime fortuna ſupremam difficultatem pulcherrimi facinoris ad deſperationem uſque intenderat: ut vix ulli humano ingenio conſtare poſſet quam vellet ejus conficiendi rationem inſiſtere. Tres vero potiſſimum cauſæ gloriam digeſti juris affectantibus infinita iſthæc impedimenta objecerant, per quæ nulla contentione mortalis induſtria eluctaretur, quamvis illud faſtigium obtinere quod attingere naturæ finibus circumſcriptæ conceſſum eſt. Prima earum cauſarum mihi numeratur ruinoſa legum vetuſtas: altera, juris ſibimet adverſi diſcordia: tertia, moles immanis. Singulas leviter libatas ſtrictim cognoſcendas dare operæpretium eſt: eam vero ſciens prætereo quam ſupra memoravi, de legum incerto ſtatu in ſeditionum inconſtantia per varios eventus fluitantium.

Honos optime, & ut oporteт reſtituti digeſtique tandē ejuſdem Iuris Romani Iuſtiniano debetur.

Romanarum legum ſenectus longi ſqualloris ſupremo ſitu confecta, & ſub annis urgentibus graviter fatiſcens tandem viribus exhauſtis victa procubuerat. Nam ab Urbe condita, quo tem-

Anno Christi

pore primum exortum jus civile imperium Romuli volentibus precaria tantum majeſtate regnantis inducta ſenſim parendi neceſſitate firmaverat, ad Imperatorem Iuſtinianum mille anni & trecenti paulo minus continuo rerum æſtu interfluxerant. Nimirum annum urbis milleſimum, anno Chriſti ducenteſimo quadrageſimo nono, imperii Philipporum quarto pluſquam ſæcularium ludorum ſolemnis inſolentia memoriæ populorum infixit: Iuſtinianus vero ab ea celebritate annis ducentis ſeptuaginta octo, ſcilicet anno Chriſti ſupra quingenteſimum vigeſimo ſeptimo, Iuſtino labenti ſuccedens imperii habenis manus primum admovit: quibus numeris in unam rationem ductis conficio ab urbe condita ad initia principatus Iuſtiniani juris civilis ætatem fuiſſe præciſe annorum mille ducentorum ſeptuaginta octo. Neque tanto ſpatio quietis unquam placidæ mollis indulgentia leges excepit, quo duriſſimi temporis adverſas ſemper injurias fortius perferrent. Quinetiam inimica vetuſtas, & rerum æternitatem molientium impatiens, ſæpius ſublapſas triſti moroſitate de ponte dejecit. Quid enim inutili legum canitiei parceret? quas lætum robur validæ juventutis vix tuetur, cum firmiſſima quæque hujus orbis convulſa ſternat, & ipſius naturæ perpetua conſtantia cauſarum ſolido adamante nexarum inconcuſſæ membra invidia edaci pœne ſubruat. Decrepitarum legum ſenectuti, exoletis fabulis deliranti, adjicienda eſt intractabilis diſcordia, quæ judices olim earum authoritati ſeverè addictos quotidianis anguſtiis ad inſaniam adigebant. Iuſtinianus ipſe ſi quando locum juris aliquem evolvere aggreditur, rem totam cogitur tribus quatuorve temporibus diſtinguere, ut ſe de *antinomiis* mutuo concurſu infeſtè commiſſis deflectat. Nam auſteræ antiquitatis vetus ſeveritas, quæ jus civile minimis momentis anxiè librabat, multa diſtricte ſanxit, quæ juri Prætorio diſplicuerunt, cujus lenitate ingrata durities avorum paulatim mitigata ſe reſolvit; Prætoribus deinceps liberiori æquitati effuſo ſtudio indulgentibus. Rurſus Conſtitutionibus principum aliter viſum eſt ac Prætores ſenſiſſent: poſtremo jus noviſſimum Iuſtiniani ſæpe melioribus inventis vanam antiquorum prudentiam explodit: ita plerumque negotium in quatuor jura ſibi invicem adverſa dividendum eſt, jus civile, jus prætorium, jus conſtitutionum & jus novellarum, ne omnia uno tractu orationis collecta neceſſario bello impli-

Vetuſtiſſimarü legum auſteritas, & difficultas.

CCCCC XXVII.

Ius Prætorium.

Conſtitutiones Principum.

Ius noviſſimũ Iuſtiniani.

centur.

centur. Quid dicam Iuriſconſultorum in diverſa juriſprudentiam differentium ſectas? Illi ſe Capitonianos, illi Labeonianos jactabant: erant qui in Proculi verba juraſſent, alii contra doctrinam Caſſii mordicus retinebant, nullo fine contentionum. Atque ubi ſemel illecebroſa diſſentiendi ſuavitas animis illapſa pertinaciam implicuit, factionum principes forenſis belli ſignum extulerunt, & ſimul omnibus diſputationum nunquam quieſcentium amor exarſit, legibus acerrima confligentium ſubtilitate captatis. Privato etiam livore tabentes inter doctos aliqui malignum dentem ſcriptis alienis infixerant: nonnullos quoque verioris prudentiæ ſtudium incitaverat, ut moroſa diligentia excuterent nobilium authorum eruditionem, cui publicæ admirationis pretium fama ſtatuiſſet: ita Marcellus Iulianum & Pomponium, Paulus Neratium & Papinianum, Ulpianus Sabinum, alii alios notarunt. Iſta Juriſconſultorum magno altercationum tumultu ferventium cæca tempeſtas tertiam juris oppreſſi cauſam conflavit, ſcilicet vaſtam librorum molem, quibus æternas quæſtiones infinito ſermone diffuderant. Nullus erat adeo laudati ſtomachi, & ad nauſeæ ſeditiones immoti, quem non ſtatim primo aſpectu immenſa tot voluminum maria faſtidioſa bile ſuccuterent: nullus ad longos labores adeo contumaci patientia obduruerat cujus animum generoſæ obſtinationis fiducia nitentem non frangeret ſubito ac dejiceret numeroſus immanium librorum exercitus, perpetua hoſtium inæqualium ſerie formidabilis. Erant omnino duo penè millia; quis labor iis verſandis ſuffecerit, quanta vis ingenii digerendis, haud arduum eſt conjicere.

Anno Chriſti

Diverſæ Iuriſconſultorum ſententiæ & ſectæ.

Immane iis majuſque indies ſtudium diſſentiendi.

CCCCXXVII.

Non expavit tamen ad tantæ molis impedimenta Iuſtinianus, ſed potius ipſa rei aſperrima difficultate mentem acrius irritatam erectis regio vigore ſpiritibus contra obfirmavit: itaque accingi ad opus viros glorioſo facinori pares juſſit, certa ſpe venturi cœlo ſubſidii pium animum, & belli paciſque ſucceſſus expectare a Deo ſolo aſſuetum, implente: ſine quo nihil unquam memorabile nec auſus eſt nec voluit, cum numen ſecundum juſtiſque laboribus aſpirans manifeſto ardore ſemper hunc principem egerit, rebus in deſperatiſſimis eo præſidio ſecurum. Inter delectos autem heroas captivam Juſtitiam confuſioni erepturos, toto vertice unus eminebat Tribonianus, dux operis à

Glorioſa cœpta Iuſtiniani in digerendo jure.

Laus Triboniani.

Anno Christi

Iuſtiniano dictus, ut ejus incredibili ſagacitate aliorum induſtria gubernaretur. De hoc Triboniano, de cujus ingenii nobilitate nemo dubitat, famam ambiguam ſcriptorum alii diſſiparunt, alii ſæviores collecta infami criminum nube totum hominem iniqui rumoris amarâ invidiâ perfuderunt, quaſi nullum ſcelus quantumvis dirâ facie occurrens horruerit: & ſiniſtris moribus adeo profligatam improbitatem aſſuerit, ut non aliis quam ſuæ libidinis finibus fas atque nefas diſcerneret. Iſta vero ſcriptorum iracundia feroci detonantium accuſatio omnis duobus in criminibus vertitur, avaritia & impietate, ſive, ut loquuntur illi, *paganiſmo*: quia nempe ajunt eum mirabili fraude, ſi memorare dignum eſt, illuſum Iuſtinianum induxiſſe ut ſerio crederet immortalem ſe eſſe, & in cœlum certo evolaturum corporis vinculis non exolutum. Sed hæc ridiculæ vanitatis pleniſſima fabula Græculi ſcriptoris ſolemniter delirantis ſomnium eſt, non Triboniani crimen: aut ſanè hiſtoriam pertexuit Ovidius cum indigetes ſuos Romulum & Æneam excuſſis mortalitatis ſordibus leviter purgatos numero divorum aſcripſit. Nam, ô bonæ anus! quanti ludibrii hocce portentum? Chriſtianiſſimum Principem, religioſæ pietatis laudibus inclytum, hoſtium cœli hoſtem acerrimum, eleganti eruditione per quotidiana Epiſcoporum colloquia imbutum, in tam frequenti conſuetudine cum Pontificibus Romanis, jam declivi ætate, toties violentia morborum in extremæ vitæ anguſtias projectum, ſibi vivo cœlum ſperaſſe? Hanc opinionem intimè inſidentem animo hauſiſſe extra mortis ictum ſe verſari? quodque magis mirere, omnes ejus temporis ſcriptores tam deviæ ſtultitiæ memorabile exemplum aut oblitos aut neſciviſſe? Uni poſt quingentos annos nonnulli authori per oraculum fortè admonito non excidiſſe? Sed ipſum caput erroris manifeſti ſatis alibi & alio loco deprehendi. Supereſt avaritiæ crimen quo Tribonianus abſolvi non debet; graviſſimorum enim teſtium fide convictus tenetur, qui conſtanter eum hujus cupiditatis luto reſpergunt: cum hac tamen modeſtia qua profitentur unam aviditatem pecuniæ ſummas viri præſtantis virtutes infeciſſe, iſtamque ipſam labem ejus eloquentiæ & moribus ſuaviſſimis facile condonatam: adeo ut nullus ei unquam ne levi quidem contumelia inſultaverit, niſi quod inſana deditione populus furens a Iuſti-

Series ac ordo digeſti Iuris Romani.

CCCCC XXVII.

Tribonianus contra calumniam defenditur.

niano,

niano, lenire lymphatos animos tentante, aliquando extorſit ut magiſtratu dejiceretur: ſed mox tumultu deferveſcente reſtitutus eſt, ac deinde, cum vitam placidam quieto curſu egiſſet, ſenex facili exitu ſolutus eſt. *Anno Chriſti*

Cæteri quotquot ad legum ſalutem ſocium laborem contulerunt, illuſtrium dignitatum vel eruditionis luce fulgebant. Eorum hæc ſunt nomina tituli que ſuperſtites. Conſtantinus Comes ſacrarum largitionum & Magiſter ſcrinii libellorum ſacrarumque cognitionum; Theophilus Anteceſſor Conſtantinopolitanus; Dorotheus vir Quæſtorius Anteceſſor Berytienſis. Anatolius è nobiliſſimâ ſtirpe Anteceſſor etiam Berytienſis. Cratinus Comes ſacrarum largitionum & Anteceſſor Conſtantinopolitanus, Stephanus, Menna, Proſdocius, Eutolmius, Timotheus, Leonides, Leontius, Plato, Iacobus, Conſtantinus, Ioannes, patroni cauſarum apud Præfectum prætorio Orientis. His adde alium Ioannem Exquæſtorem Palatii; Leontium, Phocam, Baſilidem, Thomam viros honoribus florentes, Dioſcorum & Præſentinum patronos cauſarum fori prætoriani: qui non aliam partem operis Iuſtinianei attigerunt quam priorem Codicem, cui conficiendo primis induſtriæ teſtimoniis deſudatum eſt. *Series ac ordo digeſti Iuris Romani.* CCCCC XXVII.

Nam ſqualidi juris illuvies hoc ordine deterſa eſt, ut primum Imperatorum conſtitutiones ab Hadriano, tribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano malè disjectas exactæ ſedulitatis homines colligerent. Illarum enim memoriam quæ ante principem Hadrianum viguere tenuis fama ægre tunc ſuſtinebat, cum ipſa verba penitus obſoleta evanuiſſent; ſenſum vero huc illuc diſtractum juriſconſulti ſuis libris variè ſparſiſſent. Itaque nulla conſtitutio vetuſtior Hadriano in Codicem ex profeſſo relata eſt. Cæteræ vero politiſſimâ ratione hunc in modum digeſtæ ſunt: tituli ſupra ſeptingentos ſexaginta ſex alii ex aliis nexi conſertique aptiſſime ſic cohærent, ut duodecim tantum ſectionibus, quas libros vocant, perpetua ſeries diſcludatur: neque tamen ad faciliorem doctrinam ex compoſito ſtructa diſſolutio partium diductarum levem commiſſuram inconcinno hiatu interrumpit. In hos titulos vix unquam tranſverſum unguem exerranti collocatione compoſitæ ſunt leges, ſive excerptæ quædam de Imperatorum conſtitutionibus ſententiæ, concluſæ verbis elegantibus & ſtricto preſſæ brevitatis ambitu definitis: quibus

Anno Chriſti

legibus tantum non ſemper nomina principum authorum præſcripta ſunt, & dies conſuleſque ſubſcripti, ut ex ætatis dignitate ſuum quæque locum obtineat. Illud vero inprimis ſeverâ Iuſtiniani diligentia proviſum eſt, ne leges ſimiles rem eamdem importuna loquacitate recinentes, inconditam molem faſtidioſe augerent: aut contrariæ alias in communi modeſtia quieſcentes petulanti libidine impeterent. Ita novo Codice inter opera Iuſtinianea primùm abſoluto, cæteris Imperatorum conſtitutionibus, quotquot ſuperſtites tunc erant, publica authoritas ſubducta eſt, & in hunc unum Codicem congeſta.

Hiſtoria digeſti ſub Iuſtiniano juris Romani.

Deinde Tribonianus ſexdecim viros, quos priore loco ſupra numeravimus, ad excellentis eruditionis famam apud Imperatorem digna commendatione ſubvectos, in palatium induxit: ubi laborem pariter ſortiti nervos omnes immenſo Digeſtorum, ſeu Pandectarum operi conficiendo ſtrenuo conſenſu intenderunt. Tum vero emicuit mortalis ingenii divina vis, & grandi experientia probatum eſt quantum poſſet cum ruit generoſæ virtutis ardore rapido incitata. Quinquaginta libris titulos quadringentos

CCCCC XXVII.

triginta duos diſpoſuere, adeo apta continuatione ex ſe invicem pendentes, ut eos non humana induſtria, ſed ipſa materiæ neceſſitas ſponte colligaſſe videatur. His titulis è Juriſconſultorum ſcriptis delibatæ leges, authorum nominibus ubique præfixis, omni arte magiſtra ſubtextæ ſunt: hoc eſt, quicquid

Libri Digeſtorũ quales, & ex quibus concinnati.

ſolidæ prudentiæ Romanarum mentium faſtigia duobus ferè librorum millibus effuderunt. Tres annos infinito labore certatum eſt exſorbendis moleſtiis, quæ ad ingentis facti gloriam aſpirantibus aditus omnes præſepſerant. Intereaque Iuſtinianus quem inepti *analphabetum* ſuo ipſorum nomine appellant, *ſemper inveſtigando & perſcrutando ea quæ ab his componebantur* (verba ſunt Conſtitutionis) *quicquid dubium & incertum inveniebatur, hoc numine cæleſti erectus emendabat, & in competentem formam redigebat; omnia igitur confecta ſunt* (inquit) *Domino & Deo noſtro Ieſu Chriſto poſſibilitatem tam nobis quam noſtris in hoc ſatellitibus præſtante.* Aut, ut Græcus contextus explicatius ſignificat; *Secundum datam nobis à Domino Deo & Servatore noſtro Ieſu Chriſto ſcientiam & vigorem.* Tandem inclytum opus mirabili contentione confectum eſt, & leges omnes contrariæ aut ſimiles, ut de Codice diximus, vigili ſollicitudine omnino ejectæ. Quanquam hæſerunt nonnullæ, quæ

ſeſe mutuo contumaci diſſenſione laceſſunt: ſed animum etiam advertere debemus primum perpaucas ſupereſſe hujuſmodi intractabiles *Antinomias*, eaſque ut plurimum hiſtoricè tantum narratas, quo quidem in lubrico vix ullum ſuſtinere ſe video: deinde in exemplaria tot manibus olim incurioſe deſcripta multos errores influxiſſe, qui confuſa mentis Triboniani veſtigia ſenſu fœdè perverſo deleverunt.

Anno Chriſti

Antinomiæ paucæ in eo opere deprehendi dicuntur.

Dum vero extremo jam in ópere Digeſtorum affectus labor declivi facilitate ad optatum finem vergeret, animum Iuſtiniani nova cogitatio ſubiit juris civilis ſcientiam, per libros quinquaginta in Digeſtis libero amne diffuſam, quatuor libris Inſtitutionum contrahendi: quibus in varios titulos concinnè diſpertitis juris omnis principia uberrima eruditione fluentia continerentur. Opus illud tribus viris mandatum eſt, Triboniano primum tanquam negotii præfecto, deinde Theophilo & Dorotheo Anteceſſoribus, & ab iis admirabili artificio abſolutum. Nihil eſt enim in literarum monimentis quod merito Inſtitutionibus componatur: adeo eleganti verborum dignitate contextæ ſunt, ut caſtigati ad unguem ſtili emendatiſſima brevitas nulla obſcuritatis macula nitorem perſpicuæ lucis interfundat. Neque hactenus ſtudium Iuſtiniani ceſſavit, ſed cum deprehendiſſet ſuo illi novo Codici, quem primum inter opera juris enucleati ediderat, aliquid deeſſe quo minus numeros omnes perfectiſſimi operis impleret, Dorotheum Anteceſſorem, Mennam, Conſtantinum, & Ioannem patronos cauſarum Triboniano comites addidit, ut conjunctâ induſtriâ emendatum priorem Codicem ad moroſæ cenſuræ ſeveritatem exigerent: præcipuè inſertis quinquaginta deciſionibus, quibus veterum quæſtionum nodos intricatiſſimos Iuſtinianus nova ſagacitate reſolverat, aliiſque novellis conſtitutionibus quæ priore Codice poſteriores lucem aſpexerant. Itaque prior Codex è medio ſublatus eſt, altero, quem ideo *Repetitæ prælectionis* inſcriptum hodie verſamus, in ejus locum inducto, ne quid Iuſtiniano elaberetur quod non ſatis authoris dignitati reſponderet. Hic vero quievit reſtituendi juris ſollicitudo, quæ Iuſtiniani mentem publicæ ſalutis curâ generoſè tactam inceſſerat. Nam quæ vocantur *Novellæ*, ſive *Authenticæ*, nihil ad juris antiqui vindicias pertinent, ſunt enim ejuſdem Iuſtiniani conſtitutiones, quibus novas, & inæquales ſubinde ne-

Inſtitutiones juris Romani ſcribuntur, totius compendium.

CCCCXXVII.

Codex repetitæ prælectionis.

Novellæ, ſive Authentica.

gotio-

Anno Christi

gotiorum figuras, ad æquitatis formam coactas, ingenioſa ſapientia expolivit. Atque ut ſeries purgati juris quam hactenus perſecutus ſum ordine faciliori digeſta conſpiciatur, rem omnem in pauca contractam temporibus diſtinguo.

Series ac ordo digeſti Iuris Romani.

Anno Chriſti quingenteſimo vigeſimo octavo, indictione ſexta, imperii Iuſtiniani ſolius primo emiſſa eſt conſtitutio *De novo Codice faciendo*, die decima tertia Februarii. Anno ſequenti die ſeptima Aprilis promulgata eſt conſtitutio *De Iuſtinianeo Codice confirmando.* Deinde anno Chriſti quingenteſimo trigeſimo, indictione octava, imperii Iuſtiniani ſolius tertio, exivit in lucem conſtitutio *De conceptione Digeſtorum*, die decima quinta Decembris. Ab hoc die tres anni compoſitioni Digeſtorum, ſeu Pandectarum, dati ſunt: ac tandem anno Domini quingenteſimo trigeſimo tertio, indictione undecima, imperii Iuſtiniani ſolius anno ſexto, primum Inſtitutiones authoritate Legum donatæ ſunt die vigeſima prima Novembris: à Iuſtiniano prius *lectæ & recognitæ.* Deinde poſt menſem circiter, id eſt, die decima ſexta Decembris prodiit tandem memorabilis conſtitutio ad Senatum & omnes populos *De confirmatione Digeſtorum.* Denique anno ſequenti die decima quinta Novembris, manus extrema operi legitimo impoſita eſt conſtitutione *De emendatione Codicis Domini Iuſtiniani, & ſecunda ejus editione.* Qua hodiernus Codex ſancitus eſt.

CCCCC XXVII.

Bellum Perſicū gerendum Beliſario mandatur.

Statim inter imperii initia bellum Perſicum porro gerendum Beliſario, fortiſſimo militiæ duci, mandare neceſſe habuit. De cujus cauſa & eventu paullo uberius hic dicendum eſt. Scilicet cum Rex Perſarum Cabades excidiſſet a Iuſtini adoptione, quam pro Coſroë filio ſuo avidâ ſpe flagitaverat, impotenter inſaniens Gurgenem Iberorum Regem avertere tentavit a Chriſtiana religione quam conſtantiſſime colebat, & armis cogere Perſica Imperia detrectantem. Gurgenes Romanorum auxilium imploravit, ne Cabades immenſis opibus ferox infirmiores Iberos odio religionis impunè obtereret. Iuſtinus, qui adhuc imperii habenas tenebat, juſtis Iberorum precibus evictus Probum virum patricium Anaſtaſii ex ſorore nepotem ad Hunnos dimiſit, qui cum Romanis amico fœdere coïverant, ut illos è ſua Sarmatia eductos objiceret Perſis in Iberos tendentibus. Verum ſpes omnes quas Iberi de ſua defenſione conceperant ad irritum ceciderunt. Nam potentior Hunnorum auxiliis Cabades invalidum

Prima ejus belli origines ac cauſa.

Gurgenem deſolata patria exegit. At ille rebus afflictis funditus ac perditis ad Lazos vicinos populos confugiens, ſeque in prærupta ſaxa montiumque inſuperabiles anguſtias tuto recipiens conatus eluſit inſequentium Perſarum. Hinc Cabades omnium iracundiam ex longo collectam, & victorem exercitum effudit in Romanorum provincias: nec illi ex adverſo trepidè, aut ſegniter irruentes hoſtes excepere. Nam & Beliſarii, & Sittæ ducis copiæ in Perſarmeniam excurrerunt, & libellarius Thrax exercitui apud Daram præfectus idem moliri auſus eſt: ſed cum nullus inſtaret pudenda fuga ſubito deficiens inglorius in fines Romanorum regreſſus eſt. Quare in ejus locum Iuſtinus Imperator Beliſarium ſuffecit, cujus deinde auſpiciis & virtuti Iuſtinianus ad imperium interea evectus Perſica negocia commiſit, cum eum equitem fortiſſimum adhuc privatus multis experimentis probaviſſet.

Anno Chriſti

Beliſarius igitur in Perſas a Iuſtiniano immiſſus, toto Oriente delectum indixit, collectiſque viginti quinque hominum millibus Daram magnis itineribus contendit, comite Procopio Hiſtorico, qui deinde hujus belli ſeriem literis perſecutus eſt. Daras vero civitas eſt in extremis Romanorum finibus hoſtili ſolo imminens, congeſto minaci aggere formidabilis, & commodè frænandis Perſarum incurſionibus: in cujus agros prima ſemper tempeſtas effunditur, ſi quando Perſæ otii diuturni impatientes repentino motu Romanos invadunt. Eo Perſicæ copiæ duce Perozâ, non ſegnius quam Beliſarii exercitus, convenerunt, & apud Ammodium viginti ſtadiis a Dara civitate diſſitum caſtra poſuerunt.

Beliſarii expeditio in Perſas.

CCCCC XXVI I.

Vix primum dies ſequens illuxerat, quâ utræque acies infeſtis ſignis, animiſque concurſuræ credebantur, cum Beliſarius, rebus ad prœlium jam paratiſſimis, inſtructam ſuorum aciem in ſubjectam civitati planitiem generoſe produxit: contra Perozas quadraginta hominum millia (tot enim confertiſſimum ejus agmen impleverant) adverſa Romanis fronte conſtituit. Hic utrique diu ancipites reſtiterunt velut altiſſimo ſtupore perculſi, nemine importuno congreſſu turbante jucundiſſimum ſpectaculum tot armatorum a cæde innoxias manus cohibentium: donec Romani aliquot Equites Perſas quietos laceſſiverunt injuſsâ velitatione, die jam in meridiem provecta, Perſæ leviter repugnantes

Prœlium cum iiſdem.

Anno Chriſti

amiſſis ſeptem ad ſuos ſe receperunt, iterumque Romani ſe intra ſuos ordines immoti continuerunt. Tum juvenis quidam inter Perſas ignavæ exercitus utriuſque ceſſationis impatiens extra aciem procurrit, incitatoque in Romanos equo multiplices gyros venuſta oſtentatione implicuit, ſubinde Romanorum ſegnitiem increpitans, quod nemo contra ſe veniret, ſingularis certaminis diſcrimen ſubiturus. Adoleſcens erat formoſiſſimi vultus, & qui virginem decuiſſet tenerrimo pudore ſuffuſam, niſi prima lanugo flaventibus genis molliter aſperſa ſexum prodidiſſet. Nullus inter milites Romanos in adverſum ferri audebat, non ſecus ac ſi omnes ad inexſpectatam generoſitatem immobili timore ſaxorum in modum obriguiſſent: donec Andreas, neſcio quis ludimagiſter, calonibus tantum annumeratus, ultro in medium campum proruit, ſuo periculo experturus, an juvenilem audaciam comprimere per fortunam liceret, objectamque Romanis ignaviæ infamiam avertere. Res ex voto ſucceſſit. Haſtam enim ferali turbine in Perſam adhuc cunctantem intorſit, quæ dextram papillam trajiciens equo turbatum excuſſit, ac deinde in ſuo ſanguine fœdos crines volutantem Andreas breviore ſicâ ſæpius transfixit, dum Romani victoriam extremo ſuſpirio infelix Perſa fateretur.

Duellum inter militem Romanum & Perſam.

CCCCC XXVII.

Hujus duelli ſucceſſus gravi omine Perſarum animos afflixit: ſubmiſere tamen alium equitem, qui prioris ſortem ulciſceretur, non jam inconſultæ juventutis, ne præceps illius temeritas in prioris infortunium abriperet nimii ardoris fiducia exultantem, ſed longa, maturaque ætate præliis exercitum. Hic Romanorum animos manuſque iterum conſtrinxit præſentis periculi metus; iterum in diſcrimen ſe Andreas, etiam ab Hermogene duce prohibitus, conjecit. Admiſſis igitur equis alter in alterum ferociter involavit, qui quidem equi adverſis frontibus maximo impetu concurrentes caput ſibi capite mutuo conflictu diffregerunt, & equites obviis pectoribus alliſos temere ſolo effuderunt. Perſa longo difficilique conatu exurgere moliebatur, ſed Andreas celerior impeditum commode occupans, enſem ſtrictum in viſcera demiſit incaſſum brachiis obluctantis. Extemplo Romani ſuſtulerunt lætiſſimum clamorem, Perſæ vero triſti omine a pugna deterriti ſolutis ordinibus Ammodium retroceſſerunt.

Duellum aliud.

Sed

Anno Christi

Sed non in longum Perſarum terror prælii eventum diſtulit. Nam regreſſis Ammodium tantum furoris & iræ Perozas inſpiravit, ut etiam arbitrarentur ſe priori exercitus oſtentatione glorioſe Romanis inſultaſſe: Beliſarius vero Perſarum metum, ſuam felicitatem, ſuperiorum pugnarum omen Romanis ingerebat conſtanti fiducia, ut cum numero inferiores hoſtibus eſſent, terribili audacia & virtute ſuperiores evaderent. Nam quid cauſæ fingeretur, quare ceſſiſſent priores in utriuſque aciei conſpectu, & averſis retro ſignis campum ferali ſuorum ſanguine rubentem pavidi refugiſſent, niſi res ad dejectos illorum animos referretur, & imbellem ruſticorum multitudinem, quibus, licet exercitus numeroſe intumeſceret, nec ipſi hoſtium Duces confiderent? Sed nec argumentis opus eſſe, quibus adverſariorum imperitia clarè argueretur, ſatis illud proximo certamine probatum iri, cum turbatis ordinibus terga præbituri eſſent Romanis confuſos cædentibus. Poſtquam in hunc modum Beliſarius ſuos amore pugnæ ſtrictim incendit, compoſitam militum aciem explicuit intrepida feſtinatione. Inſtabat enim Perozas, qui ſuos utcunque cohortationibus, & alacri vultu excitatos jam in campum promoverat. Ipſe in media fronte conſiſtens Bareſmani ſiniſtrum cornu, dextrum Pityazi commiſit, partem vero copiarum ad omnem prælii eventum paratam juſſit a tergo ſubſiſtere, cum Immortalium turma, quos Perſæ lectiſſimæ, & penè invictæ fortitudinis exiſtimant. Nec minori prudentia Beliſarius Romanis victoriam quæſivit. Aigam enim, & Sunicam, (duces erant Herulorum) demiſit in oppoſiti montis vallem, ut ignoto in anfractu ad inſidias laterent, cumque ſumma vi decertaretur, ſuperarent montis verticem, & improviſa fraude ſubito conſurgentes in hoſtium terga rapido deſcenſu ferrentur, eoſque telis & infeſto clamore turbarent. Nec ſegni, aut præcipiti obſequio ſagaciſſimi ducis fraudi Sunicas, & Aigas defuerunt.

Romanorum & Perſarum ad pugnam apparatus.

CCCCCXXVII.

Cum enim tubæ hinc inde concinentes, militari voluptate exultantes viros concurrendi ardore incendiſſent, illi ſagittis horribili utrinque ſtridore vibratis cœlum, ſolemque ferreâ nube obduxerunt, quæ deinde præceps lapſa nudos, aut levius armatos configebat: quamvis cum Romanorum votis conſpirans ventus, & opportune in adverſos Perſas inſurgens, infringeret vim

Pugna.

Anno Christi telorum Perſicorum, aut rapido turbine, dum maxime dimicaretur, etiam in illos, a quibus profuſa erant tela ipſa retorqueret. Tum conſumptis miſſilibus ſæviſſimo procurſu totas inter ſe acies implicuerunt diſtrictis mucronibus, haſtiſque toto impetu libratis cominus obvios confodientes. Hic vero ſiniſtrum Romanorum cornu ſub Pityaze, & Cadiſenis, qui dextrum Perſarum agmen implebant, graviſſime laboravit. Illi enim hoſtium vim ægre ſuſtinentes, ſigna non ſenſim, atque adeo militari regreſſu avertebant, ſed penitus ſolutis ordinibus pavidiſſime in fugam effundebantur. Quibus cum Pityazes acerrime inſtaret, jamque certa prope victoria ferocius in medios inveheretur, confuſam equorum, hominumque aciem ferro devaſtans, Aigas, & Sunicas, quos ante monui retro montem conſediſſe qui Perſarum terga obvallabat, ſui, loci, temporis, & Beliſarii præceptorum memores lento aſcenſu in collis faſtigium ſenſim evaſerunt, ac deinde repentino decurſu, & magno clamore in Pityazem, in Cadiſenos, in omnium terga involantes miram pugnæ converſionem edidere. Qui enim fugientibus Romanis terribili horrore ingruebant, ipſiſmet, quos inſectabantur, novi auxilii fiducia vultum in hoſtes ad pugnam redintegrandam reflectentibus, & Herulis Ducibus Aiga, & Sunica intercepti prorſus in arctum coacti ſunt, cum incautos Heruli militari dolo circumveniſſent.

Pityazis egregia virtus.

CCCCCXXVII.

Romani victores.

Siniſtrum vero Perſarum latus inclinata jam acie a Peroza reſtitutum eſt, Immortalibus, & cæteris, qui in ſubſidiaria phalange conſtiterant, clam in eam partem ſubmiſſis. Cadiſenos enim, & Pityazem, qui pugnæ initio tam ſtrenue Romanos propulerant, Perozas ipſe pro conclamatis habebat. Igitur omnibus in ſiniſtrum cornu ad Bareſmanem converſis, Beliſarius, qui Perozæ conſilia ex editiore loco proſpiciens, illum huc illucque citiſſime diſcurſantem jam ante præviderat tantam vim, quantam poſſet in adverſam Bareſmani partem immiſſurum: Herulos, & quoſcunque ex ſuis obvios habuit, juſſit in dextrum cornu ſuccedere excepturos Immortalium conatus: nec illi molliter, aut impari virtute exiſtimationi, quam de ſe in hominum animis concitaverant, Romanos urgebant: ſed cum Sunicas eorum ſigniferum proſtraſſet, ipſumque Bareſmanam diſruptis haſta vitalibus equo labentem, ſibique duro concurſu illiſum dejeciſſet,

omnes

omnes converſis in Perſidem habenis equos præcipiti fuga egerunt. Quos ita per agros ſine more diſperſos Romani crudeli ſtrage ceciderunt, donec Beliſarius, & Hermogenes cani receptui juſſerunt, veriti ne in victores cupidius progreſſos, & temere irruentes victi ſubito ferrentur, victorumque felicitatem improviſa clade finirent. *Anno Chriſti*

Hujus pugnæ fortuna ſic Perſarum animos contudit, ut deinde levibus tantum excurſionibus virtutem Romanam illis in regionibus tentaverint. Præterea Sittas, quem Iuſtinianus Armeniæ præfecerat, ad eam ſtragem, quam Beliſarius de Perſis ediderat, aliam ipſe ſua in provincia, nec minorem aggeſſit: quæ omnia Cabadem ſibi bellorum eventus ingenio feroci & turbido felices promittentem penè ad inſaniam adegerunt. Nam in Meſopotamia Beliſarii ductu a XXV millibus Romanorum, XL Perſarum millia obruta jacuerant: in Armenia Sittas XV millibus, XXX confecerat, interceptis primum aliquot Hunnorum cohortibus, deinde toto exercitu ad Satulam urbem in eas, quas ibi ſtruxerat, inſidias deducto; ita ut Perſas in urbem acerrime irrumpentes a tergo adoriretur, circumfuſa undique concitati pulveris nebula ſeptus, ne hoſtes exiguum militum numerum deprehenderent: unde, cum vim ingentem vererentur, ſubito impreſſionem deſeruêre, quam in civitatem fecerant, ſigna militibus Sittæ a tergo infeſtantibus obverſuri: ſed præſidiariæ cohortes, quæ Perſarum aſſultum rejecerant, Duce Dorotheo, in recedentes tanto impetu eruperunt, ut disjectis diſturbatiſque ordinibus inimica ſigna impunè corriperent, & obvios quoſque haſtis, gladiis, corporumque attritu provolverent, donec Perſæ caſtris ſucceſſerunt, quorum munitionibus tuti æquiori pugna ſuorum labem amoliti ſunt, quam inferre Romani meditabantur, ac poſtera die in fugam ſe citatis equis dederunt. Ad hæc Narſes Perſarmenius cum fratre Aratio, & matre ad Romanos defecit, qua defectione invitatus eorum frater Iſaces natu minimus, non ſimplici proditione contentus, etiam Romanos in arcem Bolum noctu per humilem portam, quam clanculum recluſerat, illapſos accepit, ac deinde Byzantium uſque transfugit.

Sittas quoque Perſas vincit.

CCCCCXXVII.

Eo modo res Perſarum vertebantur, cum Rufinus Iuſtiniani legatus ultro Perſas apud Cabadem incuſavit, quod ſuo infortunio Romanorum arma priores ſollicitaſſent: Cabades his Rufini

Anno Christi

queſtibus Portas Caſpias veterem querelam objecit, quas cum ſolus adverſus Barbaros communi Perſarum & Romanorum pernicie irrupturos ſuo milite obſtrueret, æquum eſſe contendebat, ut vel Romani ſumptuum partem ſubirent, ad quos pars una periculi, niſi Cabades totum averteret, pertinebat: vel urbem Daram penitus diruerent tanquam bellorum omnium infelix clauſtrum, unde calamitas identidem in Perſas effundebatur: ut illius metu ſolutus facilius incumberet Portis Caſpiis muniendis æterno exercitu, nec unquam Romanorum excurſionibus abſtracto. His dictis Rufinum dimiſit, ut pacis conditiones ad Iuſtinianum referret. Interea vero Hermogenes alius legatus, qui cum Beliſario ſuperioribus in præliis exercitum duxerat, ad Perſas cum Imperatoris mandatis regreditur; & ipſe Iuſtinianus ad aliud negotium animum adjicit cum Æthiopibus & Homeritis, qui maris rubri littora latè incolunt: ut eos tranſmiſſis ejus freti anguſtiis in Perſas incitet, ſericumque, quod ab Indis multum accipiunt, ad Romanos devehant, hoſtes Perſas ejus negotiationis nomine non amplius ditaturos. Sed dum hi populi ad fœdus ineundum a Iuſtiniano per legatum Iulianum ſollicitantur, & illi omnia non duratura fide promittunt, ingens clades exercitum Beliſarii propè ad internecionem abſumpſit, & conſilia pacis ab Hermogene curandæ protinus diſturbavit.

De pace inter Romanos & Perſas, ſed fruſtra agitur.

CCCCC XXVII.

Iuſtinianus annum imperii ſui quintum inibat, & jam Cabades tot ſuorum calamitatibus dejectus incommoda belli damnare inceperat: ſed Alamundarus Saracenorum ductor hominem excitavit ſuæ virtutis, & prudentiæ fiducia. Nam quinquaginta jam annis Romanorum provincias ab Ægypto ad Meſopotamiam inulta crudelitate populatus erat. Ita Cabades animos ſumens confirmat ſeſe, ac colligit, & impreſſionem in Romanos facere conſtituit coacto exercitu equitum quinque millium, viribuſque cum Alamundaro conjunctis, quem non parva Saracenorum manus ſtipabat. Illi ergo infeſtas copias, & vel ſolo Alamundari nomine Romanis formidabiles in Comagenem inducunt: atque ut caſus improviſi geminato terrore interceptos percellunt, ſubito atrox fama de hoſtium numero & truculentia tota provincia diſſipatur, quæ ad Beliſarium ſoli Meſopotamiæ anxiè incubantem momento pervolans, hominem rerum omnium incertum, & dubio in fluctu pendentem graviſſimis cogitationibus defixit,

Alamundarus, Saracenorũ Dux, incitat Cabaden adverſus Romanos, & juvat.

ac

Anno Chriſti

ac dum in ſpem metumque alterno curarum æſtu revolvitur,
omnia ſalutis conſilia mente verſanti potiſſimum illud occurrit,
ut ſparſis per Meſopotamiam præſidiis, ne Cabades novo exercitu
incuſtoditas urbes occuparet, ipſe Euphratem trajiceret, copiiſque
in Alamundarum tranſductis ſtrenue opperiretur occaſionem
rei aliquo furto gerendæ, quandoquidem aperto Marti
diffidebat. Nec longum tempus interceſſit, cum Colchos deveniens,
urbem 120 ſtadiis a Cabbula remotam, quem locum Alamundarus,
& Ezarethas inſederant, tam prope exercitum hoſtibus
admovit, ut Alamundarus incertos belli ſucceſſus prudentiſſimo
metu expendens iter in patriam relegendum, rebus adhuc
integris, ſuaderet. Illi ergo ſecundo Euphrate retro in Perſidem
labuntur, quos Beliſarius egregiæ prudentiæ conſilio lentiſſime
ſubſequitur, ne ſe in pugnæ ſupervacuum diſcrimen conjiciat,
hoſte Romanis finibus tam feliciter exacto. Sed quod periculum
ſapienter declinabat, in illud militum, ducumque dementi
audacia raptus incurrit. Ubi enim Beliſarium detrectare congreſſum
cum hoſte pene fugiente adverterunt, tum inter ſe ſurda iracundia
muſſitare, clarius deinde concionanti obſtrepere, ignaviam
exprobrare, denique tumultuari. Contra Beliſarius rationibus,
& argumentis repugnare; ſatis eſſe victoriæ, quod hoſtem
incruenti ſuis Provinciis depuliſſent; inutilem fore tot militum
fortiſſimorum ſanguinem, quem profundere non neceſſario
certamine affectarent: Deum, qui periculo ineluctabili depreſſos
erigit, eundem indignari, & temerarios clade altiori defigere,
cum ex compoſito ſuperbè in adverſos caſus præcipitaverint.
Sed incaſſum iſta jactabat. Obfirmatis enim lævo numine
in ſententiam pugnæ militibus, cum certum illis fixumque ſtaret
omnia fortunæ libidini permittere, Beliſarius ipſe fatis ceſſit:
atque ut gubernator cum adverſis fluctibus, incitata ex alto
tempeſtate, reſiſtere non poteſt, ſuperanti fortunæ obſequitur,
ita etiam, ubi contumacis conſilii violentiam frangi poſſe atque
ſuperari deſperavit, prono ſeditionis flumine deferri ſe paſſus
eſt, & hortatori ſimilis imprudentiam ſuorum emendavit,
optima, qua licuit, exercitus ordinatione. Jamque pedites
omnes denſam in aciem conglomeratos ad Euphratis ripam ſtatuerat,
ne circumfuſo & procurrente tanto equitatu circumvenirentur,
Areta & Saracenis, quotquot ſecum habebat, in-

Beliſarii ſingularis prudentia.

CCCCCXXVII.

Anno Christi

dextrum cornu rejectis: ipſe in medio comitatus lectiſſimis equitum conſtiterat, cum Perſæ Romanos, Alamundari Saraceni adverſos ſibi Aretæ Saracenos atroci pugna invadunt. Sagittarum nnmerus ingens utrinque diffunditur, generoſi aliquot milites ante utramque aciem progreſſi variæ fortitudinis ſpecimen edunt, & quâ confertiſſimi hoſtium cunei obvios premere, ac diffindere videntur, eo præcipiti & cœco turbine confeſtim irruunt, hoſtiles globos ferro vaſtaturi. Hac ratione prœlio multam in diem extracto, Aretæ Saraceni repente dilabuntur urgentibus expeditiſſimis Perſarum equitibus, qui in unam turmam collecti hac parte vehementiorem impreſſionem fecerant. Quo viſo Romani ab eo latere aperti, nudatique viribus, & animo conciderunt, ſeque vulneribus, & pertinaci jejunio fatigatos in proximas fluminis inſulas utcunque ſubduxere. Nam cum pridie Paſchatis pugnam iniviſſent, ab ipſo die Veneris, (quo illius crucem veneramur, qui ſeipſum trabalibus clavis configi voluit, ut nos peccati nexibus exolveret) omni cibo integerrima religione abſtinuerant. Neque tamen Aſcan inter Duces Beliſarii acerrimus aut jejunio, aut duro certaminis labore fractus deficit; ſed aliis in fugam ſparſim effuſis, ipſe in acie cum ſuorum octingentis ſtrenuè conſiſtens Perſas moratus eſt toto impetu in fugientes ruituros: & facto agmine illuſtria ferocis conſtantiæ monimenta occurrentium corporibus impreſſit. Tandem Perſarum undequaque ingruentium mole depreſſus eluctari non potuit, & ejus omnes ad unum milites ipſa ſalutis deſperatione formidabiles glorioſiſſime occubuerunt, Duce pulcherrimis factis præeunte. Quæ omnia Beliſarius vix tutus paucorum equitum virtute conſpexit, irâ & indignatione fremens, nullam facultatem objici Aſcanis expediendi tam egregie circumfuſis hoſtibus pereuntis.

Memorabile cum Perſis prælium.

CCCCCXXVII.

Tandem, ubi omnes ferè palantes huc illucque diffugiſſe advertit, quod extremum ſupererat, paucis equitibus ex fuga collectis recepit ſe ad Petrum, unum ex Iuſtiniani prætorianis, adhuc ad Euphratis ripam cum ſuis peditibus immotum: omnes vero dimiſſis equis juſſit ad terram defluere, & peditibus immixtos obvertere flumini terga, Perſarum totum equitatum á fronte excepturos. Hic autem totius pugnæ ſævities contentione aſperrima recruduit, dum Perſæ indignantur paucos ſibi Romanos, tot

fuſis,

Anno Chriſti

fuſis fugatiſque, ad ſolidam victoriam properantibus contumaces obſiſtere: Romani contra pro ſua ſalute in ultimum diſcrimen adducta, neceſſaria fortitudine nervos omnes intendunt: certi, ſi fata obruere illos decreverint, impendentemque perniciem nulla virtute amoliri poſſint, non inulta ſaltem clade occumbere. Clypeorum igitur ſe munimine non ſecus obvallant, quam ſi congeſtis ceſpitibus aggerem duxiſſent: in iſtam porro ſcutorum molem incurrunt Barbari præcipiti equitatu, aditus omnes truculenta luſtratione rimantes, ut armatâ vi conglobatos perrumpant: Romani furentes vulneribus irritant conſtantiſſima teſtudine obtecti. Utrorumque pertinacia tam acres conatus in ſeram uſque noctem produxit, donec Perſæ totius diei labore defeſſi primis ſe tenebris intendentibus irrito cœpto in caſtra regreſſi ſunt. Beliſarius cum Romanis onerariæ navis ope proximæ fluminis inſulæ ſucceſſit, cum in eandem alii ſe fuga recepiſſent. Poſtero die Perſæ nudatis cadaveribus magno ſe victoriam emiſſe compererunt: Beliſarius vero ſuorum reliquias ſenſim in tutiora loca deduxit.

Gabade mortuo, dum iſta conficiuntur, legati Romanorum CCCCC XXVII.
Ruffinus & Hermogenes Coſroën regni ſucceſſorem adiêrunt, & blandis ſermonibus delinitum, nec ſentientem, induxerunt in eas fœderis leges, quas Iuſtinianus optaverat. Æterna igitur quiete Orientis tumultus compoſuere, oppidis utrinque reſtitutis, pacemque æternam, nomine Iuſtiniani, ejus imperii anno ſeptimo, inviolabili ſacramento firmaverunt. Ita enim Iuſtinianus meditata induſtria negotia digerebat, ut ſecurè Beliſarium ex Oriente revocaret aliis bellis, & fortaſſe non minus neceſſariis implicandum. Hæc de Perſica hac Iuſtiniani expeditione diligentiſſimus Guinetus, auctoritatem veterum ſequutus, commemorat.

Motus Orientis pace inter Romanos & Perſas factâ compoſiti.

CCCCC XXXIV.

Eodem Iuſtiniano imperante dux militiæ Beliſarius captâ Carthagine, & Gilimero ad deditionem coacto, Africam iterum in formam Provinciæ redegit. Et hic eſt finis Vandalorum regni in Africa.

Finis Vandalici imperii in Africâ.

CCCCC LI.

Synodus Oecumenica V. Conſtantinopolitana celebratur; in qua & priorum quatuor decreta confirmata, & inprimis Origenis dogmata damnata ſunt.

Synodus Oecumenica V.

Anno Christi

Slavorum migratio in Poloniam & Bohemiam.

Interea Slavi ex Boſphoro Cymmerio & Ruſſia diviſis copiis progrediuntur. Pars, tranſmiſſo Iſtro, Savi amnis ductum ſequuta, in ea abit loca, quæ etiam nunc Slavoniæ nomen habent. Pars ad alias deflectit oras, creatiſque duobus ducibus fratribus, in duas ſeſe partes diſpeſcit. Aliam Lechus ducit eam in regionem, quæ nunc Polonia appellatur. Et hæc Polonorum regni origo eſt. Aliam Sechus in eam oram, quæ hodie Bohemia dicitur. Et hæc Bohemorum regni ſunt exordia. A Lechi nomine hodieque Europæi omnes Lechii aut Lechiadæ Turcis dicuntur.

CCCCC LXV. JUSTINUS II. IMP.

JUSTINUS II, ſive junior, imperio Orientis præficitur.

CCCCC LXVIII.

Origo regni Longobardorum in Italia.

Narſes eunuchus hactenus feliciter fideliterque ſatis res gerit in Italia. At creſcente nimium auctoritate ſuſpectus Iuſtino Conſtantinopolim evocatur. Cæterum contumeliæ impatiens Longobardos in Italiam invitat. Hi, occaſionis oblatæ haud negligentes, ſedem regni figunt in Gallia Ciſalpina. Hæc origo eſt Longobardiæ, & Longobardorum regni in Italia. Regum Longobardorum primus in Italia fuit Alboinus.

CCCCC LXIX.

Exarchi in Italia.

Regundæ ejus Italiæ partis gratia, quæ a Longobardis nondum erat occupata, ab Orientis Imperatore miſſi inſtitutique ſunt Exarchi. Idem eſt ac ſi tu dixeris Vicarios præfectos. Hæc origo eſt Exarchorum imperii in Italia. Primus eórum fuit Longinus.

CCCCC LXXVI. TIBERIUS II, IMP.

TIBERIUS II, Conſtantinus dictus, ſuccedit.

CCCCC LXXXIII. MAURITIUS IMP.

Excipit hunc MAURITIUS.

Hoc imperante Romæ Epiſcopus ſedit Gregorius, cognomento Magnus. Variæ hujus de Eccleſiæ rebus epiſtolæ leguntur. Cæterum eam inprimis exhibere hic neceſſe eſt qua de converſione Anglorum agit, & Epiſcopum aut Papam univerſalem dicendum ſe eſſe negat. Ita autem ille hac de re ad Eulogium, Epiſcopum Alexandrinum; *Communis filius præſentium lator, ſanctitatis veſtræ ſcripta deferens, ægrum me reperit, ægrum reliquit: qua ex re contigit ut ad largum veſtræ Beatitudinis fontem brevis Epiſtolæ meæ vix parva potuiſſet aqua reſudare. Superni autem muneris fuit, ut in dolore corpore poſitus ſuaviſſima veſtræ ſanctitatis ſcripta ſuſciperem, quæ me de doctrina Alexandrinæ Eccleſiæ, de converſione hæreticorum, de concordia fidelium ſublimiter lætificaret: quatenus ipſa mentis lætitia immanitatem mihi moleſtiæ temperaret.*

CCCCC XCII.

Gregorius Magnus non vult Univerſalis Epiſcopus appellari.

Et

Anno Chriſti

Et quidem de bonis veſtris nova ſemper exultatione gaudemus, ſed tamen ita vos perfectè agere, nova eſſe nullo modo deputamus. Quod enim creſcit Sanctæ Eccleſiæ populus, quod ad cæleſte horreum ſpiritales ſegetes multiplicantur, hoc de omnipotentis Dei gratia, quæ in beatiſſimis vobis largè influit, nunquam habuimus incertum. Gratias itaque omnipotenti Deo ſolvimus, quia impletum videmus in vobis eſſe, quod ſcriptum eſt: Vbi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo boum. Si enim bos fortis aratrum linguæ in terram cordis audientium non traxiſet, tanta fidelium ſeges minime ſurrexiſet. Sed quoniam verè in bonis quæ agitis accreſcit quod & aliis congaudetis, veſtræ vobis gratiæ vicem reddo, & non diſſimilia nuncio: quia dum gens Anglorum in mundi angulo poſita, CCCCC *in cultu lignorum ac lapidum perfidia nuncuſque remaneret, ex veſtræ mihi* XCII. *orationis adjutorio placuit, ut ad eam Monaſterii mei Monachum in prædicationem tranſmittere Deo auctore debuiſſem. Qui data à me licentia, à Germaniarum Epiſcopis Epiſcopus factus, cum eorum quoque ſolatiis ad prædictam gentem in finem mundi productus eſt, & jam nunc de ejus ſalute & opere ad nos ſcripta pervenerunt; quia tantis miraculis vel ipſe, vel hi qui cum eo tranſmiſſi ſunt, in genere eadem coruſcant, ut Apoſtolorum virtutes in ſignis quæ exhibent, imitari videantur. In ſolemnitate autem Dominicæ nativitatis, quæ hac prima indictione tranſacta eſt, plus quam decem millia Angli ab eodem nunciati ſunt fratre & Coepiſcopo noſtro baptizati. Quod idcirco narravi, ut cognoſcatis quid in Alexandrino populo loquendo, & quid in mundi finibus agitis orando. Veſtræ enim orationes ſunt in eo loco ubi non eſtis, quarum operationes ſanctæ monſtrantur in eo loco in quo eſtis.*

Epiſtola Gregorii Papæ de converſione gentis Anglorum.

Præterea de Eudoxii hæretici perſona, de cujus errore in Latina lingua nihil reperi, mihi à veſtra Beatitudine largiſſime gaudeo ſatisfactum. Virorum quippe fortiſſimorum, Baſilii, Gregorii, atque Epiphanii teſtimonia protuliſtis, & manifeſte peremptum cognoſcimus eum, in quem heroës noſtri tot jacula dederunt.

De his vero erroribus qui nunc in Conſtantinopolitana Eccleſia probantur exorti, doctiſſimè omnia, & ut judicium tantæ ſedis proferre decuit, reſpondiſtis. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, quia adhuc arcæ Dei inſunt tabulæ Teſtamenti. Quid eſt enim ſacerdotale cor niſi arca Teſtamenti? in qua quia ſpiritalis doctrina viget, procul dubio tabulæ legis jacent.

Indicare quoque veſtra Beatitudo ſtuduit, jam ſe quibuſdam non ſcribere ſuperba vocabula, quæ ex vanitatis radice prodierunt, & mihi lo-

Anno Chriſti

Papa Gregorii inſignis modeſtia.

quitur, dicens: Sicut juſſiſtis. Quod verbum juſſionis peto à meo auditu removete, quia ſcio quis ſum, qui eſtis. Loco enim mihi fratres eſtis, moribus patres. Non ergo juſſi, ſed quæ utilia viſa ſunt, indicare curavi. Non tamen invenio veſtram Beatitudinem, hoc ipſum quod memoriæ veſtræ intuli, perfecte retinere voluiſſe. Nam dixi, nec mihi vos, nec cuiquam alteri tale aliquid ſcribere debere: & ecce in præfatione Epiſtolæ, quam ad me ipſum qui prohibui direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum Univerſalem me Papam dicentes, imprimere curaſtis. Quod peto dulciſſima mihi ſanctitas veſtra ultra non faciat: quia vobis ſubtrahitur quod alteri plus, quam ratio exigit, præbetur. Ego enim non verbis quæro proſperari, ſed moribus. Nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Meus namque honor eſt honor univerſalis Eccleſiæ. Meus honor eſt fratrum meorum ſolidus vigor. Tunc ergo verè honoratus ſum, cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur. Si enim Univerſalem me Papam veſtra ſanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur univerſum. Sed abſit hoc. Recedant verba quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant. Et quidem in Sancta Chalcedonenſi Synodo, atque poſt à ſubſequentibus patribus deceſſoribus meis hoc oblatum
CCCCCXCII. *veſtra ſanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti hoc unquam vocabulo voluit, ut dum in hoc mundo honorem Sacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem Deum cuſtodirent ſuum. Proinde debitum ſalutationis alloquium ſolvens peto, ut in Sanctis orationibus veſtris mei memores eſſe dignemini: quatenus à peccatorum meorum nexibus, quia meis meritis non valeo, veſtris interceſſionibus me Dominus abſolvat.* Hominem oportet fuiſſe inſigniter ſecurum aut potius impudentem, qui Gregorianæ iſti Epiſtolæ & ſuperbum & falſum hunc titulum fecit; GREGORIUS EULOGIO, EPISCOPO ALEXANDRINO. AGIT DE CONVERSIONE ANGLORUM, COMMEMORATQUE IN SANCTA CHALCEDONENSI SYNODO PAPAM ROMANUM UNIVERSALEM APPELLATUM FUISSE. At jubendi poteſtatem, & Univerſalis Epiſcopi nomen palam hic ſibi negat Papa Gregorius. Verba ejus & ſententia aperta ſunt. Et obiter id hic annotandum videbatur, ut ex eo palam omnibus conſtaret, quantâ mentiendi impudentia ſuam tueri ſententiam ſoleant, qui Hierarchiæ Epiſcopi Romani patroni & defenſores volunt audire.

Falſa Epiſtola Gregorii inſcriptio notatur.

DCII. PHOCAS IMP.

Mauritium PHOCAS interficit, & ſequitur.

DCXI. HERACLIUS IMP.

HERACLIUS ſuccedit.

Hujus

Hujus imperium vel imprimis inſigne eſt Muhamedani regni exordio. De cujus auctore primo ac conditore Muhammede, Pſeudopropheta, nonnulla accuratius paulo hic tradenda ſunt ex eorum hominum fide digniſſimis Annalibus, qui Saracenorum ſcriptis monumentiſque diligenter excuſſis, quæ huc faciunt omnia tradidere. Operæ enim pretium facturi hic videbamur, ſi exordia earum rerum panderemus, quibus factum eſt, ut ampliſſimum imperium conſtitueretur. *Anno Chriſti*

Muhămedi & Muhămedani regni exordia.

Deus igitur tandem flagellum furoris ſui in orbem prodire paſſus eſt, videlicet, impium Muhammedem; qui genere Arabs, de gente Iſmaëlitica, parentibus idololatris prognatus, ipſe etiam idolorum cultor fuit; homo pauper & mercaturam exercens cum camelis, in Ægypto & Palæſtina, aſtuto & ad quidlibet audendum præfidenti ingenio. Matrimonio autem opulentæ & potentis viduæ in Corazan provincia dives factus eſt. Qui autem militabant ſub Heraclio Imperatore populares ejus Arabes, cum ob non ſoluta ſtipendia diſceſſionem ab Heraclio feciſſent, homo ambitioſus Muhammedes inde Principatus affectandi occaſionem nactus eſt, animos militum adverſus Imperatorem acuens & in defectione confirmans. Tum creatus eſt a quadam militum parte Dux Muhammedes. Sed enim cum animadverteret humilitatem generis ſui, & vitæ prioris ſordes (exercuerat enim latrocinium) exiſtimationi ſuæ non leviter officere apud nobiliores & potentiores, ipſe ut ab illo ſe contemtu vindicaret, divinitatem ſuis artibus, ſceleratiſſima audacia, prætendit; non jam ſe ducem tantum & Principem ferens militari favore electum, ſed Prophetam & Nuncium Dei omnipotentis, ut obtentu divinitatis, omnes haberet dicto audientes. DC XXII.

Cum hæc ſua venena Mechæ, ſive Meccæ, (quod Arabiæ oppidum eſt) ſpargere non ceſſaret, magiſtratus illius oppidi eum ut hominem nefarium & ſeditioſum comprehendere, & meritis pœnis ſubjicere decreverunt; quo Muhammedes clam ex urbe aufugit, anno Dom. ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo, die decimo nono Julii, veſpetâ illâ quæ inter quintam & ſextam feriam intercedit, & ſe contulit in aliam Arabiæ civitatem, cujus nomen Jetrib, ſive Jeſtab, (Euthymio Αἴθριβος Æthribus dicitur) in qua ſedem Principatus ſui collocavit, confluente ad illum undique deluſa multitudine. Hinc civitati illi indita appellatio

Muhămedes relicta Mecca in exilium abit.

Ietribi, quæ Medina deinde dicta eſt, ſedĕ figit.

Anno Christi

Medina Alnabi. *Hegira.* *Obſervatio diei Veneris.*

Medina Alnabi, id eſt, civitas Prophetæ, & per excellentiam ſimpliciter *Medina*, id eſt, civitas. Et a tempore illius fugæ ex civitate Mecca, computatur initium æræ Muhammedicæ, quam Hagiram, ſive Hegiram vocant, vocabulo Arabico, quod fugam ſignificat, a verbo Hagar, fugit: & in memoriam illius temporis, ſacram ſuam ſolennitatem hebdomariam celebrant Muhammedani feria ſexta, ſive, die Veneris. Hujus initium apud illos more Hebræorum cenſetur eſſe in illa veſpera qua quinta feria deſinit, & ſexta incipit, Sole cadente.

Cultus ſtellæ matutinæ.

Nec eſt prætereundum quod ſcribit Iohannes Damaſcenus, Lib. de Hæreſibus; Hagarenos ex Hagar Abrahæ ancilla oriundos, multis ante exortum Muhammedem annis coluiſſe Luciferum ſtellam matutinam. Nam & inde videtur ſumta celebratio diei Veneris, adeo ut a Paganiſmo hanc ceremoniam mutuatus ſit Muhammedes.

Fabula de ſtellæ matutinæ origine. DC XXII.

Commemorat quoque Muhammedes, in Dialogo cum Abdia Iudæo, fabulam valde ridiculam, & Paganorum fabulis ſimillimam, de ſtellæ illius matutinæ origine. Sciendum eſt obiter, Muhammedem ſectatoribus ſuis prohibuiſſe uſum vini, ne illud bibant. Quærit igitur ex illo Abdias Iudæus, quis vini uſus futurus ſit in Paradiſo, vel ſi vinum bibere in Paradiſo licitum ſit (ſicut delirat Muhammedes) cur in hoc ſæculo prohibuerit Mahumed vinum.

Cur Muhāmed ſuis ſectatoribus negaverit vini uſum.

Reſp. Muhammed; Tam argutè (inquit) quæris ut una interrogatione geminam neceſſario reſponſionem extorqueas. Utrumque ergo exponam & illic eſſe licitum & hic illicitum. Erant enim Angeli duo, *Arot* & *Marot*, miſſi olim a Deo de Cœlis in terram, gubernando & inſtruendo generi humano tributi, his interdictis ne occiderent & injuſtè judicarent, nec vinum biberent. Multo itaque tempore ſic habiti, cum noti eſſent judices univerſo orbi, venit ad eos quædam mulier præ cunctis fœminis omnibus membris pulcherrima, cauſſam habens adverſus maritum: quæ ut cauſſæ ſuæ accommodaret Iudices, quadam die invitavit eos ad prandium; ſequuntur; illa ſatagens convivantibus, inter epulas pocula illa vini apponit, adſtat miniſter, offert crebro, inſtat ut ſumant. Quid plura? vicerunt blanditiæ mulieris, inebriati poculis in hoſpitam formoſam incaluerunt, victi accubitum petunt, ſpondet conditione, dummodo alter verum doceat per quod aſcendebat in cœlum, alter per

Anno Christi

quod deſcendebant. Placet conditio. Cum id didiciſſet elevata eſt ſubito, & aſcendit in cœlos, & cum vidiſſet Deus, explorata cauſſa poſuit eam Luciferum, ita pulcherrimam inter ſtellas ut fuerat inter mulieres. Illis in judicium vocatis, propoſuit illis Deus ut eligerent inter pœnas ſæculi hujus & alterius. Elegerunt hanc, & ſuſpenſi ſunt per catenas ferreas, demiſſis capitibus, in puteo Bebilli uſque in diem judicii. Quid, Abdia, nonne ſufficiens videtur cauſſa, cur & illic licitum ſit vinum bibere, & hic illicitum? Ait Abdias, certe ſatis & merito. Hæc ille. Ubi paucis verbis Muhammed multas Ethnicas, magicas, aniles, & riſu dignas abſurditates complectitur, partim a Paganorum fabuloſo ſeculo, partim a Talmudiſtarum deliramentis, partim ab anicularum nugis, partim etiam ab ebriorum ſomniis petitas. Patefacit cœlum mulieri ſeductrici & adulteræ, fingit metamorphoſin impudicæ mulierculæ in ſtellam clariſſimam, nempe Luciferum; & hoc quidem erat numen, ſeu loco numinis, quod adorabant Agareni.

Angeli ebrii & ſalaces.

Cenſura præcedentium nugarum.

Muhammed autem quo faciliùs Agarenos ſuos ad ſuam pertraheret impietatem, quamvis prohibuerit adorationem ullius ſtellæ, & ſolum Deum juſſerit adorare, hunc tamen honorem habet huic ſtellæ in Alcorano, ut ibi introducat Deum jurantem per ſtellam veſpertinam, quemadmodum & jurantem per ventos, per montem Sinai, per Angelos, per naves æquore currentes, &c. Id quod ab Ethnicis deſumſit, quorum dii deſcribuntur jurantes per Stygiam paludem. Dii cujus jurare timent & fallere Numen. Et Ægyptii olim per canes & feles. Cum verus Deus non habens majorem per quem juraret, neque quidquam ſeipſo majus aut ſacratius, juraverit Abrahamo per ſeipſum, ut legimus in divinis literis. Diem etiam Veneris, quem Agareni Veneris cultores celebrabant, retinuit Muhammed pro hebdomadaria feſtivitate.

DC XXII.

Formulæ jurandi, quas Deo tribuit Muhãmed.

Sed & exhibenda hic & cum præcedentibus conjungenda ſunt, quæ hac de re diligentiſſimi & rerum Orientis longe peritiſſimi Ioannes Leonclavius, in Pandectis Turcicis, & Cælius Curio annotanda exiſtimavere.

Priuſquam, inquit hic, ad res explicandas venio, ſunt mihi pauca de origine, & ſectæ auctore dicenda. Arabia omnis in tres partes eſt diſtributa: quarum una Petrea: altera Deſerta:

tertia

Anno Chriſti tertia Felix, ſive Sabæa. Petreiam ab Ægypto, cui ad Orientem eſt Caſius mons, & inde vaſtæ ſolitudines dirimunt: a Septentrione Iudæam & Palæſtinam habet: qua ſol oritur, deſertam Arabiam: & qua ad Meridiem vergit, Arabici ſinus interiorem partem. Deſerta in qua urbs Scene erat, alio nomine etiam Scenitis appellata: à Meridie montibus Arabiæ Felicis cincta eſt, à Septentrione Meſopotamiam habet, & Euphratem fluvium ab ortu. Arabia Felix, inter duos ſinus Arabicum & Perſicum, veluti peninſula excurrit: Petream & Deſertam habet à Septentrione, ab occaſu Arabicum ſinum: ab ortu Perſicum, & à Meridie Rubrum mare. Has regiones à quatuor populis habitatas fuiſſe invenio, nempe ab antiquiſſimis Arabibus, ab Arabo, Sabo, & Petreo, Curetis filiis, & Chami nepotibus oriundis: a quibus & res Arabiæ cognomen acceperunt, nempe Arabia deſerta ab Arabo, Sabæa, quæ & Felix, a Sabo thurifero, Petrea a Petreo, Beroſo Chaldæo autore, quamquam alii a Petra oppido vetuſtiſſimo dictam velint: deinde ab Iſmaëlitis, quorum generis conditor fuit Iſmaël, Abrahami & Agaris ancillæ filius, a quo

DC XXII. & Ararena regio & Agranum oppidum, a Strabone corrupte pro Agarena & Agareno nuncupata, originem habuerunt. Ut Petrea regio a Nabeoth, Nabathæa, & Cedrei populi a Cedare ejuſdem Iſmaëlis filiis dicti ſunt. Tertii populi fuerunt ex Chæturæ, ſecundæ Abrahami conjugis, filiis oriundi, qui magnam Arabiæ Felicis partem occuparunt, eam præſertim quæ ad Rubrum mare pertinet: & in Libyam quoque colonias deduxerunt, unde poſtea (Ioſepho authore) ab Ophre, Mandanes filio. & Abrahami ex Chætura conjuge nepote, Africa dicta eſt. Quartum genus ab Eſau, Iſaaci filio, originem traxit, qui Iudææ proximas Petreæ Arabiæ partes incoluit, unde Saraceni populi in Arabia Petrea a Plinio & Ptolemæo nominantur. Nam Iſaacus Eſau; pater, Abrahami ex Sara filius fuit. Dicti autem ſunt Saraceni, ut ſimul ſe a domina, non autem a ſerva, quemadmodum Iſmaëlitæ, oriundos teſtarentur, & ab Iudæis diſtinguerentur, qui & ipſi iiſdem parentibus orti erant. Inter hos omnes fortiſſimi & bellicoſiſſimi erant Scenitæ, Deſertam Arabiam incolentes, ἀπὸ τῶν σκηνῶν dicti, quod Nomadum more vagi & ſine ædificiis in tentoriis habitarent: qui ſeſe antiquiſſimos eſſe gloriabantur, & cum cæteris omnibus de nobilitate contendebant. Ho-

rum

rum opera ſæpe in bellis Romani Imperatores utebantur. Inſtituta multa Arabes, & ritus Hebræorum inſtitutis ſimiles ſemper habuerunt, & hodie retinent: nam ſemper, ut etiam Herodotus atque Diodorus teſtantur, circumciſione uſi ſunt: ac tribuum, ut Iudæi, familiarumque ordinem ſervarunt: & alterius tribus familiæve fœminam viro nubere, aut virum uxorem ducere, nefas ducunt, generis nobilitatem incorruptiſſimam ſervantes, ita ut nobiliores ſemper apud eos regnarent: nec unus omnibus, ſed quælibet tribus Regem ſuum haberet: eique non filius ſuccederet, ſed primus qui poſtquam Rex eſſet ſalutatus, ex nobiliſſimo viro ac muliere naſceretur, in ſpem regni alebatur: homines paſſim (ut qui ſub torrenti ſole degunt, plerumque ſolent) furtis ac rapinis dediti. Religio apud eos varia. Alii enim Chriſtum colebant: quorum etiam eo tempore, a quo hanc Hiſtoriam plerique ordiuntur, ut & in aliis locis omnibus, variæ erant ſectæ. Alii Iudæorum ritus ſervabant: alii ſolem & lunam, alii arbores quaſdam, alii ſerpentes, alii turrim Alcaba dictam, quam ab Iſmaële ædificatam putabant, & alii aliud venerabantur. In hac igitur tanta religionum varietate, ac tam rudi populo, Muhamedes paternum genus a Core Eſai, vel (ut alii volunt) ab Cedare Iſmaëlis filio trahens, cujus pater Abdela, & mater Enima vocabatur, gente Iudæa, Itraripi Meccæ urbis agri oppido, in Arabia deſerta tenui fortuna natus eſt, anno ſalutis Chriſtianæ (ut ipſi tradunt) DLX, menſe Februario. Unde a parentibus primis annis & Hebræorum ritibus, & gentium cultu eſt imbutus. Parentibus vero, cum adhuc tenera ætate eſſet, defunctis Saiutalebi patrui tutelæ fuit commiſſus. Deinde cum jam adultam ætatem attigiſſet, ab Scenitis, ferociſſimis (ut diximus) populis, vitam per latrocinia ducentibus, captus, Abdimonepli Iſmaëlitici generis ditiſſimo mercatori venditus fuit: qui ejus ingenio cognito, cum ſæpiſſime ob mercaturæ negocia ex Palæſtina, in qua habitabat, in Ægyptum mittebat. Quæ negocia, cum Muhamedes per multos annos exercuiſſet, apud Hebræos, Chriſtianos & Gentiles magnam ſibi gratiam conciliavit. Erat enim Muhamedes, ſtatura mediocri, capite magno, facie ſubfuſca, colore vivido, barba prolixa, nec tamen cana: quia caniciem, ſi quæ fortè incipiebat, unguentis celabat: aſpectu gravi, & majeſtatem quandam cum comitate præ ſe ferente: eru-

Anno Chriſti

Inſtituta & ritus Arabum.

DC XXII.

Multa apud eos religionum varietas.

Muhamedis educatio.

Venditus.

Anno Christi

ribus optima proportione factis, motu corporis ſuavi, lenique, ac (ut ajunt) fluminis ſuaviter delabentis curſum imitante: in ſermone benignus, magnaque animi & corporis vi: ingenio acri, ſed (ut de Catilina tradit Saluſtius) malo, pravoque: audax, & periculorum contemptor. Cujus rei exemplum hoc adferunt, quod cum aliquando equo ferociſſimo, ac prorſus indomito, amicis aliquot ſpectantibus, inſideret, eum ita agitaverit, ut omnes qui ſpectabant, de ejus ſalute vehementer ſolliciti, rogarint, ut ex equo deſcenderet. Quibus ille placidiſſime reſpondit: equum illum mari ſimilem eſſe, ut ſe ea agitatione, non ſecus ac ſi navi veheretur, oblectari intelligerent. Itemque varius erat, ut leges ab ipſo innumeræ inter ſe pugnantes latæ indicant: quæ res in ipſius religionem ſectarum varietatem induxit. Nec non cujuſlibet rei ſimulator ac diſſimulator, ſed natura facundiſſimus. Vaſtus ejus animus immoderata incredibiliaque cupiebat. Hunc, tanta ſectarum varietate cognita, cupiditas maxima inceſſerat unius religionis conſtituendæ, & imperii ſimulque divini honoris ſibi vindicandi. Cujus rei ſpem illi faciebant Chriſtianorum diſſidia, mores corrupti, & militaris diſciplina propemodum amiſſa.

Mores Muhamedis & ingenium.

DC XXII. His acceſſit Sergii monachi conſilium: qui ob Arianam ſectam Byzantio pulſus, in Arabiam profugerat, & Abdimonepis Muhamedis heri domum frequentabat, Muhamedemque ob ingenium valde diligebat. Itaque hero ſine liberis mortuo, Hadigia uxor vidua quinquagenaria, omnium mariti bonorum hæres, hunc ſibi virum capit. Is igitur, ut qui comitialem morbum pateretur, cum ſæpe corpore proſtratus in alienationem mentis veniret, idque uxor valde ægrè ferret, id ſibi ex ipſius Dei ſpiritu, qui ſe corriperet, & quædam nunciaret, quæ per ipſum circa Moſis Chriſtique legem populis eſſent indicanda, accidere dixit. Corpora etenim corruptioni obnoxia numinis intuitum ferre non poſſe: ideoque corpus tunc penè animo deſtitui. Quibus verbis vetula, ut quæ formæ ejus atque ætatis amore capta erat, fidem adhibens, non jam ut maritum amare, ſed ut divinum hominem & vatem colere ac venerari cœpit, ejuſque ſanctitatem inter æquales prædicare, adeo ut decedens non modo fortunis divitem reliquerit (hæredem enim eum ex aſſe inſtituit) verum etiam ſanctitatis apud rudem illum populum opinione clarum: quas ob res Bubacus, ejus Arabiæ partis facile princeps, & ex eadem

Ejuſdem matrimonium.

Comitiali morbo laborat.

tribu

Anno Chriſti

tribu natus, ipſi jam trigeſimum ætatis annum ingreſſo, Aiſſam filiam nuptui dedit. Qua affinitate & opibus ſibi a priore uxore relictis fretus, auſus eſt ſe apertè Dei nuncium & vatem profiteri, & novam quandam religionem docere, ex omnium ſectarum erroribus conflatam. Præcipiebat enim circumciſionem ſimul & ſacri fontis lavacrum, porcinæque carnis & vini abſtinentiam. Jejunium menſem continuum ſervari volebat, tantumque noctibus cibum capi. Tres modo vates fuiſſe, ſe, Moſem & Chriſtum, Chriſtumque minime Deum eſſe; & hujuſmodi impia dogmata innumera, quæ in ipſius Alcorano continentur & leguntur. Quæ dogmata initio quidem a multis deridebantur, & illorum cauſa pro mente capto habebatur. Verum cum jam affines omnes & Bubaci familiam, quæ potens erat, multoſque ex plebe in ſectam ſuam pertraxiſſet, Meccæ magiſtratus, id Reipublicæ, ni cito hujus hominis audacia reprimeretur, pernicioſum fore animadvertentes (apertè enim in principes invehebatur) manus illi injicere, ut ſupplicio afficerent, ſunt conati. Qua de re certior factus Muhamedes, Mecca profugit; eumque multi propinqui, affines, amici & clientes, quibus jam talem eſſe, qualis haberi volebat, perſuaſum erat, ſunt ſequuti: & ab hoc anno, qui fuit poſt Chriſtum Servatorem natum DXCIII. Arabes ſuos annos numerant: huncque annum Hegiræ, id eſt, fugæ annum vocant. Hac igitur multitudine viſa, magis quam antea ſuis fidens, ad eos orationem fertur habuiſſe.

Secundū ejus matrimoniū.

Vatē ſe & Dei nunciū jactat, ac nova docet.

DC XXII.

Annus Hegiræ.

Qua audita, multitudinis Principes, ac inter primos Zaid filius Zuzaræ, Aomar, & reliqui omnes ordine, ſtrictis gladiis, jurejurando graviſſimo promiſerunt; ſe nullam aliam, præter eam quam Muhamedes ferret, legem probaturos: & pro ea tuenda propagandaque vitam & ſanguinem, ubicunque opus foret, profuſuros. His peractis, Muhamedes rurſus ſilentio multitudini impoſito, ubi aliquandiu precanti ſimilis genibus flexis ſtetiſſet, alta voce dixit:

Rerum Muhāmedis incrementa.

Nunc, viri fortiſſimi, vos armis & animis ad pugnam accingite: certiſſimam victoriam in manu habemus. En illa quæ ſæpe optaſtis: divitiæ videlicet, decus, gloria, perpetua felicitas, in oculis ſita ſunt. Deus ea omnia vobis victoribus præmia poſuit. Virtus veſtra, cauſa ipſa, & commoda omnia, vos magis, quam oratio mea, hortari debent.

Anno Christi

Tandem ergo decem Duces ex nobilioribus potentioribuſque, & ſibi affinitate junctis multitudini præficit, eamque in cohortes & centurias diſtribuit. Ducum hæc erant nomina: Ubequar, Omar, Ozmen, Alifre, Talaus, Azubeirus, Zadinus, Zaedinus, & Abuobeid. & ſic Meccam inſtructo agmine perrexit. Quo audito, Meccæ magiſtratus exercitum contra eum miſit: cum quo Muhamedis copiæ congreſſæ, inferiores fuerunt. Quamobrem quatuor annorum ſpacio ab oppugnatione urbis abſtinuit: populos tamen interea ſemper ſuis concionibus, quas in agris & vicis habebat, ad ſeditionem accendens: quibus etiam inter Scenitas, qui Romanis Imperatoribus parebant, motus quoſdam excitavit. Deinde iterum viribus auctus, Meccæ oppugnationem fruſtra tentavit: & biennio poſt tertio eundem conatum irritum eſt expertus.. Interea Heraclius Imperator Scenitarum juventutem ad ſeditionem ſpectare animadvertens, ut eam placaret, per ſpeciem militiæ, magnam partem procul ablegavit. Regnabat tunc in Perſia Coſdroës Rex, qui Mauritii Cæſaris filiam nomine Mariam uxorem duxerat, & in ejus gratiam ſacri fontis lavacrum ſumpſerat: Chriſtianorumque omnium, quamdiu ſocer vixit, amiciſſimus fuerat, atque in eoſdem beneficus.

Decem Duces creat Muhămedes.

DC XXII. Sed eo poſt a Phoca, qui ei in Imperio ſucceſſit, proditione intercmpto, eorum qui tam nefarium hominem domini ſui cæde pollutum, ſibi principem conſtituerant, quaſi illius ſceleris & occultæ ſocietatis reorum perfidiam deteſtatus, ut ſoceri necem uxore incitante ulciſceretur, Heraclii (nam Phocas brevi fuit interemptus) qui cum Italiam & Romanum imperium undique barbari vaſtarent, in ocio deſidebat, ignavia audacior factus, in imperii fines cum exercitu irruperat: & tota Aſiæ ora quæ ad Meridiem vergit, armis ſubacta, Ægyptum ingreſſus Alexandriam occupaverat: & inde ulterius progreſſus, Carthaginem, & omnem Africam ſubegerat. Deinde provincia præſidiis firmata, per Alexandriam reverſus, Syriam & Iudæam vaſtabat. Heraclius, a barbaro hoſte tantis affectus cladibus, pacem petiit: qua non impetrata, potius coactus quam ſponte, exercitum comparat: & Arabas iſtos Scenitas (cum quibus ſunt qui velint Muhamedem fuiſſe, & prælio, quo Coſdroæ res conciderunt, a milite quodam nomine Turco vulneratum fuiſſe) ſibi adjungit: & cum Coſdroe multis præliis congreſſus, tandem

Heraclii negotium cum Perſis.

eum

eum vicit, adeo ut is ultra Tigranem fluvium fugiens, Medarſem filium (altero filio majore natu, præclaræ indolis adoleſcente, qui Sirochis vocabatur, præterito) regni conſortem declararit. Qua contumelia graviſſime irritatus Sirochis, occultè cum Heraclio convênit, ut patre ſimul & Medarſe fratre, quem pater ſibi prætulerat, cum omni regia gaza proditis, deductiſque præſidiis ex omnibus Rom. imperii provinciis, ipſe Perſarum regnum obtineret, paxque inter utrumque imperium eſſet: nec magis puduit Heraclium, Chriſtianum videlicet principem regnum, quod jam tot prœliis adverſis debilitatum, ſi victoriæ curſum ſequi, & fortuna uti ſciviſſet, in manu ſua, rege præſertim fugiente, habebat, parentis ſimul ac fratris impio nefarioque proditori tradere, & ignavam ignominioſamque pacem tanto ſcelere mercari, quam barbarum illum & impium juvenem, regnum ſibi tam nefario facinore parare. Tantum in hoc valuit regnandi dira cupido, & in illo ocii deſiderium. Itaque Coſdroas cum Medarſe & uxoribus ex fuga retracti, in vincula conjiciuntur: nec multo poſt ambo Syrochii juſſu interfecti, fortunæ varietatis exemplum crudele fuerunt: quo moneri debent reges, quid ipſis in ſucceſſore declarando ſit cogitandum, ne fortioribus præteritis ignaviores eligant. Nulla enim acrior indignatio eſt, in feroci præſertim pectore, quam virtutis a ſuiſmet contemptæ. Rebus igitur Perſicis hoc fœdere pacatis, Syriaque & Hieroſolyma reliquiſque provinciis Romano imperio reſtitutis, ab hoc bello redeuntem Heraclium Muhamedes regio comitatu & pompa ſtipatus convenit, & regionem ad habitandum petiit, atque obtinuit. Cum autem militibus ſtipendium daretur, quererenturque Arabes ſe merito ſtipendio fraudari: quæſtor imprudenter nimis & arroganter, vix eſſe reſpondit, quod Græco & Romano militi daretur, nedum huic canum turbæ. Quæ verba altè in pectus demiſſa, ac ſæpius inter ſectæ principes gregarioſque commemorata, brevi toto ferè Chriſtianæ Reipubl. exitio fuêre, & adhuc in capita noſtra illius injuriæ vindicta redundat: tot ſæpe mala ex unius imprudentia oriuntur, cum præſertim viri fortes & militares injuria afficiuntur. Hac enim contumelia ad iram accenſi, Arabes in Syriam ſeceſsêre, ſeque Muhamedis aſſeclis adjunxere. Quamobrem Muhamedes his viribus auctus, quarto Meccam ſummo conatu oppugnaturus petit. Perceperunt hunc co-

Heraclii perverſum conſilium, & deſidia.

DC XXII.

Contumelia afficit Arabes, qui ſe jungunt Muhamedi.

Anno Chriſti

natum Meccæ magiſtratus: & ideo majore quam antea apparatu, & copiis, univerſa penè civitas ad impetum hunc reprimendum ei occurrit: cum quibus ille ad Bredinum amnem prœlio congreſſus, trecentis Meccæ patriciis, præter ingentem aliam multitudinem, cæſis, ſuperior evaſit, adeo ut eo prœlio penè omnis Meccæ nobilitas fuerit extincta. Sic Muhamedes victor Meccam eſt ingreſſus: præſidioque impoſito, Hunaimum cum exercitu petiit, eaque urbe expugnata, prædam, quæ maxima fuit, militibus diviſit. Inde Tharſum obſidione cinxit. Qua urbe per menſem fruſtra oppugnata, in Arabiæ interiora rediens, Itraripum, ſive Ietripum primo, deinde Medinam urbem divitibus Iudæis refertam occupavit, & præda militibus conceſſa, diripuit. Iudæos vero omnes qui tum ibi, tum in aliis Arabiæ locis erant, ut qui maximè, ob divinæ legis peritiam, inſtituto adverſarentur, ſummo odio perſequens, undecim prœliis penitus delevit. Inde Itraripum reverſus, Azeibum Meccæ præfectum conſtituit, qui cum magna Arabum, ſive Saracenorum manu urbem eſt ingreſſus. Erat enim tunc Mecca, & adhuc eſt, totius Arabiæ, tum ob vetuſtatis opinionem, ut quæ ab Iſmaële, vel Abrahamo ipſo condita creditur, tum etiam ob magnitudinem urbis populique frequentiam, nobiliſſima. Deinde rurſus eodem anno Azeibo inde moto, Moadum, Gadelis filium, eidem urbi præfecit, cum hujuſmodi mandato, ut ſe humanis exempto legem ſuam tueretur, & a populis ſervari curaret, interea vero Meccenſibus jus diceret. Rebus in hunc modum conſtitutis, Tambicum caſtra movit: ibique templum condidit, quod adhuc viſitur. Inde Zalidum & Melidum legatos ſuos cum copiarum parte contra Alozaidam, Almathaliphi filium, Aliendeli regem, miſit: quem illi armis victum, vectigalem fecerunt: & ſic Arabia tota ſubacta, Eubocaram, dum ipſe Itraripi ageret, cum exercitus parte Meccam ire juſſit: & ut neminem in ea vivum relinqueret, aut aliunde venientes, niſi qui ſuæ legi parêrent, ac doctrinæ acquieſcerent, ingredi pateretur, injunxit. Volebat enim Meccam, quemadmodum effecit, religionis atque imperii ſui ſedem eſſe. Itaq; Mecca brevi tempore iis tantum qui Muhamedem colerent, eſt repleta: nec ſola Mecca, verum etiam Arabia tota ejus errores (ut ſunt illi populi natura creduli; & rerum novarum admiratores) eſt amplexa. Deincepsque omnes qui ſe ei ſectæ dede-

Muhãmedes Meccam capit.

Iudæos cædit.

DC XXII.

Arabiã omnem occupat.

rent,

rent, tum quod ex Saracenorum gente is error eſſet ortus: tum etiam Muhamede, ut ipſis omnia a Deo promiſſa viderentur, quæ in Sacris literis Abrahami poſteris promittuntur, ſic perſuadente, Saraceni ſunt appellati. Quo rerum ſucceſſu elatus, legationes ad vicinos reges miſit: quibus monebat eos, ut & ipſi religionem hanc amplecterentur, cum literis argenteo ſigno, cui hæc verba erant impreſſa, MUHAMEDES DEI NUNCIUS, obſignatis: nempe ad Cæſarem Conſtantinopolitanum, ad Perſarum, Ægypti, alioſque reges. Poſtea creavit quatuor tribunos militum, vulgo Admirantes appellatos, quibus ſingulis multos duces & centuriones attribuit: eoſque quatuor Acutos Dei gladios nuncupavit, & juſſit diverſos in quatuor orbis terrarum partes ire, ac omnes qui legem ſuam non amplecterentur trucidare. Quorum hæc erant nomina: Ebubezer, Omar, Ozmenus, & Ali Salutalebi patrui ipſius filius: cui etiam Fatemam, ſuam ex priore conjuge privignam, uxorem dederat. Ex quibus Ebubezer, ab aliis Ubequar, aliis Bubacus vel Eubocara appellatus, Muhamedis ſocer, Palæſtinam petiit: ibique oppidum Muchea nomine oppugnavit, cui Theodorus Begarius Cæſaris nomine præerat. Is viribus ſuis collectis, repente Saracenos tanto impetu eſt adortus, ut multis ex illis cæſis, reliqui fuga ſibi conſuluerint. Quo tempore, III Idus Martii, obiit Muhamedes, anno ſalutis Chriſtianæ DCXXXVII. cum decem annos regnaſſet, atque in domo Aiſſæ conjugis Medinæ, eo ipſo in cubili in quo quieſcere ſolebat, abſque ullo regio ornatu, corpore ſolummodo triplici candido panno involuto, ferrea in arca conditus fuit: ubi poſt templum magnificum latericio opere extruxerunt propinqui ejus, & fornicem in eo magnete lapide ita cruſtatum fecerunt, ut arcam, in qua Muhamedis corpus jacet, ſublatam pendulamque ſuſtineat, ex quo locus is a toto Oriente magna religione colitur. Tradunt illum, dum exularet a patria, in Mauritaniam Tingitanam ſemel peregrinationis gratia profectum, in Hiſpaniam quoque trajeciſſe. Sed cum intellexiſſet, Iſidorum Epiſcopum ſibi inſidias parare, mox inde receſſiſſe. Moriens autem Muhamedes Alim generum ſucceſſorem ſuum declaravit, & Califam, id eſt, Pontificem ſectæ ſuæ eſſe voluit, eique una cum filia corporis ſui curam commiſit. Sed Eubocara ſocer id vetuit, æquum eſſe inquiens, ut cum Muhamedes apud ſe deceſſiſſet, ſuoque favore &

Anno Chriſti

Saraceni unde dicti.

Quatuor Duces creat Muhamedes.

DCXXII.

Obitus Muhamedis.

opibus

Anno Chriſti

opibus quæcunque adeptus erat, acquiſiviſſet, ipſe ei ſuccederet prior. Cui Alis ſe opponere non potuit, quia potens erat, adhærebantque illi Homar & Ozmenus propinqui ipſius, viri fortes, & factione pollentes: qui cum ad ſe quoque, quod Muhamedi rebus gerendis ſemper adfuiſſent, regni adminiſtrationem jure ſpectare arbitrarentur, malebant Eubocaram, qui ſenex erat, & ipſis ſanguine junctus, regnare, quam Alim juvenem: qui tamdiu regnare poterat, ut ipſis nulla regni poſt illum obtinendi ex naturæ ordine ſpes relinqueretur, & nulla ipſos ſanguinis affinitate contingebat. Quamobrem Eubocara Muhamedicæ ſectæ Pontifex creatus eſt: qui ſtatim cum ingenti exercitu finibus ſuis egreſſus, Romanum præſidium fudit: & victor in Arabiam rediens, regni ſui anno tertio non expleto, nec ſine veneni ſuſpicione, mortuus eſt, & prope Muhammedem abſque regio ornatu conditus.

Imperante igitur Heraclio Saracenorum potentia duce Muhammede adeo crevit, ut deinceps reliquis orbis nationibus maximo terrori fuerit.

Bellum Heraclii contra Coſroëm Perſam.

Initium imperii ejus bello Perſico, adverſus Coſroem regem feliciter geſto, celebre fuit. Et eâ in expeditione male ſana Coſrois conſilia plurimum Heraclio profuere. Coſroes enim cum poſtpoſito filio natu majore Siroë minorem Mardaſam hæredem regni ſcripſiſſet, Siroës, patrem fratremque cepit & occidit, & regnum invaſit. Utque rebus ſuis ac ſecuritati conſuleret cum Heraclio pacem fecit, Syria illi & Hieroſolyma, quas per Phocæ ignaviam Perſæ ceperant, redditis.

DC XXVIII.

Ejus matrimonium cum fratris filia.

Cæterum tandem Heraclium flagitia & calamitas domeſtica peſſum dedere. Nam cum fato functa eſſet prior conjux Fabia Eudoxia, quæ & filium Conſtantinum juniorem pepererat, fratris filiam Martinam uxorem duxit, ex quâ natus ei eſt filius Heraclione. Tandem hydrope exſtinctus eſt.

Hæreſis Monothelitarum.

Eo imperante exorta eſt, eidemque placuit, hæreſis Monothelitarum. Hæc eſt illa hæreſis Monothelitarum, qui ore tenus confitentes duas in Chriſto naturas, earum tamen verâm diſtinctionem ac diverſitatem reipſa tollebant, confundentes voluntates, & confundentes operationes, non agnoſcentes niſi unam Chriſti voluntatem, & unam operationem.

Cum autem huic dogmati, a Sophronio Epiſcopo Hieroſoly-

mitano,

mitano, multiſque aliis, vehementer contradici animadverterent, operam dederunt, ut de una vel duabus operationibus diſputatio prohiberetur, & ut nemini liceret dicere duas voluntates, ſed ut omnes unam voluntatem palam profiterentur. Cyro & Sergio conſenſit Honorius, hujus nominis primus, qui tunc Romanæ Eccleſiæ præerat Epiſcopus. Quo igitur majore auctoritate hæc doctrina omnibus obtruderetur, neque cuiquam contradicendi libertas relinqueretur, effecit Sergius ut fidei declaratio ſeu expoſitio, ἔκθεσις dicta, nomine Imperatoris Heraclii promulgaretur, hanc Monothelitarum doctrinam complectens, eandemque omnibus Chriſtianis commendans, ut, nimirum, de una & de duabus operationibus ſilentes, unam voluntatem apertè omnes profiterentur. Exſtat ea Ecthesis in Actis Synodi Lateranenſis, Præſide Martino primo Papa Romano celebratæ, in ſecretario ſeu conſultatione tertia. Sergius, habito Epiſcoporum Concilio, Ecthesin eam approbatione Synodicâ confirmavit. Idemque rurſum fecit Pyrrhus ſucceſſor Sergii. Et eandem Ecthesin recepit atque laudavit Cyrus Alexandriæ Epiſcopus, datis ea de re ad Sergium literis, ut legere eſt in tertio ſecretario Concilii illius Lateranenſis, Martino præſidente celebrati. At eam Ecthesin damnavit Ioannes, hujus nominis quartus, Epiſcopus Romanus, cum ſua Synodo; idemque fecerunt Theodorus & Martinus, ſucceſſores Ioannis. Plura hac de re qui volet, adeat diligentiſſimum Forbeſium Lib. v. Cap. 1. Inſtructionum, quas Hiſtoricotheologicas appellavit.

Anno Chriſti

Confeſſio fidei ἔκθεσις dicta.

Heraclio ſucceſſit filius CONSTANTINUS. Sed breve ejus, novercæ Martinæ dolo interfecti, adeoque quatuor tantum menſium, imperium fuit. Poſt hunc Martina cum filio Heracleone menſes ſex rebus imperii præfuit. Senatus enim populuſque Conſtantinopolitanus, Martinæ flagitia deteſtatus, Martinam & Heracleonem captos, hunc naſo, illam lingua truncarunt, & in exilium egere.

DCXL. CONSTANTINVS IMP.

CONSTANS, Conſtantini filius, nepos Heraclii, Imperator ſalutatus eſt.

DC XLII. CONSTANS IMP.

Favit & hic Monothelitis; quorum hæreſin cum damnaſſet Martinus, Papa Romanus, juſſu Conſtantis fraude captus, & Conſtantinopolim avectus, & dein in Cherſoneſum relegatus, fame ac pedore carceris exſtinctus eſt.

Favet Monothelitis, & Papã Romanũ capit.

Anno Christi

Conſtans in Italiam profectus adverſus Longobardos, ſed infeliciter, ſicut & adverſus Saracenos in Lycia, bellum geſſit. Eundem, odio in Conſtantinopolitanos, in animo habuiſſe ſedem imperii Romani transferre, Zonaras & alii tradunt. Tandem ab Andrea quodam in Syracuſanis balneis trucidatus eſt.

DC LXIX CONSTANTINUS POGONATUS IMP.

Ei filius, CONSTANTINUS POGONATUS, ſuccedit.

Synodus Conſtãtinop. III.

Hoc imperante Synodus Conſtantinopolitana III, quæ eſt Oecumenica VI, celebratur; damnataque in ea eſt hæreſis Monothelitarum, qui in Chriſto, ut jam ante fuſius diximus, non diſcernebant inter voluntatem divinæ & voluntatem humanæ naturæ, ſed unicam ſtatuebant, ut ſcilicet Eutychianam naturarum confuſionem ſic tuerentur.

Saraceni Siciliam invadunt.

Saraceni Thracia & Græcia fruſtra tentatis, Siciliam invadunt, & Syracuſas capiunt; prædáque contenti Alexandriam reverſi ſunt. Iidem Byzantio bello illato, deſperata expugnatione, irriti diſceſſere. Arte enim & induſtria architecti cujuſdam Callinici ignes ſub aqua facti (*ignem Græcum* vulgo vocant) pleraſque Saracenorum naves incendere. Cumque in ea expeditione Saracenorum 30000 periiſſent, Muthavia, eorum dux, pacem petiit a Romanis, & in annos 30. impetravit.

Bulgarorum irruptio.

Bulgari ex Sarmatia progreſſi & Thraciam adorti uſque ad Myſiam inferiorem perrexere, quæ haud procul Byzantio abeſt, & ab hac gente nomen, quod hodieque manet, Bulgariæ accepit.

DC LXXXVI. JUSTINIANUS II, IMP.

Poſt patrem Pogonatum fato functum filius JUSTINIANUS II. imperium tenuit, ultimus ſtirpis Heraclii Imperatoris.

Anceps & varia ejus fortuna.

In hoc principe inprimis jocari, ut ille loquitur, fortunæ libuit. Propriis conſiliis adoleſcens adhuc XVI annorum omnia adminiſtrare voluit, unde ſe & Rempubl. in clades conjecit. Duos habuit aſſentatores & Sycophantas, quibus nimium tribuit, alterum Theodoſium Monachum, quem Generalem nominavit, alterum ſacellarium Stephanum. Hi quum petulantiores eſſent in duces, Leontium unum ex ducibus biennio in carcere detinuerunt, ſed exinde elapſus juvante Patriarcha factus eſt Imperator, & Iuſtinianum præciſis naribus (unde ῥινότμητος dictus eſt) Cherſonam relegavit, Sycophantas vero illos duos funibus ad pedes alligatis per urbem tractos combuſſit. Imperium tenuit

Leontius triennio, ejectus deinde ab Apſimaro, qui ex Africa rediens pulſus a Saracenis dictus eſt a militibus Imperator, & Leontium truncatis naribus in monaſterium incluſit, imperiumque tenuit annos VII. Interea Iuſtinianus Imperat. qui Cherſonæ exulabat fugâ elapſus ad Caganum Avarum principem ſe contulit, a quo honorificè exceptus ſororem ejus Theodoram uxorem duxit, ſed quum id doloſe & inſidioſe factum animadvertit, præmonitus a conjuge ad Trebellium Bulgarorum principem venit, cujus auxilio Byzantium reductus graviſſime hoſtium ſuorum perfidiam ultus eſt. Nam Leontium & Apſimarum per forum vinctos duci juſſit, ludis circenſibus ſpectaculo exhibuit, proſtratis colla calcavit, & capita eis præcidi juſſit; Callinico Patriarchæ oculos effodit; Heraclium Apſimari fratrem ſuſpenſum ſtrangulavit. In Trebellium ingratus fuit, bellum propter contentionem de finibus ipſi inferendo, ſed victus magno cum dedecore Byzantium rediit. Adverſus Cherſonenſes etiam claſſem miſit, ubi quum immanem ſævitiam exercuiſſet, Cherſonenſes & finitimi ad defectionem impulſi Philippicum Bardanem Imperatorem ſalutarunt, ſuadente Elia principe exercitus, cujus duos filios Iuſtinianus in ipſo matris ſinu interfici præceperat, uxorem vero per contumeliam ſervo coquo matrimonio junxerat. Philippicus Bardanes jam Imperator renunciatus ſine mora Byzantium properat, & urbem Iuſtiniano abſente præoccupat, quem advenientem & cum filio Tiberio ad aras fugientem inde abſtractos occidit, Elia illo ſuis manibus Iuſtiniani caput amputante. Sic tres Imperatores exiguis intervallis occiſi ſunt, Leontius, Apſimarus, & Iuſtinianus, in quo Heraclii progenies defecit. Hæc ſic paucis in Chronologia perſtringit diligentiſſimus Gutberletus.

Anno Chriſti DC LXXXVI.

Stirps Heraclii deficit.

Saracenica potentia vires ſumit. Fecerat cum Saracenis fœdus Conſtantinus Pogonatus, Iuſtiniani II. pater, quod filius rupit eam ob cauſſam quod annui tributi moneta ſignum haberet non Romanum ſed Arabicum. Saraceni precibus inſtant ne inducias ſacro juramento confirmatas rumperet. Sed Iuſtinianus obthuratis auribus ad pugnam ferebatur confiſus militibus, quos ex Sclavicis gentibus a ſe devictis delegerat, iiſque novi & acquiſiti populi nomen indiderat. Ruptis igitur induciis ad pugnam ventum eſt, ubi Mahometus Saracenorum dux induciarum tabulis

Saracenica potentia incrementa.

Anno Chriſti

haſta ſuſpenſis & vexilli inſtar ante exercitum elatis cum Imperatore congreditur. Novus ille & acquiſitus populus ad numerum 20000 a Iuſtiniano deficiunt, & Saraceni victores evadunt & Romanas provincias invadunt. Præterea Armeniæ prætor Sabbatius patricius poſt hanc Iuſtiniani cladem Saracenis Armeniam tradidit, quam tamen poſtea recuperavit Heraclius Apſimari frater, ſed non diu retinuit, ademptam iterum a Saracenis, qui nunc demum Africam & Libyam ſupra Ægyptum ſine ullo impedimento ſæpe devaſtatam retinuerunt.

Prima Ducum in Venetâ Republica origo.

In Venetorum Republ. primus Dux creatur Paolucius Anafeſtus. Ante hæc tempora ſingulis inſulis ſinguli Tribuni præficiebantur, quibus ſumma vitæ necisque erat auctoritas. Annuum placuerat eſſe hunc magiſtratum, decretumque, ut ſi quid gravius accidiſſet, conventus omnium indiceretur in aliâ atque alia inſularum, ne in unâ continuata dignitas invidiam pareret, atque imperii jus, ut Ioannes Baptiſta Verus Lib. 1. Rerum Venetarum loquitur, collocare videretur. Cæterum Tribunitia poteſtas, quæ ducentos prope annos duraverat, ſub hoc tempus novo Magiſtratu inducto, in hunc modum excidit. Cœperant finitimorum armis Reipublicæ fines turbari, vixque intra ipſas inſulas Tribunorum incuria atque inertia Veneti tutos ſe credebant; ſæpius a proximis populis piraticam exercentibus vexabantur. Hi Gradum, & Heracleam continentis oppida populati, noctu in Rivoaltum deſcendunt, ibidemque aliquot deprædantur onerarias. Navium cuſtodes a Tribunis tum negligentius ſuo munere fungentibus in excubiis diſpoſiti, non prius latrones repulere, quam incondito clamore univerſam civitatem perturbaſſent. Re cognita fit undique ad naves concurſus, fuganturque tumultaria decertatione piratæ, non paucis tamen Venetorum aut occiſis, aut vulneratis. Inſolita clades adeo omnium animos perculit, ut, quaſi violata urbis eſſet ſecuritas & libertas, Tribunis abrogatis, unius principis novus induceretur magiſtratus, nomine Ducis. Quo pacto prudenter conſtitutum, ut in eo, quod titulo rectius, & auguſtius eſt, apud unum, unius nomen, & majeſtas ſupra cæteros inſignis eſſet: &, quod pro libertate ſingulorum tutius apud plures adminiſtratio & imperium pluribus, iiſque patriciis, committerentur. Paolucius Anafeſtus primum omnium recenti dignitatis ſplendore inſignitur, vir præ aliis conſpicuus

DC XCVII.

Varia in Republica Venetâ mutationes.

anno

anno ſervati orbis ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo : urbis vero conditæ ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Marcellus Heracleanus Anafeſto ſucceſſit. Hunc excepit Horleus Urſus, qui ab inſtituta Ducis dignitate cum trigeſimus nondum annus præteriiſſet, facinoroſa ſeditioſorum manu opprimitur. Tanta rei novitate perturbata Reſp. alteram publicæ adminiſtrationis formam reperit, & pro Ducibus Magiſtros militum ſibi creavit, quorum munus annuum. Attamen & his poſt ſextum annum ſublatis, cum ſe ſuperbe, atque inſolenter gererent, ad Duces reditum eſt. His primum Heraclea urbs, deinde Methamaucum imperii ſedes fuit, poſtremo Rivoaltus.

Anno Chriſti

Diverſæ ſedes Ducum Venetorum.

DCC XII. PHILIPPICUS BARDANES, IMP.

Juſtinianum II. PHILIPPICUS BARDANES ſequitur.

Eo imperante & Thracia à Bulgaris vaſtata eſt, & infeſtos Saracenos Oriens habuit, & de εἰκονολατρεία acriter in Chriſtiana Eccleſia diſputatum eſt. Nam Bardanes imagines ex templis auferri juſſerat. Quare Pontifex Romanus ſchiſmaticum eum judicavit, & imagines non modo habendas in templis, ſed & ſumma veneratione colendas eſſe, decrevit. Hæc exordia ſunt majorum diſſenſionum inter Eccleſias Orientis & Occidentis.

Exordia diſſenſionũ inter Eccleſias Orientis & Occidentis.

DCC XV. ARTEMIUS, IMP.

Bardanem ARTEMIUS excipit, qui & ANASTASIUS II. dictus eſt. Huic bellum cum Saracenis, ſed improſperum fuit. Quare & à milite THEODOSIUS quidam Adramitenus, publicorum vectigalium exactor, imperator, ſed invitus, ſalutatus eſt. Hic ſolio exturbavit Artemium & monaſterio incluſit; ſed mox ſponte ſceptrum Leoni Iſauro tradidit. Cujus facti cum eum poſtea pœniteret, coactis Bulgarorum copiis Byzantium venit, ſed a ſuis proditus, & Leoni traditus, & occiſus eſt. Theodoſius autem clericus factus vitam tranquille exegit.

Pellitur à Theodoſio.

DCC XVII. LEO III, IMP.

LEO III, aliis CONON ISAURUS, imperat, dictus εἰκονομάχος, quia imagines in templis Chriſtianorum eſſe noluit; quare & excommunicationis fulmine a Pontifice Romano percuſſus eſt.

Byzantium eo imperante a Saracenis, duce Maſgadâ, toto biennio obſeſſum eſt, ſed hi tandem fame ac peſte compulſi irriti diſceſſere. Iidem mox ex Africa in Hiſpaniam trajecerunt, quam quum annos 10 tenuiſſent, in Galliam, uſque ad Turonum,

Byzantium à Saracenis obſidetur.

Anno Christi

eorum 300000 irrupere, ſed a Carolo Martello, Caroli Magni patre, fuſi omnes & deleti ſunt.

DCCXLI. *Carolus Martellus moritur.*

Carolus Martellus, Major domus, id eſt, Præfectus aulæ Franciæ, repudiato Francorum, quod offerebatur, regno, obiit, relictis tribus filiis, Carolomanno, Pipino, & Griphone. Ex Pipino ei nepos natus eſt Carolus & re & cognomento Magnus; de quo dein dicemus.

CONSTANTINUS COPRONYMUS, IMP.

CONSTANTINUS COPRONYMUS patri Leoni Iſauro ſuccedit.

Hujus auctoritate Synodus Conſtantinopoli coacta eſt, in qua imaginum uſus in templis, earumque defenſores damnati ſunt. Sed huic adverſam convocavit aliquot annis poſt Stephanus III. Pontifex Romanus, in qua decretum eſt, ex re Eccleſiæ eſſe, imagines in templis haberi.

DCCLI. *Ingentes in Italia motus.*

Hac fere tempeſtate ingentibus motibus Italia concuti cœpit, & haud longo annorum intervallo magna rerum converſio facta eſt. Namque Longobardi Rachi fratrem Aiſtulfum ſubſtituunt, virum & manu ſtrenuum, & conſilio promptum: qui ut potentiæ Religionis ſtudium ſociaret, fœdus cum Pontifice tandem iniit. Regnare adhuc Rachim diceres: nihil ambitioni, omnia pietati & modeſtiæ dari. Sed ab hâc indole mox Aiſtulfus deſcivit. Etenim velut fato quodam actus, cum dilatare magnitudinis ſuæ vires mallet, quam regere, graviori molimine diſcrimen provocavit. Primus quidem impetus in Exarchatum, quem eo tempore Eutychius adminiſtrabat, erupit, & velut è malè ſopito nuper igni, belli cauſſa facili incendio recruduit. Ravenna obſeſſa, & ad deditionem compulſa eſt: neque capitis ſui jugum reliquæ urbes & velut membra recuſarunt. Eutychius auxiliis deſtitutus, & melioris fortunæ deſperatione ad fugam compulſus, in Græciam abiit; atque tum Exarchi in Italia eſſe deſierunt. Magnus ſanè Aiſtulfus erat, ſi felicitati modum poſuiſſet: ſed cum potentia crevit victoris animus, qui tanquam freto & Alpibus clauſurus Regnum, univerſam perfido voto Italiam complexus eſt. Roma ſupererat; & hanc velut jure obnoxiam ſibi putavit, poſtquam Ravenna ceſſerat. Satis tamen viſum, tributariam facere; & in hanc ſententiam legatio miſſa. Sed rejecit nefariam petitionem Stephanus Pontifex, & quaſi fœdifragum non timeret, imminentis belli periculum excepit. Igitur

Vaſtus Aiſtulphi Longobardi animus.

Exarchi pelluntur ex Italia.

clauſus urbe, & ad extrema redactus, unicum ſalutis ſubſidium cenſuit, Tranſalpinæ pietatis arma implorare. Neque tarda illa. Pipinus, cum Eccleſiæ beneficio Rex eſſet, opem addixit; omniumque ordinum conſenſu expeditione decreta, bis Regni viribus ſuccinctus perfringit Alpes; bis infeſta per Inſubres ſigna ducit; bis denique Ticinum obſidet, ipſumque Aiſtulfum ad pacem & fœdera compellit. Sic tamen, quia coactus, ad ingenium rediit. Pudebat limitum, quos hoſtis fixerat: quaſi alieno arbitrio Regnum circumſcribi turpe eſſet. Sed quid eſt? cum fœdifraga rurſus moliretur conſilia, & moveret arma, forte inter venandum ab apro percuſſus, velut ſceleri immortuus eſt.

Anno Chriſti

Hinc Regnum Deſiderius, qui Aiſtulfo Comes-ſtabuli fuerat, ſibi vindicavit, non ſine motu Longobardorum, & Inſubrum, Rachim quodam velut conſenſu repoſcentium. Et veniſſet ille ad ſceptra, ſemel abdicata, niſi Pontifex Deſiderio favens, indigna viro Religioſo vota refrenaſſet. In novo Rege ſumma pacis & pietatis ſigna reluxerunt, ſed (quæ peſtis jam propemodum hereditaria erat) ambitione deinceps corrupta ſunt. Filiam Carolo Francorum Regi deſpondet, quæ repudiata irarum, & diſſidiorum cauſſa fuit, belloque ſuffecit. Cum univerſæ Italiæ Imperium affectaret, Romam, ac deinde Ravennam occultis factionibus turbat. Ut quoque infeſtum Pontifici Carolum redderet, Galliamque collideret, Carolomanni uxorem, filioſque, à patruo velut profugos, in clientelam ſuam admittit; eos ſi Reges Pontifex inungeret, pacem fieri poſſe. Quia dolus non ſucceſſit, ad bellum conſilia eruperunt. Quieta hactenus arma, repentina vi in Pontificem mota. Ferraria, Comaclum, Faventia captæ: & quia ubique Romanis jam infeſti Longobardi, velut uno incendio Italia flagrabat. Pontifex in tanta rerum calamitate urbi quoque timens, ad Carolum legatos mittit, auxilium implorat. Putares adhuc Pipinum vivere, aut reliquiſſe filium, qui natum ſe Eccleſiæ intelligeret. Tanto ardore itum eſt in bellum, ut minari fata Longobardis viderentur. Quod terrorem augebat: partem copiarum Rolandus & Oliverius ducebant, non annalibus tantum, ſed & fabulis celebrati. Collegerat interim exercitum Deſiderius, numero validum, Alpiumque fauces occupavit. Non alio loco pellere facilius hoſtem potuit, ſi auſus modo conſiſtere. Sed cohortes aliquot per cautes avioſque colles a Carolo juſſæ

Deſiderius Longobardorum regnum invadit.

DCC L.

Res ab eo geſtæ.

Carolus Magnus vocatur in Italiam.

Rolădus Dux, & ejus res fabulis auctæ.

cir-

Anno Christi

circumduci, a tergo ſe oſtentantes, Regem tenuerunt. Cum pugnare poſſet, fugere maluit, victoriæque famam hoſti reliquit. Sane tunc apparuit, non pro numero fuiſſe robur, ampliuſque in rebus bellicis viros, quam homines poſſe. Quid mirum? jam ſive feſſi, ſive delicati Longobardi, & ducentorum plus minus annorum deliciis in Italia emolliti, deſierant fortes eſſe. Sic ætate ac mora labefactantur omnia; ſed ſi corruptela accedit, præmaturo vitio corruunt. Deſiderius igitur Alpes deſerens, celeri fuga Ticinum contendit, Regni fata mœnibus turribuſque crediturus.

Res à Deſiderio geſtæ.

Urbs obſeſſa eſt, & quod in extremis ſolet, acriter defenſa, donec fames, hinc peſtilentia graſſari cœpit: quæ duo mala amplius quam hoſtis nocebant. Interea plures paſſim urbes ad Carolum Pontificemque deficiunt. Cum tamen duraret obſidio, Carolus, diviſis copiis, Veronam quoque cinxit, quo a Deſiderio miſſus erat filius Adalgiſus, ſceptri quidem conſors, heres non futurus. Sed ille imparem ſe longiori ratus bello, ne Rex eſſet, libertatem fuga emit, & ex urbe prorumpens, in Græciam elapſus eſt. Conſtantior adhuc pater, non felicior; & in præcipitio rerum cum fortuna luctabatur. Tandem ad ultimam neceſſitatem com-

DCCL.

pulſus, ſe, uxorem, liberoſque hoſtis arbitrio committit, hoc unum in ſolatium miſeriæ vertens, quod a Carolo vinceretur. Membra Regni quaſſata erant, priuſquam caput concideret: poſt Deſiderium quoque nemo pugnandi fiduciam admiſit. Sic tandem, cum clementiam omnes victoris mallent, quam vim experiri, a Longobardis ad Francos ſceptra fortuna tranſtulit.

Inſignis rerum mutatio in Gallia.

Inſignis nunc quoque rerum mutatio in Gallia offertur. Cum enim Childericus ignave admodum & negligenter regni res curaret, imo ne quidem curaret, proceres & populus auctoritate Zachariæ Papæ juramento ſoluti ſunt; Childericus autem monaſterio incluſus eſt. Et ſic prima ſtirps regum Francorum, Pharamundo orta, regnare deſiit.

Caroli Magni initia.

Secunda cum Pipino incepit, Caroli Martelli filio, & uſque ad Hugonis Capeti tempora duravit. Is poſt varia bella in Italia Germaniaque geſta obiit anno Chriſti DCCLXVIII. relictis duobus filiis, Carolo & Carolomanno, quorum hic anno poſt exceſſum patris tertio obiit; & ſic ſolus regnare Carolus cœpit, re & cognomento Magnus, cujus regno tribuuntur anni ſex ſupra quadraginta, ſcilicet ab anno Chriſtiani ſæculi DCCLXVIII.

uſque ad annum DCCCXIV. De eo, rebuſque ab eo geſtis, poſt paulo plura dicemus.

Anno Chriſti

Hac quaſi tempeſtate, (Annalium auctores annum quinquageſimum & quintum ſupra ſeptingeſimum notant) Turcæ ex Portis aut montibus Caſpiis effuſi, in Armenia Saracenorum ditionem invadunt & expugnant. Hæc prima celebrior expeditio eſt Turcarum. Cujus in immenſum auctæ, hodieque adhuc formidatæ gentis exordia & incrementa paucis hic nobis conjungenda ſunt. Et hac de re ſummæ apud ſuos auctoritatis & præclaræ fidei viri, Tuberonis Dalmatæ Abbatis, qui & Scytharum, ex quibus Turcæ prodierunt, Annales inſpexiſſe ſe ipſe teſtatur, verba in medium hic proferre, operæ pretium videtur. Sic autem ille. De Turcarum antiqua patria duplicem famam apud Scythas authores reperio. Nam alii Turcas ab Hyperboreis montibus digreſſos eſſe opinantur. Alii, quibus & ipſe aſſentior, Scythas eſſe Aſiaticos affirmant, atque ex illa regione, quam nunc vulgo Cathaium appellant, adveniſſe. Satis enim mihi exploratum eſt, Turcas communes prope ſedes cum Tatharis intra Caucaſum montem habuiſſe (nam & ejuſdem fere linguæ homines ſunt) Tatharoſque ad Tanaim fluvium profectos circa Mæotidem conſediſſe; Turcas vero meliores ſedes expetentes tranſgreſſos Caucaſum in Albaniam irrupiſſe, anno ſalutis humanæ quinquageſimo quinto ſupra ſeptingenteſimum. Inde per Albanum agrum ad Cyrum amnem acceſſiſſe, moxque Armeniam majorem occupaſſe. Deinde cum Perſis & Saracenis, gente Arabica, diu varia fortuna decertaſſe, tandem a Saracenis pacem ſedeſque in Aſia quietas hac conditione impetraſſe: videlicet, ut Mahometani ritus acciperent religionem, atque adverſus Chriſtianos Gothifredum maxime atque Balduinum fratres, cognomento Bolionios, bellum geſturi ſecum arma conjungerent: cæteroſque Romanæ religionis homines Aſia arcerent. Qua quidem accepta conditione, totius ferme minoris Aſiæ imperium, præter quaſdam maritimas civitates, brevi ſibi adjunxerunt, pulſis inde partim Græcis, partim Perſis ac Saracenis regulis. Poſt aliquot deinde annis extincta penitus apud Turcas regia Hunchariorum prole, imperium in plures dividitur principatus. Nam quiſque ſe e præfectorum eam, cui præfuerat, regionem, aſſumpto ſibi regis nomine, invaſit. Hi autem Turcarum Satrapæ, Molio

Turcarum eorumque imperii origines & incrementa.

DCC LV.

Anno Chriſti

Hunchariæ familiæ regi ultimo ſuperfuiſſe dicuntur, Othomanus, Hermenes, Scarchanus, Germenes, Andinus, Menthe[illegible]s, Caramanus. Ex quibus quidem Halladolii, ab Hermene or[illegible], atque Caramanii, ad noſtram uſque ætatem durarunt. Imperio à pluribus occupato, confeſtim ex æmulatione, ut fit, odium, mox bella inter duces exorta ſunt: ſæpiuſque clades invicem acceptæ, redditæque. Per idem tempus Othomanus unus (ut dictum eſt) ex Huncharii præfectis (cujus progenies Conſtantinopolim cum tot Aſiæ atque Europæ regionibus nunc tenet) in regione majoris Phrygiæ circa Dotylum oppidum Satrapeam obtinebat, viculum quemdam cum familia ſua incolens, quem ab ipſius Othomani nomine Othmanliam Turcæ appellarunt. Qui quidem animadvertens Aſiam inteſtino bello ardere, nec quemquam unum ex Turcaicis principibus eſſe, qui publicæ rei ſtuderet, collecta clientum paſtorumque ac agricolarum manu, cœpit in vicinum agrum impetum facere, atque hoſtilem in modum prædas agere, ſuiſque capta liberaliter dividere. Et ubi vidit Aſiaticorum principum diſcordia ac publici ſtatus negligentia,

Turcarum eorumque imperii originem & incrementa.

DCC LV. latrocinia ſua impunita eſſe, vicorum ac caſtellorum oppugnationi animum mox adjecit: brevique in tantam fortunam crevit, ut cuique Aſiæ præfectorum viribus par eſſet. Itaque quum duces pace tandem compoſita, in gratiam rediiſſent, Aſiæque ditiones inter ſe diviſiſſent, partem Myſiæ, addita majore Phrygia, Othomanus obtinere permiſſus, ut eſſet, qui Conſtantinopolitanum imperium everteret. Deſtinaverat enim Deus (ut rei eventus affirmavit) Græcorum nomen delere; propterea quod non modo jus Rom. ſpreverant Pontificis: ſed etiam a recto Chriſtianæ religionis ritu jam fere defecerant. Nactus itaque regnum Othomanus non ſe ac ſuos otio deliciiſque corrumpi paſſus eſt: ſed quoque finitimo, Chriſtiano maxime, cujus generis mortalibus Aſia hoc quoque tempore incolitur, viribus ſuis impari hoſte deſtinato, vicinum agrum incurſare, prædas agere, hoſtem terrere, & indies imbecilliorem reddere, ſuos rebus captis allicere, promptioreſque ad militiæ labores tolerandos efficere. Quibus quidem artibus brevi maximum & apud ſuos & apud exteros adeptus eſt nomen. Itaque inflatus maritimas Aſiæ urbes, quæ in ditione Imperatoris Conſtantinopolitani erant, aggredi. Mox ubi extinctus eſt, ſepultuſque in vico, quem diximus ab ejus nomine

Oth-

Othmanliam vocari. Poſt hunc Orchanus regnum accepit, qui quidem parentem, non animi ſolum magnitudine ac virtute, ſed etiam imperio ſuperavit. Nam ad parentis regnum totam fere Bithyniam adjecit, expugnata prius Pruſa urbe in radicibus Olympi montis poſita: in qua ob cultorum frequentiam ſedem regni conſtituit. Quam ſane urbem intra paucos dies in poteſtatem redegit, Græcis qui in ea præſidio erant, eam dedentibus, dum auxilium Conſtantinopolitani Imperatoris, qui per id tempus cum finitimis in Europa bellum gerebat, deſperant. Tametſi ſunt qui dicant, Orchanum ex priſcis Turcis (quorum paulo ante mentionem fecimus) Pruſam cepiſſe. Jamque Orchanus ad Caramani imperium aſpirabat, bellumque ei inferre parabat, ſolus cupiens in minori Aſia regnare, quum eum ab hac expeditione majori ſpes fortè oblata avertit. Per idem enim tempus Ioannes Palæologus Conſtantinopolitanus Imperator, bello a Thracibus ac Bulgaris (gens Roxolanorum eſt, Macedoniam incolens) vehementer premebatur, nec prorſus his reſiſtere poterat. Itaque peſſimo capto conſilio, & quod non modo Græciæ, ſed etiam bonæ parti Europæ, perniciem erat allaturum, cum Orchano fœdus jungit. Rogat mox eum ſub ſtipendii pactione, ut in Europam cum copiis ſuis trajiciat, Thracumque ac Macedonum agros incurſet. Turca primum per dolum haud ſe tranſiturum Helleſpontum dicere, fingens ſe non audere exercitum in Europam tranſmittere, niſi prius in poteſtatem ſuam Seſtos (nunc tenuis vicus, olim urbs nobilis, & apud Poetas magni amoris commercio celebris) cum Callipoli traderetur. Quod ubi haud difficulter Orchanus impetravit, ratus Græci dementia abutendum eſſe, totam inſuper Cherroneſum cum Lyſimachia paucis poſt menſibus hoc prætextu petit. Quoniam, inquit, ad excurſiones faciendas Turcis equitum multitudine opus eſt, qui quidem ſine latioris ſoli ſpatio ali nequeunt, quo id commode fieri poſſit, oportere totam Cherroneſum ſibi tradi. Occæcatus erat Bulgarorum odio Græcus Imperator, propterea nihil penſi habuit, dummodo vel propria [illegible] ultum iret. Itaque Cherroneſum quoque confirmavit [illegible] ſocio (quæ enim firma ſocietas inter homines diverſæ religionis eſſe poteſt?) ſed hoſti infeſtiſſimo liberam [illegible] ſit. At Orchanus [illegible] ſpem nactus loca [illegible] ad [illegible] Chriſtianorum [illegible] dapo-

 lanias,

Anno Christi

Turcarum eorumque imperii origines & incrementa.

DCC LV.

Anno Christi landaſ, mirum in modum lætari, frequentique incurſione Græcorum hoſtes vexare. Interdum ſocios quoque Græcos prædæ aviditate injuria afficere, rapere, abigere quæ caſus obtuliſſet, commoda ſua tantum (ut pleriſque barbaris mos eſt) curare, ſociorum damna nihili facere, expoſtulationibus injuriarum imperitiam modo regionum, qua pacatum ab hoſtili agro haud dignoviſſet, cauſari, juſtas modo prædandi cauſari (ne vis ratione carere videretur) ſtruere. Atque quo Aſiaticos quoque Turcas, illos maxime, qui alienæ erant ditionis, in ſuas traherer partes, ultra Helleſpontum pretioſam ſupellectilem, formoſas puellas pueroſque (quibus ſane rebus Turcæ maxime capiuntur) transferre, atque emere cupientibus copiam facere, nec non interdum quibuſdam etiam dono dare, denique nihil prætermittere, quo animi hominum ſuæ ſectæ conciliari poſſent. Quæ ubi Græci, ſero jam peſte præcordiis recepta, percepere, ſtatuunt cum finitimis Chriſtianis in gratiam redire, & communi malo Europam liberare. Cæterum, dum magis dicendis ſententiis tempus teritur (ut ſæpe fit) quam ulla expeditio ſuſcipitur, Græcus Imperator diem ſuum obiit, cui Orchanus quoque haud multum ſupervixit, Humorathe primo regni ſucceſſore relicto: qui comparato longe maximo (ut tunc erant Turcarum opes) exercitu confeſtim Helleſpontum trajicit, ſuperatoque Melante amne ad Hebrum, qua Hadrianopolim interfluit, perrexit; lateque agros nullo hoſte obvio populatus eſt, atque ingenti cum pecorum, tum hominum præda abducta, Callipolim eſt reverſus. Quam ſane urbem in Cherſoneſo ſitam ubi operibus ac præſidio munivit, in Aſiam ſe recepit. Bajazetes inde imperio a patre accepto regnat, qui [illegible] quam belli artibus clarior fuit. Hic cum Myſiam jus dicendo peragraret, nuntiatur ei, Tatharos duce Thameriano in minorem Aſiam impetum feciſſe, jamque ab illis [illegible] obſideri. Porro Thamerlanus priſcos Turcarum reges [illegible] cognatione attingens, minorem Aſiam jure [illegible] vindicare videbatur, nulla ſine Mulhi Hunchari [illegible] priſcorum Turcarum regis ſobole [illegible] nec [illegible] Othomani paſtoris quondam [illegible] Hunchariæ familiæ debitum obtinere; eo magis [illegible], Mulium [illegible] Othomani veneno necatum eſſe [illegible]

Turcarum eorumque imperii origines & incrementa.

DCC LV.

Anno Christi

eo nuntio exterritus, confeſtim cum exercitu Iconium proficiſcitur, manumque cum Tatharo infelici eventu conſerit. Nam captus eo prœlio turpiſſime vitam in ſervitute finivit. Præter cætera dedecora, quibus a victore inſolenter afficiebatur, quotieſcunque Tatharus, ut cibum caperet, accumbebat, Turcam catenatum, juxta lectum alligari jubebat, & oſſa è menſa projecta rodere veluti canem cogebat. Non ita multo poſt Tatharus ſeditione domeſtica in patriam revocatus, minorem Aſiam reliquit, Turciſque hujus diſceſſu libertas reſtituta eſt. Qui principibus ſuis Pruſam convocatis, Muſiam cognomento Fulmineum, Orchani pronepotem, regem conſtituunt. Hic pace in Aſia cum finitimis compoſita, cum omnibus copiis, quas contrahere potuit, Helleſpontum trajecit, bellum cum Græcis geſturus. Cum quibus licet varia fortuna diu pugnaverit, ſæpius tamen victor quam victus diſceſſit. Jam aſſiduis populationibus Græcorum ac Thracum vires attriverat: nec quiſquam ex finitimis populis erat par illi armis. Itaque finitimis Chriſtianis omnibus rebus exhauſtis inſtandum ratus, Hadrianopolim obſedit, brevique ea potitus eſt, fugato rege Uncaſino, qui cum Turcis pro portis Hadrianopolitanis prœlium infeliciter commiſerat. Atque cum ſitus urbis, & regio inter Melantem & Hebrum amnes admodum ferax placuiſſet, huc ſedem regiam è Pruſa tranſtulit. Hoc mortuo Amurathes ſecundus regnat, qui dum aviti & paterni imperii fines in Europa propagare nititur, tranſgreſſus Neſſum amnem uſque ad Strymonem proceſſit. Non tulere hoc Dardani, ac Macedonum reguli: verum conſultim coactis copiis Turcæ (qui jam Strymonem quoque trajecerat) occurrunt, atque non procul ab hoſte caſtra ponunt. Cæterum, cum poſtero die pugna eſſet ineunda, Lazarus Dardanorum Rex duces ſuos ad cœnam vocat, objecturus inter cœnandum Miloni, ex purpuratis uni, proditionem, cujus a quodam æmulo per invidiam apud ſe erat accuſatus; eo conſilio, ut aut in convictum [illegible] animadverteret [illegible] enim Illyrici atque Macedonici viri [illegible] ac tormentis [illegible]) aut eo innoxio comperto [illegible] conſirmaret. Itaque cum ſe pro inſtanti pugna, licet [illegible] non tamen nimis largo invitarent vino, Rex ad Milonem converſus, pateram argenteam mero plenam dextera tenens, [illegible], inquit, [illegible] hoc [illegible] gratulationis apud

Turcarum eorumque imperii origo & incrementa.

DCC LV.

Anno Christi

me ſis inſimulatus. Ille nullam conſcientiæ notam vultu præ ſe ferens acceptum hauſit poculum; deinde aſſurgens, ad regem ait: Rex Lazare, quoniam nec jurgii, nec diſceptationis nunc tempus eſt, hoſte jam prope in acie ſtante, craſtino die re ipſa oſtendam, & delatorem meum falſum & mendacem, & me in regem meum integra eſſe fide. Milon, quo & proditionis culpam in ſe, ut erat, nullam fuiſſe oſtenderet, & quod receperat, re ipſa præſtaret, prima luce omnibus inſciis conſcendit equum, & lanceæ, quam gerebat, cuſpide averſa (quod quidem transfugæ ac pacatum inſigne apud Illyricos eſt) ad caſtra Turcarum accedit. Erat celebre apud Turcas quoque Milonis nomen. Itaque confeſtim in tabernaculum ad regem ejus adventu admodum lætum eſt admiſſus. Ibi, Turcarum ritu, humi procumbens regem adorat, ac dum ſubmiſſo capite porrectam regis manum deoſculatur, educto clanculum pugione, quem ſinu abditum attulerat, ſtomachum Turcæ iterato ictu haurit, atque dum ſeſe è tentorio ejicere conatur, a regii corporis cuſtodibus intra tabernaculum confoſſus interiit. Hujus facinoris monumentum adhuc extat Pruſæ manus Milonis argento incluſa, ac Bazethis tumulo affixa. Principes Turcarum tametſi regis nece vehementer eſſent commoti, haud tamen in luctum projecti, ſatis ſagaci conſilio eam & ab hoſtibus ſimul, & a ſuis, qui caſum regium nondum perceperant, celant. Et eſt gens in tegenda ſuorum adverſa fortuna obſtinati ſilentii, neque metu neque ſpe vox elici poteſt, qua, quod principes celatum volunt, prodatur. Itaque priuſquam res magno Turcarum periculo emanaret, in aciem copias educunt: & quod pro regis gloria erat faciundum, id pro ſua quiſque ſalute agens, magnis in hoſtem animis invehuntur. Nec ſegnius pugnam capeſſunt Chriſtiani. Atrox igitur utrinque prœlium excitatur. Cadunt paſſim hinc Turcæ, inde Chriſtiani. Jam Turcæ vix impetum Dardanorum ac Macedonum ſuſtinebant; locoque paululum ceſſerant alii, fugamque alii ſpectabant. Tum duces Turcarum [illegible] voce, Quo fugitis, clamant, viri Machometani. A tergo [illegible], [illegible] Ægæum pelagus obſtat fugæ. Nonne honeſtius eſt [illegible], in acie cadere, quam tergo hoſtibus dato [illegible] obire? Quo ceſſit ille animus, viri Turcæ, quo tranſmiſſo Helleſponto Europæ imperium concupiſtis? An ideo huc uſque progreſſi ſumus, ut in Bulgaria

Turcarum eorumque [illegible] origines & incrementa.

DCC LV.

prem.

genti, noſtra ignominia, decus & gloria paretur? Non hæc ducum adhortatio modo, ſed etiam, ut ſæpe fit, ſalutis deſperatio pectora Turcarum accendit. Itaque reſumptis animis multo acriorem priore pugnam redintegrant, & ſeſe iterato clamore in hoſtem inferunt. Quod ubi vidit Dardanorum Rex Lazarus (& erat ipſe quoque acerrimus bellator) Turcis qua impreſſionem faciebant, protegentibus eum Dardanis equitibus, præſenti animo occurrit. Sed jam ejus equi defecerant vires. Nam ab ortu ſolis in octavam prope horam pugna protracta erat. Itaque Rex cernens novum de integro prœlium ortum eſſe, relicto feſſo equo in recentiorem parva interpoſita mora tranſilit. Quo quidem facto rem omnem evertit, propterea quod illum ſubito non conſpectum ſui cecidiſſe rati, vehementer turbarentur. Viderant enim regem paulo ante ſuo, ſimul & hoſtili cruore (inter primos enim pugnarat) perfuſum. Turcæ perterritis acrius inſtant, hoſtemque & pavore perculſum, & labore feſſum haud difficulter in fugam convertunt. Rex, errore ſuorum intellecto, inſignis cultu, per aciem diſcurrens, conatus eſt primo Dardanos ad pugnam revocare: ſed ubi vidit ſe adhortatione nihil proficere, omnium auribus metu obſtructis, & ipſe fugæ ſeſe mandat, fortunam, quæ, ut quod res eſt dicam, nihil aliud eſt quam Dei conſtitutio, præter opinionem hominum eveniens, maxime incuſans. Magis enim divinæ iræ, quam hoſtili virtuti ſuorum pavorem adſcribebat Quam quidem opinionem vel potius omen, ipſius regis exitus ſtatim comprobavit. Nam dum paulum via militari declinans victores effugere cupiens, in foveam virgultis tectam, quæ forte ad feras capiendas facta erat, incidit, collapſuſque una cum equo, ab inſequentibus hoſtibus exanimis opprimitur. Turcæ, qui paulo ante prope deſperaverant ſalutem, læti tanta victoria, ſub occaſum ſolis ſe in caſtra recipiunt, atque adorata luna (ut his mos eſt) prius quam cibum caperent, inferias regi ſuo patrio ritu (haud tamen ibi corpore ejus ſepulto) dederunt. Poſtridie ejus diei, quo hæc geſta ſunt, Bazethis filium abſentem Mechmetem primum, qui eo tempore Pruſæ erat, omnium conſenſu regem dicunt: conſtituto prius præfecto, qui per abſentiam regis exercitui præeſſet, & regiam in eos haberet poteſtatem; atque interim de controverſiis inter eos exortis cognoſceret. Curato deinde regis cadavere, plau-

Anno Chriſti DCCLV.

Turcarum eorumque imperii origines & incrementa.

ſtroque

Anno Christi ſtroque impoſito, atque Pruſam ad ſepeliendum ferri juſſo, Hadrianopolim proficiſcuntur, haud tam regio caſu triſtes, quam victoria læti. Eo novum quoque regem, quo ibi regnum mirct, accerſunt. Ab hoc rege nihil fere dignum memoratu adverſus Chriſtianos actum eſt: præter populationes & unum inſigne Turcaica clade cum Illyricis regulis ad Drinum amnem prœlium. Huic ſucceſſit Hyſladimirus, qui Græcos, Macedones, Thraces, Mœſos, itidem populationibus valde vexavit. Cum Sigiſmundo quoque Cæſare ad Nicopolim in Tribalorum agro, quum eo ex Hungaria ille Imperator proceſſiſſet, æquo marte ſemel pugnavit. Hunc ſecutus eſt Humorates cognomento Magnanimus, Rex, mea ſententia, & bello & pace clariſſimus. Hic totam Thraciam, præter Conſtantinopolim, imperio ſuo adjunxit. Dardanos, Tribalos, Mœſos, Macedoniam cum tota fere Græcia, excepta Peloponneſo, ſubegit. Decies cum Chriſtianis manum collatis ſignis conſeruit. Nam cum devictis Mœſis uſque ad Danubium & Pannonios perveniſſet, Hungaros in ſe concitavit; adeoque acrem hunc hoſtem habuit, ut jam non pro alieno ſolo, ſed pro ſuis ſedibus inter Ænum & Rhodopen coactus ſit cum his decertare. Eo enim uſque Hungari duce Sigiſmundo Cæſare progreſſi tandem, neſcio quo fato, ibi a Turcis callido hoſte fere victores profligati ſunt. Habuit præterea bellum Humorathes cum Uladiſlao Polono, qui poſt Albertum Sigiſmundi generum regnum Hungariæ obtinuit. Qui quidem Rom. Pontif. ſuaſu rupto fœdere, ac inter inducias infelici eventu cum Turcis pugnavit. Nam dum inter dimicandum in caſtra hoſtium pro victore ſeſe gerens inconſulte irruit (alterum enim Hungarorum cornu, cui Janus Huniades Matthiæ Corvini pater præfuerat, Turcas adverſos in fugam conjecerat) interfectus eſt, una cum Juliano Cæſarino Cardinali ſacerdote, magna Veneti populi infamia. Porro Veneti, ne Hungaris urbs Conſtantinopolitana Græcorum voluntate traderetur, (tunc enim nuntiabant Græci, ſe eam urbem adverſus Turcas defendere non poſſe) dicuntur Turcaicum exercitum, clam Chriſtianis, in Europam ex Aſia ſuis navibus invexiſſe, quo Humorates majoribus copiis Hungaris occurreret. Jam enim Hungari Græcis opem allaturi, in inferiorem Mœſiam ad Meſembriam (Varnum incolæ dicunt) caſtra poſuerant. Malebant autem Veneti ſibi potius quam Hungaris

Turcarum eorumque imperii origines & incrementa.

DCC LV.

Con

Conſtantinopolim dedi. Quæ quidem improba cupiditas Venetos in odium Chriſtianorum regum ſemper induxit, & maximis cladibus ſæpius affecit. Quandoquidem regibus valde deforme videtur, mercatores armorum imperitos, & qui vitæ humilitate pudendis artibus, ſordido quæſtus genere, cæteris opificibus pares ſunt, imperium amplecti, atque regum magnitudini ſeſe in æquo ponere. Sed non eſt victa cum rege, Hungarorum virtus. Hi namque Jano Huniade præfecto conſtituto, adeo obſtinatis animis bellum cum Turcis geſſere, ut Humorate è Mœſia pulſo, regnum quoque Dardanorum Georgio, nepoti ex fratre illius Lazari, de quo ſupra meminimus, reſtituerint. Hic eſt ille Georgius, qui (ut proximo volumine diximus) amiſſo regno Rhacuſam cum magna vi auri ſe receperat, Rhacuſaniſque tum conſultoribus, tum deprecatoribus apud Hungaros uſus, regnum egregie recuperaverat, Turcis ultro cedentibus atque coitionem Chriſtianorum metuentibus. Homurate extrema ætate extincto regnum Turcarum filio Mechmeti ſecundo ceſſit. Qui quidem, ſicut perfidia, avaritia, libidine, ac crudelitate, ita & imperio omnes ante ſe Othomanos reges ſuperavit, eodem anno quo regnum iniit Conſtantinopolim cepit. Deinde Peloponneſum, pulſo inde Græco rege occupavit, & demum quicquid terrarum Iſtro amne, & mari Ægeo atque Jonio continetur, cum toto fere Illyrico, præter maritimam Dalmatiæ oram, atque eas regiones, quæ ultra Naronem & Urpanum amnes Hungaris regibus parent, in poteſtatem redegit, principibus regionum, quos interpoſita fide ad ſe evocaverat, nefarie necatis. Verum, uti celeriter, ita non ſine ſuo ipſius periculo tot regna ſubegit. Nam cum per Illyricum inexplorato, utpote ſecurus hoſtium, regulis, ut dixi, contra fidei religionem interfectis iter faceret, in eum Nomades Illyrici, quos Valachos vulgo dicunt, duce Uladiſlavo Coſſicio è montibus, qui Dalmatas a Mœſis dirimunt, decurrentes impetum fecerunt: atque ita ejus agmen perturbarunt, ut bona ex parte Turcæ, in fugam ſeſe relictis impedimentis conjicerent. Sed quia agreſtes præda contenti, hoſtem elabi permiſerunt, nihil ea eruptione factum, præterquam Turcæ cautiores redditi. Univerſam præterea Mechmetes minorem Aſiam, cum tota fere Euxini maris ora armis domuit. Ex Europæo Ponti latere uſque ad Iſtri oſtia, atque Arpiſpolim. Ex Aſiatico vero

Anno Chriſti

Turcarum eorumque imperii origines & incrementa.

DCC LV.

Anno Christi

uſque ad Phaſim fluvium ſub imperium ſuum coëgit: omiſſaque ora Scythiæ maritima, quæ inter Iſtrum & Carcinitem ſinum interjacet, Tauricam Cherſoneſum de Tatharis cepit: nec minore cura regnum tutatus eſt, quam auxit. Nam nihil ferme ex his, quæ imperio ſuo adjunxit, præter duo oppida, amiſit: quorum alterum in ripis Savi amnis ſitum eſt, qua is Sirmenſem agrum, Mœſicumque interfluit, (incolæ Sabatiam dicunt) Mechmetes ipſe exædificavit, quo inde Pannoniam Turcæ incurſarent: alterum ad Urpanum amnem ab Illyricis regulis conſtructum Jaizam (ut alibi dictum eſt) vocant. Utrumque Hungari duce Matthia Corvino pulſis inde Turcis, vi ceperunt, atque præſidiis nunc quoque obtinent. Bis tantum cum hoſte per ſe acie conflixit. Semel cum Hungaris, a quibus haud mediocri cæde apud Taurunum oppidum in confluentibus Savi & Danubii ſitum (nunc Nanderalbam incolæ dicunt) eſt repulſus. Iterum ad Euphratem, cum Caſſano Medorum rege. Ubi & optimum quemque ex ſuis in acie amiſit, & hoſtis regis filium interfecit. Hic adeo incerta ab his regibus victoria tunc pugnatum eſt, ut ab hoc prœlio uterque velut victus diſceſſerit. Quin etiam ſæpius & in Aſia cum variis hoſtibus, & in Europa cum Hungaris maxime per præfectos pugnavit. Quos etſi frequentibus vexaverit incurſionibus, nunquam tamen acie ſuperare potuit. Sed contra ſæpius ejus exercitus ab his cæſus eſt. Quod cum ſæpe alias, tum illa maxime expeditione accidit, qua Mechmetes in eam partem Daciæ, quam Hungari Tranſilvaniam vocant, copias prædatum miſerat. Nam ex quadraginta millibus hominum vix quinta pars exercitus domum reverſa eſt, cæteris regis Matthiæ Corvini auſpiciis, ductu vero Stephani Bathoris eo prœlio interfectis, quo Cereris campum (ager eſt Albæ Juliæ) ſtrages Turcaica nobilitavit. Cæterum Mechmetes, cum circiter duobus & triginta annis regnaſſet, dum adverſus Syriæ & Ægypti regem proficiſcitur, in confinibus Myſiæ & Bithyniæ, non procul ab Olympo monte vita exceſſit. Sunt tamen qui aſſerant, opera Bazethis filii, qui patri in regnum ſucceſſit, veneno ſublatum eſſe, non quod id quiſque pro comperto habeat, ſed (ut opinor) ab odio; quo pater filium, propter ejus ignaviam proſecutus eſt, ducitur conjectura. Satis enim conſtat, Mechmetem de necando Bazethe cogitaſſe, quo Gemius (de quo alibi meminimus) regni hæreditatem

Turcarum eorumque imperii origines & incrementa.

DCC LV.

acci-

acciperet. Hunc enim pater propter animi magnitudinem, & unice amabat, & magni faciebat, egregiumque regem eum fore, & qui Othomanorum nomen eſſet ſummopere illuſtraturus, putabat. Nec mirum eſt Turcas tantum imperium brevi adeptos eſſe, quandoquidem præter Chriſtianorum cum deſidiam, tum diſcordiam, quæ maxime hoſtili nos injuriæ exponit, his ſunt præditi moribus, quos ſane (modo non obſtet Dei voluntas) imperium neceſſario ſubſequi ſolet. Etenim genus hominum eſt laboris, inediæ, vigiliæ, æſtus ac algoris tolerantiſſimum: animi ad omnia pericula & ipſam mortem ſubeundam pro gloria & regis ſui amplitudine promtiſſimi. Vitam parcam, ac duram, atque ab omni luxu alienam, ducunt. Major anni pars aut ſub dio, aut ſub tabernaculis, fronde ſeu culmo inte&tis, agitur. Atque quum iter faciunt, vel in expeditionibus ſunt, ſi ſol æſtivus fervet, aut imber inceſſerit, eadem penula ex ſubcoactis facta equum pariter & dominum protegit. Cibus his ſimplex & parabilis eſt: potus, lac, aut purus, ut fere & cæteris Machometanis, fontium liquor, vel quum genio indulgent, melle conditus. Nulla apud eos ars aut diſciplina in majore habetur precio, quam quæ decertandi uſui eſſe poteſt. Atque idcirco ſagittandi atque equitandi peritiſſimi ſunt. Tanta his ineſt belligerandi cupiditas, ut gravius fere ocium, quam morbum ferant. Hoſtibus ſuperatis nihil ſibi arrogant: ſed totum Deo acceptum, referunt. Si forte, ut ſæpe fit, vincuntur, ſuæ in Deum impietati adverſam adſcribunt fortunam. Et cum apud eos nulli ſit dedecori paupertas, neque divitiæ, neque generis vetuſtas quempiam honeſtiorem reddunt: quem quiſque ſibi armis ac virtute ſplendorem paravit, eo ſatis clarus eſt. Atque idcirco ad gloriam augendam majorem nobilitatem nemo deſiderat. Hoſpitalitatem adeo ſanctam habent, ut cum quo ſemel cibum ſumpſere, eum vel hoſtem factum, atque in acie occurrentem violare nefas putent: exiſtimantes etiam, in quolibet diſſidio jus amicitiæ haud eſſe ſpernendum. Ad hæc fidem pleri que & jusjurandum tanti faciunt, quanti non modo fortunas omnes, ſed & ipſam vitam. Fama ſatis conſtans eſt, raro unquam Turcam inventum eſſe, qui amotis etiam arbitris, atque ſub nullo ſcripto ſibi creditam abnegaret pecuniam; & qui id ſceleris commiſerint, eos graves apud inferos pœnas luere arbitrantur. Regem ſuum poſtremo

Anno Chriſti

Turcarum eorumque imperii origines & incrementa.

DCC LV.

Anno Christi

tanta colunt veneratione, ut quoſdam morti a Rege deſtinatos, in certam iviſſe perniciem conſtet, nec ullo pacto induci potuiſſe, quo fuga periculum evitarent: ne ſcilicet aut vitæ amore, (qua ſane nil jucundius eſt mortalibus,) aut per contumaciam regium neglexiſſe imperium viderentur. His de Turcarum origine, expeditionibus, auctiſque ſic promotiſque imperii rebus in medium adlatis, ut una quaſi in tabella ſingula accuratius inſpicerentur, ad reliqua ordine prodenda, quod mei hic inſtituti eſt, regredior. Nam quibus modis Turcarum imperium tanta incrementa ceperit facile hinc cognoſcitur. Quædam tamen horum accuratius forte in iis quæ ſequuntur, ſuo & tempore & loco, ediſſeram. Tuberonis certe Dalmatæ, hominis & Turcis vicini,& Turcarum rerum peritiſſimi, & primæ apud ſuos auctoritatis, graviſſimum hac de re teſtimonium, quod & in paucorum hactenus manibus eſt, prætermittendum hic jam nobis haud videbatur.

DCC LVI.

Aiſtulphus, victis in Italia Exarchis, bello Epiſcopum Romanum aggreditur. Cæterum, Pipino Francorum Rege intercedente, pax tandem conſtituitur, donanturque Epiſcopo Ravenna, Ariminum, & aliæ aliquot in Italia ditiones.

DCC LXXIV. *Occaſus Longobardorũ imperii in Italia.*

Deſiderius, ultimus Longobardorum Rex, poſt donatam Epiſcopo Romano Ferrariam, eidem bellum infert, ſed vincitur, regnoque a Carolo Magno, Francorum rege, exuitur. Hic occaſus eſt Longobardici imperii in Italia, & origo potentiæ Francorum.

DCC LXXV. LEO IV. IMP.

LEO, ejus nominis IV. Imperator, Conſtantini Copronymi filius, ſequitur.

DCC LXXX. IRENE ET CONSTANTINUS IMP.

IRENE, Leonis vidua, & filiolus CONSTANTINUS imperant in Oriente.

Synodus Nicæna ſecunda.

Synodus Nicææ celebrata eſt, decretumque factum de imaginibus in Chriſtianorum templis reſtituendis. Sed hac de re, quæ Orientis Occidentiſque Eccleſias admodum nunc turbavit, paullo accuratius hic diſſerendum eſt. Leo uſum & adorationem imaginum improbaverat. Mortuo deinde Leone, ejus relicta vidua Irene & filius Conſtantinus ſextus imperium ſuſceperunt, anno Dom. DCCLXXX. Favebat Irene adorationi imaginum, & filium ſecum traxit. Paulus autem Patriarcha, qui regnante Leone averſationem cultus imaginum præ ſe ferebat, conſenſit Irenæ

Impe-

Imperatrici, & ſe Patriarchatu abdicans monachus fieri voluit. *Anno Chriſti*
Et ejus loco Imperatores Taraſium ſecretarium, hominem laïcum, conſtituerunt Patriarcham Conſtantinopolitanum. Quæ promotio ex laico ſtatim in Patriarcham, initio quidem improbata eſt Hadriano, hujus nominis primo, tunc Papæ Romano, intellectâ tamen Taraſii in adorationem imaginum propenſione, diſſimulata eidemque probata eſt, ut patet ex Hadriani epiſtola ad Taraſium, inſerta actis Nicænæ ſecundæ Synodi, actione ſecunda. Atque ita opportunitate utentibus iconolatris, indicta eſt Synodus Conſtantinopoli celebranda, pro reſtitutione imaginum & adoratione earundem; ſed cum eam impietatem ita averſarentur Conſtantinopolitani, ut non ſuccederet, dilata res eſt, & poſtea cogitatum de Nicæa Bithyniæ, ut monet Binius in Hiſtoria ſeptimæ Synodi. Celebrata eſt igitur Nicææ Synodus trecentorum quinquaginta Epiſcoporum anno Dom. DCCLXXXVII. qui fuit annus octavus imperii Irenes & Conſtantini; hanc cultores imaginum œcumenicam ſeptimam appellarunt. Quid in ea in negotio de imaginibus decretum ſit, prolixè declarant ejus acta, tomo quinto Conciliorum, editionis Pariſ. Compendio vero ſic refert Zonaras, in imperio Irenes & ejus filii Conſtantini; Decretum, inquit, *τὰς σεπτὰς εἰκόνας καὶ προσκυνητὰς, καὶ σεβαστὰς*, venerabiles imagines & adorandas & religioſe colendas eſſe. Non tamen latria, ut patet ex Synodi actis. In eademque improbata eſt prior illa Synodus ſub Conſtantino Copronymo contra imagines celebrata, & anathemate notati tres, qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfuerant Patriarchæ, Anaſtaſius, Conſtantinus, & Nicetas; qui docuerant non eſſe adorandas imagines.

Hiſtoria Controverſiæ in Orientis & Occidentis Eccleſiis de uſu ac cultu imaginum.

DCC LXXX.

Perlatis in Occidentem Synodi hujus actis, per Hadriani Papæ legatos, qui eidem interfuerunt, Carolus Magnus, Francorum Rex, generalem indixit Synodum Epiſcoporum Franciæ & Italiæ aliarumque ſuarum ditionum, quæ de hac controverſia judicaret. Celebrata eſt igitur Francofurti ad Mœnum celebris illa Francofurtenſis Synodus trecentorum Epiſcoporum, anno Dom. DCCXCIV. conſentiente Hadriano Papa Romano, qui ad celebrandam eam Synodum ſuos etiam legatos miſit Theophylactum & Stephanum Epiſcopos. Ibi primum damnata eſt hæreſis Felicis & Elipandi, de qua alias diximus: deinde (utar jam verbis

Synodus Francofurti eâ ſuper re celebrata.

Anno Christi

Adonis Archiepiſcopi Viennenſis) pſeudoſynodus, quam ſeptimam Græci appellant, pro adorandis imaginibus abdicata penitus. Hæc Ado in ſuo breviario Chronicorum, ætate ſexta. Sic Abbas Urſpergenſis in ſuo Chronico; Synodus etiam, inquit, quæ ante paucos annos in Conſtantinopoli congregata ſub Irene & Conſtantino filio ejus, ſeptima & univerſalis ab ipſis appellata eſt, ut nec ſeptima, nec aliquid diceretur, quaſi ſupervacua ab omnibus abdicata eſt. Hæc ille. Dicit autem Conſtantinopoli congregatam, tum quia in ea urbe initio congregari cœpit, ut diximus, tum etiam quia in Conſtantinopolitano imperio, juſſu Conſtantinopolitanorum Principum, congregata eſt Nicææ, quæ ſuberat Conſtantinopoli urbi imperanti, ut novæ Romæ. Veluti ſi Synodum Patavinam dicas Venetiis eſſe congregatam.

Clariſſime autem mentem ſuam ipſa illa Francofurtenſis Synodus aperit in libris illis, qui ſub Caroli Magni nomine ſcripti ſunt in illa Synodo, contra illam pſeudoſeptimam Synodum, & contra adorationem imaginum; quod opus Capitulare dictum, miſit Carolus ad Adrianum Papam Romanum, qui Capitularis illius confutationem, Synodique Nicænæ pſeudoſeptimæ defenſionem, infelici conatu, molitus eſt, ſcripto quodam ad Carolum miſſo, quod exſtat ſubjunctum actis illius ſeptimæ Synodi, in editione Binii. Ubi ait, Adrianus, Engilbertum Abbatem, a Carolo miſſum, tradidiſſe ei Capitulare adverſum Synodum, quæ pro ſacrarum imaginum uſu in Nicæa acta eſt.

DCC LXXX.

Caroli Magni & Francofurtenſis Synodi de imaginum uſu ſententia.

Summa doctrinæ operis illius Carolini, quod adhuc exſtat, huc redit. Neque probandum eſſe rigorem illius Synodi ſub Conſtantino quinto celebratæ. Quæ imagines in hiſtoricum uſum poſitas prorſus abolendas cenſuit; & multo magis rejiciendam eſſe Synodi ſub Irene habitæ impudentiam in adoratione imaginum. Paucis enim rejecta priore Synodo in præfatione operis, reliquum opus in quatuor libros diſtinctum prolixe impendunt refutationi ejus Synodi quæ (ut loquitur in præfatione Carolus, ſeu ſub ejus perſona Concilium Francofurtenſe) propter adorandarum imaginum impudentiſſimam traditionem in Bithyniæ partibus geſta eſt. Contra quam ineptiſſimam Synodum Carolus ait ſe opus hoc adgreſſum eſſe cum cohibentia

ſacerdotum in regno a Deo ei conceſſo Catholicis gregibus Prælatorum, non arrogantiæ ſupercilio, ſed zelo Dei & veritatis ſtudio.

Anno Christi

Porrò ita tuentur uſum imaginum hiſtoricum, Carolus & Patres Francofurtenſes, ut tamen fateantur eum non eſſe neceſſarium, & eſſe parum utilem: earum vero adorationem rejiciunt ac refellunt, ut prorſus illicitam ac nefariam. En ipſorum verba, Libro II. illius operis, Cap. XXI. Solum, inquiunt, Deum colere, ipſum adorare, ipſum glorificari deberi, totius Divinæ ſcripturæ tuba terribilis intonat. Unde cavendum illis eſt, & modis omnibus pertimeſcendum, ne, dum imaginum cultum & adorationem Chriſtianæ religioni ingerere nituntur, ſingularem unius Dei cultum & adorationem fruſtrari videantur. Quæ duo ita inter ſe mutuo reluctantur, ut ſi unum ſteterit, aliud ſtare non poſſit. Solus igitur Deus colendus, ſolus adorandus, ſolus glorificandus eſt, de quo per Prophetam dicitur, *Exaltatum eſt nomen ejus ſolius*, Pſalm. 148. Cujus etiam ſanctis qui, triumphato diabolo, cum eo regnant, ſive quia viriliter certaverunt, ut ad nos incolumis ſtatus Eccleſiæ perveniret, ſive quia eandem Eccleſiam aſſiduis ſuffragiis & interceſſionibus adjuvare noſcuntur, veneratio exhibenda eſt. Imagines vero, omni ſui cultura & adoratione ſecluſa, utrum in baſilicis propter memoriam rerum geſtarum & ornamentum ſint, an etiam non ſint, nullum fidei Catholicæ adferre poterunt præjudicium: quippe cum ad peragenda noſtræ ſalutis myſteria nullum penitus officium habere noſcantur. Hæc ibi.

Caroli Magni & Francofurtenſis Synodi de uſu imaginum ſententia.

DCC LXXX.

Alibi etiam paſſim in eo opere Carolus docet, imagines ad inſtructionem intuentium parum habere utilitatis, nec urgere ſe earum uſum ut neceſſarium, ſed permittere ut licitum. Et reprehendit Nicænos nimis extollentes utilitatem imaginum: Non gratiam Dei, inquit, in ea veritate quærunt, de qua pia veritas, & vera pietas dixit, *Si permanſeritis in verbo meo, cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos:* ſed in imaginibus artificum induſtria formatis, quæ ſpectatores ſuos plerunque ob rerum geſtarum memoriam inducunt in admirationem; adoratores vero ſemper in errorem. Non enim mediocris eſt error, cum aliud adoratur religionis cultu, quam is qui dixit, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*. Hæc ille, Lib. I. Cap. II. ubi etiam ſub-

jungit,

Anno Chriſti

jungit, nec veritatis capaces eſſe imagines, nec ſanctas dici debere, ſanctitate enim & veritate eas omnino carere. Item Lib. 1. Cap. xv. Non jam veritatem per imagines & picturas quæramus, qui Spe, Fide, & Charitate ad eandem veritatem quæ Chriſtus eſt, ipſo auxiliante pervenimus. Et in eandem ſententiam, Lib. 1. Cap. xvii. Unde, inquit, liquido patet hanc eſſe Apoſtolicam traditionem, ut non in picturis, ſed in virtutibus videri poſſit ſanctorum exitus converſationis, & eorum imitari fides, non imaginum fucis, ſed in operibus bonis.

Arragones excutiunt jugum Saracenorum.

Hac tempeſtate Aragonii in Hiſpania, tædio ſervitutis, Imperii Saracenici jugum excutiunt. Hæc Comitatus & dein regni Aragonici origo eſt.

DCCC.

Ecbertus primus totius AngliæRex.

Cum inferioris Britanniæ regnum ab Anglis Saxonibus ſeptem in regna fuiſſet diviſum, tandem uni ceſſit, Ecebertο, aut Egbetto, Occidentalium Saxonum regi. Hic primus totius Angliæ Rex ſalutatus omnem, quam imperio complectebatur, ditionem haud alio quam Angliæ nomine voluit appellari.

DCCCI.

CAROLUS MAGNUS IMP.

CAROLUS cognomento MAGNUS, Pipini, qui Major Domus fuerat, & Childericum Franciæ Regem regno exuerat, filius, ac Rex Franciæ, longe lateque victor, anno regni trigeſimo & tertio, Occidentis Imperator ſalutatus eſt, ad id faſtigium ſolo belli jure provectus. Ita Occidenti honor imperii tandem redditur.

Rerum ab eo geſtarum magnitudo.

Res ab eo geſtæ maximæ & plane admirandæ ſunt. Et ut conſtet quantum in univerſum quamque latè patuerit, cum jam ad ſumma perventum eſſet Caroli Magni tempore hoc Francicorum regum imperium, adſcribam verba Eginharti, qui ipſi Carolo ab epiſtolis fuit. Ita enim habet in Commentario, ſive ſynopſis eſt, rerum ac vitæ ejuſdem Magni Caroli: *Hæc ſunt bella, quæ Rex potentiſſimus per annos quadraginta ſeptem, tot enim annis regnaverat, in diverſis terrarum partibus ſumma prudentia atque felicitate geſſit. Quibus regnum Francorum, quod poſt patrem Pipinum, magnum quidem & forte ſuſceperat, ita nobiliter ampliavit, ut pene duplum ei adjecerit. Nam cum prius non amplius quam ea pars Galliæ, quæ intra Rhenum & Ligerim Oceanumque & mare Balearicum jacet, & pars Germaniæ, quæ intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque & Salam fluvium, qui Turingos & Sorabos dividit, poſtea à Francis, qui Orientales dicuntur, incolitur, & præter hæc Alemani atque Boarii ad regni*

Fran-

Francorum poteſtatem pertinerent, ipſe per bella memorata primo Aquitaniam & Vaſconiam, totumque Pyrenei montis jugum, & uſque ad Hiberum amnem, qui apud Navarros ortus & fertiliſſimos Hiſpaniæ agros ſecans, ſub Dertuſæ civitatis mœnia Balearico mari miſcetur; deinde Italiam, quæ ab Auguſta Prætoria uſque in Calabriam inferiorem, in qua Græcorum & Beneventanorum conſtat eſſe confinia, decies centum, & eo amplius paſſuum millibus longitudine porrigitur: tum Saxoniam, quæ quidem Germaniæ pars non modica eſt, & ad eam quæ à Francis incolitur, latitudine dupla putatur, quum longitudine poſſet eſſe conſimilis. Poſt utramque Pannoniam, & oppoſitam in altera Danubii ripa Daciam, Hiſtriam quoque & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus, quas ob amicitiam & junctum cum eo fœdus Conſtantinopolitanum Imperatorem habere permiſit. Deinde omnes barbaras ac feras nationes, quæ intra Rhenum ac Viſtulam fluvios Oceanumque & Danubium poſitæ, lingua quidem pene ſimiles, moribus vero atque habitu valde diſſimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effecerit. Inter quas fere præcipui ſunt Welatabi, Sorabi, Abotriti, Boëmanni; cum iis namque conflixit; ceteras, quarum quidem multo major eſt numerus, in ditionem ſuſcepit. Auxit etiam gloriam regni ſui quibuſdam regibus ac gentibus per amicitiam ſibi conciliatis: adeo namque Adelphonſum Galatiæ atque Aſturicæ regem ſibi ſocietate devinxit, ut is cum ad eum vel literas vel legatos mitteret, non aliter ſe apud illum quam proprium ſuum appellari juberet. Scotorum quoque reges ſic habuit ad ſuam voluntatem per ſuam munificentiam inclinatos, ut eum nunquam aliter quam dominum, ſeque ſubditos ac ſervos ejus pronuntiarent. Exſtant epiſtolæ ab eis ad eum miſſæ, quibus hujuſmodi affectus eorum erga illum indicatur. Cum Aaron rege Perſarum, qui, excepta India, totum pene tenebat Orientem talem habuit in amicitia concordiam, ut is gratiam ejus omnium qui in toto orbe terrarum erant regum & principum præponeret, ſolumque illum honore ac munificentia ſibi colendum judicaret: ac proinde cum legati ejus, quos cum donariis ad ſacratiſſimum Domini & Salvatoris noſtri ſepulchrum locumque reſurrectionis miſerat, ad eum veniſſent, & ei Domini ſui voluntatem indicaſſent, non ſolum quæ petebantur fieri permiſit, ſed etiam ſacrum & ſalutarem locum, ut illius poteſtati adſcriberetur, conceſſit & revertentibus legatis ſuos adjungens, inter veſtes & aromata & ceteras Orientalium terrarum opes, ingentia illa dona tranſmiſit, cum ei paucos ante annos eum, quem tunc ſolum habebat, tranſmitteret elephantem. Imperatores etiam Conſtantinopolitani Ni-

Anno Chriſti

Rerum à Carolo M. geſtarum breviarium.

DCCC I.

Anno Chriſti DCCC I.

Francorum imperii ſub Carolo M. magnitudo.

cephorus. Michaël & Leo ultro amicitiam & ſocietatem ejus expetentes, complures ad eum miſere legatos: cum quibus tamen propter ſuſceptum à ſe Imperatoris nomen, & ob hoc eis, quaſi qui imperium eis eripere vellet, valde ſuſpectum, fœdus firmiſſimum ſtatuit, ut nulla inter partes cujuſlibet ſcandali remaneret occaſio. Erat enim ſemper Romanis & Græcis Francorum ſuſpecta potentia. Vnde & illud Græcum exſtat proverbium: τὸν Φράγκον φίλον ἔχῃς, γείτον' οὐκ ἔχῃς, id eſt, *Francum amicum habeto, vicinum ne habeto.* Hæc Eginhartus. Quibus accedat quod habet de eodem his verbis Aventinus: *Cimbricæ peninſulæ cervicem, limitem regni ſui, qua Saxoniam attingit, aggere & vallo munire ſtatuit. Quicquid loci inter Oceanum Occidentalem, & ſinum Codanum Orientalem, in longum tenditur, per ripam Egiduræ Borealem munimento deſtinat, relictis, qui exſtruendæ tutelæ præeſſent, ducibus. Adgeſta igitur terra truncis, & ſtipitibus arborum compacta, ingens ſepimentum ſurgit; unica, quo equiti carroque ſive rhedæ aditus pateret, porta relicta.* Item Nauclerus Gen. XXVII. *Carolus,* inquit, *Magnus Rex Francorum dicebatur, quod idem erat ac ſi nominatus fuiſſet Rex Germaniæ & Galliæ. Nam clarum eſt, quod eo tempore omnis Tranſalpina Gallia & etiam Germania à montibus Pyrenæis uſque in Pannonias, Francia dicebatur: illa, id eſt, Germanica Francia, Orientalis: illa, id eſt, Gallica Francia, Occidentalis; in quo veræ hiſtoriæ conſentiunt omnes.*

Tacitus illuſtratur.

Quæ aliaque & præſertim illa poſteriora Eginharti ſi contendantur cum Taciti verbis Libro Hiſtoriarum IV. quibus præcinuiſſe, temporibus Veſpaſiani, Druidas ait, Romanum imperium Germanis ac Tranſalpinis gentibus fato debitum, agnoſcetur haud abs re nec vanum aut temerarium fuiſſe id augurii. Sed Taciti verba inſerenda notandaque judico: *Nihil,* inquit, *æquè quam incendium Capitolii, ut finem imperii adeſſe crederent, impulerat. Captam olim à Gallis urbem, ſed integra Iovis ſede, manſiſſe imperium. Fatali nunc igne ſignum cæleſtis iræ datum, ac poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi, ſuperſtitione vana Druidæ canebant.*

Franci quare Turcis Europæi omnes hodieq; dicantur.

Et ſane qui imperii hoc corpus cum Romano contulerit, animadvertet Europam pene univerſam ei dicto audientem paruiſſe, ſi pauca excipiantur Græciæ loca ab Imperatoribus Orientis & Turcis exinde poſſeſſa: quamvis ipſos Turcas & Aſiaticos tantus poſtmodum Francici nominis terror habuit, ut non tunc modo, ſed hodieque Europæos illi univerſim *Francos;* ipſumque Pontificem *Francobegum*, id eſt, *Francorum principem*, & de-

nique

nique religionem Chriſtianam *Franckiam*, nuncupare adhuc vulgo conſueverint. Idque jam tum eoſdem Aſiaticos ab ipſis Orientis imperatoribus, quibus præcipue formidabilis Francorum vicinitas ac nomen habebatur, hauſiſſe perſuaſum habeam. Nec id tantum, ſed, ut liquet ex iiſdem ſuperius Eginharti citatis verbis, etiam diadema imperatorium Francis delatum eoſdem Græcos haud leviter uſſit. Qui licet dolorem, Carolo adhuc ſuperſtite, preſſerint; in apertum tamen erupit poſtmodum invidia. *Anno Chriſti*

Cæterum de Carolo ipſo, ejuſque familia ac regnatrice domo, paulo hic accuratius diſſerendum eſt.

Caroli Magni familia.

ARNOLDUS ARIBERTI filius, Clotarii Magni Francorum regis ex filia Biltilde nepos.

S. Arnulfus Dux, & poſt defunctam conjugem, genitoſque liberos, Epiſcopus Metenſ. — *Pipinus Landeſius*, præfectus Brabantiæ.

DCCC I.

Anſigiſus Dux ſecundogenitus. — *Begga* nupta Anſigiſo — *S. Gertrudis* rectrix cœnobii Nivellenſis.

Plectrudis conjux Pipini legitima. — *Pipinus Craſſus* præf. palatii, potentiſſ. regum Franciæ rector. — *Alpaidis* concubina.

Drogo palatii præf. — *Grimoaldus* palatii præf. gener Radbodi regis Friſ. — *Carolus Martellus* patre potentior & regum quoque rector rebus geſtis clariſſimus.

Pipinus Brevis ex palatii præfecto Francorum Rex factus, coronatus à Bonifacio Archiepiſcopo Mogunt. — *Carolomannus* primogenitus ſponte cucullam induit. — *Grypho* nothus.

Anno Chriſti

Caroli Magni familia.

Hildegardis Sueva, uxor ſecunda. — CAROLUS MAGNUS Francorum Rex, & Romanorum Imp. obiit anno Chriſti 814. — *Carolomannus* Sueſſionum Rex.

Carolus primogenitus reb. geſtis clarus, triennio ferè ante patrē obiit.

Pipinus Italiæ Rex cū patre, quadriennio ante patrē obiit.

Ludovicus Pius Imp. poſt patrem: obiit anno 840. cui ex priore conjuge Hermengarde nati tres filii. — *Iudith* filia Welphi Suevi, ſecunda uxor Ludovici Pii.

Bernardus Italiæ Rex cum avo & patruo: ob res novas tentatas oculis à patruo privatus.

Lotarius Imp. poſt patrem: obiit anno 856. in cucul la apud Prumienſes.

Pipinus Aquitaniæ Rex, obiit ante patrem.

Ludovicus Germaniæ Rex, obiit anno 876.

Carolus Calvus Rex, Galliæ, & à morte Ludovici II. Imp. obiit anno 877.

DCCC I.

Ludovicus II. Imp. patri ſucceſſit anno 855. obiit anno 875.

Lotarius Rex Lotaringię, amore Valdradæ concubinæ inſaniens.

Carolus rex Burgundiæ & partis provinciæ Narbonenſ. obiit ante fratres *ænus*.

Pipinus ob rebellionem ab avo relegatus, reconciliatuſque Aquitaniam tenuit.

Carolomannus Bavarię rex: cui ex nobili cōcubinā Carentinā natus.

Ludovicus junior Germaniæ Rex, obiit anno 882.

Carolus III. *Craſſus*, Imper. Germaniā, Italiā, Galliā tenuit: obiit anno 888

Ludovicus Balbus Imp. & Galliæ Rex, obiit anno 879.

Roſo provincię Narbonenſ. & — *Hermengardis* nupta Boſoni, marem Ludo-

Hugo ex concubina Valdradā natus, Ab-

Lotarius Comes Arelatenſis: cui uxor

Arnulfus Imp. poſt patruum Carolum III. Craſſum.

Ludovicus nothus Galliæ Rex.

Carolomannus nothus Galliæ Rex.

Carolus Simplex, poſtumus legitimè natus

Anno Chriſti

Caroli Magni familia.

Burg. ſuperioris Rex beneficio Caroli Calvi Imp. ſororii ſui.

Ludovicus Italiæ Rex contra Berengarium I: ab hoc captus & excæcatus.

vici regis Italiæ.

bas vulgo dictus.

Bertha.

Hugo cognominatus ab Italis contra Berengarium, Italiæ Rex, cœpit anno 926. obiit 948.

Lotarius Italiæ Rex cum patre & poſt patrem, à Berengario II everſus anno 949.

obiit anno 899.

Ludovicus IV. Imp. infelix contra Ungaros: obiit anno 911.

Lugardis nupta Ottoni Saxoniæ Duci, mater Henrici Aucupis Imp.

Galliæ Rex infeliciſſimus.

Ludovicus IV. *Transmarin.* Galliæ Rex, matre Angla natus.

Lotarius II, Galliæ Rex poſt patrem.

Ludovicus V, Galliæ Rex, ultimus Carolinorum.

Carolus Lotaringiæ Dux captus ab Hugone Capeto rege in carcere obiit.

DCCC I.

Ex Genealogica hac tabella apertum eſt, quo gradu ac modo parentes Caroli ad regium faſtigium fuerint provecti. Ex Præfectis aulæ aut palatii, qui *Majores domus* dicebantur, eâ dignitate ambitioſe uſi, tandem Reges facti ſunt. Ac iccirco & de eo munere nonnulla hic nobis tradenda ſunt, quo ex illuſtri exemplo palam poſſit conſtare omnibus, ejuſmodi præfecturas viam veluti ſternere ad principatum. Munus eorum haud abſimile illorum fuiſſe videtur, qui apud Romanos, ut placet Hotomanno, Præfecti Prætorio dicebantur; quamvis aliis aliter viſum. Creari autem eodem in Concilio ac conventu, quo reges ipſi, ſolebant, publicique poſtea conſilii auctores ac principes erant. Nec aliis è populo id dignitatis dari conſuetum, quam iis

Ex Præfectis palatii, vulgo Majoribus Domus, Caroli M. majores ad regium faſtigium provecti ſunt.

Anno Christi

Majorum Domus inter Francos munus, dignitas, & potentia.

iis qui & claritate generis & opum amplitudine ceteris præeminerent, tradit Eginhartus. Hinc ſparſim apud hiſtoricos ejus ævi legere eſt: *in principatum Majoris domus elegerunt.* Item: *Herchinaldo Majore domus defuncto, Franci Ebroinum hac dignitate, ut Major eſſet in aula, conſtituunt.* Item: *Hildericum ſuper ſe levant, Majorem domus Wolfoldum.* Poſtea regum, ut liquet, quorundam ſive fato ſive infelicitate iidem Domus majores, ipſo propemodum rege majores evaſerunt. Unde eſt quod Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum agens hæc de Francis interſerat: *Hoc tempore apud Gallias Francorum regibus à ſolita fortitudine & ſcientia degenerantibus, ii qui Majores domus regalis eſſe videbantur, adminiſtrare regis potentiam & quidquid agere regibus mos eſt, cœperunt.* Nec abſimilia ſunt quæ alibi alii & præſertim Eginhardus in vita Caroli Magni ſtatim ſub initium pene probroſe in Merovingorum poſteros commemorat; & repetit deinde haud minori verborum contumelia Sigebertus ſub annum DCLXII. *Quibus*, inquit, *moris erat principari quidem ſecundum genus, at nihil agere vel diſponere quam irrationabiliter edere & bibere domique morari.* Quaſi ſcilicet eadem omnium illorum regum ratio ac torpor fuerit, ac non potius

DCCCI. virtus & animi fortitudo nonnullorum ſingularis exſtiterit, qualem ſcriptores omnes annaleſque omnes in Clodoveo Rege paſſim commemorant, qui non modo innumerabiles Alemanorum phalanges in Galliam irrumpentes prœlio prope Tolbiacum commiſſo profligavit, verum etiam præter Gothos Romanorum reliquias è Galliis ejecit. De cujus deinde propagine & nepotibus quid dicemus? In iis nonne Childebertus & Lotharius fuêre, qui Viſegothos & Oſtrogothos è Provincia & Aquitania, ubi ſedes fixerant, magnis prœliis magnaque animi prudentia & fortitudine exterminarunt? Et ubi tamen in horum vel rebus vel Hiſtoria Majorum domus, niſi obiter & curſim & tanquam adminiſtrorum palatii, commemoratio injicitur? Unde eſt quod ex Greg. Turonenſi, qui illo ſeculo filiorum & nepotum Clodovei floruit, inter cetera colligi poteſt, Epiſcopatum Majoratui domus tum prælatum ac potiorem fuiſſe habitum. Nam de Cænomanorum Epiſcopo agens ita continue ſubjicit: *Qui poſt viginti duos Epiſcopatus annos, dum ſe cerneret morbo regio calculoque graviſſime fatigari, Theodulphum Abbatem in locum ſuum præelegit, cujus aſſenſui Rex præbuit voluntatem: ſed non multum poſt tempus mutata ſententia*

in Badeckisilum, domus regiæ Majorem, transfertur electio. Qui tonſuratus, gradus quos clerici ſentiuntur aſcendens poſt quadraginta dies migrante ſacerdote ſucceſſit. Et liquet quoque ex eodem Turonenſi non tantum in regum, ſed in reginarum etiam aulis Domus Majores fuiſſe. *Waddo* enim Lib. VII. Cap. XXVII. apud eundem Turonenſem nominatur *Major domus* in aula reginæ Regundæ. *Anno Chriſti*

Tantæ vero hujus, qua uſi poſtmodum regii illi præfecti, potentiæ initium factum putatur tempore ſtatim Clotharii II. annum circiter Chriſti DLXXXVII. Nam author Hiſtoriæ Francorum, quem Vencricus Vercellenſis aliquoties ſine nomine tamen profert, habet quæ eo ſpectare videntur: *Tempore*, inquit, *Clotharii patris Dagoberti regnum Francorum regi cœptum & adminiſtrari ab his, qui proviſores aulæ regiæ vel Majores domus eſſe videbantur.* Quod ipſum Godefridus Viterbienſis parte Chron. XVI. haud aliter refert, itemque ſcriptor Chronici Beſnenſis monaſterii; *Illo tempore*, inquit, *deficientibus à priſtino vigore regibus, cura totius regni adminiſtrabatur per Duces & Principes domus.* Ex quibus & aliorum præterea Hiſtoricorum verbis hoc inſuper liquere poteſt, præfectos illos non ſemper *Majores domus*, ſed aliis etiam nominibus nuncupatos, nimirum *Magiſtros regii palatii*, *Comites domus regiæ*, itemque *Duces* & *Principes domus*. Venantius Fortunatus an *Domus Majorem Domeſtici* ac *Domus Diſpoſitoris* vocabulo affecerit, ſcribens ad *Condam Domeſticum*, ambigi poteſt. Verba tamen ita habent:

Majorum Domus potentia inter Francos initium.

DCCC I.

Inſtituit cupiens ut deinde Domeſticus eſſes.
Crevisti ſubito, crevit & aula ſimul.
Florebant pariter veneranda palatia tecum,
Plaudebat vigili diſpoſitore Domus.

Græci etiam *μέγαν δομεστικὸν*, *magnum domeſticum* agnovére. Gregorius Turonenſis *Domeſticorum* munus indicaſſe & a *Domus Majore* ſatis diſcriminaſſe videtur, ubi inquit Lib. IX. Cap. XXVIII: *Fuerunt ad hoc placitum multi de regno ejus tam Domeſtici quam Comites ad præparanda regalis expenſæ neceſſaria.* In Galliis quoque aliquot poſt ſeculis *Seneſchallos* dictos fuiſſe obſervat in Franco Gallia ſua Hotomannus; quamquam vox ea ævi anterioris videatur, præſertim cum in Formulis Marculfi, qui claruit circa annum Chriſti DCLX, occurrat. Edidit eum Pariſiis olim Hieronymus Bignonius,

Seneſchalli Franciæ qui dicti.

Anno Christi

nius, qui ex annalibus præterea Fuldenſibus ſub annum DCCCXXXVI. ſuis in Notis hæc adjecit, *Carolus per Arnulphum Seneſcallum miſſo exercitu Britones domuit.* Nec aliter vita Caroli Magni apud Adhemarum, & Sigebertus. Aimonius eundem Arnulphum *regiæ menſæ præpoſitum* dicit; Regino Prumienſis, *principem coquorum.* Hodie Galli magnum Magiſtrum Franciæ *Seneſcallum* intelligunt. In Marculfo notandum quod non *Seneſcallus* ſed *Seneſcalcus* legatur, voce ad Germaniſmum propiore. Atque hæc de *Domus Majoribus* ſufficere hoc loco exiſtimo. Hæc, & quæ huc ſpectant plura alia diſſerit Ioannes Iſacius Pontanus in Originibus Francicis, quæ ejuſmodi antiquitatum ſtudioſis adeundæ ſunt.

Nominis Majorũ domus vera origo.

Unum id hic ego annotandum habeo, videri mihi hos, de quibus hactenus actum eſt, Domus Majores, hoc nomine non tam Romano, quam Germanico, fuiſſe donatos. *Meier* enim hodieque Germanis, quorum pars olim Franci fuere, nihil aliud quam Præfectum ſignificat. Certe in Brabantia mea ditionis & pagi præfectus hodieque adhuc *Meier* appellatur. Et *Meierie*, quomodo Silvæducenſis urbis ditionem Belgæ appellamus, nihil eſt aliud quam Præfectura. *Major Domus* igitur eſt aulæ Præfectus. Sed hæc obiter. Nam ad alia pergendum eſt.

DCCCVI.

Bellum Caroli M. Saxonicũ, idque diuturnum & aſperrimum.

Inter bella omnia a Carolo geſta præcipuæ celebritatis eſt, & aſperrimum fuit, quod Saxonicum appellatur, anno demum imperii ejus V. finitum, atque adeo feliciter exſtinctum. Saxones, quorum nomen ac mentio Valentiniani & Valentis imperio primum in Romana hiſtorica reperitur, blanda libertatis ſpe ſæpius irritati, Francorum regibus ſubinde rebellarunt. Nam & Clodovæus II. Dagoberti filius armata manu in Saxoniam formidabilis penetravit, rurſumque vectigalem fecit: inſuper arce Ballenſteinii occupata, Bathildam Sigueardi filiam in Franciam abductam, Chriſtiana fide ſuſcepta, legitimo toro ſibi junxit. Quos eoſdem Carolus Martellus, denique Pipinus oppreſſit, tributo CCC equorum impoſito. Sed edomandæ penitus gentis vera laus Carolo Magno Pipini filio reſervabatur. Qui bello longè omnium difficillimo & diuturno, triginta trium circiter annorum perpetua contentione feliciter confecto, potentem ac bellicoſam gentem non ad imperium modo, ſed ad Chriſti religionem adjunxit. Qua de re luculentum ex B. Sturmionis, Saxonum Apoſtoli, vita documentum proferre lubet; Regnante feli-

„citer, *inquit*, Domino Carolo, Saxonum gens ſæva & infe-
„ſtiſſima cunctis fuit, & paganis ritibus nimis dedita. Rex vero
„Carolus Domino ſemper devotus, cum ipſe Chriſtianiſſimus
„eſſet, cogitare cœpit, qualiter gentem hanc Chriſto acquire-
„ret. Inito ſervorum Dei conſilio popoſcit, ut precibus Do-
„minum votis ſuis annuere obtinerent. Congregato grandi exer-
„citu, invocato Chriſti nomine, Saxoniam profectus eſt, aſſum-
„ptis univerſis Sacerdotibus, Abbatibus, Preſbyteris, & omni-
„bus Orthodoxis atque fidei cultoribus; ut gentem, quæ ab ini-
„tio mundi dæmonum vinculis fuerat obligata, doctrinis ſacris
„mite & ſuave Chriſti jugum ſubire faceret. Quo cum Rex per-
„veniſſet, partim bellis, partim ſuaſionibus, partim etiam mu-
„neribus, maxima ex parte gentem illam ad fidem Chriſti per-
„duxit; & poſt non longum tempus totam Provinciam in paro-
„chias Epiſcopales diviſit; & ſervis Domini ad docendum & ba-
„ptizandum poteſtatem dedit. Hæc B. Egil in vita S. Sturmionis.
Adduntque alii, ejuſdem gentis ad decem millia cum uxoribus
& liberis in Flandriæ oram tranſlata. Sed Eginharti quæ huc fa-
ciunt omnia reddenda ſunt, ut de rei geſtæ magnitudine, & am-
pliſſimæ gentis ad fidem converſione, propius poſſit conſtare.
„Poſt finem aliorum, inquit, bellorum graviſſimorum, Saxoni-
„cum repetitum eſt, quo nullum neque prolixius, neque atro-
„cius, Francorumque populo laborioſius, ſuſceptum eſt: quia
„Saxones, ſicut omnes ferè Germaniam incolentes nationes, &
„natura feroces, & cultui dæmonum dediti, noſtræque religioni
„contrarii, neque divina, neque humana jura vel polluere, vel
„tranſgredi, inhoneſtum arbitrantur. Suberant & cauſæ, quæ
„quotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet noſtri
„& illorum penè ubique in plano contigui, præter pauca loca,
„in quibus vel ſylvæ majores, vel montium juga interjecta,
„utrorumque agros certo limite diſterminant: in quibus cædes
„& rapinæ & incendia viciſſim fieri non ceſſabant: Quibus
„adeo Franci ſunt irritati, ut jam non vices reddere, ſed aper-
„tum contra eos bellum ſuſcipere dignum judicarent. Suſce-
„ptum eſt igitur contra eos bellum, quod magna utrinque ani-
„moſitate, tamen majore Saxonum quam Francorum damno,
„per continuos triginta tres annos gerebatur. Poterat ſiquidem
„citius finiri, ſi Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu

Anno Christi

Colonia Saxonum in Flandria.

DCCC VI.

Bellum Caroli M. Saxonicum.

Anno Chriſti

„eſt, quoties ſuperati ac ſupplices regi ſe dediderint, impe„rata facturos polliciti ſint, obſides, qui imperabantur, abſ„que dilatione dederint, legatos qui mittebantur ſuſceperint. „Aliquoties ita domiti & emolliti, ut & cultum dæmonum di„mittere, & Chriſtianæ religioni ſe ſubdere velle promitte„rent. Sed ſicut ad hæc facienda aliquoties proni, ſic ad eadem „pervertenda ſemper fuere præcipites: ut non facile æſtimare „poſſis, ad utrum horum faciliores verius dici poſſint: quippe „cum poſt inchoatum cum eis bellum vix annus unus exactus „ſit, quo non ab eis hujuſcemodi facta ſit permutatio. Sed ma„gnanimitas regis, ac perpetua tam in adverſis quam proſperis „mentis conſtantia, nulla eorum mutabilitate vel vinci poterat, „vel ab iis quæ agere cœperat, defatigari. Nam nunquam eos „hujuſcemodi aliquid perpetrantes impune ferre paſſus eſt, quin „aut ipſe per ſe ducto, aut per comites ſuos miſſo exercitu, „perfidiam ulciſceretur, & dignam ab eis pœnam exigeret: do„nec omnibus qui reſiſtere ſolebant profligatis, & in ſuam po„teſtatem redactis, decem hominum millia ex iis, qui utraſque „ripas Albis fluminis incolebant, cum uxoribus & liberis ſubla„tos tranſtulit, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam „multimoda diviſione diſtribuit: eaque conditione a rege pro„poſita, & ab illis ſuſcepta, tractum per tot annos bellum con„ſtat eſſe finitum, ut abjecto dæmonum cultu, & relictis pa„triis cerimoniis, Chriſtianæ fidei atque religionis ſacramenta „perciperent, & Francis aduniti unus cum eis populus efficerentur. Hoc bello, licet per multum temporis ſpatium tra„heretur, ipſe non amplius cum hoſte quam bis acie conflixit: „ſemel juxta montem qui Oſneggi dicitur, in loco Thietmelle „nominato, & iterum apud Haſam fluvium, & hoc uno menſe, „paucis quoque interpoſitis diebus. His duobus prœliis hoſtes „adeo profligati ac devicti ſunt, ut ulterius regem neque pro„vocare, neque venienti reſiſtere, niſi aliqua loci munitione „defenſi, auderent. Plures tamen eo bello tam ex nobilitate „Francorum, quam Saxonum, & functi ſummis honoribus viri, „conſumpti ſunt: tandemque anno triceſimo tertio finitum eſt: „cum interim tot ac tanta in diverſis terrarum partibus bella „contra Francos & exorta ſint, & ſolertia regis adminiſtrata, ut „merito intuentibus in dubium venire poſſit, utrum in eo aut

Breviarium rerum à Carolo M. geſtarum.

DCCC VI.

„labo-

,,laborum patientiam, aut felicitatem potius mirati conveniat. *Anno Chriſti*
,,Nam biennio ante Italicum bellum ſumpſit exordium: & cum
,,ſine intermiſſione gereretur, nihil tamen ex iis quæ alicubi
,,erant gerenda dimiſſum, aut ulla in parte ab æquè operoſo cer-
,,tamine ceſſatum eſt. Nam Rex omnium, qui ſua ætate genti-
,,bus dominabantur, & prudentia maximus, & animi magnitu-
,,dine præſtantiſſimus, nihil in iis, quæ vel ſuſcipienda erant vel
,,exequenda, aut propter laborem detrectavit, aut propter pericu-
,,lum exhorruit: verum unumquodque ſecundum ſuam qualita-
,,tem & ſubire & ferre doctus, nec in adverſis cedere, nec in pro- *Breviarium rerum à Carolo M. geſtarum.*
,,ſperis falſo blandienti fortunæ aſſentire ſolebat. Cum enim aſſi-
,,duo ac penè continuo cum Saxonibus bello certaretur, diſpo-
,,ſitis per congrua confiniorum loca præſidiis, Hiſpaniam quam
,,maximo poterat belli apparatu aggreditur: ſaltuque Pyrenæi
,,ſuperato, omnibus quæ adierat opidis atque caſtellis in dedi-
,,tionem acceptis, ſalvo atque incolumi exercitu revertitur.
,,Præter quod in ipſo Pyrenæi jugo Vaſconicam perfidiam pa-
,,rumper in redeundo contigit experiri. Nam cum agmine DCCC VI.
,,longo, ut loci & anguſtiarum ſitus permittebat, porrectus iret
,,exercitus, Vaſcones in ſummi montis vertice poſitis inſidiis
,,(eſt enim locus ex opacitate ſylvarum, quarum maxima eſt
,,ibi copia, inſidiis ponendis oportunus) extremam impedimen-
,,torum partem, & eos, qui noviſſimo agmine incedentes
,,ſubſidio præcedentes tuebantur, deſuper incurſantes, in ſub-
,,jectam vallem dejiciunt, conſertoque cum eis prœlio, uſque
,,ad unum omnes interficiunt: ac direptis impedimentis, noctis
,,beneficio, quæ jam inſtabat, protecti, ſumma cum celeritate
,,in diverſa diſperguntur. Adjuvabat in hoc facto Vaſcones &
,,levitas armorum, & luci in quo res gerebatur ſitus. Econtra
,,Francos & armorum gravitas, & loci iniquitas per omnia
,,Vaſconibus reddidit impares. In quo prœlio Eghartus, regiæ
,,menſæ præpoſitus, Anſhelmus Comes Palatii, & Rutlandus
,,Britannici littoris præfectus, cum aliis compluribus interfi-
,,ciuntur. Neque hoc factum ad præſens vindicari poterat: quia
,,hoſtis re perpetrata ita diſperſus eſt, ut ne fama quidem rema-
,,neret, ubinam gentium quæri potuiſſet. Domuit & Brito-
,,nes, qui ad Occidentem in extrema quadam parte Galliæ ſu-
,,per littus Oceani reſidentes, dicto audientes non erant: miſſa

 ,,in

Anno Christi

„in eos expeditione, qua & obſides dare, & quæ imperarentur
„ſe facturos polliceri coacti ſunt. Ipſe poſtea cum exercitu Ita-
„liam ingreſſus, ac per Romam iter agens, Capuam Campa-
„niæ urbem acceſſit: atque ibi poſitis caſtris, bellum Beneven-
„tanis, ni ſeſe dederent, comminatus eſt. Prævenit hoc dux
„gentis Aragiſus, filios ſuos Rumoldum & Grimoaldum cum
„magna pecunia obviam regi mittens, rogat ut filios obſides ſu-
„ſcipiat, ſeque cum gente imperata facturum pollicetur, præ-
„ter hoc ſolum, ſi ipſe ad conſpectum venire non cogeretur.
„Rex utilitate gentis magis quam animi ejus obſtinatione con-
„ſiderata, & obſides ſibi oblatos ſuſcepit, eique, ut ad conſpe-
„ctum venire non cogeretur, pro magno munere conceſſit: uno-
„que ex filiis, qui minor natu erat, pro obſide retento, majo-
„rem patri remiſit: legatiſque ob ſacramenta fidelitatis a Bene-
„ventanis exigenda atque ſuſcipienda cum Aragiſo dimiſſis, Ro-
„mam redit: conſumptiſque ibi ſanctorum in veneratione lo-
„corum aliquot diebus, in Galliam revertitur. Bajoaricum de-
„inde bellum & repente ortum, & celeri fine completum eſt:
„quod ſuperbia ſimul ac ſocordia Taſſilonis ducis excitavit: qui
„hortatu uxoris, quæ filia Deſiderii regis erat, ac patris exi-
„lium per maritum ulciſci poſſe putabat, juncto fœdere cum
„Hunis, qui Bajoariis ſunt ab Oriente contermini, non ſolum
„imperata non facere, ſed bello regem provocare tentabat.
„Quorum contumaciam, quia nimia videbatur, animoſitas regis
„ferre nequiverat, ac proinde copiis undique contractis, Bajoa-
„riam petiturus ipſe ad Lechum amnem cum maximo venit ex-
„ercitu. Is fluvius Bajoarios ab Alemannis dividit: cujus in
„ripa caſtris collocatis, prius quam Provinciam intraret, ani-
„mum ducis per legatos ſtatuit experiri: ſed ille pertinaciter
„agere, nec ſibi nec genti utile ratus, ſupplex ſe regi ſubjecit: ob-
„ſides qui imperabantur dedit, inter quos & filium ſuum Theo-
„donem: data inſuper fide cum juramento, quod ab illius po-
„teſtate nemini defectionem ſuadenti aſſentiri deberet. Sicque
„bello, quod quaſi maximum futurum videbatur, celerrimus eſt
„finis impoſitus. Taſſilo tamen poſtmodum ad regem evocatus,
„neque redire permiſſus, neque Provinciæ quam tenebat ulte-
„rius præeſſe, ſed comitibus ad regendum commiſſa eſt. His
„motibus ita compoſitis, Sclavis, qui noſtra conſuetudine Wilſi,

Bellum Caroli M. Baioaricum, ſive Bavaricum.

DCCC VI.

Idem mox finitum.

„pro-

„proprie vero, hoc eſt, ſua lingua Welatabi dicuntur, illatum | *Anno Chriſti*
„eſt bellum: in quo & Saxones velut auxiliares inter cæteras na-
„tiones, quæ regis ſigna juſſæ ſequebantur, quanquam ficta &
„minus devota obedientia militabant. Cauſa belli erat, quod
„Abotritos, qui cum Francis olim fœderati erant, aſſidua incur- *Ejuſdem contra Wilſos, ſive Welatabos bellum.*
„ſione laceſſebant, nec juſſionibus coërceri poterant. Sinus qui-
„dam ab Oceano Orientem verſus porrigitur, longitudinis qui-
„dem incompertæ, latitudinis vero quæ nuſquam centum millia
„paſſuum excedat, cum in multis locis contractior inveniatur.
„Hunc multæ circumſedent nationes, Dani ſiquidem & Sueo-
„nes, quos Nordmannos vocamus, & Septentrionale littus, &
„omnes in eo inſulas tenent. At littus Auſtrale Sclavi & Aiſti, *Situs ac ſedes gentis.*
„& aliæ diverſæ incolunt nationes: inter quas vel præcipui ſunt,
„quibus tunc a rege bellum inferebatur, Welatabi: quos ille
„una tantum, & quam per ſe geſſerat expeditione ita contudit
„ac domuit, ut ulterius imperata facere minime renuendum ju-
„dicarent. Maximum omnium, quæ ab illo geſta ſunt, bellorum,
„præter Saxonicum, huic bello ſucceſſit, illud videlicet, quod
„contra Avares ſive Hunos ſuſceptum eſt: quod ille & animo- DCCCVI.
„ſius quam cætera, & longe majori apparatu adminiſtravit.
„Unam tamen per ſe in Pannoniam (nam hanc Provinciam ea *Caroli M. bellum contra Avares ſive Hunos.*
„gens tum incolebat) expeditionem fecit: cæteras filio ſuo Pi-
„pino ac præfectis Provinciarum, comitibus etiam atque le-
„gatis, perficiendas commiſit. Quod cum ab iis ſtrenuiſſime fuiſ-
„ſet adminiſtratum, octavo tandem anno completum eſt. Quot
„prœlia in eo geſta, quantum ſanguinis effuſum ſit, teſtatur va-
„cua omni habitatore Pannonia, & locus, in quo regia Cagani
„erat, ita deſertus, ut ne veſtigium quidem in eo humanæ ha-
„bitationis appareat. Tota in hoc bello Hunorum nobilitas pe-
„riit, tota gloria decidit: omnis pecunia, & congeſti ex longo *Ejus magnitudo.*
„tempore theſauri direpti ſunt. Neque ullum bellum contra Fran-
„cos exortum humana poteſt memoria recordari, quo illi magis
„ditati & opibus aucti ſint. Quippe cum uſque in id temporis
„penè pauperes viderentur, tantum auri & argenti in regia com-
„pertum, tot ſpolia precioſa in prœliis ſublata, ut merito credi
„poſſet, hoc Francos Hunis juſtè eripuiſſe, quod Huni prius
„aliis gentibus injuſtè eripuerant. Duo tantum ex proceribus
„Francorum eo bello perierunt, Ericus Dux Forojulianus, in

Anno Chriſti

,,Liburnia juxta Tarſaticam maritimam civitatem inſidiis oppi- ,,danorum interceptus, & Gerholtus Bajoariæ præfectus in ,,Pannonia, cum contra Hunnos præliaturus aciem inſtrueret, in- ,,certum a quo, cum duobus tantum, qui eum obequitantem ,,ac ſingulos hortantem comitabantur, interfectus eſt. Cæterum ,,incruentum penè Francis hoc bellum fuit, & proſperrimum ,,exitum habuit, tametſi diutius ſua magnitudine traheretur. ,,Poſt quod & Saxonicum ſuæ prolixitati convenientem finem ,,accepit. Boëmanicum quoq; & Hilinonicum, quæ poſtea exor- ,,ta ſunt, diu durare non potuerunt: quorum utrumque, ductu Ca- ,,roli junioris, celeri fine completum eſt. Ultimum quoque con- ,,tra Nordmannos, qui Dani vocantur, primo piraticam exer- ,,centes, deinde majori claſſe littora Galliæ atque Germaniæ va- ,,ſtantes, bellum ſuſceptum eſt. Quorum Rex Godefridus adeo ,,vana ſpe inflatus erat, ut totius ſibi Germaniæ promitteret po- ,,teſtatem. Friſiam quoque & Saxoniam haud aliter atque ſuas ,,Provincias æſtimabat. Jam Abotritos vicinos ſuos in ſuam di- ,,tionem redegerat, jam eos ſibi vectigales fecerat. Jactabat ,,etiam ſe brevi Aquasgrani, ubi regis comitatus erat, cum maxi- ,,mis copiis adventurum. Nec dictis ejus quamviſ vaniſſimis ,,omnino fides abnuebatur, quin putaretur tale aliquid inchoa- ,,turus, niſi feſtinata fuiſſet morte præventus. Nam à proprio ,,ſatellite interfectus, & ſuæ vitæ, & belli a ſe inchoati finem ,,acceleravit. Hæc ſunt bella quæ Rex potentiſſimus per annos ,,XLVII. (tot enim annis regnaverat) in diverſis terrarum parti- ,,bus ſumma prudentia atque felicitate geſſit: quibus regnum ,,Francorum, quòd poſt patrem Pipinum magnum quidem & ,,forte ſuſceperat, ita nobiliter ampliavit, ut penè duplum illi ,,adjecerit. Nam cum prius non amplius quam ea pars Galliæ ,,quæ intra Rhenum & Ligerim, Oceanumque & mare Baleari- ,,cum jacet, & pars Germaniæ quæ intra Saxoniam & Danu- ,,bium, Rhenumque ac Salam fluvium, qui Turingos & Sora- ,,bos dividit, poſtea a Francis, qui Orientales dicuntur, inco- ,,litur; & præter hæc Alemanni atque Bajoarii ad regni Franco- ,,rum poteſtatem pertinerent, ipſe per bella memorata primo ,,Aquitaniam & Vaſconiam, totumque Pyrenei montis jugum, ,,& uſque ad Hiberum amnem, qui apud Navarros ortus, & fer- ,,tiliſſimos Hiſpaniæ agros ſecans, ſub Dertuſæ civitatis mœnia

Breviarium rerum à Carolo M. geſtarum.

DCCCVI.

„Balearico mari miſcetur: deinde Italiam totam, quæ ab Au-
„guſta Prætoria uſque in Calabriam inferiorem, in qua Græco-
„rum ac Beneventanorum conſtat eſſe confinia, decies centum
„& eo amplius paſſuum millibus longitudine porrigitur. Tum
„Saxoniam, quæ quidem Germaniæ pars non modica eſt, &
„ad eam quæ a Francis incolitur, latitudine dupla putatur, cum
„longitudine poſſit eſſe conſimilis. Poſt quam utramque Panno-
„niam, & oppoſitam in altera Danubii ripa Daciam, Hiſtriam
„quoque & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis
„civitatibus, quas ob amicitiam & junctum cum eo fœdus,
„Conſtantinopolitanum imperatorem habere permiſit. Deinde *Breviarium rerum à Carolo M. geſtarum.*
„omnes barbaras ac feras nationes, quæ inter Rhenum ac Vi-
„ſtulam fluvios, Oceanumque & Danubium poſitæ, lingua qui-
„dem penè ſimiles, moribus vero atque habitu valdè diſſimiles,
„Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effece-
„rit. Inter quas ferè præcipui ſunt Welatabi, Sorabi, Abotriti,
„Boëmanni; cum iis namque conflixit, cæteras, quarum multo
„major eſt numerus, in deditionem ſuſcepit. Auxit etiam glo-
„riam regni ſui quibuſdam regibus ac gentibus per amicitiam DCCC
„ſibi conciliatis. Adeo namque Adelfonſum Galetiæ atque Aſtu- VI.
„ticæ regem ſibi ſocietate devinxit, ut is cum ad eum vel literas
„vel legatos mitteret, non aliter ſe apud illum quam proprium
„ſuum appellari juberet. Scotorum quoque reges ſic habuit ad
„ſuam voluntatem per ſuam munificentiam inclinatos, ut eum
„nunquam aliter quam Dominum, ſeque ſubditos ac ſervos ejus
„pronunciarent. Extant epiſtolæ ab eis ad eum miſſæ, quibus
„hujuſmodi affectus eorum erga illum indicatur. Cum Aaron
„rege Perſarum, qui, excepta India, totum penè tenebat Orien-
„tem, talem habuit in amicitia concordiam, ut is gratiam ejus
„omnium qui in toto orbe terrarum erant regum ac principum
„amicitiæ præponeret, ſolumque illum honore ac munificentia
„ſibi colendum judicaret: ac proinde, cum legati ejus, quos
„cum donariis ad ſacratiſſimum Domini ac Salvatoris noſtri ſe-
„pulchrum locumque reſurrectionis miſerat, ad eum veniſſent,
„& ei Domini ſui voluntatem indicaſſent, non ſolum quæ pe-
„tebantur fieri permiſit, ſed etiam ſacrum illum & ſalutarem
„locum, ut illius poteſtati aſſcriberetur, conceſſit: & reverten-
„tibus legatis ſuos adjungens, inter veſtes & aromata, & cæteras

Anno Chriſti „Orientalium terrarum opes, ingentia illi dona tranſmiſit, cum „ei paucos ante annos cum quem tunc ſolum habebat roganti „mitteret elephantem. Imperatores etiam Conſtantinopolitani „Nicephorus, Michaël & Leo, ultro amicitiam & ſocietatem „ejus expetentes, complures ad eum miſere legatos: cum qui- „bus tamen propter ſuſceptum a ſe Imperatoris nomen, & ob „hoc ei quaſi qui imperium eis eripere vellet, valdè ſuſpectum, „fœdus firmiſſimum ſtatuit, ut nulla inter partes cujuſlibet ſcan- „dali remaneret occaſio. Erat enim ſemper Romanis & Græcis „Francorum ſuſpecta potentia. Unde & illud Græcum extat pro- „verbium; Τὸν φράγκον φίλον ἔχῃς, γείτονα οὐκ ἔχῃς. Hæc fu- ſius ex Eginharto, eorum temporum ſcriptore, hic deſcripſimus ut Francici regni ac imperii magnitudo, qualis ſub Carolo fuit, & paulo accuratius tradita hic conſpiceretur. Quoddam enim velut breviarium geſtarum rerum continere videbantur.

Proverbium Græcorum de Francis.

DCCCVI.

Epiſcopatus à Carolo M. inſtituti.

Domitis igitur jam Saxonibus, quorum nomen latiſſime tunc patuit, quo eos non ſuis tantum, ſed & Chriſti imperio ac legibus obſequentes in officio contineret, ſacras paſſim opportunis in locis inſtituit Epiſcoporum præfecturas, ut Oſnabrugæ, Bremæ, & alibi, a quibus, ut & eorum Miſſis, quomodo illo loquebantur ævo, ſive Apoſtolis, ſalutifera Euangelii lux inter denſiſſimas paganorum tenebras his in oris accenſa eſt.

Bremenſis origo.

Wilhadus, ut habet Breviarium vetus MS. Schleſwicenſe, cujus & verba hic reddo, *de gente Anglorum oriundus, cauſa prædicandi gentibus verbum Dei, patriam parenteſque relinquens, Friſonum adiit fines, ibique doctrinæ ſalutari inſiſtens, frequenter à paganis contumelias & opprobria ſuſtinuit. Eodem autem tempore glorioſus Imperator Carolus, gentem Saxonum, partim ex induſtria ſibi ſubjectam, hanc Chriſtianitatis ritu inſtruere cupiens, hunc Sanctum Dei virum in his partibus eruditorem direxit. Wilhadus autem multos Euangeliſando ad fidem Chriſti convertit, ita ut in ſecundo anno tam Saxones, quam Friſones, in circuitu commorantes, omnes ſe Chriſtianos fieri promitterent. Poſt hæc ædificavit domum in loco, qui dicitur Brema, ubi & ſedem conſtituit eſſe Epiſcopalem. Et dedicavit eam in honorem Chriſti. Unde contigit, ut ipſe primus Eccleſiæ illius Epiſcopalem cathedram ſuſciperet.* Hæc prima Epiſcopatus Bremenſis origo eſt, primis velut Epiſcopis aut Archiepiſcopis deinceps ſalutatis eorum ſucceſſoribus, qui ex hac aut illa ſede Euangelium proximis gentibus primi tradiderant.

rant. Quæ & Epiſcopatuum & Archiepiſcopatuum ſuperioribus ſæculis prima paſſim eſt origo.

Anno Chriſti

Quidā quaſi Epiſcopatus Hāburgi conſtituitur.

Idem Carolus Magnus, devictis jam Sclavis ac Danis, Heridagum, virum ſanctum, Eccleſiæ præfecit Hamburgenſi, quam proximis omnibus gentibus metropolim conſtituere decreverat. Sed hic immatura ſublatus morte deſtinationi imperatoris ſatisfacere non potuit. Hæc, ut & mox ſecuta Danorum perſecutio, cauſſa eſt impeditæ tunc in his oris Euangelii promulgationis.

DCCC XIV.

Exceſſus Caroli M. & elogium.

In hujus anni initium incidit finis & imperii & vitæ Caroli, non nomine tantum, ſed re etiam ipſa magni, adeoque magni, ut nemini hactenus tributo vocabulo PATER ORBIS fuerit appellatus. Nithardus inter ejus elogia; *Karolus*, inquit, *bonæ memoriæ, & merito magnus Imperator ab univerſis nationibus vocatus.* Quod idem teſtimonium univerſi orbis eidem tribuit; *Karolus Magnus Imperator ab univerſis nationibus non immerito vocatus. Et* PATER ORBIS, *nulli unquam Principi dato titulo, nominabatur.* Et Engoliſmenſis in Vita; *Nemo autem referre poteſt, quantus planctus & luctus pro eo fuerit per univerſam terram; etiam inter paganos plangebatur quaſi* PATER ORBIS. Obiit autem febre correptus Aquiſgrani, cum annos vitæ duos ſupra ſeptuaginta numeraret.

Eo imperante qui fuerunt Orientis Imperatores.

Carolo in Occidente imperante tres fuere Imperatores in Oriente ſucceſſionis ordine, Nicephorus, Stauracius & Michael Curopalates. Nicephorus Irene dolo excuſſa imperium rapuit anno Chriſti DCCCII, idque tenuit per annos IX. Cum Carolo M. de limitibus Orientalis & Occidentalis imperii tranſegit, & cum Venetis ita pepigit, ut nullius ſubeſſent imperio. Almiratum Saracenum qui cum 300000 venerat pactione annui tributi 300 nummorum aureorum ab ſe repulit. Venetos ſociali claſſe adverſus Gallos juvit. Bello contra Perſas infeliciter geſto, quum in Bulgaros moveret emuncturus argentum quo pactam pro pace pecuniam Perſis diſſolveret, acie victus & cæſus eſt. Cranio ejus imperator Bulgarus uſus eſt in conviviis pro poculo. Filium habuit Nicephorus Stauracium, qui in Bulgarorum bello vulneratus interfecto patre ſtatim Conſtantinopolin rediit & imperium iniit, ſed ob corporis deformitatem & ingenii ſtoliditatem a Byzantinis repudiatus, & a Michaële Curopalate monaſterio incluſus eſt. Hic Curopalates uxorem habuit filiam Nicephori, ſororem Stauracii, & ſuffectus eſt in locum Stauracii.

Anno Christi

Exemplo ſoceri renovavit fœdera cum Carolo M. Socors fuit, timidus & infelix, quumque contra Bulgaros infeliciter pugnaſſet, conjuratione Leonis Armeniaci captus, deſperatione imperio ſponte ceſſit, ſeque in monaſterium abdidit, anno Chriſti 813.

De lingua, qua Carolus M. & Franci uſi ſunt, diſſertatiuncula.

Cæterum priuſquam ad ſequutos Occidentis Imperatores progrediamur, qua linguâ & ipſi Franci uſi olim fuerint paucis hic oſtendendum eſt; ex quibus manifeſtum omnibus evadet non aliam quam Germanicam illam fuiſſe, & Francos, quod jam ſupra innuimus, origine eſſe Germanos. Ante omnia autem Hermanni Niuwenarii verba & ſententia hac de re reddenda ſunt.

Lex Francorum duplex, Salica & Ripuaria.

DCCCXIV.

Duas Francos habuiſſe leges ipſorum authores teſtantur, Salicam atque Ripuariam, quibus nullus regum ante Carolum Magnum adjicere quicquam tentavit. Eæ cum apud ipſos plurimi ſemper momenti habitæ ſint, ac in Latinam linguam poſterioribus ſeculis tranſlatæ reperiantur, eo majorem adverſariis authoritatem præſtabunt. Ipſarum quoque penes me exemplar fuit ipſius Caroli Magni temporibus conſcriptum, in quo paſſim gentis vocabula, quæ Latinis verbis reddi non potuerunt, vernacula Germanorum lingua exprimuntur; quam rem ex ipſarum legum capitulis probaturi ſumus, ut liquido appareat noſtræ Germaniæ non parvam inferri contumeliam, cum illi ſua eripitur gloria, Francorum olim egregiis virtutibus parta.

Legis Ripuariæ capitulo XV. ubi loquitur de iis qui interfectum hominem celant vel in puteum dejiciunt, exponit ſeſe hoc modo, quod dicitur *ermordet*. *Ermorden* enim interficere hominem ſonat eo modo quo ſolent latrones; & eſt convitii verbum.

Germanice in Ripuaria lingua aperta exſtant veſtigia.

Item paſſim pro pecunia, qua quis multam ſolvit aut redimit, *Wergelta* ponitur. *Gelt* enim pecunia eſt Germanis, & *Weren* defendere.

Cap. 38. ubi enumerat quædam inſtrumenta armorum, *Spatham*, inquit, *cum cogilo*, pro capulo, & *Helmum* pro galea, & *Beinbergas* pro armis, quibus teguntur crura. *Bein* enim crus appellamus.

Item *Fredum* appellat compoſitionem, qua quis pacem a principe impetrat. *Frid* pax.

Cap. 89. Hominem *forbannitum*, id eſt, exilio damnatum.

Cap. 90. *Graviones* comites, qui etiam hodie *Graven* dicuntur.

Multa inſuper quæ enumerare opus non puto; de reliquis lector

conjecturam faciat. Quod ſi quis dicere velit, Ripuariam legem ſolis Ripuariis fuiſſe promulgatam, qui Francorum quidem ſocii, non tamen eadem gens erant, opponam illi Salicam, quæ proculdubio antiquiſſima fuit, ſecundum quam judicare ſolebant Franci. *Anno Chriſti*

Cap. 1. docet quomodo quis ſit *maniendus*; ubi *manire* pro citare.

Cap. 6. Canem *Seuſium* porcarium, vel doctum inveſtigare apros: quod nos in *Seuskundt*, vel *Schwynhundt*.

Cap. 7. *Sparwarium* pro ave quam hodie quoque *Sperber* dicimus.

Scuriam pro horreo.

Cap. 24. *Sluſam de farinario*, pro clauſura.

Cap. 28. *Schellam de caballo*, pro inſtrumento, quod vulgo campanellam vocant ſive tintinabulum, quo utuntur equi onerarii.

Reffare ſegetem, pro vellere.

Cap. 53. *Rachinburgii* dicuntur commiſſarii ad componendas lites inſtituti. *Rachten* enim componere, *Burgen* fidejuſſores. *Sicut & in Salica.*

Cap. 61. *Durpilum* exponit liminare domus.

Item ex Conſtitutionibus Caroli Magni ad Salicam legem adjectis, teſte quoque Eginharto. DCCC XIV.

Cap. 4. *Faidoſum* appellat qui hoſtis eſt publicus. *Feed* enim bellum ſignificat.

Herbannus, mulcta quæ domino, hoc eſt, principi, debetur.

Scara pro turma.

Herbergs pro hoſpitio.

Cap. 70. ſic ſcribitur; Quicunque abſque licentia principis de hoſte reverſus fuerit, quod factum Franci *Herefcit* dicunt, volumus ut antiqua conſtitutio, id eſt, capitalis ſententia erga illum puniendum cuſtodiatur: ab exercitu quem *Here* vocamus.

Cætera (quæ multa ſunt) partim jam uſu abolita, ſed adhuc Germanicam originem teſtantia, quædam etiam adhuc vulgari conſuetudine recepta, conſulto prætcrire ſtatui, ne lectorem ad alia jam properantem detinuiſſe videar.

Nec tamen negligenda hic ſunt duo, quæ in membranis antiquiſſimis ſcripta habemus, Gloſſaria, Carolo M. inſcripta: ex quibus & conſtabit de veritate ſententiæ quam produximus, & ejuſmodi antiquitatum ſtudioſi haud dubie plurima petere pote- *Gloſſaria duo MSS. Latino-Franci-ca.*

Anno Chriſti

runt, quæ ut antiquitate ipſa ſe commendant, ita & complectuntur haud pauca, ex quibus & non pauca, quæ ad rerum cognitionem attinent, curioſè origines indagantium ingenia poſſint colligere. Primum, optima fide a nobis deſcriptum, ipſique Carolo M. quod jam diximus, inſcriptum ſic ſe habet;

Vetuſtiſſimum Gloſſarium Latino-Francicum, ſcriptum Caroli M. temporibus, ex vetuſtiſſimis membranis MSS. deſcriptum.

Auceps, *fogalari*. Aurora, *tagarod*. Acerbus, *pittar*. Argumentum, *liſt*. Aër, *luft*. Acervatim, *küffon*. Acide, *urluſtlikko*. Agonizare, *flizzan*. Arcturus, *wagan*. Adluvio, *cüſſi*. Acidia, *ürluſt*. Animoſitas, *müstiki*. Ævum, *weralti*. Adepti ſunt, *kakaloton*. Ad, *za*. Æmula, adverſa. Angebant, *wizzinoton*. Ariopagus, Martis villa. Amœna, *üünnilihaz*. Algentes, *froſtage*. Ælius, ſol. Aptum, *kimak*. Arrogans, *ruamili*. Anteceſſores, *foralidon*. Aditus, *zuakanc*. Autor, *keroe*. Adolator, *flcari*. Arduum, *ſtechal*. Affaminis, locutionis. Adfectare, amare. In Juvenc. Anfractus, circuitus. Ales, *vocal*. Agellus, *acharla*. Ambages, circuitus. Aculeus, *akngo*. Adſertiones, *ſagün*. Amminiculum, *helfa*. Averſio, *kabui*. Aſtutus, *fizüſer*. Attonitus, *luſtrentem*. Auriga, *reitweko*. Adeo, in tantum. Anceps, *zuival*. Amens, *awiſilozer*. Aviditas, *kitiki*. Aſpernatio, *farmana*. Acerrime, *pittaroſt*. Adfinitas, *kilenkida*. Apoſtaticum, *freidaken*. Apoſtatare, *freiden*. Amurca, fæx olei. Apago, opſcuro. Altrinſecus, *ſuntrigo*. Abigebat, expellebat, *dhanan firtreip*.

DCCCXIV.

Antrum, *hol*. Arceſſito, *gawiſtemu*. Auctum, inventum. Augurari, *leozzan*. Alvei, *ſtraumer*. Adultum, *gkiwakſanan*. Aggeres, *kuſun*. Ædes, *kuſom*. Ænigmata, *ratiſſo*. Alioquin, quid ſi non. Anathema, *frawaz*. Ædificatio, *bezzirunga*. Aporia, *ſuintilod*. Bruma, *wintar*. Bitumen, picula, reſina, *karz*. Bracteas, laminas aureas, *pleh gu'dkiniu*. Bubo, *nakrami*. Buſtum, *grap*. Bipertitum, *zuivalt*. Comploſis, *ciſamane ghiſlaganem*. Cis, in iſta ripa. Contumax, contemptor. Caſſo vulnere, declinato vulnere. Cunctari, *fragen*. Cacabus, *kezeli*. Creditum, *piſolahan*. Concionator, *dhineman*. Caſſa, *umbidkerbiu*. Condicio, *gaſkaft*. Contignatio, *übarzimbri*. Conpingere, *gawegun*. Capparis, *paüm*. Cincinni, *locka*. Conſitæ, *kivolahan*. Crateres, *chclikka*. Carinæ, *podiüm*. Conſtantia, *anaſtantida*. Contubernium, *kimackida*. Curioſus, *fotſkalmer*. Citatus, *rader*. Convicia, *ſkeltwordt*. Conſules, conſiliatores. Concinnatis, *kimackot*. Cataclymus, *fluat*. Cuntatio, *infragunga*. Circiter, quaſi. Conplodere, *farmullen*. Cedo jure, locum do, dono legi. Clivum, vallem. Canis caput, *dümme*.

Anno Chriſti DCCC XIV.

Vetuſtiſſimum Gloſſarium Latino-Franciſcum, ſcriptum Caroli M. temporibus, ex vetuſtiſſimis membranis MSS. deſcriptum.

Cerula, *crunti*. Cerulum, *plawaz*. Carebit, *fārmizzit*. Calculus, *ſtcinili*. Convivæ, *kimazzun*. Conſcris, *kaſtiktis*. Contigit, tetigit. Capar, *far ne manter*. Connubia, *kimahkidom*. Cepe, *ſurro*. Culmus, *ritta*. Comminus, *rumor*. Catervium, multitudo. Juvenc. Cunctatio, dubitatio. Juvenc. Cudere, condere. Commune, *unreinaz*. Color, *farva*. Copulæ, conjunctioni, *gkiſuaghroku*. Cunabula, *lukaridum*. Clam, *taugno*. Caniſtra, *ceina*. Cum, *mit*. Conjector, *traumſcheidarer*. Culmen, *balme*. Crepido, ſummitas ripæ. Condixerat, convenit, conſenſit. Conrodit, *pikinuac*. Cœtus, *gkiſamanunga*. Cerimonia, *gotekelt*. Conditor, *velako*. Conjurante, *kipikeizzontemu*. Conſtanter, *anaſtantando*. Caſu, *gakun*. Conjuratio, *pibeiz*. Cartellum, *carrub*. Conpetens, *kilimſtih*. Cataracta cœli, *himilrinnun*. Confuſe, *kimiſcto*. Collocare, *kiſtaton*. Convaleſcebat, *ubarmcghimoton*. Concitati, *cakruazte*. Conſparſio, *kickenet*. Continentia, *furiburt*. Curioſitas, *forſkili*. Contagia, *piſmiz*. Claſſicum, navale. Compta, *kiziartaz*. Cervicatus, *kiridiner*. Commiſſio, *ſtrit*. Cornupeta, *hornſtekkal*. Crabrones, *hornaz*. Caterva, *folch*. Collyridas, cibus quem nos *nebulam* dicimus. Cuneus, multitudo. Conſulere, *ratfraganon*. Coacervaſſent, *ghikufotin*. Cedit, evenit. Degeſto, *kizaltemu*. Diſpendia, *farloninniſſa*. Diſertor, expoſitor. Delata, *kaoparet*. Dedita, conſueta. Juvenc. Dirimo, divido. Juvenc. Dueli, *wickefiemu*. Juvenc. Dapſilis, largus. Diſſicit, ſeparat. Juvenc. Decolor, *ungiſarvet*. Detegimus, *kellemes*. Deteſtabuntur, *leidlickint*. Deterrimum, *ekiſtckortun*. Diſtinavit, *kiſants*. Degebant, vivebant. De curioſis, *firu icikem*. Diſertiſſimus, *kiſprackiſto*. Diſcrepare, diſſonare, *ent bellan*. Dedita, conſueta. Detentio, *habunga*. Decoloravit *kiſalota*. Diſſimulavi, *farmeid*. Defectus, *alter*. Dogma, *lera*. Ditio, poteſtas. Diſcrimine, judicio. Degere, *far dl.evi*. Diſcrimina, pericula. Diſtincte, *untarmarclikho*. Domeſticus, *huſkiſuaſo*. Divinatio, *urteili*. Deſtravit, dividit. Dudum, antea, er. Depopulati, *arwaſta*. Ditioni, poteſtati. Divertit, non convenit. Demum, poſtmodum. Dedecus, *ünſkoni*. Denſus, *dkicko*. De induſtria, *fona gkiwaridu*. Diſcidium, *ſkeitunga*. Dumtaxat, *gawiſſo*. Dimicant, *fecktant*. Diſtulerit, diſſimulaverit. Decrevit, *gkimarcota*. Delatura, *melda*. Edulio, *ſodke*. Experimentum, *arſuakniſſu*. Exactoribus, *ambachtun*. Exules, peregrini. Editiones, *antſriſtungo*. Effera, ſæva, *crimmi*. Execrabilis, *leidlik*. Evidenter,

Anno Chriſti DCCCXIV.

Vetuſtiſſimum Gloſſarium Latino-Francicum, ſcriptum Caroli M. temporibus, ex vetuſtiſſimis membranis MSS. deſcriptum.

zoraſkto. Explicamus, *intfaldemes.* Exigo, *ardwingu.* Exſecratio, *leidſami.* Exitium, *freiſa.* Eminentior, *frambariro.* Extimplo, *cabun.* Excors, *urherzer.* Examinatum, *arſuakit wirdit.* Emicans, *Clizzanti.* Extollentia, *erhabam:* E regione, in antea. Excellentes, *kohem.* Evitet, *pimidit.* Exoſi, *fieta.* Expediri, *bidkerbiweſan.* Exules, *üzlenti.* Exercuit, *kimackots.* Ex conſultu, ex conſilio. Exequiæ, *leito.* Extricabilis, *dkurukfarthlih.* Evitatum, *fleaz.* Equitatui meo, *caritte minemü.* Exſors, *ateilo.* Evidens, *augozoraktan.* Et quondam, *endi in ni weiz wanne.* Explicita, *kienteot.* Ejus, *ſinan.* Extales, ani; facti in ſimilitudinem inteſtinorum. Exuſtis, *liprantem.* Exitium, *freiſa.* Exaggerat, *frumit.* Examen, *ſuana.* Extremum, *uzzanandic.* Excerpere, *irzuigon.* Exſtincta, *arlaſtiu.* Extraneus, *fremider.* Famoſi, fama nominati, *gamarde.* Ferus, iracundus, *ghibulaktiger.* Funeris, corporis. Furvus, *brun.* Feros, portantes. Fomes, *zuntrun.* Fibula, *brings.* Feminalia, *femoralia.* Fœdus, *winiſcaf.* Fortuitu, *galun.* Fruſtratus, privatus. Funebre, mortale. Flammivoma, *laweſpiantaz.* In Juvenc. Faſtus, ſublimitas. In Juvenc. Furens, iraſcens. Juvenc. Furioſus, *alulghigker.* Flaveſcit, *loazzit.* Fraudatus, *ſchadoet.* Facultatem, *ſamfti.* Fuligo, *ckoles.* Fatum, *urlac.* Faſtidientibus, *ur kawuſontem.* Flaglare, flagellare. Fulta, *arſpriuzit.* Faceta, pulchra. Fiſcalia, tributa. Ferociora, *crimmirun.* Favor, *lop, liummunt.* Ferculum, *diſc.* Fictio, *litroc.* Faſcinatio, *purdiloteres.* Flante Deo, *plaſantemu gote.* Frutix, *ſtüda.* Fenore, *na lehan.* Frugalitas, *ſparalikko.* Fantaſia, *katroc.* Fuſcinula, tridens. Fulmen, *laumedeli.* Fortuitu, *kipari.* Fefellit, *litrauc.* Gnarus, *gawaſes.* Globus, agmen, *ſoubo.* Gerens, agens, *tuant.* Garrire, *ckerren.* Gemelli, *chizüellün.* Galea, *helm.* Habena, *prittila.* Hiades, *ſibünſtirri.* Hactenus, *unzennu.* Hiſpidus, *ruher.* Hyacinthinus, *plawiuw.* Hirtum, hirſutum, *rukaz.* In Juvenc. Hactenus, uſque nunc. Inſtitor, *cauſar.* Infandam, *unckuſkida.* In, *inü.* Inimicare, *fiantſcaffon.* Infrunitus, *unkuſker.* Inſectatio, *katkingt.* Incus, *anapoz.* Inciſiones, diſcerptiones, diviſiones verſuum. Jugulum, *ſlabta.* Inſtantia, *akaleizzi.* Inſtitutione, *inkiſezzida.* Inſitum verbum, *anakiimpkot wort.* Irritum, *kimerrit.* Immolat, *neikkit.* Jus, *ewa. wizzod.* Inflexibilem, *unkipoganlikhan.* Inveſtigabilem, *unarſpurilibhan.* Infamatio, *ſkelta.* Inertia, *ünfrüati.* Infindent, *ſpaltunt.* Incutiunt, *anawerfant.* Inſeruit, *kimpitota.* Ingratus, *ündkancbare.* Inuſitatum, *unkiwon.* Inpenſius, *kiwarlickor.* In-

pliciti,

pliciti, *in kevaldane*. Inpolita, *unkihafanot*. Inteſtina, *innüadri*. Inſuſpicabilis, *ünzüivaler*. Inpenſius, *gkifuorlikkor*. Inſtantem, præſentem. In perſuaſibilibus, *an ſpanalikkem*. Inpunitus, *unkirockan*. Imitaris, *anakilines*. Ingruere, *anapleiten*. Inſons, *unſuntigau*. Impetravit, *kidikita*. Incontinenter, *untfarpurtlicke*. Inpudentia, *unſcama*. In vamine, in vulva. Juvenc. Inluſtrem, magnificum, *mikbilliken*. Inpedimentum, *unginfuari*. In oppidis, in caſtris. Intuitus, adtendens, *Zuawaſtontes*. Invidentes, *apunſtonte*. Ignarus, incognitus. Jurgium, *ſtrit*. Ilico, ſtatim. Infrunitus, *ünckuſkemü*. Inquilinus, *cauffcalc*. Inreverens, *unforcktalerü*. Juge, *emmazzigo*. Impulerit, *ghinotit*. Inluviæ ſecundarum, immundi humores. Incerto ſiti, in anguſto poſiti loco. Inſtigante, *anazentimu*. Luſtravi, *umbi warf*. Laquearia, *kimila*. Lanugo, velleia, *wolla*. Lis, *paga*. Libatio, *neikunga*. Lagenæ, ydriæ fictiles. Latex, *prunno*. Lambo, *laffu*. Luſtrum, tempus quinquennii. Legitimum, *ehaltic*. Libeat, *luſte*. Levigatis, limpidatis, *gkiſlihtem*. Locupletatus, *gakotagoter*. Libans, *neihkenter*. Lacinia, ora veſtiment, *itradkungawatis*. Luſtrata, illuminata. Juvenc. Livor, *pleizza*. Latens, *luzzenter*. Laniando, *ſlizanto*. Letale, mortale. Libidus, (forte libidinoſus) *kuarari*. Laſcivus, *irrer*. Lucanus, *leoktſtern*. Murenulæ, *menni*. Monſtrum, *forazeickan*. Magnato, *ſturemü*. Melodia, *ſuazzazſanc*. Mitra, *kuat*. Madidi, *fukti*. Moralibus, *ſitilickem*. Milites, *dheganom*. Mererentur, *kifrektotin*. Marcidus, *artuolaner*. Mulier, *wip*. Magnates, *frambaren*. Munia, *kepa*. Machinantur, *mackont*. Muricæ, *wrz*. Micare, *pleckazzan*. Meraciſſimus, puriſſimus. Muſanti, *runentemu*. Juvenc. Matrimonium, *kileiki*. Marſupium, *ſcazſckil*. Maluiſſes, *mer woltü*. Meſticia, *morna*. Manus remiſſa, *farlazaniu*. Mulier gratioſa, *libiu*. Multato, *kiwizinotemu*. Mala aurea, *effeli chuldine*. Molles, effeminati. Non, *niga* Nitimini, *inckinna*. Naulum, *ſcriſcaz*. Nequaquam, *nedinaltre*. Nutus, *paucha miſſon*. Nænias, vanitates, mendacia. Nemus, arborum ordo compoſitus, vel defenſa ſylva. Necetur, *arſlagkan werde*. Nitebatur, *pigonda*. Noverca, *ſtiufmuater*. Nuper, nunc. Nivatur, dealbatur. Nectunt, *kiſiant*. In Juvenco. Numen, poteſtas, dignitas. Notare, ſignare. Ne impedirent, *ni martin*. Notus, *wint*. Ne moliaris, *nimackoes*. Nuere, viſitare. Nitidus, *glizantiu*. Nodos, *reiſan*. Offenſionis, *anaſpurnes*. Occupatio, *unmüazza*. Obfuſcatio, *tüacali*. Obelus, *ſtrala*.

Anno Chriſti

Vetuſtiſſimum Gloſſarium Latino-Francicum, ſcriptum Caroli M. temporibus, ac ex vetuſtiſſimis membranis MSS. deſcriptum.

DCCC XIV.

Anno Christi

Vetuſtiſſimum Gloſſarium Latino-Francicum, ſcriptum Caroli M. temporibus, ex vetuſtiſſimis membranis MSS. deſcriptum.

DCCCXIV.

Opima, *cüat indi heilar*. Orbita, *wakanleiſan*. Olim, *forn*. Orbabor, *irſtiuſſipwirdu*. Opes, *otmali*. Opilio, *kirti*. Obriguerunt, *arſtabeton*. Obix, *unkiſuari*. Patulo, amplo. Placula, *tuacha*. Prorſus, potius. Perculſa, percuſſa. Pampinus, *zuac*. Pene, prope. Perizomata, femoralia, *umbiſueiſt*. Porro, videlicet, *gawiſſo*. Protinus, *ſar*. Parvipendens, *luzzil hahtontes*. Pharetræ, *cohhar*. Pincerna, *buttilaniur*. Præſertim, maxime. Pilo, *ſtampft*. Paulatim, *luzzilem*. Pileus, *huat*. Proſtibulum, *huarhus*. Pene, *garawo*. Preco, *fora. haro*. Palma, *ſlazza*. Penetrare, *ingan*. Proceres, *furiſtun*. Pugio, *ſuert*. Pollicita, promiſſa. Promulgatur, oſtenditur, *arhaughit iſt*. Protervus, perverſus. Parilis, *kalihem*. Pubeſcere, juveneſcere. Paſſim, undique. Juvenc. Pignora, *pfantun*. Pacto, *wiſun*. Pro voto, *pi willin*. Parvi pendere, *furi nihuwight haben*. Proſperitas, *ſpuatighi*. Pubertas, *jugund*. Peſtulens, *watanter*. Polimita, multicoloria. Proëmium, *foraſpracka*. Procerum, *comono*. Peregrare, circuire. Proſapies, progenies. Pellicant, luxoriant. Procax, *frabaler*. Prerupta, *ſteina*. Petulcus, luxurioſus. Propugnacula, *pruſtweri*. Peſſulum, *ſloz*. Protorax, *pruſtrock*. Placorem, *huldi*. Preceps, *haldo*. Parcus, abſtinens. Præcordia, *forahercida*. Paradiſus, *ũũnni garto*. Prediti, *kiotakota*. Pernicies, *ſlaktũ*. Pullulans, *leotanter*. Peritia, *liſti*. Palantes, fugientes. Problema, *ratiſſa*. Privilegium, propria lex. Prævius, *forakango*. Populor, prædor, *herrón*. Paralyticus, *lamer*. Poſt tergum, *indi bah*. Pertulit, *firdhulta*. Pregnans, *ſuangar*. Quin, magis, potius, *erdo mer*. Quiſpiam, *einiger*. Quantocius, *ſorado*. Querolas, *ruafti*. Quin potius, multo magis. Quippe, certe. Quiſquiliæ, *aſüinga*. Querela. *ſtrit*. Quater quaternionibus militum, *fior, fioringom dhegenom*. Ratus ſum, *wanant pim*. Reo, ſpero, *wannũ*. Religioſus, *healtiger*. Reverimini, *füribtet*. Religio, *healtidu*. Rude, *niuwiu*. Rudenti, *luantemu*. Roſtrum, *ſnabül*. Remiga, ferio. Rogus, ignis, *ſaccari*. Rictus, *pillod*. Redarguit, *widar quidit*. Rudia, nova. Reetur, arbitratur. Reliquum eſt, *zaleibu iſt*. Rigide, *parrentlicho*. Renuere, *widharon*. Rependere, *far keltant*. In Juvenc. Repertor, *findo*. Juvenc. Repedat, *widricat*. Juvenc. Rutum, *unfruataz*. In Juvenc. Remunerant, *kilonont*. Subitacio, *chui*. Seceſſus, *aftercanc*. Subſiſterem, *birmti*. Suſpendium, *freiſa*. Solide, *faſtlibbo*. Sudes, *ſtecko dhorn*. Stupravit, *kiprütta*. Scita, *euua*. Summa, *kiſcrip*. Secta, *euua*. Sodales, *ganozom*. Sarcinnulæ, *ſaümma*. Sitarchis, ſaccis,

pera,

pera. Serpit, *kriſit*. Saucium, *artuolan*. Serum, *ſpataz*. Salus, *heili*. Scelus, *firina*. Statuarius, *ſtalopiot*. Sinceritas, *littarniſſa*. Stipendia, *libnara*. Studeat, *hili*. Superficietenus, *uzan*, *ubanantik'*. Sermocinationis, *kichoſer*. Sua, *iro*. Stertit, *ruzit ſcherot*. Suffuſio oculorum, *rinnantiu augun*. Stirpex, *dkorn*. Sollicitationes, *kiſpenſti*. Saucius, *kiwüntoter*. Sacrilegium, *eidangkelt*. Septum, *piſanc*. Stipebant, *kiſtabeton*. Suſpenſos, *ſorekente*. Seta, *purſt*. Solers, *akaleizaz*. Supremi, *opanontegimu*. Soboles, *chind*. Siccine, ſic etiam. Sudes, *radeſtacko*. Sin, ſi non ſic, *ubiniſo*. Sine, *ana*. Sata, nomen menſuræ, *balbaz*. Sciſcitati, interrogati. Sevit, *ſerſiſot*. Sagaciter, *akaleizo*. Serotinus, *ſpatigher*. Stilio, *mol*. Squalore, *ſorder*. Scirpea, juncina. Supellex, *gkiziuch*. Sagma, *ſtual*. Sceleſtus, *Wirſirin*. Suſurrio, occulte murmurans. Solertia, *clawida*. Sirenæ, meretrices, undæ criſpantes. Saltim, *gawiſſo*. Subnervo, ſubjugo. Triſteca, tricamerata, *dkridkilli*. Trimam, triennem, *dkriiariga*. Turgentium, *ſuellantero*. Tandem, poſtremo, modo. Trames, *fadk*. Tueri, *Warten*. Tedæ, *facolono*. Tonans, regnans. Tolerantia, *kidkult*. Titillatæ, *kickizilot*. Titubat, *Wanchot*. Tabitudo, *ſukt*. Tragelaſus, *kelakun*. Tenellus, *zeizzer*. Teſtudine, *ſnecko*. Temperavit, *mezaſtota*. Torus, *prutbetti*. Tempus potationis, *ſnita zit*. Turbo, *Winte*. Tripudium, *mendi*. Torques, *halſpauch*. Toxica, *kaluppas*. Typicum, *pauchanlih*. Vitta, *ſnüaba*. Vacillantes, *Wanchonte*. Violenti, *notnemin*. Verſutia, *kabui*. Veredarii, *potün*. Vulgata editio, *mariu antfriſtünga*. Vetula, *altiu*. Vireta, *grũan*. Urguebat, *notta*. Vallatum, *pikalpot*. Valenter, *meghinigo*. Vileſcant, *arſmaent*. Univerſaliter, *allikho*. Veſtis, *kiwate*. Vergentibus, *ſliffentem*. Vicibus, *kertom*. Juvenc. Vertigo poli, *ſuumti lod himeles*. Juv. Umbrante, *glizzinontemu*. Vires, *chreſti*. Vultus, *antlutte*. Vulgus, *ſmal firiki*. Vallaverunt, *umbihalboton*. Utere, *niüz*. Vis, *not*. Vaſte, ample. Vepres, *pramün*. Vitâvimus, *mitumer*. Uredine, vento incendente. Vecors, *narrün*. Virens, *gruanti*. Vergentes, *kaldentes*. Ultroneos, *Willikaſte*. Vapor, *thaum*. Ulcus, *Wunta*. Vexilla', *ſighinumſti*. Veſania, *narraheit*. Ultro, *kerno*. Verſutus, *piſekrenger*. Xenia, *meata*.

Ex ſecundo autem, quod & eidem Carolo inſcriptum eſt, ſequentia ſuffecerit exhibuiſſe.

Abraham, pater excelſus, *kob fater*. Alienigena, *eliporo*. Armentum, *ſweiga*, *rindſtal*. Anus, *altiũ*. Agna, *chill urra*. Arripuit,

Anno Christi

Vetuſtiſſimum Gloſſarium Latino-Francicum, ſcriptum Caroli M. temporibus, ex vetuſtiſſimis membranis MSS. deſcriptum.

DCCC XIV.

Alterũ ejuſdem ævi.

Anno Christi

Vetuſtiſſimum Gloſſarium Latino-Francicum, ſcriptum Caroli M. temporibus, ex vetuſtiſſimis membranis MSS. deſcriptum.

DCCC XIV.

kichriſto. Advena, *ckwemaner*. Antrum, ſpelunca, *hol*. Ad meditandum, *za lirnenne*. Adulti, *cawakſenen*. Acceſſito, vocato. Accideret, contingeret. Adoptantes, *zuaüünſcante*. Adjecit, *zuawarf*. Adtigimus, *kirortomes*. Attrectaverit, *kiſualazzit*. Abeam, *hinafare*. Animum advertit, *kaumünna*. Accedere, *zuakan*. Accidere, *kipurgen*. Acervus, *buffo*. Acervos, *ſin bun piga*. Aurora, *tagarod*. Abuti, male uti. Abigebat, *wiezwerita*. Arrabon, pignus, *fant*. Arbitris, judicibus, *ſelpzuzzun*. Adpetitus, Ririda. Aquilonum, Septentrionum, *nordkalba*. Auſtrum, Meridiem, *ſundkalba*. Argumentum, *liſtfanc*. Adverſi, *widarwartes*. Adtollens, *ufburrenti*. Auguriari, *fogalraſton*. Anedo, *agritioni, urckmoti*. Aula, *hof, ſalanza, for zik*. Alendorum, *zanerrenne*. Auferas, *kinemes*. Adplicitos, *zuaprungante*. Area, *feldtenni*. Aſportate, *arfuarret*. Arcana, *tauganiſſ*. Aggeres, acervi, *huffun*. Abominationes, *leidriſſaidola*. Agreſtis, *wilder*. Adpenſum, *zuakikanganaz*. Aluit, *nerita*. Avaritia, *frecki*. Avelles, *dana welzes*. Abortivum, *awerf*. Averſor, abominor, *leidliken abakon*. Acetabula, quia acetum fert, *karelezzikfaz*. Aſtile, *ſelppaum, chandalſtap*. A.i.ſulas, *nuſtum*. Aptari, *kimacko twſan*. Anulos, *fingiri kringa*. Arula, cluat fanna. Arvina, adeps, pinguedo, *ſpint*. Armus, *puac*. Adolendum, incendendum. Apoſtrofe, perverſio. Armilla, *menickun*. Abietarii, *holzmeiſtres*. Artifices, *urwerckman*. Alas, *fidacka*. Alimonia, *muas, lipnara*. Alietu avis ſimilis aquilæ, ſed major, tamen minor vultore. Attavus, ... Aucupium, *fogalfengida*. Adfinitate, *ſippukilengidu*. Ariolus, qui aras colit, *anapetari*. Adulterium, *ularligida*. Amita, *paſa*. Avunculus, *okeim*. Albugo, *daz wiza indemu augin*. Altrinſecus, contra ſe invice[illegible]. Adfinis, *ſipper*. Acimum treſtir, *winpeſſo*. Alea, chloſo *laud*. Aſellus, *eſilinckilin*. Anathema, perditio, *farwakzari*. Abſtinentia, *furiburt*. Alendas, ... Alumni, *jugirum tiſkun*. Arrogantia, *roamilin*. Agminis, *folckes*. Adinventiones, *funtarizzuadzca*. Aër corruptus, *luft givemit ſukt*. Arentem, ſiccum. Ærarium, *triſukus*. Adtributi, *zuakakebane*. Adtingerent, *zuakareigotin*. Africus, *ſundar wint*. Artavit, *duanc*. Alvus, venter. Accitis, vocatis. Acriter, *pittaro*. Anniverſaria, *iarkawanta*. Acervus manipulorum, *crigakarbono*. Adnuo, *kipauckonno*. Abnuo, *intpauckanno*. Angebat, *kiunſrewita, kziguita*. Amphora, menſura habens VIII. congios. Anos, *ringa*. Aſtile, *ſcaft*. Apparitores, miniſtri. Amictus, *piſan-*

piſangaſter. Arcearis, *pizeriter werder*. Amello, ... Armizatis, ... Aſſatura, *prato*. Abſorbeatur, *farſwolgh werde*. Annona, *fruanta*, excuſſa avena. Altilia dicta quaſi alitilia, quia alunrur, *kimaſtiu*. Aſtronomia, aſtrorum lex. Aſtrologia, aſtrorum ratio. Abiegnis, de abiete. Auricularius, *orkiruno*, al. *ila*. Agon, *ellinod*. Adflictio, *neizſeli*. Angaria, *notwerch*. Adeptus eſt, *kahalota*. Alabaſtrum, *ſalp faz*. Avaritia, *nefkiri*. Anelat, *fnaſtot*, *atnizit*. Animadverſio, *notſuana*. Avide, *ſuazlicko*. Arduas *widarbirgi*. Antiquarii, ſcribentes. Adſtructum, *kiſegit*. Avide, *kirilicko*. Ad exhibendum, *zibal*. Ancularis, *ango*. Buccella, *leip pizzo*. Bos, *ohſo*, *inti chua*. Blandiciæ, *flehum*. Bidellium, genus pigmenti. Bivium, *kiwicki*. Biſſina, *wizes cota wabbes*. Baſes, *ſtollum*, *ſtozza*. Balteum, *bruah kah*. Bracteas, *port pleh*. Bubo, *uwila*. Brucus ſimilis locuſtæ, ſed major. Boreas, aquilo. Bubulum, *wiſunt*. Bubali vocati per derivationem, quod ſint ſimiles boum, valde indomiti, qui jugum in cervicibus præ feritate non ferunt, Hos Africa gignit. Baratrum, vorago, fovea profunda. Bullæ, torques, ornamenta regalium camulorum. Benificiis, *wolatatim*. Baccati ſunt, diſcurrerunt, irati ſunt. Bellicoſum, *wiclikam*. Baiulus, portitor. Biblii, nomen gentis. Benignum, *enſtio*. Condictum, *ſamam qhuit*. Conlidebantur, *kicknuſit wirtun*. Conſulere, *rat fragon*. Coctione, *kiſode*. Ceremonia, *kotekelt*. Calumnia, *harm*. Conſternatus, *pituſner*. Cacumen, *ſpiz*. Copula, *kimahkida*. Contemptus, *farmana*. Copulavit, *zua kimah wirdit*. Cernens, videns. Conduxit, *kimietta*. Caligaverunt, *nibultontunkileton*. Coitus, *rammalond*. Contemplatio, *ſcaüunga*. Circumvenit, *umbiſweih*. Connubia, conjugia. Cultoribus, *artarum*. Confidenter, *baldlihho*. Cognomento, *nihti nenin*. Cum parturiret, *denne ſih karatiza*.

| Anno Chriſti

Vetuſtiſſimum Gloſſarium Latino-Francicum, ſcriptum Caroli M. temporibus, ex vetuſtiſſimis membranis MSS. deſcriptum.

DCCCXIV.

Hæc hactenus in gratiam, ut diximus, ſtudioſorum talium antiquitatum, & ne ejuſmodi antiquitatis monumenta tineis permiſſa ac blattis pereant. Nunc ad alia redeundum eſt.

Carolus, jam ætate gravis fractuſque, continua felicitate fluentem tot annorum fortunam maturo velut conſilio ſtabiliens, Ludovicum filium conſortem imperii, Bernardum nepotem Regem Italiæ conſtituit. Sed quid? dum partitus eſt regna, potentiam debilitavit. Inter proximos plus dominandi cupiditas, quam ſanguinis jus potuit. Odia, & mox diſſidia genuit diviſa

LUDOVICUS PIUS, IMP.

DCCCXIV.

maje-

Anno Christi

Caroli M. exceſſus, & ejus elogium.

majeſtas: tum in belli cauſſas ſuſpicio, & in diverſum trahentes miniſtri valuerunt. Ludovicus Aquiſgrani ab ipſo patre, Bernardus Moguntiaci ab Archiepiſcopo Mediolanenſium coronatus, alter imperii, alter regni Italici onus mox ſubivit. Carolus, tanquam rebus conſtitutis ac firmatis, paullo poſt fatis conceſſit: vir fortior, an felicior dubites, dignus, qui Magni cognomen acceperit. Pugnando ſtrenuus, vincendo clemens, regendo pacificus. Armis conſiliiſque rem Chriſtianam conſtituit, & parem pace laudem promeritus, litteras doctrinamque jam exoletam Chriſtianis reddidit. Ergo quod adhuc Latini ſumus, quod Barbariem exuimus, Carolo debemus. Ceſſit Romanos Pontifici, & ubique Romanos fecit. Magnum opus! Paullatim, velut è nocte, artes, diſciplinæ, elegantiæ emerſere; & quæ in Italia perierant, toto ferè Orbe renatæ. Trans Alpes imperium iverat; ſequi cultus ingenii debuit: Religio propagata erat, his fulcris ac pedamentis indigebat. Negares ultra Barbaros eſſe, niſi novos Italia hoſtes inveniſſet.

DCCC XIV.

Ludovicus, paterno exemplo imprudens ſuis quoque filiis regna diſtribuit.

Ludovicus paterno exemplo imprudens, ſuis quoque filiis regna diſtribuit: & qua ſolemnitate! Principum populorumque comitiis. Lotharium igitur maximum natu, Imperatorem ſimulque Regem Franciæ renunciat, Pipinum Aquitaniæ, Ludovicum Bavariæ. Hinc non levis motus, ſtimulante ambitionem invidia, & quaſi jure veſtitam. Bernardus Francorum regnum quodam naſcendi ordine ratus ſibi deberi (quippe Pipino, majori Caroli filio editus) paternam ætatis prærogativam in belli cauſſam contulit. Regem ſuum Italia ſequitur, & conjurat; eoque facilior, quia ab Anſelmo Mediolanenſium, & Wolfoldo Cremonenſium Antiſtite concitata. Sic regni cauſſa in patruum arma Bernardus movet, ſaltuſque Alpium præſidiis occupat. Pro Ludovico Germania & Gallia ſurrexêre: quippe pro Imperatore. Sed ſine Marte & cæde debellatum eſt. Nam cum quotidie ſive cauſſam, ſive fortunam Bernardi plures procerum deſererent, prodi metuens, ultro arma ſubmiſit hoſti, ſeque & exercitum tradidit. Jure judicioque conjurationis crimen agitatum: ipſiuſque Regis nomen damnatorum numero aſſcriptum. Non ſine ſanguine, ſed citra mortem ſupplicium ſtetit; utque vivus velut non viveret temerarius juvenis, luminibus orbatus eſt. Antiſtites dignitate moti vitæ Monaſticæ mancipantur. Inſubribus

Sequuti in Italia motus.

igitur

igitur in pœnam fuit, Principem habere cæcum. Sed is jam magna parte mortuus, paullo poſt, velut contumelia tabeſcens, deceſſit. Mediolanum quam amarit, moriens teſtatus eſt: hic ſepeliri voluit. *Anno Christi*

Hinc Italiam Ludovicus per Legatos adminiſtravit: ſed cum ſic quoque nutare res viderentur, mittere Lotharium placuit, ut fieret Rex, qui erat; & ferro coronaretur, qui jam auro fuerat redimitus. Peractis ſolennibus, Inſubres tanquam ſuos cœpit regere. Mox & imperii purpurâ Romæ a Pontifice auctus, totam patris fortunam ſuperſtitis referebat, ſanguine filius, dignitate ſocius, & perinde bello hoſtis. Sceleris origo a Pipino Aquitaniæ Rege, qui patri offenſus, ne ſolus pietatem læderet, in partes quoque fratrem utrumque traxit. Primus quidem motus induſtria Ludovici ſopitus eſt; ſed acriori rurſus fragore erupit. Arma utrimque ſumpta, acies directæ, & fruſtra cohibere furorem Pontifex coram tentavit. Tamen, ut fraudi potius, quam prœlio ſcelus committerent, in colloquium patrem pelliciunt, & comprehendunt. Id egêre Pipinus & Ludovicus: amplius etiam Lotharius, quaſi plus eripere patri poſſet, qui plus acceperat. Piaculo ab Epiſcopis infamatum, & hæc injuria eſt: arma, imperiique inſignia ſolenniter jubet ponere, hæc violentia: pullâ deinde veſte circumduxit, & oſtendit, hoc ludribrium. Quid mirum, nullam regni ſocietatem eſſe? Jus ſuum ſervare natura non poteſt: cum pietatem proſtravit ambitio, nullum ſcelus leve eſt. Sed tantum nefas Proceres non tulêre, affectu jam & miſeratione filii. Etenim in ſæculi dedecus inſurgentes, vi armata priſtino fortunæ faſtigio Ludovicum reddidere. Ille verò, ut verè Pius eſſet, filiis ignovit. Redit mox in Italiam Lotharius, etiam poſt fortunam acer, furentis animi virus in ſuum jam regnum, quia ad auxilia antea ferenda tardum, aut in partes difficile, effundit. Itaque templa bonis ſpoliare cœpit, Pontificem impetere, Saracenos, Italiæ paſſim litora infeſtantes, negligere. Hic vero lenis iterum Ludovicus: nam per legatos Pontificis admonitus, veniâ, quam pœnâ corrigere filii errorem maluit, patrem ſe potius, quam Imperatorem cogitare. Quare corripuiſſe contentus, in gratiam recipit, & novo inſuper honore ingenium ejus flectens, tutorem Carolo filio, quem Pipini loco, per eos dies mortui, Regem Aquitaniæ dederat,

Ludovicus quomodo ordinaverit res Italiæ.

Lotharii in patrē Ludovicum ſcelus, ut & aliorum fratrum.

DCCCXIV.

Ludovicus priori faſtigio redditur, & filiis ignoſcit.

Lotharii contumacia.

Anno Christi conſtituit. Cum Lotharius ceſſaret, novos adhuc motus ciere frater ejus Ludovicus cœpit, educto in patrem iterum exercitu: non tam ſceleſtus, ut confligeret. Pudore novi ſceleris deterritus, & tanquam piiſſimi hoſtis timeret adſpectum, fugienti ſimilis ac trepidanti receſſit, inque regni ſui latebras ſe abdidit. Sic ſine prœlio & ſanguine victor Ludovicus, morbo mox & mœrore interiit, gravioribus velut injuriis liberorum divinitus ſubtractus. Atque hunc majorem Poſteritas Regem diceret, ſi tam felix pater, quam pius Princeps fuiſſet. Obſtiterunt filii, velut ad ſeditiones nati, non paſſi ad plenam gloriam optimum clementiſſimumque virum conſeneſcere.

DCCCXVI. *Concilium Aquiſgranenſe, in quo actum de corruptis vita & moribus Monachorum emendandis.* Hoc anno, cum ſederet Romæ Stephanus ejus nominis V. Papa, celebratum concilium eſt Aquiſgrani, in quo Canonicam, ut loquuntur, vitam profeſſis, ſed corrupti jam moris, præſcripta eſt vitæ, quam vocant, regula, quam deinceps obſervare tenerentur. Eam ex MS. Baſilicæ Aquenſis deſcriptam hic exhibere operæ prætium duxi. Oportet Canonicos, ut animam corpuſque ſuum ab omni inquinamento carnis & ſpiritus cuſtodiant, ut juxta Apoſtolum integer ſpiritus eorum & anima & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſervetur, ſobrie & juſte & pie vivant, ſecularia negotia prorſus abjiciant, quia juxta eundem Apoſtolum: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat, cui ſe probavit. Jejunium ament, hoſpites colligant, pauperes recreent, nudos veſtiant, infirmos viſitent, mortuos ſepeliant, in tribulatione poſitis opem ferant, dolentem conſolentur, amori Chriſti nihil præponant, caritatem non derelinquant, pacem, ſi fieri poteſt, cum omnibus hominibus habeant, diem judicii timeant, vitam æternam ſpiritualiter concupiſcant, ſpem ſuam Deo committant, proprio ſuo Epiſcopo in omnibus ſecundum Canonicam inſtitutionem obtemperent, magiſtros ſuos non temere reprehendant. Poſtremo in doctrinis ſpiritualibus operam dent lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, & cæterorum bonorum exercitiis jugiter incumbant. In dormitorio, niſi quem infirmitas detinuerit, omnes dormiant, & refectorio pariter reficiantur, cottidie ad collationem veniant. Mox ut ſignum datum fuerit omnes feſtino veniant, & horas Canonicas non negligant, ſed cum omni religione pariter celebrent. Eccleſiam

,,non

„non pompatice, ſed reverenter ingrediantur, vaniloquiis nequa- *Anno Chriſti*
„quam inſiſtant, ſed cum omni devotione & veneratione divinæ
„ſervitutis opus peragant, ſcientes Angelorum præſentiam ſem-
„per illuc adeſſe, clauſtris non niſi per licentiam egrediantur,
„egreſſi inreprehenſibiliter vivant, ut ab his qui foris ſunt, bo-
„num teſtimonium habeant, & religionem ac propoſitum ſuum
„actibus illicitis nequaquam maculent: ſed potius omnes, qui-
„bus ſe conjunxerint, ſale ſapientiæ, & bonorum operum ex-
„emplis condiant, contubernia fœminarum nullatenus appe-
„tant, non vanis oculis aut petulanti timidoque geſtu ac diſſolu-
„tis renibus incedant. Non ſpectaculis, non pompis ſecularibus
„interſint, non aleæ, non quibuſlibet venationibus inſerviant.
„Apoſtoli quoque inſtructi documento, quo ait, non in veſte
„pretioſa, nequaquam pretioſis delectentur veſtibus. Caveant
„ſummopere ne extra clauſtra moras faciant, niſi prout ſibi a
„priori conſtitutum fuerit, & opportunitas temporis dictaverit.
„Intra clauſtra poſiti non otio vacent, ſed aut divinis officiis, aut
„propriis utilitatibus, aut certe magiſtrorum juſſionibus pareant:
„ne otio torpentes ab Apoſtolo audiant, Qui non vult operari
„nec manducet. Seniores ſpiritualiter juniores diligant, junio-
„res ſenioribus obſequium dignum exhibeant. Doctiores minus
„doctis nequaquam ſe præferant, ſed magis eos cum caritate
„ædificent, neque hi qui nobilitate generis, vel virtutum donis
„pollent, cæteris ſe tumide ſuperextollant. Omnes in congre-
„gatione viciſſim ſibi caritatis officio ſerviant, quibus etiam in
„refectorio comedentibus, & religioſe ſilentium tenentibus con-
„tinuatim legatur lectio. Delinquentes zelo rectitudinis pariter
„arguant, & caſtigent pueros & adoleſcentes negligentes verbe-
„rum diſciplinis: ut nullus in Collegio Canonico inutilis appa-
„reat, nec vota fidelium otioſus comedat: tales quippe in mo-
„naſterio converſari decet omnes, qui divinis officiis ſe manci-
parunt. Nihil æque pacem imperij optimi & innocentiſſimi
Principis turbavit, quam hæc Synodus. Epiſcopi enim & Eccle-
ſiaſticorum alii in ordinem cogi ſe dolentes filios Ludovici ad-
verſus patrem incitavere. Hæc malorum, quæ dein Ludovico
evenere, præcipua cauſa fuit.

Concilium Aquiſgranenſe, in quo actum de corruptis vita & moribus Monachorum emendandis.

DCCC XVI.

Odium Eccleſiaſticorum ex eo in Ludovicum.

In eodem Concilio præſcripta eſt Eccleſiaſticæ Excommuni-
cationis formula, quam, & quia in pauciorum manibus eſſe ſcio,

& ut

Anno Christi

& ut horum temporum ingenia ac mores propius agnoſcantur, hic quoque inſpici ac legi debere exiſtimavi. Ita autem habet.

Recepta tunc magni terroris Excommunicationis formula.

Ex auctoritate Patris & Filii & Spiritus Sancti & Sanctæ Mariæ matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & S. Michaëlis, & Ioannis Baptiſtæ, & Sancti Petri & Pauli principum Apoſtolorum, & S. Stephani & omnium Martyrum, & S. Sylveſtri & omnium Confeſſorum, & Sanctæ Aldegundis & Sanctarum Virginum, & omnium Sanctorum qui ſunt in cœlo & in terra. Anathematizamus & à liminibus S. Matris Eccleſiæ ſegregamus illos, qui hoc furtum fecerunt, ſive conſcii fuerunt, ſive conſiliarii fuerunt, ſive ſibi inde aliquid uſurpaverunt. Sint maledicti in domibus, in horreis, in lectulis, in curia in campo, in agro, in via, in villa, in civitate, in caſtello. Maledicti in ſilva, maledicti in flumine, maledicti in gurgite, maledicti in Eccleſia, maledicti in cœmiterio, maledicti in tribunalibus judicum, maledicti in foro, maledicti in duello. Maledicti orando, maledicti loquendo, maledicti tacendo, maledicti manducando, maledicti bibendo, maledicti dormiendo, maledicti vigilando, maledicti palpando, maledicti ambulando, maledicti ſedendo, maledicti ſtando, maledicti currendo, maledicti quieſcendo, maledicti equitando, maledicti audiendo, maledicti videndo, & guſtando. Maledicta ſint omnia eorum

DCCCXVI.

opera, maledicantur capita eorum, oculi eorum, nares, pupillæ, dentes, linguæ, guttur, pectora, corda, venter, jecur, ſtomachus, ſplen, umbilicus, viſicæ, crura, pedes, manus, brachia, ſcapulæ, dorſa eorum, & omnis caro eorum, & omnis cutis eorum, à verticibus capitum uſque ad plantas pedum eorum, quidquid intereſt totum maledicatur, & maledicantur quinque ſenſus corporum eorum. Id eſt viſus, guſtus, auditus, odoratus, & tactus, & maledicantur in omnibus operibus.

Adiuro te, Diabole, & omnes ſatellites tuos, per Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, ut nullam habeas requiem diebus nec noctibus donec perducas eos ad æternum & ad ſæculare dedecus, ſive ſubmergantur in fluminibus, ſive ſuſpendantur in eculeis, vel devorentur à ſylveſtribus beſtiis, vel lacerentur ab avibus cœli, ſive comburentur in flammis, ſive interficiantur ab inimicis, & odio habeantur ab omnibus viventibus. Filii eorum orphani, & uxores eorum ſine viris efficiantur viduæ. Non ſit illis adjutor, nec ſit qui miſereatur pupillis eorum. Et ſicut Lucifer abjectus eſt de cœlo, & ſicut Adam expulſus de paradiſo. Sic abjiciantur & expellantur de hac cotidiana luce, & de eorum habitationibus & ab omni hereditate eorum, & poſt obitum eorum ſepeliantur in paſcuis aſinorum. Fiat quoque pars eorum cum Datan & Abiron, & cum Iuda, & cum

Pontio

Pontio Pilato, & cum eis qui dixerunt Domino Deo; Recede à nobis, viarum tuarum ſcientiam nolumus. Et ſicut exſtinguuntur hæ lucernæ de manibus noſtris, ſic extinguantur lucernæ oculorum eorum niſi reſipiſcant, & ad ſatisfactionem perveniant. Fiat, fiat. Amen. Hæc in eodem, cujus proxime meminimus, Aquenſis Bibliothecæ MS. leguntur. *Anno Chriſti*

Idem Imperator, totus in ordinandis Eccleſiæ rebus (unde & Pii haud dubie ei datum eſt cognomentum) eâdem Aquiſgranenſi in urbe Epiſcoporum, Abbatum, aliorumque Eccleſiaſtici ordinis conventum indixit. In eo varia quæ ad Monaſticæ pertinent vitæ diſciplinam conſtituta ſunt. Inter alia; *Ut tam in coquina,* verba ipſa reddo, *quam in cunctis monaſterii officinis Monachi operentur, & ut ipſi veſtimenta ſua lavent; De non edendis volatilibus Monachis intus foriſve, niſi infirmitatis cauſa; Ne Epiſcopi Monachis volatilia edere præcipiant; Ne à Monachis poma & lactucæ, niſi quando alius cibus non ſumitur, manducentur; De veſtimento Monachis nec ſatis pretioſo, nec ſatis vili dando; De cucullæ menſura; De pedibus fratrum viciſſim lavandis; De libra panis, ut triginta ſolidos penſet, antequam coquatur; De menſura cibi & potus, quæ Monachis ſeparatim debet tribui; De Muffulis Monachis dandis.* Præſcripta ſunt & plura ejus generis alia, ex quibus qui illis temporibus Cœnobitarum mores qualiſque vita fuerint, colligere eſt. De rebus in hoc conventu geſtis auctor innominatus in vita Chriſtianiſſimi Imperatoris Ludovici ita loquitur; *Imperator generalem habuit conventum Aquiſgrani. In quo quantum fervoris circa divinum cultum in arca pectoris geſtaret, tanto adniſu declaravit. Congregatis enim Epiſcopis nobiliſſimoque Sanctæ Eccleſiæ Clero, fecit componi, ordinarique librum Canonicæ Vitæ normam geſtantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur, ſicut recluſus ipſe fatetur. In quo etiam inſeri juſſit cibi potuſque atque omnium neceſſariorum ſummam, ut omnes tam viri quam ſanctimoniales ſub hoc ordine Chriſto ſervientes nullis præpediti neceſſitatibus liberæ ſervitute Domino omnium militare meminiſſent: quem librum per omnes civitates & monaſteria Canonici ordinis ſui imperii miſit per manus Miſſorum prudentium, qui illum in omnibus ſupradictis locis tranſcribi facerent, debitaque atque conſcripta exigerent ſtipendia miniſtrari. Quæ res magnum Eccleſiæ contribuit exultationis tripudium, & piiſſimo Imperatori debita cum laude immortale monumentum. Itidemque conſtituit idem Deo amabilis Imperator Benedictum Abbatem, & cum eo Monachos ſtrenuæ vitæ per omnia, qui*

Ludovicus Pius totus eſt in ordinandis Eccleſiæ rebus.

Concilium Aquiſgranenſe, & in eo decreta.

DCCC XVII.

Anno Chriſti *per omnia monaſteria Monachorum euntes, redeunteſque uniformem traderent cunctis Monaſteriis tam viris quam ſanctimonialibus fœminis vivendi ſecundum Regulam S. Benedicti incommutabilem morem.* Et paulo poſt: *Conſiderans etiam idem piiſſimus Imperator non debere Chriſti miniſtros obnoxios eſſe humanæ ſervituti: ſed multorum avaritiam abuti miniſterio Eccleſiaſtico ad proprium quæſtum; ſtatuit ut quicunque ex ſervili conditione, conciliante ſcientia & morum probitate ad miniſterium altaris adſciſceretur primum manumitteretur à propriis Dominis, vel privatis, vel Eccleſiaſticis, & tunc demum gradibus altaris induatur. Volens etiam unamquamque Eccleſiam habere proprios ſumptus, ne per ejuſcemodi inopiam Divini cultus negligerentur, inſtruit prædicto edicto, ut per ſingulas Eccleſias manſus tribueretur unus cum penſatione legitima & ſervo & ancilla.*

Aliud ibidem celebratum, & in eo decreta. Et nunc quoque eodem in loco Concilium celebratum eſt. In hoc quemadmodum & plurima decreta facta ſunt de vita, doctrina, & munere Epiſcoporum, Abbatum, aliorumque inferioris ordinis ac loci Epiſcoporum, ita & *De Imperatore ejuſque filiis ac miniſtris recte diſponendis*. Ita enim habent verba. Filii ſiquidem Ludovici Imperatoris Patrem optimum oppugnarant imperiumque abdicare coëgerant. DCCCXXXVI. In hoc igitur conventu filii reconciliati ſunt parenti, quin & Juditha uxor Imperatoris de adulterio falſo incuſata Aquiſgrani ſeſe purgans recipitur: Domeſticus author vitæ Ludovici ann. DCCCXXXVI. de Concilio Aquiſgranenſi iſta ſummatim habet: *In ipſis etiam diebus in quibus purificatio beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ celebratur, conventus quidam magnus, ſed præcipue Epiſcoporum Aquiſgrani convenit, in quo cum de aliis utilitatibus Eccleſiæ neceſſariis, tum præcipue de hiſce rebus quæſtum eſt, quas Pipinus & ſui multis Eccleſiis abſtulerunt. Ob quam rem Imperialis auctoritatis & communionis conſilii commonitorium ordinatur, quibus commoneretur Pipinus & ſui, cum quanto periculo res Eccleſiaſticas pervaſerint: quæ res proſperum ſuſcepit exitum, nam Pipinus monita Pii Patris, ſanctorumque virorum libenter ſuſcipiens omnia invaſa etiam per avunculi ſui impreſſionem, obedienter reſtituit.*

Religionis Chriſtianæ prima ſemina in Cymbrica Cherſoneſo. Religionis Chriſtianæ ſemina eodem imperante in Cherſoneſo Cymbrica, & Ducatu Sleſvicenſi, viciniſque ditionibus, regnante apud Danos Haraldo, quem Klagum vocant, feliciter jacta ſunt. Haraldus enim regno a Regnero, quem & Reginfridum Lodbrog appellant, pulſus in Galliam fugit, & Ludovici

Impe-

Imperatoris opem adverſus illatas ſibi injurias imploravit. Ludovicus autem, qui ob hoc religionis propagandæ ſingulare ſtudium Pius meruit appellari, omnem benigne ei obtulit, ea, inter alia, lege, ut Religionem Chriſtianam amplecteretur. Accepit conditionem Haraldus, & baptiſmi lavacro ablutus Chriſtianorum ſacris, una cum uxore, & viris Danorum primariis aliquot, initiatus eſt. Ludovicus porro redeunti ei ad ſuos, viros ſanctiſſimos comites dedit, quorum diligentia, ſemina verbi divini in Dania jacta ſunt, & cultus divinus palam celebrari cœpit. Anſcharius autem Gallus primus eam provinciam ſuſcepit; adeo ut hic primus aut præcipuus non Danorum modo, ſed & Sueciæ Norwegiæque Apoſtolus merito habeatur.

Anno Chriſti

Haraldus Danorum Rex religionem Chriſtianam amplectitur, perſuadente Anſchario.

Ludovicus hic Monaſterium in Sylva Sollingenſi, maximo illorum temporum, Religionis, & literarum bono, ampliſſimum condidit, eique Corbeæ nomen dedit; appellatione a vetuſtâ illa Corbeâ, Monaſterio in Gallia Belgica ad flumen Sonam ſito, petita. Cumque eidem & religionis & literarum propagandarum ſtudium inprimis cordi eſſet, ex Corbea illa Gallica, viros eruditione & pietate eximios evocavit, Scholamque in eodem hoc Monaſterio aperuit, eidemque Anſcharium, ex Gallia petitum, præfecit. Scholam Anſcharius per annos fere novem prudentiſſime rexit, Bibliothecamque inſtituit, eamque omni librorum genere implevit. Cum autem biennio poſt, tempeſtate oborta ac terræmotu Monaſterium hoc admodum eſſet labefactatum, ejuſque rei certiorem Ludovicum feciſſent, locum commodiorem eligendi & Monaſterium transferendi cœnobitis poteſtatem fecit. Tum occaſum verſus ad ripam Viſurgis locus delectus, & Monaſterium denuo a fundamentis ædificatum eſt. Et hujus Monaſterii non potui non hic meminiſſe, ut oſtenderem quo ex loco potiſſimum prodierint illi, qui rudem & barbarum populum ab Idololatria & Dæmonum cultu hac tempeſtate revocarunt, & Chriſtianæ religionis diſciplina imbuerunt, quorumque benificio, ſingularique diligentia factum eſt, quod neglecta tum ac contempta veterum omnium Scriptorum monumenta, undique conquiſita, unumque in locum delata, & diligenter conſervata ſint. Taciti certe, Paterculi, atque alii plures id genus utiliſſimi ſcriptores, Corbeienſis Monaſterii ſcriniis, ex quibus primum editi ſunt, debentur.

Corbeienſe Monaſterium exſtruitur, maximo litterarũ bono.

DCCCXXXVI.

Pleriq; Romani ſcriptores antiqui in eo conſervati.

Anno Christi Ludovico Pio imperante non unum Oriens Principem habuit. Fuerunt autem Leo Armenius, Michaël Balbus Amorrhæus & Theophilus hujus filius. Leo imperium invaſit quum Curopalates illud deſeruiſſet. Fuit vir acer & induſtrius, ſed malus & crudelis. Theophylactum Curopalatæ filium caſtratum cum matre in exilium ejecit. Saracenos & Bulgaros magnis cladibus affecit, ſed propter crudelitatem quum odioſus eſſet a conjuratis in ſuo conclavi obtruncatus eſt autore Michaële Balbo quem in *Orientis Imperatores.* cuſtodia detinuerat, anno imperii ſui VII. Succedit hic Michaël Balbus, homo obſcuro genere natus, dictus Amorrhæus à patria. Cum Bulgaris inducias XXX annorum pepigit, quorum opera adverſarium Thomam vicit, & captum brachiis & pedibus truncatum interfecit. A Saracenis duobus magnis prœliis victus dyſenteria & phrenitide periit. Succeſſorem habuit filium Theophilum, cujus juſtitia, ſeveritas & caſtitas laudantur. Imaginum cultum peſſimè odit & uſurpari in templis vetuit. Cum Calypha Babylonico munerum magnificentia per legatos certavit. Contra Saracenis ter ſuccumbentibus victor rediit, & in poſtrema expeditione, quum Amerumnes Saracenus præcipuas familias abduxiſſet in ſervitutem, & Theophilus redemptionem impetrare non poſſet, animi mœrore & dyſenteria correptus interiit.

DCCCXLI. LOTHARIUS IMP. Faro cum jam functus eſſet Ludovicus ſucceſſorem LOTHARIUM habuit, ſed ſtatim inter imperii initia a fratribus bello impetitum. Hi enim deinceps in ſe converſi, majori contentione miſcuerunt rabiem, quia non ex æquo regna poſſidebant. Tanquam armis juſtius partituri fortunam relictam, in Lotharium Ludovicus & Carolus conſpirant: & quid, niſi Manibus infeſti *Fratrū in eum conſpirationes.* patris, cujus & judicium repudiant, & voluntatem reſcindunt? Putares etiam mortuum oppugnari. Nefas! Magnis ſubſidiis hæc audacia fulta, tantæ robur potentiæ ſcidit: & cum ad prœlium accinctus eſſet Lotharius, deprehendit etiam ſuarum in ſe virium partem concitatam, ampliuſque in pugnam hoſtes ducere, quam poſſiderent. Victus igitur & fugatus, paciſci potuit. Carolo, quicquid a mari Britannico ad Moſam extenderetur, ceſſit: Ludovico omnis trans Rhenum tractus: Lothario Belgica, quæ *Lotharingia unde dicta.* Auſtraſiæ pars erat, item Burgundia, Provincia, Italia, & imperii dignitas. Atque hic Auſtraſiam ordinans, novo regno nomen

de

de ſuo nomine indidit, quod adhuc durat. Tanquam ſic quoque ſorti ſuæ impar, filium Ludovicum, admodum juvenem, in Italiam miſit, Regem, & ſimul Imperatorem. Talem pronunciavit ipſe, & mox Pontifex ingenti totius Italiæ applauſu inſignivit. Gratus Inſubribus novus Rex fuit, cujus præſentis tutela & patrocinio munirentur. Cum ille tamen non minus religioni quam regno ſtuderet, interno ulcere felicitas populi intabuit. Etenim, quieſcentibus armis, bellum fuit, & quia in rebus ſacris, gravius atque periculoſius. Ut ſcires poſt Regem eſſe, qui turbare faciem Reipublicæ poſſet, Angilbertus Mediolanenſium Archiepiſcopus novo raroque tunc exemplo ab Eccleſia Romana deſcivit. Leve damnum, ſi cum viro pertinacia deſiiſſet: duravit ſuperſtes, cauſſiſque ſubnaſcentibus, robur colligens, ducentos admodum annos traxit.

Anno Chriſti

Italiæ malis unum hoc etiam deerat, ut & Saracenorum impia rabie tandem laceraretur: qui non contenti litora primum oberraſſe latrociniis, aut per contentiones Adalgiſi & Siconolfi Barium, Maſſare Duce, occupaviſſe; novam colluviem ex Africa trajiciunt, & ad mœnia ipſa Romana procurrentes, oculos trepidæ civitatis fumo, ac pulvere implent. Non tam hominum, quam religionis odio quodam acti, prædam ruina templorum inſtruebant. Ergo & in ſuburbanas Divorum Petri ac Pauli Baſilicas impetum faciunt. Quis reſiſteret? Immanium Barbarorum avaritiæ ceſſit, quicquid Chriſtiani Reges tot annis, ac tanta liberalitate congeſſerant: tanquam una manus hauriret pietatis divitias, una hora diſſiparet. Ornamenta quæ rapi non poterant, turpi ludibrio confracta ſunt, ſacra ſupellex in luxuriæ & obſcœnitatis uſum verſa. Putares & ipſo quoque Deo fana ſpoliata. Vix præter muros & tecta quicquam remanſit; & in hæc quoque ſæviiſſet immanitas, niſi flammam incendiumq; bonus Genius arcuiſſet. Sic non omnia impia manus peregit; ampliuſq; numen, quam ſcelus potuit. Spolia hæc tamen quid niſi urbi atque Italiæ univerſæ detracta videantur? Sane damnum, an contumeliam appellem neſcio; graviſſimum vulnus fuit: quod ut univerſum reipub. Chriſtianæ corpus ſentiret, capiti inflictum. Sed Barbari, cum, impoſita navibus præda, Africam repeterent, fœdiſſimo naufragio diſperſi, ſacrilegii pœnas dederunt. Prorſus tantum nefas toto obrui pelago debuit; ut qui homines evaſerant, Dei tamen vindicta plecterentur.

DCCC XLI.

Saracenorum irruptio in Italiam.

Anno Christi

Bene, quod Leonem tum Pontificatus accepit, magnæ virtutis & prudentiæ virum; qui admirabili ſolertia delere injuriam illatam cœpit, mœnibus quoque Vaticano adverſus irruptiones direptioneſque circumdato ac munito, cum majoris jam munificentiæ opus eſſet, tueri ornamenta, quam amplificare, & novæ iterum prædæ Africa inhiaret. Sed & Maſſar, qui Barium inſidebat, a Beneventanis receptus, ut Adalgiſo adverſus Siconolfum auxilio eſſet, infidam opem ad rapinam vertit, ampliuſque quam hoſtis nocuit. Ex urbe deinde in agros injuriam proferens, templa ac monaſteria paſſim bello vexavit, omnemque regionem ferro ignique ſubjecit: niſi obſtaculum inveniret, facturus, quod nulla adhuc Barbaries tentarat. Quantum Ludovicus fecit, Inſubribus debetur: illinc ductis copiis Beneventum obſedit, & in poteſtatem ſuam coactos Saracenos, una cum Duce omnes jugulavit. Sic non potuit ſine crudelitate peſtis illa excidi. Quid excidi? renata eſt, & mox in damna iterum, graviuſque erupit. Reliquiæ Barii relictæ erant, & terrere Italiam potuêre. Omnino tanquam ad ſtrages & ruinas remanſiſſet fomes, incendium ex intervallo dedit. Sed dum adoleſcit hic ignis, vireſque ſumit, Lotharius monaſticam ſibi quietem moliens, aſſignare filiis fortunæ ſuæ partes voluit, & diviſa jure, quam dividenda armis Regna relinquere. Satis ſibi jam gloriæ partum; ſceptro poſito, Regum fore patrem: proſpecturum ſimul, ne quo ipſe cum fratribus furore colliſus eſſet, filii diſſiderent. Hoc enim jam hereditarium videbatur, in mutuum exitium armari fratres; ne quod in Caroli nepotibus cœpiſſet malum, in poſteris deſineret. Sed irrita Lotharii fuêre vota: quâ concordiam curâ ſtabilire conatus eſt, potentiam colliſit: quantum quiſque accipiet, in arma & bella convertet; LUDOVICUS Italiam, & Auguſti titulum, Lotharius Lotharingiam, Carolus Provinciam, Burgundiamque. Ludovicus igitur, cum terminatum Alpibus regnum accepiſſet, oſtendit egregie Cæſareæ Majeſtati Italiam ſufficere, Regiæ Inſubres. Urbes inſpexit ſingulas, & ordinavit; Ticini tamen præcipue, atque Mediolani juris conſtituendi cauſſa verſatus eſt. Etiam mores inſpexit, quaſi non aliter pacatum ſecurumque rerum ſtatum habiturus, niſi ſcelus omne exularet. Sed quam in Italia ſibi quietem promitteret, adhuc a Saracenis inſeſſa? Hi jam, Scodano Duce, totam pene

Magni terroris in Italia motus.

DCCCXLI.

Apu-

Apuliam occuparant, nec poterant niſi Imperatoris viribus retundi. Dubia tamen fortuna bellum eſt tractum. Ille Barii obſidione ſic laſſatus, ut Lothario fratre cum copiis in auxilium excito, adhuc ſuſpecta haberet fata, nunc victor, nunc victus, promiſcuo eventu. Quod clade majus, intellexere hoſtes, non ſe rapinis tantum, ſed bello pares eſſe; Italiæ imperiique vires ſuſtinuerant. Ludovicus igitur dedecore magis, quam damno ſtimulatus, quanto ad extremum potuit niſu, arma movet, & in gentem Barbaram pari ira & violentia irruit. Gemino prœlio victi & profligati, in Calabriam ſe recipiunt: ſed neque hic tuti, provinciam hoſti relicturi, ferro ignique vaſtant: atque hoc facinore edito (ſcilicet ne crudelius veniſſe, quam fugiſſe viderentur) conſcenſis navibus, per naufragia in Africam evadunt.

Anno Christi

Magni terroris in Italia motus.

Pax jam & tranquillitas Italiam reſpexerant: ſed, ut rerum humanarum inconſtantia eſt, vultum mox iterum ſubduxit.

Ludovicum Mediolani extinctum turbæ & calamitates ſecutæ. Ejus patrui, Carolus Calvus Franciæ, & Ludovicus Germaniæ Reges, ad rapiendam hereditatem concurrunt. Italiæ Principes quodam velut jure inſignia ſibi Auguſtalia depoſcebant, quaſi, Ludovico ſine liberis mortuo, Ciſalpinis, & velut indigenis debita. Sed plus arma valuêre. Carolus Calvus, cum exercitu Alpes tranſiens, dum occupat, a Pontifice petit imperium, & inauguratur. Regem deinde fieri, facile fuit. Ticini coronam ſumpſit, leges tulit, & res Italiæ conſtituit.

DCCCXLI.

Hæc ſic conjungenda, quamvis diviſa temporibus, Puteanæam in his ſingularem diligentiam ſequuti; nos hic exiſtimavimus, ut ſub illuſtri exemplo quibuſlibet conſtaret, quibus modis, id eſt, quomodo proximorum odiis & diverſis deſtinationibus, quas excitant odia, florentiſſima etiam imperia ſi non exſcindi, multum ſaltem imminui conſueverint. Singula, ſuis digeſta, ut oportet temporibus, nunc exponere neceſſe habeo. In quibus vix erit quod deſiderabunt illi, qui ad proxime præcedentia flectere animum nonnunquam atque oculos volent.

Lotharius igitur, quemadmodum diximus, Ludovico Pio cognomento ſucceſſit.

Statim inter ipſa quaſi imperii initia Concilium a Lothario Imperatore Aquiſgrani celebratum eſt, hac de cauſa. Lotharius

Anno Chriſti

Imperator fratrum ſuorum regna affectans, ut ſolus Monarchicum teneret imperium, civili bello eoſdem aggreſſus eſt; illi contra miſſis ad eum crebrioribus legationibus pacem quidem expetiverunt, ſed non impetrarunt antequam ſemel atque iterum eum in fugam egiſſent. Conſulentes igitur Epiſcoporum conventum Aquiſgrani congregatum, quid de regno a fratre relicto ipſis agendum videretur, acceperunt reſponſum, quod his verbis deſcribit Nithardus Lib. II.

Concilium Aquiſgranenſe contra Lotharium pro ejus fratribus pronunciat.

DCCC XLII.

Quibus (Epiſcopis ſcilicet) ab initio geſta Lotharii conſiderantibus, quomodo patrem ſuum regno pepulerit: quoties populum Chriſtianum perjurum ſua cupiditas effecerit: quoties idem ipſe hoc quod patri fratribuſque juraverat fruſtraverit: quoties poſt patris obitum fratres ſuos exhæreditare atque delere tentaſſet: quoties homicidia, adulteria, incendia, omnigenaque facinora univerſalis Eccleſia ſua nefandiſſima cupiditate perpeſſa ſit: inſuper autem, neque ſcientiam gubernandi Rempublicam ullam habere, nec quoddam veſtigium bonæ voluntatis in ſua gubernatione quemlibet invenire poſſe ferebant. Quibus ex cauſis non immerito, ſed juſto Dei omnipotentis judicio, primum a prœlio, & ſecundo a proprio regno fugam illum iniiſſe ajebant. Ergo omnibus unanimiter viſum eſt, atq; conſentiunt, quod ob ſuam nequitiam vindicta Dei illum ejecerit, regnumque fratribus ſuis melioribus ſe juſtè ad regendum tradiderit. Verumtamen haudquaquam illis Epiſcopi hanc licentiam dedêre, donec palam illos percunctati ſunt, utrum illud per veſtigia fratris ejecti, an ſecundum Dei voluntatem regere voluiſſent. Reſpondentibus autem, in quantum noſſe & poſſe Deus illis concederet, ſecundum ſuam voluntatem ſe & ſuos gubernare, & regere velle, ajunt: *Ex auctoritate divina, ut illud ſuſcipiatis, & ſecundum Dei voluntatem illud regatis, monemus, hortamur, atque præcipimus.*

Aliud Concilium Aquiſgranenſe, & qua de cauſa indictum.

Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXII. tempore Nicolai Papæ V. coactum eſt Aquiſgrani Conciliabulum, in quo octo Epiſcopi declararunt Lotharium Francorum Regem a vinculo matrimonii cum Theutberga contracti liberum & ſolutum eſſe, ideo quod ipſa cum fratre inceſtuoſum adulterium commiſiſſet. Hunc Conventum Epiſcoporum Lotharius Rex Francorum ea de cauſa indixerat ut honeſto aliquo prætextu Theutbergam uxorem legitimam a ſuo conſortio ſepararet, & Waldradam pellicem,

quam

quam a pueritia conſuetudine puerili junctus adamaverat, in conjugem duceret: promiſerat Lotharius Gunthario ſeu Guntherio, Colonienſis urbis Pontifici, teſte Reginone, futurum ut ejus neptem acciperet in uxorem: qua vana ſpe, ut poſtea claruit, ille elatus ac ſeductus Theutgaudum vel Thietgandum Archiepiſcopum Trevirenſem, virum ſimplicem, in ſuam ſententiam pertraxit. Itaque octo Epiſcopi, nempe Guntharius, Agrippinenſis Epiſcopus & ſacri palatii Archicapellanus, Theutgaudus Trevirenſis Archiepiſcopus, Adventius Mediomatricorum Epiſcopus, Atto Viridunenſis Epiſcopus, Arnulphus Tullenſis Epiſcopus, Franco Tungrenſis Epiſcopus, Ungarius Epiſcopus, Ratholdus Argentorienſis Epiſcopus, præmiſſo examine rei ex divinorum eloquiorum documentis, ex ſtatutis Patrum Canoniciſque ſanctionibus, nec non & aliis variis cauſis legitimæ uxoris repudiandæ excogitatis, per gravem errorem declararunt; Quod cum Theutperga inceſtus cum fratre Humberto commiſſi rea eſſet, Lotharius tanquam innocens ejuſdem conjugio ſolutus, poſt dimiſſam adulteram, cum alia matrimonium licite contrahere poſſit. Ad ejuſdem Regis cauſam firmius corroborandam, Adventius oblato libello (qui exſtat apud Baronium in Eccleſiaſticis Annall.) longam texuit fabulam, qua conatur probare Waldradam, Lotharii pellicem, ei jam a tenera ætate matrimonio junctam fuiſſe; Theutpergam vero poſtea eidem invito a patre Lothario Auguſto obtruſam eſſe; ac proinde non Theutpergam, ſed Waldradam legitimam Regis Lotharii uxorem eſſe. Hæc refert Regino in Chron. his verbis: *Non multo poſt interjecto tempore iterum adventum Synodalem Aquiſgrani coadunant, ubi Rex libellum ſuæ proclamationis obtulit, ubi continebatur, qualiter in quadam fœmina, Thietberga nomine, factioſis perfidorum hominum argumentis fuerat defraudatus: immo non mediocriter repetivit, quod judicio Epiſcoporum diſſidii ſententiam pertuliſſet, quæ ſi idonea eſſet, conjugali thoro & peſtifera inceſtus pollutione fœdata non fuiſſet, nec vivæ vocis confeſſione publice condemnata ſponte eam retineret: porro ſe incontinentem ipſe profeſſus eſt, & ſine copula juvenilis ætatis ardorem ferre non poſſe. Allatis itaque diverſorum Conciliorum voluminibus, multa de inceſtuoſis replicata ſunt, quibus recitatis hanc definitivam ſententiam protulerunt: Credimus illam non fuiſſe idoneam ac legitimam conjugem, neque à Deo præparatam eſſe uxorem, quæ publica confeſſione inceſtuoſo forni-*

Anno Christi

Concilium Aquiſgranenſe, & in eo decreta.

DCCC XLII.

Anno Chriſti

cationis crimine denotata probatur. Quocirca glorioſo Principi noſtro, pro ſua in divino cultu devotiſſima affectione, atque victorioſiſſima regni tuitione, cui non ſolum nos, verum etiam Canonica auctoritas interdixit inceſtuoſum conjugium, legitimum matrimonium à Deo illi conceſſum non denegamus, juxta indulgentiam dicentis Apoſtoli; Melius eſt nubere, quam uri. His ita patratis VValdradæ jam in publicum procedit, ſtipata obſequentium multitudine, omniſque Regia aula reſultat, Waldradam Reginam eſſe. Eos eorumque ſcripta, qui huic Concilio interfuerunt, anathematizavit poſtea Nicolaus Pontifex, omnique Eccleſiaſtica dignitate privavit, uti ex ejus Epiſtola conſtat.

Normänorum migratio, & qui ita dicti.

Eodem Lothario imperante Normanni, diſſidiis & inteſtino Lotharii cum fratribus bello excitati, in Galliam irrupere. Normanni autem non alii populi dicebantur, quam qui habitabant Europæ Septentrionem; quod & nomen ipſum ſignificat, & vocabulum quoque *Noortluidorum*, quomodo Regino loquitur. *Noortluiden* enim idem eſt ac ſi tu dixeris, *Populi Septentrionis*. Varro olim *Septentrionis filios* vocabat elegantiſſimo verſu, qui inter operum ejus fragmenta legitur; *Phrenetici Septentriones filii.*

DCCC XLII.

Cauſſa autem harum, & quæ deinceps ſequutæ ſunt, populorum ex Septentrione migrationum vel præcipua iſta fuit, quod multitudine ac frequentia hominum domi laborarent, & ſic novas quærere alibi ac figere ſedes neceſſe haberent. *Cum tot gentes*, inquit Franciſcus Campanus, Eburo Maſecanus, in Chronico MS. quod beneficio illuſtris viri Adriani Pauwii, Heemſtedæ Domini, inſpeximus, *è Septentrione progreſſæ legantur in orbem mediterraneum, Gothi, Hunni, Scythæ, Vandali, &c. miretur quis, nec immerito, cur major Septentrionis fæcunditas ſit, quam Auſtri. Phyſicam duplicem rationem adferunt. Prima eſt, quod frigidorum ſemen, quia denſius & durius ſit, citius coaleſcat & hæreat, quam calidorum. Idque ſimili probant. Sevum enim & cera ad calorem mox liqueſcit, hæret muro, ſed & defluit; contra frigore quodam temperatum adhæreſcit, ubi velis. Eaque cauſa cenſetur, quod Septentrionalium corpora firmiora & ampliora ſint; Auſtralium vero teneriora. Quod Poëta Romanus indicat;* Hic emitur quicquid graciles huc mittitis Indi. *Altera cauſa tantæ fæcunditatis eſt, quod major Septentrionis ſanitas ſit & longævitas, quod æſtu diffluant corpora in morbis, & peſtis pronius naſcatur ex intemperato æſtu, quam frigore. Hinc eſt; quod noſtri homines in Terra Sancta durare non poſſint, quod nimio æſtu in morbos & peſtes incidant.* Faciunt & huc Jor-

Vera cauſa fæcunditatis & frequentiæ gentium Septentrionis in Europa, & earundem migrationum, ex Chron. MS.

nandis

nandis verba, quibus Septentrionem vaginam gentium vocat & officinam nationum.

Anno Chriſti

Ad ejuſdem Imperatoris tempora hiſtoria Ioannis VIII. Papæ fœminæ refertur.

Narrationis autem de muliere illa Papa Ioanne Octavo, hæc ſumma eſt; Mulier quædam, nomine Gilberta Anglica, ex Moguntiaco oriunda, ſexum mentita virilem, Athenas ſe contulit, & inde Romam profecta, doctrinæ ac morum præſtantia cunctis Romæ admirationi fuiſſe fertur, & Pontificatum conſequuta, anno Domini DCCCLIV. prius quidem Gilberta, in Papatu autem, quem teſte Mariano Scoto, tenuit annis II. menſibus V. diebus IV. Ioannes dicebatur. Puerperio tandem, in ipſa via publica, detecta, & mortua eſt. Hujus narrationis veritatem anonymus quidam ſcriptor, apud Illyricum lib. X. Catalogi teſtium veritatis; & Conradus Deckerus, in ſua aſſertione veritatis hiſtoriæ, de Papa Ioanne VIII: quod fuerit mulier & puerpera; & Alexander Cocus, in ſuo dialogo de Ioanna Papiſſa, prolixe adſtruunt, teſtimoniis Ranulphi Monachi Flaviacenſis (qui vixiſſe fertur anno Domini DCCCCXXX.) & Mariani Scoti Monachi Fuldenſis, & Sigeberti Monachi Gemblacenſis, & Martini Poloni qui pœnitentiarius fuit Innocentii Quarti Papæ Romani, & Franciſci Petrarchæ qui Martini Poloni fuit coætaneus ac Papæ domeſticus, & Ioannis Bocatii eorundem æqualis, & Martini Minoritæ, & Antonini Archiepiſcopi Florentini, & Ottonis Epiſcopi Friſingenſis, & antiquorum Annalium Auguſtanorum, & Guilielmi Occami, & Raphaëlis Volaterrani, & Guillielmi Iacobi Egmondenſis, & Platinæ, & Sabellici, & Iacobi Philippi Bergomenſis, & Matthæi Palmerii, & Trithemii, & Ioannis Stellæ, & Naucleri, & Valerii Anſelini, & Alberti Crantzii, & Werneri Rolivingi Carthuſiani, auctoris faſciculi temporum, & Cœlii Rhodigini, & Ioannis Lucidi, & Chriſtiani Maſſæi, & Gotefridi Viterbienſis, & Ioannis de Pariſiis, & Theodori de Niem, & Chalcondylæ, & Schedeſii, & Laziardi, & Fulgoſi, & Baptiſtæ Mantuani, & Epiſtolæ cujuſdam Univerſitatum Pariſienſis, Oxonienſis, & Pragenſis, & Textoris, & Carranzæ, & Libri Romanarum indulgentiarum, anno Dom. CIↃ IↃXXV. Romæ editi, & Iacobi de Regis curia (*von Konigskofen*,) & Ioannis Henaldi. Hæc hiſtoria, multis ſæculis, in Romana Eccleſia,

De Ioanne VIII, ſive fabula, ſive hiſtoria. Nam, ut alia jam non dicam, an Athenæ tunc eadē, quæ veteres? Quis id affirmare auſit?

DCCCXLII.

Anno Chriſti

ſine contradictione recepta, vel tolerata eſt. Nullus Romanenſium ſcriptorum, nullus Pontificum, ei contradixiſſe, aut ejus ſcriptores reprehendiſſe, invenitur. Creditum enim eſt, rem hanc verè contigiſſe, vel ſaltem non eſſe incredibilem, aut impoſſibilem, ſed eſſe poſſibilem & veriſimilem, & tot tantiſque indiciis ac teſtimoniis ſuffultam, ut non ſatis verecundè negari poſſe videatur.

De hac ſive Hiſtoria, ſive fabula, judicium.

Hæc dum ſub prælo ſunt, prodiit ecce, viri antiquitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimi, Davidis Blondelli, liber, in quo de hac controverſia diligenter & accurate agitur, an, nempe, Iohannes fœmina in Catalogo Pontificum Romanorum Leonem IV. inter & Benedictum III. locum habere debeat. Hoc autem diſertim negat. Controverſiam iſtam ego hic meam non faciam, alibi forte & alias de eâ acturus. Unum id modo hic ego pronunciaverim, non deeſſe magni ponderis argumenta iis, qui falſi hanc hiſtoriam arguunt.

DCCCXLII.

Orientis Imperatores, & res ab iis geſtæ.

In Oriente Imperator fuit Michael qui patri Theophilo, Balbi filio, ſucceſſit anno Chriſti DCCCXLII. ſed quum per ætatem nondum eſſet aptus ad gubernacula mater Theodora imperium Orientale adminiſtravit annos XIV, & contra defuncti mariti conſtitutionem imaginum cultum reſtituit. Filius vero ubi adolevit matrem relegavit in monaſterium, & deinde ſolus imperavit annos II. Homo ſtolidus, ebrioſus, luxurioſus, qui omnem pecuniam in adulatores & mimos profudit, eo inopiæ redactus, ut veſtes etiam regias vendiderit. Bis cæſus eſt à Saracenis, quos deinde magno prælio delevit Petronas avunculus ejus, & Regem Saracenorum Ametum interfecit. Sed mortuo Petrona vires reſumpſerunt Saraceni occupata Creta & invaſis Cycladibus inſulis. Quum autem videret Michaël ſe contra Saracenos nihil proficere poſſe, Cæſarem creavit quendam Baſilium Macedonem, cujus opera in domandis equis & aurigatione uſus fuerat. Hic Baſilius jam Imperator creatus Michaëlem interfecit.

Scotorū publicæ res quemodo nunc conſtitutæ.

Imperante Lothario ſceptrum Scotorum regni penes Kenethum regem fuit; qui ob Rempub. editis præſcriptiſque legibus tam civilibus, quam Eccleſiaſticis, conſtitutam, inprimis celebratur. Harum partem majorem vetuſtas, aut potius ſequutorum Regum ſanctiones, abrogarunt. Specimen tamen earum, quod

habeo,

habeo, exhibendum hic duxi, ut quales tunc temporis mores & inſtituta hujus gentis fuerint, a curioſis talium intelligatur; *Anno Chriſti*

I. *Singulis in regionibus ſinguli ſint Iuriſperiti, ut ab initio eſt inſtitutum.*

II. *Horum filii à primæva ætate leges diſcant.*

III. *Legum tabulas, Regum Magnatumque Carrophylacia, ſoli hi ſervent.*

IV. *Si horum quiſpiam criminis falſi convictus fuerit, furca vitam finiat, abjiciaturque inſepultus.* *Kenethi Scotorum Regis leges antiquiſſimæ.*

V. *Furti convictum ſuſpendito; Homicidii capite truncato.*

VI. *Mulierem, capitalis criminis damnatam, aut amne ſubmergito, aut defodito vivam.*

VII. *Qui Dei nomen, divorumve, regis, aut tribus ſuæ ducis, blaſphemia læſerit, ei linguam abſcindito.*

VIII. *Qui mendacii in proximi perniciem fuerit convictus, ei gladium adimito, ejuſque congreſſum exinde devitato.*

IX. *Capitalium inſimulatos ſeptem ſpectata fide viri aut novem, undecim, tredecim, quindecim, aut numero majori modo is impar fuerit, ex ſententia judicanto.* DCCCXLII.

X. *Latrones, graſſatores, depopulatores agrorum, ferro punito.*

XI. *Fugitivos*, bardos, *otio addictos, ſcurras, & hujuſmodi hominum genus, loris & flagro cædunto.*

XII. *Vxor non luet mariti ſcelus: viro autem fraudi erit, ſi eo ſciente quid uxor deliquerit.*

XIII. *Concubinam viri, eadem cum eo quo cum delinquit, pœna torqueto.*

XIV. *Qui virginis rapuerit honorem, niſi injuriæ authorem vitiata popoſcerit in virum, capitis pœna luito.*

XV. *Si quis alterius conjugem non invitam vitiaverit, uterque extremo afficiatur ſupplicio. Si vis mulieri fuerit illata, vir injurius proximo ferro damnabitur, mulier erit innoxia.*

XVI. *Filium, ſi parentibus injurius fuerit, lingua, pede, manûve, eodemque privatum membro in crucem tollito, abjicitoque inſepultum.*

XVII. *Homicida, mutus, aut parenti ingratus, hæres non eſto.*

XVIII. *Præſtigiatores, magos manes invocantes, malis dæmonibus familiares, aut ab eis petentes auxilia, ad unum concremato.*

XIX. *Semina, niſi nocivis granis munda, terra ne condito.*

XX. *Qui ſua culpa agros ſatiles nocivis herbis labefactari ſiverit,*

Anno. Chriſti

eum ob primam culpam bove uno mulctato, ob ſecundam decem, ob tertiam vero, agris ipſis arceto.

XXI. *Commilitonem amicumve prælio fortè cæſum ſepelito; hoſtem finito inſepultum.*

XXII. *Aberrans pecus aut domino, aut ſitrum indagatori, (Tocioderach vulgus appellat) aut ſacerdoti reddito; quod ſi triduum penes te retinueris, furti reus eſto.*

XXIII. *Qui rem proximi deperditam repererit, præconis voce denuntiet inventam, alioquin fures deputetur ſupplicio.*

XXIV. *Qui litigantem ſecum in judicio percuſſerit, cauſæ reus, pulſato homine abſoluto, dicatur.*

XXV. *Si coëuntibus bobus quævis icta incerto percuſſore interierit caſu, quæ earum fuerit incornuta cædis authorem judicanto. Ejus dominus mortuo accepto animali, damnum proximo reparabit.*

XXVI. *Si ſus fœtus ſuos ederit, lapidibus obruito, ejuſque carnes ne comedito.*

XXVII. *Suem ſegetes edentem, aut* grunno *cultum ſubruentem agrum, occidito impunè.*

XXVIII. *Cætera animantia quæ nobiſcum degunt, ſi tuæ læſerint terræ naſcentia, donec eorum dominus damnum reparaverit, te penes ſervato.*

DCCC LV. LVDOVICUS II, IMP.

Lotharium patrem filius natu maximus, LUDOVICUS II. in Imperio excepit.

Ludovicos duos ab Annalium auctoribus fere confundi, notatur.

At qui Cæſares ſcripſerunt, ut notat diligentiſſimus Cuſpinianus, & qui annales, etiam ab inclinatione imperii res geſtas, hoc in loco narrationes ſuas ita confundunt (quia eodem tempore duo erant Ludovici; ſenior, qui Rex Germaniæ & Bavariæ fuit, frater Lotharii Imperatoris & Caroli Calvi; ac junior, filius Lotharii, Imperator poſt patrem; ut ſæpe quod unius eſt alteri attribuant, & è contrario, lectoremque mirum in modum confundunt. Aliqui (quod etiam obſervavi haud negligenter) totum hoc imperii tempus omittunt. Ego examinatis diligentiſſime Francorum annalibus, & illorum præcipue qui ea tempeſtate vixerunt, quæ veriſſima deprehendi, annotavi; ex fide dignis ac receptis autoribus ea conſcribens, quæ lectorem approbaturum confido, ſi ſincerus fuerit, & non malignus interpres. Ludovicus itaque junior, quem II. in catalogo Cæſarum appello, filius fuit Lotharii Imperatoris, ex Hermingarde primogenitus,

cui pater regnum Italiæ & imperium vivus aſſignavit, quod feliciter gubernavit, ut pleriſque & ſtupori & admirationi foret. Princeps perhumanus, pius ac juſtus, candida ſimplicitate, & pupillorum ac orphanorum tutor ſingularis. In literis tam divinis quam ſæcularibus ſatis inſtructus, conſilio promptus. Hic a patre conſors ad imperium aſcitus, trium filiorum maximus natu, a Sergio Pontifice inunctus & coronatus, comitante eum Drogone Epiſcopo. Sed cum adoleſcens Rex non ea religione, qua proavus iverat, iter faceret, ſed armatus longo armatorum agmine incederet, & in urbibus agriſque fierent a militibus quæ ab exercitu feroci fieri aſſolent, a Sergio monitus, ut ferociam deponeret, ne cœlo pendentem enſem in ſe experiretur, ſed pacatus poſitâ ferociâ templum Dei, ut majores ſui, ingrederetur, inſignitus Rex Italiæ, dehinc proclamatus Auguſtus, octava die diſceſſit ab urbe. Saraceni paulo poſt regnum Italiæ invadunt, ex Africa venientes, Beneventum aggrediuntur, ac univerſam pene regionem illam cædibus, incendiis, ac rapinis depopulantur. Contra quos Ludovicus Imperator ingentem exercitum contrahit: & veritus ne adverſus innumerabilem hoſtium multitudinem vires regni haud ſufficerent, fratrem Lotharium per legatos hortatur, ut ſuppetias ferat contra nequiſſimam gentem, ad ipſorum audaciam refrenandam. Hic nihil cunctatus copias cogit, & fratri in auxilium quanta potuit celeritate venit. Plurima tum geſta bella & fortiter & feliciter. Sed Lotharii exercitus ex calore & aëris temperie fatigatus, in varios morbos dyſenteriæ, lienteriæ, peſtis febriſque incidit, & tandem non ſine diſpendio coactus eſt redire in Franciam. Erat a Ludovico poſt bella conſtitutus Dux Beneventanus Adalgiſus nomine, qui Græcorum promiſſis corruptus, a Ludovico defecit, cum omnibus Samnii, Campaniæ & Lucaniæ civitatibus. Imperator Ludovicus certior factus, cum maximo exercitu Beneventum, ulturus Ducis Adalgiſi infidelitatem, aggreditur. Adalgiſus imparem ſe ſciens, ultro illi occurrit, falſas a ſe calumnias repellit, obſequia offert, & muneribus priſtinam aſſequitur gratiam, culpam in alios transfert, ſe nunquam defeciſſe juramento firmat. Sine difficultate Lucaniam & Samnium in deditionem accipit. Sola Capua, muris confiſa ac munitionibus, in rebellione perſeverabat. Quam obſidione cingit undique, ut nullus exeundi

Anno Chriſti

Idem Cuſpiniano obſervatum; ejuſque hac de re, geſtiſque à Ludovico rebus, verba.

DCCC LV.

Adalgiſi inſignis perfidia.

intran-

Anno Christi

intrandive eſſet aditus. Regio undequaque evaſtatur, agri populantur, vites, oliveta ac fructiferæ arbores radicitus excinduntur. Capuani, deſperatis rebus, urbis Epiſcopum adeunt, rogantque ut accepto divi Germani Epiſcopi corpore in pheretro, ante caſtra Imperatoris, ſubſequente univerſa plebe, veniam defectionis impetret. Delatum eſt itaque inſigni pompa corpus S. Germani, cujus animam venerabilis pater S. Benedictus in ignea ſphæra ab Angelis in cœlum deferri vidiſſe dictus, ad Ludovici Imperatoris tentorium. Fuſæ illic preces & lachrymæ ad pientiſſimum Imperatorem; qui cum eſſet naturâ pius clemenſque, miſericordiam illis largitus, delictorum veniam indulſit; & mox exercitui ab excidio fructuum manus abstrahere præcepit bonus Auguſtus. Hac enim via vel maxime plebs rebellis pacatur quantumvis ferox, ſi alimenta reſecentur quæ in multos annos vel nunquam recreſcent. Pulſis itaque Græcis, ſingulis urbibus ſuos cuſtodes imponit, ex ſatellitum numero, Beneventumque ingreditur, moraturus illic aliquantiſper. Exercitus longo jam labore feſſus, conjugum ac liberorum complexus deſiderare, & quietem poſt labores optare cœpit. Id intelligens callidiſſimus Adalgiſus, Auguſtum adiit, falſis ac ſimulatis verbis pium Principem fallere niſus: Quid, inquit, opus eſt, ô Imperator, urbes, oppida, villas & agros tuos ac gentem tuam, tibi jam deditam, tanto exercitu indies ſpoliare ac deprædari? Tui omnes ſumus: da militibus miſſionem, da commeatum eundi domum, ut ædes, uxores, liberos ſuos inviſant, nullo opus eſt jam milite: alioqui paulatim diffluent & diſpergentur. Pius Princeps proditoris verbis deceptus, exercitum dimiſit, & cum paucis corporis cuſtodibus remanſit. Adalgiſus nactus occaſionem, in meridie cum Imperator quieſceret, palatium cum conjuratoribus ingredi tentat. Sed ſtrepitu armorum excitatus Imperator, cum ſuis, ab ingreſſu illos arcet. Cum itaque illud non procederet, palatium flammis abſumere cum Imperatore minatur Adalgiſus, niſi juramento affirmet, ſe abiturum, & nunquam rediturum Beneventum, neque calumniam hanc ulturum. Tanta neceſſitate implicatus Imperator jurat, & poſtero die Beneventum cum ſuis exit, Romamque divertitur, ſummo Pontifici Ioanni ac Senatui tyrannidem Adalgiſi conqueſtus. Qui mox publicus hoſtis judicatus eſt, & Imperator jura-

Capuanorum, qui defecerãt, pœnitentia.

DCCC LV.

Adalgiſi inſidiæ, & ejuſdem ad Imperatorem Oratio.

Idem damnatus.

mento

mento ſolutus. Benignus Princeps nolens videri & non eſſe bonus, ne a ſuis p.jurus videretur, comparato inſigni exercitu, reginam mittit contra Adalgiſum. Qui ſuæ nequitiæ conſcius vitam fuga redemit, ac in Corſica inſula latuit: de cæteris ſumptum eſt ſupplicium. Fertur ſub id tempus immenſa locuſtarum multitudo, quæ aliis major ſenis alarum remigiis volitabat ab Oriente, cum ſenis pedibus ac duobus dentibus duriſſimis, totam pene devaſtaſſe Galliam menſe Auguſto. Et quod mirum eſt dictu, tanto ordine volitaſſe præmiſſis ducibus, qui pridie caſtra metarentur, ut militaris diſciplina in iis animalibus cerneretur. Quæ ſegetes depaſcendo detondebat, ut nihil reliquum eſſet. Volitabat diurno itinere quatuor aut quinque millia paſſuum. Delata ad mare Britannicum, cum totam pene terræ ſuperficiem obrueret, violento ventorum flatu in profundum delata eſt univerſa locuſtarum copia, & ſubmerſa. Sed refuſione Oceani in littora rejecta congeries putredinem aëris ex fœtore peperit. Unde finitimis magna nata eſt fames, quam comitatur ingens peſtilentia, qua tertia pars hominum fertur abſumpta. Quo anno etiam Ludovicus Imperator moritur, qui eſt incarnationis Domini octingenteſimus ſeptuageſimus quartus. Unde liquet ipſum decem & novem annis imperaſſe, non XXI. ut vulgares ſcriptores aſſerunt, qui ex tranſpoſitione notarum numeri XIX. & XXI. falluntur. Mortem ejus ingens cometes ſolito rutilantior præceſſit, & maxima aquarum inundatio. Quo autem genere mortis perierit, nondum reperi. Mediolani dicitur tamen mortuus. Nam Rex Longobardorum erat & illic ſepultus. Uxoris neque nomen neque familiam, licet ſtudioſiſſime inquiſierim, invenire potui. Filiam lego Hermingardim relictam, quam Carolus Calvus Rex Franciæ & Imperator ſuccedens, deſpondit conſobrino ſuo Boſoni, eique in dotem Provinciæ regnum dedit. Nam hic Carolus Calvus Richildem ſororem Boſonis, primo concubinam, dehinc uxorem habuit, quemadmodum alibi latius ſcribemus. Ex qua quidem Hermingarde Boſo, cum jam Rex Burgundiæ vi armorum factus eſſet, Ludovicum genuit regem Italiæ, quem Berengarius Rex competitor Veronæ excæcavit: ut & nos alibi, cum de regibus Italiæ ſcribemus, copioſius narraturi ſumus. Cæterum quoniam plerique ſcriptores huic Ludovico Imperatori attribuunt,

Anno Chriſti

Locuſtarum omnia depaſcentium immenſa multitudo.

DCCCLV.

Jam lingua Latina evaneſcebat. Et ſic Saracenis tradita tunc ſunt Religionis Chriſtianæ myſteria. *Anno Chriſti* DCCC LXXIV.

Hac tempeſtate Iſlandia habitari cœpit, ſi Arngrimo Jonæ Iſlando, viro rerum & antiquitatum patriæ ſuæ peritiſſimo, habenda ſit fides. Qui ergo & quâ occaſione in hanc oram primi delati ſint ac migraverint, ex ipſo audiamus. Hæc autem, bona domeſticorum Annalium fide, tradit.

Iſlandia quando, quomodo, & à quibus inventa, primum ac habitata.

Iſlandia, inquit, adhuc inculta, varia a variis inventoribus nomina accepit. Primum namque Snælandia dicta eſt. Etenim Naddocus quidam pirata, Inſulas Farenſes, ab ovium multitudine *Færeyar* vulgo appellatas, verſus contendens, ad littora Orientis Iſlandiæ tempeſtate delatus eſt, non procul a monte, *Reidarfiall* poſtea dicto, ad ſinum *Reidarfiord*: qui conſcenſo monte, viciniam latè contemplatus, omnia deſerta comperit. Oram autem ſub autumnum ſolvens animadvertit montium altiora cacumina nivibus largioribus obduci: atque idcirco è re natâ nomen fecit inſulæ Snælandiâ, id eſt, Nivoſæ terræ.

Hunc ſecutus alter, Gardarus, Suavari f. natione Suecus, famâ, quam de Snælandiâ Naddocus attulerat, impulſus, eam quæſitum abiit, repperit, etiam ad Orientale littus appellens, ac inde circum inſulam vectus, in ſinu Borealis Iſlandiæ *Skialfanda* ſubſtitit, ibidemque hybernavit, anno Chriſti DCCCLXIV. fecitque portus nomen *Huſawich*; ab hybernis ſeu domibus ibidem exſtructis. Incunte autem vere, in Norvegiam ſoluturo Gardaro; ſcapha tempeſtate abacta eſt in portum priori vicinum, eratque in eadem ſcapha nautarum quidam *Nattfare* dictus: a quo etiam iſti portui nomen, *Natfarawick*. Porro Gardarus ad ſuos reverſus terram novam appellavit *Gardarſsholm*, quaſi Gardari inſula, neglecto Snælandiæ nomine.

Quin etiam plures terram recens inventam viſendi inceſſit cupido. Nam & tertius quidam Floco, famoſiſſimus & ille pirata, *Gardarſsholmam* inviſurus, ſolvit ex portu Norvegiæ, qui eſt ad ſpeculam ſeu potius Pharum *Flokawardæ*, ſitum in limitibus provinciarum Hordælandiæ & Rogælandiæ: perque Hiatlandiam, quæ quibuſdam malè Schetlandia, tranſiens, nomen portui cuidam, etiam poſtea retentum, indidit *Flokawogur*: ibidemque ſtagnum, in quo Floconis filia *Geirhilda* caſu ſuffocata eſt, ab ipſa, *Geirhilldarwata*, dictum eſt: non ſecus ac pontus, in quo

Anno Chriſti

Hellen caſu quodam Phryxus amiſit, Helleſpontus nuncupabatur. Nondum erat pyxidis nauticæ uſus: quocirca Floco Hiatlandiam relinquens, corvos aliquot ſibi adjunxit: cumque ſibi videretur magnum jam iter navigando confeciſſe, corvum unum

Iſlandia quando, quo modo, & à quibus inventa primum ac habitata.

dimiſit; qui in ſublime evolans conſpectam retro Hiatlandiam repetiit. Unde colligens Floco, ſe adhuc Hiatlandiæ quam reliquis terris viciniorem, atque ideo ſtrenue pergens, corvum emiſit alterum: qui quod terram nullam ante vel a tergo conſpiceret, in navim recidit. Demum vero corvus tertius a Flocone emiſſus, & itinere majore ex parte confecto, terram nautis optatam ſubtilis viſus acumine aſſecutus, eodem celerrimo fertur volatu: cujus ductum ſecutus Floco, latus Inſulæ Orientale, ut anteceſſores, primum conſpicatus eſt. Inde ad Auſtrum curſum

Inſignis corvorũ uſus.

dirigens, patentiſſimum ſinum, inter promontoria duo, *Reykanes* & *Snæfellsnes* poſtmodum dicta, XII milliaria Iſlandica latum deprehendit. Audiens autem ex nauta quodam, (quem ſecum habebat) natione Scoto, cui Faxa nomen, vaſtum illud eſſe, quod jam obvium haberent, amnis ſeu fluvii oſtium, Floco ad notan-

DCCC LXXIV.

dam Faxæ ſtultitiam, ſinum maris tam vaſtum, fluvii oſtium reputantis, nomen fecit ſinui inter prædicta promontoria intercepto, *Faxaos*, quaſi Faxæ oſtium. Hic ſinus, ob portuum multitudinem, poſtea dictus *Hafnafiordur*: quæ appellatio hodie ſpecialius de ejuſdem ſinus portu quodam tutiſſimo *Hafnafiordur* uſurpatur.

Dehinc latus inſulæ Occidentale legens Floco ſinum *Breidafiord* ſubintravit, in portu quopiam provinciæ Bardæſtraund, *Watnsfiordur* dicto (utor enim appellationibus poſtea natis) ſubſiſtens, ibidemque hyberna parans, ex piſcibus varii generis, quibus ſinus abundabat, commode vixit. Hic vero vernum tempus, frigore intemperatiſſimum nactus, deprehendit ſinum, qui a Borea hanc terræ partem ingreditur, glacie marinâ, quam Gronlandicam appellamus, repleri. A qua glacie Floco tertium finxit inſulæ nomen, *Iſland*. Sed & alteram hyemem ad Meridionale latus converſus Floco in Iſlandia tranſegit: Reverſuſque in Norvegiam a corvis, quibus pro pyxide nautica uſus eſt, cognomen *Rafnafloke* ſortiebatur.

Et Iſlandia quidem has appellationes ab inventoribus conſequenter nacta eſt. Nam ad quartam, Thule, quod attinet, quæ

huic terræ a quibuſdam affingitur, non poſſum adduci ut veram eſſe credam; hoc potiſſimum argumento, quod Thyle ſeu Thule inter veteres non ſolum Plinio, Nat.Hiſt. Lib. II. Cap. LXXV. & Lib. IV. Cap. XVI. (floruit autem Plinius circa ann. Chriſti LXXX.) & qui Plinio antiquior, Pythiæ Maſſilienſi, ſed etiam Pub. Vergilio, qui ultra annum Chriſti XIV. non ſupervixit, in ore & ſcriptis frequens fuerit: Iſlandia vero ad annum uſque Chriſt. DCCCLXXIV. ut poſtea dicam, inculta prorſus manſerit. Thule itaque, quam Auguſto ſerviturum dixit Vergilius *Georg. I. tibi ſerviat ultima Thule:* (ubi vel pueris notum, Thulen pro Thules incolis Synecdochicōs dici) Auguſti & Vergilii temporibus non ſolum habitata, ſed etiam Romanis cognita, non eſt Iſlandia multa poſt ſæcula habitari primum cœpta. *Anno Chriſti* *Iſlandia quando, quomodo, & à quibus inventa primum ac habitata.*

Sic primum exploratus eſt Iſlandiæ ſitus, cujus longitudinem & latitudinem ſequuta deinde tempora propius aperuere. Longitudo ejus ab Oriente in Occidentem nulla ſatis certa menſura, quod ſciam, hactenus expreſſa: ut nec latitudo a Borea in Auſtrum: niſi quod in antiquo codicillo repperi, eſſe longitudinem XX. dierum iter; latitudinem, ubi maxima, quatuor dierum. Sunt autem itinera ut alibi, ita etiam apud nos, imparia; DCCCLXXIV. hic tamen intelligo *pyngmannaleid;* XX: *dagleider* eſt in autographo. Nec expreſſum equitis, an peditis. Latitudo autem ipſa non eſt ubique eadem; ob ſinus utrinque ab Auſtro ſcilicet, & Borea terram ipſam imparibus ſpaciis ingredientes. Terminus Orientalis *Auſturhorn*, Occidentalis *Raudeſandur* (nam promontor: *Snæfellsnes*, magis verſus Lybonotum) Borealis vero terminus *Langanes:* Auſtrinus *Reykranes*. A quatuor etiam mundi cardinibus inſula diviſa eſt in Borealem, Auſtralem, Orientalem, Occidentalem. Et Borealem quidem Iſlandiam ab Orientali promontorium *Langanes*, ab Occidentali ſinus *Rutafiordur*, ab Auſtrali, teſquorum vaſta deſerta ſecundum longitudinem inſulæ porrecta diſcriminant. Auſtralem vero Iſlandiam, Boreali teſquorum iſtorum interjectu oppoſitam, ab Orientali fluvius *Foculſa*, in deſertis *Solſeimaſande* decurrens, ab Occidentali etiam notabilis fluvius, Albis nomen ſortitus & in ſinum *Borgarfiord* ſeſe exonerans, dividit. Adeo ut, ſi liberet inſulam humana ſpecie repreſentare, Orientalis Iſlandia capitis rationem obtineret; promontoria duo inſigniora *Langanes*, & *Reykianes*, ſeu termini,

Anno Christi

ille Borealis, hic Auſtrinus, ut dictum, brachiorum vicem gererent. Deſerta vero ſecundum longit. inſulæ porrecta, dorſum vel ſpinam conſtituerent: tum Borealis & Meridionalis Iſlandia ſcapulas cum lateribus: quæ in ipſis hypochondriis ſinus duo oppoſiti, *Borgarfiordt*, & *Rutafiordur*, à coxendice utrinque dirimerent: hic a Meridie, ille a Borea. Occidentalis vero Iſlandia reliquam inde ab hypochondriis corporis humani partem referret: quam ſinus *Breidefiordur*, ab Occidente ingrediens, in dextrum & ſiniſtrum pedem diſtringeret.

Inſulæ etiam ambitus nihilo certius conſtat. Vetus tamen fama & opinio, ut alibi annotatum eſt, 144 milliaria Norvegica, uti exiſtimo, numerat, hoc eſt, Germanica 288. cenſente Chytræo Norvegicum duo Germ. æquare, ab uno promontorio ad aliud legendo, non per ſinus: quos Borealis Iſlandia XI, Orientalis XXI, Auſtralis VI, Occidentalis XXX, habere numeratur.

Haraldo Pulchricomo cognominato rerum in Norwagia potiente plurimum ſane præcipuæ nobilitati Norvegicæ deceſſit:
DCCCLXXIV. id quod Hiſtoria Norwagica latè perſequitur: latius tamen Hiſtoriæ particulares nobilium familiarum a Pulcricomo expulſarum, ut deinceps ſcribendum veniet. Pulcricomus enim regia poteſtate ſeu ſummo imperio, hoc eſt, legum, magiſtratus, belli ac pacis & provocationis jure, (eo enim Regem definiunt cum alii, tum Bodinus Meth. Hiſt. Cap. VI.) non contentus, omnia ſibi proprietarii jure vendicabat; eoque tributa annua non minus nobilibus quam vulgo imperabat; pauciſſimis exceptis, quibuſcum vel affinitatis vel amicitiæ neceſſitudo intercedebat. Quæ Pulcricomi vis licet incolis merito injuſta viſa, propter finem tamen bonum in hiſtoriis non magnopere improbatur. Ea enim Deus Opt. Max. transferens regna, & conſtituens imperia, ad ὀλιγαρχίαν καὶ ὀχλοκρατίαν, qua miſera Norvegia inde poſt Nori, primi regni Norvegici conditoris, tempora, laborarat, tollendam uſus videtur. Præterea, quod Pulcricomus ex æquo in omnes graſſabatur, etiam hos, qui ſuis prædiis & poſſeſſionibus contenti nihil publicum affectabant, id vero excuſari nec debet nec poteſt. Unde factum, quod, ut quiſque nobiliſſimus, ut quiſque divitiis & potentia maxime pollens eſſet, ita ſtrenuiſſime tam injuſtum tamque inviſum imperium de-

Ex Norwagia miſſæ in Iſlandiam coloniæ.

trectaret: adeo ut maluerint plurimi opulentis prædiis & patriá excedere, quam generoſitatem ſuam ſervitio & tributis commutare: id enim ſua & majorum virtute prorſus indignum ſunt rati. Ortæ hinc ſunt plurimorum mutuæ in Regem, regioſve injuriæ, ut cædes regiorum, vel amicorum vel neceſſariorum, tum rapinæ terrâ marique exercitæ: ne ſcilicet Rex tam injuſtam relictorum bonorum invaſionem impunè prorſus auferret. Ab his igitur nobilibus familiis, Haraldianam vim detrectantibus, inſula hæc noſtra cum vicinis incoli cœpta: idque his ferè veſtigiis & itineribus. *Anno Chriſti*

Anno enim reparatæ ſalutis DCCCLXXIV. Norvegiæ quidam incola, Ingulfus, patria excedens, Naddoci, Gardari & Floconis ſuperius commemoratorum veſtigia ſecutus, transferendæ in Iſlandiam habitationis anteſignatus factus eſt; idque hac occaſione. Fuit Ingulfus natalibus clarus & divitiis, patrem habens *Orn*, quod Aquilam ſonat, Ducem Fyrdafylcenſem in Norvegia. Ingulfi ſoror Helga fuit, virgo omnibus ornamentis muliebribus prædita, ejuſdemque ſobrinus Leifus; qui a gladio inſigni, quem ſingulari virtute bellica in Iſlandia nactus eſt, Hiorleifus eſt dictus. *Hior* enim gladius eſt. Erant ad hæc id temporis in nobilitate Norvegica fratres tres Germani, Hallſtenn, Holmſten, Herſtenn: Atlæ vel Atlantis, Baronis cujuſdam Norvegici, filii: quibus cum prædictis illis, Ingulfo, & Hiorleifo ſimultates quædam interceſſerunt; quæ mox in cædes eruperunt cruentas. Nam cum forte convivarentur una, votum aliquod ſollenne ſingulis concipiendum, more ſui ſæculi, injunxerunt. Primus itaque Herſtenus vovit, ſe aut Helgam, Ingulfi ſororem, in uxorem ducturum, aut nullam. Mox Ingulfus: ſe nullum in hæreditatem paternam ſecum admiſſurum eſſe, quam ſolum Hiorleifum: innuens ſororem Helgam, ſe conſentiente, non niſi Hiorleifo nupturam; contra nempe Herſteni votum de eâdem ſola ducenda. Deinde Helmſtenus; ſe ſi quando arbiter inter partes adverſas deligeretur, nulla ratione adigendum, ut ſententiam injuſtam ferret. Atque ſic reliqui deinceps. Succeſſit paulo poſt Ingulfi votum: Hiorlefus enim ſobrinam Helgam in uxorem accepit. Licita namque erant eo tempore ſobrinorum conjugia. Hinc Herſteni ſummum odium & inimicitiæ adverſus prædictos Hiorleifum & Ingulfum: qui idcirco

Ex Norvagia miſſa in Iſlandiam colonia.

DCCC LXXIV.

fratre

Anno Christi

fratre Holmſteno adſcito, ſex navigiis milite completis, Hiorleifum, tribus tantum navibus uſum & iter in extera parantem, inopinato aggreſſus eſt. Cujus Impetum Hiorleifus diu & fortiter ſuſtinens, ab interveniente quodam amico adjutus, cæſo Herſteno, ſuperior evaſit. Holmſtenus autem fuga ſibi conſulens, & fratris nece non parum exacerbatus, poſt menſes aliquot armata manu Ingulfum cum Hiorleifo domi oppreſſurus advenit. De quo illi per exploratores certiores facti, eundem armato præſidio excipiunt & cædunt. Supervixit fratrum tertius Hallſtenus; reliquis prudentior: qui ſe injuſtis fratrum turbis non immiſcuerat. Hujus arbitrio Ingulfus cum Hiorleifo rem totam dijudicandam committunt; memorem voti, de æquitate non violandâ, ſtatuentes. Halſtenus igitur fratrem Herſtenum jure occiſum pronunciat: Holmſtenum vero, qui acerbo dolore compulſus, necem fratris aliqua clade ulciſci voluiſſet, non item. Ob ejus cædem igitur ambos provincia Fyrdafylcenſi exulare juſſit. Parent non inviti arbitro, cui cenſuram ſponte concrediderant, patriamque relinquendi ſtudio, fundos & prædia mercibus & nummis divendunt, & magnum facinus, gentis novæ in terrâ novâ, condendæ, animo concipiunt: idque non Hallſteni, (quicum per iſtam tranſactionem in gratiam redierant: cui etiam alioquî viribus facile certaſſent;) ſed ipſius Pulcricomi metu; in patriam & cives etiam innocuos, pro obtinendâ, ut dictum, non Monarchia ſolum ſed παμβασιλείᾳ, ſeu univerſorum poſſeſſione, graſſantis. Nec enim id de Haraldiana vi dubium. Disertè enim in filii ſucceſſoris Haquini Adalſtenii Hiſtoria legitur, eum Regia poteſtate contentum ſingulis ſua reſtituiſſe, quæ pater injuſte ſibi vendicarat.

Ex Norwagia miſſa in Iſlandiam colonia. DCCCLXXIV.

Annus erat Chriſti DCCCLXX. quo Ingulfus cum Hiorleifo Iſlandiam primum inviſunt; ſed eam non mox, verum exacto quadriennio, Anno, ut dictum, DCCCLXXIV. incolunt, numeroſas adducentes familias.

Mos Norwagorum in novis ſedibus quærendis.

Porro Ingulfus in conſpectum inſulæ veniens poſtes ædium, quas in Norvegia habuerat, in undas abjicit more ethnico: pro oraculo habens, eum ſibi fataliter delectum habitandi locum, quem poſtes in littus ejecti deſignarent. Eam conſuetudinem plurimi Norvegorum ſolum vertentes retinuerunt. Appulit autem Ingulfus non quo poſtes, ſed ad promontorium Meridionalis,

alibi

alibi malè, Occidentalis, littoris, à ſuo nomine dictum, *Ingulfſkofde.* Attamen poſtes ædium quas diximus, integrum triennium deſiderans, repperit tandem in eo loco, qui *Reychiarvich* nominatur; ibique habitationem condidit. Hiorleifus vero ab Ethnica ſuperſtitione magis alienus, ſedes poſuit in promontorio *Hiorleifshofda:* a ſuo nomine ſimiliter denominato. Domus ibidem extruxit majuſculas: unam 126. alteram 135 pedes longam. Hic, primo anno labente, agrum colere & ſementem facere occepit. In quo opere cum ſervos quos ſecum decem ex Iſlandia adduxerat, exerceret, illi Hiorleifi jumentum ab urſo ſylveſtri peremptum mentiri ſunt; urſos enim non niſi adventitios habere Iſlandiam, poſtea compertum eſt. Quem cum Hiorleifus ulciſcendi animo, in ſylva vicina inveſtigaret, a ſervis iſtis, in inſidiis latentibus, fraude interemptus eſt, cum ſociis aliquot ſibi adjunctis: ſervis tam uxores, quam bona occiſorum rapientibus, inque inſulas a littore non ita procul diſtantes fugientibus: quæ poſtea ab iiſdem ſervis dictæ ſunt *Weſtmaſyar*, eo quod ex Irlandia eſſent. Norvegi autem Irlandos, Anglos, Scotos *Weſtmean*, id eſt, Occidentales homines appellabant, cum illæ terræ verſus Occidentem a Norvegia diſtent. Hos homicidas inſecutus Ingulfus, in eiſdem inſulis oppreſſos ad unum omnes delevit: ob inexſpectatum amici & affinis fatum animo valde exulceratus.

Anno Chriſti

Mos Norwagorum in novis ſedibus quærendis.

DCCC LXXIV.

Iſlandiam autem prorſus incultam & deſertam Ingulfus repperit & occupavit, ſylvis denſiſſimis & vix niſi betulis feracibus, undique conſitam, ita ut ad itinera & habitationes, ſylvas paſſim ſecuri aperire neceſſum fuerit. Interim tamen ex ſignis quibuſdam colligere erat, nautas neſcio quos quædam terræ littora aliquando attigiſſe, non incoluiſſe. Nempe nolas, cruces ligneas aliaque, opere & arte Irlandica & Britannica facta, deprehendit Ingulfus: aſt domuum vel habitationum vel culturæ veſtigia nulla. Unde veriſimile eſt, piſcatores Irlandos vel Scotos, ut & hodie Anglos, juxta Iſlandiam piſcari ſolitos, nonnunquam, ut fit, in terram deſcendiſſe, atque ita Chriſtianæ religionis utenſilia, nolas, cruces, caſu reliquiſſe. Etenim Irlandi jam tum Chriſtianiſmo, ut loquuntur, imbuti erant. Eoſdem autem, quicunque fuerint, veteres Iſlandi, *Papa*, vel *Pappas* appellarant. A quibus, ut mihi quidem veriſimile fit, inſula Orien-

Anno Chriſti

talis Iſlandiæ Papey, nomen traxerat; quod hanc ſæpius attingere ſoliti ſunt: vel eorum monumenta, qualia dixi, illic potiſſimum reperta fuerint. Eſt etiam hoc latus Iſlandiæ ex Anglia, Irlandia & Scotia, verſus Corum navigantibus, maxime expoſitum. Porro quinam & unde iſti Papæ vel Pappæ fuerint, non ſatis dicere habeo: niſi forſan ex Scotiæ inſulis: quarum una Pappa, altera *Weſtrapappa*, nomen habent: ut in mappis cernere eſt. Cui conjecturæ quantum quis volet tribuat. Ingulfi porro veſtigia plurimi Norvegorum poſtea audacter ſecuti, cum conjugibus & liberis magniſque cognatorum, agnatorum, affiniumque & amicorum agminibus, in Iſlandiam concedentes, in libertatem ſeſe vendicabant.

Nicolai Papæ conſtitutio de Cleri celibatu.

DCCC LXXIV.

Ludovico II. imperante ſedit Romæ Pontifex Nicolaus I, Magnus cognomento. Hic ſeveriſſimâ & immiti conſtitutione præcepit Cleri cœlibatum. Cæterum non defuere, in Germania maxime, qui ſe opponerent. Horum præcipuus fuit Huldericus, Auguſtenſis Epiſcopus, cujus hac de re Reſcriptionem (ita vocant) ad Nicolaum Papam, ex vetuſtiſſimis membranis, olim in Hollandia repertis, deſcriptam operæ pretium duxi hic exhibere. Ita autem habet;

Ei ſe opponit Huldericus, Epiſcopus Auguſtenſis.

Hæc eſt reſcriptio Sancti Hulderici Epiſcopi, in qua Nicolao Papæ, de continentia clericorum non juſtè, ſed impiè, non Canonice, ſed indiſcrete tractanti, ita reſpondit: Nicolao Domino & Patri pervigili, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Proviſori, Huldericus ſolo nomine Epiſcopus, amorem ut filius, timorem ut ſervus.

Hujus eâ de re Epiſtola.

„Cum tua, ô Pater & Domine, decreta ſuper clericorum „continentiam nuper mihi tranſmiſſa a diſcretione invenirem „aliena, timor quidam turbavit me cum triſtitia: timor quidem „propter hoc, quod dicitur, Paſtoris ſententia, ſive juſta, ſive „injuſta, timenda eſt. Timebam enim infirmis ſcripturæ audi„toribus, qui vel juſtæ vix obediunt ſententiæ, ut injuſtam con„culcantes liberè oneroſa, imo importabili, Paſtoris prævaricatio„ne præcepti ſe obligarent. Triſtitia vero vel compaſſio, dum „dubitabam, qua ratione membra cavere poſſent, capite ſuo tam „gravi morbo laborante. Quid enim gravius, quid totius Eccle„ſiæ compaſſione dignius, quam te, ſummæ ſedis Pontificem, „ad quem totius Eccleſiæ ſpectat examen, a ſancta diſcretione „vel minimum exorbitare? Non parum quippe ab hac deviaſti,

„dum

„dum clericos, quos ad continentiam conjugii monere debebas, „ad hanc imperioſa quadam violentia cogi volebas. Nunquid „enim merito communi omnium ſapientum judicio hæc eſt vio„lentia, cum contra Euangelicam inſtitutionem, ac Sancti Spi„ritus dictationem, ad privata aliquis decreta cogitur exequen„da? Cum ergo plurima veteris ac Novi Teſtamenti ſuppetant „exempla, ſanctam, ut noſti, diſcretionem docentia, tuæ rogo „ne grave ſit Paternitati, vel pauca ex pluribus huic paginæ in„terſeri. Dominus quidem in veteri lege ſacerdoti conjugium „conſtituit, quod illi poſtmodum interdixiſſe non legitur. Sed „in Euangelio loquitur: Sunt Eunuchi, qui ſe caſtraverunt pro„pter regnum cœlorum, ſed non omnes hoc verbum capiunt: „qui poteſt capere, capiat. Quapropter Apoſtolus ait: De „virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem „do. Quod etiam juxta prædictum Domini non omnes hoc con„ſilium capere poſſe conſideras, ſed multos ejuſdem conſilii „aſſentatores, hominibus, non Deo, pro falſa ſpecie continen„tiæ placere volentes, graviora vides committere, patrum ſci„licet uxores ſubagitare, maſculorum ac pecudum amplexus „non abhorrere, ne morbi hujus aſperſione aduſque peſtilen„tiam convaleſcente, nimirum ſtatus labefactetur Eccleſiæ to„tius. Propter fornicationem, dixit, unuſquiſque ſuam uxo„rem habeat. Quod ſpecialiter ad laïcos pertinere, iidem men„tiuntur hypocritæ: qui licet in quovis ſanctiſſimo ordine con„ſtituti, alienis revera uxoribus non dubitant abuti. Et quod „flendo cernimus, omnes in ſupradictis ſæviunt ſceleribus. Hi „nimirum non ſcripturam rectè intellexerunt, cujus mamillam „quia durius preſſere, ſanguinem pro lacte biberunt. Nam illud „Apoſtolicum, Unuſquiſque ſuam habeat uxorem, nullum ex„cipit verè, niſi profeſſorem continentiæ, vel eum qui de conti„nuanda in Domino virginitate præfixit. Quod nihilominus „tuam, Pater venerande, condecet ſtrenuitatem, ut omnem „qui tibi manu vel ore votum faciens continentiæ, poſtea vo„luerit apoſtatare, aut ad votum exequendum ex debito con„ſtringas, aut ab omni ordine Canonica authoritate deponas: „& hoc ut viriliter implere ſufficias, me omneſque mei ordinis „viros adiutores habebis non pigros. Verum ut hujus voti ne„ſcios omnino ſcias non eſſe cogendos, audi Apoſtolum dicen-

Anno Chriſti

Hulderici Epiſcopi Auguſtenſis Epiſtola, quâ damnat imperatum Clero celibatum.

DCCCLXXIV.

Anno Christi

„tem ad Timoth. Oportet, inquam, Epiſcopum irreprehen-
„ſibilem eſſe, unius uxoris virum. Quam ne quis ſententiam ad
„ſolam Eccleſiam verteret, ſubjunxit: Qui autem domui ſuæ
„præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam adhibebit?
„Similiter, inquit, Diaconi ſint unius uxoris viri, qui filiis ſuis
„bene præſint, & ſuis domibus. Hanc autem uxorem a ſacer-
„dote benedicendam eſſe, Sancti Sylveſtri Papæ decreta ſcio te
„ſufficienter docuiſſe. His & hujuſmodi Sanctæ Scripturæ ſen-
„tentiis, Regulæ clericorum ſcriptor non immerito concordans,
„ait: Clericus ſit pudicus, aut certè unius matrimonii vinculo
„fœderatus. Ex quibus omnibus veraciter colligitur, quod Epi-
„ſcopus & Diaconus reprehenſibiles notantur, ſi in mulieribus
„multis dividuntur: ſi vero unam ſub obtentu religionis abji-
„ciunt, utrunque ſcilicet Epiſcopum & Diaconum ſine graduum
„differentia, hic Canonica damnat ſententia: Epiſcopus aut
„Presbyter uxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis
„abjiciat. Si vero rejecerit, excommunicetur: & ſi perſevera-
„verit, dejiciatur. Sanctus quoque Auguſtinus, ſanctæ diſcre-
„tionis non inſcius: Nullum, inquit, tam grave facinus eſt,
„quin admittendum ſit, ut devitetur pejus. Legimus præterea
„in ſecundo Tripartitæ Eccleſiaſticæ libro Hiſtoriæ, quod cum
„Synodus Nicæna hæc eadem vellet ſancire decreta, ut videlicet
„Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, poſt conſecrationem a pro-
„priis uxoribus vel omnino abſtinerent, vel gradum depone-
„rent, ſurgens in medio Paphnutius, ex illis Martyribus quos
„Maximus Imperator, oculis eorum dextris evulſis, & ſiniſtris
„ſuris inciſis, damnavit, contradixit, honorabiles confeſſus
„nuptias, ac caſtitatem eſſe dicens connubium cum propria
„uxore: perſuaſitque Concilio, ne talem ponerent legem, gra-
„vem aſſerens eſſe cauſam, quæ aut ipſis, aut eorum conjugi-
„bus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnu-
„tius, licet nuptiarum expers, expoſuit; Synoduſque ejus ſen-
„tentiam laudavit, & nihil ex hac parte ſancivit, ſed hoc in
„uniuscujuſque voluntate, non in neceſſitate, dimiſit. Sunt vero
„aliqui, qui Sanctum Gregorium ſuæ ſectæ ſumunt adjutorium:
„quorum quidem temeritatem rideo, ignorantiam doleo. Igno-
„rant enim, quod periculoſum hujus hæreſis decretum a S. Gre-
„gorio factum, condigno pœnitentiæ fructu poſtmodum ab

Hulderici Epiſcopi Auguſtenſis Epiſtola, quâ damnat imperatum Clero celibatum.

DCCC LXXIV.

„co-

„eodem ſit purgatum. Quippe cum die quadam in vivarium „ſuum propter piſces miſiſſet, & allata inde plus quam ſex millia „infantum capita videret, intima mox ductus pœnitentia, inge„muit, & factum a ſe de abſtinentia decretum tantæ cædis cau„ſam confeſſus, condigno illud, ut dixi, pœnitentiæ fructu pur„gavit: ſuoque decreto prorſus damnato, Apoſtolicum illud „laudavit conſilium, Melius eſt nubere quam uri. Addens ex „ſua parte, Melius eſt nubere, quam mortis occaſionem præ„bere. Hunc forſitan rei eventum ſi illi mecum legiſſent, „non tam temerè, credo, judicarent, Dominicum ſaltem ti„mentes præceptum: Nolite judicare, ut non judicemini. Inde „Paulus dicit: Tu qui es, qui judicas alienum ſervum? Suo „Domino ſtat, aut cadit. Stabit autem; potens eſt enim Domi„nus ſtatuere illum. Ceſſet ergo ſanctitas tua cogere, quos tan„tum deberet admonere: ne privato, quod abſit, præcepto, „tam veteri quam novo contrarius inveniaris Teſtamento. Nam, „ut ait Sanctus Auguſtinus ad Donatum, ſolum eſt quod in tua „juſtitia pertimeſcimus, ne non pro lenitatis Chriſtianæ con„ſideratione, ſed pro immanitate facinorum cenſeas coërcen„dum: quod te per ipſum Chriſtum ne facias obſecramus. Sic „enim peccata compeſcenda ſunt, ut ſuperſint quos peccaſſe „pœniteat. Ilud & Auguſtini volumus te recordari, quod ait: „Nihil nocendi fiat cupiditate, omnia conſulendi charitate: „& nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Item de eodem: „In timore Chriſti, in nomine Chriſti exhortor, quicunque „non habetis temporalia, habere non cupiatis: quicunque ha„betis, in eis non præſumatis. Dico autem, non ſi iſta habe„tis, damnamini: ſed ſi in iſtis præſumatis, damnamini, ſi „propter talia magni vobis videamini, ſi generis humani con„ditionem communem propter excellentem unitatem obliviſca„mini. Quod nimirum poculum diſcretionis ex illo fonte Apo„ſtolicæ hauſeritis prædicationis: Solutus es ab uxore, noli „quærere uxorem: alligatus es uxori, noli quærere ſolutionem. „Ubi & ſubditur: Qui habent uxores, tanquam non habentes; „& qui utuntur mundo tanquam non utantur. Item dicit de vi„dua: Cui vult nubat, tantum in Domino. Nubere autem in „Domino eſt, nihil in contrahendo connubio, quod Dominus „prohibeat, attentare. Hieremias quoque ait: Nolite confidere

Anno Chriſti

Hulderici Epiſcopi Auguſtenſis Epiſtola, quâ damnat imperatum Clero celibatum.

DCCC LXXIV.

Anno Christi

„in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, templum „Domini, templum Domini eſt. Quod Hieronymus exponens: „Poteſt, inquit, & hoc illis virginibus convenire, quæ jactant „pudicitiam ſuam impudenti vultu, præferunt caſtitatem, cum „aliud habeat conſcientia: & neſciunt illam Apoſtoli definitio„nem de virgine, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quid prodeſt „corporis pudicitia, animo conſtuprato, ſi cæteras virtutes, quas „propheticus ſermo deſcribit, non habuerit? Quas quidem „quia te aliquatenus habere videmus, & quia diſcretionem, licet „in hac re neglectam, in aliis tamen vitæ tuæ conſtitutionibus „eam honeſtè conſervatam non ignoramus, hujus intentionis „pravitatem citò correcturum non deſperamus. Et ideo non „quanta poſſumus gravitate iſtam licet graviſſimam negligen„tiam corripimus & judicamus. Quanquam enim ſecundum vo„cabula, quæ uſus obtinuit, ſit Epiſcopatus Preſbyterio major: „tamen Auguſtinus Hieronymo minor eſt, & a minori quolibet „non eſt refugienda vel dedignanda correptio: præſertim cum „is qui corripitur & contra veritatem, & pro hominibus niti „invenitur. Neque enim, ut ait Sanctus Auguſtinus ad Bonifa„cium, quorumlibet diſputationes, quamvis Catholicorum & „laudatorum virorum, velut ſcripturas Canonicas habere debe„mus, ut non liceat ſalva honorificentia, quæ illis debetur, ali„quid in eorum ſcriptis improbare atque reſpuere, ſi fortè inve„nerimus, quod aliter ſenſerint, quam veritas habeat, divino „adiutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Quid autem ve„ritati magis contrarium poteſt inveniri, quam hoc? cum ipſa „veritas de continentia loquens, non unius hominis, ſed omnium „planè, excepto numero, profeſſorum continentiæ dicat: Qui „poteſt capere, capiat; quod iſti unde neſcitur inſtigati dicant: „Qui non poteſt capere, feriatur anathemate. Quid vero per „homines fieri poteſt ſtolidius? quid divinæ maledictioni obli„gatius, quam cum aliqui vel Epiſcopi videlicet, vel Archidia„coni, ita præcipites ſint in libidinem, ut neque adulteria, ne„que inceſtus, neque maſculorum (proh pudor!) turpiſſimos „amplexus ſciant abhorrere, quod caſta clericorum conjugia ſibi „dicant fœtere, & ab eis non veræ juſtitiæ compaſſione clericos „ut conſervos rogent vel moneant continere, ſed ut ſervos ju„beant ac cogant abſtinere? Ad cujus imperii, ne dicam con-

Hulderici Epiſcopi Auguſtenſis Epiſtola, quâ damnat imperatum Clero celibatum.

DCCCLXXIV.

„ſilii, tam fatuam, tamque turpem addunt ſuggeſtionem, ut „dicant: Honeſtius eſt pluribus occultè implicari, quam apertè „in hominum vultu & conſcientia cum una ligari. Quod pro-„fectò non dicerent, ſi ex illo & in illo eſſent, qui dicit: Væ „vobis Phariſæis, qui omnia facitis propter homines. Et per „Pſalmiſtam: Quia hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam „Dominus ſprevit eos. Hi ſunt homines, qui prius deberent „nobis perſuadere, ut in conſpectu ejus, cui omnia nuda & aperta „ſunt, erubeſcamus peccatores eſſe, quam in conſpectu homi-„num mundi eſſe. Licet ergo merito ſuæ pravitatis nullius con-„ſilium mereantur pietatis, nos tamen memores humanitatis „divinæ, eis conſilium authoritatis, nunquam a pietate vacantis, „per viſcera miniſtramus charitatis. Dicimus nempe: Ejice pri-„mum hypocrita trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies ut eji-„cias feſtucam de oculo fratris tui. Illud quoque rogamus eos „attendere, quod Dominus dicit de meretrice: Qui ſine peccato „eſt veſtrum, primus in eam lapidem mittat. Quaſi diceret: Si „lex jubet, ſi Moſes jubet, jubeo & ego, ſed competentes legis „miniſtros exigo. Attenditis, quid additis: attendite quæſo & „quid eſtis; quia, ſi te ipſum, ut ait Scriptura, perſpexeris, nulli „unquam detraxeris. Significatum eſt nobis etiam de quibuſdam „eorum, qui tanta apud ſe intumeſcunt elatione, ut gregem Do-„mini, pro quo boni Paſtores animas non dubitant miniſtrare, „iſti verberibus abſque ratione præſumant laniare, quorum ſen-„tentiam S. Gregorius deplorans ait: Quid fiet de ovibus, quan-„do Paſtores lupi fiunt? Sed quis vincitur, niſi qui ſævit? Quis „vero perſecutorem judicabit, niſi qui dorſum ſuum ad flagella „patienter miniſtravit? Operæ pretium eſt autem, ut audiatur, „quo fructu tantum Eccleſia Dei ſcandalum, tantum clerus de-„ſpectum & ab ipſis Epiſcopis, & ab eorum infidelibus patiatur. „Nec enim eos infideles dicere dubitaverim, de quibus Paulus „Apoſtolus dicit ad Timoth. Quia in noviſſimis temporibus „diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & do-„ctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & „cauteriatam habentium conſcientiam, prohibentium nubere. „Hic eſt autem, ſi diligenter inſpiciatur, totius eorum mani-„pulus zizaniæ, totius conventus inſaniæ, ut dum clerici licita „unius mulieris conſortia Phariſaico devicti, quod abſit, furore,

Anno Chriſti

Hulderici Epiſcopi Auguſtenſis Epiſtola, quâ damnat imperatum Clero celibatum.

DCCC LXXIV.

Anno Chriſti

„relinquere coguntur, fornicatores & adulteri & aliarum pravitatum turpiſſimi miniſtri cum ipſis efficiantur, qui hanc in „Eccleſia Dei hæreſim, ſicut cæci duces cæcorum, machinantur, „ut videlicet illud impleatur quod Pſal. eis, utpote eorum præſcius erroris, taliter imprecatur: Obſcurentur oculi eorum ne „videant, & dorſum eorum ſemper incurva. Quia ergo nemo „qui te, ô Apoſtolice, novit, ignorat, quod ſi tu per tui decreti ſententiam, tantam futuram eſſe peſtilentiam ſolidæ diſcretionis claritate perſpexiſſes, nunquam quorumlibet tam pravis ſuggeſtionibus conſenſiſſes, debitæ tibi ſubjectionis fidelitate conſulimus, ut vel nunc ad tanti ſcandali ab Eccleſia Dei „propulſionem evigiles, & qua noſti diſcretionis diſciplina Phariſaicam ab ovili Dei extirpes doctrinam, ne ſcilicet unica Domini Sunamitis adulterinis diutius uſa maritis, gentem ſanctam, regale ſacerdotium, per irrecuperabile a ſuo ſponſo „Chriſto videlicet avellat divortium, dum nemo ſine caſtimonia „non tantum in virginali flore, ſed etiam in conjugali habita „conjunctione, viſurus ſit Dominum noſtrum: qui cum Deo „Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum.

Hulderici Epiſcopi Auguſtenſis Epiſtola, quâ damnat imperatum Clero celibatum.

DCCC LXXIV.

Annotatum ego a nonnullis invenio, eâ tempeſtate, qua idem hic Ludovicus ſceptrum imperii tenuit, Boruſſis, Lithuanis, Ruſſis, ſive Ruthenis, qui nunc Moſci dicuntur, aliiſque proximis Sarmaticis gentibus, Euangelicam doctrinam traditam fuiſſe, cum hactenus, ad reliquorum paganorum morem, fœdiſſimæ idololatriæ ſeſe dedidiſſent. Neque tamen id malum nunc radicitus exſtirpari potuit, cum, inter Ruſſos inprimis, haud pauci adhuc hodie degant, qui in ſuperſtitioſo abominandoq; & a majoribus tradito Dæmonum cultu contumaces perſiſtunt. Qua de re oculati graviſſimiq; teſtis epiſtola cum in manus noſtras inciderit, ut non alieno hic loco legi poſſe exiſtimavi. Ita autem illa habet: Die Georgii ſacrificium facere ſolent *Pergubrio*, qui florum, plantarum, omniumque germinum Deus creditur. Huic *Pergubrio* ſacrificant hoc modo. Sacrificulus, quem *Vurſchayten* appellant, tenet dextra obbam cereviſiæ plenam, invocatoque dæmonii nomine, decantat illius laudes: *Tu* (inquit) *abigis hyemem, tu reducis amœnitatem veris: per te agri & horti virent, per te nemora & ſylvæ frondent.* Hac cantilena finita, dentibus apprehendens obbam,

Boruſſis, Lithuanis, & Ruſſis, aut Moſcis, Euangelium Chriſtianorum offertur.

Earum gentium idololatria necdum exſtirpata.

ebibit

ebibit cerevisiam nulla adhibita manu: ipſamque obbam ita modicus epotam retro ſupra caput jacit. Quæ cum è terra ſublata iterumque impleta eſt, omnes quotquot adſunt ex ea bibunt ordine, atque in laudem *Pergubrii* hymnum canunt. Poſtea epulantur toto die, & choreas ducunt.

Anno Chriſti

Similiter quando jam ſegetes ſunt maturæ ruſtici in agris ad ſacrificium congregantur, quod lingua Ruthenica *Zazinck* vocatur, id eſt, initium meſſis. Hoc ſacro peracto, unus è multitudine electus meſſem auſpicatur, manipulo demeſſo, quem domum adfert. Poſtridie omnes, primo illius domeſtici, deinde cæteri quicunque volunt, meſſem faciunt.

Facta autem meſſe, ſolenne ſacrificium pro gratiarum actione conficiunt, quod Ruthenica lingua *Ozinck*, id eſt, conſummatio meſſis dicitur. In hoc ſacrificio, Sudini Boruſſiæ populi, apud quos ſuccinum colligitur, capro litant, ſicut in elegia tua ad Bembum ſcribis.

Sarmatiæ gentium Idololatria & ſuperſtitio.

Litandi vero ritus eſt talis. Congregato populi cœtu in horreo, adducitur caper, quem *Vurſſckaytes* illorum ſacrificulus mactaturus, imponit victimæ utramque manum, invocatque ordine dæmones, quos ipſi Deos eſſe credunt: videlicet, *Occopirnum*, Deum cœli & terræ, *Autrimpum*, Deum maris, *Gardoæten*, Deum nautarum, qualis olim apud Romanos fuit Portunus. *Potympum*, Deum fluviorum ac fontium, *Pilvitum*, Deum divitiarum, quem Latini *Plutum* vocant, *Pergubrium*, Deum veris, *Pargnum*, Deum tonitruum ac tempeſtatum, *Pocclum*, Deum inferni & tenebrarum, *Poccollum*, Deum aëriorum ſpirituum, *Putſcætum*, Deum, qui ſacros lucos tuetur, *Auſceutum*, Deum incolumitatis & ægritudinis, *Marcoppolum*, Deum magnatum & nobilium, *Barſtuccas*, quos Germani *Erdmenlen*, hoc eſt, ſubterraneos vocant.

DCCCLXXIV.

Numina ab iis culta.

His Dæmonibus invocatis, quotquot adſunt in horreo, omnes ſimul extollunt caprum, ſublimemque tenent, donec canatur hymnus, quo finito, rurſus demittunt ac ſiſtunt caprum in terram. Tum ſacrificulus admonet populum, ut ſolenne hoc ſacrificium a majoribus pie inſtitutum, ſumma cum veneratione faciant, cjuſque memoriam religioſe ad poſteros conſervent. Hac conciuncula ad populum habita, ipſe mactat victimam, ſanguinemque patina exceptum diſpergit. Carnem vero tradit mu-

Anno Christi

lieribus eodem in horreo coquendam. Hæc interea dum caro coquitur, parant è farina ſiligineas placentas, quas non imponunt in furnum, ſed viri focum circumſtantes, hinc illinc per ignem jaciunt abſque ceſſatione, tamdiu quoad illæ indureſcant, & coquantur. His peractis epulantur atque helluantur tota die ac nocte uſque ad vomitum. Ebrii deinde ſummo mane extra villam progrediuntur, ubi reliquias epularum, quæ remanſerunt, certo in loco terra operiunt, ne vel a volatilibus, vel a feris diripiantur. Poſtea dimiſſo cœtu ſuam quiſque domum repetit.

Sarmatiæ gentium Idololatria, & ſuperſtitio.

Cæterum ex omnibus Sarmatiæ gentibus ſupra nominatis, multi adhuc ſingulari veneratione colunt *Putſcetum*, qui ſacris arboribus & lucis præeſt. Is ſub arbore ſambuco domicilium habere creditur. Huic paſſim homines ſuperſtitioſi litant pane, cereviſia, aliiſque cibis ſub arbore ſambuco poſitis, precantes a *Putſceto*, ut placatum efficiat *Marcoppolum*, Deum magnatum & nobilium, ne graviore ſervitute a dominis ipſi premantur: utque ſibi mittantur *Barſtucci*, qui (ut alibi dictum eſt) ſubterranei vocantur. His enim dæmonibus in domo verſantibus ſe fieri credunt fortunatiores: eiſque apponunt veſperi in horreo ſuper menſam mappa ſtratam, panes, caſeos, butyrum, & cereviſiam: nec dubitant de fortunarum acceſſione, ſi mane reperiant cibos illic aſſumptos. Et ſi quando intactus cibus in menſa remanet, tunc magna anguntur cura. Colunt quoque ſpiritus viſibiles, qui lingua Ruthenica *Colky*, Græca *Coboli*, Germanica *Coboldi*, vocantur. Hos Spiritus credunt habitare in occultis ædium locis, vel in congerie lignorum: nutriuntque eos laute omni ciborum genere, eo quod afferre ſoleant nutritoribus ſuis frumentum ex alienis horreis furto ablatum.

DCCCLXXIV.

Cum vero hi Spiritus alicubi habitare ac nutriri cupiunt, hoc modo ſuam erga patrem familias voluntatem declarant. In domo congerunt noctu ſegmenta lignorum, & mulctris lacte plenis imponunt varia animalium ſtercora. Quod ubi pater familias animadverterit, nec diſſipaverit ſegmenta, nec ſtercora è mulctris ejecerit, ſed de inquinato lacte cum omni familia ſua comederit, tunc illi apparere & permanere dicuntur.

Præterea Lithuani & Samogitæ in domibus ſub fornace, vel in angulo vaporarii, ubi menſa eſt, ſerpentes fovent, quos numinis inſtar colentes, certo anni tempore, precibus ſacrificuli

evo-

evocant ad menſam. Hi vero exeuntes per mundum linteolum conſcendunt, & ſuper menſam aſſident. Ubi poſtquam ſingula fercula delibarunt, rurſus deſcendunt, ſeque abdunt in cavernis. Serpentibus digreſſis, homines læti fercula illa prægustata comedunt, ac ſperant illo anno omnia proſpere ſibi eventura. Quod ſi ad preces ſacrificuli non exierint ſerpentes, aut fercula ſuper menſam poſita non delibaverint, tum credunt ſe anno illo ſubituros magnam calamitatem. | *Anno Christi*

Ad hæc eædem gentes habent inter ſe ſortilegos, qui lingua Ruthenica *Burty* vocantur, qui *Potrimpum* invocantes, ceram in aquam fundunt, atque ex ſignis ſive imaginibus, inter fundendum figuratis, pronunciant ac vaticinantur de quibuſcunque rebus interrogati fuerint. Novi ipſe mulierculam, quæ cum diu reditum abſentis filii fruſtra exſpectaſſet (erat enim filius ex Boruſſia in Daniam profectus) conſuluit ſortilegum, a quo edocta eſt, illum naufragio periiſſe. Cera enim in aquam fuſa expreſſit formam fractæ navis, & effigiem reſupini hominis, juxta navem fluitantis. | *Sarmatia gentium Idololatria, & ſuperſtitio.*

Apud Samogitas eſt mons ad fluvium Nauvaſſam ſitus, in cujus vertice olim perpetuus ignis a Sacerdote conſervabatur, in honorem ipſius *Pargni*, qui tonitruum & tempeſtatum potens a ſuperſtitioſa gente adhuc creditur. Hactenus de ſacrificiis. | DCCC LXXIV.

Nunc de ritibus Nuptiarum, funerum, & parentalium, narrabo non minus ridicula quam ſuperſtitioſa. Apud Sydinos, Curonenſes, Samogitas, & Lithuanos, nobiles puellæ multis in locis geſtant tintinnabulum, quod funiculo alligatum è cingulo dependet uſque ad genua; nec ducuntur, ſed rapiuntur in matrimonium, veteri Lacedæmoniorum more a Lycurgo inſtituto. Rapiuntur autem non ab ipſo ſponſo, ſed a duobus ſponſi cognatis. Ac poſtquam raptæ ſunt, tunc primum requiſito parentum conſenſu matrimonium contrahitur. | *Ritus earumdem nuptiales & funebres.*

Cum nuptiæ jam celebrantur, ſponſa ducitur ter circa focum. Deinde in ſella illa collocatur. Sedentis autem in ſella pedes lavantur. Ea vero aqua, qua ſponſæ lavantur pedes, conſpergitur lectus nuptialis ac tota ſupellex domeſtica; conſperguntur item hoſpites, qui ad nuptias invitati ſunt. Poſtea ſponſæ os oblinitur melle, & oculi teguntur velamine. Velatis oculis ipſa ducitur ad omnes ædium fores, quas jubetur contingere ac pulſare dextro

Anno Chriſti

pede. Ad ſingulas fores circumſpergitur tritico, ſiligine, avena, hordeo, piſis, fabis & papavere. Qui enim ſequitur ſponſam geſtat ſaccum plenum omni genere frugum: cumque illam circumſpergit, ait; *Nihil horum defuturum ſponſæ, ſi religionem piè coluerit, remque domeſticam curaverit ea diligentia, qua debet.* His actis aufertur ſponſæ velamen ab oculis, & convivium celebratur. Veſperá cum ſponſa ad lectum deducenda eſt, inter ſaltandum ei abſcinduntur crines; quibus abſciſſis, mulieres imponunt ei ſertum, niveo linteolo adornatum, quod uxoribus geſtare licet, donec filium pepererint. Tamdiu enim uxores pro virginibus ſe gerunt.

Ritus earumdem nuptiales & funebres.

Ad extremum introducitur in cubiculum, ubi pulſata & verberata conjicitur in lectum ſponſoque traditur. Tum pro bellariis afferuntur teſticuli caprini, vel urſini, quibus ipſo nuptiarum die manducatis, conjuges creduntur fieri fœcundi. Hac de cauſa nullum quoque animal caſtratum in nuptiis mactatur.

DCCC LXXIV.

In Funeribus hic ſervatur ritus. A ruſticanis defunctorum cadavera veſtibus & calceis induuntur & erecta locantur in ſella, cui aſſidentes illorum propinqui, perpotant ac helluantur: epota cerevifia fit lamentatio funebris, quæ lingua Ruthenica ſic ſonat: *Ha le le, le le, y procz ty mene umarl? ij za tij nie miel ſzto yeſty albo pity? y procz tij umarl? Ha le le, le le ij za tii nie miel kraſz iie mlodzice? ii procz tii umarl?* id eſt, *Hei, hei mihi! Quare mortuus es? Num tibi deerat eſca aut potus? Quare ergo mortuus es? Hei, hei mihi! An non habuiſti formoſam conjugem? Quare ergo mortuus es? &c.* Hoc modo lamentantes enumerant ordine omnia externa illius bona, cujus mortem deplorant: nempe liberos, oves, boves, equos, anſeres, gallinas, &c. Ad quæ ſingula reſpondentes occinunt hanc Næniam, *Cur ergo mortuus es, qui hæc habebas?*

Poſt lamentationem dantur cadaveri munuſcula, nempe, mulieri fila cum acu: viro linteolum, idque ejus collo implicatur. Cum ad ſepulturam effertur cadaver, plerique in equis funus proſequuntur, & currum obequitant quo cadaver vehitur: eductiſque gladiis verberant auras, vociferantes *Gey giythe begiythe peck elle.* id eſt, *Aufugite vos dæmones in infernum.* Qui funus mortuo faciunt nummos projiciunt in ſepulchrum, tanquam

viatico

viatico mortuum ipſum proſequentes. Collocant quoque panem, & lagenam cereviſia plenam ad caput cadaveris in ſepulchrum illati, ne anima vel ſitiat vel eſuriat. Uxor mane & veſpera, oriente & occidente ſole, ſuper extincti conjugis ſepulchrum ſedens vel jacens, lamentatur diebus triginta. Cognati vero ineunt convivia die tertio, ſexto, nono, & quadrageſimo a funere. Ad quæ convivia animam defuncti invitant, precantes ante januam. In his conviviis, quibus mortuo parentant, taciti aſſident menſæ tanquam muti, nec utuntur cultris. Ad menſam vero miniſtrant duæ mulieres, quæ hoſpitibus cibum apponunt, nullo etiam cultello utentes. Singuli de unoquoque ferculo aliquid ſub menſam jaciunt, quo animam paſci credunt, eique potum effundunt. Si quid forte deciderit de menſa in terram, id non tollunt, ſed deſertis (ut ipſi loquuntur) animabus relinquunt manducandum, quæ nullos habent vel cognatos vel amicos viventes, a quibus excipiantur convivio. Peracto prandio ſacrificulus ſurgit de menſa, ac ſcopis domum purgat; animaſque mortuorum cum pulvere ejicit, tanquam pulices, atque his precatur verbis, ut è domo recedant: *Iely, Pily duciſſe: nu Wen, nu Wen;* hoc eſt, *Ediſtis ac bibiſtis animæ dilectæ, ite foras, ite foras.* Poſt hæc incipiunt convivæ inter ſe colloqui & certare poculis. Mulieres viris præbibunt & viri viciſſim mulieribus, ſeque mutuo oſculantur. Hæc Ioannes Meletus, oculatus ille, quem diximus, teſtis in Epiſtola ad Georgium Sabinum. Ex qua & conſtat, temere a quibuſdam affirmari, in his ditionibus omnem receptam gentibus idololatriam penitus nunc fuiſſe ſublatam.

Eodem Ludovico imperante Saraceni bello Perſico illigati auxiliares Turcarum copias imploravere, & horum virtute ac manu inſignem victoriam reportavere. Ab hoc tempore Turcæ in Aſiam vocati ac profecti, eam poſtea non deſeruere.

In Oriente eodem imperante rerum potitus eſt Baſilius Macedo. Cum Saracenis, Cretenſibus inprimis & Syriacis, multa illi bella fuere. Carthaginienſes Saracenos Apulia expulit, quæ ex tranſactionis cum Carolo M. lege in ditione Græcorum Imperatorum tunc erat.

Ludovico Mediolani defuncto, maſcula prole haud relicta, ſucceſſit filius Ludovici Pii, Galliæ Rex, Carolus Calvus cognomento. Aditum huic ad imperium difficilem frater Ludo-

Anno Chriſti

Ritus earumdem nuptiales & funebres.

DCCC LXXIV.

Turcæ à Saracenis vocātur in Aſiam.

Orientis Imp.

DCCC LXXV.

CAROLUS CALVUS IMP.

Anno Chriſti

vicus Germanicus, qui in eum Carolomannum & Carolum filios, ſed fruſtra, immiſit. Ludovico Germanico vitâ functo, cum ejus filiis, quos dixi, Carolo & Carolomanno infeliciter pugnavit. Nam tandem ab his ad Veronam oppreſſus & victus cum vix fugâ evaſiſſet, Mantuam delatus ventris profluvio exſtinctus eſt.

DCCCLXXVII. LUDOVICUS III. BALBUS IMP.

Carolum Calvum filius LUDOVICUS BALBUS in imperio excepit. Sed hoc breve illi, magniſque geſtis rebus haud inſigne fuit.

DCCCLXXIX. CAROLUS III. CRASSUS IMP.

Ludovicum CAROLUS CRASSUS, Ludovici Germanici filius, Pii nepos, Caroli M. pronepos ſequitur.

Normãnis ſedes datur in Gallia.

Hic Normannorum in Galliam ſiſtere irruptiones aut prohibere non potuit. Tandem igitur, cum hi Sequanam, nobiliſſimum Galliæ amnem, intrarent, Pariſios obſidione premerent, & ferro flammaque proxima vaſtarent, Carolus cum hoſtibus, quibus impar ſibi videbatur, ita pepigit, ut facta pace initaque ſocietate habitandam eis tradiderit partem Neuſtriæ, quæ Oceano Gallico clauditur, & regionis caput Rotomagum habet, & a novis illis incolis Normanniæ, quod hodieque manet, nomen accepit. Ingreſſi autem eam ſunt Duce Rollone, ad quem Normanniæ Ducum origo refertur.

Normãnorum nominis origo.

Saraceni lacerant Italiam.

Cæterum Carolus Craſſus dum vires ſuas bello Normannico occupat, Saraceni, velut occaſionem nacti, Italiam lacerant. Ex hac rerum calamitate Romana factio vires accepit, nuper indignata imperium tradi exteris, cum domeſtica virtus tantæ majeſtati ſufficere videretur. Diſſerebatur autem; Fractam, divulſamque aut diviſam Caroli Magni potentiam in poſteris aut laborare, aut collidi. Sibi Italiam ſufficere, ſuum ſi Auguſtum habeat; eum majore gloria conſtitui, quam accipi. Audivit Pontifex, & libertati gloriæque Italiæ, aut potius ſibi favens, cum ſine diſcrimine obluctari non poſſet, publico edicto velut temporum fata ordinavit; UT, SI CAROLUS CRASSUS NON RELICTIS LIBERIS DECEDERET, REGNI ITALIÆ IMPERIIQUE FORTUNA PENES ITALICOS PRINCIPES ESSET. Quod Pontificis decretum magnas mox in Italia turbas mutationeſque dedit, quarum & tempore ſuo ac loco meminiſſe curæ nobis erit.

Ignavus & infelix Carolus Imperio exuitur.

Hæc aliaque adverſa Carolum in ſummum contemptum apud

ſuos

ſuos adduxere, adeo ut morbo fractus, & animi mœrore in ſtuporem præcipitatus regno imperioque exueretur. Exul & ab omnibus vitæ præſidiis deſtitutus in ignobili quodam Sueviæ pago vivendi finem fecit, inconſtantiæ rerum humanarum ac viciſſitudinum inſigne exemplum. *Anno Christi*

Carolo Craſſo patruo ſucceſſor datus eſt Arnolphus, (alii Arnoldum vocant) nepos Ludovici, filius nothus Carolomanni, Dux Franciæ Orientalis. DCCC LXXXVII. ARNOLPHUS IMP.

Arnolpho hoc imperante cum alienum dedignantem imperium Italiam ab Imperio divulſam eſſe, & in ſe irruiſſe, ſuoſque ſibi legiſſe reges conſtet, haud abs re erit, aut inſtituto hoc noſtro alienum, ſi Hiſtoriæ Barbaricæ, ſive irruptionum Barbarorum in Italiam, ſcriptorem diligentiſſimum, cujus & alibi meminimus, ſequuti ſingula quæ huc faciunt, &, quanquam annorum aliquot diviſa ſpatio, conjuncta hic exhibeamus. Sic enim origines, & progreſſus, ac incrementa ejuſmodi mutationum facilius cognoſcuntur. Nondum ergo adhuc Barbarorum immanitate Italia perierat, & in ſe converſa, inteſtino ſcelere ruinam quæſivit. Nihil triſtius, aut calamitoſius eo tempore & ſtatu: ſi ſtatus tamen dicendus eſt, in quo nulla quies fuit, niſi quid ſævitiæ & tyrannidi datum. Tanquam fatum ſuum exteris inviderent Italici, ferrum in ſe mutuo ſtringunt, & quam vindicatum eunt regni purpuram, majori rabie lacerant. Vido, & Berengarius, ille Spoletinorum, hic Forojulienſium Dux, Pontificis decreto ſubnixi, ſceptrum moliuntur: primum fœdere, dum Craſſi adhuc viventis Regna dividunt: dehinc bello, poſtquam felicius Italiam Berengarius, quam Galliam Vido invaſiſſet. Hic igitur, quam ab hoſte non potuit fortunam, ab amico & ſocio extorquere aggreſſus eſt, & reductis domum copiis, pro Italiâ bellum in Italiâ gerere. In partes ipſe Pontifex, & hoc exemplo populi veniunt. Tanquam facilius duorum Regum ferro, quam imperio ſufficerent, in ſua viſcera ſanguinemque armantur. Furor fuit non minor partium, quam Ducum: ac dum caput ſibi quærit Italia, ſalutem impendit, inſanientiumque more, manus ac membra ſua cædit. Non potuit ſine hoſte Rex conſtitui: & qui ſub alieno nolebant imperio vivere, libertatem oppreſſerunt. Prior coronam Berengarius, arma Vido capit: qui, ut parem in bella titulum ferret, Rex quoque a Pontifice ſalutatur.

Italia alienum dedignata imperium ſuos ſibi reges legit, & ab Imperio divellitur.

tatur.

Anno Christi

tatur. Magno ſtudio Inſubres Berengarium, Romani Guidonem ſequuntur: tanquam felices, quorum Rex viciſſet. Ac prima quidem belli alea ad Trebiam amnem tentata, convertit in Berengarium ſtragem. Cæduntur Inſubres, fugit Rex, ſed ut vires denuo colligat. In agro Brixiano iteratâ pugnâ concurrunt exercitus, nec ullâ adhuc virtute conciliare ſibi fortunam victus ſemel Berengarius potuit. Idem & prœlii, & Regni tum finis fuit. Guido, repulſo & fugato æmulo, Ticinum, Mediolanumque occupat; & quia ultra non eſt hoſtis, univerſam provinciam poteſtatis ſuæ facit. Non potuit igitur Regni majeſtate virtus victoris claudi; & quia jus imperii Romani, nomenque præ libertate æſtimatum, Regem ſuum non ſatis magnum putavit Italia, niſi & Imperatorem haberet: prorſus domeſticam ſervitutem gloriæ quadam umbrâ veſtiens. Ad ſummum evectus Guido faſtigium potentiæ ſedem Ticini collocavit.

Italia alienum dedignata imperium ſuos ſibi reges legit, & ab Imperio divellitur.

Berengarium interim varia fortuna circumtulit: quid niſi explorans, an Regnum mereretur? Ab Arnolfo, Germaniæ Rege, exceptus, miſſuſque in Italiam, haud felicior alienis, quam ſuis copiis fuit. Secundo fugiens, hoſtique cedens, non deſpondit animum: ſic quidem pulſus magis, quam victus. Et tamen, quaſi debellatum eſſet, Guido mox Lambertum filium Regni ſocium aſſcivit. Quæ ſecuritas magnæ ſortis? Cum quietem & pacem ordinaret, ſubito quodam motu, & prorſus tempeſtate, è culmine rerum deturbari potuit. Potuit a Berengario, quem novis viribus, & magna rurſus militum manu in Italiam ipſe Arnulfus, Italiæ quodammodo pretio emptus, reduxit. Verona igitur in poteſtatem redacta, veterem agnoſcit dominum. Inſubres terrore obſeſſi, & tutore Guidone deſtituti, qui cum filio fugerat, urbes paſſim ſuas tradiderunt. Parum eſt fugere: repentino ſanguinis vomitu extinguitur, & plenam hoſti victoriam concedit.

DCCCLXXXVII.

In fatis tamen erat, Inſubres quati. Lambertus velut belli hæres, paternum Regnum armis repetit, validaque Italicorum factione impulſus, occupat. non auſo Berengario experiri prœlii eventum. Opus adhuc Arnulfo erat, ut mutaretur Italiæ ſtatus: atque ille ab ipſo vocatus Pontifice, Sergianorum injuriis preſſo, venit, Romam obſidet, & irruptione capit. Stragem ſi examines, nihil ſævius Saraceni potuiſſent. Itaque pulſo Sergio, &

Roma capitur.

com-

compreſsâ ejus factione, nomen & inſignia Imperatoris ſumit. Sed hoc terrore fruſtra Lambertum inſecutus, cum & Berengarium inſidiis tentaſſet, Italiæ in ſe odium concitavit. Abiit igitur, ſat magnus, quod ad ſuos Imperator rediret. Quem titulum Stephanus deinde Pontifex, ab Arnulfo, tanquam vitio creato, in Lambertum tranſtulit, atque Berengarii ſpes ſic magis attrivit. Sed (ô res humanæ!) quem periiſſe diceres, regnare iterum Italiæ proceres juſſerunt. Mediolanenſes, ductu Mangifredi præfecti ſui, cauſſam regis non amplectuntur, nec minus prompta arma quam conſilia habent. Etenim ad bellum accincti vicinas urbes, quas ſive metus, ſive fides Lamberto obſtrinxerat, hoſtili incurſu & populatione terrent. Fruſtra etiam vis, fruſtra conjuratio in novum Imperatorem oppreſſa eſt, fruſtra de auctore ſupplicium ſumptum. Transferri ſceptrum debuit, ut majori inconſtantiâ verſaretur. Lambertus, quam in patrem Mangifredum ſeverus, tam in filium Hugonem benignus fuit: & tanquam æquè facile eſſet, placare, atque occidere, hunc honoribus auget, & ingenti familiaritate complectitur. Sic fata voluerunt, ut ultro ſibi adſciſceret parricidam ſuum. Non profecto potuit ullo humanitatis officio injuriæ memoria deleri. Erupit per ipſa beneficia vindictæ cupido, & naturâ ſtimulante, veſanum juvenis animum ad immane facinus exacuit. Admittebat interim lætiſſimo vultu, ægerrimo pectore, liberalitatem regis, & ſic potuit fallere. Namque profundâ ſimulatione merſit conſilium ſceleris, ut tutâ ultione pietati parentaret. Occaſionem venatio dedit. Ergo forte fortunâ a reliquo disjunctum comitatu, & labore feſſum parricida invadit, & fuſte ſubdormientis cervices elidit, ut caſu, non ſcelere extinctus videretur, totamque culpam equus ſuſtineret, tanquam excuſſor & proculcator.

Anno Chriſti

Italia alienum dedignata imperium ſuos ſibi reges legit, & ab Imperio divellitur.

DCCCLXXXVII.

Ut in Regnum Berengarius reciperetur, ſatis erat Lambertum extinctum eſſe. Neque ſic tamen inimicorum factio mitigata: quæ cum in Italiâ non reperiret regni æmulum, advocavit Tranſalpinum, amplius jam odio quàm libertati tribuens. Sed quo minori obnoxium turpitudini conſilium eſſet, virum virtute clarum, & jam fortunâ Regem, quodque cum virtute & fortunâ æſtimari poterat, è Caroli Magni poſteris, Ludovicum Boſonis filium, Ludovici II. è filiâ nepotem. Potuit huic hoſti

Anno Christi

Berengarius par eſſe, Adelberti, Lucæ Marchionis, qui eo tempore Italiæ velut Crœſus erat, auxiliis inſtructus. Primum, indagine ſeptum Ludovicum, cum capere, aut conficere poſſet, dimiſit; quaſi ſatis coërcitum, qui ſe non rediturum in Italiam belli, aut Regni cauſſa, ſanctiſſimo jurejurando promiſit. Sed pacti fidem nova & blandiens occaſio rerum violavit. Iterum, & ab ipſo quoque Adelberto vocatus, ſpreto ſacramento, cum valido exercitu adeſt, & detrectante prœlium Berengario, viribus deſtituto, ad Regnum evehitur. Qui nondum vicerat, Regis inſignia capit, qui non pugnarat, ſimilis victo erat, Regno tamen non exuitur. Ille Ticini, hic Veronæ reſidens, tanquam gemina eſſet poteſtas, ſtabilire fortunam aggreſſus eſt, amicos, & ſic vires colligere. Atque hoc ſine ſanguine jam bellum gerebatur. Ludovicus non regno contentus, quod in patre poſſidebat, Imperii inſignia a Pontifice accipit; quaſi & ſic facilius æmuli conatus repreſſurus. Hinc reliquam belli molem ſubiens, ad exturbandum Berengarium accingitur. Neque tamen magnâ fortunâ opus erat, ut, qui ſemel ceſſerat, & nunc quoque milite impar erat, prorſus victi, & profugi neceſſitatem amplecteretur. Magna ſalutis portio fuit, in manus hoſtis non venire. Sanè admirabile humanæ conditionis exemplum in hoc viro extitere fata voluerunt; quem ſæpius è ſublimi præcipitem deturbarunt, ut eveherent; tanquam experirentur, an dignum tanto faſtigio animum ſervaret. Tulit vero omnem caſum fortiter, quaſi fiduciâ quadam reſurgendi. Sic & hominem ſe ſcivit, quoties ſtaret; & Regem eſſe, quoties dejectus erat. Contra Ludovicus, tanquam cum bello periculum deinceps profligaſſet, nec timeret hoſtem, Italiâ expulſum; magnâ ſecuritate deponit arma, exercitumque dimittit. Ergo quietum, & nihil timentem Berengarius auſus invadere, clanculum in Italiam venit, & collecto hinc inde, partim donis, partim promiſſis, auxilio, Veronam repente advolat. Facile fuit, urbis cuſtodes corrumpere, olim ſuos: noctu admittitur, & civium jam ſtipatus manu, in Regiam irrumpit. Ludovicus tumultu excitatus, & præſenti periculo territus, in proximum confugit fanum: inde protractus, victoris & iram, & ſimul clementiam ſenſit: quippe ut viveret, luminibus privatur: quaſi non tam Regni occupati, quam violati jurisjurandi punitus. Sic quâ fide alienum rapuerat ſceptrum,

Italia alienum dedignata imperium ſuos ſibi reges legit, & ab Imperio divellitur.

DCCC LXXXVII.

cá

eâ fortunâ poſuit. Cæcum vero, tanquam extinctum, timere Berengarius deſiit; ac videbantur cum oculis Imperatoris animi ſimul factionis cecidiſſe. *Anno Chriſti*

Sed an quieſcere Italia potuit? Cum ſine conſorte, ac ſine æmulo, rerum potiretur Berengarius, novum dirumque invênit hoſtem, qui non tam ad Regnum, quam ad rapinam, cædem, ſtragem hominum, urbiumque properabat. Hungari erant, nuperi è Scythiâ, recentes è Pannoniâ (pulſis inde Hunnis) Barbari. Atque hæc quædam velut peſtis Italiæ incubuit, quædam velut illuvies per Alpes, qua crudelitati antea patuerant, infuſa, mox Inſubres inundavit. Terrorem ſubitus ille impetus auxerat, & ferocia omni barbarie gravior. Hunnorum domitores, ſed feritate, non virtute, qui non percellerent? Quare tanquam graviores imminerent plagæ, quam ſæculis omnibus acceptæ erant, ad commune malum arcendum, ſub ſigna concurrit Italia, ducemque Berengarium ſequitur. Alii affectu, alii periculo exciti, in obſequium veniebant: atque jam domeſtica odia violentia externa ſopiverat. Barbari multitudine hoſtium territi fugam moliuntur, & quia impediti, univerſa eam præda, mox, adjecto quoque redimere pretio tentant; parati & obſides dare & arma tradere, quo fides ſaltem inermibus haberetur. Fruſtra omnia. Vindictæ cupiditas, cum venalis victoria non eſſet, conditiones pacis reſpuit. Et quid aliud actum, quam ut laniena, aut ſervituti deſtinati, robur ſumerent, & fuſuri ſanguinem, in rabiem ignaviam commutarent? Sanè acuit neceſſitas vires, & jam pugnare, quam ſe dedere omnes malunt; ne inulti aut cadant, aut miſeri ſint. Bone Deus, quam ancipites bellorum exitus! Prodeunt ultro in prœlium, jam plus quam Barbari, tantumque deſperatio potuit, ut hoſtilem exercitum, ultimum Italiæ nervum, fœdiſſima clade protriverint. Hâc victoriâ efferati, liberum deinde furorem effundunt in agros, & quem ferro ſparſerant ſanguinem, flammâ conſumunt. Sordere deinde & ſpolia viſa, niſi templa ac monaſteria diriperentur: quaſi homines cruciare ſatis non eſſet, niſi injuria quoq; templis inferretur. Prædâ tandem ſaturi, & cruore ſatiati, miteſcere potuerunt: quippe jam redimi a Berengario Italiam paſſi, poſt rapinam pretium æſtimarunt. Paſſi ideo, ut amplius jam acciperent, quam obtulerant; utque cedere victores, non fugere victi viderentur.

Italia alienum dedignata imperium ſuos ſibi reges legit, & ab Imperio divellitur.

Hungarorum irruptio in Italiam.

DCCC LXXXVII.

Anno Chriſti

In eo jam non Barbari, quod cum emere receſſum ſuum non potuiſſent, tamen vendiderint. Sed hanc humanitatem perfidiâ deſtruxerunt: reverſi ſunt.

Interea Berengarius res tranquillas nactus, recentia Regni vulnera curare cœpit. O fatum! Vix coïverant, & ecce nova injuria derepente diſrupta ſunt. Saraceni, qui Fraxinetum nuper occuparant, agmine facto, irruunt, per agros urbeſque ſtragem ducunt. Procella hæc quædam fuit, ſed ſubita, & primo velut vento deſæviens. Nam calamitatem poſtquam effudit, evanuit. Damna refecerat Berengarius, & ornamenta cogitavit. Ticinenſi Epiſcopo jus umbellæ, equi albi, cruciſque præferendæ conceſſum eſt, nova, & cum honore Regiæ urbis inſignia, quibus proëdriæ in concilio Pontificio prærogativa acceſſit. Ipſe rex, bene de Romanis meritus (quippe cujus auxiliis Saraceni Gariliano expulſi, atque adeo confecti) Imperatoris nomen accepit.

Italia alienum dedignata imperium ſuos ſibi reges legit, & ab Imperio divellitur.

In hoc faſtigio lubricum iterum fortunæ ſtatum ſenſit, odiis ſuorum mera virtute obnoxius. Principem quamvis optimum, quia nimis tamen diuturnum, optimates aliqui non ferebant. Conjurationi quoque Lambertus Mediolanenſium Antiſtes acceſſit, vireſque addidit. Sed quid? Deprehenſis ſemel iterumque perfidis rex pepercit: & quam perverſis! Clementiâ gravis fuit. Auſi poſt veniam nefas, acrius perniciem benefactori intentarunt: obſtinatiores etiam, quia miſericordiam conſumpſerant. Conjuratio in bellum erupit. Rodulfus Burgundiæ Rex in Italiam vocatur: venit, percellit, Ticinum occupat. Berengarius prœlio victus Veronam evadit, ô Deus! hoſtem fugiens, ut amicorum ſcelere periret. Inſidiæ a Flamberto quodam ſtructæ, ſed ſuſpicioni & rumori obnoxiæ, imperatorem periculi velut admonebant. Is tamen quo remedio uſus eſt? Vocatum increpitumque flagitii auctorem placare, quam punire maluit; & pepercit inſidiatori, ut parricidam faceret. Quid etiam? Quaſi ſatis non eſſet, vitam noxio dare; amoris pignus, aureum ingentis pretii poculum adjecit, atque ex eodem libans, ſalutem ſuam & commendavit novo jam amico, & credidit. Nimium hoc beneficium fuit. Etenim Flambertus ſimulatione fidei, quam inito cædis conſilio improbior, neſcire voluit, quantum a rege accepiſſet. Poſtero die (nec enim diutius ſolo animo cruentus eſſe

DCCCLXXXVII.

pote-

poterat) juvenum ſtipatus globó, tam mitem invadit dominum, & romphæâ feriens, nullas jam inſidias metuentem ſternit. Prô dedecus, quanta perfidia! niſi amplius etiam, quod in ipſo templo. Non ſatis parricida, niſi & ſacrilegus eſſet. Neque potuit tamen ſine ultione tantum patrari facinus. Vindicem Milo, urbis Comes, egit, totámque illam conjuratorum manum crudeli ſupplicio ſuſtulit; cum ſatis non eſſet, tam nefarios mori. *Anno Chriſti*

Cuſtode remoto, irruptioni Hungarorum denuo Italia patuit: qui, Salardo Duce, Mantuam, Brixiam, & Bergomum fœdo incurſu diripuêre. A Rodulfo quæ auxilia? quaſi ſatis regni inſignia cepiſſe, in Galliam ſuam redierat. Barbarorum furor primo ſucceſſu audax, belli flammam protulit. Ticinum obſidione clauſum, & calamitate preſſum eſt. Cum æque ventus, ipſe barbarus, ac hoſtis ſæviret, ac prorſus conſpiraret, ignis in tecta miſſus, qui valido actus flatu, etiam invitam materiam corripuit, perque urbem incendium latè fudit. Itaque dum opem domibus oppidani ferunt, portæ a Barbaris effractæ ſunt, civitas capta, ferro & nova flamma deformata. Tanquam avaritiam ſimul ac crudelitatem una in urbe expleſſent, Italia exceſſerunt: & veniſſe diceres, ut quæ Regia nuper fuerat Longobardorum, concideret. Sic Barbarorum opus Barbari demoliti ſunt, ut plura Inſubres vulnera acciperent. *Hungarorum irruptio alia in Italiam.* DCCCLXXXVII.

Arnolphus, quem & Arnoldum vocant alii, cum imperium haberet, ex Origenis, ut volunt, reliquiis, excitata quaſi eſt & prodiit eorum hæreſis, qui docebant, Poſt diem judicii poſſe ex æterno ſupplicio liberari eos, qui per gratiam Chriſti fidem & baptiſma ſunt conſecuti; & ab illis cruciatibus, propter fidem, quam ſine operibus tenuerunt (ita enim loquuntur) poſſe purgari. Meminit horum, qui nunc floruit, Ambroſius Anſbertus, Gallus Preſbyter in Commentario in Apocalypſios hæc verba: *Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, & faciens abominationem & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. Futuri temporis*, inquit, *hoc loco Eccleſia circumſcribitur, quando non, ſicut nunc, permixtos cum bonis cohabitantes patitur malos: quia ſoli cum Chriſto boni regnabunt, cum quo & in quo in eadem Ieruſalem cœleſti feliciter permanebunt. Quis ſit autem liber agni, quidve ſit, in illo nomina juſtorum ſcribi, paulo ſuperius diſſeruimus. Inter hæc autem indiſcuſſum relinquere non debemus, quod quidam hæretici non ſolum priſcis,* *Origenis hæreſis repetita.*

Anno Chriſti verum etiam noſtris modo temporibus aſſeverant, poſt diem judicii poſſe
ex æterno ſupplicio liberari eos, qui per gratiam Chriſti fidem & baptiſma
ſunt conſecuti: illiſque cruciatibus propter fidem, quam ſine operibus te-
nuerunt, poſſe purgari. Pro qua aſſertione, aliiſque inauditis blaſphemiis,
ſanctorum Concilium Origenem dudum, ejuſque ſequaces, anathematis ful-
mine percuſſit. Quod quidem non facerem, maxime cum ad hoc eccle-
ſiaſticos Doctores, de quibus unum nominatim exprimo beatum Gregorium
Pontificem Romanum, ita argumentis fidei ac teſtimoniis ſcripturarum ob-
viaſſe cognoſcam, ut ita eorum imperitiæ atque perfidiæ ora contuderint
atque oppilaverint, ut ultra quippiam de hac re loqui non poſſent: niſi nu-
per quidam ex numero fratrum, cujus nomen ideo reticeo, quia adhuc aut
Origenis hæreſis repetita. non audet, aut certe confunditur in publicum prorumpere, hæc quæ à ſanctis
patribus condemnata ſunt, vera eſſe mihi pertinaciter ingeſſiſſet. Sed non
ideo contra ejus objecta reſpondeo, ut eum qui ejuſmodi eſt confundam, ſed,
ut ſi forte hæc quæ ſcribimus, legerit, vera ratione ſuperatus, ab errore
viæ ſuæ pedem intentionis removeat; aut certe, quia nunc intra ſanctam
Eccleſiam deeſſe tales non poſſunt, in illius tacita perſona omnibus reſpon-
deam. Initium autem verborum illius ad me hujuſcemodi fuit. Indica,
DCCC LXXXVII. inquit, ſi in ſupplicio damnatis Chriſtianis poſt diem judicii poteſt eſſe
aliqua purgatio? Cui ego: Si verum eſt, quod Dominus de reprobis ac fal-
ſis Chriſtianis dicit, Ibunt in ſupplicium æternum; nulla ratio admittit,
ut poſt veniam conſequi poſſint: quia non poteſt eſſe mendacium, quod
veritas de æterno ſupplicio dixit. Et ille: Sed hoc de igne potuit dici,
qui propter Diabolum ejuſque Angelos, vel incredulos, exurendos, æternus
vocatur; nam aperte Scriptura non eos dicit in perpetuum cruciari. Cui
inquam: Si verum non eſt quod minatus eſt, falſum proculdubio erit quod
promiſit. Ait enim: Ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in
vitam æternam. Et ille: Da, inquit, apertum teſtimonium, quo doceantur,
quanquam multis ſceleribus obnoxii, in perpetuum cruciari. Ad
hæc ego non meis, ſed Apoſtoli Pauli verbis reſpondi: An neſcitis quia
iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare. Neque fornicarii, neque
idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concu-
bitores, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, re-
gnum Dei poſſidebunt. Rurſumque ille: Potuit hoc de illo tempore dici,
antequam fierent Chriſtiani, maxime cum ita ipſe concludat: Et hæc qui-
dem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis. Cui inquam: Non
nego quod abluti fuerint his malis, ſed interrogo ut reſpondeas, utrum
poſſit homo poſt lavacri baptiſmum fieri iniquus, aut fornicarius, aut

idolis ſerviens, aut adulter, aut mollis, aut maſculorum concubitor, aut fur, aut avarus, aut ebrioſus, aut maledicus, aut rapax. Ad hæc ille: Poteſt, inquit. Cui ego: Ergo ſi poteſt, niſi hunc fructuoſa pœnitentia ante diem obitus liberaverit, ut Apoſtolus docet, regnum Dei non poſſidebit. Rurſumque ille, ut erat obſtinatæ mentis, ait: Si ergo quandoque regnum Dei non poſſidebit, quid eſt quod Euangelium loquitur, dicens: Exactor mittet te in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas noviſſimum quadrantem? Ecce, ait. In his verbis aperte innuitur, tamdiu eum ſolummodo in ſupplicio cruciari, uſque quo noviſſimum quadrantem, id eſt, minimum perſolvat peccatum. Cui ego: Si illa orationis particula, id eſt, donec, ita interponitur, ut poſt ſolutum noviſſimum quadrantem de carcere eum exire doceat: ergo, quod nefas eſt credere, & beata virgo Maria poſt ortam in carne veritatem, Ioſeph virum ſuum cognovit. Sic enim illic dicitur: Non cognovit eam donec peperit filium ſuum primogenitum. Et illud, Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus Dominorum ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur nobis. Ergo quamdiu ſervis miſereatur Dominus, tamdiu oculi eorum intendent in eum: poſtquam vero miſertus fuerit, avertent oculos ſuos ab eo? Ad hæc ille nil reſpondere valuit. Cui cum dicerem, utrumnam adhuc in ſua ſententia perduraret, ſtulte reſpondit: Nam nec illud, nec iſtud ſe credere profeſſus eſt. Sed jam, quia nec prolixiorem locutionem ex his habuimus, quid de hac re ſentiamus, & illi & omnibus manifeſtius aperiamus. Conſtat namque & verum eſt, non de aliis Dominum redemptorem dixiſſe, niſi de his qui fidei baptiſmum ſunt conſecuti: Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Si ergo multi ſunt vocati, ſed pauci electi, conſtat nimirum quia nullus niſi electus ad vitam æternam intrabit. Apoſtolus denique de quibuſdam Chriſtianis dicit: Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et Dominus definite ait: Qui autem me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo & coram Angelis ejus. Quique alibi ait: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Quid apertius, quid lucidius ſuper hac re poteſt inveniri. Ecce etenim apertiſſime veritas docet, non omnes Deum per fidem confitentes, intraturos in regnum cælorum: & audet quiſquam ore Diabolico mendaciter fingere, quod eadem veritas denegat? Neque enim ait: Qui me nunc per fidem invocaverit, voluntatemque Patris non fecerit, poſt inferni ſupplicia regnum cælorum intrabit: ſed ait: Non omnis qui dicit mihi,

Anno Chriſti DCCCLXXXVII.

Origenis hæreſis repetita.

Anno Chriſti

mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; quod utique ad confeſſionem fidei pertinere videtur: ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ſubaudis operando juſtitiam, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Teſtatur etiam Dominus alibi, in futurum impios dicturos; Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Quibus ſe ilico reſponſurum eſſe fatetur, dicens: Tunc confitebor illis; Quia nunquam novi vos, diſcedite à me operarii iniquitatis. Paulus quoque affirmat, dicens: Firmum ſtat Dei fundamentum, novit Dominus qui ſunt ejus. Si ergo verum eſt quod veritas dicit, & ſi verum eſt quod Apoſtolus concors veritatis dicit, proculdubio quos nunquam ſe Dominus noviſſe in futurum proteſtatur, non ſunt ejus, quia novit Dominus qui ſunt ejus. Si, inquam, novit Dominus qui ſunt ejus, & in futurum de miraculis conquerentibus dicit, nunquam novi vos; illos ſolummodo quos novit, in libro vitæ ſcriptos tenet. Quo contra de illis quos non novit, per Pſalmiſtam dicitur: Deleantur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur. Et ut nimis in longum ſermo non proſiliat, in iſtius Apocalypſis locutione apertiſſime innuitur, poſt ultimum judicii diem, nullum introeundi aditum ad electorum ſocietatem reprobis eſſe. In hoc enim verſu, ex quo iſta provenit occaſio de hac re diſputandi, ita de ſancta cœleſtique civitate dicitur: Et omne maledictum non intrabit in eam, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. Et quid eſt omne maledictum, niſi illud quod benedictionem illam ſuſcipere non meretur; de qua voce redemptoris dicitur: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi: ſed illam maledictionem audire, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus? Sed ecce dum iſta finire quærimus ad memoriam redit quod ſuperius eidem memoriæ defuiſſe videtur, quod idem vir, qui nos ad iſta loquenda compulit, vehementiſſime quærebat, dicens: Si criminoſi Chriſtiani poſt ſupplicium non ſalvantur, quid eſt quod Apoſtolus de eo cujus opus arſerit, dicit: Ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem? Ad hæc autem agiliter ego reſpondi, nequaquam ignem æternum eſſe in quo dies Domini revelabitur, per quem & non alii niſi hi qui Chriſtum in fundamento habuerint, poſſunt ſalvari: hi ſ. qui ligna, fœnum atque ſtipulam, id eſt, minuta peccata quæ facile poſſunt igne cremari, in Chriſtum credentes, committunt. Sed numquid fornicarius aut adulter Chriſtum habet in fundamento, & non potius meretricem in ruinoſam arenam? Qui adhæret, inquit Apoſtolus, meretrici, unum corpus efficitur. Et rurſum: Qui adhæret Domino, unus

Origenis hæreſis repetita.

DCCC LXXXVII.

Spiritus

Spiritus eſt. Ergo cui adhæret quiſque, ipſum & pro fundamento habet. Concedat ergo quiſquis ille eſt, illum poſſe per illum ignem purgatorium ſalvari, qui Chriſtum habuerit in fundamento, id eſt, qui fidem criminoſis operibus hinc non detulerit maculatam, ac nequaquam gehennæ ignem dicat eſſe, in quo dies Domini declaratur, ſed illum, qui ſecundum Petri ſententiam hæc viſibilia elementa concremabit. Dicamus etiam illi qui ejuſmodi eſt, ſi nos recipit, quid ſit illud de quo dubitat, Amen dico tibi, non exies inde donec reddas noviſſimum quadrantem. Sic enim dicitur, Non exies inde donec reddas noviſſimum quadrantem; ac ſi diceretur, Quouſque etiam pro minimis peccatis mortis vindictam accipias. Nam & humana locutione ſic homines dicere ſolent homicidis vel furibus in carceribus retruſis: Non exies uſque quo pro malis tuis ibidem moriaris. Quia enim æternum ſupplicium mors ſecunda vocatur, & eadem mors quos ſuſcipit, ſemper quidem occidit, ſed nunquam perfectè extinguit; in eo quod dicitur, Non exies inde donec reddas noviſſimum quadrantem, non ſolum pro magnis, verum etiam pro minimis peccatis ultionem æternam iniqui perſolvere docentur. Hæc Anſbertus ille; cujus inſignem & raram hac tempeſtate in ſcribendo docendoque libertatem ſatis non poſſum admirari. Ejus enim ſunt iſta, quæ in Epiſtola iiſdem Commentariis in Apocalypſin præfixa, & Stephano Papæ inſcripta, leguntur. *Laboro*, inquit, *Venerabilis Pater, in hoc opere, gaudens quia monuiſti ut laborarem. Laborarem etiam triſtis, ſi prohibuiſſes, ne ſcilicet humano ſubditus timori talentum, quod fidelibus populis erogandum accepi, ſub terræ ſilentio damnandus conderem.*

Anno Chriſti

Originis hæreſis repetita.

Anſberti de auctoritate Pontificis Romani judicium.

Ad ejuſdem Arnolphi tempora Ducatus Burgundiæ initium referri debere videtur. Datus enim erat, ut habent Burgundionum Vignieriani Annales, Carolo Imperatori ſuæ mentis non ſatis compoti, Arnulfus Carlomanni ex pellice filius, tutor. Deinde eo initio hujus anni mortuo, ſucceſſor a Germanis proceribus datus eſt. Ideo cum Carolus Simplex, Ludovici Balbi filius, ad regni moderamina capeſſenda per ætatem non adhuc eſſet idoneus, Arnulfus non ſolum Imperator, ſed etiam Franciæ Rex dictitari volebat. Sed cum periculum, quod a Danis imminebat, Franciam rurſus terrere inciperet, permiſit ut Franciæ proceres Odonem Roberti filium, Pariſiorum Comitem, ex tutore Regem crearent, propter inſignes ejus tum corporis tum animi dotes, licet nonnulli cum Fulcone Archiepiſcopo Remenſi,

DCCCLXXXVIII.

Ducatus Burgundiæ initium.

Anno Chriſti

Guidonem Spoletinum ex Italia evocandum cenſerent, atque ob id a Valtero Senonum Archiepiſcopo, Odo ſive Eudo inungi coronarique voluit. Et ut ſuas etiam res ſtabiliret, Richardum Comitem Auguſtodunenſem, virum ſtrenuum & in re bellica exercitatiſſimum, totius Burgundiæ, quæ eſt cis Ararim, Ducem paulo poſt inſtituiſſe mihi facile perſuaſerim, ut ſub eo nomine majore vi & autoritate res adverſus Normannos gereret. Qui,

Ducatus Burgundiæ initium.

fœdere quod cum Carolo icerant conculcato, Lutetiam ſecundo tentare auſi ſunt. Ab ea autem Roberti Odonis, Regis fratris Pariſiorumque Comitis, virtute repulſi, in Senones delati ſunt, quos cum menſibus pluſquam ſex (Reginonis teſtimonio) fruſtra oppugnaſſent, magnamque ibi hominum jacturam Richardo ipſo in eos irrumpente pertuliſſent, totam Burgundiam prædis, cædibus atque incendiis eodem anno pervaſtarunt: cum nec ullus alius ante illum (cujus ſaltem ſit nomen ab Hiſtoricis memoriæ proditum) nec ipſemet, ante regni Odonis primordia, Burgundiam Ducis titulo rexiſſe viſus ſit. quanquam Annales Remenſes ipſi etiam Marchionis Burgundiæ nomen tribuant.

DCCCLXXXVIII.

Ideo certis teſtimoniis conſtat, præſertim ex tabula electionis Ludovici filii Boſonis, illum jam Ducis appellationem geſſiſſe anno DCCCXC. At cum ſub eodem Odone, vel ſub Carolo Simplice ſaltem, Ducum Comitumque poteſtas hæreditaria perpetuaque cœperit eſſe, quæ temporanea tantum antea fuerat, ita obſervare licet, Richardum primum extitiſſe, qui Ducalem Burgundiæ Præfecturam ad poſteros ſuos hæreditaria ſucceſſione tranſmiſerit: adeo ut non ab alio Ducum Burgundionum ſeriem auſpicari oporteat. Qua de cauſa annos, tum ipſius, tum Ducum ſequentium, ab hoc anno computare oportet, quo Carolo Craſſo humanis exemto, Arnulfus Regni Germanici, Odo vero Gallici habenas inierunt, vetuſtiorum probatiorumque autorum teſtimonio: nempe Wittikindi Saxonis, Reginonis, Dadonis Virdunenſis, Hermanni Contr. Mariani Scoti, Gotofredi Witerbienſis, Lamberti Scaff. Otthonis Friſing. Abbatis Uſper. Chronici Benigniani, & Supplementi Idatii, quibus vetera diplomata tabulæque omnino aſtipulantur. Licet recentiores ferè omnes, vel Sigebertum, vel alios quoſdam ſequuti, Caroli Craſſi obitum anno DCCCXCI: aut DCCCXCIV. aſcribant. Ex quo neceſſe eſt, rationem temporum in annis

Ducum Comitumque poteſtas hæreditaria ſub Carolo Simplice cœpit.

Anno Chriſti

Regum Gallicorum & Imperatorum apud Hiſtoricos valde incertam conturbatamque eſſe.

Regni Iurenſis Burgundiæ primordia.

Neque Burgundiæ tantum Ducatus, ſed & Regni Jurenſis Burgundiæ primordia ad hæc tempora debent referri. Nam Regna quæ Caroli Craſſi Imperio ut in una compage colligata erant, ejus interitu velut hærede legitimo deſtituta, repente adeo (quemadmodum tradit Regino) diſſoluta ſunt, ut quæque ſibi idoneum propriumque Regem è penu ſuo creare, naturaleſque dominos non amplius reſpicere fas eſſe duxerint. Hac ratione cum nova regna multis in locis emerſerint, unum illorum fuit, quod Rodulfus Conradi cujuſdam Comitis (cui ſecundum Annales Paterniacenſes cognomentum fuit a Stratlingem arce) filius, Hugonis autem Abbatis nepos, in ea Burgundiæ parte quæ trans Iuram ad Alpes uſque protenditur, ideoque Transjurenſis dicebatur, cui Comitis nomine poſt patrem præerat, hoc anno erexit: incolarum populariumque animis ſibi conciliatis, adeo ut ab iis Regem illius Burgundiæ ſe ſalutari regioque more coronari curaverit, nec eo ſanè contentus vicinorum Burgundionum Lotharienſiumque animos legationibus pollicitationibuſque in ſe convertere tentaverit. Id quod Arnolfo Imperatori tantopere moleſtum fuit, ut ad eum inde depellendum nihil non ſibi tentandum eſſe duxerit. Ille vero ita caute ſibi proſpexit, ut locorum aſperitate & difficultate tutus, hoſtium ſuorum conatus omnes ſemper eluſerit, feliciterque repulerit. Unde tandem regnum adeo firmum ac ſtabile conſtituit ut ad quartam etiam ſtirpem poſſeſſio ejus poſt obitum ejuſdem deſcenderit, poſtquam in eo gubernando annos circiter XXIV exegit. Nec enim iis aſſentiri poſſum, qui Conradi illius (qui anno DCCCCXXXVII. regnare orſus eſt) patrem fuiſſe tradiderunt, cum certis teſtimoniis & argumentis demonſtrari poſſit, avum potius quam patrem ejus extitiſſe, præſertim cum cauſæ quæ illum ad regni faſtigium extulerunt, reſque ab eo viriliter geſtæ virum jam matura ætate hoc tempore fuiſſe declarent. Cui opinioni etiam aſſentitur Lazius, licet deliria omnino eſſe videantur quæ de hoc Rodulfo ejuſque poſteris in Genealogia Auſtriaca proferre auſus eſt, & abſurda & inter ſe pugnantia, ut nos alibi forte oſtendemus. Cæterum qui Rodulfi iſtius vel Boſonem vel Richardum patrem fuiſſe credide-

DCCC LXXXVIII.

Lazius notatur.

Anno Christi

runt, Reginonis teſtimonio luculenter refelluntur, qui Conradi filium vocat, & Hugonis Abbatis (cujus ſe mentionem feciſſe paulo ante diſerte aſſerit) nepotem. Cum igitur duorum Hugonum Abbatum tantummodo meminerit, illius ſcilicet quem Rex Lotharius ex Waldrada pellice ſuſceperat, & ejus, quem Gallicæ Hiſtoriæ Ducatum Aurelianenſem, ſive Ligerinum tenuiſſe commemorant, ad alterutrum illorum iſtud referri neceſſe eſt. Sed cum de poſteriore recentius ſcripſiſſet, de illo etiam magis quam de alio iſtud dictum videri poteſt. Interim hoc obſervatione dignum eſt, regnum iſtud ab uno Rodulfo inchoatum: in alio vero ejuſdem ſtirpis Rodulfo poſt annos centum & circiter XLII. diſſolutum fuiſſe. Poſtremo nec hoc diſſimulandum eſt, Burgundiæ Regnum, quale ſub prioribus Regibus fuerat, in tres Principatus hoc ſeculo diſtributum fuiſſe. Quidquid enim a Iura monte ad Alpes uſque excurrebat, ubi quondam Helvetii Rauraei & Allobrogum pars, hodie vero Sabaudiæ Ducatus, ac Uchtlandia, Briſgovia, Suntgovia, Cremerlandia & Tigurinenſis Præfectura, ſive Helvetiorum hodiernorum pagi tenent, Regno Iurenſi, quod ab iſto Rodulfo inchoatum fuit, comprehendebatur. Nec enim ſibi adhuc adjecerat Burgundiam ſuperiorem, quæ Iura & Vogeſo montibus includitur, ubi hodie Veſontio Tullumque & Dola urbes ſub Comitatu Burgundico ſpectantur, in quam Richardum Burgundiæ Ducem ejuſque filios jus ſuum aliquandiu exercuiſſe mihi nonnulla teſtimonia indiciaque fidem faciunt. Tertium vero principatum Burgundia inferior, quæ Provinciam Arelatenſem Maſſilienſemque ab Alpibus ad Rhodanum uſque continet, conſtituebat. Cui Boſo ejuſque filius, & Hugo poſtea, atque etiam Carolus Conſtantinus Ludovici orbi filius (Viennæ præſertim) præfuerunt. Quod autem regni Iurenſis auſpicia hoc anno ſtatuere oportuerit, præter Reginonis atque illius qui Chronicon Idatii continuavit, autoritatem, fidem faciunt nonnulla vetera teſtimonia atque etiam diplomata quæ in Cartophylacio Bernenſi extant. Quale unum eſt inſcriptum ad annum ſalutis VCCCXCV. Indictione XIII, anni Rodulfi regis VIII. Hæc Vignerius in Burgundicis Annalibus.

Regni Iurenſis Burgundiæ primordia.

DCCCLXXXVIII.

Cæterum accuratius paulo & fuſius hæc perſecutus eſt Franciſcus Guillimannus Lib. II. de Rebus Helvetiorum, Cap. XIII.

Burgundiæ regnum à

Nulla,

Anno Chriſti

Nulla, inquit, propè quæſtio implicatior, quam quæ de ultimis Burgundiorum regibus; adeo numerus, origo, geſta pleraque parum manifeſta ſunt. Neque tamen duos tantum Rudolphos, ut Paradinus & alii, conſtituam, aut ad ſenarium eos numerum cum Lazio producam. Nam cum ſupra centum triginta annos, Sigeberto auctore, regnarint, credibile eſt plures fuiſſe, quam duos: & ſi, quos ponit Rudolphos ſex Lazius, adcuratius perſpexeris, in duos aut tres tantùm convenire reperies. Rudolphum primum vocatum, qui primus eam quæ inter Iuraſſum eſt, & montem Iovis, quem nunc S. Bernardi vocamus, Provinciam, ſive Helvetiam occupavit, omnium ſententia eſt. Qui cum ſe apud D. Mauritii coronandum curaſſet, regem ſe Burgundiæ nominavit, eamque fortiter contra Arnulphum Imp. & ejus filium Zundibaldum defendit, & tenuit. Rudolphus I. Burgundiæ Rex. ultimæ gentis.

quo, quomodo & quando reſtitutum, regeſque Burgundiæ qui præcipue in Helvetia imperarunt.

De hoc ita Regino, cum Caroli Craſſi mortem, ut alibi recenſuimus, notaſſet. *Per idem tempus Rudolphus Cunradi, nepos Hugonis Abbatis, de quo ſupra meminimus, provinciam inter Iuram & Alpes Penninas occupat, & apud S. Mauritium, accitis ſecum quibuſdam primoribus, & nonnullis ſacerdotibus coronam ſibi impoſuit, regemq́ ſe adpellari juſsit. Poſt hæc mittit legatos per univerſum regnum Lotharii, & ſuaſionibus, pollicitationibuſque Epiſcoporum, & nobilium virorum mentes in ſui favorem demulcet. Quod cum nunciatum eſſet Arnulpho, illico cum exercitu ſuper eum irruit. Ille per arctiſsima itinera fuga dilapſus in tutiſsimis rupium locis ſalutis præſidium quæſivit, omnibuſque diebus vitæ ſuæ Arnulphus & Zundibaldus filius ejus eumdem Rudolphum perſecuti ſunt, nec tamen eum lædere potuerunt. Quia, ut ſupra expreſſum eſt, loca inacceſsibilia, quæ ſemitis tantùm pervia ſunt, inſequentium confertas acies procul ab ingreſſu repellebat.* Poſteà, *Arnulphus cum valido exercitu Langobardorum terminos intravit*, &c. *Pervenit autem uſque Placentiam. Inde converſus eſt per Alpes Penninas, Galliam intravit, & Sanctum uſque Mauritium pervenit. Rudolpho, quem quærebat, nocere non potuit, quia montana conſcendens, in tutiſſimis locis ſe abſconderat. Regionem inter Iuram & montem Iovis exercitus graviter attrivit.* Hæc ſuper Rudolpho qui primus, ut diximus, ſuæ gentis, Burgundiorum regnum poſt tot ſecula reparavit. Quis vero Conradus ille fuerit Rudolphi pater, parum, ut cetera, certum. Arbitror fuiſſe eum qui Hugbertum Abba-

DCCCLXXXVIII.

Anno Chriſti

tem interfecit. Hujus Hugberti ſororem Thietbergam Lotarius Auſtraſiæ & Burgundiæ Rex, Lotharii Imp. filius matrimonio ſibi adjunxerat, ut etiam alibi notavimus, eaque adfinitate Ducatum illi Transjuranum, ſive quidquid inter Alpes & Iuram Helvetiæ eſt, conceſſerat. Regino. *Lotarius Hugberto Abbati inter Iuram, & montem Iovis commiſit, eo quod tunc fideliſſimus putaretur, utpote adfinitate conjunctus propter ſororem Thietbergam.* Ubi vero eamdem Thietbergam uxorem legitimam Valdradæ pellicis inſano amore cæcus Lotharius repudiaſſet, graveſque propterea pœnas pertuliſſet, Hugbertus ſororis injurias ulturus etiam rebellavit, Lotharii regnum vaſtavit, ejus miniſtros expulit, donec tandem a Cunrado Comite obtruncaretur. Idem Regino. *Hac tempeſtate Hugbertus Abbas, frater Thietbergæ Reginæ, contra Lotharium Regem rebellare exorſus eſt. Collecta quippe prædonum manu valida, rapinas exercere cœpit, interfectiſque aut fugatis Lotharii fidelibus, qui finitima poſſidebant loca, agros, villaſque eorum, ſuæ factionis ſectatoribus diſtribuit. Ad hujuſmodi temeritatem comprimendam Lotharius Rex ſemel, iterum, atque tertio exercitum produxit, frequenter etiam cum ducibus armatorum multitudinem direxit, ſed minime hanc præſumtionem exſtinguere potuit: quia loca inacceſſibilia erant inter Iuram, & Alpes Penninas, ſeditioſis munitiſſima itinera & difficilem ingreſſum præſtantia. Attamen idem ipſe ille Hugbertus noviſſime à Conrado Comite peremtus eſt, juxta caſtrum, quod Urba dicitur.* Hunc igitur Conradum exiſtimo, a Lothario Rege eum Helvetiæ, quem tenuerat Hugbertus Abbas Ducatum accepiſſe, fratremque ejus Hugonem, ejuſdem Abbatiam. Erant vero Abbates hi principes, & primæ auctoritatis viri, quibus pro ſuis erga Reges officiis monaſteria opulentiſſima, poſſeſſioneſque Eccleſiis dicatæ addicebantur. Ipſi Decanos inter Monachos conſtituebant, qui fratrum curam haberent, & ſacerdotia exercerent; Abbatum nomina, reditus, poſſeſſiones, villas, cetera in ſe transferebant. Clarum ex Aimone, ſive quiſquis fuit, qui Libr. v. adjecit, ubi de S. Germani Abb. ſermo. *Ea tempeſtate*, inquit, *Gauzelinus Abbas cœnobii S. Vincentii, ſanctique Germani dominum adiit imperatorem Carolum Calvum, petens quatenus ſtipendia monachorum ſub eo degentium, per privilegii ſui auctoritatem diſponeret, ne per ſuccedentia tempora avaritia Abbatum de iis quæ auctoritas regia ſtatuerat, aliquid mutilaret. Quod quamvis ſimplici animo egerit, cupi-*

DCCC LXXXVIII.

Abbatiæ olim viris dignitas.

ditas

ditas tamen principum Francorum ſubſequentium in hac ordinatione oculum aperuit. Nam quamvis prudentiſſimus Abbas Irmino omnium redhibitiones villarum S. Germani videlicet uſque ad unum ovum, ac pullum, vel etiam ſcindulam, ſcripto ſub uno, comprehendit, & quantum Monachi in proprios uſus haberent, quantumque Abbas ad exercitum regis, vel in proprium ſibi vindicaret, diſpoſuit, tamen vigore decedente regum Robertus Comes Pariſiorum, qui Monarchio Francorum vocabatur, frater videlicet Odonis regis, nec non Hugo Magnus, quin etiam uſque ad tempora Roberti regis, ea quæ Abbates accipiebant, ſibi addixerunt & ſtatuentes Decanos Monachis, ſibi nomen Abbatis uſurpaverunt. Ea vero quæ tunc ſibi ex rebus Eccleſiaſticis vindicarunt, propriis militibus diſtribuerunt, & Juri Eccleſiaſtico ſubtraxerunt. Hactenus Aimo. Privilegium ſuper hac re Caroli Calvi Imp. datum eſt XII Kalend. Mai. Ind. V. regni ejus ann. XXXII. Actum in monaſterio S. Dionyſii. Unde & Suidegerus; *Abbates*, inquit, *in antiquis Hiſtoriis non ſunt Monachi, vel Religioſi, ſed Barones, magnateſque ſeculares, quibus Abbatias vel monaſteria princeps dat ad tempus vel quoad vixerint.* In qua arbitror ſententia idem dixit Aimo ſupra memoratus. *Carolus ordinavit per totam Aquitaniam Comites, Abbateſque nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgo vocant.* Alibi; *Ludovicus quos potuit conciliavit ſibi, dans eis Abbatias, & Comitatus, & villas.* Quæ ego pluribus, hac Hugberti Abbatis occaſione, attuli, ut qui fuerint Abbates hi, de quibus in Hiſtoria horum temporum paſſim mentio, magis clareret: & ſimul origo hujus inſtituti, quod tantopere ad ſuam perniciem reges poſteri amplexi ſunt, innoteſceret. Sed Rudolphus, ut ad eum redeamus, Conradi Comitis filius, paternis titulis non contentus, Ducatum quem a patre acceperat, in regnum convertit, extulitque eo, quo diximus modo. Et multa erant quæ eum egregiæ fortitudinis & animi virum, ad aliquid grande, & magnum ſolicitarent, felicemque ſucceſſum pollicerentur. In primis eorum temporum turbæ, & novi hoſtes, Nortomanni in Gallia: Hunni in Germania, qui eos, qui rerum in utroque regno ſummam tenebant, tantiſper continere poſſe videbantur, dum ſuas ipſe opes firmaret, alterutrique parem ſe redderet. Sed præcipue regentium vilitatem contemnendam putabat, & forti viro indignam. Arnolphum enim in Germania imperatorem Carolomannus ex concubina ſuſceperat: Galliam Ludovicus,

Anno Chriſti

Abbatũ olim dignitas.

DCCC LXXX-VIII.

Burgundiæ regni initium.

Anno Chriſti dovicus, & Carolomannus Ludovici Balbi Imp. filii ſpurii, etiam adminiſtrabant. Ipſe Rudolphus ſuam a Carolo Magno originem deducebat, ſeque proinde regno, & imperio dignum & capacem legitime adſerebat. Id ex eo verſiculo qui de Giſila eſt apud Scriptores, Conradi, hujus Rudolphi, nepotis filia, intelligi poteſt.

Quando poſt decimam numeratur linea quarta,
De Carolo Magno proceſſit Giſila prudens.

Quæ ſi de Carolo Magno, multo magis Rudolphus ex quo ea deſcendit. Sunt qui Rudolpho cognomen a Strǽtlingen tribuunt, Rudolphumque a Strætlingen vocant. Sanè Comitum a Strætlingen (quidam eos tantum inter Barones locant) admodum priſca, & nobilis in Helvetia memoria, utpote qui in Vimmiſium, Sebedalios, totumque illum Alpium tractum poſſiderent. Ex eadem, credo, ſtirpe adhuc ſub Friderico II. Rodolphus, & Henricus a Strætlingen vivebant. Arcem Strætlingen ſupra Dunum, ſecundum lacum, Bernenſes everterunt bello, quod in gratiam Salodorenſium cum Kiburgiis geſſere.
DCCCLXXXVIII. Rudolphus relicto unico filio Rudolpho obiit eodem quo Ludovicus Imp. Arnulphi filius anno, quo in majore errore verſantur ii, qui eum bella in Italia geſſiſſe memorant, & poſtremum Franciæ regnum obtinuiſſe. Rudolphus II. Burgundiæ Rex I.

Hic non contentus patrii regni limitibus contra Allemanniam arma, & exercitum duxit. Sed apud Vitodurum prœlio ſuperatus a Burcardo Allemanniæ Duce, in longe majus diſcrimen veniſſet, niſi eodem tempore Henricus Othonis Saxoniæ Ducis filius, dictus Auceps, imperator creatus eſſet, cum quo Burcardo per ambitum non conveniebat, qui proinde pacem a victis, quam victoriam proſequi maluit. Juncta & adfinitas, quo firmiores vires eſſent, & Rudolpho Berta filia collocata. Sed Henricus quoque Imperator eadem de cauſſa animum a Rudolpho alienavit, bellumque minatus eſt: verum cum lanceam illam, quæ Conſtantini M. fuiſſe dicebatur, ab eo accepiſſet, non ſolum Burgundiam, & quæ poſſidebat, confirmavit, ſed etiam muneribus, & Sueviæ non pœnitenda parte adauxit. Unde Luitbrandus de ea lancea. *Quanto autem amore Rex Henricus præfatum ineſtimabile donum acceperit, tum in nonnullis rebus: tam in*

Anno Christi

hoc præſertim claruit, quod non ſolum eo donantem ſe auri argentique muneribus, verum etiam Suevorum provinciæ parte non minima honorarit. Sigebertus hanc a Rudolpho minis & precibus extortam lanceam ſcripſit, eaque pro imperii inſignibus & tutela Imperatorem uſum. *Lanceam*, inquit, *mirandi operis, & clavis Ieſu Chriſti crucifixi ſanctificatam, quæ dicitur primi & Magni Conſtantini Imperatoris fuiſſe, donatam Rudolpho regi Burgundionum & Italiæ, à Samſone Comite, Rex Henricus, precibus, minis, muneribus, addita etiam parte provinciæ Suevorum, à Rudolpho extorquet, & hanc ad inſigne, & tutamen imperii poſteris relinquit.* Idem quoque Otho confirmavit. De Henrico. *Lanceam quoque*, inquit, *ſacram, quam reges noſtri hactenus habent, ab Rudolpho Lugdunenſis Galliæ, ſeu Burgundionum rege, minis extorſit.* Ego hanc lanceam fuiſſe arbitror labarum, cujus deſcriptionem & imaginem pluribus expoſuit Baronius. Certe non uno loco multis oſtendit idem auctor exemplis, Imperatores Romanos prævio & duce labaro quod Crucis, & Chriſti ſignaculum continebat, præclariſſimas victorias reportaſſe feliciterque bellis perfunctos eſſe. Burgundiam vero Rudolpho, & ejus poſteris confirmatam idem Otho videtur oſtendere, cum diviſionem illam Auſtraſiorum regni factam inter Carolum Simpl. Franciæ regem, & Henricum Imperat. recenſet. Burgundiam enim dicit per ſe habuiſſe ſuum regem, quod non feciſſet, niſi ea Imperatoris voluntas fuiſſet. *Cum*, inquit, *Henricus cis Rhenum regnaret, & de Belgica cum Carolo diſceptaret, ex voluntate amborum ad hujus litis ſcrupulum decidendum, die in oppido Bunnæ conſtituta, Belgica Henrico ceſſit, ac Carolo Celtica tantum, & Aquitania, parſque Lugdunenſis, Burgundia per ſe Regem habente, remanſit.* Rebus in hunc modum domi compoſitis & ſtabilitis Rudolphus ad Italiam animum, & cogitationem convertit. Vocabatur ad id regnum contra Berengarium capeſſendum. Principes factionis erant Lambertus Epiſcopus Mediolanenſis, Adelbertus Marchio Eporegiæ; Odalricus, & Gibbertus Comites: qui cum forte cum ſuis, & non exigua armatorum manu prope Brixiam conſultant, in eos Berengarius, rerum quæ gerebantur non ignarus, Hungaros, qui eo tempore in Venetia erant, concitavit, impetuque facto, re inopinata, non paucos oppreſſit, aut cepit, quæ res properare Rudolphum compulit. Facto igitur maximo Burgundionum, præcipue vero Helvetiorum exercitu, in Italiam

Burgundia regnum & reges.

DCCCLXXXVIII.

Anno Christi

deſcendit, & ab omnibus prope Italiæ Rex ſalutatus eſt. Berengarius Veronæ, quæ ſola ſupererat, ſe abdidit. Regnavit Rudolphus pacifice, & cum laude, omniumque favore per triennium. Sed ut Itali exteros libentius ſuſcipiunt, quam patiuntur, inſita mobilitate, & rerum novarum ſtudio, non pauci nobilium rurſum Berengarium ſolicitare cœperunt. Unde novum bellum, & apud Florentiolam prælium; quo in prælio Rudolphi opes concidiſſent, niſi Bonifacius ejus propter ſororem adfinis auxilio in tempore adveniſſet. Berengarius victus, & profligatus. Italia rurſum Rudolpho quieta, & ſubjecta. Ipſe in Burgundiam ſe recepit. Et pauci fuêre anni cum denuo rebellarunt Italienſes, Hirmingardis Eporegienſis Marchionis Adelberti vita defuncti conjugis, & Lamberti Mediolanenſis Epiſcopi præcipuè auctoritate. Nobilis illa quidem & patris opibus, Tuſciæ Marchionis, ad maritales adjunctis, latè potens, ſed famæ parum bonæ, Guidonem Arelatenſem Comitem contra Rudolphum invitavit. Rudolphus, quæ contra ſe parabantur perſpectis, exercitum maximum in Italiam rurſum deduxit, adſumto inter auxiliarios Burcardo Allemanniæ Duce ſocero, qui cum, relicto Eporegiæ genero, ad Mediolanenſes legatus profectus eſſet, contra jus gentium Lamberti inſidiis interfectus eſt. Luitbrandus id accidiſſe ſcribit, quod minas quaſdam, lingua Germanica, effudiſſet, quas per Interpretem Epiſcopus intellexerit. At vero Rudolphus jam quoque ſoceri necem ulturus, motis caſtris, continuo ea ante Ticinum metatus eſt, urbemque, in quam Hirmingardis, & plerique rebellium tanquam locum eo tempore muniтiſſimum ſe receperant, artiſſima obſidione cinxit, expugnaſſetque, niſi ejus feminæ literis fraudulentis, quibus ſcilicet ſuorum militum, principumque fidem in ſuſpicionem vocabat, deceptus, & circumventus cœpta deſeruiſſet, damnataque gentis levitate & perfidia, ſe, re infecta, in Burgundiam retuliſſet. Ad poſtremum Guidoni omni ex parte Italia ceſſit, pactoque pro ea Arelatenſe regnum, ſive Comitatum Rudolphus accepit, antiquiſſimum Burgundiæ regum titulum; deinceps ita vitæ reliquum confecit, ut non abſque magna ſanctitatis opinione deceſſerit, relicta Berta uxore: liberis, Conrado, qui ſucceſſit, Burcardo Lauſanenſi Epiſcopo, & Rodulpho poſthumo; Adelhaide quæ primum Lothario Guidonis Italiæ regis filio nupſit,

Burgundiæ regnum & reges.

DCCCLXXXVIII.

Arelatenſe regnum quod olim dictum.

nupſit, tum Othoni I. Imp. collocata eſt, Gerburgi, quam Hermannus Gebhardi Franconiæ Ducis filius, cui poſt Burcardi necem Sueviæ aut Allemanniæ Ducatus traditus, uxorem duxit. Tradiderunt auctores præcipui nominis & auctoritatis, Rudolphum hunc cum Italia abiiſſet, ad regnum Franciæ vocatum lectumque a Carolo Simplice Peronæ capto, cauſſa addita, quod ejus per novam ſalutaris aquæ generationem Carolus pater eſſet; qua in re non unum ob errorem plane falſo convincuntur. Nam primo Rudolphus Franciæ, Richardum patrem habuit Burgundiæ Ducem; non Rudolphum, aut Cunradum. Quod iidem auctores etiam confitentur. Deinde Burgundus liberos reliquit; Franciæ Rex nullos: ille in oppido Senonum ſepultus, mortuus Antioſiodori: noſter Paterniaci, ubi poſt ejus mortem Baſilicam Berta conjux exſtruxit dotavitque regia Burgundionum munificentia, & pietate. Cunradus Burgundiæ Rex III. fuit.

Anno Chriſti

Burgundiæ regnum & reges.

Hujus regis admodum adoleſcentis primum contra Hungaros conſilium bellumque fuit. Vaſtatis quæ in Briſiacis erant Seconium Rheni inſulam populari animo deſtinaverat, eoque in loco flumen continenti ponte conjungere. Præmiſſa igitur copiarum non exigua manu, cum impedimentis in vallem Fricciam irruperant, ferroque & flama perdebant omnia, quibus Hirmingus nobilis & opulentus, ſed manu præcipue fortis ea in regione vir obvius factus penè omnes qui tranſierant interfecit, aut in Rhenum fugavit, fruſtra inclamantibus, & horribili fragore ululantibus in cæde ſuorum ab altera ripa ſociis, prædam ditiſſimam totius Allemanniæ ruina factam cepit, & in hoſtium conſpectu monaſterio Secconienſi donavit. Hac parte repulſi Hungari, ſecundum Rhenum progreſſi, prope Argentoratum in Sequanos & Elſatiam tranſierunt, & direptis quæ repererant apud Veſontium conſederunt. Ad eos per amicitiæ ſimulationem legatos deſtinavit Cunradus, qui oſtenderent paratum ſe eſſe, quas vellent ſedes dare, ſi, quæ adhuc in regno ſuo, Saracenorum reliquiæ erant, expuliſſent. Id eo facilius fore, quod ab altero eamdem gentem latere eſſet ipſe invaſurus: Saracenis vero, qui jam a Caroli Martelli Equ. Mag. tempore, montana quædam & inacceſſibilia loca in Burgundia occupaverant tenuerantque, exiguo tributo, hoſtem com-

DCCCLXXXVIII.

Anno Christi

munem adorirentur, virſque conjungerent, ſi tributi in poſterum levamentum, & ſedium in perpetuum confirmationem obtinere vellent, reſcripſit & adhortatus eſt. Id conſilii eo ſpectabat ut conciſis utriuſque gentis hoſticæ viribus, cum vix alteri par eſſe poſſet, utrumque populum facile exterminaret aut in quas vellet conditiones adigeret. Quod & feliciter præſtitit internecione deletis Hungaris, Saracenis prope exſtinctis, Egghardo Monacho S. Galli auctore. Sunt Scriptores, qui Othonem I. Imperat. Burgundiam ſubjugaſſe, imperioque adjunxiſſe, tradiderunt. Quidquid ejus ſit, ſatis conſtat Cunradum regem Othone Imperat. familiariter uſum eſſe, ejus omnibus propè bellis, quæ plurima in Germania, Francia, Italia geſſit, interfuiſſe. Cunradi hortatu, & precibus bellum Imperatorem contra Berengarium Italiæ tyrannum, qui ſororem ſuam, Adelheidem Lotharii Italiæ regis viduam, Papiæ obſidebat, geſſiſſe, tyrannum expuliſſe, Reginamque Adelheidem liberatam ſibi matrimonio collocaſſe, ex eaque Othonem II. ſuſcepiſſe. Habuit Cunradus Rex uxorem Mathildem, Lotharii regis Franciæ, qui Ludovico Tranſmarino patri ſucceſſerat, ſororem; quo ex matrimonio magnam provinciæ Lugdunenſis partem Burgundiæ regno adjunxit. Ex ea habuit filios Rudolphum, & Cunradum; filiam Bertam quæ nupſit Odoni Campaniæ Comiti, & Giſelam quæ primo matrimonio Erneſto Sueviæ Duci ſociata, ex quo Erneſtum II. & Hermannum Sueviæ etiam Duces genuit; ſecundis nuptiis Cunrado Salico Imp. ex quo concepit Henricum III. Imp. cognomento Nigrum. Fuit verò adpellatus glorioſo & commemorabili nomine, Pacificus, quia ſub eo Burgundia, tot annis, ſumma pace, otio, & tranquillitate floruit, pulſiſque, & cæſis Hunnis, belli nullum incommodum experta eſt. Vita functus eſt ſenex magno ſui deſiderio relicto. Rodolphus III. Burgundiæ Rex IV. fuit.

Burgundiæ regnum & reges.

DCCCLXXXVIII.

Ignavus vulgo nominatus, non aliam, credo, ob cauſſam quam quod in tolerandis ſubditorum injuriis & inſolentiis facilior eſſet, quam regia Majeſtas poſtulare videretur. Bella tamen per ſe pauca, alieno ductu nonnulla habuit. Primus verò fuit qui Beroldum Hugonis Saxoniæ Ducis filium, Othonis III. Imp. ex fratre nepotem, extulit honoribus, & dominiis locupletavit. Fuerat is contra Arduinum Eporegiæ Marchionem, qui

ſe Italiæ regem ferebat, in Italia ab Othone patruo conſtitutus, vicariuſque imperii ſive legatus in Ciſalpina Gallia nominatus. Qui cum multa ſtrenuè geſſiſſet, Arduinum regem ad Canapitium continuiſſet, Ligures & Genuenſes laſcivientes compreſſiſſet, magnamque nominis famam peperiſſet, a Rudolpho rege Burgund. regni Arelatenſis prorex electus eſt, Allobrogeſque, & Maurianam ab eo accepit, quibus Cottias Alpes, Pedemontana, ſuperato Manfredo Marchione Secuſino, adjunxit. Is eſt Beraldus, quem alii Geroldum, alii Bertoldum vocant, a quo ſereniſſima & florentiſſima Sabaudiæ Ducum ad hæc uſque tempora propago emanavit. Obiit nominis celebritate & gloria plenus ætatis ann. XLIV. relicto Umberto filio, primo Sabaudiæ Comite, ex Catharina Palatina Schirenſi. Qui Equeſtres, & magnam Antuatium partem, a Cunrado Imp. poſt Rudolphi regis mortem accepit. Rudolphus vero rex habuit uxores duas, Hermengardim, de qua fit mentio in reparatione S. Mauritii apud Agaunum. Illud Monaſterium olim celeberrimum, quod eo tempore penè occiderat, alienatis vel abſumtis temporum incuria, aut calamitate pleriſque poſſeſſionibus, rogatu & perſuaſu Hermingardis reginæ, Bertochdi & Rudolphi Comitum, Hugonis Epiſcopi Sedunenſis, Henrici Epiſcopi Lauſanenſis, Hugonis Epiſcopi Genevenſis, & Burcardi Epiſcopi Lugdunenſis, aliorumque, Rudolphus in priſtinum decus reſtituit, redditis quæ deerant, noviſque additis, adauxit, ut hujus reparationis teſtantur literæ, datæ Agauni, eodem loco, XXIV. ejus regni anno. Habuit & Hildegardin, cujus mentionem faciunt tituli Eccleſiæ S. Anatolii Salinis, & aliæ Cluniaci fundationes. Sed ex neutra liberos ſuſcepit. Ea cauſſa fuit cur ſubditi & nobiles inſolentiores evaſerint, novitatis ſpe, & licentia dominorum recentium, Odonis præcipuè ſolicitatu Campaniæ Comitis, Rudolphi ex ſorore adfinis, qui jam regnum Burgundiæ animo conceperat. Quas ob rebelliones Cunradi II. Imperat. qui alteram ſororem Giſelam duxerat, ut diximus, auxilium & præſidium invocare coactus, res quidem in præſentia compoſuit, Imperatoremque Romam proficiſcentem proſecutus eſt, cui ſe Umbertus Sabaudiæ Comes I. etiam ſocium adjunxit. Cunradus medius inter utrumque Cinitonem Anglorum, & Rudolphum Burgundiæ regem incedens, feſto Paſcatis Im-

Anno Chriſti

Sabaudiæ Ducum familiæ & potentiæ origo.

DCCCLXXXVIII.

Burgundiæ regnum & reges.

Anno Christi

perator a Ioanne XIIX. Pont. coronatus, & Auguſtus, frequenti P. R. adplauſu, ſalutatus eſt. Dum vero in Italia verſatur Cunradus & cum eo Rudolphus, non ſolum ab imperatore Erneſtus privignus, Allemanniæ, & Sueviæ Dux, defecit, ſed etiam a rege Comes Otho, nonnullaque in Æduis & Sequanis oppida hic occupavit, volentibus & libentibus Burgundionibus, qua qui-

Burgundia regnum & reges.

dem re ſeipſum omnino hæreditate privavit. Nam ſequenti anno Rudolphus Rex Henricum ex ſorore Giſela nepotem, hæredem ex aſſe nuncupavit, Othonem penitus excluſit. Unde Sigebertus. *Burgundionibus non deſiſtentibus à conſueta contra regem ſuum inſolentia, Rex Rudolphus regnum Burgundiæ Cunrado Imperatori tradidit, quod a tempore Arnulphi Imperatoris per annos pluſquam centum, & triginta gentis ſuæ reges tenuerant, ſicque Burgundia iterum redacta eſt in provinciam.* Ab hoc tempore annos ordinationis ſive regni Burgundici numeravit Henricus, licet adhuc aliquot annos vixerit Rudolphus. Sicuti ex quibuſdam titulis quos in Burgundia fecit apertum eſt. In Biſuntina Eccleſia quoddam inſtrumentum ita ſubſignatum; *Datum* XVIII *Kal. Octob. Anno Dominicæ Incarnat.*

DCCC LXXX VIII.

CIƆXLIII. *Indict.* X. *Anno autem Domini Henrici III. ordinationis* XIV. *Imperii verò* III. Certum eſt ad Imperium veniſſe Henricum III. mortuo Cunrado patre, anno D. CIƆXL. quo pacto tertius hic annus, cui cum reſignaſſet regnum Burgundiæ Rudolphus ann. CIƆXXIX. Ordinationis erit, ſubducto ad lineam numero XIV. Alio titulo ſubſcript. *Datum* V. *Idus Iul. Anno Incarnat. Domini* CIƆXLIX. *Anno Domini noſtri Henrici III. invicti*, &c. Paullò ſuprà; *Signum Domini noſtri Henrici regis invictiſſimi Teutonicorum tertii, ſecundi Romanorum Imperatoris Auguſti, & Burgundionum primi.* Ubi vero Rudolphus ſibi mortem imminere perſenſit, tum vero etiam regni ornamenta, ſceptrum, & coronam ad Henricum transferenda curavit; Otho Friſing. *Ea tempeſtate Rudolphus Burgundiæ, ſeu Galliæ Lugdunenſis Rex moriens Henrico filio regis, nepoti ſuo, regnum cum diademate, aliiſque inſignibus ſub teſtamento reliquit.*

Finis regum regnique Burgundionum.

Hic finis fuit Burgundiæ regum, regnique Burgundici. Hæc ſic conjuncta hoc loco offerenda legentibus exiſtimavimus, ut celebratiſſimi hujus Burgundionum regni exordium ac finis, principeſque uno quaſi intuitu agnoſcerentur.

Idem Arnolphus rerum cum potiretur, Formoſus, ut de aliis jam

Anno Chriſti

non dicam, Papa Romæ ſedit. Maximi autem terroris motus in urbe tunc excitati ſunt. De his Luitprandi, qui circa illa tempora claruit, verba ex Lib. I. rerum per Europam geſtarum Cap. VIII. hic exhibenda ſunt; *Formoſus Portuenſis Epiſcopus ſedit annos quinque, menſes ſex. Qui Formoſus religioſiſſimus à Romanis vehementer afflictabatur, cujus & hortatu Rex Arnulphus Romam advenerat. In cujus ingreſſu ulciſcendo Papæ injuriam multos Romanorum principes obviam ſibi properantes decollari præcepit. Cauſa autem ſimultatis inter Formoſum Papam & Romanos hæc fuit. Formoſi deceſſore defuncto Sergius quidam Romanæ Eccleſiæ Diaconus fuit, quem Romanorum pars quædam Papam ſibi elegerat. Quædam vero pars non infima natu Formoſum Portuenſis civitatis Epiſcopum pro vera religione, divinarumque doctrinarum ſcientia, Papam ſibi fieri anhelabat. Nam dum in eo eſſet, ut Sergius Apoſtolorum Vicarius ordinari debuiſſet, ea quæ Formoſi favebat partibus pars non mediocri cum tumultu & injuria Sergium ab altari expulit, & Formoſum Papam conſtituit. Deſcenditque Sergius in Tuſciam, quatenus Adelberti potentiſſimi Marchionis auxilio juvaretur; quod & factum eſt. Nam Formoſo defuncto, atque Arnulpho in propria * extincto, is qui poſt necem Formoſi Papa conſtitutus eſt, expellitur, Sergiuſque Papa per Adelbertum conſtituitur. Quo conſtituto, ut impius, doctrinarumque divinarum inſcius, Formoſum extra ſepulchrum extrahi, atque in ſede Pontificatus ſacerdotalibus veſtimentis indutum collocari præcepit. Cui & ait: Cum Portuenſis eſſes Epiſcopus, cur ambitionis ſpiritu Romanam univerſalem ſedem uſurpaſti? His expletis, ſacratis exutum veſtimentis, digitiſque tribus abſciſſis in Tiberim jactari præcepit, cunctoſque quos ipſe ordinaverat, gradu proprio depoſitos iterum ordinavit. Quod quam malè egerit, pater ſanctiſſime, animadvertere poteris; quoniam & hi, qui à Iuda Domini noſtri Ieſu Chriſti proditore ante proditionem ſalutem ſeu benedictionem Apoſtolicam perceperunt, ea poſt proditionem, propriique corporis ſuſpenſionem minime ſunt privati, niſi quos improba forte defœdarunt flagitia. Benedictio ſiquidem, quæ Miniſtris Chriſti impenditur, non per eum, qui videtur, ſacerdotem infunditur; neque enim, qui rigat eſt aliquid, neque qui plantat, ſed qui incrementum dat Deus. Quantæ autem auctoritatis, quantæque religionis Papa Formoſus fuerit, hinc colligere poſſumus, quoniam dum à piſcatoribus poſtmodum eſſet inventus, atque ad B. Petri Apoſtolorum Principis Eccleſiam deportatus, ſanctorum quædam imagines hunc in loculo poſitum venerabiliter ſalutarunt. Hoc namque à religioſiſſimis Romanæ urbis viris perſæpe audivi.*

Magni terroris motus Romæ contra Formoſum Papam.

DCCC LXXX VIII.

Cadaver ejus ex ſepulchro effoditur, & ludibrio exponitur.

Hæc

Anno Christi

Onuphrius notatur.

Hæc ille. Onuphrius in Annotationibus ad Platinam fabulam eſſe arbitratur. Cæterum nihil æque Hiſtoricæ veritati adverſatur, quam & ea omnia falſa velle, quæ malis falſa eſſe quam vera, & ea omnia ut vera admittere, quæ malis vera eſſe quam falſa. Sic enim progreſſu temporis tandem fit, ut falſa quendam quaſi veriſimilitudinis colorem imbibant. Sed de his alibi querendi erit locus.

Caroli Simplicis Galliæ regis, inſignis ſive ignavia, ſive amentia.

Eodem Arnolpho imperante, in Gallici regni Provinciarum ditionumque Præfecturis inſignis mutatio facta eſt, dum plerique, Caroli Simplicis Regis ſive ignavia, ſive indulgentia, ſive etiam amentia abuſi, acceptas dignitates velut in patrimonium mutant, ac haud aliter quam hæreditarias ad poſteros tranſmittunt. Qua de re ex Burgundionum Chronico paullo fuſius eſt nobis diſſerendum, cum ad cognoſcendas plurimorum, quos vocant, Ducatuum & Comitatuum, quos & hodie agnoſcimus, origines, haud parum lucis allatura videantur. Burgundiæ igitur Annales audiamus; Odone Rege ſine liberis fato functo, ac vacante quaſi jam regno, tota res Francica ipſiuſmet Odonis poſtrema voluntate & aliorum Procerum (maxime vero Roberti Pariſiorum Comitis, ut Wittikundus & Abbas Urſpergenſ. teſtes ſunt) conſenſu, ad Carolum Simplicem undevicesimnm annum jam agentem rediit; a quo etiam tempore regni illius anni ſecundum Reginonem, Othonem Friſingenſ. & Abbat. Urſpergenſ. enumerati debere videntur. Cæterum cum eo modo Carolus regnum paternum quaſi precario recuperaſſet, nec illi ſatis virium induſtriæve eſſet (inde enim Simplicis cognomen adeptus eſt) ad regiæ dignitatis jura amplitudinemque priſtinam aſſerendam, contigit ut eo vel invito, vel conſentiente ſeu connivente, quas quiſque dignitates, Præfecturas & Comitatus ditioneſve, quæ antea regii dominii fuerant, ſive priorum Regum indulgentia obtinuerat, ſeu vi ſuperiorum temporum occupaverat, non ſolum retinere, ſed tanquam proprium privatumque dominium poſſidere, & ad poſteros etiam tranſmittere cœperit: ea tantum lege, ut quo quiſque munere vel beneficio donabatur vel jam fruebatur, eo Regi fidem ſuam jurejurando, iiſque conditionibus quæ feudali jure comprehenduntur, devinciret & alligaret. Hinc feudorum tam regalium & primariorum, quam ſecundariorum ſive majorum minorumque in regno Francico

DCCCLXXXVIII.

Præfecturæ plurimæ hæreditariæ ſub eo factæ.

Feudorũ regalium, aliorumque in Gallia origo.

per-

præterquam Comitatus Flandrici jus originemque, ab iſtius Caroli temporibus repetendam eſſe, omnes ferè conſentiunt, id quod etiam pluribus teſtimoniis, tum ex Annalibus Remenſibus, tum ex aliis antiquioribus Autoribus, comprobare liceret. Sicut etiam Germani ſua feuda Conrardo primo ſuo regi, qui eodem ſæculo cum Simplice vixit, ſe debere fatentur. Conſtat enim primas illum in Germania de feudis perpetuis leges condidiſſe. Hac igitur ratione Ducum Comitumque & Marchionum aliarumve præfecturarum dignitas poteſtaſve, quæ olim temporaria fuerat & morte finiebatur, juris privati, perpetui, & hæreditarii eſſe cœpit. Id autem inſuper indultum iis, qui primarias illas Præfecturas ſeu primores poſſeſſionum dignitates obtinuerunt, ut quodam jure Patriciali eas tenerent, eodemque ad poſteros familiamque ſuam tranſmitterent. Idcirco Primates vel Proceres aut Principes nomine uſitatiori ab iſtius ſeculi ſcriptoribus nuncupati, quos recentiora ſecula novo, & a recentioribus Juris interpretibus ad feudorum forte diſtinctionem excogitato vocabulo, Pares nominare maluerunt. Nec enim alia jura dignitatiſve prærogativam & inſtitutionem eorum qui poſt Hugonis Capeti tempora Pares Franciæ (præſertim militares) dicti ſunt, fuiſſe omnino mihi perſuaſerim, quam aliorum, qui a tempore Regis Simplicis ad ipſum Capetum Principes vel Proceres Franciæ vocitati ſunt. Hi enim, ſicut & illi, pari jure utentes, æqualem autoritatem inter ſe habebant, Regi tantummodo fidem ſuam obſtringebant, ipſum unum ſolummodo agnoſcebant, regni autem quaſi cardines & Conſilii Regii vertices erant, primaque munia in Regum coronationibus agebant. Ideo cum ſic inter ſe quaſi pares ſodaleſve exiſterent, Parium nominatio non minus prioribus quam poſterioribus conveniſſe videtur: præſertim cum paritas non ad regiam ſed ad communem ipſorum dignitatem atque autoritatem referretur, & ab eodem feudo dominiove Pares militares ſuam dignitatem a quo etiam Principes ſortirentur: hoc tantum diſcrimine, quod Parium militarium numerus non reſpondebat omnino prioribus Principibus, qui ſub Carolo Simplice & Ludovico Tranſmarino, atque Lothario regibus ſeptem numerati fuiſſe videntur, & a Provincia cui præerant vel Duces, vel Comites, aut Marchiones nominati. Quo modo Balduinus, deinde Arnulfus ejus filius à

Anno Christi

DCCC LXXX-VIII.

De origine nominis Parium in Gallia, conjectura.

Anno Chriſti

Flandria titulum Comitum geſſerunt, quem etiam Heribertus non ſolum a Veromanduo Comitatu, ſed ab aliis etiam longe amplioribus ditionibus, quas ſine alicujus certæ Provinciæ deſignatione poſſidebat, obtinuit. Sed a Gothia (Ægidienſis poſtea Provincia dicta) Ragemundus (cujus ſucceſſores Annalibus ignoti ſunt) Marchionis hæreditarii nomen primus aſſequutus eſſe videtur: a Burgundia vero, Richardum & ejus filios, Rodulfum atque Hugonem Nigrum: ab Aquitania autem duos Willelmos: a Neuſtria vel Normannia Rollonem, Willelmum, Richardum: ut a Ducatu Francico vel Pariſienſi Robertum & Hugonem Magnum, deinde ipſum Hugonem Capetum Ducum appellatione inſignitos fuiſſe conſtat. Inter quos Pariſienſes priorem dignitatis & potentiæ gradum habuiſſe deprehenſi ſunt, ob principatus dominiique ſui amplitudinem præſtantiamque; cujus fines Sequana & Ligeri fluminibus, necnon etiam Normannico limite, & parte ejus Provinciæ quam hodie Picardiam nominamus, quandoque viſi ſunt comprehendi. Sed cum Capetus regiam dignitatem aſſecutus eſſet, Ducatum ſuum regio dominio (a quo diſtractus olim fuerat) reddidit reſtituitque. Ex quo deinceps Principatum efficere amplius deſiit, ſex tantum Franciæ Primatibus ipſius æqualibus remanentibus, quibus ſuum principatum eodem quo antea jure retinere permiſit, ratumque habere coactus eſt: id quod Connano nonnulliſque aliis impoſuiſſe videtur, ut crederent Hugonem Capetum, ad conciliandos retinendoſque ſibi Procerum animos, has quæ temporariæ erant dignitates feciſſe perpetuas, conſtituiſſeque ut qui eas obtinebant, patrimonii jure retinerent atque ad poſteros liberoſque ſuos cum reliqua hæreditate transferrent. Quod ſi tamen illi in mentem veniſſet Ducatum Francicum alicui filiorum ſuorum, eadem qua illum obtinuerat conditione, committere, fortaſſe etiam pro Sexviratu Septemviratum haberemus. Ex quibus nihil amplius novi, præter Parium nominationem Aquitaniæ, Flandriæ, Normanniæque principibus deinceps indultum, conceſſumque fuiſſe, intelligitur, quo non antea ſub Carolo Simplice ejuſque filiis fruerentur, nec etiam poſt Capetum, alios fuiſſe Franciæ Pares, quam qui antea principes fuerant. Eademque ratione Britanniæ minoris Duces locum inter Pares Franciæ nunquam obtinuiſſe, propterea quod Britannia ſub regibus comme-

Ducum Pariſienſium origo & dignitas, & principatus amplitudo.

DCCC LXXXVIII.

Connanus notatur.

Pares Franciæ qui dicti.

moratis

moratis Normanico Ducatui (ut quidam putant) attributa, vel quod (ut verius eſſe videtur) regum poteſtate tunc temporis in anguſto conſtituta, tanquam remotior nullo illis loco habita fuerit, cum interim bellis inteſtinis civilibuſque & Normannicis dilacerata certos diuturnoſque Principes (quia aut expellebantur, aut ſe mutuo ejiciebant) habere non poſſet. Et quos habere deinceps cœpit, cum libertatem ſibi ſuæque genti abſque aliena ope recuperaſſent, Regum Francorum beneficiarios ſe profiteri nunquam voluerunt, priuſquam Petrus ex regia Druidum Comitum familia natus, Maledocti cognomen apud Britannos ſibi comparaſſet. Interim tamen nec Campanos nec Toloſanos Comites, huic ſententiæ jure opponi poſſe arbitramur: ſiquidem Campanos inter Principes, deinde inter Pares locum eum ſibi vendicaſſe putamus, quem Heribertus Comes (ad quem maternum genus referebant) ſub Regibus Simplice & Transmarino obtinuerat; qui præter Comitatum Veromanduum, alias etiam longè ampliores ditiones alibi poſſidebat, ex quibus & Comitatum Campaniæ & Briæ magna ex parte poſtea emerſiſſe compertum habemus. Heriberti nempe principatus poſt ipſius obitum in multos hæredes diſtractus, ſub regibus Tranſmarino & Lothario jam conciderat, & in Theobaldum (quem nonnulli Vetulum, alii Veteratorem cognominarunt) atque etiam in Odonem ejus filium, cognomine Campanum, ex Heriberti filia natum, penè tranſlatum fuerat, magnumque etiam potentiæ incrementum ex Lotharii regis benevolentia in illis ſumſerat. Acceſſit deinde, quod Heriberti filii ferè omnes abſque liberis tandem deceſſerint: ex quo & Comitatum Trecenſem, & reliquas ferè ditiones, quas Heribertus & Robertus fratres, Heriberti ſcilicet filii, ex paterna ſucceſſione in Campania tenuerant, Odo ſecundus, Odonis Campani filius, vel hæreditario, vel quod illi viſum eſt jure ſibi poſtremo attribuit. Haud abſimili ratione Primatus, quem Marchiones Gothiæ ante Capetum cum aliis Franciæ proceribus geſſerunt, ad Toloſanos Comites tranſiiſſe videri poteſt: ſive quod Toloſanus Comitatus pars Marchionatus aliquando extiterit, ſive quod (ut cum P. Æmilio loquar) Comites antiqui Toloſatium permixti fuerint conſanguinitate Comitibus Emporitanis, aut iidem nonnunquam fuerint Comites Toloſatium & Emporitanorum: ac (ut multiplici ſobole,

Anno Chriſti

DCCC LXXX- VIII.

Comitatuum Campaniæ & Briæ, & aliorum in Gallia origo.

Anno Christi multiſque una ex gente nobilitateque familiis aſſolet) in complures Dominatus Imperiaque illæ regiones diviſæ, non ſolum S. Ægidii Comites atque Toloſanos, verum etiam Montiſpeſſulanos Dominos, nec non etiam Biterrenſes Vicecomites & quoſdam alios produxerint. Quibus cum Ægidienſes ab initio ſupereminerent, effeciſſe tandem videntur, ut Gothiæ nomen in Ægidienſem Provinciam (Abbate montis teſte) commutaretur.

Comitatuum Ægidienſis & Toloſani, & aliorum, in Gallia, origo.

Conſtat enim belli Hieroſolymitani temporibus, duos fratres Comitatui Ægidienſi atque Toloſano præfuiſſe: eorumque alterum fratri ſuo Toloſanum vel oppignoraſſe, vel vendidiſſe, nempe Raymundo ſeu Ragemundo, qui egregiam operam bello ſacro cum Godofredo Bulionio præſtitit, ſic ut ab eo tempore uterque Comitatus in unum principatum rurſus coaluerit. Qua ratione Ragemundus ille in veteribus Hiſtoriis non minùs Toloſani, quam Ægidienſis Comitis nomine notus eſt. Id autem indicium eſt, illum ejuſque fratrem a Marchionibus Gothiæ genus ſuum deduxiſſe, maxime vero ab illo Ragemundo, a quo Marchionatum hæreditarium factum fuiſſe putamus, ſtemmatis

DCCC LXXX VIII.

illorum, ut veriſimile eſt, autore: cujus ideo memoria in tanto pretio apud Ægidienſes & Toloſanos principes extitiſſe viſa eſt, ut omnes ferè Ragemundi ſive Raymundi nomine vocitari voluerint. Quorum exemplum Aquitaniæ Duces imitati, Guilielmorum appellationem ſibi ferè gentilitiam & hæreditariam effecerunt, quod eam ab illo accepiſſent, a quo jus in Aquitanico Ducatu hæreditarium ad illos pervenerat. Ex his porro conſtare poteſt, cur Patritialis ſive Parium dignitas Campanis & Toloſanis Comitibus potius quam aliis attributa fuerit.

Quando & à quo Rege, & Pares Franciæ dicti fuerint & instituti, incertum.

Quo autem Rege quóve tempore Parium nuncupatio audiri cœperit, & Eccleſiaſticis quibuſdam Præſulibus impertita fuerit, plane mihi adhuc incompertum eſſe confiteor. Quiſquis tamen ejus facti autor extiterit, vel aulam Regiam anguſtiorem reddere, vel in religionis gratiam Eccleſiaſticæ dignitati imprimis conſulere voluiſſe, ideoque ex Epiſcoporum ordine quoſdam, qui illi fortè tunc acceptiores erant, ad numerum Principum militarium, eodem quo illi beneficio, eademque prærogativa, compotes effeciſſe, & ex iis totidem Duces quot Comites conſtituiſſe videtur. Neſcio vero an etiam æmulationis aliquid in Germanicorum electorum inſtitutione, & Parium Francicorum ad Duo-

decim-

decimviratum reductione fuerit. Qui enim veriores Hiſtorias attentius penitiuſque perluſtrarit, non admodum diſtanti tempore utrorumque nomen celebrari cœptum intelliget. Ideo minus aberrare videntur, qui Ludovico juniori Ludovici Craſſi filio, & Philippi Auguſti patri, Parium Eccleſiaſticorum, ad exemplum militarium, inſtitutionem potius, quam Philippo Pulchro attribuerunt: cumque & jus Regis coronandi ſacriſque Regiis initiandi Remenſi Pontifici addixiſſe leges, & coronationis ritus deſcripſiſſe; unicuique autem Pari ſuum locum gradumque & munus in Regum coronationibus definiviſſe, nec non etiam Parium appellationem illis indidiſſe, contendunt. Illud interim obſervatione dignum eſt, ex Galliæ Præſulibus eos tantum in Parium ordinem cooptatos fuiſſe, quorum Epiſcopatus in illis regionibus ſedem habebant, in quibus ſolummodo Regibus, Carolo Simplici & ejus filiis, ea quæ Regiæ ſedis oppida nuncupabantur relicta erant, ut iis tanquam dominio domicilioque regio uterentur. Ideo cuſtodes præfectoſque ſuos ſive Comites, more antiquo, iis adhuc dediſſe referuntur. Nec alibi ferè domicilia ſua vel habuiſſe, vel feciſſe viſi ſunt; adeo ut ipſa Pariſiorum Lutetia, regia ſedes illis nunquam fuerit, cum tamen Laudunum, Compendium & Noviodunum, ſub iis inter regalis ſedis oppida nominatim exprimantur, nec indicia deſint, quibus & Lingonenſem civitatem & Catalonum atque Bellovacum ejuſdem conditionis fuiſſe, ſit ſuſpicandum. Conſtat enim Ludovicum Tranſmarinum, poſt obitum Rodulfi Regis, Lingones in ſuam poteſtatem redegiſſe, eoſque in fide patrocinioque Regum, cum etiam Capeti ſoboles in regio ſolio ſederet, permanſiſſe. Siquidem Lotharius anno DCCCCLXXX. Robertus vero ipſius Capeti filius ann. 1030. præſules illis ſuæ autoritatis magis quam electionis jure impoſuerit: quod tamen in aliquo vel Burgundiæ, vel Aquitaniæ, aut aliarum Provinciarum, quæ principum alicujus ditioni ſubditæ erant, Epiſcopatu non licuiſſet. Catalanum autem alicujus procerum dominio adhuc DCCCCLXIII. addictum non fuiſſe, Annales Remenſes oſtendunt. Quo etiam tempore Archiepiſcoporum Remenſium conditio ſupra alios Franciæ præſules longè ſeſe jam adeo efferebat, ut cæteris Franciæ proceribus nec autoritate nec potentia multo inferiores eſſe viderentur, ut quia jam Co-

Anno Chriſti

Pares Eccleſiaſtici ordinis à quo ibidem inſtituti.

DCCCLXXXVIII.

Anno Christi

mitatu Remenſi, & jure cudendæ monetæ, Ludovici Tranſmarini beneficentia fruerentur: non pauca vero nec ignobilia oppida cum latis ampliſque finibus illis attributa eſſent.

Imperator Orientis.

Imperavit nunc in Oriente Leo, Philoſophus cognomento, rebus adverſus Bulgaros, & Saracenos in Sicilia, Lemno, & Cycladibus inſulis feliciter geſtis celebris.

DCCCXCIV.

Bohemis prima religionis Christiana rudimenta traduntur.

Bohemis prima religionis Chriſtianæ rudimenta hac tempeſtate tradita dicuntur. Ita enim habent gentis Annales; *Bohemi, gens Heneta, ſeu Slavica, idololatricis dedita cultibus ad Annum uſque Chriſti* DCCCXCIV. *ſine Deo vero, ſine Religione, vixerunt. Eo autem ipſo anno Borivojus eorum Dux, apud Moravorum regem Swatoplucum hoſpes, mira Dei diſpoſitione, Chriſti cognitione imbutus, Baptiſmatiſque mox fonte ibidem, Olomutii, cum triginta Palatinis* XXIII *Junii tinctus, domum cum gaudio revertitur, Methudio Moraviæ Antiſtite, Bohemis ſuis Apoſtolo futuro, ſecum abducto. Ubi facta per Euangelii prædicationem ſemente, ingens mox colligitur meſſis: cum Ludomilla Ducis uxore (remoto, quod hactenus colebat, Kroſina idolo) tum magno de Proceribus plebeque numero, ad Baptiſmum quotidie confluente: Borivojo autem templa ſcholaſque paſſim erigente.*

Hæc erat Bohemis prima Euangelii lux, ſed à qua crucem abeſſe noluit Crucifixus: qui ut proprio ſanguine Eccleſiam fundavit, ita eandem Martyrum ſanguine ſubinde ad fœcunditatem conſpergi, permittit: quod divinæ ſapientiæ conſilium eſt, ut non propter hanc vitam ſperare diſcamus in Chriſtum. Conſtitit itaque Bohemis etiam nonnullo ſuorum ſanguine Euangelium: inter quos præcipui fuerunt, Ludomilla & Wenceſlaus Principes, centenique aliquot è plebe. Quod uti acciderit, paucis (ex Dubravio potiſſimum) hic recitabimus.

Pagani & Idololatræ acriter ſe opponunt, & Chriſtianos, etiam Principes, atrociter perſequuntur.

Primus omnium Borivojus ab infidelium ſcelerata factione in exilium actus eſt: ſurrogato illi Stoymiro, qui per annos tredecim in Bavaria exulaverat. At ubi hunc quoque Chriſtianum eſſe agnoverunt, remiſerunt in exilium. Borivojus itaque revocatus, principatum filio Spitigneo, Ethnicis faventiori, reſignare coactus. A cujus morte Wratiſlao, minori natu Borivoji filio, Drahomira illuſtris genere & formâ, ſed Ethnica puella, in uxorem datur: blanda primum marito, & Chriſtianis proceribus, ſpondenſque omnino à Catechiſmo ſe ad Baptiſmum venturam. Sed utroſque tamen, Catechiſtas & ſponſores, mulier impia audacter fefellit: quinimo longe ſe immaniorem in Chriſtianos quam Ieſabel in Prophetas exhibuit.

Vivente quidem pio marito, malè conceptum in Chriſtianos odium

vaſerrime diſſimulavit: ſed funerato eo, cum filiolus natu major Wenceſlaus à Ludomilla avia educandus ſuſciperetur, illa minorem Boleſlaum ſibi inſtituendum depoſcens, regimen ad ſe rapuit, & mox publico edicto templa Chriſtianis occludi, cultuque & ſacris abſtinere, juſſit: ac ne Sacerdotes populum docere, ne ludimagiſtri juventutem inſtituere pergerent, prohibuit. Secus facientibus carcer, exilium, mors, denuntiata: Pragæ magiſtratus immutati, & pro Chriſtianis idololatræ crudeliſſimi ſubſtituti: quorum inſtinctu, clam palam, ac ſemper impune, fidei cultores indigne tractabantur, occidebanturque. Si quis autem Chriſtianorum ſeſe defendendo illorum aliquem interfeciſſet, pro uno in decem capita animadvertebatur. Anno Chriſti

Sed ne hac quidem pœna inexplebilis Drahomiræ feritas ſatiari potuit, nimia cupiditate pellendi delendique quam primum omnes Chriſtianos. Accito igitur ſæviſſimo cive, quem Pragenſibus Prætoris nomine præfecerat, Balkojo, exſecrabile illi deſiderium animi ſui indicat, illudque ab ipſo expleri, dolo aut vi, impenſe orat, pretium operæ benè navatæ amplum promittens. Recipit ille in ſe facinus, conjuratorum amplius ſexcentos domi ſuæ armat, cum illis ad deſignatorum cædi ædes properat, has expugnare aggreditur. At quia res utcunque Chriſtianis innotuerat, convenerant illi quoque ad defendendam ſuam ſuorumque vitam, quadringenti circiter: pugnatumque eſt ita, ut penes Chriſtianos eſſet victoria, deſideratis utrinque, (quorum ſanguine plateæ, vici, forumque fœdata) 800.

Drahomira Principis inſigne odium in Bohemos Chriſtianos.

DCCCXCIV.

Drahomira conſilium ſucceſſu caruiſſe impotenter ferens, & ad fraudem converſa, tumultus ejuſmodi diſplicere ſibi ſimulavit: eoque arma utrinque deponi, atque in domum Prætoriam inferri juſſit, ſevere inhibens, ne quis cum telo gladiove incederet.

Chriſtiani, etſi perfidiam haberent ſuſpectam, ne tamen mandatis Magiſtratus obſiſtere velle viderentur, arma ad locum, ad quem ſua quoque adverſam factionem deferre conſpiciebant, deferunt. Quos ita exarmatos denuo aggredi jubet Drahomira: nocte multâ ad id delectâ, ne in die, ut nuper, tumultus fieret. Occiduntur itaque una nocte à conductis ficariis plures quam trecenti, ſemiſomnes, ſeminudi. Quâ clade Drahomira læta, ſed non exſatiata, ſanguinario ſuo prætori aperte jam Pragæ graſſandi, omneſque Chriſtianos è medio tollendi, negotium dat. Obſequitur ille, ficariis & carnificibus ſeptus per forum & plateas circumit, obvioſque omnes mactat: donec iterum Chriſtiani, mori fortiter pugnando, quam deſidioſe torpeſcendo præoptantes, ſeſe conglobant: & cum Prætore con-

Horum in illam inſigne obſequium.

greſſi

Anno Christi

greſſi vincunt fugantque, tandem & fugientem ſceleſtum confodiunt.

Drahomira Christianorum Bohemorum templa evertit, aliaque deteſtanda ac fœda, odio Chriſtianorum, deſignat.

Hoc crudelitatis miniſtro amiſſo, Drahomira in rabiem quaſi acta eſt: atque cum Chriſtianos Pragæ perdere non poſſet, ad templa eorum evertenda (quorum non niſi duo ejus erant, & in altero mariti ſepulchrum) animum appulit, ſuccendique juſſit.

Ita ſæviente in Chriſtianos Drahomirâ, Wenceſlaus (qui hactenus, ne in principatum ſuccederet, ætatis & ſtudiorum excuſatione utebatur) hortatu Ludomillæ aviæ, Chriſtianorumque Procerum, regimen ſuſcipit: ſed tranquillitati ut conſuleret, Boleſlao fratri, Drahomiræque matri, Boleſlaviam urbem cum toto illo tractu poſſidendam inhabitandamque procerum conſenſu aſsignat.

Depoſuit itaque Drahomira regimen; ſed non in Chriſtianos odium, ſanguinolentaſque machinationes: quæ primum in ſanctiſsimam matronam Ludomillam eruperunt. Cum enim hanc majore gratia apud Venceſlaum, quam ſe matrem, pollere, per idque Religionem Chriſtianam nimis provehi videret, quæſivit, donec invenit, cædis perficiendæ idonea inſtrumenta, quendam Tuhman & Cuman, primariæ nobilitatis & projectæ audaciæ viros; qui à Drahomira noctu immiſsi, ſanctam viduam in Sacrario orationi intentam inveniunt, irrumpunt, proſternunt, & velo capiti detracto faucibus eliſis ſuffocant.

DCCCXCIV.

Non defuêre, qui Venceſlaum, cæde aviæ vehementer perturbatum, ad ulciſcendum inflammarent, aut, ſi ipſe ulciſci nollet, ſibi id committi depoſcerent. Sed utroſque ille graviter corripuit, quod aliena à pietate in qualemcunque tandem matrem, aliena quoque à modeſtia & tolerantia Chriſtiana, ſuadere auderent: immemores quid ore ſuo dicat Dominus; Mea ultio eſt, ego retribuam.

At pio in impiam matrem Wenceſlao mala relata eſt gratia. Illa enim Boleſlao, ſuæ ſuperſtitionis morumque ſequaci, totam ſubdere cupiens Bohemiam, diffamare Wenceſlaum, illique odium conflare cœpit; quaſi parum idoneus ad exequenda Principis munia eſſet, quæ exſequi non per ſacra & ceremonias, ſed per arma & acies oporteret. Tandem, cum & confirmari eum, & nomen ejus ſplendeſcere videret, ſcelerata de eo tollendo non ſolum agitare, ſed & fratri inſuſurrare, conſilia incepit.

Obtulit vero ſe optata illi occaſio, ex nato Boleſlao infante, cujus luſtrationi ut intereſſe velit Wenceſlaus, Boleſlaviam honorificentiſsime invitatur. Quo profectus à fratre matreque blandis amplexibus & oſculis, lautiſsimoque convivio in multam noctem protracto, exceptus fuit. Wenceſlaus cum omnia ſuſpecta haberet, quietis loco in tem-

plum

pluṁ ſe contulit, ibique ſuſpiriis & precibus tranſmittere noctem decrevit.

Anno Chriſti

In ea autem re occupatum invadit Boleſlaus frater, à matre ad ſcelus vigilantiore excitatus. Et primo quidem ab ictu fruſtratur, enſe ſibi de manibus, ob inſperatum ſtuporem, elapſo: mox redeunte animo & furore (quem ſceleris conducti adjutores exſtingui non patiebantur) ictum repetit, & facile inermem patienterque plagam excipientem fratrem interficit. Factum DCCCCXXIX. die XXVIII Sept. qui poſt, Wenceſlao canonizato, nomini ejus conſecratus eſt.

Drahomira Chriſtianorū Bohemorum templa evertit, aliaque deteſtanda ac fœda, odio Chriſtianorum, deſignat.

Parto ita audacia & ſcelere principatu, Boleſlaus omnibus Chriſtianis, ac præcipue Sacerdotibus, quicunque ſponte ſua Bohemia non excederent, carcerem cædemque denuntiavit. Adjecit mater, ne cæſi terræ mandarentur, ſed eſca canibus avibuſque relinquerentur. Quo territi edicto, plurimi hinc inde diffugerunt: multi comprehenſi, & vario mortis genere affecti. Inter præcipuos fuit Podivinus, cubicularius Wenceſlai, quem chariſſimum intimumque habebat, ſuſpendio mulctatus.

At vero cum amplius tot ſuorum mortes & martyria, tot exilia & cruces, ferre non poſſet vindex Dei oculus, horrendum edidit iræ in Drahomiram exemplum. Eo enim loci, quo inſepulta adhuc Sacerdotum oſſa jacebant, terra ſua ſponte dehiſcens vivam Drahomiram, una cum curru & qui ſimul vehebantur, abſorbuit: qui locus ante arcem Pragenſem adhuc viſitur.

DCCCXCIV.

Puniti ſunt & illi divinitus, qui cædis adjutores fuerant, gladioſque ſtrinxerant. Pars enim eorum mente alienata, in rabiemque verſa, præcipites ex alto ſe dabant: quidam in eos gladios, quos adverſum innocentem nudaverant, incubuêre. Adhæc templi paries, quem prope occiſus fuit Wenceſlaus, veluti ſceleris ſempiternus teſtis, nulla ullius opera abſtergi eluique potuit à cruore quo reſperſus fuerat. Quæ tam varia prodigia Boleſlaum exterruerunt, ut mitius cum Chriſtianis ageret.

Supervenit etiam cum exercitu, fratricidium & tyrannidem ulturus, Otho Cæſar, Boleſlaumque obſeſſum eo redegit, ut exules Chriſtianos ab exilio revocare, templa reſtituere, omnia denique commiſſa piacula omnibus modis expiare, promittere, filioſque Chriſtianis inſtituendos tradere, coactus fuerit. Cui ſuccedente filio, Boleſlao pio, plenius Chriſtiana effloruit Religio: Gentiliſmo ſenſim evaneſcente, nec tamen penitus exſtincto.

Nam cum Woytich, ſecundus Pragenſium Epiſcopus (quondam Adalberti Magdeburgenſium Archiepiſcopi tam charus alumnus, ut nomen ejus

Anno Chriſti *in ſuum commutaverit, unde hactenus Adalbertum omnes Hiſtoriæ vocant) circa annum* DCCCCLXX. *in convertendis Gentilium reliquiis, emendandiſque moribus corruptis, ſerio laboraret, coorta eſt Ethnicorum furoribus valida ſeditio; quam Boleſlaus armis compeſcere, Woytickius autem exilio voluntario luere, neceſſe habuit.*

Paganorum contra Bohemos Chriſtianos conſpirationes. *Romam ergo cum ſe contuliſſet, pagani in fratres ejus germanos impetu facto, quinque ſimul numero (Chobeborium, Spitimirium, Prebiſlaum, Boritam, & Czaſlaum) trucidant, novamque adverſus Principem conſpirationem ineunt: ſuperantur tamen prælio.*

Woytickius in Hungariam delatus Principem gentis Stephanum (paulo poſt Regem factum) concionibus aliquot ad fidem convertit & baptizat: inde domum reverſus, iterum fit exul, ſeceditque in Poloniam, gentem illam recens occaſione connubii Dubrawkæ Boleſlai Bohemi filiæ cum Miecislao Polonorum Duce converſam in fide confirmaturus.

Penetrat hinc in Pruſſiam, ibidemque prope Fiſchauſium ab infidelibus ſpiculis confoditur, & capite truncatur. Qui poſt, (corpore à Barbaris redempto, & Gneſnam Poloniæ, ubi Epiſcopatum fundaverat, tranſlato) in ſanctorum numerum eſt relatus.

DCCCC LVDOVICUS IV. IMP. Arnolphum Imperatorem filius LUDOVICUS IV. ſequutus eſt.

Hoc imperante turbatæ maxime commotæque Italiæ res ſunt; & in Provincias Romani imperii Hungari irrupere. Cæterum hac de re jam fuſius diſſeruimus, cum de initiis turbatæ Italiæ, ſequutiſque mutationibus ageremus, ut connexa quæ huc faciunt omnia legentibus exhiberentur.

DCCCCII. De Hungarica expeditione ita Auctor Anonymus veteris Chronici ad annum DCCCCII. *Gens Ungarorum, Longobardorum fines ingreſſa, cædibus, incendiis, rapinis crudeliter cuncta devaſtavit. Quibus dum incolæ terræ in unum acti & conglobati reſiſtere conarentur, innumerabilis multitudo ictibus ſagittarum periit. Quamplurimi Epiſcopi & Comites ab iis trucidati ſunt.*

Metus in Italia.

DCCCCIV. De motibus autem Italiæ hæc ejuſdem Chronographi verba ſunt; *Ludovicus, filius Boſonis, Berengarium, qui etiam regnum Italiæ tenebat, de Italia expulit, atque omne illud regnum ſuæ ditioni ſubjecit; & Romam veniens à ſummo Pontifice coronatus, Imperator appellatus eſt. Deinde Veronam venit. Sed Berengarius, qui in Bojaria exulabat, manu valida civitatem facile cepit, & Ludovicum captum oculis privavit; ſicque regnum Italiæ obtinuit.*

Idem

Idem Ludovicus cum imperio præeſſet, in Hiſpania magnis geſtis rebus inclyti fuere Legionis Rex Alfonſus III. poſt victos Saracenos, & Sanctius Abarca, qui non Suprarbiæ ſolum, & Pompelonis, ſive Navarræ, ſed etiam Arragoniæ regem primus ſe appellavit. Ac iccirco de his regnis, hactenus obſcurioribus, & nunc velut caput efferentibus, eorumque origine, & principibus ac mutationibus, conjunctionibuſque dein ſequutis, uno quaſi ſpiritu paullo accuratius hoc loco diſſerere, haud alienum ab inſtituto videtur. Quæ enim ante iis in oris geſta ſunt, in hæc tempora diſtulimus, ut conjuncta quæ huc faciunt omnia legentium oculis ſubjicerentur. *Anno Chriſti*

Primus igitur ex Gothorum in Hiſpania reliquiis opponere ſe Saracenis auſus fuit Pelagius, Roderici patruus, ut plerique volunt, fretus aſperis & montanis locis Aſturiæ & Galliciæ vel Gallæciæ locis, in quæ cum manu magna popularium ſe receperat, multis munitionibus recuperatis regno Legionis (Legione enim oppido recepta illic ſedem poſuerat) initium dedit. Poſt quem Faſilla filius, & poſt hunc gener ipſius Alfonſus è ſtirpe Recaredi regis cognomento Catholicus, felicibus pugnis contra Saracenos commiſſis, Legionis regem ſe appellavit, regnumque cum tempore creſcens ad poſteros ex ſe genitos tranſmiſit; quorum clariſſimus fuit Alfonſus II, quem caſtum vocarunt; Catholici nepos: qui res magnas contra Saracenos proſpere geſſit per annos LII, quibus regnum tenuit, idque multo amplius quam acceperat, ſucceſſoribus ſuis reliquit, coævus Caroli Magni Franciæ regis. Succeſſit ei ſine prole defuncto Ramirus ex patruele ipſius Veremundo natus Catholici pronepos, & Ramiro Ordonius filius, & Ordonio patri Alfonſus III, & ipſe magnis rebus geſtis & Saracenis ſæpe victis inclytus, ſed domeſtica crudelitate in fratres infamis: cœpit regnare anno Chriſtiano DCCCLXXXIII; regnavit annos totos XL. Hunc excepêre ordine filii tres Garzias, Ordonius, Friola: cujus poſtremi poſteritas maſcula in poſſeſſione regni Legionis manſit ad mortem uſque Veremundi III. abnepotis. Quo ſine liberis extincto, per ſororis Sanctiæ matrimonium regni poteſtas pervenit ad principem alienum ab hac domo regiâ. Is fuit Ferdinandus Sanctii Navarræ regis (quod regnum Sanctius per conjugem Elviriam unicam opum Navarrænarum hæredem accepe- *Tempora Regum Legionis & Caſtellæ in Hiſpania.* DCCCCIV.

Anno Chriſti

rat) & ſimul Caſtellæ Comitis filius, qui primus Legionis & Caſtellæ regem ſeſe nuncupavit, & utriuſque domus opes poſſedit. Cœpit a morte Veremundi anno Chriſti MXVII. Sceptrum tenuit annos XL. Idem Navarræ quoque regnum, interempto per nefas fratre Garziâ illic regnante, prioribus adjecit. Valentiam etiam ſibi ſubjecit. Sed nec in ejus familia ultra Alfonſum filium iſtius nominis VI regnum duravit. Quippe Alfonſo ſine maſculâ ſobole ſublato, cum regnaſſet annos XLIII, per filiam Viriacam nuptam Raimundo Burgundiæ Comiti devolutum eſt in Alfonſum VII. Viriacæ & Raimundi filium, cujus tanta fuit in Hiſpania potentia, ut Hiſpaniæ imperator ſit nuncupatus. Hujus vero poſteri maſculi Legionenſium & Caſtellanarum rerum potiti ſunt ſtemmate non mutato ad finem Henrici IV: cui ſoror Elizabet, quod filia Ioanna ſpuria cenſeretur, ſucceſſit, avia materna Caroli V. Romanorum Imper. nupta Ferdinando V, Aragonum Regi. Floruêre in eâ domo poſt ipſum Alfonſum reges præcipua celebritate Ferdinandus II, filius ſceptro potitus annos XXXI, Alfonſus VIII, Septimi ex filio nepos, Ferdinandus III, Victorioſus, qui Saracenos Hiſpali, Cordubâ, Vandaluſiâ ejectos in angulum Beticæ incluſit, cujus caput Granata, in qua regni ſedem Saraceni retinuêre ad annum Chriſti MCCCCXCII ineuntem. Tum celeberrimus Alfonſus X, Aſtronomiæ ſtudio clarus, Imperator Rom. a principib. Electorib. in Germaniâ deſignatus anno MCCLVI, a filio Sanctio autem revertens ex Germaniâ regno excluſus. Alfonſus XI, hujus pronepos, Saracenis infeſtus annorum XL Rex felix: cujus filius Henricus non legitimo toro natus legitimum fratrem Petrum crudelitate infamem regno exuit, necavitque. Henrici vero filius Ioannes, maritus Eleonoræ Aragonicæ, filiorum ſuorum alteri Henrico III, natu majori, Caſtellæ ac Legionis regnum reliquit: alterum minorem Ferdinandum fortuna judicii Aragoniæ regem fecit. E quibus hic Alfonſum Sapientem Aragoniæ & Neap. regem, & Ioannem fratris ſucceſſorem in Hiſpania, Ioannes Ferdinandum V, Caroli V Imp. avum maternum, ille Ioannem II, Ioannes II Henricum IV, paulo ante memoratum, Caſtellæ reges genuerunt. Duravit Caſtellæ & Legionis regnum in hac Burgundica ſtirpe a principio Alfonſi VII, ad mortem Henrici IV, per annos CCCLXVIII, ad obitum

Tempora Regum Legionis & Caſtellæ in Hiſpania.

DCCCC IV.

Eliſabetæ ejuſdem ſororis, CCCXCVI, cui Ioanna filia & maritus ejus Philippus Auſtriacus, Burgundiæ Dux, & Belgicarum Provinciarum Princeps potentiſſimus, ſucceſſere. Ab his Carolus V Imperator Hiſpanica regna univerſa, & ſimul Provincias Belgicas cum Comitatu Burgundiæ accepit, filioque ſuo unico Philippo II, & hic moriens Philippo III, ex ſe genito, qui ob Provincias aliquot in Belgii ditionibus amiſſas graviter doluit, reliquit. Ab adventu Gothorum in Hiſpaniam anni numerantur quaſi MCCII: A Pelagii initiis, qui primus Legionis Rex fuit, cœpitque biennio poſt Roderici caſum, anni DCCCCIII; ab Alfonſi Catholici principio ad principium Ferdinandi I Caſtellani, quo toto tempore regnum in una eademque domo Gothica manſit, anni CCXCII; à Ferdinandi porro primordio ad primordium Alfonſi VII, cum quo res Caſtellæ & Legionis devolutæ ſunt per matrem ejus, nuptam Raimundo Burgundo, ad alienigenas è familia Burgundica, anni exiere quaſi LXXIII, ſi regni primordium capias mox ab avi materni morte. Ab Alfonſi vero VII initio ad initium Philippi Auſtriaci regnum fuit penes peregrinos ſtirpis Burgundicæ per annos CCCXCVII. Denique Auſtriaci in regni poſſeſſione uſque ad præſens tempus durarunt. *Anno Chriſti* DCCCCIV.

Tempora Regum Suprarbiæ & Aragoniæ in Hiſpania.

Haud diu poſt exordium regni Legionenſis, regnante adhuc Pelagio rege primo, circiter annum Chriſti DCCXXIV. ortum in diverſa Hiſpaniæ parte, Pyrenæis montibus viciná, quâ Vaſcones olim habitarunt, regnum alterum. Id regnum Suprarbiæ initio vocatum: cujus autor & Rex primus Garſias quidam Eximini filius ſanguine Gothico è Cantabriá oriundus obiit anno Chriſti DCCLVIII, regnumque filio Garſiæ II, cui Innici cognomen ex matre, reliquit: qui cum Pompelonem urbem Vaſconiæ nobilem (ea Pompeiolis quondam fuit) a Mauris cepiſſet, ex ea Pompelonenſis quoque, ut & Suprarbienſis audiit. Sed Pompelonem diu retinere non potuit occupatam rurſum a Mauris, & his ereptam a Carolo M. Francorum rege, qui munitionibus omnibus eam exuit. Garſiam II. anno Chriſti DCCCII. defunctum excepit Fortunius ex eo natus, tertius Suprarbiæ Rex: qui cum annos XIII regnaſſet, moriens ſucceſſorem accepit filium Sanctium, quartum Suprarbiæ regem, cui & Pompelon, & totus ferè Navarræ tractus, ſummotis inde Mauris,

Anno Chriſti paruit, ſed demum prælio ab iiſdem Mauris ſuperatus occubuit anno æræ Chriſtianæ DCCCXXII. Tum Pompelone denuo amiſſa cum magna fortunæ parte interregnum ſecutum: quo durante ſeorſim ſibi Navarreni cæperunt conſulere, atque ad novum alium regem eligendum feſtinarunt Innicum Eximini Vaſconis filium, cui Ariſtæ cognomen fuit. Sed Suprarbienſes, quorum metropolis Iacca erat ſub montibus Pyrenæis, cunctantius agentes, re preſſius deliberata non niſi certis legibus ſecundum libertatem regem tandem traduntur cooptaſſe eundem Innicum Ariſtam circiter annum Chriſti DCCCLXVIII, annis XXVI poſt Navarrenos. Suprarbienſibus cohæſere Aragones vicini, populus non latè tunc habitans, Comitibuſque ſuis parens. Unde tam diverſa parendi conditio extitit utroque in regno Navarreno & Suprarbienſi aut Aragonico, quod ex Suprarbienſi natum eſt, quæ hodie quoque durat, ac talis eſt, ut præ Aragonibus magna libertate præditis Navarreni ſervire ſervitutem videantur. Innico anno DCCCLXX extincto, qui Pampelonis ſimul & Suprarbiæ Rex dictus fuit, ſucceſſit Garſias filius in utroque regno, cui per uxorem Urracam Fortunii Aragonum Comitis ſexti filiam & hæredem unicam Aragonia quoque accrevit, & vivendi regnandique finis accidit anno æræ noſtræ DCCCLXXXV, duobus filiis ex eadem illa uxore relictis. Quorum natu major Fortunius poſt rerum potitus per annos XVI cum ſponte ſua cucullam ſumpſiſſet, ſucceſſorem accepit fratrem Sanctium Abarcam ex utero matris, ut ajunt, cæſum: qui primus non Suprarbiæ ſolum & Pompelonis ſed etiam Aragoniæ ſe regem nuncupaſſe dicitur: mortuus anno DCCCCXXXIII. Hunc ſecuti ſunt filius Garſias, Sanctius nepos, Garſias cognomento Tremulus Aragoniæ, Suprarbiæ & Pompelonis, id eſt, Navarræ reges, quorum poſtremus vitam reliquit anno Chriſti M. Tremuli filio Sanctio majori regnorum paternorum hæredi cum nupſiſſet Elvira ſoror & hæres unica Garſiæ Caſtellæ Comitis, Sanctio patre nati, Caſtellanæ opes quoque acceſſere: ex qua conjuge filios tres Garciam, Ferdinandum, Gundiſalvum, ex altera vero, quam concubinæ tantum loco eum habuiſſe Caſtellani ſcriptores perhibent, unum ſolummodo ſuſtulit Ramirum. Inter hos autem moriturus anno æræ Chriſtianæ MXXXIV. opes ſuas omnes diviſit, & primogenito quidem Garſiæ Pompelonis

Tempora regnum Suprarbiæ & Aragoniæ in Hiſpania.

DCCCCIV.

regnum,

regnum, Ferdinando Caſtellæ ditiones, Gundiſalvo regnum Suprarbiæ, Ramiro Aragoniæ attribuit. Ex Garſia ſequentes Pompelonis aut Navarræ reges, ex Ferdinando Caſtellani & Legionenſes per neptem ex filio Alfonſo Urracam Raimundo Burgundicæ ſtirpis juveni nuptam, & Ramiro, ad quem fratris Gundiſalvi ſine prole extincti regnum pervenit, Aragonenſes deſcenderunt. Atque hunc quidem Ramirum primum fuiſſe, qui Aragoniæ regis nomen ſibi ſumpſerit, & quidem a morte patris ſumpſerit, è concubina natum iidem Caſtellani ſcriptores, parum æqui Aragoniis, affirmant. Ramiro apud Aragones Sanctius filius, Sanctio Petrus ejus nominis primus, Petro Alfonſus Urracæ Caſtellanæ maritus; Alfonſo Ramirus ex cuculla ad ſceptrum vocatus, tres ſcilicet fratres mutuo ſe excipientes, omnes Sanctio nati, ſucceſſere. E quibus ſolus Ramirus hæredem genuit filiam Petronellam: qua elocata Raimundo Comiti Barcinonenſi, ſceptro relicto, ſponte ad cucullam rediit: cum quo finem habuit poſteritas maſcula Sanctii Abarcæ primi Aragonum regis. Ex Raimundo vero, & Petronellâ prognati ex ſtirpe Barcinonenſi regnum idem jam auctius factum tenuêre deinceps ad annum uſque Chriſti MCCCCX, quo obiit ſine ſobole legitimâ ſuperſtite Martinus Rex hujus ſtirpis poſtremus. Raimundum hunc excepit filius Alfonſus Caſtus, qui ex vitâ deceſſit anno MCXCVI: hunc Petrus II, Petrum II Iacobus I, Iacobum I, Petrus III, qui Aragoniæ, Valentiæ, Cataloniæ, & demum Siciliæ quoque Rex eſt appellatus, obiit anno æræ Chriſtianæ MCCLXXXV ſeneſcente; Petrum III, Alfonſus III; hactenus rectâ lineâ deſcendentes omnes. Alfonſo autem ſine liberis mortuo poſt ſextum regni annum ſucceſſit frater germanus Iacobus II, & huic Alfonſus IV, filius, Alfonſo Petrus IV, fil. Petro vero Iohannes itidem filius, illi autem Martinus frater, quem ante dixi. Ab hujus morte regnum Aragoniæ devenit ad Ferdinandum Caſtellanum Henrici III Caſtellæ regis fratrem Leonorâ Martini ſorore natum; qui ſucceſſorem habuit Alfonſum V filium cognomento Sapientem, regno Neapolis quoque potitum; & hunc in eodem Aragoniæ ſceptro ſecutus eſt frater ipſius germanus Iohannes II, & Iohannem filius Ferdinandus V, cui nomen Catholici tributum, cum captâ Granatâ, totoque Maurorum regno in Hiſpania deleto, & inquiſi-

Anno Chriſti

Tempora Regum Suprarbiæ & Aragoniæ in Hiſpania.

DCCCCIV.

tione

Anno Chriſti

tione in Maranos malæ fidei Chriſtianos inſtitutâ optimè meritus eſſe de Chriſtiana religione putaretur. Atque is poſtremus Caſtellani generis in Aragonia Rex obiit anno æræ noſtræ M D X V I I menſe Januario adulto, cum in hac domo ſceptrum Aragoniæ continuo hæſiſſet annos C I I I. Ei ſucceſſor fuit Carolus Auſtriacus ex filia nepos, in quem morte aviæ Elizabetæ, & matris Ioannæ cætera quoque Hiſpaniæ regna devoluta fuêre: quique a Septemviris Principibus Germaniæ non multo poſt Imperator electus audiit Carolus V Cæſar Auguſtus. A quo porro ad filium Philippum, ab eo ad nepotem ejuſdem nominis, qui dein rerum potitus, cum reliquis Hiſpaniarum regnis Aragonicum quoque pervenit. Duravit igitur hoc Aragoniæ regnum, ex quo Sanctius Abarca hunc titulum ſumpſit ad illud uſque tempus per annos circiter D C C X V I I: ex quo Garſias Eximini Suprarbiæ regnum in Vaſconibus iniit, unde Aragonicum derivatum, M X C I I I, ex eo vero tempore, quo Aragoniæ nomen cum titulo Comitatus cœpit celebrari, regnante Garſia I I apud Suprarbienſes, circiter annos D C C C C X X X. Ab initio Ramiri illius, quem Caſtellani ajunt verè primum Aragoniæ regem fuiſſe, ad noſtra quaſi iſta hæc tempora D L X X X I I I, a
DCCCC IV.
morte Ramiri I I hujus nominis, qui ad cucullam, quam reliquerat, rediit, & principio generi ipſius Raimundi Barcinonenſis, tantummodo C C C C L X X, ex quo regnum ad Ferdinandum Caſtellanum a morte Martini regis pervenit annos C C V I I: denique ab exceſſu Ferdinandi Catholici & principio Caroli Auſtriaci annos C. Hoc regnum totius Hiſpaniæ haud dubiè nobiliſſimum ob populi ſingularem libertatem, quanquam Caſtellanum & antiquius ſit, & multo potentius. Optimis enim legibus in iſto regno regia poteſtas contra exorbitationes & pericula ſubditorum eſt circumſcripta, & ordinum jus pro libertate præclare munitum.

Tempora regni Navarreni in Hiſpania.

Navarræ regnum Aragonico vicinum, quondam Pompelonenſe a metropoli regionis etiam nuncupatum, ab eodem, ut oſtendi, principio profectum, ab Innico primo ad Sanctium V, ejuſdem ſtirpis ultimum, reges numerat X I. Deinde frequenter regnantium domus mutatæ: & primum per Blancam, Sanctii ſororem, nuptam Theobaldo Comiti Campanienſi, regnum tranſlatum ad Campanienſes: quorum primus fuit Blancæ filius

patri

patri ὁμώνυμος Rex III: cui cum ex ordine ſucceſſiſſent filii duo Theobaldus alter, & Henricus, hic relictâ hærede filiâ unicâ Ioannâ uxore Philippi Pulchri Galliæ regis, genero regnum reliquit, qui id porro tranſmiſit ad filium Ludovicum Hutinum ex Ioannâ natum. Cujus filia unica, quæ & ipſa Ioanna fuit dicta, matrimonio juncta Philippo Franco Eburovici, nepoti Philippi Audacis Galliæ regis, ad eum dotale regnum Navarræum attulit. Ex quibus conjugibus Carolus eſt natus Navarræ Rex XVIII. Carolo dein ſucceſſit Carolus II, & huic gener Ioannes Aragonius, Blancæ filiæ ejus maritus, qui poſt fratrem Alfonſum Sapientem Rex Aragoniæ quoque eſt factus, & filio ex Blanca ſuſcepto Carolo III, cum adoleviſſet, regnum maternum reſtituit. Sed eo ante patrem ſine prole defuncto magna de regno contentio extitit, cum & pater id retinere, & Henricus IV, Caſtellæ Rex, quo cum nupta Caroli ſoror erat, idem vendicare ſatagerent, & ſoror altera Caroli Leonora nupta Gaſtoni Foſſenſi Gallo jus ejus ad ſe quoque traheret. Cujus neptis ex filio Gaſtone Catharina data in uxorem Ioanni Albretano regni hujus jus in domum Albretanam inter Gallicas illuſtrem intulir. A qua regni titulum filius Henricus Albretanus accepit ſororius Franciſci I, Gallorum regis. Ex quo unica filia genita Ioanna juris paterni hæres Antonio Borbonio in matrimonium tradita, qui Rex ex conjuge audiit, filium Henricum Borbonium Vendocimenſem juris ejuſdem ſui hæredem reliquit, poſt varios vitæ caſus ad regnum Galliæ tandem evectum, cujus nepos Ludovicus XIV hujus nominis hodie regnat. Sed hi poſt Carolum III, Navarrenum Ioannis Aragonii filium nomen quidem titulumque regni fugitivi tenuerunt, rem vero & poſſeſſionem ejus Hiſpaniarum reges habuerunt. Nam licet Blanca Henrici IV Caſtellani uxor, Caroli III Navarreni ſoror ſine legitima ſobole deceſſerit, & cum ea quicquid juris Navarreni penes Caſtellanos fuerat, expirarit, tamen vis & potentia horum hactenus plus potuit, quam illorum jus, & inanis nominis uſurpatio. Laciniâ enim hac regionum intra Pyrenæos ſaltus carere Hiſpani, & Gallis eam concedere noluerunt, nec ſine periculo maximo id facere ſe poſſe præ ſe tulerunt.

Anno Christi

Tempora regni Navarreni in Hiſpania.

DCCCC IV.

Eodem Ludovico IV. imperante facta inſignis conſtitutio eſt, qua jus creandi Imperatoris penes ſolos imperii Principes

Anno Christi

Michaël Longini eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

eſſe decernitur. Aulæ Romanæ aſſeclæ & aſſentatores aliud hactenus falſumque tradunt; inprimis Michaël Longinus in Conſilio, quod Gregorio X V. exhibuit. Is, inter alia, in medium adfert; Quod poſtquam imperium in Orientem tranſportavit Conſtantinus, modo duo Imperatores, cum bipartitum illud foret in Eoum, & Occiduum, modo unicus tantum, cum ſub unius ditione collectum eſſet, ad illius gubernacula ſedit; & id per plures annos evenit: donec unico exiſtente domino, cum (a) Imperatores hæreſeos crimine inſimulati, & Eccleſiæ Romanæ hoſtes pronunciati parvam de rebus Italiæ curam adhiberent, Exarchis adminiſtratione commiſſa, quorum culpa jam in Longobardorum manus undequaque deciderat, Leo Tertius, ut una Sedis Apoſtolicæ calamitatibus, & afflictæ provinciæ conſuleret, anno poſt Ieſu Chriſti natalem diem octingenteſimo, imperii (b) faſces ſolemniter Carolo Galliarum Regi eſt impertitus; & hac nova dignitatis delatione imperium Occidentis, quale & ante fuerat, ab Orientis imperio abſcidit, & divulſit,
DCCCC IV. illudque (tanta Pontifici ineſt (c) auctoritas) è Græcorum manibus

Refellitur.

(a) *Multa obducere poſſemus, quæ quia ad cauſſam ipſam parum faciunt, præterire ſatius duximus.*

(b) *Vti faſces apud veteres Romanos, ſic poſtea ritus conſecrationis imperii ſymbolum erat. Symbolum hoc, ſive ſolemnis imperii ſignificatio, à Leone fuit: imperium ipſum non fuit: quippe quod armis Carolus acquiſiverit. Id & hiſtoria docet, & Fridericus I. dicit apud Ottonem Friſingenſem Libro II. de geſtis Friderici Cap. XIII.* Revolvamus modernorum Imperatorum geſta: ſi non divi noſtri Principes, Carolus, & Otto, NULLIUS beneficio traditam, ſed VIRTUTE expugnatam Græcis, ſeu Longobardis, urbem cum Italia eripuerint, Francorumque appoſuerint terminis. Sed dicis, Vocatione meâ veniſti. Fateor, vocatus fui. Redde cauſſam, quare vocatus fuerim. Ab hoſtibus pulſabaris: nec propria manu, Græcorumve mollitie liberari poteras. Francorum virtus invitatione adſcita eſt. Implorationem potius, quam vocationem, hanc dixerim. Principem tuum militem meum feci, teque deinceps uſque in præſentiarum in meam ditionem transfudi. Legitimus poſſeſſor ſum. Eripiat quis, ſi poteſt, clavam de manu Herculis.

(c) *At unde ea ineſt, aut quomodo? Vtrum ut domino imperii? an*

nibus ademptum Gallis tranſmiſit, (d) eidemque Carolo elargitus (e) eſt, ut optime de Sede Apoſtolica merito gratiam referret.

Quod huic ſectioni, & divulſioni dignitatis, & rerum imperialium per Leonem factæ, nec conſtantia, (f) nec firmitas defuit: namque Occidentis imperium nunquam rurſus Orientis fuit annexum, licet poſſeſſore ſæpius poſtmodum vacaverit; nec unius leges in alterius Provinciis viguere, neque ex eo, niſi diverſis penitus conſtitutionibus, & moribus, in utriuſque regionibus homines vitam traduxere.

Quod imperii tranſlatio a Græcis ad Gallos tam libero brachio, & uſque adeo vivida poteſtate per Leonem facta fuit, ut iidem ipſi Græci Imperatores, quamquam potentiſſimi, numquam tamen ſibi audendum exiſtimarint, illam impugnare: imo ſæpius expreſſe probarunt, (g) & ratam habuerunt. Nam Michaël primus, ad imperium aſſumptus anno duodecimo poſt dictam tranſlationem, cum ad Carolum pacis impetrandæ, & fœderis ſanciendi ergo legatos miſiſſet, ipſis præcepit, ut eum & no-

Anno Chriſti

Michaëlis Longini eâ de re plena falſi & adulationis differtatio.

DCCCC IV.

Refellitur.

ut mandatario? Si ut domino, unde ei hoc dominium? ſin ut mandatario, mandatum domini oſtendat.

(d) *Non tranſmiſit ſimpliciter, ſed quodammodo; non ut cauſſa tota, ſed ut partiaria. Tria enim hic diſtingui debent. Primum eſt poteſtas, ſive jus imperii: quod Carolus armis peperit. Alterum eſt nomen Imperatoris: quod eſt à clero populoque Romano. Quod ſi quis primas hic Papæ tribuat, ut primo civi in urbe jam liberâ poſt defectionem ab Imperatore Conſtantinopolitano; equidem non repugno, dum partiariam tantum cauſſam fuiſſe agnoſcat. Tertium eſt conſecratio, ſive ceremonia ex decreto publico facta à Pontifice, tanquam primo imperialis urbis ſacerdote.*

(e) *Non potuit largiri, quod non haberet. Nec ſi habuiſſet, largitus eſſet. Non prolixa adeo Pontificum liberalitas eſſe ſolet.*

(f) *Nihil hic ſibi Pontifices quod vindicent, habent. Ut qui turbas potius in imperio dare ſoleant, quam quieti ſtudere, ac felicitati ejus. Unde Fredericus II. apud Petrum de Vineis Lib. I. Epiſt. XXXI.* Reverà imperialis felicitas papali ſemper impugnatur invidiâ.

(g) *Non probarunt prudentiores, & ſiqui probare viſi, fecere inviti.*

Anno Christi

& nominarent, & ſalutarent Imperatorem; & voluit pariter, ut fœderis conventiones a Pontifice (*h*) omnino ſancirentur; ac ſi robur nullum eis futurum eſſet, niſi ab illo confluerent, cujus auctoritate (*i*) idem Carolus imperabat. Emanuel Commenus ibidem, cum certior factus eſſet, Fredericum primum Alexandri tertii ſententia de imperio dejectum, Pontifici pecuniam, (*k*) & milites adverſus Fredericum obtulit, & Latinæ Græcam Eccleſiam adjungere, ſub unico Romano Pontifice utraque compoſita; ſi tantum ille Occidentis imperium cum Orientis copularet, & Græcis reſtitueret. Quo indubie confeſſus eſt, ſectionem & tranſlationem Pontificiam ſtabilitate, & firmamento redundare, & alterum imperium alteri unire, vetitum cuilibet fuiſſe, præterquam ſummo Pontifici, qui prius illa interſecuerant.

Michaëlis Longini eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Quod poſt Leonem alii quoque Pontifices ſola Sedis auctoritate ſæpe illud idem imperium ab una ad aliam tranſtulerunt nationem. Stephanus quintus præcipue, Imperatore nuncupato (*l*) Guidone, Duce Spoletano, illud è Gallorum manibus (*m*) DCCCC IV. extortum Longobardis tranſmiſit: Ioannes Decimus ab his ereptum, Berengario (*n*) ad imperium elato, in Forojulii Duces con-

Refellitur.

(h) *Nôrat Michaël* πολυπραγμοσύνην *Papæ, & quantum uſurparet autoritatis.*

(i) *Imo autoritate divinâ in imperio, quod armis quæſierat, imperabat: ac ne nomen quidem Imperatoris ex ſolo Papæ decreto habebat, ſed populi & cleri cum Papa.*

(k) *Nihil hinc aliud ſequitur, quam Emanuelem voluiſſe imperium mercari, ac Papam habuiſſe pro idoneo nundinationis inſtrumento. Vt autem ex facto non poteſt colligi de jure: ita nec ex ſtipulatione rectè concluditur de jure ſtipulationis.*

(l) *Factum cum jure confundit.*

(m) *Inique factum. Nam Arnolphus erat verus Imperator: quippe ex Carolina ſtirpe, & à proceribus Germaniæ electus.*

(n) *At Berengarius (verba Baronii ſunt) Romam* armato exercitu contendit, coronamque imperii ab ipſo Ioanne Pontifice violenter extorſit, ſicque tyrannice Imperatoris nomen vindicavit. *Itaque in Actis Synodi Romanæ ſub Ioanne hoc habitæ coro-*

natio

contulit: Ioannes duodecimus, Ottone primo (*o*) hac dignitate *Anno Chriſti*

natio ea rejicitur omnimodis, ut barbarica, & per ſurreptionem extorta. *Sed nec iſte Berengarius, nec ejus nominis quiſquam, à Germanis pro Imperatore habetur; verum ab Italis ſolis, uti & Guido ille, de quo dictum. Nam, ut ait Nauclerus in generatione* XXXI: Imperium fuit tranſlatum a Græcis, non in Italos, neque in Gallos, id eſt, Occidentales Francos; ſed in Germanos, ſcilicet in perſona Karoli Magni, ut in tex. qui hoc probat in cap. Venerabilem, de elect. & ſimil. text. in Cler. Rom. de jurejur. Unde clarè probatur, quod etiam linea Karoli deficiente, in Germania non minus imperium manere debet apud Germanos, ſicut & finaliter obtinuit, tam de jure, quam de conſuetudine. Et licet Romani, aut Itali, receperint, vel Ludovicum, filium Boſonis, alioſve, ſicut Berengarios, Hugonem Arelatenſem Comitem, ſeu filium illius Lotharium, ſive Rudolphum Burgundiæ regem, omnes iſti tyranni, & invaſores imperii, non Imperatores ſunt cenſendi, cum Germani Principes non omiſerint vel ad momentum ſuo jure Imperatores eligere. Sed de jure electus in regem ſeu Imperatorem Romanum a Principibus regni, poteſt ſtatim ex ipſa electione, licitè nomen Regis aſſumere, & jura ac bona regni & imperii aſſumere, & in aliis Provinciis ejuſdem imperii adminiſtrare. Sed non eſt mirum, ſi Romani etiam Pontifices illis temporibus circa annum Domini nongenteſimnm, & aliquanto poſt, quoſcunque occurrentes admiſerint, cum, ut ſcribit Platina, reſque fuerit, quod Pontifices illius temporis a veſtigiis B. Petri diſceſſerant, & quod Reſp. ignavos & deſides Principes habebat, quorum maxime intererat, naviculam Petri fluctibus exagitari, ne, ſi gubernator verus reſipiſceret, malos nautas è Rep. ejiceret. Horror enim eſt audire, quam multa perperam per XXVIII ferme Pontifices ſint admiſſa. *Vide & Philippum Bergomenſem Lib.* XI. *in Ludovico III, Arnulphi filio.*

Refellitur. (beside "natio ea rejicitur omnimodis")

DCCCCIV. (beside "Imperatores eligere")

(o) *Ex iis, quæ diximus, liquet, nec penes Longobardos, nec penes Forojulienſes, imperium fuiſſe. Quare nec ab iis imperium ad Saxonas tranſlatum fuit, ſed à Francis. Nec primus è gente Saxonica Otho Magnus imperavit, ut hic dicitur: ſed Henricus Auceps: modo rem ipſam, & jus imperii ſpectes. Nam agnoſcimus, regis fuiſſe nomine contentum.*

Anno Christi

tate inſignito, a Forojulienſibus ad Saxonas: Gregorius quintus (*p*) tandem ab his ad Germanos univerſos, cui uni genti facultatem eligendi Imperatoris conceſſit.

Michaëlis Longini eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Quod Albertus primus (*q*), Romanorum Rex, cum ei optimè compertum eſſet, ſupremam hanc auctoritatem Eccleſiæ competere, omnibus nervis in illud incubuit, ut Bonifacius octavus imperium ſibi, & ſucceſſoribus conferret jure hæreditario: quod Pontifex uſquequaque abnuit, & electione, non aliter, ad tantum munus voluit perveniri.

Quod Alberto vita functo, (*r*) Philippus Francorum Rex, ſuorum conſilio impulſus, Legatos Avenionem ad Clementem quintum deſtinavit, quo ſupplices ab ipſo exorarent, ut imperium Gallorum genti, in qua prius conſtiterat, reſtitueret. Quod cum Pontificis aures attigiſſet, certos ille homines confeſtim ad Electores miſit, per quos eis imperavit, ut ocius Imperatorem crearent; iſque Henricus a Lucemburgh: ſecus ſi facerent, in diſcrimen adductum iri, ne imperium, & jus Electionis ab ipſis ad alios perpetuo devolveretur. Quare ipſi ſtatim conventu facto
DCCCCIV. Henricum elegerunt. Ex quibus omnibus perſpicuum apparet, Gallis certum fuiſſe, in manu eſſe Pontificis, redintegrare in eorum regno Majeſtatem Imperatoriam; Germanis, ab eis imperium, & jus Electionis avocare.

E re

Refellitur.

Atque ut Otho è Saxonum gente primus Imperator fuiſſe diceretur, non tamen à Papa imperium ſit adeptus: imo ne nomen quidem ab eo ſolo habuerit; ſed univerſo populo Romano. Quod etiam Rhegino voluit, cum ait: Anno Dominicæ incarnationis IↃCCCCLXII. Rex natalem Domini celebravit, indeque progrediens, Romæ favorabiliter ſuſceptus, acclamatione totius populi Romani & cleri ab Apoſtolico Ioanne, filio Alberici, Imperator & Auguſtus vocatur, & ordinatur.

(p) *Vtrum proprie à Gregorio V. principes Germaniæ habeant jus eligendi Imperatoris, poſtea melius diſquiremus.*

(q) *Facti eſt, non juris, exemplum.*

(r) *Quid mirum, ſi in iſto Eccleſiæ ſchiſmate, rebus undique ita turbatis, uterque, & Philippus Rex, & Henricus Luxenburgicus, putarit, & partibus ſuis acceſſurum pondus, & autoritatem, ſpecie religionis.*

(*ſ*) *Imo*

E re foret etiam afferre, ut autoritas melius hæc innoteſceret, quod ſummorum Pontificum jus in Electionibus Imperatorum ſemper adeo invaluit, ut nemo unquam ſine ipſorum aſſenſu, aut Sedis Apoſtolicæ legatorum interventu, ad imperii culmen adſcenderit: quod graviſſimorum auctorum (ſ) fide palam eſt. Legatos autem Apoſtolicos hujuſmodi ſolemnitatibus interfuiſſe (t), conſtat; præſertim in electione Henrici tertii, Rudolphi Ducis Sueviæ, Henrici quarti, Lotharii ſecundi, & ejus, qui Lothario ſucceſſit, Conradi.

Anno Chriſti

Michaëlis Longini eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Quod

(ſ) *Imo variant de hoc judicia. Sunt qui contendant, non licere Imperatoribus res imperii adminiſtrare, priuſquam Pontifex electionem comprobarit, & confirmarit: atque ita docent quidam Papæ adulatores, de quibus alibi dicam. Alii non paullo ſanius arbitrantur, electum res quidem imperii ſine papali autoritate adminiſtrare poſſe, & debere: at dicendum tunc eſſe regem Romanum, non Imperatorem, quod nomen hoc ſolus conferat Pontifex Romanus. Sane Henricus Auceps regis nomine contentus fuit, etſi rem imperii, eoque & jus nominis imperialis haberet. Denique alii docent, ne ad nomen quidem, imperiique inſignia, Papam, vel ejus legatum, requiri: ſed ſufficere, ut quis ab Electoribus eligatur, & aliquo imperii Epiſcopo inauguretur. Quæ ſententia veriſſima eſt: ut liquet ex conſtitutione Ludovici Imperatoris IV, cujus verba mox ponam.*

Refellitur.

DCCCC IV.

(t) *Perperam ex legatorum præſentia, quæ neceſſaria non eſt, colligit Papam habere jus creandi Imperatorem: quod penes ſolos eſt imperii Principes: ut eſt in conſtitutione Ludovici IV.* De Concilio, *inquit*, & conſenſu Electorum & aliorum Principum imperii, declaramus, quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt immediate a ſolo Deo, & quod de jure, & imperii conſuetudine approbata, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem ſive regem ab Electoribus imperii concorditer, vel majori parte eorundem, ſtatim ex ſola electione eſt verus Rex & Imperator Romanorum cenſendus, & nominandus: & eidem debet ab omnibus imperio ſubjectis obediri, & adminiſtrandi jura imperii, & cætera faciendi, quæ ad imperium verum pertinent, habet plenariam poteſtatem: nec Papæ ſive Apoſtolicæ ſedis, aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, autoritate indiget, vel conſenſu. *Quid verbis hiſce manifeſtius?*

(u) *Fa-*

Anno Christi

Michaëlis Longini eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Quod imperii Principes, cum olim in animo eis eſſet Imperatorem pronunciare Conradinum, Ferdinandi ſecundi nepotem; metu (u) perculſi a propoſito deſtiterunt, quia Clemens quartus huic adverſaretur ſententiæ, & acriter ex adverſo reclamaret.

Quod iidem Electores, cum ſemper alieni (x) fuiſſent ab eo eligendo Vinciſlao, id efflagitante Carolo quarto ejus patre, denuo illum elegerunt Gregorii undecimi juſſu: & iidem, cum Vinciſlaus ob ejus inertiam ab Electoribus de imperii ſede deturbatus eſſet, Robertum, Rheni Comitem Palatinum, Bonifacii noni (y) mandato, ad tanti gradus apicem promoverunt.

Quod poſteaquam cæteri omnes ab eligendi Imperatoris ſolemnitate fuerunt amoti, & ipſi etiam Sedis Apoſtolicæ Legati; fuitque facultas hæc ſeptem tantum Principum numero coarctata,

Refellitur.

DCCCC IV. (u) *Facile erat metum incutere, rebus imperii ita turbatis, ut Alphonſo non adeunte imperium, Richardo redeunte in Angliam, cum convenire inter Principes non poſſet, ad multorum annorum interregnum veniretur. Nec mirum, ſi acriter adeo Corradino adverſatus ſit Papa, qui ſciret, eum prognatum patre Corrado, hoſte Papæ, ac præterea gratiſſimum eſſe Gibellinis, à quibus & adverſus Guelphos in Italiam vocatus fuit.*

(x) *De verbis non laborabimus. Rem ipſam videamus. Quod electores Venceſlaum elegêre, non autoritate factum papali, ſed Cæſaris auro. Nam pater Carolus, ut Æneas Sylvius in Hiſtor. Bohemica ait,* quod virtute obtinere non potuit, pretio comparavit, promiſſis cuique electori centum millibus. *Ac, ut Philippus Bergomenſis in Chronico ſupplem. de eo ſcribit,* poſt patrem confirmatus imperavit annis XXII, quamvis imperii benedictionem a Papa nunquam obtinuerit. *Ab imperio autem ob ignaviam & ſocordiam, qua imperium peſſumdaret, non à Papa, nec ejus mandato; ſed* ab Electoribus imperii, approbante Romano Pontifice, dejectus eſt: *ut loquitur Nauclerus generat.* XLVII.

(y) *Rupertus quidem* nolens, *ut Philippus Bergom. ait, in Venceſlai locum eſt ſurrogatus: attamen eum electores ſponte ſuâ elegerunt. ut quibus virtus viri optime omnium eſſet perſpecta. Apage igitur illud de Papæ mandato, qui nihil hac in re præſcribere potuit Electoribus.*

(z) Ne-

arctata, cum antea ex Gregorii quinti conceſſione cunctis Germaniæ Principibus competeret: cautum fuit (z) jus illud compenſandi gratia, quod ante (a) factam excluſionem Eccleſia Romana obtinebat, ne poſſet Imperator electus ſe rebus adminiſtrandis immiſcere, niſi prius a ſummo Pontifice electioni præſtitus eſſet aſſenſus, & elargita confirmatio. Et hoc illud eſt, ex quo inferunt (b) Doctores, non ſufficere Imperatori electionem, ſed neceſſario indigere Pontificis confirmatione. Quo caſu non ſolum electionis forma perpendi ſolet; verum etiam ipſius electi perſona: cum non ſit abſonum, ut electio legitime facta appareat; hominem autem electum dotes illæ (c) deficiant, quæ hic requiruntur; ita ut tanto ponderi ſit impar. Quod ſi contingat, in poteſtate Pontificis eſt, (d) illum rejicere, & ab illius dignitatis faſtigio abdicare.

Anno Chriſti

Michaëlis Loĩngi eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Quod

(z) *Negamus, cum conditione hac Germanis ſolis poteſtatem factam eligendi Imperatoris. Quin prolet illud, ubi cardo rei prope vertitur.*

Refellitur.

(a) *Nec antè, nec poſt unquam, tanta fuit Pontificis poteſtas, ut ſine aſſenſu ejus irrita foret electio Imperatoris. Quin antiquiori tempore moris erat, non ut Papa Imperatorem, ſed ut Imperator conſtitueret Papam. Et in familia Carolina quod jus in eligendo eſſe poterat Papæ, cum ſucceſſio eſſet hæreditaria? Uti uſque ad Ludovicum, Arnulphi Imp. filium, imo & Conradum. Deficiente autem ad poſteros ſucceſſione, non penes Pontificem jus eligendi fuit, ſed penes imperium. Fatemur quidem, partem imperii fuiſſe populum clerumque Romanum, eoque primitus eligendi jus commune fuiſſe huic cum cæteris imperii ſubditis. Sed poſtquam Itali à Pontifice perſuaſi jure ſuo Germanis ceſſerunt, nec Papa, nec Itali, juris quicquam in electione, quod ſibi vindicent, habent.*

DCCCC IV.

(b) *Ex falſo principio falſam colligunt concluſionem. Nempe doctores iſti extollendæ Papalis poteſtatis nec cauſſam ſæpe, nec modum ſciunt. Quod etiam vidit Ioannes Turrecremata in Can. Conjunct. XXXV. quæſt. II.* Quidam doctoreuli ſine aliquo vero fundamento volunt adulando Pontifices quaſi æquiparare Deo.

(c) *Hoc eſt, non ob hæreſin ſolum irrita ſit electio, ſed etiam virium imbecillitate; ut ſenſit Petrus de Palude de cauſſa immediata Eccleſ. poteſt. Artic. IV.*

(d) *Scio hoc velle Innocentium, & alios ejus ordinis: verum & illud*

Anno Christi

Michaëlis Longini eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Quod Carolus Magnus, cum imperium & regna inter natos diviſiſſet, omnino voluit diviſionem hanc a Pontifice Leone tertio (*e*) firmam reddi: id quod ab ipſo tanti ductum fuit, ut Ludovicum filium nunquam nomine Imperatorio appellarit, niſi ex quo diviſiones a ſe factas Pontifex confirmavit.

Quod in tabulariis, ſive Archivis Sedis Apoſtolicæ, cuſtodiantur etiamnum publica documenta electionum Rudolphi Auſpurgenſis, Adolphi, Henrici ſeptimi, Caroli quarti, Vinciſlai, & Roberti, quæ nullam (*f*) aliunde firmitatem habent, quam ab aſſenſu & verbo Nicolai tertii, Bonifacii octavi, Clementis quinti, Clementis ſexti, Gregorii undecimi, & Bonifacii noni, cum iidem hoc ipſum a ſummis Pontificibus (*g*) petiiſſent, neglecta Ludovici quarti conſtitutione, quæ ſanciebat, Licere (*h*) electo abſque Pontificis confirmatione moderamen imperii exercere.

DCCCCIV.

Refellitur.

Quod

ſcio, quod doctor ille apud Æneam Sylvium ait, verba ipſorum eſſe ſummorum Pontificum ſuas fimbrias extendentium.

(e) *Petiit Carolus, ut Leo Pontifex teſtamento ſuo ſubſcriberet, partim ut teſtaretur de voluntate Caroli, quo fine in teſtamentis condendis adhiberi teſtes ſolent: partim ut, tanquam vir tanti nominis tantæque autoritatis, aſſenſu ſuo apud omnes planum faceret, eam regni partitionem ſibi etiam juſtam videri: atque ita, non omnem quidem autoritatem, imo ne præcipue quidem; ſed nec parum tamen autoritatis, non ut in re ſua, ſed tanquam in aliena, teſtamento Caroli adderet.*

(f) *Proprie nulla ibi actio ex ſtipulato, ut alienus requiratur aſſenſus.*

(g) *Petiere, haut electionem, per quam jus haberent imperii; ſed teſtificationem decreti publica autoritate facti. Nec enim aliud à Papa erat, quam electionis ſignum. Et quod hoc quoque poſtularunt, voluntatis fuit, non neceſſitatis: Eoque facto ſuo poſteros minime obſtringunt.*

(h) *Statuit Ludovicus, licitum eſſe imperii munia exſequi ſine confirmatione Pontificis: ſed num eo putavit, id cum Pontificis approbatione non licere? Imo poſuit eam rem inter ἀδιάφορα. Eoque nihil ab Imperatoribus illis actum fuit adverſus conſtitutionem Ludovici. Quid mirum autem, ſi maluerint à Papis accipere imperii ſolemnia, qui impotentem eorum metuerent ambitionem, & fortaſſe errorem publicum eſſe jus publicum arbitrarentur?*

(i) Non

Anno Chriſti

Quod Albertus, ejuſdem Rudolphi Auſpurgenſis filius, nunquam (*i*) ejus voti compos evaſerit, ut Pontifex electionem confirmaret, qua ipſe fuerat ad imperium elatus; quamvis id obnixis precibus, & humillima obſequii exhibitione ſæpius expoſtulaſſet.

Michaëlis Lengini eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Adhæc, ut jus magis eluceſcat, quod Pontifex, & Eccleſia certum habet diſponendi de imperio, ſubjiciendum eſt, quod Imperator a Pontifice ob illud (*k*) ſupremum munus ſibi inſitum diademate decoratur: & hujus operationis exercitatione in Imperatorio ſolio confirmetur. Doctores (*l*) enim omnes (*m*) in illam eunt ſententiam, ei, qui a Pontifice coronatus non ſit,

(i) *Non indignum quidem hoc fuerit arrogantia Bonifacii: ſed tamen eum odio Philippi, Francorum Regis, tandem confirmavit. Philippus Bergomas Lib.* XIII. Albertus ſuſcepto imperio ſtatim a Bonifacio imperii confirmationem expoſtulavit: quam tamen ab arrogantiſſimo homine obtinere haut potuit. Verum, cum inter Philippum, Francorum regem, & Bonifacium ipſum, poſtmodum ſuborta fuiſſet diſſenſio, Bonifacius, ut erat animo arrogantiſſimus, irâ percitus, non ſolum hunc Albertum confirmavit, ſed etiam Philippi regnum huic Alberto ſubjecit.

Refellitur.

DCCCC IV.

(k) *Ex ritu conſecrationis, publicâque renunciatione, non minus inepte de Imperii majeſtate concluditur, quam ſi quis colligat, in Galliis jus creandi Regis eſſe penes Archiepiſcopum Rhemenſem, quia ab eo Rex Chriſtianiſſimus inungatur.*

(l) *Audiamus, quid de doctoribus iſtis dicat Dantes Aligerius Lib.* III. *de Monarchia:* Decretaliſtæ, Theologiæ, & Philoſophiæ cujuſlibet inſcii & inexpertes, &c. ſuis decretalibus imperio detrahunt. *Et Victoria Relect.* I. *de poteſt. Eccleſ. Sect.* VI. *num.* V. Gloſſatores juris hoc dominium dederunt Papæ, cum ipſi eſſent pauperes rebus & doctrina.

(m) *Minime omnes: imo, ut ait Almainus de auctoritate Eccleſ. initio cap.* III. Tanta eſt inter doctores controverſia de plenitudine Eccleſiaſticæ poteſtatis, & ad quæ ſe extendat, ut pauca ſint in iſta materia ſecura: ita (ut dicit Guilielmus Occam circa finem primæ partis) ſumme neceſſarium foret, quod per ſapientes juramentis & horribilibus comminationibus ad veritatem di-

Anno Christi

ſit, Imperatoris, & Auguſti nomine gaudere, ſignum in aurea Bulla imprimere, imperii adminiſtratione perfungi, jure interdictum eſſe.

Michaëlis Lonigi eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Quod Imperatoribus moris ſit annos imperii a die ſuſceptæ coronæ (*n*) enumerare, atque ita palam profiteri, ſe revera (*o*) Imperatores non extitiſſe, niſi ex quo illos Pontifex diademate præcinxit; & quod ideo Henricus primus, Conradus Suevus, Rudolphus, Adolphus, Albertus, Rupertus, & alii, qui de Pontificis manu non ſunt coronam adepti, ſibi nunquam in privilegiis irrogandis nomen Imperatoris, ſed Regis Romanorum tantum, (*p*) vindicaverint.

Quod, quamvis in Caroli Magni ſtemmate imperium ab ipſo uſque ad Ludovicum ſecundum jure hæreditatis, & ſucceſſionis, tranſmiſſum fuerit, ſemper tamen Imperatores illi ſibi congruum (*q*) duxerint, è Pontificis manu coronam accipere. Lotharius vero primus regnum quidem Italiæ auctoritate propria in filium Ludovicum ſecundum contulit; ſed cum ad Imperii majeſtatem (*r*) eſſet evecturus, Romam illum ad Sergium Pontificem

DCCCC.IV.

[illegible] juſſe- [illegible] cendam arctati declararentur. Quæ ad plenitudinem poteſtatis Eccleſiaſticæ ſpectant.

Refellitur.

(n) *Hi diſtinguunt inter regnum & imperium. Neutiquam tamen arbitrantur, differre hæc poteſtate, quod Lonigus contendit; ſed ſolum nominis dignitate. Rem ipſam ab electoribus eſſe ſtatuebant: ſed quia inſignia imperii à Romano Pontifice necdum ex more accepiſſent, eo & nomine Imperatoris abſtinebant, ſive modeſtia quadam, ſive ſuperſtitione, ſive quia publico velificandum errori judicarant.*

(o) *Erant reverâ, ſi rei ſpectes ſubſtantiam, quæ eſt Imperatoria majeſtas: hanc enim imperii Principes tribuunt: quodammodo item non erant; nempe ſi ſpectes imperii accidens, ac ſignum, quod ex officio urbis Epiſcopus conferebat.*

(p) *Interea poteſtatem Imperatoris habebant, & nominis imperatorii jus: ut liquet ex conſtitutione Ludovici IV. Neque ignoro, conſtitutionem eam eſſe impugnatam ab Alberto Pighio; ſed illud quoque ſcio, ab aliis eſſe fortiter defenſam.*

(q) *Voluntarium hoc fuit, non neceſſarium.*

(r) *Atqui Sigebertus & Albericus ſcribunt, miſſum eſſe Romam,*

juſſerit contendere, a quo diadema & imperium obtineret.

Anno Chriſti

Quod Carolus Calvus (*ſ*), Francorum Rex, cum inter ipſum, & Ludovicum fratrem, ingens ſuper Imperio controverſia agitaretur, protinus Romam iter maturarit; & precibus, & muneribus a Pontifice coronam impetrarit. Norat enim, quanti id ſua intererat. Quod ubi eſt conſequutus, illico, ſublata omni animorum diſſenſione, eſt a cunctis Imperator acclamatus; illud ei coronâ Pontificiâ tribuente, quod fortaſſe vis & arma non potuiſſent.

Michaëlis Lonigi eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Quod, cum Fredericus primus per Epiſcopum Bambergenſem petiit coronam imperii ab Hadriano quarto, verba inferius appoſita fuerint ſingillatim adhibita; quibus haud obſcure (*t*) pateſit, eum, qui coronam è manu Pontificis non obtinet, revera non eſſe Imperatorem: *Ergo, Reverende Paſtor, tu circa eum peragas, & quæ ei deſunt de plenitudine Imperialis culminis, per tuæ Beatitudinis munificentiam ſuppleantur:* & quod idem Pontifex, ab omni-

DCCCCIV.

Refellitur.

ut ipſius Sergii Papæ electionem (nam id tum Imperatores faciebant) confirmaret. Nec referunt, ei à Papa impoſitam eſſe imperii coronam; ſed duntaxat regni Longobardici. Ado autem Viennenſis dicit quidem, Imperialis coronæ ergo Romam fuiſſe profectum: ſed ait, à patre ante in Italia regem factum, ut Imperatoris nomen ſortiretur. *Ergo ei non rem imperii, quam à patre habuit, ſed ſignum ejus, hoc eſt, ſolemnem adpellationem, & coronationem, pater voluit conferri. Denique ex particulari Lotharii facto male à Lonigo de univerſa Caroli ſtirpe concluditur.*

(*ſ*) *Inique Carolus Calvus faciebat, qui dignitatem Ludovici junioris filio jure hæreditario debitam invadebat, inique egerunt Ioannes Papa, & proceres, cum dignitatem eam Carolo pecunia vendidere. Vide rem ipſam apud Godefridum Viterbienſem, Ottonem Friſingenſem, Hermannum Contractum, Sigebertum, Nauclerum, alios.*

(*t*) *Non hoc ex verbis ſequentibus conſequitur. Siquidem non ſibi plenitudinem Imperialis culminis petiit Fredericus conferri (etſi ita loquitur hac de re Bellarminus) ſed ea, quæ de plenitudine deerant Imperialis culminis. Deerat autem hoc, ut collata dignitas conſecratione Pontificis, quaſi religioſo ſymbolo, apud omnes ex more confirmaretur.*

Anno Christi

omnibus imperii Principibus exoratus, tandem conceſſerit: ex quo colligere eſt, quantum ex ea ad Imperatores accedat, & quanti merito eam faciant.

Michaëlis Longini eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

Inſuper inſtillandum eſt, blandè (*u*) tamen, Ducis animo, quod auctoritas ſtatuendi de rebus imperii Pontifici propria coúſque provehatur, ut ipſa interdum exagitaverit, depreſſerit, & penitus (*x*) eliſerit Imperatores, etſi maximis opibus pollentes, qui ſeſe obvios illi ferre, eamque evertere in animum induxerant: & cunctis in Hiſtoricorum libris patet, quid olim geſtum fuerit inter Gregorium ſeptimum (*y*) & Henricum quartum; inter

Refellitur.

(u) *Non venena ulla magis corpus necant, quam Imperii majeſtatem exſtinguit ſententia illa de Pontificiæ poteſtatis plenitudine. Iubet igitur Longinus, eam propinare atque inſtillare ſereniſſimo duci verbis blandis, ut ita fiat, quod Poëta vocat* blandum venenum. *At ſapiens Princeps tum inprimis ſibi metuet, cum Papa blandietur maxime.*

(x) *A facto de jure concludit ineptiſſime. Et cujuſmodi facta ſignat? Plena certè ambitionis, & ſceleris. Nempe* exempla fiunt, quæ eſſe jam

DCCCC IV.

facinora deſtiterunt: *ut ait Cyprianus lib.* 1 1. *Epiſt.* 11. *quæ ad Donatum.*

(y) *Digna, quæ adſcribantur, ſunt Onuphrii Panuini verba in vitâ hujus Gregorii, à Gretſero editâ:* Nam etſi ante Romani Pontifices, tanquam religionis Chriſtianæ capita, Chriſtique vicarii, & Petri ſucceſſores colerentur; non tamen eorum autoritas ultra protendebatur, quam in fidei dogmatibus vel aſſerendis, vel tuendis: cæterum Imperatoribus ſuberant, ad eorum nutum omnia fiebant, ab iis creabantur, de iis judicare, vel quicquam decernere, non audebat Papa Romanus. Primus omnium Romanorum Pontificum Gregorius VII, armis Nortmannorum fretus, opibus Comitiſſæ Matildis, mulieris per Italiam potentiſſimæ, confiſus, diſcordiaque Germanorum Principum, bello civili laborantium, inflammatus, præter majorum morem, contemta Imperatoris autoritate & poteſtate, cum ſummum Pontificatum obtinuiſſet, Cæſarem ipſum, a quo ſi non electus, ſaltem confirmatus fuerat, non dico excommunicare, ſed etiam regno imperioque privare, auſus eſt. Res ante ea ſæcula inaudita. Nam fabulas, quæ de Arcadio, Anaſtaſio, & Leone Iconomacho, circumferuntur, nihil moror. *Bene interim eſt, quod creditur Gregorius*

iſte,

inter Alexandrum tertium, (z) & Fredericum octavum; inter Innocentium (a) tertium, & Ottonem quartum; inter Innocentium (b) quartum, & Fredericum; inter Ioannem vigeſimum ſecundum, (c) & Ludovicum quartum; inter Bonifacium nonum, (d) & Vinciſlaum. Non tamen in his ad ſingulares (e) rerum & factorum eventus decurrendum eſt, ne vulnera

Anno Chriſt.

Michaëlis Longini eâ de re plena falſi & adulationis diſſertatio.

iſte, cum mors inſtaret, culpam ágnoviſſe: ut Sigebertus refert ad annum C I Ɔ L X X X V. *Imo Florentius Wigornienſis in Chron. ad ann.* C I Ɔ L X X X I V. *teſtem ejus rei laudat Moguntinum Archiepiſcopum, quod addo, nequis illud à partibus Henrici confictum putet. Nec tamen, ſi commentitium ſit, multum laboro. Nam de Gregorio, cujus exemplo pugnat Loginus, merito illud dixero, quod de Nerone ait Tertullianus in Apolog.* Tali dedicatore dominationis noſtræ etiam gloriamur. Qui enim illum ſcit, intelligere poteſt, non niſi aliquod bonum grande ab illo damnatum. *Vide ejus vitam à Bennone Cardinale ſcriptam.*

Refellitur.

(z) *Secutus eſt malus aſſecla Alexander malum ducem Gregorium: qui, ut Venuſinus Poëta loquitur,*

DCCCC IV.

—— exemplo trahebat
Perniciem veniens in ævum.

Vide, quæ de Alexandro hoc refert Nauclerus generat. XL.

(a) *Tubam bellorum, ut vocat in Philippi Auguſti vita Papirius Maſſonus. Atque addit,* ſalvâ reverentiâ ſedis Apoſtolicæ, ſecundum æquitatem non judicavit. Vide, quæ de eo produnt Platina, Nauclerus, & alii. Hic eſt, de quo in veteribus verſiculis legas, *Non eſt Innocentius, imo nocens verè.*

(b) *Hunc ſuis coloribus depingit Petrus de Vineis in Epiſtolarum libris.*

(c) *Vide, quæ pro Ludovico IV. Marſilius Patavinus ſcripſit.*

(d) *Wenceſlaum, non ob mandatum Papæ, ſed ob ignaviam ab imperio eſſe depoſitum, alibi diximus.*

(e) *Iubet ita offuciis incruſtare veritatem, ut confuſe videas, non particulatim, ac diſtincte; genus quidem traluceat, at non ſpecies: haut ſecus, ac ſi per caliginem quandam animal eſſe cernas, quod homo etiam eſſe poteſt: videre autem necdum poſſis, eſſe animal truculentum, efferum; à quo niſi caveas, præſens immineat exitium.*

(f) *Nempe*

Anno Chriſti nera (*f*) refricentur, a quibus eſt dubitare, ne propoſito contrarius (*g*) emergat effectus.

Refellitur. (*f*) *Nempe vulnera illa, quæ, magno Eccleſiæ malo, bonis & prudentibus quibuſque ingemiſcentibus, imperio clerus inflixit Romanus. Inde enim prope omnia mala originem ducunt. Quid prohibet eâ de re adſcribere ingenuam confeſſionem, cum Pii Papæ, tum Pandulphi Collenutii: qui Hiſtoriæ Neapolitanæ Lib.* IV. *ait:* Verumtamen ubi ante oculos meos propono, a Chriſto Pontificibus, cujus vicarii perhiberi volunt, dictum eſſe, uti imitentur & ſe, tanquam magiſtrum, cujus diſcipuli ſunt, & miniſtri ſequantur; & juſſos ab eodem gladium vaginæ reponere, & hoſtibus non ſolum ſepties, ſed & ſeptuagies ſepties, ignoſcere; è contrario tot inſidias, technas, ac proditiones adverſum Fredericum video; ac tot legatos, viros Eccleſiaſticos, nomine Paſtorum intitulatos, in Regnum, Marchiam, & Romaniam, contra ipſum emiſſos; tot civitates hac de cauſſa deſtructas, tantum ſanguinis Chriſtiani effuſum: & præter hæc expendo, Fridericum nihilominus ſemper victorioſe
DCCCC IV. triumphaſſe, ac a Pontificibus contra ipſum electos fortuna atque conſilio deſtitutos miſerè interiiſſe: non aliud proferre poſſum, quam verum eſſe id, quod Papa Pius in Hiſtoria Auſtriæ ſcripſit; NON fieri ullum inſigniter grande malum in Eccleſia univerſali, quod non exeat; atque initium ſumat a Preſbyteris ac certe judicia Dei eſſe nimis ardua, atque occulta.

(*g*) *Et quid aliud poſſint truculenta adeo tot Pontificum facta, quam odium gignere poteſtatis ejus, quam Papæ ſibi vindicant? Quippe clamant iſta, eos in hoc totos eſſe, ut omnem Imperii majeſtatem in ſe transferant; penes autem Cæſares inane ſit imperii nomen. Merito igitur uſque adeo ſollicitus eſt Lonigus, ne omnia integre, & bona fide narrentur.*

Hæc hactenus Lonigus iſte Michaël, ſed a viro maximo, verique imprimis ſtudioſo, cujus ſtricturas notaſque conjunximus, falſi ac putidæ adulationis ita convictus, ut ab aliis omnibus, veri itidem ſtudioſis, triumfus veritati debeat decerni. Inprimis autem pro hac militant, & ſingulatim hic iterum reddenda notandaque ſunt verba Conſtitutionis nobiliſſimæ Ludovici IV. Imperatoris, in cujus temporibus ac rebus deſcribendis hic jam verſamur: DE CONCILIO, inquit, ET CONSENSU ELECTORUM ET ALIORUM PRINCIPUM IMPERII, DECLA-

RAMUS. QUOD IMPERIALIS DIGNITAS ET POTESTAS EST IMMEDIATE A SOLO DEO. ET QUOD DE JURE, ET IMPERII CONSUETUDINE APPROBATA. POSTQUAM ALIQUIS ELIGITUR IN IMPERATOREM SIVE REGEM AB ELECTORIBUS IMPERII CONCORDITER, VEL MAJORI PARTE EORUNDEM, STATIM EX SOLA ELECTIONE EST VERUS REX ET IMPERATOR ROMANORUM CENSENDUS, ET NOMINANDUS: ET EIDEM DEBET AB OMNIBUS IMPERIO SUBJECTIS OBEDIRI, ET ADMINISTRANDI JURA IMPERII, ET CÆTERA FACIENDI, QUÆ AD IMPERIUM VERUM PERTINENT, HABET PLENARIAM POTESTATEM: NEC PAPÆ SIVE APOSTOLICÆ SEDIS, AUT ALICUJUS ALTERIUS APPROBATIONE, CONFIRMATIONE, AUTORITATE INDIGET, VEL CONSENSU. *Anno Christi*

Oriens, imperante Ludovico IV. Imperatores habuit Alexandrum, fratrem Leonis Philoſophi, ſed diſſimillimum fratri ac ignavum, & poſt hunc Conſtantinum, filium Leonis, puerum ſeptennem ſub tutela matris Zoes, & nonnullorum procerum, tandem a ſocero Romano Lacapæno ejuſque liberis ſceptro exutum, poſtremo tamen, Romani filiis comprehenſis, tonſis, & in ordinem redactis, ſolum rerum ac imperii potitum, & tandem filii Romani ſcelere veneno extinctum. *Orientis Impp.*

Ludovicum IV. CONRADUS I. ſequitur. De patre ejus, & ex qua prodierit familia, ambigitur. Adeo diverſæ dubiæque eâ de re auctorum ſententiæ. Alberti Bambergenſis, qui juſſu Ludovici IV. Imperatoris ſecuri percuſſus eſt, filium fuiſſe qui tradunt, haud abſimilia vero narrare videntur. Dux Franconiæ a pleriſque nominatur. DCCCCXII. CONRADUS PRIMUS IMP.

Hic hoſtes, affectantes imperium, Arnolphum Bavarum, Burchardum Suevum, & alios, ſtrenue ac feliciter compreſſit, Germaniæque tandem pacem reddidit.

Idem Conradus Cæſar, bello Ungarico & Bohemico occupatus, alibi vim illatam avertere, & Imperii ſubditos ab injuria defendere non potuit. Inprimis Gormo, Daniæ Rex, qui Haraldo IV. ſucceſſerat infeſto in vicinos Chriſtianos animo, Nordalbingiam fœde tunc vaſtavit, Tranſalbinos & Friſios invaſit. DCCCCXVII. *Gormonis, Daniæ regis, irruptiones.*

Anno Christi

Carolina ſtirps in Conrado exſtinguitur.

DCCCCXX.

HENRICUS AUCEPS IMP.

Carolina ſtirpe in Conrado I. exſtinctâ, HENRICUS AUCEPS, origine Saxo, Othonis Magni, Ducis Saxoniæ, filius, Imperator ſalutatus eſt.

Hic Slavis, qui Danis fœderati erant, bellum primo intulit, & magnam eorum partem concîdit, reliquos Chriſto nomen dare, imperata facere, & tributum pendere, juſſit. Dehinc in Daniam impetu facto, Gormonem Regem pacem petere coëgit, poſt urbem Sleſvicum, florentiſſimam tunc munitiſſimamque, vi expugnatam. Gormo accipere pacis leges a Cæſare oblatas coactus inter alia annuit, ut Sleſvici Marchio, hoc eſt, Dux limitis cuſtos nomine Cæſaris adverſus Danos conſtitueretur. Hic Sleſvicenſis Marchionatus, & Danomarchiæ, florentiſſimi nunc ampliſſimique regni, nominis origo eſt.

Sleſvicenſium Monarchionum origo.

Oldeburgi origo.

Quin & convenit, ut Sleſvicum Romani ſive Germanici imperii limes eſſet, quod antea Eidora flumine terminabatur. Limitem autem imperii Sleſwicum eſſe Auceps voluit quia emporium erat & ſitu, & commerciis nobile, & quod Slia fluvius, juxta cum Hexamilio, Danos a Saxonibus plane divideret, adeo ut tutiores limites imperii conſtitui non potuerint. In quibus etiam arcem Auceps exſtruxit, cujus etiam nunc veſtigia ſuperſunt. Vulgus, ob antiquitatem, *Oldenburgum* vocat.

Terminus igitur Romani aut Germanici imperii ultra Eidoram, his in oris, exporrectus non fuit.

Marchiarum Brandeburgenſis, Miſnenſis, Luſaticæ, & Auſtriæ origo.

Neque Marchia tantum, ut vocant, Sleſvicenſis ad Cymbricam Cherſoneſum adverſus Danorum irruptiones nunc inſtituta eſt, ſed & Brandeburgenſis contra Henetos & Vandalos, Miſnenſis & Luſatica contra Bohemos, Polonos, & Sileſios, ac denique Auſtriæ ad prohibendas Hungarorum irruptiones. *Marchio* dicitur limiti præfectus. *Marcken* & *Gemarcken* hodieque adhuc agrorum & ditionum limites ac terminos Belgæ appellamus.

Marchia & Marchio quid Germanis ſignificent.

Idem Henricus Auceps prœlio cum Hungaris, longe lateque Germaniam vaſtantibus, congreſſus, cæſis eorum 40000, & reliquis fugatis, ac Germania expulſis, domitiſque, incomparabilem victoriam reportavit, pacemque imperio reddidit.

DCCCCXXXVI.

OTHO I. IMP.

Patrem Henricum OTHO I. cognomento Magnus in imperio excepit. Magni ei nomen graviſſima, quæ geſſit, bella fecere. Princeps certe fuit de imperio & eccleſia optime meritus, ac proinde inter laudatiſſimos numerandus. Res ab eo geſtæ

plu-

plurimæ ſunt, quas compendio perſtringemus. Initia gubernationis habuit difficillima propter varia bella tum interna, tum externa. Fuerunt autem bella hæc: Boëmicum, Germanicum, Ungaricum, Danicum, Gallicum & Italicum, in quibus omnibus ſingularem oſtendit virtutem ac felicitatem. Boëmicum geſſit contra Boleſlaum Boëmiæ Ducem, hominem inquietum & impium, qui fratre Wenceſlao quod ad Chriſtianos tranſiiſſet, in æde ſacra inter preces trucidato, vicinos etiam hoſtiliter invaſerat, quibus Otho rogatus auxilio miſit primo Eſiconem Aſcaniæ Comitem, qui incautus a Boëmis oppreſſus fuit; deinde alium Ducem Hermannum qui dolo fratris Eckhardi impeditus nihil proficere potuit. Tandem Cæſar ipſe in Bohemos movit eoſque compeſcuit, quod factum eſt anno Chriſti DCCCCXXXVII. ac licet poſtea Boleſlaus bellum ſæpe renovaverit & in annum XV produxerit, tamen diuturnitate fractus tandem in fidem Cæſaris ſeſe dare coactus eſt. Eodem fermè tempore geſtum eſt bellum Germanicum, cui occaſionem dedit Tanguardus Saxoniæ Dux Othonis frater, ſed nothus ex Henrici Aucupis concubina. Hic provinciam Sigefridi Marchionis Brandeburgenſis jam defuncti ſine prole occupabat ejecto Gereone cui Otho provinciam deſtinarat. Odio Othonis Tanguardo ſe adjungebat Eberhardus Franconiæ Dux, qui in hoc negotium pertrahebat quoq; Giſelbertum Lotharingiæ Ducem, cui ſpem regni fecerat. Tanguardus a copiis Othonis Brandeburgi obſidetur, cui ſubſidio venturus Eberhardus in itinere cepit Henricum fratrem Othonis eumque captivum abduxit. Interim Tanguardus a militibus interficitur & Brandeburgenſes ſeſe dedunt fidei Imperatoris. Eberhardus interitu Tanguardi territus renovat conſpirationem in Imperatorem, in eamque trahit captivum Henricum, quem captivitate ſolvit. Fuerunt igitur conjurationis ſocii Henricus frater Othonis, Eberhardus Francus, & Giſelbertus Lotharingus. Hi cum Imperatore ad Rhenum congrediuntur ſed infeliciter: Diſſipatis enim illorum copiis in fugam vertuntur, ubi Henricus Merſbergum evaſit, & inde elapſus in Lotharingia bellum inſtaurat confœderatorum ope, & attrahit Ludovicum Tranſmarinum Galliæ regem Caroli Simplicis filium, qui ſpe recuperandæ Lotharingiæ Alſatiam invadebat, ſed copiis Othonis inde regredi cogebatur. Convertit ſeſe deinde Imperator in

Anno Chriſti DCCCCXXXVI.

Bellum Bohemicum.

Bellum Germanicum.

Othoni ſeſe opponit Tanguardus frater nothus aſcitis ſociis Eberhardo Franconiæ Duce & Giſelberto Lotharingo.

Tanguardus obſeſſus interficitur.

Henricus frater Othonis captivus jungit ſeſe Eberhardo & Giſelberto.

Conjurati ſocii ab Othone in fugã ver-

Anno Chriſti. DCCCC XXXVI.

hoſtes ſocios ſatis feliciter. Eberhardus enim ad Andernacum oppidum acie cæſus eſt, Giſelbertus in Rheno ſubmerſus periit. Henricus vero frater in fugam eſt conjectus. Nimirum qui poteſtati reſiſtit, Deo reſiſtit. Geſſit Otho hoc bellum auxiliis & virtute Hermanni Ducis Sueviæ & fratrum ejus Udonis & Conradi qui dictus eſt Sapiens. Cæterum Henricus quum videret nihil ſe efficere poſſe, ſupplex Cæſari factus veniam impetravit, & præterea Ducatum Bavariæ a fratre obtinuit. Hic eſt ille Henricus cognomento dictus Rixoſus, cujus nepos fuit Henricus Sanctus Imperator. Cum Ludovico Transmarino Otho tranſegit, & ut pacta eſſent firmiora viduam Giſelberti, Gerbirgam ſororem ſuam ei uxorem dedit, quæ peperit Lotharium Franciæ regem, & Carolum beneficio Othonis Lotharingiæ Ducem. Imperatore hiſce bellis ita implicato renatum eſt Ungaricum bellum anno Chriſti DCCCCXXXVIII. Ungari enim rati attritam jam eſſe Othonis & totius Germaniæ potentiam, ingentibus copiis in Germaniam & Galliam erumpebant, quos Imperator ad Lycum fluvium non procul ab Auguſta ad internecionem cæcidit, perpaucis captis, inter quos ſcribuntur fuiſſe tres reguli, quos Henricus Bavarus ſuſpendio necavit. Danicum bellum ſumma de neceſſitate Otho ſuſcepit. Etenim Dani Marchionem, quem Henricus pater Othonis in Sleſvicenſi Ducatu collocarat, cum omni præſidio occiderant. Quam injuriam vindicaturus Otho cum Haroldo Danorum rege prælio decertavit, in quo Haroldus ſuccubuit & pacem impetravit ea conditione, ut Baptiſmum & religionem Chriſtianam ſuſciperet; regnum vero ab imperio tanquam feudum poſſideret. Hoc modo Dania fidem Chriſtianam profiteri cœpit, ut & paulo poſt Sclavonia. Nam Imperator ex Dania rediens nonnullos Sclavos ut Windos, Obotritos & alios in littore Balthico ſubegit & ad ſuſcipiendum baptiſmum adegit. In Gallia Hugo Pariſiorum Comes indigne ferens, quod Imperii dignitas penes Germanos eſſet, & Ludovicus Transmarinus Franciæ Rex Imperatoris ſororem Gizbergam uxorem duxiſſet, Normannos incitat contra Ludovicum, a quibus Ludovicus captus in cuſtodiam eſt traditus, ejuſque filius Carolomannus Rotomagum eſt abductus, ubi vitam finiit. Hoc modo Hugo ſperabat ſe regnum Franciæ invaſurum. Verum Otho juſta arma induens, ut auxilio eſſet affini Ludovico,

tuntur, & miſerè pereunt.

Othonis ſocii.

Henricus Othonis frater recipitur in gratiam.

Bellum Ungaricum.

Bellum Danicum.

Haroldus Danorum Dux fit Chriſtianus.

Bellum Gallicū.

Hugo Pariſiorum Comes fruſtra affectat Galliæ regnum.

Anno Chriſti DCCCCXXXVI.

cum exercitu acceſſit ad urbem Pariſiorum,& Hugonem cinctum obſidione ad pacem petendum impulit, Ludovico regnum reddidit,ac inſuper Belgas & Burgundos Galliæ regno detractos Germaniæ adjecit. Feſtivum eſt quod hic narratur de ſtramineis pileis cum colis & fuſis quibus Imperator ſuos milites inſtruxit in ludibrium Hugonis, qui Saxones per contumeliam viros ſtramineos & effœminatos dixerat. Sequitur bellum Italicum, quod Othoni propter Pontificum perfidiam fuit longè graviſſimum. Natum eſt hoc bellum ex Berengarii II. inſolentiſſimo faſtu & ſævitia. Lotharium enim Italiæ regem interfecerat, ejuſque conjugem Adelheidem Rodolphi Burgundi filiam carceri incluſam tenebat, Imperatorem ſeſe, & filium Albertum regem Romanorum ſuperbo titulo nominabat, idque Pontificum aſſenſu, aliaque multa proterve & tyrannice agebat. Pontifex Agapetus & ſuo & totius Italiæ nomine Othonis auxilium implorabat, quod Imperator denegare non potuit. Duxit igitur in Italiam exercitum 50000 virorum, & Berengarium cum ſuo filio expulit, Adelheidem è cuſtodia ereptam uxorem ſibi adjunxit, quum prior conjux Editta Anglica tempore expeditionis Gallicæ eſſet mortua. His ita peractis relicto poſt ſe Conrado genero Italiæ gubernatore in Germaniam rediit. Berengarius Othonem inſequitur, & deprecante Conrado impetrat reſtitutionem in regnum Lombardiæ, dempta tamen Marchia Foro-Julienſi, Veronenſi & nonnullis aliis quæ fratribus ſuis in Bavaria Cæſar tribuit. Berengarius ſic reſtitutus per decennium regnum Lombardiæ tenens ad ingenium rediit, adeo ut anno Chriſti DCCCCLX. a Pontifice Iohanne XII. totius Italiæ verbis mitteretur legatio ad Othonem petitum liberationem a Berengarii tyrannide. Otho rebus in Germania compoſitis & filio Othone ordinum ſuffragiis ſucceſſore conſtituto novam expeditionem in Italiam ſuſcipit anno Chriſti DCCCCLXI. Capta Paphia & aliis nonnullis urbibus Berengarium cum uxore Willa in fugam conjicit, quos dum inſequitur, ex itinere Romam deflectit, ubi a Iohanne XII. Pontif. coronatus urbem occupavit, Senatu & civibus in fidem receptis, dein Berengarium deditione captum una cum uxore Willa in Germaniam abduxit, & Bambergæ ad perpetuos carceres condemnavit, ubi ambo mortui ſunt. Interea temporis Pontifex Iohannes ſumma levitate alienior ab Impe-

Belgæ & Burgundi Germaniæ adjiciuntur.

Bellum Italicũ, cujus cauſſa fuit Berengarius II.

Berengarius ex Italia expulſus.

Berengarius reſtituitur, & deinde ad ingenium redit.

Berengarius ad perpetuos carceres damnatus moritur.

Anno Chriſti DCCCC XXXVI.

Iohannis XII. Papa perfidia.

Ioh. XII Papa profugus.

Leo VIII creatur Papa.

Iohannes XII revocatus turpi venere extinguitur, cui ſuccedit quidam Benedictus.

Iohannes XIII Papa.

Othonis bellum contra generum & filium.

Otho filio Othoni jungit uxorem.

ratore factus contra datam fidem Albertum Berengarii filium clam in urbem Romam intromittit, ex quo Imperator vehementer motus cum exercitu rediit ad urbem, & quia Pontifex cum Alberto aufugerat, denuo cives juramento fidelitatis ſibi obſtringit, & inſuper ne ſine conſenſu Imperatoris Pontificem creent. Celebrata Synodo Iohannem XII propter perfidiam, libidines & alia flagitia Pontificatu movet, ſuffecto in ejus locum Leone VIII. Hic Leo deinde facto in eadem Synodo decreto Othoni & omnibus ſubſequentibus Impp. contulit jus eligendi & conſecrandi Pontificem Romanum, nec non Epiſcopos conſtituendi, qui mos ad tempora uſque & bella Henricorum perduravit. Paulo poſt Romani inſtinctu Alberti Berengarii filii Leone urbe pulſo revocarunt Iohannem, quo turpi venere extincto ad Pontificatum accerſiverunt quendam Benedictum. Imperator igitur reducto ad urbem exercitu, & urbe fame in deditionem accepta civibus quidem pepercit, ſed Benedictum in exilium relegavit ad Adaldagum Epiſcopum Hamburgenſem, ubi & mortuus eſt. Moritur interea Leo, cui ſucceſſor autoritate Imperatoris deſignatus eſt Iohannes XIII, quem quum quidam ex nobilitate in contumeliam Imperatoris in carcerem conjeciſſent, indignatus Imp. Romam acceleravit, & ut finis aliquando harum turbarum eſſet, autores iſtius conſilii ſuſpendio punivit. Hæc ſunt graviſſima illa bella quæ Othoni imperii gubernationem difficilem fecerunt. Hoſtes etiam expertus eſt Conradum generum propter reſtitutionem Berengarii in regnum Longobardiæ, & Ludolphum filium propter alteras nuptias cum Adelheide, unde bellum exarſit, in quo tandem pater ſuperior ac victor filio & genero ſupplicibus & nudis pedibus culpam multis cum lacrymis deprecantibus ignovit. Cogitans tandem Otho de uxore filio Othoni jungenda, miſſis anno Chriſti DCCCCLXVII. legatis Theophaniam filiam Romani junioris, jam vero privignam Nicephori Imp. Orientalis, petiit & impetravit. Convenit de loco, ubi per legatos deducenda eſſet ſponſa ad ſponſum. Quum autem Græci hoc matrimonium ægre ferrent, legatos Othonis partim occiderunt, partim captos Conſtantinopolin abduxerunt. Otho hoc facinore graviter irritatus miſit Comites Gunterum & Sigefridum fratres, qui ſuperbos Græcos fuderunt, & captos truncatis naribus dimiſerunt. Calabriam & Apuliam populati

ad Imperatorem victores redierunt. Deinde occiſo a Græcis Nicephoro Iohannes Cimiſces ſucceſſor in Oriente Theophaniam magna cum pompa ut ſponſam miſit Othoni, & nuptiæ cum feſtivitate celebratæ ſunt anno Chriſti DCCCCLXXII. Eccleſiæ quoque magnam curam ac rationem habuit Otho Imp. ita ut ad bellicas victorias veritatis quoque ac doctrinæ cœleſtis victorias magno cum fructu adjiceret, & gentes a Chriſtiana religione alienas ad verum Deum ejuſque ſincerum cultum adduceret, Eccleſias inſtituendo & fundando, quas in Epiſcopatus diſtribuit, & annuis reditibus, quibus Eccleſiarum & Scholarum miniſtri alerentur, liberaliter locupletavit. Quibus omnibus eximia cum laude & gloria Dei expeditis Merſburgo Quedlinburgum profectus, ſubitaneo morbo correptus, forſan apoplexia, placide in Deo obdormivit, anno Imperii XXXVII, Chriſti DCCCCLXXIII, & cadaver Magdeburgi ſepultum eſt, juxta priorem conjugem Edittam Anglicam, Edmondi regis filiam, ex qua ſuſcepit duos filios, Ludolphum Sueviæ Ducem, & Wilhelmum Epiſcopum Moguntinum, qui vivo patre mortui ſunt, nec non filiam Ludgardam quæ fuit conjux Conradi Sapientis Francorum Ducis. Alteram conjugem habuit Adelheiden Lotharii regis Italiæ viduam, ex qua ſuſcepit tres filios, Henricum, Brunonem & Othonem ſucceſſorem, & filiam Adelheiden, quam in uxorem tradidit Hugoni Capeto, Hugonis M. filio Franciæ Regi.

Anno Chriſti

Othonis cura de Eccleſia bona.

Othonis obitus.

DCCCC XXXVI.

In Imperio Orientali Conſtantino Leonis filio qui imperaverat annos 50 ſucceſſit filius Romanus junior, qui patrem veneno ſubmoverat. Cœpit imperare anno Chriſti DCCCCLIX, & imperavit annos 3. Homo ſceleratiſſimus, crudelis & impius in matrem & ſororem, quas ejectas coëgit meretricium quæſtum exercere. Contra Saracenos in Creta ut & in Syria felix fuit Duce Nicephoro Phoca. Uxores habuit duas, primam Bertam Hugonis regis Italiæ filiam; deinde Theophaniam, ex qua ſuſcepit filios duos, Baſilium Porphyrogenetam & Conſtantinum; filiam unam Theodoram, quæ nupſit Iohanni Zimiſcæ, qui ante filios imperavit, & alteram Theophaniam, quæ matrimonio juncta eſt Othoni II. Imp. Othonis filio. Tandem libidinibus & crapulis confectus vitam finiit, & quum filiis impuberibus propter ætatem imperii gubernatio committi non poſſet, conſilio pro-

Romanus junior, homo ſceleratiſſimus.

Anno Chriſti cerum Imperator factus eſt Nicephorus Phocas, ob res in Sicilia & Apulia contra Saracenos præclare geſtas celebris. Cœpit imperare anno Chriſti DCCCCLXIII, & imperavit annos VI. Homo inexplebilis avaritiæ, ut nomiſmata injuſti ponderis cuderet, & famis tempore ſubditis egenis turpiter imponeret. Uxorem duxit Theophaniam Romani junioris viduam. Terra feliciter contra Saracenos egit Duce Iohanne Zimiſce, ſed mari ad Siciliam infeliciter Duce Manuele, qui a Saracenis in anguſtias concluſus amiſſis copiis univerſis in hoſtium poteſtatem venit. Quum autem propter avaritiam in omnium odio eſſet, & uxor Theophania imperium ad filios ex priore marito transferre cogitaret, ejus conſilio a Iohanne Zimiſce in cubili trucidatus eſt. qui etiam ſucceſſit in Imperio, & cœpit imperare anno Chriſti DCCCCLXIX, imperavitque annos VI. Nicephori neceſſarios ſuſtulit è medio, & affines Baſilium & Conſtantinum imperii conſortes fecit. Saracenos ab obſidione Antiochena depulit, & Roxolanos auxiliis Bulgarorum Thraciam devaſtantes, fuſo ac diſſipato exercitu 300000 militum, trophæaque in templum Conſtantinopolim retulit. Veneno lento hauſto lenta tabe conſumptus obiit. Hæc ita paucis perſtringit Guthberletus.

Iohannes Zimiſce.

DCCCCLXXIII. OTHO II. IMP.

Othonem I. filius OTHO II. ſequutus eſt. Puer ſeptennis Aquiſgrani datus ille eſt patri ſucceſſor, & poſtea quum adoleviſſet, Romæ anno Chriſti DCCCCLXIV, ubi heroïci animi prima tirocinia oſtendit patre vivo in bello contra Græcos & Saracenos, qui deductionem Theophaniæ Sponſæ, de qua dictum, impediverant legatis graviter violatis. In hoc bello Græcos & Saracenos, ex Apulia & Calabria profligavit, unde magnam autoritatem & hoſtibus formidabilem ſibi conciliavit. Quanquam autem initia habuit ſatis proſpera, tamen fortuna quæ ſecuta eſt valde fuit immutata, nec primis initiis reſpondit. Poſt patris obitum adverſarios habuit Henricum Bavariæ Ducem, Lotharium Franciæ regem, & Baſilium ac Conſtantinum fratres Impp. Græcos. Henricus Bavariæ Dux cognominatus Hezelo, filius fuit Henrici Rixoſi qui fuit frater Othonis I; fuit igitur patruelis Othonis II. Hic Othoni invidens imperium, tractis ad ſeſe aliquot Epiſcopis, Ratiſbonæ Imperatorem ſe nominabat. Acceſſitus igitur ab Othone ad dicendam cauſſam, & metuens Othonis potentiam nec non ſubditorum in Othonem ſtudium,

Mutatio fortunæ in Othone.

Othonis adverſarii.

Henricus Hezelo.

ſine

ſine armis coactus & pacem perere, & exilio eſt mulctatus, Bavariæ adminiſtratione Othoni Suevorum Duci, nepoti ex fratre Ludolpho, commendata. Lotharius Franciæ Rex fuit filius Ludovici Tranſmarini ex Girberga ſorore Othonis I. Hic Lotharingiam, quæ erat imperii provincia, armis repetiit; quare coactus Imperator celeriter eam recuperavit, & ejecto Lothario hujus fratri Carolo eam dono dedit, ea tamen lege ut tanquam feudum imperii poſſideret, atque ita imperii beneficiarius eſſet. Quod inique ferens Lotharius Cæſarem Aquiſgrani diverſantem repentino impetu oppreſſit, ubi niſi fuga evaſiſſet Otho Imp. in Francorum manus incidiſſet. Hanc injuriam ulturus Otho Gallos Lutetiam uſque inſecutus obvia cuncta populatus eſt, Galloſque ad pacem poſcendam adegit, Lotharingiam recepit, & Germaniæ adjecit, ſed tractuum nonnullorum avulſione deminutam, quos Epiſcopis Colonienſi & Leodienſi tribuit. In reditu ex Lotharingia Axonæ fluminis inundatione interclusus magna paſſus eſt detrimenta, multis aquarum impetu abſorbtis. Baſilius & Conſtantinus Impp. Græci, fratres Theophaniæ conjugis Othonis, quum viderent Othonem bellis domeſticis implicatum, exercitu ex Saracenis Siculis pecunia conducto, Apuliam & Calabriam, quas nuper Nicephorus amiſerat, recuperarunt. Cum his Otho congreſſus in Calabria clade magna eos affecit, ſed mox redintegrato prælio cæſus eſt. Romanis & Beneventanis ſcelerate aciem deſerentibus, & urgentium Saracenorum interventu terra excluſus in mare deſiliit, ſed ab hoſtium navibus interceptus quum à nemine agnoſceretur, Græcæ linguæ beneficio evaſiſſe ſcribitur, redemptionis pretio avaris nautis perſoluto. Servatus in tanto vitæ periculo reſumptis viribus Saracenos ad internecionem delevit, ex quo Pallida mors Saracenorum, item Otho Sanguinarius eſt dictus. Contra Sclavos etiam qui in Saxoniam irruerant bellum geſſit, quos Turingi & Saxones profligarunt deletis amplius 30000. Mortuus eſt ſanguinis profluvio, relictis ex Theophania duobus filiis, Othone III, & Hugone Marchione Saxoniæ, quem alii Ulricum nominant.

Anno Christi DCCCCLXXIII.

Lotharius Fräcia Rex.

Othonis II. bellum contra Impp. Græcos, idque adverſum.

Otho II. dictus Pallida mors Saracenorum.

Othonis II. obitus & filii.

In imperio Orientali mortuo Iohanne Zimiſce rediit imperium ad filios Romani junioris Baſilium Porphyrogenitum & Conſtantinum, quorum ille potiores partes tenebat, & jam ab

Orientale imperium redit ad

Anno Chriſti ab anno Chriſti DCCCCLXXV. imperavit annos LII, nempe uſque ad annum Chriſti MXXVII. Bellis civilibus & externis fuit implicatus. Nam Bardas Sclerus Dux ſub Zimiſce fortunæ favore inſolentior factus magnam imperii partem ad ſe rapuerat, quem tertio tandem prælio Duce Phoca Barda vicit, & omni exercitu exutum ad Perſas fugere coëgit, ſed poſtea recepit, Phocam vero recenti victoria elatum & res novas molientem repreſſit, ejuſque filios patris fortunam ulturos oppreſſit. Bella externa geſſit contra Georgium interioris Iberiæ dominum, contra Saracenos, qui Phœniciam & Syriam populabantur, & contra Bulgaros, quos omnes feliciter domuit. In Bulgaros captivos novum crudelitatis exemplum ſtatuit, dum quindecim millibus oculos eruit, ita tamen ut in ſingulis centuriis unum relinqueret monoculum qui cæteros domum reduceret. Tandem totam Bulgariam perdomuit, & ſuo imperio ſubjecit. Expeditionem contra Saracenos Siculos ſuſcepit, ſed fatali morte præventus non abſolvit.

filios Romani junioris. Baſilii Porphyrogenetæ bella & victoria Bardas Sclerus. Phocas Bardas. Georgius Iberus. Saraceni. Bulgari. Bulgaria ſubjicitur imperio Orientali.

Othoni ſecundo OTHO filius, ejus nominis III, ſucceſſit. qui quum poſt patris obitum adhuc valde puer eſſet, necdum aptus ad imperium, ab Italis dictus eſt *Otho Puer*, & ob hanc cauſſam variæ contentiones de imperio obortæ ſunt. In Italia Romæ Creſcentius Conſul imperii Germanici impatiens ex Italis Imperatorem creari voluit. In Gallia Lotharius ob ereptam ab Othone II. Lotharingiam iratus nihil non tentabat contra Othonem filium. In Germania Henricus, Bavariæ Dux, prætextu tutelæ hunc Othonem puerum per factionem abreptum ad ſe tranſtulerat ſpe potiundi imperii. Quæ dum ita agerentur, Principes Germaniæ Othonem ab Henrico repoſcebant, eumque raptori extortum tanquam legitimum hæredem imperii caput aſſerebant. Cœpit imperare anno Chriſti DCCCCLXXXIV, & imperavit annos XVII, nempe uſque ad annum Chriſti 1000. Quamprimum autem ætas ejus maturuit, ſolicite ut rebus domeſticis conſuleret cogitavit, quibus ad tranquillitatem reductis Italiæ quoque vulnera ſanare inſtituit, & omni cura ac ſtudio hoc egit ut amica & placida Italiæ ac Germaniæ eſſet conjunctio. Quum vero Creſcentius varias moveret Romæ turbas, Otho eo profectus Pontificem creat agnatum ſuum Brunonem, Othonis Sueviæ Ducis filium, Othonis I pronepotem, qui

DCCCC LXXXIV OTHO III. IMP. Othonis adverſarii.

Otho pacis ſtudioſus. Otho Pontificē creat Gregorium V.

ſeſe

ſeſe Gregorium V nominavit. Sed hunc quum poſt Othonis ex Italia diſceſſum Creſcentius priſtino furore correptus ſede Pontificia dejeciſſet, iterum commotus Otho redit in Italiam, & Brunone ſeu Gregorio V. reſtituto graviſſime in Creſcentium ejuſque complices animadvertit. Nam Creſcentium vili jumento averſa facie impoſitum & per urbem circumductum & poſtea longo cruciatu laceratum cum duodecim aliis ſeditionis ſociis ad portam ſuſpendit, Iohannem Placentinum, quem Creſcentius Pontificem fecerat, naribus & oculis privatum de Capitolio præcipitavit, & cæteros conſiliorum Creſcentii conſcios exilio mulctavit. Quibus ita peractis conſentiente Gregorio V. decretum fecit, ut jus eligendi Romanum Imperatorem penes ſolos Germanos eſſet. Hujus conſtitutionis quæ fuerint cauſſæ vide apud diligentiſſimum Peucerum; ubi porro invictis argumentis docetur & probatur Pontificem Romanum non habere jus aut poteſtatem eligendi Imperatorem. Quo autem anno hoc decretum factum ſit, per deteſtandam ſcriptorum negligentiam non eſt annotatum, quamvis ſint qui tradunt non multo ante mortem Othonis factum eſſe. Quibus porro ordinibus poteſtas eligendi Imperatorem attributa ſit ab Othone, incertum eſt. Pleiique Senatum ſeptem Electorum Othoni tribuunt, ſed qui in dubitationem trahunt non levibus nituntur fundamentis, de quibus Peucerus, & alii. Valde conſentaneum eſt ab Othone certum ordinem Electorum fuiſſe conſtitutum, qui deinde certis de cauſſis ad certum numerum, videlicet ſeptenarium eſt redactus. Hic enim numerus poſt Fridericum II exprimitur. Ut ut ſit, agnoſcendum haud dubie eſt ingens immortalis Dei beneficium, quo Othonis III mentem ita gubernavit, ut imperii poſſeſſionem ad Germanos transferret, a quibus huc uſque occupatur & conſervatur. Cæterum rebus in Italia ita expeditis Otho rediit in Germaniam, indeque profectus in Poloniam ad ſepulchrum novi martyris Adelberti voti exſolvendi cauſſa a Boleſlao Polonorum Principe liberaliſſime habitus eſt, & ut parem referret gratiam, amicum Romani imperii appellavit, & impoſito regio diademate regem ſalutavit, & hoc pacto principatus Poloniæ factus eſt regnum, quod accidit anno Chriſti DCCCCXCIX. Quum autem Romæ gravium atrociſſimarumque ſeditionum nondum eſſet finis, Italis Germanorum in ſe imperium ægre fe-

Anno Chriſti DCCCCLXXXIV

Otho Romæ animadvertit in ſeditioſos.

Ius eligendi Imperatorem penes ſolos Germanos.

Senatus VII-virum ſeu Electorum origo incerta.

Othonis pietas.

Polonia fit regnum.

Anno Christi DCCCC LXXXIV

Otho in Italia periclitatur.

rentibus, Otho quartum iter in Italiam ſuſcepit, ſed magno cum ſuo periculo. A conjuratis enim bona exercitus ejus pars occiſa eſt; ipſe vero in Capitolio circumſeſſus in capitis diſcrimen venit. Hoc ubi cognovit Hugo Brandeburgicus, quem Cæſar Hetruriæ & Thuſciæ præfectum conſtituerat, ſumma celeritate Romam contendit, & ubi ſe armis propter furorem populi nihil proficere poſſe animadvertit, dolo rem agendam ratus arbitrum ſeſe inter Cæſarem & Romanos obtulit, & quum hinc inde modo ad Cæſarem, modo ad populum flecteret, effecit clanculum, ut quum longiorem ad populum ſermonem haberet, Cæſar interim fuga ex carcere elaberetur, quem mox deinde ipſe Hugo eſt ſecutus, qui expoſtulantibus deinde Romanis reſpondit, ſe honeſtatis & ſalutis Romanorum gratia aliter non potuiſſe; ſi enim Cæſarem interemiſſent, magnum dedecus admiſiſſent, & bellum longe graviſſimum in ſeſe concitaſſent. Diſceſſit igitur Otho Imperator celerrimis itineribus Roma cum Sylveſtro Pontifice, ac Lombardiam verſus ire perrexit, quumque uxorem viduam Creſcentii, quem antea morte affecerat, deperiiſſet, illa vero quod Imperator reditum in Germaniam pararet, ſe ſpe conjugii excidiſſe videret, miſſis chirothecis veneno tinctis ſimulatæ amicitiæ munere Imperatorem necavit. Cadaver Aquiſgrani, inteſtina vero Auguſtæ humata ſunt. Hæc eſt brevis narratio de Othone III Imp. qui dictus eſt *Mirabilia mundi.* Uxorem habuit Mariam Arragoniam procacis & impudicæ libidinis fœminam, quæ convicta adulterii ad Mutinam urbem viva eſt cremata.

Otho deperit uxorem Creſcentis, ejuſque fraude perit.

Othonis uxor fœmina procax & adultera.

Hæc de Othone hoc III. vulgo tradunt Scriptores, & ex iis quoque poſtremus omnium Guthberlethus, cujus verba jam reddidimus. Qui & addit in Synchroniſmo, quem vocat, Othonis hujus temporum; *Romæ Pontifices fuerunt, Ioannes XIV, aliis XV, Benedictus VII, Iohannes XV, aliis XVI, Iohannes XVI, aliis XVII, Gregorius V, Iohannes XVII, aliis XVIII, & Sylveſter II. Ex hiſce maxime celebres ſunt Gregorius V, & Sylveſter II. Gregorius V, ante Bruno dictus, fuit Othonis III agnatus, ut ſupra meminimus, & multum juvit conſtitutionem Electoralis dignitatis, ut ſumma-Imperii majeſtas eſſet penes Germanos, ad evitandas in poſterum Italicas ſeditiones. Sylveſter II natione fuit Gallus ac profeſſione Monachus, primum Gilbertus appellatus. Ex Monacho factus eſt*

Pontifices Romani.

Gregorius V.

Sylveſter II magus.

præceptor Othonis III. In Hiſpania magiam didicit à quodam Saraceno Philoſopho, & inde in Galliam reverſus magicis ſuis artibus per varios gradus tandem ipſum Pontificatum conſcendit. Sciſcitatus à diabolo magiſtro ſuo vitæ finem, reſponſum tulit non ſe moriturum priuſquam Hieroſolymis miſſam celebraverit. Sed deceptus ambiguitate vocis quum in ſacello quodam, quod Hieroſolyma vocabatur, miſſam peregiſſet, in ardentem febrem delapſus ſe deluſum à diabolo intellexit, & magiam faſſus linguam & manus abſcindi ſibi juſſit, truncum vero carro imponi & quo equi ſponte ferrent ſepeliri. Traxere equi truncum ad templum Iohannis Lateranenſis, ubi humatus eſt. Sed hæc accuratius ſub examen vocanda ſunt. Id enim hic agimus. Nam veritatis ac poſterorum intereſt, ut tandem liquido conſtet, quæ de Sylveſtro Papa, præceptore Othonis, & a diſcipulo ad Romanæ cathedræ faſtigium promoto, tanquam mago, & ſcribuntur vulgo & creduntur, ut & illa forte quæ de illicitis ejuſdem Othonis amoribus in creſcentii uxorem, vulgata a quibuſdam ſunt, nihil eſſe aliud quam mendacia, quæ vacuo, ut ille loquitur, folle illi ſpiravere, quibus, Romanorum Pontificum ambitioni pariter ac avaritiæ ſervientibus, nulli graviores hoſtes offerebantur, quam iſti Principes, qui ex celebri illo Domini Chriſti præcepto, REDDITE DEO QUÆ SUNT DEI, ET CÆSARI QUÆ SUNT CÆSARIS, præſtandum utrumque a Romano Papa judicabant. Fuit haud dubie inter hos Magnus hic Otho; & ideo læſi a calumniatoribus ſunt ejus manes; ideo & Sylveſtri Papæ, tantum quia Cathedræ impoſitus ab illo Othone. Fontem igitur hujus tam atrocis calumniæ tandem nos hic recludamus.

Anno Chriſti DCCCCLXXXIV

De Sylveſtro Papa, velut magicis artibus dedito, recepta vulgo narratio refellitur, & commenti origo proditur.

Qualis quantuſque hic Otho fuerit, & quam magno animo jus imperio, quod proximorum Pontificum Romanorum inſatiabilis & avaritia pariter & ambitio uſurpaverat, reſtituerit, apparet abunde ex celebri Decreto Electionis (ita enim habet inſcriptio) Sylveſtri ſecundi Pontificis, qui Gerbertus ante acceptum Papatus illud faſtigium appellabatur. Id cum in manus meas venerit, exhibere hic omnino neceſſarium exiſtimavi; *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto ſervus Apoſtolorum, & ſecundum voluntatem Dei Salvatoris Romanorum Imperator Auguſtus. Romam caput mundi profitemur, Romanam Eccleſiam matrem omnium Eccleſiarum eſſe teſtamur, ſed incuria, inſcientia Pontificum ſuæ claritatis titulos obfuſcaſſe. Nam non ſolum quæ extra urbem eſſe videbantur*

Othonis adverſa Pontificum ambitioni avaritiæque ſingularis animi magnitudo.

Anno Christi

vendiderunt, & quibuſdam colluviis à lare Sancti Petri alienaverunt, ſed, quod abſque dolore non dicimus, ſi quid in hac noſtra urbe regia habuerunt, ut majori licentia evagarentur, omnibus, judicante pecunia, in commune dederunt, & Sanctum Petrum & Sanctum Paulum, ipſa quoque altaria ſpoliaverunt. Confuſis vero Papaticis legibus, & jam abjecta Eccleſia Romana in tantum quidam Pontificum creverunt, ut maximam partem imperii noſtri Apoſtolatui ſuo conjungerent, jam non quærentes quæ & quanta ſuis culpis perdiderunt, non curantes quanta ex voluntaria vanitate effuderunt, ſed ſua propria, utpote ab illis ipſis dilapidata, dimittentes, quaſi culpam ſuam in imperium noſtrum retorquentes, ad aliena, id eſt ad noſtra, & noſtri Imperii maxime migraverunt. Hæc enim ſunt commenta ab illis ipſis inventa, quibus Ioannes Diaconus cognomento Digitorum mutilus, præceptum aureis literis ſcripſit, ſub titulo Magni Conſtantini, longi mendacii tempora finxit. Hæc ſunt etiam commenta quibus dicunt quendam Carolum Sancto Petro noſtra publica tribuiſſe: ſed ad hæc reſpondemus ipſum Carolum nihil dare jure potuiſſe, utpote jam à Carolo meliore fugatum, jam imperio privatum, jam deſtitutum & annullatum. Ergo quod non habuit dedit, ſic dedit, ſic nimirum darepotuit, ut pote qui male acquiſivit, & diu ſe poſſeſſurum non ſperavit. Spretis ergo commentitiis præceptis & imaginariis ſcriptis ex noſtro conferimus. Sicut enim pro amore Sancti Petri Dominum Silveſtrum Magiſtrum noſtrumPapam elegimus, & Deo volente ipſum ſereniſſimum ordinavimus & creavimus, ita pro amore ipſius Domini Silveſtri Papæ, Sancto Petro de publico noſtro dona conferimus, ut habeat Magiſter quod Principi noſtro Petro à parte ſui diſcipuli offerat. Octo igitur Comitatus pro amore magiſtri noſtri Domini Silveſtri Papæ Sancto Petro offerimus & donamus, ut ad honorem Dei & Sancti Petri cum ſua & noſtra ſalute habeat & teneat, & ad incrementa ſui Apoſtolatus, noſtrique Imperii ordinet. Hos autem ſibi ad ordinandum concedimus, Piſaurium, Fanum, Senogalliam, Anconam, Foſſabrum, Gallikeſi, & Auſimum, ut nullus unquam ei & Sancto Petro audeat aliquam inquietationem facere, aut eum aliquo ingenio fatigare. Quicumque vero præſumpſerit, omnia quæ habet amittat, & Sanctus Petrus quæ ſunt ſua recipiat. Vt hoc autem in æternum ab omnibus conſervetur, hoc præceptum manu noſtra diu Deo adiutore confirmavimus, & noſtro ſigillo præcepimus inſigniri, ut ſibi ſuiſque ſucceſſoribus valeat.

Diploma Othonis Imp. quo avaritiam & ambitionē Pontificum Romanorum notat, ac damnat.

DCCCC LXXXIV

Ejuſdem donatio.

Sylveſtrum hunc ab Othone Papam conſtitutum, miris modis abominandiſque nominibus lacerant illi ac traducunt, qui poſte-

rioribus temporibus Pontificum Romanorum Vitas in literas miſerunt. Papirii igitur Maſſonii, viri, qui veri fuit amantiſſimus, hac de re verba audiamus; Gerbertum, inquit, ex Monacho Floriacenſi, quod eſt Monaſterium ad Ligerim flumen non procul ab Aurelia celebri urbe Galliæ, quis unquam credidiſſet ad Remenſem Epiſcopatum, mox ad Ravennatem, denique ad Romanum eſſe perventurum? Delectum ad dignitatem Epiſcopi Remorum, Arnulphi odio, & favore Hugonianæ gentis eum fuiſſe conſtat, etſi electionis verba aliter ſonant, quæ hujuſmodi ſunt; *Semper quidem, dilectiſſimi fratres, judicia Dei juſta ſunt, ſed interdum occulta. Ecce enim poſt diſſolutionem beatæ memoriæ patris Adalberonis quemdam ex Regio ſemine prodeuntem nobis Eccleſiæque Remenſi præfecimus, & clamore multitudinis impulſi, Scriptura dicente, Vox populi vox Dei, & Sanctorum Canonum inſtitutis, deſiderium ac vota cleri ac populi in electione Epiſcopi perquirentium, caligavit acies mentis noſtræ, litteram incautè ſequendo, concordem ſententiam divinarum ſcripturarum parum inveſtigando. Non erat quippe vox Domini, vox clamantis, Crucifige, crucifige. Ergo non omnis vox populi, vox Domini eſt: nec omnia cleri & populi vota & deſideria in electione Epiſcopi perquirenda ſunt: ſed tantum ſimplicis & incorrupti, & ſpe quæſtus minime illecti. Sententia patrum id exponit: Non liceat, inquit, tibi bis electionem facere eorum, qui ad ſacerdotium promoveantur: ſed judicium ſit Epiſcoporum, ut ipſi eum qui ordinandus eſt probent ſi in ſermone & fide & in Epiſcopali vita edoctus eſt. Nos igitur Epiſcopi Remorum diœceſeos ſecundum has conſtitutiones patrum favore & conniventia utriuſque principis veſtri, Domini videlicet Auguſti, & excellentiſſimi Regis Roberti, aſſenſu quoque eorum qui Dei ſunt in Clero & populo elegimus nobis Archiepiſcopum Abbatem Gerbertum, ætate maturum, natura prudentem, docibilem, affabilem, miſericordem. Nec præferimus illi vagam adoleſcentiam, ambitionem ſe extollentem, omniaque temerè miniſtrantem, cujus ſapientia & conſilio Eccleſiaſtica ac civilia jura adminiſtrari non poſſe ſcimus. Cumque in unoquoque Epiſcopo ſit hoc ſpeculandum, maxime tamen in eo qui cæteris præeſt Metropolitano. Eligimus itaque hunc Gerbertum. Hujus vitam ac mores à puero novimus, ſtudium in divinis ac humanis rebus experti ſumus: hujus conſiliis ac magiſterio informari quærimus, ejus electionem ſubſcribendo confirmamus, ſtabilimus, corroboramus communi omnium bonorum conſultu.* Verum quam Clerus ſibi ipſi repugnet, aſſequemur ex verbis electionis Arnulfi quæ hujuſmodi ſunt; *Sancti & uni-*

Anno Chriſti

De Silveſtro Papa, velut magicis artibus dedito, recepta vulgo narratio refellitur, & commenti origo proditur.

DCCCC LXXXIV

Ejus elogium.

verſali

Anno Christi DCCCCLXXXIV

verſali Eccleſiæ Catholicæ ſalutem dicunt filii Remorum Metropolis diœceſis. Patre noſtro Adalberone ſenſus corporeos relinquente clarum lumen Paſtoris amiſimus, præda hoſtium facti ſumus. Itaque dum molimur, conamur tanti viri reſarcire ruinas, elapſa ſunt Canonica tempora, violatæ ſunt leges, quibus cavetur nullam ſedem amplius triginta dierum ſpatio vacare licere, nuncque tandem pulſantibus divina lux apparuit, & quid ſequeremur oſtendit, depulſo Antichriſto & Simoniaca hæreſi damnata. Nos qui dicimur Epiſcopi diœceſeos Remorum Metropolis cum omni clero diverſi ordinis, populo acclamante, orthodoxis Regibus noſtris conſentientibus, eligimus nobis in Præſulem virum pietate præſtantem, fide inſignem, conſtantia mirabilem, in conſiliis providum, rebus gerendis aptum, in quo has virtutes quæ ſic relucent in judicio, abeſſe non poſſe manifeſtum eſt, Arnulfum dicimus Regis Lotharii filium, quem eligimus, hic ortum, hic educatum, Simoniacæ hæreſis expertem, à factione tyrannica remotum, ſua cuique jura debita reddentem. Sint procul ab electione noſtra dolus & fraus, nec putent eum adſe pertinere, ut filii Belial, filii pacis & concordiæ. Stabilem & ſolidam in perpetuum faciant confirmando, corroborando, ſubſcribendo. Gerbertus igitur favore regiæ gentis, & Arnulfi, ut diximus, odio Epiſcopatum Remorum obtinuit, ſed eo dejectus auctoritate Ioannis Romani Pontificis, ad Majores Magiſtratus dignitateſque pervenit; ut verum ſit illud antiqui ſcriptoris: *Sæpe eveniunt quæ ſperare non audeas.* Quando enim & quomodo ſperare poterat ſe adepturum Ravennatem Archiepiſcopatum, mox ſummi Pontificis nomen & Epiſcopi Romani? Quas tamen dignitates favore Othonis tertii cujus doctor fuiſſet, obtinuit, ac dignus profecto fuit, ſi eruditionem & ſcientiam æſtimare libet, illo præmio virtutis. Nam præter Theologiæ & divinarum rerum cognitionem Mathematicas quoque artes & Philoſophiæ arcana exactè didicerat. Sed plurimum miramur confictam de eo fabulam mortalium aures ita penetraſſe, ut nunc quoque evelli ex plurium mentibus non poſſit. Ex Synodo Romæ habita, Rufo Magno, & Fauſto Ameno viris clariſſimis Coſs. in qua erant Calius Symmachus, & Theodorus ſereniſſimus Rex Gothorum, hæc verba reperio; Dum eſſet Synodus in Hieruſalem, Baſilica Seſſoriani palatii, quem locum ignoratum eſſe Gerberto viro doctiſſimo turpe eſſet dicere. Ergo veriſimile eſt Romanum Pontificem in loco ſibi ignoto Sacra feciſſe, & Hieruſalem neſciſſe locum eſſe Romanum? & ignoraſſe Poëticum illud,

De Silveſtro Papa, velut magicis artibus dedito, recepta vulgo narratio refellitur. & commenti origo proditur.

Aio te Æacida Romanos vincere poſſe! — *Anno Chriſti DCCCCLXXXIV*

Itaque hæc fabula veriſimilitudine caret, præſertim cum tumulus ejus oſtendatur in Baſilica Laterani, & elogium quod Sergius ſucceſſor locandum curavit, quo Sylveſtri memoria, reſque ejus laudabiliter geſtæ continentur.

De Sylveſtro Papa, velut magicis artibus dedito, recepta vulgo narratio refellitur, & commẽti origo proditur.

Iſte locus mundi, Sylveſtri membra ſepulti
Venturo Domino conferet ad ſonitum:
Quem dederat mundo celebrem doctiſſima virgo,
Atque caput mundi culmina Romulea.
Primum Gerbertus meruit Francigena ſede,
Remenſis populi Metropolim patriæ.
Inde Ravennatis meruit conſcendere ſummum
Eccleſiæ regimen nobile, ſitque potens.
Poſt annum Romam mutato nomine ſumpſit,
Vt toto Paſtor fieret orbe novus.
Cui nimium placuit ſociali mente fidelis,
Obtulit hoc Cæſar tertius Otho ſibi.
Tempus uterque comit clara virtute ſophiæ,
Gaudet & omne ſeclum, frangitur omne reum.
Clavigeri inſtar erat cœlorum ſede potitus
Terna ſuffectus cui vice Paſtor erat.
Iſte vicem Petri poſtquam ſuſcepit, abegit
Luſtrali ſpatio ſæcula morte ſuâ.
Obriguit mundus diſcuſſa pace triumphus,
Eccleſiæ mutans dedidicit requiem.
Sergius hunc loculum miti pietate ſacerdos
Succeſſorque ſuis compſit amore ſui.
Quiſquis ad hunc tumulum devexa lumina vertis,
Omnipotens Domine, dic, miſerere ſui.

Ergo quis de Sylveſtro dubitare audeat, & fidem tanto mendacio adhibere, cum legerit hunc locum Ditmari graviſſimi optimique ſcriptoris, qui illis ipſis temporibus, quibus Gerbertus præerat ſedi Romanæ, in Germania vivebat? *Superius*, inquit, *de univerſali Papa Brunone diſputans, cum ſucceſſorem ejus Gerbertum tantum nominarem, ut de eo aliquid latius ſcribam, non incongruum eſt. Erat is natus de occiduis regionibus, à puero arte liberali nutritus, ad * Vltimum Remenſem urbem ad regendum juſte promotus: optime callebat aſtrorum curſus diſcernere, & contemplatores ſuos variæ artis notitia ſuperare. Hic*

Anno Christi

tandem à finibus ſuis expulſus, Othonem petiit Imperatorem, & cum eo diu converſatus, in Magdaburg horologium fecit, illud recte conſtituens, conſiderata per fiſtulam quadam ſtella nautarum duce. Hæc quidem Ditmarus Hiſtor Lib. VI. Atque hujus fabulæ inventorem ſuſpicor Bennonem Preſbyterum Cardinalem. Is enim odio Hildebrandi multa quoque de prædeceſſoribus ejus fingit, quos ob Mathematicas diſciplinas velut maleficos damnat, & hanc de Sylveſtro fabulam narrat, Pontificatum ejus breviorem faciens quam fuerit. Quinquennio enim, ut Sergius teſtatur, Epiſcopatum geſſit. Igitur de Sylveſtro nihil aliud dicam, niſi quod legi codicem Epiſtolarum ejus ad Robertum Regem Francorum, Othonem tertium, & alios illius temporis præſtantiſſimos viros, quæ aliquando erumpent in lucem: eruditæ enim & rerum verborumque elegantia inſtructæ ſunt, ut nihil aliud quam legi & videri velint. Conſtitutiones quidem ejus neque a Gratiano citantur, neque ab ullo illius vel ſuperiorum temporum ſcriptore præter unam, quam Ademarus Monachus ſancti Martialis Lemovicenſis recitat in hunc modum: *Vuido Vicecomes*
DCCCCLXXXIV *Lemovicenſis capto Grimoaldo Epiſcopo pro Monaſterio Branthomienſi: quod ab eo expoſcebat, in turre Lemovica eum captivum tenet. Sed dimiſſus juxta conditionem Vuidonis, Romam adiit, & Gerbertum Papam Sylveſtrum nuncupatum interpellavit. Ibi Vuido evocatus eſt ad judicium coram Papa: cauſa ipſo die Paſchæ ventilata, à Papa Senatuque judicatum eſt, ut omnis qui Epiſcopatum captivaret, equorum indomitorum ad colla pedibus ligatus diſrumperetur, & demum à feris laceraretur. Vuido autem Comes Epiſcopo Grimoaldo traditur ad cuſtodiendum poſt diem tertium tradendus ad pœnam, ſed inter ſe concordantes amici facti ſunt, & ante diem condictum clam Roma egreſſi, reverſi ſunt ad propria.*

Calumnia, qua Silveſter Papa magus dictus, vera origo.

Hæc Maſſonius ille Papirius. Cæterum non tam quia Mathematicis Sylveſter addictus fuit diſciplinis, magum illum, commercioque Dæmonum uſum fuiſſe, poſteriores Pontificiorum annalium conditores tradidere, quam quia invito Clero Romano, auctoritate Othonis ad eum honoris apicem erat provectus, Cæſarumque jus, quod invaſerant hactenus alii, immotum manere, & ereptum reddi, læſumque in integrum reſtitui tandem oportere, ſtatuebat. Egregia in eam rem ſunt ejus verba Epiſt. I. (Epiſtolæ enim Gerberti poſt mortem Papirii Maſſonii prodiere)

ad Othonem; NON DICATUR MAIESTATIS REUS, CUI PRO CÆSARE STARE SEMPER FUIT GLORIA, CONTRA CÆSAREM IGNOMINIA. Hæc vera cauſſa eſt hujus tam atrocis calumniæ, cui ego poſthac fidem haberi nolim ab iis etiam qui diverſarum a ſede Romana ſunt partium. Mendacia enim nec tegunt, nec vulnerant. *Anno Chriſti*

De Septemviris Electoribus incertum, an inſtituti ab hoc Othone ſint. Quantum ex veterum, ſed obſcurorum admodum monumentorum reliquiis colligere licet (ſunt enim ejuſmodi origines admodum obſcuræ) Othonum, quorum jam meminimus temporibus, Palatini Saxoniæ & Rheni Comites ac Principes inſtituti ſunt. Sed de re adeo incertâ nihil ego pronuncio. Id modo dixerim eos, qui ita ſentiunt haud dubie in origine nominis, tanquam a Palatio Cæſaris ita dicti illi ſint, explicanda, vulgo hallucinari. Nullus ambigo, quin a limitanea imperii ditione, cui præficiebantur olim, Palatini appellati ſint. *Pfael* enim, ſive, ut nos Belgæ loquimur, *Pael*, nihil aliud quam limitem ſignificat, ut & *Palen*, *Landtpalen*, poſitas & expoſitas hoſti in limite ditiones. *Septemviri Electores an ab Othone inſtituti.* *Palatini unde dicti.*

DCCCC LXXXVIII.

Idem Otho hic cum imperio præeſſet, Ludovico Franciæ Rege vita functo, occidit ſtirps maſcula Carolomannica. Hugo igitur Capetus, origine Saxo, ſed in Gallia inter Francos natus educatuſque, inter quos & majores ejus opibus honoribuſque ſummis polluerant, & ipſe Pariſiorum Comes, Rex coronatus eſt. Hic propagator eſt familiæ poſtremæ poſt Merovingicam & Carolomannicam, id eſt, tertiæ regum Franciæ, quæ deinceps nunquam interruptâ ſerie ad nos pervenit, ſceptrumque hodie Ludovici XIV. manu feliciter adhuc tenet. *Stirpis Carolomannicæ in Gallia occaſus.* *Tertiæ & poſtremæ ex Capeto origo.*

DCCCC XCVII.

Hiſtria & Dalmatia in ditionem Senatus Populique Veneti rediguntur. Regna, ut notat Lætus rerum Venetarum Lib. 1. & imperia tunc collabi viſa, cum primum ab avita religione, & juſtitia declinarunt. Duobus his fundamentis deſtitutum Orientale imperium eo tempore corruit quo Imperatores ſacrilegum cum Deo, templiſque bellum geſſere. Inde Principum contemptus, civium querelæ, ortæ ſeditiones, & diſcordiæ: adeo Græcorum vires enervatæ, ut in poſterum, non fœderatis opem, non ſuis jam deſperatis rebus auxilium ferre poſſent, vel contra domeſticos, vel adverſus externos inſultus. Cum itaque *Hiſtria & Dalmatia Veneto imperio ſubjiciuntur.*

Anno Chriſti

gliſcerent ubique tumultus, hi potiſſimum in Illyricis invaleſcebant. Hiſtri, & Dalmatæ a finitimis montana incolentibus, & præcipue a Narentanis perpetuis rapinis divexabantur. Igitur cum ſe a tantis calamitatibus eximere propriis viribus nequirent, miſſa ad Venetos legatione, ſe, ſuaſque urbes, & liberos Senatui permiſerunt. At non prius in tutelam recepti ſunt, quam explorata Græci Imperatoris voluntate, ne quidquam in fœdera committeretur. Hoc facto, Petrus Urſeolus Princeps claſſe lectiſſima inſtructus confeſtim in provinciam navigavit, & primum in Hiſtriam. Ad Venetarum triremium appulſum primi omnium Parentini alacres ſe Venetæ poteſtati ſubmiſerunt: hos ſecuti Polani, pleraque alia caſtra, & quacumque pergebat Veneta claſſis, qui dederent ſe, oppidorum legati occurrebant. Omnes comiter appellatos Princeps cum muneribus, ac privilegiis dimiſit. Mox in Dalmatiam trajectum, ubi Jaderenſes in Reipub. fidem ultro jurarunt, evulgataque illorum deditione, reliquæ fere omnes urbes, non tam quæ littoreis, quam quæ mediterraneis in locis ſitæ erant, ſe Venetorum fidei commiſere. Sic nota omnibus Reip. æquitas, juſtitia, & mite imperium ad ſe volentes pertraxit eos populos, & retinuit humanitate magis, quam vi. Quo gubernationis genere allectæ finitimæ gentes ultro Reip. leges amplexæ ſunt. Corcyra tamen nigra, hodie Curzula, & Leſina, olim Pharia, illas detrectantes maluerunt omnia pati, quam ſeſe tradere. Urſeolus, ne aliqua remanerent in Provincia bellorum ſemina, quibus demum in deditis jam populis ſeditiones naſcerentur, decrevit armis uti, ubi Veneta clementia locum non inveniſſet. Cum interim repugnantium animos partim ſpe, partim metu tentaſſet, claſſem admovit, & quemadmodum hoſtem primo non violenter terrendum cenſuit, quod voluntariam deditionem non deſperaſſet, ita ſi plus æquo protraheret ſpem, ſe nihil exinde hoſtile prætermiſſurum minitabatur. Terra marique acri obſidione preſſi non diu reſtitere, quin deditionis ſigno clementiam, ac virtutem Ducis implorarent. Pharii diutius acriuſque reluctati ſunt. Loci quippe natura, ſituque aſpero ſe inexpugnabiles arbitrabantur. Veneti adverſus obſtinatum hoſtem pertinaciter dimicantes magno impetu tentarunt irruptionem in arcem, tantaque ab illis miſſilium multitudo fertur emiſſa in propugnatores, ut hi, ceu denſiſſima

Hiſtria & Dalmatia Veneto imperio ſubjiciuntur.

DCCCCXCVII.

gran-

Anno Chriſti

grandine obtecti, præſidio tandem decedere, ac mœnia vacua relinquere cogerentur. Suis itaque defenſoribus nudatum oppidum occupatur, ac ſupplicium de iis ſumptum eſt, deditionem qui diſſuaſerant. His peractis in Narentanos itur: horum caſtra, totaque ſimul regio latis vaſtationibus everſa, ac diruta, deletumque cum ipſis oppidis pervicaciſſimæ gentis nomen. Sic libuit aliquando crudeliſſimi hoſtis rabiem, & ſævitiam pari crudelitate, ac furore multare. Ita igitur Narentani everſi, acquiſita Hiſtria, occupata Dalmatia. Victrici claſſe reverſus Urſeolus ab effuſa civitate veluti triumphans excipitur, decretumque a Patribus, ut deinceps Dux Venetus Dalmatiæ quoque nobiliſſimæ provinciæ Princeps appellaretur.

Narentanorum excidiũ.

Dux Venetus Dalmatiæ Princeps appellatur.

Ab Othone Poloniæ & Hungariæ Principes auguſtiore Regum titulo ſalutati vulgo dicuntur.

Othoni III. HENRICUS, Bavariæ Dux, aliis Sanctus, aliis Claudus cognomento, ſucceſſor datus eſt.

M I.

HENRICUS II. IMP.

In Venetorum Annalibus annotatum ego invenio, hac tempeſtate bello Saracenico, quod Quartum a ſe geſtum Veneti vocant, Saracenos Italia omni feliciter fuiſſe ejectos. Funeſto enim agmine Saraceni petentes Italiam, poſt ſubactam Capuam, Barium in Apulia terra marique oppugnabant. Qui obſidebantur, a fame hoſte interno ac inexpugnabili mortalibus malo non minus preſſi, quam a circumſidentibus Barbaris, jam ſe hoſti permiſiſſent, ſi eo amplius Veneti rei frumentariæ, & militaris apparatus auxilia diſtuliſſent. Quare iis laborantibus opportune ſubvenere fortiſſima claſſe, quam militibus & commeatibus non mediocriter inſtructam eduxerant. Cæterum vehementius in Saracenos res geſta, recenti adhuc memoria acceptæ ad Crotonem cladis. At vero a Venetis non tam Barium obſidione liberatum, quam ex ipſo hoſte, multis ex illius triremibus in conflictu disjectis, reportata victoria graviſſimo quidem exitu nobilis, ut Saraceni toto mari depulſi non amplius ab eo tempore claſſibus oras Italicas appetere auſi fuerint.

M V.

Veneti Saracenos Italia ejiciunt.

Uxorem habuit Henricus, nomine Cunigundam Sigefridi, Palatini ad Rhenum, filiam, quæ adulterii nomine accuſata ferri candentis contactu purgaſſe ſeſe ſcribitur. Ac iccirco ejus facienda nobis hic mentio erat; ut ea occaſione nonnulla, vulgo haud ita nota, de recepto olim obſervatoque hic in Auguſtâ

Cunegũda imperatrix accuſata ferri candentis contactu ſe purgat.

 etiam

Anno Chriſti

etiam more, cujus frequentiſſima in Germaniæ inprimis gentium Annalibus mentio eſt, diſſereremus. Neque id aut Hiſtoriæ, aut Antiquitatum, ſive vetuſtiſſimarum harum gentium legum ſtudioſis ingratum futurum, mihi ego perſuadeo. In veteri igitur MS. Codice Anglicano hæc de hoc ritu aunotata invenio;

Examen per ignē olim receptum, ejuſque modus ex veteri Codice MS. deſcriptus.

Poſt accuſationem legitime factam & triduum in jejuniis & oratione conſumptum, ſacerdos veſtibus ſacris præter cauſiam indutus ferrum ante altare poſitum forcipe accipiat & hymnum trium puerorum, videlicet, Benedicite omnia opera, *decantans ad ignem deferat & dicat hanc orationem ſuper locum ubi fiet ignis ad faciendum judicium.*

Benedic, Domine Deus, locum iſtum ut ſit nobis in eo ſanitas, ſanctitas, caſtitas, virtus, & victoria, & ſanctimonia, humilitas, bonitas, lenitas & plenitudo legis, & obedientia Deo, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Hæc benedictio ſit ſuper hunc locum & omnes inhabitantes in illo,

Benedictio ſuper ignem. Domine Deus, Pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos, quia tu es conditor omnium luminum. Benedic Domine hoc lumen quod ante ſanctificatum

M. V. eſt, quo illuminaſti omnem hominem vel mundum, ut ab eo lumine igne accendamur claritatis tuæ. Et ſicut igne illuminaſti Moyſen, ita nunc illumina corda noſtra, & ſenſus noſtros ut ad vitam æternam mereamur pervenire per Chriſtum, &c. *Qua finita dicat,* Pater noſter, &c. Salvum fac ſervum, &c. Mitte ei auxilium Deus, &c. De Syon tuere eum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiſcum, &c.

Oratio. Benedic Domine, Sancte Pater omnipotens Deus per invocationem ſanctiſſimi nominis tui & per adventum filii tui atque per donum Spiritus paracleti, ad manifeſtandum verum judicium tuum hoc genus metalli, ut ſit ſanctificatum, ut omni dæmonum falſitate procul remota veritas veri judicii tui fidelibus tuis manifeſta fiat per eundem Dominum, &c.

Poſt hoc ferrum in ignem mittatur & aſpergatur aqua benedicta, & dum caleſcit miſſam celebret. Cum vero ſacerdos Euchariſtiam ſumpſerit, hominem probandum (ſicut infra ſcriptum eſt) adjuret, atque communicare faciat.

Officium Miſſæ. Juſtus es Domine & rectum judicium tuum, &c. Oratio. Abſolve quæſumus Domine tui delicta famuli, ut a peccatorum ſuorum nexibus, quæ pro ſua fragilitate contraxit, tua

beni-

benignitate liberetur. Et in hoc judicio quoad meruit, juſtitia tua præveniente, ad veritatis cenſuram pervenire mereatur, per Chriſtum Dominum, &c.

Anno Chriſti M. V.

In illo tempore cum egreſſus eſſet Jeſus in via quidam præcurrens genu flexo ante eum, rogabat eum dicens; Magiſter, boni quid faciam, ut vitam æternam percipiam? Jeſus autem dixit ei, Quid me dicis bonum, &c.

Deinde ſecreta, &c. Antequam vero communicetur, interroget eum ſacerdos cum adjuratione ſic; Adjuro te per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum & per veram Chriſtianitatem quam ſuſcepiſti, & per ſanctas reliquias, quæ in iſta Eccleſia ſunt, & per baptiſmum quo te ſacerdos regeneravit, ut non præſumas ullo modo communicare, neque accedere ad altare ſi hoc feciſti, aut conſenſiſti, &c. *Hic communicet ſacerdos illum & dicat.* Corpus hoc & ſanguis D. Noſtri Ieſu Chriſti ſit tibi ad probationem hodie.

Examen per igne olim receptum, ejuſque modus ex veteri Codice MS. deſcriptus.

Oratio. Perceptis Domine Deus noſter ſacris muneribus, ſupplices deprecamur, ut hujus participatio ſacramenti a propriis nos reatibus expediat, & in famulo tuo veritatis ſententiam declaret, &c. *Deinde Kyrieleſon, & letania, & Pſalmi, & tum Oremus.* Deus, qui per ignem ſigna magna oſtendis, Abraham puerum tuum de incendio Chaldæorum quibuſdam pereuntibus eruiſti; qui rubum ardere ante conſpectum Moſis & minime comburi permiſiſti; Deus qui incendio fornacis Chaldaicis pleriſque ſuccenſis tres pueros tuos illæſos eduxiſti; Deus qui incendio ignis populum Sodomæ involvens, Loth famulum tuum cum ſuis ſalute donaſti; Deus qui in adventu Sancti Spiritus tui illuſtratione ignis fideles tuos ab infidelibus decreviſti, oſtende nobis in hoc pravitatis noſtræ examine virtutem ejuſdem Spiritus, &c. & per ignis hujus fervorem diſcernere fideles & infideles, ut a tactu ejus cujus inquiſitio agitur conſcius exhorreſcat, & manus ejus comburatur, innocens vero penitus illæſus permaneat, &c. Deus, cujus notitiam nulla unquam ſecreta effugiunt, fidei noſtræ tua bonitate reſponde & præſta ut quiſquis purgandi ſe gratia hoc ignitum tulerit ferrum, vel abſolvatur innocens vel rei noxius detegatur. *Deinde ſacerdos ſuper ferrum aquam benedictam ſpargat & dicat:* Benedictio Dei Patris & Filii & S. S. deſcendat ſuper hoc ferrum ad diſcernendum rectum judicium Dei. *Et mox accuſatus ad novem pedum menſuram ferrum perferat. Hujus denique manus ſub ſigillo*

Anno Chriſti M V.

Mirum veterũ Germanorum per aquam & ignem eorum, qui accuſabantur, examen.

Normannorum Colonia in Apulia & Calabria.

Normãnorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

triduum tegatur, & ſi ſines crudeſcens in veſtigio ferri reperiatur, culpabilis ducatur: ſin autem mundus extiterit, laus Deo referatur. Hæc hoc de majorum noſtrorum Germanorum more paulo fuſius prolixiuſque reddenda nobis hic videbantur, quia multis ævi præſertim medii Scriptoribus, qui ejus paſſim meminere, lucis nonnihil fœnerari poſſe intelligebamus.

In rebus ab Henrico geſtis vix quidquam, præter pervulgata, ſe offert, quod ad horum Annalium inſtitutum faciat, niſi forte id ſolum, quod ejectis Apulia ac Calabria Græcis & Saracenis, Normannis eam Italiæ oram incolendam dederit.

Cæterum ea de re paullo accuratius & fuſius hic diſſerendum eſt, ut, quomodo & a quibus fixæ ac quamdiu Normannorum imperii ſedes in his oris fuerint, propius cognoſcatur. Normanni igitur, quemadmodum ſupra annotavimus, cum jam a Caroli Craſſi temporibus, magnum Normannorum nomen in Gallia eſſet, Neuſtriam a ſuis majoribus vaſtatam bello, armis occupatam, poſt grave & diuturnum bellum, Carolo Simplice Rege Gallorum ita illos recipiente in fidem, ut Chriſtianæ religionis ſacris initiati, in illius verba jurarent, Regem agnoſcerent, ab eo uno leges, magiſtratus, jura acciperent, ſuæ ditionis atque imperii fecerunt. Ita poſtea regio omnis ab iis & uno nomine Normannia appellata. Sextus a Rholone Dux Normannorum Robertus, fratre Ricardo natu majore, veneno (ut ferunt) ſublato, religionis cauſa in Syriam profectus, adverſus leges & inſtituta majorum, Gulielmum filium ex pellice ſuſceptum, hæredem Principatus reliquit. Is eſt, qui poſtea ad paternas opes, ab Eduardo Rege ſancto, in quem merita ingentia Normannorum & ſtudia extiterant, relictum ſibi Anglorum Regnum, ſumma gloria hoſtibus debellatis, adjecit. At principes Normannorum, qui ut impoſitum ſibi puerum Principem, ac minime eum quidem juſta matre natum, moleſte ferebant, ita pellere eundem Principatu Henrici Gallorum Regis gratia nitentem minime ſperabant; quod unum erat reliquum, mitius malum eſſe exiſtimantes, è medio diſcedere, ad novas ſedes & domicilia quærenda in Italiam, ingenti popularium coacta manu, deſcenderunt. Horum omnium longè princeps habebatur Tancredus, vir quidem rei militaris ſcientia præſtantiſſimus, & quem liberi honeſtabant, cum quidem XII. in eam expeditionem ſecum ad-

duxiſſet,

duxiſſet, omnes pariter rebus bellicis clari. Ita facile Græcis bello victis, atque ex poſſeſſione Italiæ deturbatis, brevi Apuliam omnem, magnam illam quidem hoc tempore Neapolitani Regni partem, quæ illis ſedes imperii aliquandiu fuit, armis obtinuerunt. Nam cum ab inclinatione Romani Imperii, diu Italia nationibus exteris prædæ fuiſſet, a Carolo Magno, Rege Gallorum, qui primus ob præclara in Chriſtianam Remp. merita a Leone Pontifice Maximo nomen Imperii, atque inſignia accepit, Nicephoro, Græcorum Imperatori, ea eſt regni pars adjudicata. Quam quidem Italiæ diviſionem, cum per ducentos ferè & quinquaginta annos Principes ratam perpetuo habuiſſent, Normanni, quorum majores, alios duces ſequuti, Galliæ Togatæ urbes ferè omnes ſibi armis parere coëgiſſent, cum iis præeſſet Gulielmus Ferrabatius maximus natu liberorum Tancredi, in Siciliam a Græcis auxilio vocati, Pœnos, qui jam inſulam omnem invaſerant armis, uno prælio victos ejecerunt: cum magnam ſibi eo bello gloriam comparaſſent, præmio victoriæ, quod quidem ob egregie ſociis navatam operam ſibi maximum ſpondebant, amiſſo. Ita orta controverſia cum Malocho Græci Imperatoris præfecto, Græcos jam liberius Normanni violati fœderis per ſummam injuriam, accuſabant; feciſſeque adverſus datam fidem querebantur, qui ſociorum virtute ſumma partas tot Siciliæ urbes, nulla eorum habita ratione, ſui juris atque imperii, præſidiis impoſitis, feciſſent. Convenerat enim in principio, eorum, quæ bello quæſiſſent, æquis portionibus prædâ diviſâ, quarta quæque pars Normannis cederet, qua quidem a Græcis interverſa, qui accitis Byzantio auxiliis militum numero erant ſuperiores, videbantur tantam eorum injuriam minime neglecturi. Ita in Campania coactos in aciem deſcendere, cum eorum, a quibus jus atque æquitas ſtabat, victoria fuiſſet, decedere victos ex Italia coëgerunt. Ea victoria potitus Ferrabatius, cum Brutios ac Magnam Græciam omnem, tum eas Apuliæ urbes, quæ ad eum diem imperata facere detrectaſſent, ſuo imperio adjunxiſſet, honeſtiore titulo Apulorum Comitem ſe appellari in poſterum juſſit. Deceſſit jam multis ille rebus geſtis clarus, Drogone fratre, qui cæteros ætate anteibat, ſucceſſore principatus relicto. Is in principio a Græcis, Duce Melete impigro homine, ſignis collatis victus, atque univerſa ferè Apulia

Anno Christi M V.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Chriſti M V.

exutus, brevi majoribus comparatis viribus, ter eodem die acie congreſſus, victoria potitur, hoſteſque ſua etiam confeſſione victos bello & profligatos è continente expellit. At Græcus, qui ſimul de imperio agi, & de exiſtimatione cenſeret, Bubaganum clarum copiarum ducem, qui Meletis ſucceſſor bellum inſtauraret, adverſus Normannos, novo exercitu conſcripto, miſit. Hunc Bubaganum ferunt Trojam Apuliæ urbem condidiſſe, Luceria diſtantem ad VIII mill. paſſuum. Dauniorum olim colonia vetuſtiſſima: quo quidem Græci receptum in poſterum in omnem eventum haberent. Fuiſſe autem caſtra Annibalis quo loco eſt condita urbs, id quod quidam tradiderunt, nullo modo audeo affirmare. Video enim caſtra Annibalis a veteribus vocari Locrorum portum, qua Italiam anguſtiſſimam a cætera ſui parte diremptam fertur Dionyſius ſuperiori Siciliæ adjicere voluiſſe. Verum cum belli exitus haud huic melior, quam ſuperioribus contigiſſet, præter gravem impietatis notam populorum omnium in ſe odio concitato, quod Pœnis hoſtibus auxilio fuiſſet vaſtantibus Italiæ oram, Henrici Cæſaris optimi Principis in ſe arma vertit, qui tum opportune ad urbem venerat: ubi a Pontifice Imperator appellatus adverſus Pœnos hoſtes in Campaniam movit. Ita illi ad internecionem cæſi, cum mari victi a Venetis & Græcis fuiſſent, integrum bellum gerendum Bubagano reliquerunt, Pontifice maxime in illius perniciem incumbente: quem quidem, ut æquum erat, tantum hominis ſcelus magnopere moviſſet. Itaque ejus cauſa Henricus, copiis Trojam adductis, cum quartum jam menſem obſeſſa urbs ſe illi dedidiſſet, acceptis a Græco obſidibus, cum in fide atque in officio futurum, opportune ſitam urbem ad Græcos ſimul atque Apulos coërcendos, Romanorum Pontificum ditioni attribuit. Moritur iiſdem fere temporibus Drogo, ſive, ut a quibuſdam traditum eſt, a Græcis victis in acie cæſus, ſive, ut alii malunt, per proditionem a Naſone Normanno Neapolitanorum principe interfectus. Niſi autem eo prœlio occubuit, quo eſt poſtea Leo Pontifex in Maruccinis a Normannis captus (id quod nemo tradit, quod ſciam) non poſſum ſatis mirari, qui venerit cuiquam in mentem, ſcribere victorem in prœlio cæſum fuiſſe. Semel enim, quod diximus, a Græcis fuſus, ter eodem die cum iis contulit ſigna, ter eſt victoriam adeptus. Hujus Hunfredus frater ſucceſſor, per

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

ſeptem

ſeptem annos, quibus Normannorum rebus præfuit, ſumma virtute a fratribus partum imperium, cum ſecunda inprimis ſuorum voluntate, hac una laude contentus adminiſtraſſet; majorum rerum gerendarum molem Gothifredo fratri, qui illi in imperio ſucceſſit, moriens reliquit. Namque Leo Nonus Pontifex Maximus Normannis iratus, quoniam Beneventum, quæ urbs Romanorum Pontificum imperio parebat, Duce Giſulpho, Principe Salernitanorum, invaſiſſent, fretus auxiliis Germanorum, qui ab Henrico ſecundo Cæſare erant præſidii cauſa in Inſubribus relicti, illis intulit bellum, cum non diffideret, ſemel prœlio victos ex Italia ejecturum. Occurrerunt illi Normanni in Marrucinis ad urbem Theate, ingentibus inſtructi copiis: ac memorabili prœlio commiſſo, victis Germanis, Leonem captivum, cum humanis omnibus & divinis honoribus cultum dimiſiſſent, Romam etiam deducendum, ſtipatum præſidio ſuorum, curaverunt. Qua tanta victoria Normanni cum animos ſuſtuliſſent: jam ſubnixi domeſticis viribus, omnem externam vim aſpernaturi videbantur. Neque enim ſolum erant hoſtibus formidabiles, quos ſæpe armis viciſſent; ſed ita moderate in Pontificem victoria uſi, per quandam clementiæ opinionem ſibi populis conciliatis, Principes magno omnium conſenſu in Italia habebantur. At paulo poſt Gothifredus è vita diſcedens, ac per aliorum contemptionem, auſus improbare receptum jam a Normannis inſtitutum fratribus ſuccedendi, teſtamento Bagelardo filio, tantam injuriam moleſte ferentibus omnibus, Principatum legavit. Quam fratris cupiditatem atque ambitionem, utcunque alii ſibi diſſimulandam cenſerent; Robertus Viſcardus, cujus tum erat jus ſucceſſionis, minime tulit: vir acerrimo ingenio, & qui longe omnium virtute, ac magnitudine animi præſtantiſſimus haberetur. Igitur in principio, dejecto Bagelardo, Nicolaum ſecundum Pontificem, qui alieno animo in Normannos erat, per legatos exoratos, ut in Apuliam ad res componendas veniret, cum illi Amiternum in Veſtinis occurriſſet, advenientem ſibi omni genere officii & humanitatis conciliavit: ſumma cum fide illi omnibus reſtitutis, quæcunque ad eum diem Normanni Pontificibus ademiſſent. Qua animi æquitate tanta cum præclare eſſet de Pontifice mereri, inducto decreto, quo Normannis erat a ſacris interdictum, in fidem &

Anno Chriſti M V.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Christi M V.

clientelam accipitur, atque honore auctus, cum ſuperiores dicti Comites fuiſſent, Dux Apulorum appellatur. Hinc Nicolaus delectis Normannorum a Roberto acceptis, quorum armis majeſtatem Pontificiam a populi Romani & Principum contumacia vindicaret, Romam diſcedit. Ubi cum minime fruſtratus ſua ſpe, tumultuantem populum, circumjectaſque urbes, quæ ab illo defecerant, redire ad officium coëgiſſet: biennio poſt deceſſit. At Robertus, dum ea Romæ gerebantur, augendo imperio intentus, Acheruntiam urbem, quam nunc vulgo Materram vocant, atque ea multo opulentiorem Tarentum, voluntate utramque oppidanorum, recipit, exigua jam Apuliæ parte Græcis relicta. Neque his contentus, Alexandro ſecundo Pontifice Romæ, in Inſubribus Honorio per Cardinales adverſarum partium creato, Græcos imparatos aggreſſus, qui ad Veſtiam urbem Duce Ciriaco conſtiterant, eo in poteſtatem redacto, ac recepto oppido in fidem, copiarum partem Barolum traduxit, quo quidem conveniſſe audierat quicquid roboris Græci reliquum in Italia haberent. Simul negotium dat Rogerio Boſſoni fratri, viro magnitudine animi & virtute præſtanti, ut terra marique obſeſſam Brunduſium, antequam hoſtes animum colligere a pavore poſſent, maritimam urbem & maxime Græcis opportunam auxiliis commeatibuſque excipiendis, in poteſtatem redigendam curet. Interim ipſe undique urbem, qua ad mare ſpectat, ne aditus ſuppeditantibus commeatum pateret, onerariis navibus ferreis catenis revinctis, claudit, Græcoſque obſidere parat: qui quidem ultima paſſi, triennio continuata obſidione, illius fidei ſe ſuaque omnia permiſerunt. Ita poſtremo omnibus fere Apuliæ urbibus venire in deditionem coactis, atque iis Ricardo fratre præeſſe juſſo, Gothifredum; eodem nomine fratrem alterum, cum claſſe Rhegium ad fretum Meſſanæ proficiſci jubet, cujus urbis potiundæ cupiditate jam Siciliæ imminens, maxime ob tranſmiſſionis opportunitatem, tenebatur: ut eodem tempore terra marique urbs circumſeſſa ſeſe dedere, omni ſpe auxilii præciſa, cogeretur. Hinc cum jam majora animo agitaret, in Siciliam, relicto Boſſone fratre ad urbis obſidionem, cum parte copiarum freto ſuperato, Panormum tranſmiſit: ubi ea urbe potitus eſſet, quæ poſt deletas Syracuſas princeps in Sicilia ſine controverſia haberetur, quin ſe aliæ dederent, nihil

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

nihil moræ eſſe facturas arbitratus. Quæ dum ille ad hunc modum adminiſtrat, Ricardus frater, Pontificum diſſenſione pro occaſione uſus, cum jam Capuam de improviſo occupaſſet, recepta Benevento, quam urbem Nicolao Pontifici, fœdere icto, a Roberto reſtitutam paulo ante commemoravimus, Ceperanum movit: (quæ nova urbs in Pontificum ditione ad VIII mill. paſſuum Fregellis abeſt, vetere colonia Romanorum) niſi Mathildes cum Gothifredo viro, atque Hildebrando Cardinali, legato Pontificis, victori inſtructa validis copiis occurriſſet, omnia ad urbem uſque, eodem victoriæ curſu, Pontifici ademprurus. Ita in præſentia ferocia repreſſa, cum hoſtem retro cedere in Apuliam coëgiſſent, facile illi amiſſa oppida receperunt. Jam Robertus Panormo diſcedens, cum ſua ſpe diuturniorem fore obſidionem animadverteret, fratri imperat, ut, dum ipſe abſit, operibus munitionibuſque incluſos partim cum multitudine, partim cum Principibus agendo, trahere ad voluntariam deditionem conetur. Ipſe cum delectis militum in continentem freto tranſmiſſo proficiſcitur. Hinc per vim Rhegio expugnata, Fanum Severinæ, & Calabrorum Brutiorumque urbes omnes, quæ Græcis parebant, devictas in fidem recepit. Quibus ita adminiſtratis, Tranum copias admovit; quam urbem, cum annum ferè obſidionem tuliſſet, eodem tempore, quo Gothifredus Panormum in Sicilia, datis obſidibus, imperata facere coëgit. Ita Robertus magnitudine rerum geſtarum longe clariſſimus, cum ubique victor longe lateque fines imperii produxiſſet, Apulorum, Calabrorumque Dux, id ſuis omnibus ad unum expoſcentibus, appellatur. Qui res eorum temporum ſcripſerunt, cum in aliis multis, tum in Brunduſii maxime obſidione hærent. Ut enim illud convenit, a Roberto Boſſonem fratrem præmiſſum, qui terra illam marique obſideret, quod verti ea in re totius belli ſummam non ignoraret: ita qui exitus rei fuerit, utrum ſoluta obſidione, an urbe recepta, diſceſſum ſit (id quod tamen veriſimile videtur, cum quidem, niſi ea redacta in poteſtatem, ſpes omnis adempta Roberto videretur reliqua Apulia potiundi) nemo tradit. Fabulam quidem geſtæ rei affingunt: cum Rogerius per civium colloquia in ſpem veniſſet, per proditionem urbem recipiendi, lectorum militum ad LXXX, ex quibus plerique ex Normanna nobilitate principes haberentur, in urbem

Anno Chriſti M V.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia, origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Hiſtoricorum vulgus notatur.

Anno Christi M V.

receptos, cum cæteri, qui ſequebantur, arbitrati fraudem abeſſe, & propterea minus cauti, facile excluſi, portis repente repagulis clauſtriſque objectis, a ſuis eſſent, fœde interfectos. Capita Byzantium ad Imperatorem relata: immane fœdumque ſpectaculum non Græco ſolum homini, ſed, id quod ea tempora ferebant, barbaro atque efferato ingenio, prorſuſque degeneranti in Thracum morem futurum. Enimveto quanti erat ea voluptas apud principem tantum futura, cujus ut animus ea expleretur, per tantum maris terrarumque ſpatium, octoginta hominum capita, madentia ſanie & cruore, eſſent in conſpectum deferenda? Eodem videtur ſpectare fabula de theſauro a Roberto invento, cum index ſtatuæ è marmore, redimito capite ænea vitta, in qua rem totam inciſum carmen ſignificaret, Pœnus Magus neſcio quis interpres fuiſſet: qui tantum ob meritum effoſſo inventoque theſauro, manumiſſus ſit. Quæ quam ſint vera viderint ii, qui ea non ſolum legere, ſed probare etiam æquo animo poſſunt. Ita rebus in continente ex ſententia geſtis, in Siciliam exercitum traduxit, Betiminio Pœno, magnæ apud ſuos homine authoritatis, ſpem faciente, cum Siculi, in rerum novarum expectationem erecti, ad defectionem ſpectarent, brevi inſulam barbaris dejectis recipi poſſe. Is a Biſcavetio Rege Pœnorum rebus mari gerendis præfectus, cum eodem tempore Rogerius Calabris præeſſet, Siciliam cum imperio adminiſtrabat. Itaque adito Rogerio, cum quid conſilii ſui eſſet, expoſuiſſet, per eum Robertum certiorem facit; atque ut primo quoque tempore in Siciliam tranſmittat, hortatur, ubi rem ſtatuat ſibi eſſe agendam, pollicitus ſe ei minime defuturum. Hoc Duce Robertus, principio a Meſſana facto, quam quidem urbem momento cepit, ad cæteras urbes arma circumferendo, cum memorabili pugna Pœnos victos debellaſſet, facile inſulam omnem Barbarorum metu liberatam ſuo imperio adjunxit, qui ſe illius fidei permiſiſſent, iis nonnullis oppidis, ita ut ſtipendiarii in poſterum Normannorum eſſent, ad habitandum conceſſis. Tanto bello ita facile, & ex ſententia, confecto, ad cæteras laudes moderationis ſummæ gloria parta, Siciliam Rogerio, cujus eo bello inſignis fuerat virtus, cum imperio adminiſtrandam attribuit. Jam cum eſſet Normannorum tantum in Italia imperium, Gregorius ſeptimus Alexandro ſecundo Pontifex ſuffectus, cujus

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

legatus Ricardum Roberti fratrem Pontificum imperio armis imminentem, in Apuliam, Mathildis copiis fretus, rejecerat, coacto Romæ conventu vir acerrimus ac veterum injuriarum memor, aqua & igni Roberto Normanniſque interdixit: cum adeſſet Giſulphus Normannus Salernitanorum Princeps Giliardę Roberti uxoris patruus: id quod minime eſſe ferendum Roberto videbatur. Itaque cum Gregorium Henrici tertii Cæſaris inimicitiæ graves & ſimultates exercerent, quod nihil ab eo æqui impetrare poſſet, vetere inimico, antequam eſſet etiam Pontificatum adeptus, adeſſe occaſionem rei gerendæ arbitratus, Giſulphum aggreditur, ac Salernum per vim capit: eo ipſo, cum arcem recepiſſet, in poteſtatem venire coacto. Qua urbe potitus, Beneventum, eo copiis adductis, oppugnare inſtituit, inceptiſque fortuna adfuiſſet, niſi a Gregorio jam ſua ſponte mitius cum eo agente, ſolvere obſidionem perſuaſus, alio arma vertiſſet. Erat per ea tempora Michaël Diochryſius Græcorum imperio a Nicephoro Botaniate ejectus: quem nonnulli Parapinacium appellant, quod eo adminiſtrante imperium, in magna populorum inopia & fame, caritas annonæ ſumma diuturnaque fuiſſet. Is Roberto convento, qui cæteris oppidis Græcis ademptis, quæ reliqua in eorum ditione erant, ad Tarentum, quæ defecerat, caſtra habebat, cum bene de ſuis ſperare juſſus eſſet, ad Gregorium cum mandatis proficiſcitur: quorum ſumma erat, ut Robertum in fidem receptum, antiquato decreto, quo Normannos a ſacris arcuerat, redire ſecum in gratiam pateretur. Cujus rei æque cupidus Pontifex, quem ſimul populi Romani arma, & Henrici Cæſaris timentem quam vis parva acceſſio poſſe de medio tollere videretur, Capernaum Robertum acitum, cum in illius verba juraſſet, ad reducendum Parapinacium, jam ſua ſponte per hanc occaſionem Orientis imperio animum adjicientem, longa oratione adhortatus dimiſit. Ita Robertus magna comparata claſſe in Epirum profectus, cum Dyrrhachium, quæ urbs cum Nicephoro ſentiebat, terra marique arctiſſime obſideret, commiſſa cum Græcis navali pugna, quibus Veneti magno numero navium auxilio venerant, inſigni accepta clade, victus diſceſſit. Mox relicto Boëmundo filio, cum majore exercitus parte, qui, dum ipſe adeſſet claſſi reficiendæ intentus, terra ferre opem obſeſſis prohiberet:

Anno Christi M V.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Chriſti M v.

Alexium Comnenum, qui per ſummum ſcelus pulſo Nicephoro imperium invaſerat, maximis inſtructum copiis, reverſus devicit. Atque eo in prælio Parapinacio interfecto, cujus reducendi cauſa videri volebat Græcis arma intuliſſe, Dyrrhachium cum univerſa Epiro, ac magna Illyrii parte ſuo imperio adjecit. His rebus geſtis ad liberandum Gregorium Pontificem mari tranſmiſſo, ad urbem Henrico Cæſari occurrit: qui non expectato illius adventu, cum ſubito Roma diſceſſit, Gregorium in arce Cincii obſeſſum reliquit: quem rebus ſuis diffidentem, ne ſæpius populi Romani fidem experiri cogeretur, Salernum ſecum adduxit. Ita magna gloria pulſo Henrico ac Pontifice liberato, cum Boëmundum, qui terrâ rem gerebat, ſatis copiarum habere atque hoſti eſſe viribus parem non dubitaret, ne claſſe inferior, ubi ea parte virium periculum faciendum eſſet, cladem acciperet, majore, quam antea, navium numero parata inſtructaque claſſe, in Epirum ſolvit. Cujus diſceſſu cognito, duæ claſſes Venetorum, Græcorumque conjunctæ Dyrrhachium, quo curſum direxiſſe illum audierant, ad fauces portus occupandas tranſmittunt, eo conſilio, ut ſi hoſtis vim facere conaretur, manum conferrent. Non defuit Robertus facientibus pugnæ poteſtatem: prælioque acriter commiſſo, cum in litore Boëmundus cujuſque virtutis ſpectator inſtructo exercitu adeſſet; quæ res Normannis pugnandi alacritatem atque animi ardorem ingentem injiciebat; omnibus fere hoſtium navibus aut depreſſis, aut in fugam conjectis, victoriam retulit, cruentam illam quidem, ſed quæ illi aditum ad Græcorum imperium, niſi mors immatura contigiſſet, brevi eſſet pateſactura. Perculit ea clades Venetos inprimis, quibus Roberti opes inviſæ, niſi illi majoribus viribus obviam iretur, univerſæ Italiæ etiam viderentur formidabiles futuræ. Igitur Dominicum Sylvium Reipubl. Principem, quo duce male pugnatum ad Dyrrhachium erat, ignominia notatum, Magiſtratu ſe abdicare cogunt: ac Vitalem Falerium illi ſuffectum, novam claſſem parare, ac primo quoque tempore ducere in hoſtem jubent. Hoc duce neque melioribus auſpiciis pugnatum eſt, neque pugnæ eventu ſecundiore: cum Alexius majoribus etiam viribus contractis, cum Græcorum militum robore affuiſſet: ita utraque claſſe disjecta, victor Robertus jam, nullo prohibente, Græco imperium erepturus, ad Caſſiopolim

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Cor-

Corcyræ promontorium claſſe appulſa, magno ſuorum mœrore, febre correptus interiit. Roberto mortuo, cum Boëmundus, ad quem natu majorem paternum imperium jure gentium ſpectabat, abeſſet magnis gerendis rebus in Illyrio intentus, Rogerius, per fratris abſentiam nomine illius cupiditati obviam ire, ac contra ferre arma audens, principatum occupavit. Importuna hæc Rogerii ambitio Boëmundum minime dubia ſpe dejecit, Græcorum imperii potiundi. Nam, præter cæteras clades Græcis illatas, quibus illi feſſi pacem atque otium reſpiciebant, inſigne odium populorum in Alexium magis illum indies ea in ſpe confirmabat. Verum cum fratri iratus, id unum rebus omnibus ſibi eſſe prævertendum cenſeret, cæteris in præſentia omiſſis, exercitum claſſe Hydruntem tranſportavit, minime ignarus, ubi ex Epiro ſolviſſet, id quod accidit, ad Græcum civitates omnes uno conſenſu defecturas. Quibus rebus adminiſtrandis dum ille eſt occupatus, Rogerius ex populi Romani & Pontificum diſcordiis occaſionem nactus augendi paterni imperii, partim vi, partim deditione civitates Pontificis omnes Velitras uſque & Tybur victor progreſſus, parere ſuo imperio coëgit. Qua hoſtis audacia territus Urbanus ſecundus, qui Victori tertio ſurrogatus Pontificatum Romæ gerebat, veritus, ne, ubi diutius in urbe moraretur, materiam ſæviendi Romanis per belli occaſionem præberet, Melphim, quo Patrum conventum indixerat, relicta urbe conceſſit. Quæ dum ab illo geruntur, Boëmundus uno prælio de ſumma rerum dimicaturus, ad Farnerium agri Beneventani vicum, ubi fratrem ſubſtitiſſe audierat, caſtra movit. Ita cum duo fratres acie concurrere parati eſſent, veterani, qui Duce Roberto patre, clariſſimo Imperatore, magnis rebus terra marique gerendis tantum Normannorum imperium fecerant, cum fraterna odia execrantes ad fœdus, ad pacem, ad reconciliationem gratiæ hortarentur; utrumque prehenſando, obſecrando, atque permulcendo pervicerunt, ut in præſentia poſitis armis dividi paternum imperium per communes amicos arbitroſque paterentur. Itaque Rogerio cum majore imperii parte (ob quam cauſam non traditur) obtigit etiam imperii nomen: Boëmundo præter Tarenti principatum, certa ſunt Apulorum oppida attributa. At is cum inique agi ſecum, ac violari jus gentium quereretur, & quoniam fratrem ætate anteibat, & vero quoniam

Anno Chriſti M V.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur,

Anno Chriſti M V.

merita illius majora in Normannos extabant: ſibi paterni imperii jura vindicabat. Itaque Rogerio decedente in Siciliam cauſa recipiendi Syracuſas, quæ urbs Roberto mortuo a Normannis deſciverat, Melphim, jam inde Urbano profecto, repente occupatam armis invadit. Cujus rei nuntio accepto Rogerius, qui jam Siciliæ rebus compoſitis in Italiam victor reditum parabat, ne, ſi rem differret, frater, quem jam in armis eſſe, & rem gerere audiebat, illius cunctatione pro occaſione uteretur, omnino ſibi maturandum eſſe exiſtimans, in Italiam tranſmiſit, cum, præter Pœnorum x x millia, quos ſecum ex Sicilia adduxerat, Brutiorum, Salentinorum, Lucanorumque voluntarios, tum ex Apulorum urbibus, quibus ipſe imperabat, permultos in exercitu haberet. Normanni enim cum fraternum bellum deteſtantes, tanquam grave, atque exitioſum publicis rebus, è medio diſceſſiſſent, taciti rei eventum, triſtem æque, utervis alterum viciſſet, expectabant. His copiis fretus adverſus fratrem movit: quem quidem imparatum, ac nihil minus quam fratris adventum expectantem, cum ille famam adveniens & nuntios celeritate ſumma uſus præcurriſſet, in urbem compulit, ac veritum ſe pugnæ committere corona obſidere inſtituit, ſumma quidem ſpe, id quod minime difficile futurum videbatur, in poteſtatem fratre venire coacto, quem maxime vellet finem bello impoſiturum. Quæ dum in Italia gerebantur, Urbanus ſecundus, profectus in Galliam (coacto in Arvernis Principum conventu) magna omnium alacritate, decernendam in Aſiam expeditionem adverſus Syriæ, atque Ægypti Reges curaverat. Horum enim tum imperio Hieroſolymorum urbs patebat, quæ diu Chriſtiano nomini ſumma ignominiæ labe hærente, per Regum ac Principum diſcordias, immani intolerandoque imperio premebatur. Itaque cum ejus expeditionis princeps, Hugo Magnus, cujus Philippus frater Rex Galliæ imperabat, atque Anicienſis Pontifex in Apuliam, unde exercitum Apolloniam claſſe tranſportarent, opportune veniſſent, Boëmundus, ſive (id quod probabile eſt) ſuis rebus, ex improviſo a fratre oppreſſus, diffideret, ſive illum jam pietatis ſtudium, atque admiratio ſummorum hominum cepiſſet, qui pro religionis majeſtate tuenda in adeo longinquam expeditionem proficiſcerentur, honeſtiſſima oblata occaſione belli cum fratre finiendi,

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

quicquid juris in paterno principatu haberet (lætantibus maxime Normannis, hunc belli exitum inter duos fratres ſequutum eſſe) ſua ſponte Rogerio conceſſit: ipſe voluntariorum XII millibus aſſumptis, in his Tancredo, & Guliermo ſororis filiis, qui comites expeditionis eſſent, in Aſiam tranſmiſit. Eo in bello magnitudine rerum geſtarum longe clariſſimus Antiochiæ Princeps, a noſtris per vim urbe expugnata, magno eſt principum conſenſu declaratus. Piget referre quæ de Boëmundo, atque origine Normannorum a Benedicto Accolto traduntur, qui belli ſacri hiſtoriam conſcripſit. Nihil illi convenit cum Gallis ſcriptoribus, nihil cum aliis: non de Normannorum adventu in Italiam, non de Viſcardo, non de Rogerio, non de Boëmundo filio: ut cum diverſa penitus ab aliis tradat, niſi quis unius authoritate ſtare adverſus tantum ſcriptorum conſenſum malit, non poſſit ſatis mirari, hominem gravem præſertim, & non ineruditum, cum ea ab aliis mutuatus eſſet, quibus illi minus cum cæteris conveniret (id quod declarandæ illius fidei videri ſatis poſſet) authoris nomen, quem ſequeretur, tradere neglexiſſe. Nam Gulielmus Tyrius, qui poſt cœptum bellum anno fere octogeſimo, cum ipſe Balduini Regis tempore Tyriorum Pontifex fuiſſet, tribus & viginti libris ejus geſti hiſtoriam complexus eſt, tradit Tancredum, qui Boëmundo comes expeditionis fuit, non Rogerii fratris, id quod alii prodiderunt, ſed ſororis filium fuiſſe: quod quidem mihi magis probabile videtur. Neque enim cadebat in hominis ingenium, ut filium unicum (Gulielmum enim poſtea ſuſcepit ex Hala filia Roberti Friſii, qui rerum in Flandris potiebatur) cauſa tam longinquæ expeditionis, a ſe divelli pateretur. Hujus autem Tancredi Guliermum fratrem adoleſcentem optimæ ſpei; & Tyrius, &, qui eum ſequitur, Paulus Æmylius, luculentus in primis Gallicæ Hiſtoriæ ſcriptor, tradit non procul a Nicha urbe, noſtris a barbaris circumventis, fortiſſime pugnantem occubuiſſe. Utrumque autem Tyrius affirmat ex Gulielmo Marchione Normanno, & Viſcardi filia ſuſceptum fuiſſe: ut facile hinc conjici poſſit, alios, qui neque Gallorum annales, neque Normannorum, cum ejus linguæ imperiti eſſent, legere potuiſſent, in rebus eorum explicandis deceptos ſæpe allucinatoſque eſſe. Nam Æmylius, qui omnes diligentiſſime excuſſit, tradit ad duos fratres ad-

Anno Chriſti M V.

Benedictus Accoltus, qui Belli Sacri Hiſtoriam ſcripſit, notatur.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Chriſti M v.

huc bellum gerentes, antequam è Gallia moverent, legatos viros graves & honeſtos Principes miſiſſe; quibus authoribus, armis poſitis ac fœdere percuſſo, pacem inierint. Ita ante Principum adventum in Italiam, id quod magis veriſimile eſt, omnibus per otium comparatis, quæ neceſſaria bello gerendo eſſent, non Tancredo ſolum, ſed Gulielmo ejus fratre, ſororis filio, tum Ferrabatiis duobus Ricardo, & Ramnuſio, quorum patruelis erat, aliiſque Normannorum principibus ſociis belli aſſumptis, Boëmundum ex Apulia ſolviſſe. Interea illo magnas res in Aſia gerente, Rogerius Boſſo, Viſcardi frater, quem egregie meritum de Normannorum rebus, Siciliam, Roberto permittente, cum imperio obtinuiſſe commemoravimus, gravi orta controverſia cum Rogerio Apulorum Duce, fratris filio, exercitu in continentem traducto, Cannuſium in Apulia poſt longam obſidionem ceperat; qua in urbe brevi poſtea victor deceſſit. Veriſimile eſt, tametſi hoc ipſum nemo ſcriptum reliquerit, quæ cauſa Viſcardo fuerit Bagelardum Gothifredi filium principatu per injuriam parto pellendi, cum minime obſcure præ ſe ferret, ſequutum ſe ſuperiorum morem, non paſſurum, ut quæſitum fratrum virtute imperium, majores natu liberis legarent; Boſſoni quoque viſam cauſam æquam eſſe, ereptum fratris filio, ſibi proximo ætate vindicandi. Nam jam antea minus inter eos conveniſſe, illud fidem facit, cum Siracuſæ defeciſſent, patruo, cujus præſertim egregia virtus bello Punico in Sicilia extiterat, haud eſſe negotium datum urbis recipiendæ, ſed rem tranſactam per Rogerium eſſe. At de hac ipſa re mirum eſt apud eorum temporum ſcriptores ſilentium. Interim in Italia magnis rebus geſtis per x x v annos, quibus adminiſtravit imperium; Dux Rogerius moriens filium Gulielmum, multum illum a conſtanti & perenni illa majorum virtute degenerantem, ac minime tanto gerendo imperio parem, relinquit. Itaque præter Siciliam, quam Rogerius Boſſonis filius præſidiis tenebat, acerrimus vir & æmulo imperii, qui tantas opes etiam animo & virtute æquaret, formidabilis, brevi quicquid in continente habebat, per ſummam ignaviam amiſit. Cum enim ſpe regiarum nuptiarum illectus Byzantium navigaſſet, Rogerius in omnem occaſionem benè gerendæ rei intentus, illi facile Apulorum, Calabrorumque urbes omnes ademptas ſui juris atque imperii fecit. Ita

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Guliel-

Gulielmus parum præſidii expertus in Caliſto Pontifice, cujus fidei diſcedens paternum imperium commendaverat, & nuptiarum ſpe excidit, quæ una illi cauſa fuerat proficiſcendi, & univerſo exutus principatu, Salerni, nullis ſuperſtitibus liberis, mœrore animi & angore confectus deceſſit. At Rogerius rerum potitus, cum diu in armis fuiſſet, Innocentio Pontifice, qui Normanni imperii jus ad Romanos Pontifices pertinere contendebat, acerrime illum bello perſequente, primum ab Anacleto, qui, capto Innocentio a Gulielmo Rogerii filio, cum ad patrem obſidione liberandum in Campaniam profectus eſſet, Pontificatum Romæ inierat, Rex Siciliæ appellatus, & poſtea a Celeſtino ſurrogato in demortui Innocentii locum, tum ab eo, qui Celeſtino ſuffectus eſt, Lucio ſecundo confirmatus, regnum jam omni ſuperata invidia, dignus cui ob excellentem virtutem tantus honor haberetur, obtinuit. Jam enim Innocentius a Rogerio captus, ac ſummo in honore habitus, cum magno illi in principio beneficio obſtrictus, minus ſibi ſtandum ſuo judicio, atque utendum ingenio cenſeret; ubi primum ab illo digreſſus ad urbem rediit, atque Anacletum renunciatum adverſus ſe Pontificem cognovit, Piſanorum claſſe in Galliam tranſmiſit, atque inde avectum Lotarium Cæſarem, ea lege Imperatorem appellatum regni inſulis atque inſignibus ornavit, ut Rogerium bello perſequutus, quem ab Anacleto ſtare moleſte ferebat, imperio omni, atque opibus ſpoliatum finibus Italiæ arceret. Ita Rogerius ſubito bello oppreſſus, cum in præſentia eſſe tempori cedendum putaret, ita omnia in continente prædæ hoſti reliquit, ut multo majore ſua gloria armis recuperarit, & ſpem omnem Pontificibus præciderit eadem in poſterum tentandi. Atque quanquam per Pontificum arma, quibus primis regni auſpiciis erat uſus parum æquis, frui per otium parto imperio liceret, vir peracri ingenio, & magis bellicis artibus, quam pacis ſtudiis clarus futurus, haud diu quieſcere, aut tueri domeſticum otium potuit. Geſſit enim Rex Punicum bellum, & quidem ſumma gloria præter Tripolin, Faxum, Aphrodiſium, Capſam, Tunete Regia urbe capta, ac coacto Barbaro rege in xxx annos ab eo tempore tributum Siculis regibus pendere. Aliam inde expeditionem ſuſcepit adverſus Emanuelem Græcorum Imperatorem memorabilem in primis, cupido ſua

Anno Chriſti M v.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Christi M v. ſponte Regis bellum gerendi, per nequiſſimi hominis ſcelus atque improbiſſimi magna occaſione armorum oblata. Is enim Ludovico Gallorum Regi, ac Conrado Cæſari, magnis contractis copiis ferentibus aliis auxilium, qui parum ſecunda fortuna bellum in Aſia cum Barbaris gerebant, cum ſimulatione officii deceptis duces itineris dediſſet, qui per deſerta atque inculta loca hoſtibus Barbaris interceptos inſidiis proderent, magno quidem Chriſtianæ Reipub: incommodo, ubi res illi ex ſententia ſucceſſiſſet, penè quidem exitio fuit. Eouſque autem dicitur progreſſus amentia eſſe, ut laborantibus fame, quo feſſi aliis cladibus citius tollerentur, immiſtum farinæ gypſum, inter cætera genera commeatus, venalem a ſuis exponendum curarit. Improbum quidem fuiſſe hominem, & malo ingenio non ſolum alii affirmant, ſed Gulielmus Tyrius etiam, qui ejus fuit æqualis, & illum cumulat maximis laudibus. Etſi autem minus aperte, veritus (credo) inconſtantiæ opinionem, reum illum tanti ſceleris facit: at minime tamen ſuſpicione liberat. Adverſus hunc hoſtem, cujus tanta maleficia in Chriſtianam Rempub. eſſent, inprimis ſecunda hominum fama bellum geſſit: atque inſulas fere omnes ab Ionio mari uſque ad Helleſpontum, urbibus omnibus per vim expugnatis & direptis, in his Corcyram, Corinthum, atque univerſam ferè Peloponneſum, tum Eubœam omnem ferro, igni, omnique cladis genere vaſtavit. Neque his ſatis expleto animo, cujus inexpiabile odium in Græcum eſſet, claſſe Byzantium provectus, cum expoſitos milites ad ſuburbia adduxiſſet (tanta fuit hoſtis inertiſſimi & ignaviſſimi contemptio) argentea, atque aurea tela a ſuis jacienda in hortos regios curavit: credo, præter potentiæ oſtentationem, ut avaritiam & ſordes Græco exprobraret, quibus, ut nemo alius, dicitur infamis fuiſſe. Poſtremo ipſe cum amicis ingreſſus, poma, quæ viſum eſt legere, cum nemo adeſſet qui prohiberet, per otium decerpſit. Colenutius, rerum Neapolitanarum ſcriptor, gloriam recepti Ludovici Regis, cum quidem Seleucia claſſe ſoluta captus a prædonibus fuiſſet, Rogerio attribuit: id quod Blondus tradit, quem omnium, quæ ſcribit, authorem habet. Gallici ſcriptores, atque in his quidem Æmylius, cui ego plurimum tribuo, ita Rogerio liberati Regis laudem adtribuunt, ut tamen aliter, quam ab his proditum eſt, rem eſſe geſtam tradant. Regiam claſſem

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

cur-

Anno Chriſti M V.

curſum in Græciam tenentem, repente a claſſe Græcorum interceptam, quæ illius adventum operiens in inſidiis ſtabat, cum flectere curſum Byzantium cogeretur, ſubito interventu Georgii Præfecti Siculi Regis, qui majore navium numero claſſem adverſus Emanuelem ducebat, liberatum in Siciliam, atque inde Maſſiliam ſolviſſe. Tum quidem Æmylius ait, Siculos aureis ſagittis in hoſtem immiſſis, cum eum ad prælium provocarent, in fugam pugnam detrectantem avertiſſe. Atque illud etiam Colenutius affirmat, cum Rogerius liberato Rege Siciliam repeteret, certiorem factum Venetorum Græcorumque claſſem altum tenere, iis ultro occurriſſe: commiſſo prælio, atque una de viginti navibus amiſſis, reverſum in Siciliam, Panormi, magno ſui deſiderio Normannis relicto, deceſſiſſe. Sed & hoc ipſum minime veriſimile eſt. Namque eo tempore Veneti Emanueli infeſti, quod in Henrico Dandulo civitatis legato jus gentium violaſſet, ac Venetis mercatoribus per ſummam injuriam uno atque eodem die comprehenſis, in eorum bona & fortunas invaſiſſet, bellum intulerant: quo tandem victus, atque facta æſtimatione eorum quæ abſtuliſſet, reſtituere quæ cujuſque fuiſſent, per æquas penſiones eſt coactus. Moritur Rogerius ſexaginta annos natus, cum quartum & vigeſimum regnaſſet, Conrado Cæſare Suevo annum duodecimum Imperium adminiſtrante. Fuit quidem (id quod indicant tot res ab illo præclare & feliciter geſtæ) optimo atque excellentiſſimo ingenio: cumque ea, quæ a natura haberet, ſtudio atque induſtria meliora effeciſſet, omnibus belli & pacis artibus maximos ejus ætatis potentiſſimoſque Reges magnitudine imperii æquavit, gloria rerum geſtarum longe etiam antecelluit. Erat enim in eo præter ingenii ſolertiam, quæ in ineundo pariter explicandoque conſilio ſumma conſpiciebatur, moderatio par, qua quidem animi vi concitatiore repreſſa, homo per ſe, ut cætera etiam abeſſent, prudentiſſimus, & quem raro fortuna fefelliſſet, & parere meliorum conſiliis, & agere omnia ex eorum ſententia poſſet. Nam quo iis fides eſſet in conſulendo major, quicunque per ea tempora aut belli gloria, aut prudentia & rerum uſu præſtare maxime dicebantur, evocatos eos præmiis ampliſſimis, ſummo in honore habuit. Quæ res cum eſt ſemper magno uſui hominibus in privata vita, tum vero magnis adminiſtrandis imperiis non

Colenutius Hiſtoricus notatur.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Chriſti M V.

magno ſolum uſui eſt, ſed inprimis eſt eadem etiam neceſſaria. In jure dicundo, id quod in novo regno eſſe neceſſario agendum videbatur, cum infeſta Sicilia latrociniis atque armis exulum eſſet, acrior interdum & vehementior eſt viſus, quo improbi homines a male agendo deterrerentur, graviſſimis ſuppliciis in eos conſtitutis, & quæ nemo antea excogitaſſet, qui maleficia graviora & ſcelera admiſiſſent. Vitia in eodem nulla, quæ inſignia fœditate eſſent: etſi enim paulo proclivior fuiſſe ad libidinem fertur, ſine cujuſquam contumelia fuit hæc illi uni capitalis peſtis; cum quidem grandis jam natu aliquanto licentius, quam affectæ ſenis vires poſtularent, libidinis illecebris captus, ingenio obſequeretur. Filios quidem tres ſuſcepit (quod tradit Hugo Falcandus gravis author, & illius æqualis) fœminam unam. Ex his, qui maxime probari poterant patri ob ingenii atque animi indolem excellentem, Rogerium Apulorum Ducem, Amphulſum Capuæ Principem extulit; Gulielmum Principem Tarentinorum, fero atque immani hominem ingenio, unde magna populorum conſenſione Mali cognomen traxit, cum vivens appellandum regem curaſſet, in regni ſocietatem atque imperii aſcivit. Nam Conſtantia, quæ male a quibuſdam illi neptis fuiſſe ex Rogerio filio tradita eſt, Henrico Cæſari nupſit, Ænobarbi filio, qui primus gentis Suevorum Siciliæ regnum, dejectis per Pontificum ſtudia Normannis, obtinuit. Magni quidem hominis memoria, cum tanta illius gloria domi foriſque extitiſſet, ut clarior poſteris & admirabilior videretur, filii immanitas in omni etiam Barbarie deteſtanda & nequitia perfecit. Cum enim beatiſſimus Regum omnium ſuæ ætatis & opulentiſſimus videri poſſet, congeſtas a patre per multos annos immenſas opes, atque, quod multo gravius eſt, quorum erant virtute partæ, viros fortiſſimos & honeſtiſſimos, ubi penes unum imperium manſit, aut fœde interfectos, aut per varias occaſiones de medio ſublatos, evertit. Uni enim homini improbiſſimo, & malis illi artibus conciliato, cum quidem diſſimulantem imperii cupiditatem, obſequio & aſſentatione pernitioſa ſemel animo victo, agnoſcere haud facile poſſet, poteſtatem omnem imperii adminiſtrandi, ipſe turpi otio atque ignaviæ deditus, magno ſui ac totius regni diſcrimine permiſit. Erat is Majo quidam ex humili admodum fortuna, cum pater

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Henricus Cæſar, primus Suevorum, Siciliæ regnum adiit.

Barii tabernâ, olei inſtructa, quæſtum ſordidiſſimum feciſſet: per Regis gratiam ærario primum, ac poſtremo claſſi regiæ præfectus. Qui quidem honos elato homini fortunæ temeritate eos ſpiritus & fiduciam attulit, ut de medio ſublatis quicunque illius cupiditati impedimento eſſe per privatam potentiam viderentur, partim ſibi multitudinem largitionibus conciliando, partim ſuppliciorum immanitate principes deterrendos, jam de invadenda tyrannide, atque interficiendo Rege conſilia agitare ſpe animiſque inflatus inſtituerit. Eo autem dicitur hominis amentia erupiſſe, ut cum jam id minime diſſimulanter præ ſe ferret, & mentionem facere cum amicis de regno illi abrogando, & tueri exemplo etiam ambitionem cupiditatemque animi tantam ſit auſus: cum Gallorum regnum, memoria majorum, per Magiſtros Equitum, regibus luxu atque otio perditis, adminiſtraretur, a Zacharia Pontifice Maximo, Pipinum Caroli Martelli filium viri fortiſſimi, privato Chilperico Regia dignitate (quod genti Gallorum fauſtum felixque fuit) ad regnum evectum. Atque cum hos inter amicos ſermones ſerebat, tum ab iis per interpoſitam jurisjurandi religionem, fidem accipiebat, ſocios futuros ad regnum a Malo vindicandum, ubicunque gerendæ rei occaſio atque opportunitas adeſſet, quæ viris fortibus minime diu videretur defutura. Quæ hominis libido atque audacia tanta cum regis indulgentia gravior indies fieret; regni Principes, quorum ſaluti & dignitati plurimum domeſticæ opes & potentia obeſſent, a Rege, quando in eo nihil erat præſidii adverſus imminentem ſuis capitibus ruinam, plurimum erat ab eodem periculi pertimeſcendum, uno & eodem conſenſu defecerunt. In his omnibus maxime excellebat Robertus Lorotelli Comes, cujus avunculus Rogerius Rex, ob ſingularem virtutis opinionem, Gulielmo filio, ubi is parum ex uſu ſuorum regnum adminiſtraret, hæredem ſubſtituerat. Hujus authoritatem duo Rogerii filii Apulorum Ducis Tancredus, & Gulielmus, ac præterea alii multi ſequebantur, magnæ homines nobilitatis, qui eſſe minus tuti a Majonis ſcelere & libidine videbantur. Ab his primum, Ænobarbo Cæſare, atque eo, cum exercitus peſtilentia laboraret, coacto retro ſigna referre, Græcis auxilio evocatis, Gulielmum in regni diſcrimen urbibus omnibus trans Meſſanæ fretum uno belli impetu captis,

Anno Chriſti M V.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Christi M V.

brevi adduxerunt. Atque quo omnia facilius ex ſententia ſuccederent, ubi gerentibus bellum major authoritas adeſſet, adito ad Fanum Germani Adriano Pontifice Romano, cum in illius verba juraſſent, quæcunque pervaderent edicto præmiſſo, ſe de Pontificis Romani ſententia bellum gerere, populos, qui ſua ſponte jam alieno animo in Regem erant, ob crudelitatis & ſævitiæ famam, ad voluntariam deditionem trahebant. Qua hoſtium fiducia atque audacia Gulielmus territus, cum Pontificem (nequicquam per legatos ſpe pacis tentata) ad æquas conditiones trahere minus potuiſſet, magno prælio ad Brundusium Græcis fuſis ac profligatis, & civitates, quæ defecerant, & Regni principes defectionis authores, præter paucos, in poteſtatem redegit. In his fuit Robertus Surrentinus, quem effoſſis oculis, teterrimo carceri, per ultimos cruciatus moriturum, includi imperavit. Namque in alios cum nulla non libidinis crudelitatisque exempla edidiſſet, unus Majo inventus, qui in damnatos & mortuos ſæviret poſt vitam fortunaſque ademptas; pudori infeſtus nobiliſſimas matronas, ac virgines filias omni genere flagitii & dedecoris contaminavit. Interea obſeſſa in Aphrica urbe Aphrodiſio, quæ in ditione Regum Siculorum erat, c c navium claſſem obſeſſis auxilio miſit, cui Petrum Eunuchum, Pœnum genere, ac propterea cum Barbaris, quorum occulte religionem colebat, ſentientem præfecit. Ita cum ſe is vinci paſſus eſſet (ſeptem longis navibus ab hoſte captis) claſſem in Siciliam traduxit: Enimvero cum id unum inter omnes conſtet, male a Siculis ea expeditione rem geſtam, Colenutius, idem ab eo, a quo cætera, mutuatus, Tunetem captam, & direptam, magnam abactam prædam, hinc victam & profligatam primo occurſu Græcorum claſſem, Siculos magnam ubique gloriam adeptos victores in Siciliam rediiſſe tradit. At Rex Malus cum tot rebus ex ſententia geſtis, unius hominis perditi aſſentationibus & blandimentis delinitus, optime regnum conſtitutum convelli rurſus diſcordiis & ſeditionibus principum pateretur: conſpiratione nobilitatis facta, cujus, qui idem erat Majonis gener deſtinatus, vir ſummo loco natus, & magni idem animi & conſilii, Matthæus Bonellus principes partes ſuſceperat, Majo multis vulneribus domi confoſſus interficitur: Rege, quem veriſimile erat in illius interfectores gravius ſæviturum, in carcerem conjecto,

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Colenutius notatur.

ac

ac Rogerio filio, ne regni odio magis, quam regis hoc factum appareret, nondum novem annos puero nato, per regiam urbem circumducto, ac magno multitudinis planſu Rege ſalutato. Quæ cum ad hunc modum acta eſſent, ac populum, jam impetu animorum atque ira defervescente, pueri Regis, qui per multos annos videbatur in conjuratorum poteſtate futurus, pœniteret, concurſu undique in Regiam facto, mortis denuntiatione ni parerent, conjuratos Regem è cuſtodia emittere, ac regno reſtituere, quanquam invitos eoſdem & tergiverſantes, coëgit. Eo tumultu Rogerius puer, cum obſeſſa Regia tumultuantem multitudinem è feneſtra ſpectaret, ictu ſagittæ, cum ſpiculum per alterum oculum in averſam capitis partem actum, mortiferum vulnus feciſſet, ſubito interiit; puer quidem ea jam indole, ut Rogerii patrui Apulorum Ducis, in quem maxime ſtudia populorum inclinaverant, atque avi tanti Regis, quam patris ingenium referret. Affirmabant alii, quibus aditus ad Regis interiorem amicitiam patebat, quibuſque minime erant illius conſilia obſcura, eo vulnere puerum haud concidiſſe, levi quidem, & quod tuto negligi etiam poſſet, ſed patris iracundiâ, cum percitus furore, quod ſibi prælatus a ſuis eſſet, abjecto ad pedes calcem in latus impegiſſet; quo puer exanimatus cum ſubito cohorruiſſet, mœrore animi, qui minime par erat tantæ ferendæ injuriæ, brevi occiderit. At conjurati, cum quidem Rex Malus iis caviſſet, ut quod Majonem interfeciſſent hominem per ſummum ſcelus regnum appetentem, id illis fraudi ne eſſet, parum ſe tutos futuros Panormi arbitrati, qua in civitate tyranno certum multitudinis præſidium, ultimum vitæ diſcrimen illius oppreſſoribus paratum eſſet, Cacabum oppidum ſe recipiunt: quo quidem confluentem quotidie majorem hominum multitudinem, qui cupidi rerum novarum ad arma atque ad bellum ſpectarent, de improviſo armant, eo conſilio, ut ſubito regem oppreſſum, qui fluctuante adhuc civitate ac belli expectatione territa nondum plane ſuis rebus confideret, de regni poſſeſſione, id quod ſemel inſtituerant, deturbarent. Ita raptim Panormum copiis adductis, cum trepidi cives urbem concurſando terrorem etiam ignaris quid rei eſſet inferrent; Bonellus, quem conjurati ob rei militaris ſcientiam exercitui præfecerant (quo id quidem conſilio haud traditur, ita eum receptum ſibi ad Regis gratiam

Anno Christi M v.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

[A]nno [C]hriſti [..]I V.

quæſiſſe, exitus oſtendit) magna facultate bene rei gerendæ in præſentia amiſſa, copias, omnium expectatione & ſpe eluſa, Cacabum reduxit. At Rex, qui deſperata ſalute, cum inermem illum fortuna hoſtibus armatis objeciſſet, metu impendentium malorum abjecerat animum: illis præter ſpem profectis, collecto animo ac viribus confirmatis ad ingenium rediit: non ignarus, quando hæc illis è manibus occaſio effluxiſſet, aut parum inter illos convenire, aut non magnopere virtuti ſuorum confidere, aut nova conſilia inire, quibus omnino eſſe occurrendum cenſebat. Itaque dolo eſſe ſingulos aggrediendos exiſtimans; Bonellum, propoſita veniæ ſpe, atque eorum, quæ egiſſet, impunitate, facile in ſententiam traducit. Quod quidem cum ſui cognoviſſent, ægrè ferentes illum conſilia a cæteris, cum eadem omnium cauſa eſſet, ſeparaſſe, Platiam Buteriamque oppida munita, quæ in patris ditione fuerant, repente invadunt: quæ poſtea eo Rege copias admovente cum voluntariam deditionem feciſſent, everſa ſunt ac ſolo æquata. Quæ dum in Sicilia geruntur, Robertus Lorotelli Comes, quem Regi bellum intuliſſe antea commemoravimus, magna ſpe elatus, ubi rurſus belli principium feciſſet, per tanti tumultus occaſionem, aliquid novi conſilii Principes inituros, qui adverſus Regem ſuperiore bello ſtetiſſent: celeriter collectis copiis, urbes ferè regni omnes, cum fama percrebuiſſet interfectum Majonem, Regem captum in conjuratorum poteſtate eſſe, ſublatos omnes, qui libidinis ac ſuperbiæ illius adminiſtri, conſiliariique fuiſſent, quocunque exercitum admoveret, portas certatim oppidanis aperientibus, admiſſus, ad deditionem impellit. Itaque cum in Sicilia conjurati, qui ſe Buteriam receperant pacti incolumitatem, oppidum Regi tradidiſſent, è Sicilia ſolventes, ſe Roberto conjungunt, ut communi conſilio omnes adverſus Gulielmum rem gererent. Quorum conſilio cognito, Rex, ne qui novi tumultus abſente ſe orirentur, ubi multitudini concitatæ dux non deeſſet, Bonellum popularem hominem, & nobilitati ob Majonem interfectum inprimis acceptum, adverſus datam fidem excæcatum, cum nervorum inciſione, qua a femore ad talos protenſi ad ſummos pedes flectunt, excruciandum barbaro more atque inuſitato curaſſet, in carcerem conjici juſſit, ubi teterrimam ac diriſſimam mortem dicitur obiiſſe: cæteris non pro hominum delictis (quæ enim eſſe

[N]or[m]annorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Platia & Buteria in Sicilia ſolo æquata.

tanta

tanta poſſent?) ſed pro Mali ingenio, fœde & crudeliter necatis. Ita metu vacuus, adverſus hoſtem bello felicior, quam pace, fretum exercitu traducto, contendit. Ac ne qua ſpes veniæ eſſet, quærentibus deditioni moram, Tabernis exciſis, quod Calabrorum oppidum ſitu atque opere munitum expugnari per vim poſſe non videbatur, oppidi Principem lectiſſimam fœminam arctiſſima cuſtodia una cum matre deportari in Siciliam; Thomam, & Alferium duos illius avunculos viros fortes, & magnæ nobilitatis, quod authores defectionis fuiſſe dicerentur, rapi continuo ad ſupplicium; milites, qui in præſidio erant, effoſſis oculis & manibus præciſis, quo cæteris terrori eſſent, miſſos fieri imperavit. Ad hujus rei famam territus Robertus, qui quam eſſet fidei populorum & conſtantiæ fidendum non ignoraret, in Germaniam penitus ſuis rebus diffiſus abiit. Rex omnibus facile recuperatis, quæ abſenti erant erepta, civitatibus pecunia, quam ad certam diem ſolverent, grandi imperata, omnibuſque ex ſententia conſtitutis, in Siciliam reverſus eſt. Tum vero, tanquam is unus fructus victoriæ eſſet, languori atque inertiæ addictus, penitus regni procuratione neglecta, prædæ omnia Regiis miniſtris, hominibus improbis & nefariis reliquit; quæ res quidem Siculorum nobilitati, ubi illi diutius vivere contigiſſet, peſtem atque exitium erat certò datura. Carceribus enim non ad cuſtodiam, ſed ad ſupplicium & carnificinam hominum ædificatis, tanquam plurimum in morte ſolatii eſſet, quæ miſeros tormentis & cruciatibus levaret, eouſque mori prohibebantur, quoad mortis genere crudelitatem in ſe hominum ſævientium, cujus exitus nullus reperiri poſſet, ad ſatietatem explerent. Quod quidem fatale Siciliæ malum, cum tyrannorum omnium memoriam refricuiſſet, quos illa teterrimos atque immaniſſimos perpeſſa eſſet, Regis Mali ſuſtulit opportuna magis, quam ſperata mors, xx. atque alterum annum, poſtquam regnare cœpiſſet. Patre mortuo Gulielmus filius meliore omine Bonus appellatus ſucceſſit: quoniam nondum quartumdecimum annum expleverat, quoad ipſe per ætatem regno adminiſtrando ſufficeret, traditus in tutelam matri Reginæ, fœminæ optimæ, ac magnæ & ſpectatæ virtutis. Henrico filio natu minori pater principatum Capuæ, ita ut ipſe in matris tutela & poteſtate eſſet, legavit. Principio regni adminiſtra-

Anno Chriſti M V.

Inſigne crudelitatis exemplū.

Normānorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Fatalis Siciliæ exquiſita Principum crudelitas.

Anno Chriſti M V.

tione ſuſcepta, quo regi filio ſtudia populorum & benevolentiam conciliaret; nihil Regina antiquius habuit, quam ut primo quoque tempore honeſtos homines, & locupletes, per ſummam injuriam a regiis miniſtris in cuſtodiam traditos, metu ultimi ſupplicii, bonis omnibus & fortunis reſtitutis, liberaret; quorum infinita pene multitudo dicitur fuiſſe. Atque cum ſuperiore bello Apuliæ Campaniæque urbes, quæ a Rege deſciverant, immani admodum pecunia multatæ ſolvendo non eſſent, omnes, novi Regis edicto vetitis regiis quæſtoribus quicquam ab his poſthac multæ nomine exigere, eo onere, gravi illo quidem, & non ferendo, magna populorum lætitia levavit. Jam cum a Rege crudeliſſimo, & qui humana divinaque jura omnia exæquata habuiſſet, leges iniquæ permultæ latæ, & per vim eſſent, retexendas reſcindendaſque omnes per Regiam authoritatem, aliaſque novas, quæ ad tuendum populorum otium & concordiam ſpectarent, condendas curavit. Ad hæc omnia, revocatis ab exilio principibus regni, cum præter juſtitiæ & moderationis laudem, quæ his a calamitate vindicandis ſumma a cunctis regi tribuebatur, liberalitatis & magnificentiæ quæreret, quod ſtabiliendo, confirmandoque regno eſſe expeditiſſimum videbatur, eos ampliſſimis muneribus & honoribus auctos penitus regi devinxit. Ita facile per recentem beneficiorum memoriam injuriarum vetere obliterata, cum eos in officio habuit, tum, ſi qui rerum novarum ſtudioſi eſſent, eorum vim & ferociam principum conſenſione, nullo poſtea negotio repreſſit. Quæ tamen virtus Reginæ tanta, cum permulti adhuc in aula ſupereſſent, qui peccandi licentiam atque impunitatem, Rege Malo dominari aſſueti, ſibi ereptam dolerent, non potuit ita obſiſtere, ut non perpetuo, quamdiu Rex in illius tutela fuit, regnum diſcordiis & ſeditionibus principum laborarit. At Gulielmus cum his auſpiciis regnare cœpiſſet, Boni cognomen, matris virtute quæſitum, & probitate ingenii, & lenitate morum facile poſtea, inſiſtendo majorum veſtigiis, tutatus eſt: gloriam domi foriſque magnis gerendis rebus etiam auxit. Namque Alexandrum tertium Pontificem, in urbe a Federico obſeſſum, pecunia & auxiliis juvit, duabus longis navibus miſſis, quo præſidio ſive fuga ſibi conſulere, ſive quid aliud inire conſilii vellet, ad omnem fortunam uteretur. Fœdus cum Venetis percuſſit;

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

atque

Anno Chriſti M v.

atque ad eos ſe Alexandrum recipientem, illi obviam progreſſus, Veſtiam uſque, ad Garganum montem poſitam urbem, ſumma populorum frequentia & celebritate comitatum, tredecim navium longarum præſidio deducendum Venetias curavit. Eundem Gulielmus Tyrius tradit, Balduini Regis Hieroſolymorum anno quarto, numeroſam inprimis claſſem Alexandriam Chriſtianis cum Saladino gerentibus bellum auxilio miſiſſe: cum expoſitis militibus male a Siculis pugnatum eſſet, multis uno prælio amiſſis, claſſem a regiis præfectis reductam in Siciliam eſſe. Bellum inde cum Andronico geſſit, qui tum Græcis imperabat, cum quidem per violatam jurisjurandi religionem, Alexio Comneno interfecto, in regiam tanto ſcelere imbutus, deo hominibuſque averſis, invaſiſſet. Ita cum Græciam ac Thraciam omnem igni ac ferro depopulatus magnum populorum odium in barbarum atque impium hominem concitaſſet, quem unum tot malorum authorem deteſtabantur, Byzantii orto tumultu, Iſacio Angelo, grato homine & populari, multitudinis duce, vivum captum, ac membris mutilatum crudeliſſime interfecerunt. Iſacio cum ob tantum meritum, tum ob ſingularem virtutis & continentiæ opinionem, id unum expetentibus depoſcentibuſque omnibus, traditum ſummum imperium eſt. Quibus rebus geſtis, cum magna omnium exſpectatione profecturus eſſet ad Aſiaticum bellum, Lucii Pontificis morte importuna, quo duce expeditionis res erat gerenda, tanta illi gloria erepta eſt. Claſſem quidem egregie ornatam atque inſtructam, delectorum militum magno numero impoſito, qui Chriſtianis rem gerentibus auxilio eſſent, nihilo minus in Syriam miſit. Hujus claſſis adventu Chriſtiani ſublatis animis Saladinum, qui jam regno Hieroſolymorum potitus ad Tyrum caſtra habebat, cum Duce Conrado Monferratenſium Principe eruptionem impigre feciſſent, inſigni clade illata, ſolvere obſidionem coëgerunt. At Regiæ claſſis præfecti, ſatis præclaro in præſentia munere functi, Chriſtianis etiam ſacra urbe a Saladino ejectis, cum inter feros & Barbaros hoſtes in ſummo metu circumſpectantibus omnia, ac reditu undique interclusis nihil ſpei ad perfugium pateret, magno uſui fuerunt. Namque eos in navibus impoſitos, cum idonea uſi tempeſtate curſum in Italiam intendiſſent, ad unum omnes incolumes in Siciliam expoſuerunt, in his Heraclium

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Chriſti M V.

Hieroſolymorum Pontificem, quem Rex comitate regia exceptum, ac donatum ampliſſimis muneribus dimiſit. Jam cum Clemente tertio Pontifice Fredericus Cæſar Ænobarbus, Philippus Gallorum, Ricardus Anglorum Reges mare tranſire, ac bellum Saladino inferre ſtatuiſſent; qui, ut diximus, magnis cladibus Chriſtianos affectos, ferè univerſo Syriæ regno exuiſſet: ne mari clauſo atque infeſto latrociniis, Regum exercitus commeatu prohiberentur, pulcherrimam claſſem, quæ iis ubique præſto eſſet, auxilia & commeatus ſupportaret, inſtructam ornatamque habuit. Quæ quanquam ad hunc modum ab eo adminiſtrata eſſent, ob inteſtinas diſcordias rebus malè ſuccedentibus, cum Princeps Ænobarbus Helleſponti anguſtias tranſgreſſus, Iconio & Philomelo everſis, Armeniaque recepta ad Sarum amnem in Comagena Saphadinum Saladini filium, magno prælio victum effuſe inſequendo, dum flumen minus exploratis vadis tranſgreditur, interiiſſet; Philippus Rex gravitate cœli offenſus, tum Ricardus poſtremo Ptolemaïde, inſpectante Saladino, capta, atque eodem ad Antiparrida fuſo & profligato, è Syria diſceſſiſſet: Gulielmus magno mœrore ac luctu ſuorum, cum XXVI. jam annum regnaſſet, mortuus eſt: vir quidem plane memorabilis, & qui in omni vitæ ſuæ parte Boni cognomen virtute ſumma conſtantiaque æquaverit. Regnum, Principum ſuffragiis, populiſque omnibus incumbentibus, Tancredo illius patrueli ex Rogerio Mali fratre, ut alibi dictum eſt, minime legitimis nuptiis nato, delatum eſt; qui, ſimulatque eſt regnum adeptus, Rogerium filium puerum appellandum curavit, Conſtantia Rogerii Regis filia, ad quam jus regni ſpectabat, decedente Gulielmo ſine liberis, dejecta. Is eſt Tancredus, quem Regis Mali acerrimum hoſtem (quæ una res maxime illi videtur Principum ſtudia conciliaſſe) & Majonem interficiendo, & pellendo Regem fidelem atque egregiam operam navaſſe diximus. Enimvero ſuſcepiſſe illum graviſſima belli pericula, ac ſummos vitæ labores, non cupiditate ulla regnandi, ſed ſtudio liberandæ patriæ, illud eſt argumento: quamdiu Malus regnavit, perpetuo eum in armis fuiſſe: Gulielmo filio adepto regnum, vitam per ſummum otium & quietem traduxiſſe. Viguiſſe autem in eo ajunt optimarum artium ſtudia, ſed Aſtrologiæ inprimis, cujus quidem peritiſſimus fuit: ut minime illi certa ratio deeſſet in privata

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

etiam vita & honeſte, & cum dignitate otium tuendi. At Clemens tertius Pontifex, qui jus poteſtatemque regni deferendi ſibi ſumebat, bello Tancredo illato, qui partam regiam dignitatem, & ſtudiis populorum, & viribus majoribus fretus ſibi tuendam adverſus vim omnem ſtatuerat, Gulielmi Regis optimis legibus atque inſtitutis ſtabilitum regnum, præpoſtera atque importuna ambitione, quæ magna Chriſtianæ Reipubl. pernicie ad poſteros manavit, penè evertit. Quo quidem mortuo, cum renuntiatus Pontifex Celeſtinus, id unum ſibi rebus omnibus prævertendum ſtatuiſſet, quo id magis jure agere videretur, Henrico Suevo, qui patri Ænobarbo Cæſari in Germania ſucceſſerat, Conſtantiam, cujus alibi mentionem fecimus, tradito illi dotis nomine Siciliæ regno, quod hæreditario jure pertinere ad illam dicebatur, grandem jam natu in matrimonium collocavit. Ac ſi illa quidem Celeſtino Pontifice deſpondente Henrico nupſit, fuiſſe multo ætate provectior videtur, quam ut liberorum procreandorum cauſa eſſet viro adjungenda. Malus enim vigeſimum atque alterum annum, Gulielmus filius vigeſimum ſextum regnavit, ut tametſi ex Rogerio Rege poſt illius mortem nata ſit, res digna admiratione videri poſſit, Henricum ex ea filium ſuſcipere potuiſſe. Neque enim veriſimile eſt, Clementem ſtatim Tancredo bellum intuliſſe (eo apparando non exigua parte temporis conſumpta) neque Celeſtinum de regno tradendo, ac nuptiis conciliandis, celerius cum Henrico tranſegiſſe, cum ea una res ſpectare ad arma, & maximorum malorum cauſa futura videretur: quamquam nemo tradit illam Rogerio patre mortuo natam eſſe: ut cum Gulielmus frater annum x x v. natus regnum hæreditate adiiſſet, Rogerius autem Apulorum Dux ætate major liberos ſuſcepiſſet, qui quo tempore Malus iniit regnum pares magnis rebus gerendis eſſent: jam videatur veriſimile eſſe, ex eadem matre natam illam, grandiorem aliquanto, cum pater decederet, fuiſſe. Quod quidem ſi ita eſt, uni Falcando plane habenda fides videtur. Ex ejus enim ſcriptis Conſtantiam florenti virginem ætate fuiſſe Gulielmo Rege Bono, atque Henrico, cum adhuc Ænobarbus viveret, in matrimonium collocatam eſſe, conjicitur. Nam quod Colenutius ait, miſſum Rogerium Mali fratrem Aletium ad Robertum Comitem, diſciplinæ cauſa, incenſum filiæ amore, cum quidem cum illa conſueviſſet, Tan-

Anno Chriſti M V.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Chriſti M v.

credum ſimul ex ea, & Conſtantiam ſuſcepiſſe, adoleſcentem, qui intemperantius puellæ conſuetudine uteretur, atque propterea in tabem incidiſſet, accitum Panormum Regi patri morientem, rem totam aperuiſſe, Roberti cura parvos fratres educatos eſſe, cum in Græciam principatu multatus aufugiſſet, fabula tota eſt, atque adeo etiam, ſi minus Falcandi teſtimonio ſtandum eſſet, qui ea quæ vidit, quibuſque interfuit, ſcribit, minime veriſimilis. Neque enim cum iiſdem eſſent parentibus orti, qui in regni hæreditate cernenda etiamſi minor natu eſſet, ſexu videretur fœminæ præferendus, cum æquum erat, deteriore conditione eſſe, ad fœminam, illo præterito, regnum deferri. Nam Celeſtinus cum maxime videri vellet, jus eſſe atque æquitatem ſequutus in regno Tancredo abrogando, qui ſe hoc aſſequuturum ſperabat, ubi regnum Conſtantiæ detuliſſet, cum neque magis juſta matre, quam Tancredus nata, deterior etiam ſexu eſſet? Ac Falcandus quidem, ut nemini jam id dubium videri poſſit, ſatis conſtanter, qui ſæpe illam viderit, affirmat, ex Rogerio Rege natam eſſe; idem collegio virginum addictam, ac ſacris initiatam eſſe, id quod fama obtinuit, neque in ſuſpicione cuiquam reliquit. Namque in principio, cum longa oratione in præſentem rerum ſtatum invectus, Conſtantiæ atque Henrici nuptias, tanquam inprimis Siciliæ funeſtas, deteſtatus eſſet, haud probabile eſt, ejuſce rei illum, quæ una maxime omnium argumentum ad querelam ſuppeditaret, mentionem facere neglexiſſe? Quid enim fœdius videri poterat, quam adeo grandem natu virginem, cum initiata ſacris per omnem ſuam ætatem collegio virginum præfuiſſet, a Pontifice Romano ſolutam legibus, nubere viro? Ad ſexaginta enim annos natam, Celeſtino Pontificatum gerente, ut ſatis conſtat, fuiſſe illam oportet, atque adeo etiam ſi ex Rogerio filio, id quod Colenutius tradit, nata eſſet; quippe cujus Tancredus frater regni Mali principio jam res gereret, plane vir ac corroborata ætate. Ac Falcandus jam cum Henrico viro Conſtantia regni fines ingreſſa, quæ mala eorum ſint adventum conſequutura, vaticinando, queritur illam a primis annis in Siculorum delitiarum affluentia diutius educatam (his enim utitur verbis) ad mores atque ad inſtituta ſuorum conformatam, regni opibus externos homines ditaturam, ac prædæ relicturam, opulentiſſimum

Falcandi Hiſtorici teſtimonium refellitur.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Chriſti M V.

regnum hoſtibus infeſtiſſimis, proficiſci. Diutius autem fuiſſe educatam in Sicilia, minime dubitandum; fuiſſe candem in deliciis educatam, niſi in regia & inter ſuos, minime credibile eſt. Neque enim (id quod hæc tempora ferunt) tum cooptatis in collegia ſacrarum virginum locus ad luxum, aut ad regiam opulentiam patebat. Sed idem ſatis diſerte tamen affirmat, Conſtantiam Rogerii regis filiam fuiſſe, atque eandem ſolutam optionem virum, quem vellet, ſibi deligendi habuiſſe. Cum enim poſt regis Mali mortem penè regnum inteſtinis malis labefactatum eſſet, conſtantes rumores, ait, fuiſſe diſſipatos, Stephanum Perticenſem, cujus tum authoritate regnum adminiſtrabatur, Rege puero mortuo, Gothifredum fratrem, per Conſtantiæ Rogerii regis filiæ nuptias ad regnum capeſſendum è Gallia evocaſſe: quo quidem ab imperita multitudine præſertim, minime exiſtimari poterat illum fuiſſe deſcenſurum, niſi Conſtantiæ cuivis nubere integrum fuiſſet. Quid autem minus credendum erat, quam Pontificem, qui ejus regni ſibi jura ſumeret, paſſurum, ut per ſacræ virginis nuptias quiſquam, ſe inconſulto, illud invaderet? Neque vero manare hæc fama poterat, niſi Conſtantia cum liberum judicium cuivis nubendi haberet, ſuſpicionem hanc hominibus, quibus nihil obſtaret, quo minus id fieri poſſe exiſtimarent, injeciſſet. Monſtri enim ſimile videbatur futurum, ſi quis obrepere ad regiam dignitatem dictus eſſet, cui nupſiſſet ſacra virgo, & quæ procurandis religionibus per omne ſuæ vitæ tempus addicta, ferè jam conſenuiſſet. Nam neque quiſquam, quanquam amens plane & perditus, niſi illi per Pontificem licuiſſet, abductam a ſacris virginem ducere in matrimonium auſus eſſet; neque ullus erat Pontifex futurus adeo diſſolutus, & ſuæ dignitatis majeſtatiſque oblitus, qui ſceleri flagitium addendo, per inceſtas nuptias regnum quærenti homini, quod ſui præſertim juris eſſet, divinum jus atque authoritatem accommodaret. Equidem malim errori locum eorum temporum perturbationem dediſſe. Conjectura enim adducor ut credam, abductam illam è regia, quo tempore Malus Rex, orto tumultu, captus eſt, & in carcerem conjectus, in virginum domo, ubi tuta a præſentibus malis ageret, aſſervatam eſſe. In eadem, etiam ſedato tumultu, ac rebus regni compoſitis, ſui juris ac nullis mancipatam ſacris, quoad Henrico nupſit, manſiſſe;

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

Anno Chriſti M v.

Normannorum ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio ac occaſus, pariter exhibentur.

quod claras fœminas ſæpe, atque illuſtres facere animadvertimus: quæ ita aut virginitati præſidium, aut viduitati ſolatium quærunt, cum nullis tamen legibus teneantur, quo minus viro nubere, ubi velint, ſuo arbitratu poſſint. Nam Germani ſcriptores, ut eſt genus hominum acutiſſimum, ex eorum temporum collatione (id quod haud tamen ita difficile eſt) contendunt illam adhuc vivente Ænobarbo Henricum uxorem duxiſſe; ut mirandum magnopere ſit, tot rerum ſcriptores, quibus nec ſtudium, nec eruditio defuit, nullis certis authoribus, a quibus hæc fama emanarit, vulgo decantatam fabulam, authoritate ſua comprobatam literis prodidiſſe. Ergo ita a Normannis regnum in Suevorum gentem tralatum cum, Tancredo ac Rogerio mortuo, ſolus Henricus obtinuiſſet, quo omni ſpe poſteritatis penitus Normanni exciderent, Gulielmum, qui ſe regni ſucceſſorem, per Rogerii fratris ac patris Tancredi mortem, videri volebat, exectum in Germaniam, ſimul, quæ illi ſociæ calamitatis eſſent, Sibyllam matrem, ac tres jam adultas ſorores deportandas curavit. Hæc ex ipſis, quæ in manus noſtras inciderunt paucíſque viſa ſunt, gentis monumentis tradenda hic optimâ, qualis eſſe debet, fide exiſtimavimus.

Orientis Impp.

In Oriente tres Impp. Græci ſuo ordine imperarunt; Conſtantinus, Romanus Argyrus, & Michaël Paphlago. Conſtantinus poſt fratrem Baſilium Porphyrogenitum ab anno Chriſti M XXV. ſolus imperavit triennium, homo ἀπαίδευτος & gubernationis prorſus imperitus, voluptatibus, ignavia ac libidinibus languens, & otio effœminatus, iracundus, ſuſpicax, ad quæ omnia vitia tyrannidem quoque adjunxit. Sub hoc claſſis Saracenorum Cycladas depopulantium diſſipata eſt captis XII navibus, ſed contra Saracenos in Sicilia & Italia nihil proſpere actum eſt. Filiam habuit Zoën, quam cum imperio deſpondit & tradidit Romano Argyro, qui ut Zoën hanc duceret, priorem uxorem reliquit ac repudiavit. Sic Conſtantino defuncto in Imperio ſucceſſit hic Romanus Argyrus, homo ſexagenarius & literarum cognitione excellens, qui tamen poſt acceptam a Saracenis cladem adeo mores mutavit ſuos, ut plane in avaritiam & crudelitatem degeneraret, & immoderatis exactionibus ſubditorum facultates exhauriret. Saracenos Cycladas inſulas deprædantes duce Nicephoro Caranteco depulit, & quum apud uxorem Zoën

fœmi-

fœminam admodum impudentem & impudicam in odium veniſſet, quæ Paphlagonem quendam Michaëlem deperire cœperat, veno ab uxore propinato in graviſſimum incidit morbum, & balneum ingreſſus, uxoris & adulteri inſidiis capite in dolium aqua plenum demerſus miſerè periit, quum imperaſſet annos v. Poſt hujus obitum Zoë Imperatorem conſtituit Michaëlem Paphlagonem, cum quo vivo marito Romano conſueverat. Hic ab anno Chriſti M XXXIV, imperavit annos VIII. Princeps alias juſtus, clemens & hoſtibus formidabilis. Saracenos in Sicilia per Georgium Maniacen feliciter debellavit. Cum Calipha Ægyptio, qui templum Domini Hieroſolymis diripuerat, inducias fecit trecennales. Vehementiſſime laborare ſolitus eſt epilepſia, ad quam tandem acceſſit hydrops, qui quum ingraveſceret, Michaëlem Calaphaten ex ſorore nepotem hæredem imperii inſtituit, ipſe in monaſterium concedens.

Anno Chriſti

M XXXIX. HENRICUS III, NIGER, IMP.

Patrem Conradum filius HENRICUS, III ejus nominis, ſequitur.

Bella ab eo geſta.

Ejus bella celebrantur Bohemicum, Ungaricum, Lotharingicum & Luſaticum. Bellum Bohemicum inde eſt natum, quod Uratiſlaus Dux Bohemiæ ſpreta Imperatoris autoritate annua tributa contumaciter detrectaret, Ungaricis auxiliis fretus: ſed altero prælio victi Bohemi in ordinem coacti ſunt. Ungarico bello occaſionem dedit expulſio Petri regis è regno, facta a quibuſdam conſpirationis ſociis, quorum dux fuit Ovo quidam. Erat Petrus Stephani nepos, Ungaris propter Chriſtianam religionem, & quod crudelius haberet ſubditos, inviſus. Contra hunc igitur prodiit factio quædam duce Ovone, quam Imperator primum opera Leopoldi Marchionis Auſtriæ (qui dictus eſt Fulmen & terror Ungaricæ gentis) repreſſit, & Ovonem magna jam regni Ungarici parte exutum pacem petere coëgit. Quum vero poſtea Ovo contra fidem bellum redintegraſſet, magno prælio victus in fuga ab Ungaris obtruncatus ſcribitur: alii captum deductumque ad Petrum capitis ſupplicio mulctatum narrant. Pugnatum eſt anno Chriſti M XLIV, menſe Julio. Sed Petrus in regnum reductus quum de priſtinis moribus nihil remitteret, nec veterem Ungaricæ gentis religionem amplecti vellet, Ungarorum conſpiratione oppreſſus, & excæcatus miſerè periit, Andrea Petri cognato ab exilio ad regnum revocato. Hic igitur

Anno Chriſti

Andreas Rex Ungariæ creatus anno Chriſti MXLIX. verum Dei cultum a Stephano introductum & jam per aliquot annos neglectum reſtituit, & fratrem Belam regni conſortem fecit, tertiam ejus partem, & titulo Ducis, ipſi concedens. Bellum Lotharingicum motum eſt ex perfidia Godefridi Lotharingiæ Ducis, qui fuit filius Gozelonis, propterea quod Cæſar mortuo Gozelone Adelbertum Lotharingiæ Ducem fecerat. Hoc inique ferens Godefridus, inito fœdere cum vicino Rege Franciæ, & deinde cum Balduino Flandriæ Comite, arma ſumpſit contra Imperatorem; & quum videret ſe tanto oneri non ſufficere, in fidem Cæſaris ſeſe dare coactus eſt, ubi cuſtodiæ in arce Gibigſtein non procul a Salinis Saxonicis eſt traditus. Balduinus vero obſidibus datis pacem cum Imperatore fecit. Tandem Godefridus anno Chriſti ML. in conventu Moguntino per deprecationem Pontificis & principum gratiam Cæſaris impetravit, & è carcere dimiſſus in Italiam contra Normannos a Pontifice Leone IX adductus eſt. Bellum Luſaticum Henrico infeliciſſimum, quod rebus in Italia compoſitis ſuſceperat. Ad internecionem enim ejus exercitus cæſus eſt, ex quo in tantam animi ægritudinem incidiſſe fertur Cæſar, ut paulo poſt diem obierit ſuum, buccella panis grandiore, ut nonnulli tradunt, ſuffocatus. Nunc de rebus Italicis. Imperatore bellis domeſticis occupato in Italia & quidem in ipſa urbe Roma graviſſimas turbas ac ſeditiones concitarant de Pontificatu obtinendo tres Papæ, Benedictus IX, Sylveſter III, & Gregorius VI, quorum ſceleratam litem dirempturus Imperator Italiam adiit, & convocatâ Synodo, quam Imperatoria autoritate habuit, tribus illis monſtris pontificia ſede dejectis ſurrogavit Suidigerum (quem alii Sindigerum vocant) Bambergenſem Epiſcopum, qui deinde Clemens II eſt appellatus, iterato & confirmato vetere illo interdicto de non creando Pontifice ſine Imperatoris conſenſu; quod hoc in loco diligenter obſervandum, ut ſciatur Pontifices Imperatoribus fuiſſe ſubjectos. Clemente itaque in Pontificia ſede confirmato, Henricus jam Imperator renunciatus diſſidium quod erat inter Normannos & Longobardorum reliquias compoſuit, diſpoſitis præſidiis quæ utroſque in officio & fide continerent. Hiſce ita peractis, & Imperatore reditum in Germaniam parante, Clemens II veneno tollitur, cui ſucceſſor datus eſt Damaſus, qui

Bella ab eo geſta.

M XXXIX.

iti-

Anno Chriſti

itidem mox periit, ut Imperator ante diſceſſum ex Italia tertium Pontificem conſtituere neceſſe haberet Leonem IX. Hic Leo eſt ille Papa, qui Henricum Imp. in Germaniam ſecutus, in Synodo Moguntina Moguntino Epiſcopo, cui anteferre ſeſe voluit, cedere coactus fuit, ex quo liquido conſtat, Pontifices Romanos tum temporis nullum exercuiſſe imperium in cæteros Epiſcopos. Porro, huic Leoni in Italiam revertenti præbuit Imperator magnum exercitum Duce Godefrido Lotharingo, qui Normannorum potentiam cohiberet. Atque hæc ſunt ea quæ Henricus III in Itália egit ante bellum Luſaticum. Conſtat hinc, fuiſſe principem bonum ac egregium, hoſtibus formidabilem, & erga victos clementem, autoritatis Imperatoriæ contra Pontificum artes atque dolos acerrimum, &, ut ex ſequentibus patet, ultimum defenſorem. Uxorem habuit primo Cunegundam, Cynetonis Anglici regis filiam, quam ob adulterii ſuſpicionem repudiatam nonnulli affirmant; deinde Agnetem filiam Wilhelmi Pictavienſium Principis, ex qua ſuſcepit Henricum IV Imp. & tres filias, quarum prima Judita deſponſata eſt Salomoni filio Andreæ regis Ungariæ. Henricum filium bimum creavit Imperatorem ex ordinum conſenſu anno Chriſti MLII, quæ res occaſionem præbuit mutationibus in Germania ſecutis, & Pontificum tyrannidem mirifice extulit. Hæc ſic compendio perſtringit Guthberletus. M. XXXIX.

De Cœna Domini controverſia, & ſententia Berengarii.

Circa hæc tempora Almannus Grammaticus ex Clerico Leodienſi Epiſcopus Brixienſis, ſcripſit ad Berengarium Turonenſem, alii vocant, Archidiaconum Andegavenſem, arguens eum, quod ſe ab unitate Romanæ Eccleſiæ divulſiſſet, dogmatizando ſpiritualem Cœnæ ſententiam, corporalem oppugnans. Scripſit idem ſuper eadem re, inquit Sigebertus, ad Paulum Metenſem Primicerium Epiſtolam, eum monens ut & ipſe Berengarium communem amicum revocaret. Berengarius hujus ſcriptis nihil commotus, ſuam de myſteriis Chriſti & Orthodoxam ſententiam promulgavit, quum alii ferè omnes ſeſe ad erroneam opinionem inflecterent, & Papæ Romano adularentur. Inter quos Lanfrancus Dialecticus & Archiepiſcopus Cantuarienſis, contra Berengarium invectivas ſcripſit, refellens ſcripta ejus de corpore & ſanguine Chriſti. Berengarius ſemel & iterum in Synodos vocatus, ad eam palinodiàm in Concilio Romano co-

Anno Chriſti actus eſt, quam recitat Gratianus: & confeſſus eſt, panem & vinum, quæ in altari ponuntur (recito ipſa verba) poſt conſecrationem, non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus atque adeo etiam verum ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſenſualiter, manibus ſacerdotum tractari, frangi, fideliumque dentibus atteri. Quam hæc congruant veteri ac puriori in Eccleſia Chriſtiana doctrinæ, aut corpori Chriſti pro nobis tradito, & in cœlis regnanti, puto nec ipſis Pontificiis obſcurum. Qui ad marginem per Gloſſatorem adſcribere ſunt compulſi: *Niſi ſane intelligantur verba Berengarii, in majorem incides hæreſim quam ipſe: & ideo referas ad ipſas ſpecies.* Ergo ſi hæc ſit vera interpretatio commentatoris, manifeſtiſſime conſequitur, ab inimicis veritate confirmata, ipſum Domini corpus in veritate manibus ſacerdotum nec tractari, nec frangi, nec dentibus fidelium atteri, ſed duntaxat Sacramenti panem. Ex libro Lanfranci apparet Berengarium commiſſi in palinodiâ, & revocatione ſceleris pœnitentiam egiſſe. Et certe, qui, ut Platina teſtatur, doctrina & vitæ ſanctitate vir fuit inſignis, neglectâ per vim extortâ revocatione, poſtea ſcripſit contra Romanum Concilium, & nominatim contra Humbertum Cardinalem, cujus præſcripto revocatio in omnibus articulis conſcripta erat, & conſentientem puriori Eccleſiæ ſuam ſententiam confirmavit. Lanfrancus autem, homo Italus, ex Monacho Archiepiſcopus propter dialecticæ artis ſubtilitates, ſua ætate clarus & magnus Pontificum Romanorum Apollo, ad Berengarii ſcripta reſpondit, & poſita alternatim, ſuo & Berengarii nomine, alterutrius ſententia, diſtinxit. Idem coexiſtentiam corporis Chriſti in, ſub, vel cum pane, quam quidam tunc temporis, inter Berengarium & tranſſubſtantiatores medii, introducere conabantur, damnavit: *Chriſtum, inquit, incarnari humanæ redemptionis ratio expoſtulabat, at impanari Chriſtum nulla expetit ratio, nec Prophetæ hoc prædixerunt, nec mundus, exceptis his vaniſſimis hæreticis, credidit. Totus mundus concinit. Sicut anima rationalis & caro unus eſt homo, ita Deus & homo, unus eſt Chriſtus. Nemo autem dicit ita; Deus homo & panis unus eſt Chriſtus. Unde igitur iſtis hæc nova perſonatio?* Et poſt: *Hos impanatores ipſe Dominus Ieſus verbo oris ſui interficit, cum accipiens panem, gratiasque agens, & benedicens, ait: Hoc eſt corpus meum, non autem, in hoc latet corpus meum. Hinc & Eccleſia in Canone non orat, ut in*

M XXXIX.

De Cœna Domini controverſia, & ſententia Berengarii.

oblatione, quam petit fieri adſcriptam & acceptabilem, lateat ſeu adveniat corpus, ſed ut fiat nobis corpus Chriſti. Diſerte affirmat Lanfrancus, omnium ſcriptorum inter Tranſſubſtantiatores primus, realem corporis Chriſti, in, ſub, vel cum pane conjunctionem, nihil aliud, quam veram Chriſti impanationem eſſe, & quaſi novam quandam ipſius perſonationem, quæ verbis Chriſti non ſit conſentanea: ac proinde, ſi Nicolai Pontificis factum in Berengariana revocatione adeo vehementer placet & probatur quibuſdam conſubſtantiatoribus; certe etiam ipſius Lanfranci, quo præcipuo adverſario damnatus eſt Berengarius, cenſuram hanc non poterunt recuſare. Apparet autem & ex Guitmundo, qui ſe Lanfranci diſcipulum profitetur, quod iiſdem ferè ex magiſtro ſuo deſcriptis verbis, iſtam Chriſti impanationem exagitet, ut hæretici erroris condemnet, dicens anathema, qui talem impanatum, hoc eſt, pani in maſſæ unitatem commixtum Chriſtum annunciant, quem Apoſtoli non annunciavere. Hæc itaque tunc primi atque præcipui inter Pontificios, cum jam Tranſſubſtantiationis dogma in Romanâ Eccleſiâ inciperet ſtabiliri.

Anno Chriſti

Dogma Tranſſubſtantionis quando receptũ.

Cum imperio Henricus hic præeſſet, finitum in Anglia Danorum eſt regnum. Cujus exordia ut ſimul hic agnoſcantur, paullo altius quædam repetenda ſunt. Egbertus apud Occidentales Saxones regnans, deſtructo Cantiano regno, ſibique ſubjecto, dein & Orientalibus Saxonibus & Northumbriis quoque debellatis, regni ſui pomeria cum plurimum ampliaſſet, id totum Angliæ nomine, & omnes ſubditos ſuos Anglos dici voluit. Poſt quem magni nominis Rex fuit Alfredus Egberti ex filio nepos, & eo non minor Eduardus filius, ambo caſtigatis & repreſſis Danis, qui Egberti tempore inſulam invaſerant, & Merciam, Angliam Orientalem, & magnam Northumbriæ partem occuparant, incluti. Et hic quidem a Cantiano litore, quod Galliæ obverſum eſt, ad Scotos uſque omnia imperio ſuo ſubdita tenuit, Saxonum ſine dubio, qui ante eum fuerant, potentiſſimus, defunctus anno Chriſti DCCCCXXV, cum regnaſſet annos XXIII. Ejùs filii tres, nepotes duo, pronepotes item duo poſt ipſum regnarunt. Ex pronepotibus Etheldredus ignavia & calamitate ſua apud poſteros celebris occaſionem Suenoni Danorum regi dedit repetendæ inſulæ, & dedecoris ſuorum, qui paulo ante, quot-

M XLII.

Danorum in Anglia regnum finitum.

Ejus exordia pariter producuntur.

Anno Christi

quot in inſula deprehenſi fuerant, conjuratione Anglorum erant trucidati, eluendi. A quo regno pulſus, quanquam eodem mortuo ab amicis adjutus in regnum rediiſſet, tamen a Canuto Suenonis filio, cui pater regnum Angliæ tradiderat, ita preſſus & divexatus eſt, ut majeſtatis poteſtatiſque regiæ vix umbram tueretur. Et licet filius Edmundus patre mortuo magnæ ſpei juvenis reſuſcitaturus majorum virtutem, ac amiſſa recuperaturus videretur, tamen intra vertentem annum mortem oppetens ſpem illam ſuorum irritam reddidit. Ita Canutus Angliæ regnum ſine æmulo tenuit per annos XX, princeps egregius non Anglis minus quam Danis ſuis carus. Cœpit cum morte Edmundi anno Chriſti MXVI, obiit MXXXVI. Cui filius è concubinâ natus Haraldus ſuffragiis ordinum ſurrogatus eſt, præterito fratre legitime genito Canuto: quem poſt quartum regni annum moriens ſucceſſorem accepit. Sed nec hic biennio longius Haraldo ſupervixit, decedenſque Danorum regnum in Anglia finiit anno Chriſti MXLII, poſt initium patris Canuti ſine æmulo regnantis XXVI.

Danorum in Anglia regnum finitum.

MLII. Henrico eodem imperante Abul quidam, cognomento Texifius, origine Maurus, regnum occupavit in maritima Africa, regnîque Marochi & Feſſæ in Mauritania, hodieque celebris, primus quaſi auctor fuit. Quâ de re, vulgo minus notâ, quanquam notiſſima ſint regionum nomina, & accuratius paullo & fuſius hic nobis, aliorum diligentiam ſequutis, dicendum eſt.

Abul occupat regnum maritimæ Africæ.

Africam maritimam ab Ægypto uſque in Oceanum Atlanticum diſtinctam olim a Romanis fuiſſe conſtat in provincias majores quatuor, Cyrenaicam, Africam proprie ſic dictam, Numidiam, Mauritaniam. Hanc Romani poſteriores auctam, adjectâ non parvâ Numidiæ parte, in provincias duas diſtinxére, Cæſarienſem, maxima parte in Numidia ſitam, & Tingitanam. In Tingitana majorum & parentum noſtrorum memoria duo ampliſſima regna fuere, Marochenſe Atlantico Oceano adjacens, & Atlanti monti appropinquans, Feſſanum in Orientem magis vergens, & ad mare Mediterraneum porrectum. Illud vetuſtius, hoc recentius: utrumque ab urbibus primariis, regni capitibus, Marocho & Feſſa nuncupatum. Urbes ingentes & Europæis hodiernis majores. Marochum quondam centum millia

Tempora Regum Marochi & Feſſæ in Mauritania.

domo-

Anno Chriſti

domorum continens cum ædificiorum publicorum magno numero, portis clauſum XXIV, ſitum in longa lataque planitie, non procul ab Atlante monte: Feſſa quondam minor, ubi Bilbilis olim fuit, ad Salam fluv. cum perpetua regum ſedes eſſe cœpit, & major & ſplendidior Marocho facta, Marochenſibus frequentiſſimis Feſſam commigrantibus, compoſita ex urbibus tribus inter ſe vicinis, & prope contiguis; domus nonagies bis mille complexa cum ſplendidiſſimis & plurimis ædificiis publicis, ſacris & profanis. Marochenſe regnum Feſſano antiquius VII maximas comprehendit provincias, quarum partes quædam ipſum Atlantem montem tranſcenderunt: in quibus Suſia eſt, regio lata & fælix. Has provincias, ut reliquas Africæ ſecundum mare porrectæ regiones, multo tempore Arabes Saraceni, Caliphæ ſcilicet, & eorum duces, in poteſtate habuêre. Quorum imperii cum indigenas cœpiſſet tædere, Abul-Texifius, origine Maurus, circiter annum æræ Chriſtianæ MLII regnum arripuit in patria, ſedemque regiam Agmeti fixit. Hunc filius excepit Ioſephus, qui regnum Feſſanum, Tremezenum, Tunetanum in Africa, & Bæticum in Hiſpania, patrio regno adjecit, regnavitque annos XXXV, & filium natu majorem Halin opum ſuarum hæredem reliquit. Quo poſt ſeptimum ſceptri annum ab Alfonſo VII Rege Caſtellæ in pugna cæſo, ſucceſſit ejuſdem Ioſephi filius alter Abrahamus. Is ab homine obſcuriſſimæ conditionis everſus opes omnes cum vita perdidit. Everſor Elmuahidinus regnum ſumpſit, morienſque tradidit filio Abdul-Mumen. Huic cum ſummum ſacerdotium cum ſummo imperio per Africam tributum eſſet a populo, Marochum poſt annuam obſidionem deditum eidem fuit cum Iſaaco principe Abrahami filio: quem ipſe poteſtatis ſuæ factum manibus ſuis jugulavit. Regni fines idem ad Tripolim protulit. Eum in imperio ſecuti ſunt Ioſippus filius, & Ioſippum Iacobus Manſor, literatus ipſe & literarum promovendarum imprimis ſtudioſus, Iacobum vero Mahumeth Enaſer Iacobo natus, quem Mauri Miramilinum dixerunt, non in Africa ſolum, ſed etiam in Hiſpania potens, at hic ab Alfonſo X Caſtellæ rege ingenti ſtrage correptus. A cujus morte filii diſcordes & inter ſe armis diſceptantes occaſionem dedêre præfectis, qui Tremezenis & Tunetanis præerant, deficiendi. Quorum exemplum ſecutus Abdulacus familiæ Meri-

Marochi & Feſſæ brevis deſcriptio.

Tempora Regum Marochi & Feſſæ in Mauritania.

M LII.

Anno Chriſti M LII.

Marochi decrementum.

Tempora Regum Marochi & Feſſæ in Mauritania.

Oatazenorum Regum in Africâ origo.

nenſis, Feſſæ regnum rapuit circiter annum æræ Chriſtianæ M CC X. Hoc velut novum Feſſani regni initium: cum quo Marochum urbs cum regno cœpit conſeneſcere. Nam regni ſede Feſſæ conſtituta Marochenſes relicta urbe ſua eodem frequentes ſe habitandi gratiâ contulêre, atque ita Marochum ſenſim deſertum raros habitatores retinuit. Ex hoc Abdulaco deſcendit ejuſdem nominis alter, poſterorum ejus ultimus: quem Scirifius quidam homo turbidus & regnandi cupidus occidit. Sed ipſe viciſſim Scirifius a Saido Arzilæ præfecto vel ulturo dominum ſuum, vel regni cupidine incenſo, oppugnatus victuſque Tunetem fugere coactus fuit. Feſſæ regnum Saidus occupavit, cum ageretur annus æræ Chriſtianæ M C C C C L X X X I. Ex Saido orti fuere reges Oatazeni dicti, quorum tempore provinciæ atque urbes Africæ, autoribus præfectis ſuis deficientes, miſerrimum in modum ſunt afflictæ. Id duravit per aliquot annos, donec Scirifius alter, cognomento Haſcenes, è provincia Darienſi Numidiæ oriundus, genus ſuum ad Scirifium priorem, adeoque ad ipſum pſeudoprophetam Mahomethem referens, ſimulato religionis ſingulari ſtudio, novas in Africa res per filios ſuos, ſui ſimillimos, occœpit, regnante apud Feſſanos Oatazeno Mahomete circiter annum Chriſtianum M D X I I. Is literis egregie cultus, & magicæ diſciplinæ peritiſſimus, quibus & filios imbuerat; occaſionem parandæ potentiæ rapuit ex Luſitanis, Mauritaniam tum forte infeſtantibus, & res feliciter gerentibus. Nam contra eos primum, velut Mahometanam religionem divino ſpiritu jubente, ex voluntate regis arma ſumpſit, deinde eadem in ipſos Mauros interiores vertit, principemque Darienſis regionis peramplæ ſe conſtituit. Sed ipſe jam grandis natu a morte occupatus pertexere telam non potuit. Poſt ejus obitum, cum ex tribus filiis, quos moriens ſuperſtites reliquerat, natu maximus non diu poſt in prœlio occubuiſſet, duo reliqui, Hametes & Mahametes, iiſdem conſiliis inſiſtentes, quorum prior literariæ ſcholæ moderator fuerat, alter regis Feſſani liberos erudierat, everſo per fraudem Marochi rege, qui Feſſano tributum ſolet pendere, Marocho ſunt potiti: Hametes Marochi, Mahametes Suſiæ reges appellati. Interim, mortuo Mahamete Oatazeno Feſſæ rege, & filio ejus Hamete regnum jam adepto, Scirifii fratres in hunc tributum poſcentem armis converſis, & ingenti prœlio eo ſupe-

rato

rato ac penè fracto, exitiali bello paulo poſt ſe mutuo invaſere, cum flueret annus æræ Chriſtianæ M D XLIII. Hoc bello minor natu Mahametes majorem Hametem in conflictu captum, dimiſſumque, & in integrum reſtitutum, pauloque poſt arma rurſus moventem, denuo in prœlio cepit, & regno Marochenſi exuit anno M D XLIV. Tum bellum orſus eſt contra regem Feſſanum, eumque etiam pugna ſuperatum redegit in poteſtatem; mox eundem libertati redditum, ſed promiſſa non ſervantem armis aggreſſus, ipſam urbem Feſſam occupavit, totumque regnum Feſſanum ſibi ſubjecit anno M D XLVIII. Nec ea fortuna contentus, Numidiam per filios invaſit, urbem Tremezenam, regionis metropolim, agrumque longe lateque patentem cum oppidis pluribus ſubegit. In quo fortunæ curſu cum tres filios variis caſibus repente amiſiſſet, efferatus, Feſſanum, quem hactenus vivum ſervaverat, occidit, totamque ejus domum perſequens & evertens univerſæ Mauritaniæ, ac multarum Numidiæ regionum, dominum ſe conſtituit. Hic morti vicinus inter filios tres, quos ſuperſtites relicturus erat, ſic comparavit, ut maximus natu Abdala primum rerum potiretur, deinde ſuccederet alter Melicus, & huic tertius Munemes. Sed Abdala poſt patrem defuncto cum annus ageretur M D LXXIV, filius ejus primogenitus Mahametes Niger poſthabita avi voluntate regnum invaſit excluſis patruis. Ex quibus Melicus, cui proxima ſucceſſio debebatur, implorato fruſtra Hiſpani regis auxilio, eoque tandem a Turcarum Imperatore, ad quem confugerat, impetrato, cum ſe Niger ſævitia apud omnes ordines inviſum feciſſet, bellum illi movit, & bis ingentibus præliis victor, Feſſâ ac Marocho potitus, Rex ab omnibus certatim faventibus eſt ſalutatus. Niger profugus quærendæ gratia opis in Hiſpaniam ſe contulit ad Sebaſtianum Luſitaniæ regem, juvenem indolis ſanè eximiæ, ſed animo magis quam conſilio magnum. Qui cum precibus ejus, & cupidini gloriæ ſuæ obſecutus in Africam cum exercitu trajeciſſet, & pugnam commiſiſſet, & ipſe in pugna occubuit, & Melicus hoſtis ex morbo deceſſit, & Niger fugiens victores in flumine merſus periit, tres ſcilicet uno & eodem die, qui fuit quartus menſis Auguſti, anni æræ Chriſtianæ M D LXXVIII. Melico ſucceſſit in Mauritania & vicinis regionibus frater ejus Hametes, qui pro eo ægroto in acie dimicaverat, ut ſtatuerat pater. Qui

Anno Chriſti

Tempora Regum Marochi & Feſſæ in Mauritania.

M LII.

Anno Chriſti

cum annos aliquot latè regnaſſet, è filiis natu maximum Muhameten in carcere, alterum Eſſedanem regem Feſſæ, tertium Bufferum regem Marochi reliquit. Bufferus autem Eſſedanem regno exuit, idque ipſe occupavit, filiumque genuit Abdomelecum, ſed ante ſe extinctum. Ex cæteris geniti fuêre Abdalabejus Sceeus, obſes pro patre apud patruum, & Muhametes matre Luſitana ortus. Ex Nigro quoque dein annos aliquot ſuperſtes fuit Muleius Philippus in Hiſpania ſacris Chriſtianis initiatus, item Bufferi frater Abdala, cum eodem fratre vitam degens. De ſequutis Principibus certiora aliorum, qui eas quotidie navigant oras, teſtimonia exſpectamus. Nobis tantum certo comperta referre hic ac tradere eſt animus; & in quibuſdam deeſſe legentis exſpectationi malumus, quam imperiti vulgi ora & ancipites diverſaſque narrationes ſequi.

Tempora Regum Marochi & Feſſæ in Mauritania.

Orientis Impp.

In Oriente imperarunt Michaël Paphlago, de quo alibi diximus, Michaël Calaphates, & Conſtantinus Monomachus. Calaphates homo fuit ignobili genere natus, ſed a Paphlagone & Zoë adoptatus, cui poſt abdicationem Paphlagonis ſaltem titulum imperii nactus malam retulit gratiam, ſed cum ſuo damno. Zoën enim relegavit in inſulam monaſtico habitu; quæ tamen deinde revocata imperium cum ſorore adminiſtravit, ipſum vero Calaphatem oculis privavit, quum imperaſſet menſes IV. Exturbato igitur Calaphate, Zoë, quamvis decrepita, impotenti tamen libidine ardens, maritum ſibi delegit Conſtantinum Monomachum; cum quo non diu vixit, extincta jam ſeptuagenaria. Cœpit Monomachus imperare anno Chriſti MXLII, & imperavit annos XII, homo vitæ luxurioſæ, qui omnia gubernationis conſilia ad uxoris affectus inflexit, moribus facilis ſed effœminatus, literarum ignarus ſed literatorum amans. Bella geſſit domeſtica & externa. Domeſtica duo: unum in Epiro contra Georgium Maniacen, qui ob victoriam a Saracenis Siculis reportatam aſpirabat ad imperium, ſed uno prœlio victus Maniaces belli finem fecit; alterum contra Tornicium Leonem, quem ex vaticiniis de inſidiis ſuſpectum habuit, eumque vicit & victum oculis privavit. Externa bella geſſit contra Roxolanos & Boſſinos, quibus adeo fuit implicatus, ut Turcas Aſiam longe lateque devaſtantes neglexerit. Hinc factum ut imperante hoc Monomacho miris modis accreverit potentia Turcarum, qui oppreſſis

M LII.

Gynæcocratia in Oriente.

Inſigne potentiæ Turcarum incrementum.

in

in Perſide & Babylone Saracenis, & Græcorum viribus attritis, in anteriore Aſia regnum conſtituerunt. Magnam igitur Orientis partem Monomachus amiſit pecunia, quæ belli nervus eſt, in luxum deperdita, quum ipſe podagra enervatus bellis amplius gerendis non eſſet idoneus. Pleuritide & podagra extinctus obiit, imperio Theodoræ, conjugis Zoës ſorori, relicto. Hæc Theodora deinde, ſuaſu procerum, imperium delegavit viro Byzantino Michaëli Stratiotico, de quo poſtea dicetur. Conſtat igitur, ſub Conſtantino Monomacho maximam imperii Orientalis factam eſſe ruinam.

Anno Chriſti

Turcarū regnum in anteriore Aſia conſtitutū.

M LVI.

Henrico III. filius, & in imperio datus ſucceſſor, fuit HENRICUS IV. quinquaginta annorum potentia, & bellis plurimis, motibuſque graviſſimis, quibuſcum colluctatus eſt, celebris.

HENRICVS IV. IMP.

Hic cum admodum adhuc puer eſſet, ſtatim poſt patris exceſſum ambitioni & inſidiis ſuorum expoſitus fuit, inprimis Saxoniæ Principum. Acceſſere & Pontificum ſceleſtæ artes, inprimis Gregorii VII. cui prius Hildebrandi nomen fuerat.

Varia ejus fortuna ac bella, eorumque origines.

Bella varia geſſit ac exhauſit, ex quibus Saxonicum maxime celebratur. Ejus cauſſa & exordia paulo altius repetenda ſunt. Anno Chriſti MLVII. quum Otho Suevorum Dux & Conradus Carinthiorum rebus humanis eſſent exempti, & Henricus III hos Ducatus Bertholdo Duci Zaringiæ in Suevorum Briſgoia tradidiſſet, factum eſt poſtea, ut Henricus IV Carinthiorum Ducatum cuidam Ludolpho cognato ſuo, Suevorum vero Ducatum Rodolpho Comiti in Reinfeld (qui deinde, inſtinctu Pontificis Gregorii VII, malam gratiam Henrico retulit, imperium affectando, ut alibi dicetur) permiſerit, Bertholdo excluſo, qui variis modis de ultione cogitans non minima ſequentium turbarum cauſſa extitit. Creverat etiam ſub impubere Imperatore Saxonum licentia; quæ tandem Duce Othone, Wilhelmi Marchionis Thuringiæ ex ignobili concubina fratre, in manifeſta latrocinia prorupit: cui tamen malo Bruno & Ecberdus fratres, Marchiones Saxoniæ, copiis Imperatoris adjuti, remedium attulerunt. Et ſanè potuiſſent temporis progreſſu omnes hæ offenſiones ſanari, niſi Pontificum furor Imperio Romano fatalis acceſſiſſet, de quo paſſim Annales. Nec omni culpa vacaſſe creditur Henricus Imp. quod bona Eccleſiaſtica in notandos

Saxonū licentia in latrocinia prorumpit.

Henrici Imp. vitia.

abuſus

Anno Chriſti MLVI.

Saxones Cæſari rebelles, & qua occaſione.

abuſus converterit, Ducatus tranſtulerit, & multa contra leges & bonos mores commiſerit, quamvis alii hæc mala non tam Henrico Imp. quam illis qui ipſi præerant imputanda eſſe ſcribant. Utut ſit, Saxones hinc aſperiores redditi rebellare Cæſari quam parere maluerunt. Nec parum auctum eſt odium ex eo quod Henricus anno Chriſti MLXXIII. quædam loca in Saxonia muniiſſet, iiſque militaria præſidiaria impoſuiſſet. Hinc Saxones commoti ad defendendam patriæ libertatem, conſpiratione autore Othone Bavariæ Duce inita, in ſocietatem contra Imperatorem attraxerunt Bavaros, Turingos, Palatinum, & plures Epiſcopos, qui ſumptis armis Imperatorem Hartzburgi prope Goſlariam obſident. Sed Imperator aufugit, & poſtea auxiliis Rodolphi Suevi, Welphi Bavari, & Godefridi Lotharingici, & aliorum, ingens prœlium ad fluvium Oneſtrum, ſeu Unſtrudum, in Turingia committit, in quo victi Saxones dedere ſeſe cum omnibus Saxoniæ principibus coacti ſunt. Hac clade Saxones irritati Imperatorem apud Pontificem Hildebrandum ſeu Gregorium VII accuſarunt. Ex quo Pontifex optatiſſimam occaſionem invadendi in Imperatorem nactus, ut ſuam tyrannidem magis ſtabiliret, & ſupra Imperatoriam dignitatem ſeſe extolleret, ſub pœna anathematis Henricum vocat, ejus ſubditos juramenti religione ſolvit, & interim per Germaniam Henrici ex imperatoria ſede exturbationem urget. Omnia hæc Saxonum technis, qui ad Pontificias partes conceſſerant, fiebant; & ut Pontifex negotium hoc facilius perficeret, antea edictum, quo Imperatori poteſtas diſtribuendi & confirmandi Epiſcopatus abrogabatur, promulgaverat. De quibus plura alii. Imperator Romæ Pontificis iram lenire ſtudens domi Pontificis & Saxonum conſpiratione imperio excidit & ex Eccleſia proſcribitur; nec hoc tantum, ſed etiam contra ipſum armatur Rudolphus Suevorum Dux, qui ab Henrico maximis beneficiis erat affectus, cujus etiam ſororem Machtildem uxorem habebat, & Sueviæ Ducatum acceperat. Hic inquam armatur a Gregorio Pontif. exemplo plane novo miſſiá aureâ coroná, cum hac inſcriptione: *Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.* Hinc funeſtum &

Saxones ab Henrico Imp. vincuntur.

Saxones Henricũ Imp. accuſant apud Papam Gregoriũ VII.

Gregorius VII minatus excõmunicationẽ mandat Henrici exturbationem.

Papa Gregorius per edictum Henrico Imp. abrogat poteſtatem conferendi Epiſcopatus. Henricus Imp. excidit imperio, eique ſe opponit Rodolphus Suevus. Papa Gregorius Rodolpho Suevorum Duci mittit coronam imperialem.

triſte bellum inter Henricum Imper. & Rodolphum. Rodolphus poſt multam Papæ ſolicitationem accepto Cæſaris titulo a ſuis partibus habuit Saxones, Bertholdum Zaringiæ Ducem, Welphum, qui ab Henrico Bavariam acceperat, & magnam Epiſcoporum manum, ex quibus præcipui fuerunt Moguntinus, Colonienſis, Saliſburgenſis, Wirtzburg. Magdeburg. & Halberſtadenſis. A partibus Henrici Imp. fuerunt Rhenani & Franci, qui Duce Godfrido Bolionæo pro defenſione Imperatoris Romæ ad Pontificis pedes hærentis quantas potuere copias coëgerunt. Hoſce motus quum Imperator Romæ cognoviſſet, in Germaniam ſeſe ſumma celeritate proripit, & exercitum a ſuis conſcriptum contra Rodolphum educit, cum quo aliquot prœliis conflixit. In quarto prœlio Rodolphus profligatus & lethaliter ſauciatus dextram amiſit, quæ cum ipſi jam exſpiraturo allata eſſet, ad aſtantes Epiſcopos dixiſſe fertur: Hæc eſt dextra quæ vobis impulſoribus datam Henrico fidem violavit. Veſtræ perfidiæ teſtis eſt, de qua vobis coram Deo reddendæ erunt rationes. Accidit hoc anno Chriſti MLXXX. His ita peractis & Rodolpho deleto Imperator totam belli molem convertit in Pontificem, urbem Romam obſidet eaque anno Chriſti MLXXXIII potitur, ſed Papa Gregorius VII Salernam ad Normannos profugit, ubi mortuus eſt, & motus ſede ſua ſucceſſorem habuit Clementem III, idque Imperatoris autoritate. Sed necdum horum malorum finis eſt. Nam in Germania rebelles Imperatorem novum creant Hermannum Ducem Lucelburgenſem, qui tamen deinde a ſociis deſertus in oppugnatione quadam vel lapide è muro præcipitato, vel portæ ruina oppreſſus miſerabiliter interiit. Triſti hoc eventu nihil territus Ecbertus, Marchio Saxoniæ, imperium arripuit, & Imperatoris titulum uſurpavit amplius quinquennio, ſed in molendino quodam prope Brunſwigam a ſatellitibus Henrici circumventus & obtruncatus eſt. Erant Henrico duo filii, Conradus major natu & Henricus, qui patri in imperio ſucceſſit, & dictus eſt hujus nominis V. Illum contra patrem incitabat Urbanus II Papa ea occaſione, quod pater Henricum filium deſignaſſet Imperatorem ſe prætereito. Defecerat enim Conradus ad paternos hoſtes, Pontificem & Rogerium.

Anno Chriſti MLVI.

Bellum inter Henricũ Imp. & Rodolphũ Suevum.

Godefridus Bulionæus.

Rodolphus in quarto prælio miſerè ſuccumbit.

Henrici Imp. bellum contra Papam.

Gregorius Papa profugus moritur.

Clemẽs III. Papa.

Hermannus Dux Lucelburgicus creatur Imperator contra Henricum. Ecbertus Marchio Saxoniæ imperium accipit triſti eventu. Henrici Imp. filii excitantur contra patrem.

Anno Christi M LVI. *Henricus Imp. instinctu Papæ Paſchalis II. à proprio filio Henrico V. in extremas anguſtias redigitur.*

rium Normannorum Ducem. Sed pœnas tandem perfidiæ luit Conradus, proſcriptus a proceribus imperii anno Chriſti M C I. & Florentiæ mortuus. Henricus, alter filius, a Paſchale II Papa inſtigatur adverſus patrem: a quo pater in eas eſt redactus anguſtias, ut ſociorum auxiliis inſigni perfidia nudatus, & poſtea in conventu Moguntino a Papa Paſchale damnatus, imperio exciderit, Epiſcopo Moguntino omnia ornamenta in conſpectu filii ipſi detrahente. Tandem anno Chriſti M C V I, menſe Auguſto, mœrore animi debilitatus Leodii vitam cum morte commutavit, ad eam inopiam redactus, ut ab Epiſcopo Wormatienſi beneficium, quod præbendam vocant, petierit, nec tamen impetraverit. Cadaver toto quinquennio Spiræ extra templum in ſarcophago lapideo ſitum inhumatum, ſed poſtea, ſoluta excommunicatione, ſepultum eſt, In tam multiplicem tantamque malorum lernam optimus & fortiſſimus hic princeps Pontificiis fraudibus ac technis fuit præcipitatus; in quibus tamen omnibus amantem ſeſe patriæ & imperatoriæ majeſtatis contra Pontifices acerrimum vindicem oſtendit, & quidem poſtremum. Sequentes enim Imperatores Pontificii regni jugum ſubeuntes ſumma fœditate imperii majeſtatem inquinarunt, ac labefactarunt. Ita loquitur & judicat Guthberletus, tradita hac de re veterum optimâ, ut ſolet, fide, monumenta ſequutus. Et hæc origo eſt novæ nec uſurpatæ hactenus poteſtatis Romanorum Pontificum, ad exſcindendam penituſque evertendam legitimam & nunquam hactenus ſic concuſſam Imperatorum auctoritatem comparatæ.

Henrici Imper. miſerabilis exitus, & inſigne elogium.

M LXVI. *Normannorum Principum regni initia in Anglia ac origo, Guilielmo Notho, id jure victoriæ occupante.*

Admonet ſeries temporum ac ratio, ut de Guilielmo, Notho cognomento, Normannorum Duce, & primo ex Normannis Anglorum rege, cujus poſteri dein regnum ad noſtra uſque tempora habuere, dicamus, & id verbis Guilielmi Neubrigenſis, qui illis temporibus vixit. Sunt autem iſta, quæ Hiſtoriæ ab eo ſcriptæ Lib. 1. Cap. 1. leguntur. *Anno à plenitudine temporis quo verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis,* MLXVI. *Guilielmus cognomento Nothus, Dux Normannorum, Haraldo Regi Anglorum, vel dominandi libidine, vel cauſa ulciſcendi injurias, bellum intulit: quo Haraldo bellica ſorte abſumpto, Angliſque expugnatis atque ſubactis, Ducatui Normanniæ regnum Angliæ ſociavit. Cumque peracta victoria, tyranni nomen exhorreſcens & legitimi Principis perſonam induere geſtiens, a Stigando tunc temporis Cantuarienſi*

(a) *Epi-*

(a) *Epiſcopo in Regem ſolemniter conſecrari depoſceret: ille, viro, ut ajebat, cruento, & alieni juris invaſori, manus imponere nullatenus adquievit.* (b) *Aldredus vero Eboracenſis Archiepiſcopus, vir bonus & prudens, hoc munus implevit, acutius intelligens, cedendum eſſe tempori, & divinæ nequaquam reſiſtendum ordinationi. Denique hoc modo hominem ferociſſimum, ſpirantem adhuc minarum & cædis in populum, mitem reddidit, & religioſis pro conſervanda* (c) *Republica, tuendaque Eccleſiaſtica diſciplina, ſacramentis aſtrinxit. A quo poſtea loco patris ita colebatur, ut, cum ille cæteris imperaret, ab eo ſibi imperari æquanimiter ſineret. Contigit aliquando eundem Pontificem in quadam petitione à Rege repulſam paſſum, iratum avertere ſcapulam,* (d) *recedentem & maledicentem pro benedictione comminari. Cujus motus ille non ſuſtinens ad pedes ejus procidit, veniam petiit, ſatisfactionem ſpopondit. Cumque optimates, qui aderant, ſuaderent, ut regem proſtratum erigeret,* Sinite, *inquit,* illum jacere ad pedes Petri. *Plane in hoc & quanta fuerit ferociſſimi Principis erga Præſulem reverentia, & quanta ejuſdem Præſulis circa Principem auctoritas atque fiducia, ſatis declaratum eſt. Porro idem Rex à Stigando Cantuarienſi, ut dictum eſt, irritatus, cum vitium ordinationis ejus, & vitæ dedecora poſtea cognoviſſet, honeſtam de ipſo voluit habere ultionem. Accerſitis enim regiis litteris ad diſponendam Eccleſiam Anglicanam, Concilium in Anglia Apoſtolicæ ſedis legatus celebravit: in quo Stigandi ſceleribus patefactis, infructuoſam arborem ſecuris Canonicæ animadverſionis ſuccidit. Locum vero ſucciſæ ſuſcepit Lanfrancus, ex Monacho Beccenſi Abbas Cadomenſis, natione Longobardus, vir præter religioſæ vitæ meritum, in utraque litteratura, ſeculari ſcilicet & divina, clariſſimus. Aldredo quoque Eboracenſi ad patres ſuos appoſito Thomas ſucceſſit. Guilielmus autem, poſtquam regnum fortiter adquiſitum per annos* XXI. *nobiliter tenuit, cum jam ſub extrema ſorte decumberet, treis filios deſignavit hæredes. Et quidem Robertum primogenitum ſuum, quia paternæ pietati inofficioſus & rebellis extiterat, Ducatu* (e) *contentum eſſe voluit: ſui vero nominis filio, in quo ſibi melius complacebat, regnum Angliæ aſſignavit. Porro juniorem Henricum, cujus indolem propenſius laudabat, multa ſumma donatum bene acturum prædixit. Dormivit ergo cum patribus ſuis homo ab annis adoleſcentiæ armis acer, animo ingens, ſucceſſu felix, ſingulare Nothorum decus: ſepultuſque eſt Cadomi in monaſterio Protomartyris Stephani, quod ipſe à fundamentis extruxerat, egregieque ditaverat. In ejus vero ſepultura quiddam memorabile contigiſſe fideli narratione cognovi. Cum enim ex-*

Anno Chriſti M LXVI.

a Rectius. *MS Archiepiſcopo.*
b Al. *Aldredus.*
c *MS. publica.*
d *MS. recedentemque, maledictionem.*

Normānorum Principum regni initia in Anglia ac origo, Guilielmo Notho id jure victoria occupante.

e *MS.* addit, *Normānia.*

Anno Chriſti M LXVI.

pletâ exequiarum ſolemnitate corpus ejus in loco ad hoc præparato eſſet condendum; quidam accedens, omnipotentis Dei (g) *præcento terribiliter nomine eum ibidem ſepeliri prohibuit, Terra, inquiens, iſta* (h) *avito mihi jure competit: quam idem Rex dum monaſterium conſtrueret, violenter mihi abſtulit, nec unquam poſtea mihi ſatisfecit. Obſtupuêre omnes qui aderant, judicio Dei, ad declarandam tranſitoriæ dominationis vanitatem, actum conſiderantes. ut Princeps potentiſſimus, qui tam latè dominatus fuerat vivus, locum corporis ſui capacem ſine querela non haberet mortuus. Denique querela illa adeo movit omneis, ut prius illi cani vivo, tanquam meliori, ad votum ſatisfacerent, ac deinde circa leonem mortuum juſta complerent. Sanè* (i) *quod idem Chriſtianos innoxios hoſtiliter Chriſtianus impetiit, & tanto ſibi ſanguine Chriſtiano regnum paravit, quantæ apud homines gloriæ, tantæ* (k) *etiam apud Deum noxæ fuit. Cujus rei argumentum eſt quod à teſtibus fide dignis accepimus. In loco ſiquidem ubi* (l) *victi Angli occubuêrunt, conſtructum eſt à victoribus monaſterium nobile beati Martini de bello nuncupatum; quod ſcilicet & ad homines æternus foret Normannicæ victoriæ titulus, & ad Dominum propitiatio pro effuſione tanti ſanguinis Chriſtiani. Denique in eodem monaſterio locus ille ubi Anglorum pro patria dimicantium* (m) *maxima ſtrages facta eſt, ſi forte modico imbre maduerit, verum ſanguinem quaſi recentem exſudat: ac ſi apertè per ipſam rei evidentiam dicatur, quod adhuc* (n) *vox tanti ſanguinis Chriſtiani clamet ad Dominum de terra: quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit eundem ſanguinem de manibus fratrum, id eſt, Chriſtianorum.*

Adde & iſta Eadmeri, qui & eâdem claruit ac ſcripſit tempeſtate, quæ in ejus HISTORIA NOVORUM (ſic enim merito inſcripſit, quia inſignis tunc rerum in Anglia mutatio „facta eſt) ſtatim ſub initium Lib. 1. leguntur. Regnante in An„glia glorioſiſſimo Rege Edgaro, & totum regnum ſanctis legibus „ſtrenue gubernante, Dunſtanus Cantuariorum Antiſtes, vir totus „ex virtutibus factus, Chriſtianæ legis moderamine totam Bri„tanniam diſponebat. Hujus gravi opinione atque conſilio Rex „idem & Deo devotus extitit, & undique irruentium Barbaro„rum impetus invicta virtute debellavit, evicit, compreſſit. Pa„cem itaque dieſque felices Anglia circumquaq; obtinuit, dum „Regis iſtius & patris Dunſtani corporali præſentia potiri prome„ruit. Qui Rex cum vitæ ſuæ diem ultimum propinquum fore „ſentiret, Edwardo filio ſuo regni habenas reliquit. Succeſſor

„ergo

g al. *prætento* & melius quam *præcentor*, in edit. Antver.
h *MS. antiquo.*
i *v. c. quia.*
Normânnorum Principum regni initia in Anglia ac origo, Guilielmo Notho id jure victoriæ occupante.
k *v. c. &.*
l *v. c. multi.*
m *v. c. maximè.*
n *Expreſſit locum de nece Abel, Gene. 4.*

„ergo glorioſi patris glorioſus Edwardus, a ſancto Dunſtano „inſtitutus, regnum, quo tempore vixit, ſtrenuiſſime rexit. Ve„rum evolutis coronæ ſuæ pauculis annis impiâ ſuæ novercæ „fraude necatus, fratrem ſuum, Edelredum nomine, filium „ipſius malæ mulieris, regni quidem, ſed nullius probitatis „hæredem ſortitus eſt. Cui, quia per ſanguinem fratris ad re„gnum aſpiravit, gravi invectione præfatus Antiſtes commina„tus eſt; quod ipſe videlicet in ſanguine victurus, quod Barba„rorum incurſus atroci oppreſſione paſſurus, quod ipſum quo„que regnum innumeris atque cruentis vaſtationibus conteren„dum foret, edixit. Quæ prophetia viri Dei quam vera extite„rit, & in Chronicis, qui legere volunt, & in noſtris tribula„tionibus qui advertere ſciunt, videre facillime poſſunt, ne „dicam in iis, quæ iſtius operis ſeries per loca, veritate dictan„te, demonſtrabit.

Anno Chriſti M LXVI.

„Tranſlato igitur ad cœleſtia beato Dunſtano, è veſtigio, ut „prædixerat ipſe, Barbarorum irruptioni Anglia patuit. Regis „etenim deſidia circumcirca innotuit, & ideo exterorum cupi„ditas opes Anglorum quam mortes affectans, hac & illac, per „mare, terram invadere, & primo propinquas mari villas & „urbes, deinde remotiores, ac demum totam provinciam mi„ſerabili depopulatione devaſtare. Quibus cum ille, nimio pa„vore percuſſus, non armis occurrere, ſed data pecunia pacem „ab eis petere non erubuiſſet; ipſi ſuſcepto pretio in ſua rever„tebantur, ut, numero ſuorum adaucto, ferociores redirent, ac „præmia iteratæ irruptionis multiplicata reciperent. Unde modo „decem millia, modo ſedecim millia, modo viginti quatuor „millia, modo triginta millia librarum argenti conſecuti ſunt; „omnia eis largiente præfato Edelredo; & gravi exactione to„tum regnum opprimente. Inter iſta mala quartus a beato Dun„ſtano Alfegus, Wentanus Epiſcopus, Eccleſiam Cantuarien„ſem regendam ſuſcepit, vir ſtrenuus, & ab infantia ſua ſacra „religionis vita & habitu decoratus. Hic igitur, conſideratis „innumeris malis quibus totum regnum in immenſum devaſta„batur, inhorruit, & quibus poterat modis operam dare cœpit „quemadmodum immanitati nefandorum hominum poſſit ob„viari. Quod ipſi percipientes, & ne conſuetis quæſtibus pri„varentur, ſibi ac ſuis providentes, in ipſum acerbo odio ani-

Normannorum Principum regni initia in Anglia ac origo; Guilielmo Notho id jure victoria occupante.

 „mati

Anno Chriſti M LXVI.

,,mati ſunt. Unde vaſtata & conflagrata civitate Cantuaria, ci-,,vibuſque ejus lachrymabili per eos ſorte damnatis, Eccleſiam ,,quoque Salvatoris in ea conſiſtentem flamma conſumpſit. Ipſe ,,pater interea furentum manibus vinctus abducitur, trucidatis ,,primo coram eo penè omnibus Monachis, qui ſub ejus regi-,,mine in ipſa Eccleſia Domino Chriſto famulabantur. Inde Al-,,fegus, *naucellæ injectus, ad Grenewic vehitur &, crudeli cu-,,ſtodiæ per ſeptem menſes mancipatus, dum malignantium ini-,,quitati manus dare nullis minis victus adquieſceret, ſæviſ-,,ſima nece ab eis lapidatus occubuit. Hæc paucis commemora-,,verim non hiſtoriam texens; ſed quam veridico vaticinio Pa-,,ter Dunſtanus mala Angliæ ventura prædixerit, ſcire volentium ,,intellectui pandens. Nec hic malorum finis extitit. Acta ſunt ,,enim poſt hæc & alia per Angliam ingentia mala, ac pluribus ,,annis ſemper ſunt ſibi ipſis in deterius aucta. Inter quæ, Mo-,,naſteria quoque ſervorum & ancillarum Dei, quæ uſque in ,,quadraginta octo numero, tempore Regis Edgari per patrem ,,Dunſtanum, cooperantibus ſanctis, Oſwaldo videlicet Ebora-,,cenſi & Athelwoldo Pontifice Wintonienſi, nova ſurrexerant, ,,& magna ex parte diruta, & religio Monachici ordinis in ni-,,hilum penè redacta eſt. Tranſierunt in iſtis anni plures.

*Lego, *navicella; idem eſt quod, navicule.*

Normannorum Principum regni initia in Anglia ac origo, Guilielmo Notho id jure victoria occupante.

,, Regnante autem Edwardo, quem ex ſorore Richardi Co-,,mitis Normannorum, Imma nomine, præfatus Rex Anglo-,,rum Adelredus filium ſuſceperat, Monaſteriorum, quæ uſque ,,id temporis deſtructioni ſupererant, plurima deſtructio facta ,,eſt. Qua tempeſtate Godwinus, Cantiæ Comes, magnanimus ,,per Angliam terra marique habebatur. Hic, orto inter illum ,,& Regem gravi diſſidio, exul ab Anglia cum ſuis omnibus ,,fere judicatus eſt. Ivit itaque ad Comitem Balduinum in Flan-,,driam, & Haraldus filius ejus in Hiberniam. Hinc, Matre Re-,,gis Imma defuncta, Godwinus & Haraldus in Angliam reverſi ,,ſunt; numeroſis uterque navibus & valida militum manu val-,,latus. Quod multi principum Regis agnoſcentes, & bellum ,,hinc inde moveri horreſcentes, ut pax utrinque fieret, inſtite-,,runt. At Rex, Godwini verſutias ſuſpectas habens, reſtitit, ,,nec paci adquieſcere voluit, niſi primo quibus ſibi ſecuritas ,,pararetur obſides haberet. Vulnothus itaque, filius Godwini, & ,,Hacun, filius Suani filii ſui, obſides dantur, ac in Normannia

„Willelmo Comiti, filio ſcilicet Roberti filii Richardi fratris „matris ſuæ, cuſtodiendi deſtinantur. Quibus geſtis Godwi„nus, utpote hoſtis Eccleſiæ Cantuarienſis (nam ſeducto Edzi„no Archiepiſcopo, villam ipſius Eccleſiæ nomine Folcheſta„num ei ſurripuit) mala morte poſt breve tempus interiit, & „Haraldus filius ejus Comitatum Cantiæ patri ſuccedens obti„nuit. Is, elapſo modico tempore, licentiam petivit a Rege „Normanniam ire, & fratrem ſuum atque nepotem, qui obſides „tenebantur, liberare, liberatos reducere. Cui Rex; Hoc, inquit, „non fiet per me; verumtamen ne videar te velle impedire, „permitto ut eas quo vis, ac experiare quid poſſis. Præſentio „tamen te in nihil aliud tendere, niſi in detrimentum totius „Anglici regni & opprobrium tui. Nec enim ita novi Comi„tem mentis expertem, ut eos aliquatenus velit concedere tibi, „ſi non præſcierit in hoc magnum proficuum ſui. Aſcendit ita„que Haraldus navem, ſuo quam Regis conſilio credens, cum di„tioribus & honeſtioribus hominibus ſuis, auro & argento ve„ſteque pretioſa nobiliter inſtructis. Mare turbulentum navi„gantes exterritat, & navem undarum cumulus vehementer exa„gitat. Ejecta tandem cum omnibus quæ ferebat in Pontivum „fluvium, qui Maja vocatur, a domino terræ illius, pro ritu „loci, captivitati addicitur; & homines in ea conſiſtentes di„ligentiori cuſtodiæ mancipantur. Conſtrictus igitur Haraldus „quemlibet ex vulgo, promiſſa mercede illectum, clam ad Co„mitem Normanniæ dirigit, exponere illi quid ſibi contigerit. „At ille feſtinato per nuncios mandat Domino Pontivi, Haral„dum cum ſuis ab omni calumnia liberum ſibi quantocius mitti, „ſi priſtina amicitia ſua a modo vellet ex more potiri. Sed cum „ille hominem dimittere nollet, iterum in mandato accepit, ſe „neceſſario Haraldum miſſurum, alioquin certiſſime ſciret „Wilielmum Normanniæ Ducem armatum pro eo Pontivum „iturum. Mittit igitur virum cum ſociis, primo tamen eis quæ „meliora detulerant ſimul ablatis. Hinc ad Wilielmum Haral„dus veniens honorifice ſuſcipitur. Et audito cur patriam exie„rit, benè quidem rem proceſſuram ſi in ipſo non remaneret, „Willelmus reſpondit. Tenuit ergo virum aliquot diebus circa „ſe, & in mora illa, more prudentis, aperuit ei quod habebat „in mente. Dicebat itaque, Regem Edwardum quando ſecum

Anno Chriſti M LXVI.

Normannorum Principum regni initia in Anglia ac origo, Guilielmo Notho id jure victoriæ occupante.

Anno Chriſti M LXVI.

„juvene olim juvenis in Normannia demoraretur, ſibi inter-„poſita fide ſua pollicitum fuiſſe, quia ſi Rex Angliæ foret, jus re-„gni in illum jure hæreditario poſt ſe transferret. Et ſubdens ait: *Tu quoque, ſi mihi te in hoc ipſo adminiculaturum ſpoponderis, & inſuper Caſtellum Dofris cum puteo aquæ ad opus meum te facturum, ſororemque tuam quam uni de principibus meis dein in uxorem te ad me, tempore quo nobis conveniet, deſtinaturum, nec ne filiam meam te in conjugem accepturum fore promiſeris, tunc & modo nepotem tuum, & cum in Angliam regnaturus venero, fratrem tuum incolumem recipies. In quo regno ſi aliquando fuero tuo favore confirmatus, ſpondeo quia omne quod à me tibi rationabiliter concedi petieris, obtinebis.* Senſit Haral-„dus in his periculum undique, nec intellexit quâ evaderet, niſi „in omnibus iſtis voluntati Wilielmi adquieſceret. Adquievit „itaque. At ille ut omnia rata manerent, prolatis Sanctorum „reliquiis, ad hoc Haraldum perduxit quatenus ſuper illas ju-„rando teſtaretur, ſe cuncta quæ convenerant inter eos opere „completurum, niſi communi mortalibus ſorte præſenti vitæ „præriperetur. Iis ita geſtis Haraldus, adepto nepote, in pa-„triam ſuam reverſus eſt. Ubi vero quid acciderit, quid egerit, „Regi percunctanti narravit, Nonne dixi tibi, ait, me Wiliel-„mum noſſe, & in illo itinere tuo plurima mala huic regno „contingere poſſe. In brevi poſt hæc obit Edwardus. Juxta „quod ille ante mortem ſtatuerat, in regnum ei ſucceſſit Ha-„raldus.

Normănorum Principum regni initia, in Anglia ac origo, Guilielmo Notho id jure victoriæ occupante.

„Dein venit nuntius in Angliam a præfato Wilielmo dire-„ctus, expetens ſororem Haraldi juxta quod convenerat Wiliel-„mo & illi. Alia etiam quæ, violato ſacramento, ſervata non „erant, calumniatus eſt. Ad quæ Haroldus hoc modo fertur „reſpondiſſe, *Soror mea quam, juxta condictum, expetis, mortua eſt. Quod ſi corpus ejus quale nunc eſt vult Comes habere, mittam; ne judicer ſacramentum violaſſe quod feci. Caſtellum Dofris & in eo puteum aquæ licet neſciam cui,* ut vobis convenit, explevi. Regnum quod necdum fuerat meum quo jure potui dare vel promittere? Si de filia ſua quam debui in uxorem, ut aſſerit, ducere, agit, ſuper regnum Angliæ mulierem extraneam, inconſultis principibus, me nec debere, nec ſine grandi injuria poſſe adducere noverit.* Reverſus nuntius reſponſa retulit Do-„mino ſuo. Quibus ille auditis, iterum ei amica familiaritate „mandavit, quatenus aliis omiſſis, ſervata fidei ſponſione, ſaltem

* *Videtur deeſſe,* bono, *vel* uſui.

„filiam

,,filiam ſuam uxorem duceret; alioquin ſe promiſſam regni ſuc-
,,ceſſionem armis ſibi vindicaturum procul dubio ſciret. At ipſe
,,nec illud quidem ſe facere velle, nec hoc formidare, reſpon-
,,dit. Unde Wilielmus indignatus, magna ſpe vincendi belli, ex
,,hac Haroldi injuſtitia, eſt animatus. Parata igitur claſſe, An-
,,gliam petit, conſertoque gravi prœlio Haroldus in acie ceci-
,,dit, & Wilielmus victor regnum obtinuit. De quo prœlio te-
,,ſtantur adhuc Franci qui interfuerant; quoniam, licet varius ca-
,,ſus hinc inde extiterit, tamen tanta ſtrages ac fuga Normanno-
,,rum fuit, ut victoria, quâ potiti ſunt, verè & abſque dubio
,,ſoli miraculo Dei aſcribenda ſit, qui puniendo per hanc ini-
,,quum perjurii ſcelus Haroldi, oſtendit ſe non Dominum eſſe
,,volentem iniquitatem.

Anno Christi M LXVI.

,,Rex itaque factus Wilielmus, quid in Principes Anglorum,
,,qui tantæ cladi ſupereſſe poterant, fecerit, dicere, cum nihil
,,proſit, omitto. Qui ea victoria uſus eſt, quod fuit pridie
,,Idus Octobris, inunctus permanens. In nativitate Domini
,,unctus eſt in Regem apud Weſtmonaſterium a beatæ memoriæ
,,Ealredo Archiepiſcopo Eboracenſi, & nonnullis Epiſcopis An-
,,gliæ. Quam conſecrationem licet ipſe Rex & omnes alii opti-
,,me noſſent debere ſpecialiter fieri, & proprie a Pontifice Can-
,,tuarienſi, tamen quia multa mala & horrenda crimina prædi-
,,cabantur de Stigando, qui eo tempore ibi Pontifex erat, voluit
,,eam ab ipſo ſuſcipere, ne maledictionem videretur inducere
,,pro benedictione. Uſus ergo atque leges, quas patres ſui &
,,ipſe in Normannia habere ſolebant, in Anglia ſervare volens,
,,de hujuſmodi perſonis Epiſcopos, Abbates, & alios Princi-
,,pes per totam terram inſtituit, de quibus indignum judicare-
,,tur, ſi per omnia ſuis legibus, poſtpoſita omni alia conſidera-
,,tione, non obedirent, & ſi ullus eorum, pro quavis terreni
,,honoris potentia, caput contra eum levare auderet; ſcienti-
,,bus cunctis unde, qui, ad quid aſſumpti fuerint. Cuncta ergo
,,divina ſimul & humana ejus nutum expectabant. Quæ cuncta
,,ut paucis animadvertantur, quædam de eis quæ nova per An-
,,gliam ſervari conſtituit ponam, æſtimans illa ſcitu eſſe neceſſa-
,,ria ad cognitionem eorum, quorum cauſa maxime iſtud ſcriben-
,,di onus ſuſcepimus. Non ergo pati volebat quemquam in omni
,,dominatione ſua conſtitutum Romanæ urbis Pontificem, pro

Normannorum Principum regni initia in Anglia ac origo, Guilielmo Notho id jure victoriæ occupante.

Anno Christi M LXVI.

„Apoſtolico, niſi ſe jubente recipere, aut ejus literas, ſi primi- „tus ſibi oſtenſæ non fuiſſent, ullo pacto ſuſcipere. Primatem „quoque regni ſui, Archiepiſcopum dico Cantuarienſem ſeu „Doroberneuſem, ſi coacto generali Epiſcoporum Concilio „præſideret, non ſinebat quicquam ſtatuere aut prohibere niſi „quæ ſuæ voluntati accommoda, a ſe primo eſſent ordinata. „Nulli nihilominus Epiſcoporum ſuorum conceſſum iri per- „mittebat, ut aliquem de Baronibus ſuis, ſeu miniſtris, ſive in- „ceſto, ſive adulterio, ſive aliquo capitali crimine denotatum, „publice niſi ejus præcepto implacitaret aut excommunicaret, „aut ulla Eccleſiaſtici rigoris pœnâ conſtringeret.

Regnum Angliæ à Guilielmo Normãno ſapienter ordinatum?

Hæc illi de Guilielmo, fide digniſſimi auctores. Quomodo autem, quamque ſapienter, Rempubl. aut regnum jam victor conſtituerit, ex his, quæ exſcripta Cl. & rerum patriæ ſuæ peritiſſimo Ioanni Seldeno debemus, Eccleſiæ Lichfeldienſis Chronici MS. auctoris, poteſt conſtare; *Anno*, inquit, *Guilielmus Regni ſui quarto apud Londonias conſilio Baronum ſuorum fecit ſummoneri per univerſos Angliæ Comitatus, omnes Nobiles, Sapientes, & ſua lege eruditos, ut eorum leges & conſuetudines audiret. Et licet idem Rex Willielmus leges Northfolkiæ & Suffolkiæ, Grantbigiæ & Deiræ (ubi quondam maxima pars Danorum & Norwegenſium inhabitabant) prius magis approbaverat, & eas per totum regnum obſervari præceperat, pro eo quod omnes anteceſſores ejus, & ferè omnes Barones Normanniæ, Norwegenſes extitiſſent, & quod de Norwegia olim veniſſent; poſtea tamen ad preces Communitatis Anglorum Rex adquievit, qui deprecati ſunt, quatenus permitteret ſibi leges proprias & conſuetudines habere in quibus vixerant patres eorum & ipſi in eis nati & nutriti ſunt, ſcilicet Leges Sancti Regis Edwardi. Et ex illo die magna autoritate veneratæ, & per univerſum regnum corroboratæ & conſervatæ ſunt, præ cæteris regni legibus, leges Regis Edwardi. Quæ quidem prius inventæ & conſtitutæ fuerant tempore Regis Edgari, avi ſui. Verumtamen poſt mortem ipſius Regis Edgari uſque ad coronationem Sancti Regis Edwardi, quod tempus continet annos* LXVII. *prædictæ leges ſopitæ ſunt & penitus prætermiſſæ; ſed poſtquam Rex Edwardus in regno fuit ſublimatus, conſilio Baronum Angliæ, legem* LXVII. *annis ſopitam excitavit, excitatam reparavit, reparatam decoravit, decoratam confirmavit, & confirmata vocata eſt Lex Sancti Regis Edwardi, non quod ipſe prius adinveniſſet eam, ſed cum prætermiſſa fuiſſet & oblivioni penitus dedita à morte avi ſui Regis Edgari qui*

prius inventor ejus fuiſſe dicitur uſque ad ſua tempora, videlicet LXVII *annis. Vnde per præceptum Regis Willielmi electi ſunt de ſingulis totius Angliæ Comitatibus* XII. *viri ſapientiores, quibus jurejurando injunctum fuit coram Rege Willielmo, ut quoad poſſent, recto tramite, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinantes, legum ſuarum & conſuetudinum ſancita patefacerent, nihil prætermittentes, nil addentes, nil prævaricando omittentes. Aldredus autem Eboracenſis Archiepiſcopus, qui Regem Willielmum coronaverat, & Hugo Londonienſis Epiſcopus, per præceptum Regis ſcripſerunt propriis manibus omnia quæ prædicti Iurati dixerunt.* Adde & iſta ex vetuſtis Códicibus fideliter deſcripta. „Willielmus Dei gratia Rex Anglorum, Dux Normannorum, „omnibus hominibus ſuis Franciæ & Angliæ, ſalutem. | *Anno Christi* M LXVI.

I. „Statuimus inprimis ſuper omnia, unum Deum per to„tum regnum noſtrum venerari, unam fidem Chriſti ſemper in„violatam cuſtodiri, pacem & ſecuritatem, & concordiam, „judicium & juſtitiam inter Anglos & Normannos, Francos „& Britones Walliæ, & Cornubiæ, Pictos & Scotos Albaniæ. „Similiter inter Francos & Inſulanos, Provincias & Patrias quæ „pertinent ad Coronam, & dignitatem, defenſionem & obſer„vationem, & honorem regni noſtri & inter omnes nobis ſub„jectos per univerſam Monarchiam regni Britanniæ firmiter & „inviolabiliter obſervari. Ita quod nullus alii forisfaciat in nullo, „ſuper forisfacturam noſtram plenam. | *De Religione & pace publica.*

II. „Statuimus etiam, ut omnes liberi homines fœdere & „ſacramento affirment, quod intra & extra univerſum regnum „Angliæ (quod olim vocabatur regnum Britanniæ) Willielmo „ſuo Domino fideles eſſe volunt, terras & honores illius fide„litate ubique ſervare cum eo, & contra inimicos & alienige„nas defendere. | *De fide & obſequio erga Regem.*

III. „Volumus autem & præcipimus ut omnes homines, „quos nobiſcum adduximus aut poſt nos venerint, ſint ſub pro„tectione & in pace noſtra per univerſum regnum prædictum; „& ſi quis de illis occiſus fuerit, dominus ejus habeat intra „V dies homicidam ejus ſi poterit, ſin autem, incipiat perſol„vere Nobis XLVI marcas argenti quamdiu ſubſtantia domini „illius perduraverit. Ubi vero dominus defecerit, totus Hun„dredus in quo occiſio facta eſt communiter ſolvat quod re„manet. | *De Normanni ſeu Frãcigenæ cade.*

Anno Chriſti MLXVI.

I V. „ Et omnis Francigena,qui tempore Edwardi propinqui „noſtri fuit in Anglia, particeps conſuetudinum Anglorum,quod „ipſi dicunt *Anklote* & *Anſcote*, perſolvat ſecundum legem An„glorum.

De jure Normānorum qui, ante adventū Guilielmi, cives fuerant Anglicani.

V. „ Volumus etiam ac firmiter præcipimus & concedimus, „ut omnes liberi homines totius Monarchiæ regni noſtri præ„dicti habeant & teneant terras ſuas, & poſſeſſiones ſuas bene „& in pace, libere ab omni exactione injuſta, & ab omni Tal„lagio ; ita quod nihil ab eis exigatur vel capiatur niſi ſervi„tium ſuum liberum, quod de jure nobis facere debent & fa„cere tenentur ; & prout ſtatutum eſt eis & illis a nobis datum „& conceſſum jure hæreditario in perpetuum per Commune „Conſilium totius regni noſtri prædicti.

De Clientelari ſeu Feudorum jure, & Ingenuorum immunitate.

V I. „ Statuimus etiam & firmiter præcipimus,ut omnes Ci„vitates, & Burgi, & Caſtella, & Hundredi, & Wapentachia, „totius regni noſtri prædicti, ſingulis noctibus vigilentur & cu„ſtodiantur in gyrum pro maleficiis & inimicis, prout Viceco„mes & Aldermanni, & Præpoſiti, & cæteri Balivi, & Miniſtri „noſtri melius per Commune Conſilium ad utilitatem regni pro„videbunt.

De Nocturnis Cuſtodiis.

V I I. „ Et quod habeant per univerſum regnum menſuras „fideliſſimas & ſignatas, & pondera fideliſſima & ſignata, ſicut „boni prædeceſſores ſtatuerunt.

De Menſuris & ponderibus.

V I I I. „ Statuimus etiam & firmiter præcipimus,ut omnes „Comites, & Barones, & Milites, & Servientes, & univerſi „liberi homines totius regni noſtri prædicti habeant & teneant „ſe ſemper bene in armis & in equis,ut decet & oportet; & quod „ſint ſemper prompti & bene parati ad ſervitium ſuum inte„grum nobis explendum & peragendum, cum ſemper opus af„fuerit, ſecundum quod nobis de feodis debent & tenementis „ſuis de jure facere, & ſicut illis ſtatuimus per Commune Con„ſilium totius regni noſtri prædicti, & illis dedimus & conceſſi„mus in feodo jure hæreditario. Hoc præceptum noſtrum non „ſit violatum ullo modo ſuper foriſfacturam noſtram plenam.

De Clientum, ſeu Vaſſalorum, præſtationibus.

I X. „ Statuimus etiam & firmiter præcipimus, ut omnes li„beri homines totius regni prædicti ſint fratres conjurati ad Mo„narchiam noſtram & ad regnum noſtrum, pro viribus ſuis & fa„cultatibus, contra inimicos pro poſſe ſuo defendendum & viri-

Vt Iura Regia illæſa ſervare pro viribus conentur ſubditi.

„liter

Anno Chriſti M LXVI.

„liter ſervandum, pacem & dignitatem Coronæ noſtræ integram obſervandam, & ad judicium rectum & juſtitiam conſtanter omnibus modis, pro poſſe ſuo, ſine dolo & ſine dilatione, faciendam. Hoc decretum ſancitum eſt in civitate London.

Ne venditio & emptio fiat niſi coram teſtibus & in civitatibus.

X. „ Interdicimus etiam, ut nulla viva pecunia vendatur aut ematur niſi intra civitates, & hoc ante tres fideles teſtes, nec aliquam rem vetitam ſine fidejuſſione & warranto, quod ſi aliter fecerit ſolvat, & perſolvat & poſtea forisfacturam.

De emporiis, & jure urbium pagorũque nova melioris.

XI. „ Item nullum mercatum vel forum ſit, nec fieri permittatur, niſi in civitatibus regni noſtri, & in Burgis, & in Murovallatis, & in Caſtellis, & in locis tutiſſimis, ubi conſuetudines regni noſtri, & jus noſtrum commune & dignitatis Coronæ noſtræ, quæ conſtituta ſunt a bonis prædeceſſoribus noſtris, deperiri non poſſunt nec deſiderari, nec violari, ſed omnia recte & in aperto, & per judicium & juſtitiam fieri debent. Et ideo Caſtella, & Burgi, & Civitates ſita ſunt & fundantur & ædificantur, ſcilicet, ad tuitionem gentium & populorum regni & defenſionem regni, & idcirco obſervari debent cum omni libertate & integritate, & ratione.

De purgatione forenſi in judiciis publicis.

XII. „ Decretum eſt etiam, ut Francigena appellaverit Anglum de perjurio aut murdro, furto, homicidio, Ran, quod dicunt apertam rapinam, quæ negari non poteſt, Anglus ſe defendat per quod melius noverit aut judicio Ferri aut Duello. Si autem Anglus infirmus fuerit, inveniat alium qui pro eo faciat. Si quis eorum victus fuerit emendet Regi XL ſolid. Si autem Anglus Francigenam appellaverit & probare voluerit judicio aut duello, volo tunc Francigenam purgare ſe ſacramento non fracto.

Firmãtur leges Edwardi Regis.

XIII. „ Hoc quoque præcipimus, ut omnes habeant & teneant legem Edwardi Regis in omnibus rebus, adauctis his quas conſtituimus ad utilitatem Anglorum.

De juſtitiæ publicæ fidejuſſoribus.

XIV. „ Omnis homo, qui voluerit ſe teneri pro libero, ſit in plegio ut plegius eum habeat ad juſtitiam ſi quod offenderit. Et ſi quiſquam evaſerit talium, videant plegii ut ſolvant quod calumniatum eſt, & purgent ſe quia in evaſo nullam fraudem noverint. Requiratur Hundredus & Comitatus (ſicut anteceſſores ſtatuerunt) & qui juſte venire debent & noluerunt, ſummoneantur ſemel; & , ſi ſecundo non veniunt, accipiatur unus

Anno Christi M LXVI.

,,bos, & ſi tertio, alius bos, & ſi quarto, reddatur de rebus ,,hujus hominis quod calumniatum eſt, quod dicitur *Ceapgyld*, ,,& inſuper Regis forisfactura.

De Servis & eorum manumiſſione.

XV. ,, Et prohibemus, ut nullus vendat hominem extra pa- ,,triam. Si quis vero velit ſervum ſuum liberum facere, tradet ,,eum Vicecomiti per manum dextram in pleno Comitatu, & ,,quietum illum clamare debet à jugo ſervitutis ſuæ per manu- ,,miſſionem, & oſtendat ei liberas vias & portas, & tradat illi li- ,,bera arma, ſcilicet lanceam, & gladium; deinde liber homo ,,efficitur.

De Servis.

XVI. ,, Item, ſi ſervi permanſerint ſine calumnia per annum ,,& diem in civitatibus noſtris, vel in Burgis, in muro vallatis, vel ,,in caſtris noſtris, a die illa liberi efficiuntur: & liberi a jugo ,,ſervitutis ſuæ ſint in perpetuum.

De ſuppliciorū modo.

Morte atrocius ſuppliciorum genus in Anglia nunc receptum.

XVII. ,, Interdicimus etiam, ne quis occidatur vel ſuſpen- ,,datur pro aliqua culpa, ſed eruantur oculi & abſcindantur ,,pedes, vel teſticuli, vel manus, ita quod truncus remaneat vi- ,,vus in ſignum proditionis & nequitiæ ſuæ. Secundum enim ,,quantitatem delicti debet pœna maleficis infligi. Iſta præcepta ,,non ſint violata ſuper forisfacturam noſtram plenam. Teſti- ,,bus, &c.

Nec prætereundum hic quod habet Henricus Bractonius, priſcus apud Anglos Juriſconſultus, de Forinſeco ſervitio quod ſcilicet ii præſtant qui, in ſubditorum clientela eo nomine fundum poſſidentes, Dominorum ſuorum perſonam in officiis, maxime militaribus, Regi præſtandis induunt: quod, ut ſcribit ille, *dicitur Regale ſervitium, quia ſpectat ad Dominum Regem & non ad alium, & ſecundum quod in Conqueſtu fuit adinventum*. Ad Guilielmi hujus tempora eum reſpexiſſe palam eſt. Victoriam enim ejus, vocabulo barbaro, *Conqueſtu*, præciſe olim ut hodie ſignabant.

Guilielmus Normānus quare Conqueſtor dictus.

Nonnullæ aliæ ſunt ejuſce leges apud Matthæum Pariſium, Henricum Huntingdonienſem, alios, quas, quoniam ſunt cuique obviæ, prætermittimus. Sed caveant interim lectores ne a Polydoro ejuſque ſequacibus in hiſce fallantur. Indiligentia enim ſua deceptus quaſdam Guilielmo velut Autori tribuit quas vetuſtioribus Saxonici Imperii temporibus certiſſimum eſt deberi; quaſdam etiam quæ demum poſt aliquot a Guilielmo elapſa ſæcula natæ ſunt.

Sed

Sed oblitus hactenus præſtiti a Guilielmo Rege juramenti, quo veteribus Anglorum decretis etiam generatim obſervandis ſe obſtrinxit, non intempeſtive hic Matthæi Pariſii ea de re verba ſubjungo. Vitas conſcripſit ille Cœnobiarcharum D. Albani. In Fretherici autem Cœnobiarchæ vita, qui nempe vir ſtrenuus & conſtans, Haraldi Regis non minus devicti quam regnantis nomen ſibi chariſſimum retinens, reluctantibus poſtmodum Anglis Auſtralibus, ut Aldredus Antiſtes Eboracenſis Aquilonaribus, ſe ducem fortiter, at fruſtra, præbuit, varia partium ſtudia narrans; *Videntes*, inquit, *Angli, rem agi pro capitibus, plures convocando exercitum numeroſum ac fortiſſimum conflaverunt, præficientes ſibi Edgarum ſpecioſiſſimum & fortiſſimum, in cujus ſinu tota ſpes repoſita fuit Angligenarum; unde in Anglia tale exiit eulogium* Edgar Etheling Engelondes Dereling. *Fuit autem inter omnes Anglos Dux & Promotor efficaciſſimus Abbas S. Albani, Fretheričus, tanquam vir generoſus, opibus & viribus non mediocriter formidabilis. Cœpit igitur Rex vehementer ſibi timere ne totum regnum, quod tanti ſanguinis effuſione adquiſierat, turpiter amitteret etiam trucidatus. Archiepiſcopi igitur, ſcilicet Lanfranci, prudentia feliciter eruditus, mitius cœpit agere cum regni primatibus, ea quæ pacis ſunt humiliter rogitando, & ſerena facie vocavit eos ad pacem ſed ſubdolam, ſicut rei ſeries finaliter clarius patefecit. Occurrerunt igitur Angli memorati, nil mali cogitantes, in regimine & ducatu Abbatis Fretherici apud* Berckhamſtude; *ubi poſt multas deceptationes, præſente Archiepiſcopo Lanfranco, Rex pro bono pacis juravit ſuper omnes reliquias Eccleſiæ Sancti Albani; tactiſque Sacroſanctis Evangeliis, minante juramentum Abbate Fretherico, bonas & adprobatas antiquas leges quas ſancti ac pii Angli e reges ejus anteceſſores & maxime Rex Edwardus ſtatuit, inviolabiliter obſervare. Et ſic pacificati ad propria læti receſſerunt.*

Eodem hoc anno Sigefridus Moguntinus, & Guntherus Babenbergenſis, & Otto Ratiſbonenſis, & Guilielmus Trajectenſis, Epiſcopi, multo cum ſuorum comitatu ex Germania, ſtudio videndi terram, quam Sanctam vocant, inprimis Hieroſolymam, & proxima Hieroſolymæ, peregrinabantur. Neque ejus ego rei hic mentionem injicerem, niſi ex iis initiis deinde quaſi natæ eſſent celebres illæ Chriſtianorum in Europa Principum expeditiones, quibus ſtudium id unicum erat, armatâ manu Terram Sanctam recuperandi, & Chriſtiano nomine plane indignum

Anno Chriſti | *Iuramentũ, quo ſe Anglis, & obſervandis antiquis eorum legibus, Guilielmus Normãnus obſtrinxit.* | M LXVI. | *Initia & origo expeditionum Chriſtianorum ex Europa in Terrã Sanctam.*

Anno Christi M LXVI.

videbatur, eas regiones a Barbaris & Chriſtianorum hoſtibus poſſideri. Trademus autem hæc verbis graviſſimi auctoris *Hiſtoriæ Germanorum*, qui & ea ipſa vixit tempeſtate, & eaſdem quoque oras tunc luſtravit. Prædicti, *inquit*, quos memoravimus, „Epiſcopi Hieroſolymam pergentes, dum magnitudinem opum „ſuarum gentibus, per quas iter habebant, inconſultius oſtentarent, ultimum ſibi periculum conſciverunt, niſi rem humana „temeritate prolapſam divina miſericordia reſtituiſſet. Nam Barbaros, qui ex urbibus & agris ad ſpectandos tam illuſtres viros „catervatim profluebant, primo peregrini cultus ac magnifici „apparatus ingens miraculum, dein, ut fit, non minor prædæ „ſpes ac deſiderium, cepit. Itaque cum tranſita Licia fines Saracenorum introiſſent, & jam a civitate, cui Ramulo nomen „eſt, una vel paulo plus manſione abeſſent, proximo Paraſceve „ante Paſcha, circa tertiam diei horam, incurſionem paſſi ſunt ab „Arabitis; qui comperto tam inſignium virorum adventu, undique ad ſpolia diripienda frequentes armatique confluxerant. „Plerique Chriſtianorum religioſum putantes, manu ſibi auxilium ferre, & ſalutem ſuam, quam peregre proficiſcentes Deo „devoverant, armis corporalibus tueri, prima ſtatim congreſſione proſtrati, vulneribus multis confecti, & omnibus quæ habebant a filo ſubteminis uſque ad corrigiam caligæ exſpoliati „ſunt. Inter quos Wilhelmus quoque Trajectenſis Epiſcopus „brachio penè plagis debilitato nudus ac ſemivivus relictus eſt. „Cæteri Chriſtiani jactu lapidum, quod genus teli forte locus „ipſe affatim miniſtrabat, non tam periculum propulſabant, „quam mortem, quæ præſens urgebat, differre conabantur. Pedem etiam paulatim ſubtrahendo, ad villam declinabant, quæ „ab ipſo itinere ſpatio mediocri diſtabat. Capharnaum hanc „fuiſſe ex ſimilitudine vocabuli conjiciebant. Quam ut ingreſſi „ſunt, Epiſcopi omnes atrium quoddam occupant humili ſeptum maceria & tam fragili, ut, etiam ſi nulla vis adhiberetur, „ſolâ vetuſtate facile corrueret. In cujus medio domus erat, cœnaculum habens ſatis editum, & ad repugnandum quaſi ex induſtria præparatum. Hujus ſuperiora Epiſcopus Moguntinus „& Babenbergenſis cum Clericis ſuis, inferiora cæteri Epiſcopi „ſibi vendicant. Laici omnes ad arcendam vim hoſtium, & maceriam defendendam, impigre diſcurrunt, & primam quidem

Initia & origo expeditionum Chriſtianorũ ex Europa in Terram Sanctam.

„certa-

„certaminis procellam lapidum jactu, ut prædictum eſt, ſuſti-„nuere. Dein cum Barbari magnam telorum nubem in caſtra „conjeciſſent, & ipſi plerumque impreſſione in eos facta cly-„peos & gladios manibus eorum vi extorſiſſent, non ſolum jam „maceriam tueri ſufficiunt, ſed portis etiam interdum erumpere, „& pugnam cominus laceſſere audent. Quorum impetum cum „Arabes nullo jam loco, nulla acie ſuſtinere poſſent, conſilium „tandem a tumultuaria congreſſione ad obſidionem vertunt, & „inedia atque laſſitudine conficere aggrediuntur, quos ferro ex-„pugnare non poterant. Itaque multitudinem, qua ſuperabun-„dabant, conglobatis ſcilicet circiter XII millibus, partiuntur, „ut alii aliis viciſſim ad oppugnationis ſtudium ſuccedentes, nul-„lam illis vel paululum reſpirandi copiam facerent, ſuſpicantes „quod propter inopiam rerum omnium, quibus vita humana ſu-„ſtentari ſolet, dimicandi laborem non diu tolleraturi forent. „Ita Chriſtiani toto Paraſceve, toto Sabbato ſancto uſque ad ter-„tiam ferè horam Paſchalis diei ſine intermiſſione oppugna-„bantur, nec eis hoſtilis improbitas vel modicum temporis „punctum, quo ſaltem ſomni perceptione corpora recrearent, „indulgebat. Nam nec cibum nec potum, mortem præ oculis „habentes, deſiderabant, & ſi magnopere deſideraretur, quod „ſumerent omnium inopes non habebant. Cumque die tertio „labore & inedia exhauſti ad extremum perveniſſent, & fortia „plerumque conatos virtus jejunio infracta fruſtraretur, quidam „ex numero Preſbyterorum exclamavit, non recte eos agere, „quod in armis ſuis plus quam in Deo ſpei ac roboris ponerent, „& calamitatem in quam eo permittente incidiſſent, propriis vi-„ribus propulſare conarentur; propterea placere ſibi, ut ſe de-„derent, præſertim cum triduana jam abſtinentia militaribus „rebus eos inutiles prorſus reddidiſſet; non eſſe Deo difficile, „ut deditis eis & ab hoſte ſub jugum miſſis miſericordiam præ-„ſtaret, qui ſuos toties etiam in ultima neceſſitate concluſos mi-„rabiliter liberaſſet. Ut hoc quoque inferret, Barbaros nequa-„quam propter ipſos occidendos tanto molimine graſſari, ſed „ut pecunias eorum auferrent, quibus ſi potiti fuiſſent, liberos „eos deinceps intactoſque ſine vi, ſine moleſtia abire paſſuros. „Placuit conſilium omnibus, ſtatimque ab armis ad preces verſi, „per interpretem, ut in deditionem acciperentur, orabant. Quo

Anno Chriſti M LXVI.

Initia & origo expeditionum Chriſtianorum ex Europa in Terrã Sanctam.

Anno Chriſti M LXVI.

„competto dux Arabum citato equo in primos advolat, & cæ-
„teros quidem longius ſummovet, cavens, ne temere admiſſa
„multitudine præda confuſe diſtraheretur. Ipſe decem & ſeptem
„honoratiſſimos gentis ſuæ ſecum aſſumens, caſtra ingreſſus eſt
„potentia, relicto ad portas præſidii cauſa filio ſuo, ne quis forte
„prædæ avidus poſt ſe non vocatus irrumperet. Cumque admo-
„tis ſcalis in cœnaculum, ubi Moguntinus & Babenbergenſis
„Epiſcopi latitabant, cum paucis aſcendiſſet, Babenbergenſis Epi-
„ſcopus, cui, licet junior ætate eſſet, tamen propter virtutum
„prærogativam & totius corporis admirandam dignitatem præ-
„cipuus a cunctis honor deferebatur, rogare eum cœpit, ut o-
„mnibus quæ haberent uſque ad noviſſimum quadrantem ſublatis
„nudos ſe abire fineret. Ille & victoria elatus, & præter inge-
„nitam morum barbariem accepta quoque tot congreſſionibus
„clade nimium efferatus, ait ſe adverſus eos jam triduo non ſine
„grandi damno exercitus ſui ea mente bellum geſſiſſe, ut ſuis
„conditionibus erga victos uteretur, non quas ipſi conſtituiſ-
„ſent; ne ergo falſa ſpe eluderentur, ſe omnibus quæ haberent
„ſublatis carnes eorum comeſturum & ſanguinem bibiturum.
„Nec moratus, linteum, quo caput more gentis obvolverat,
„expediens, facto vinculo in collum Epiſcopi injecit. Epiſco-
„pus, ut erat vir liberalis verecundiæ, & maturæ admodum
„gravitatis, ignominiam non ferens, tanto niſu pugnum ei de-
„dit in faciem, ut uno ictu conſternatum ad pavimentum uſque
„præcipitem daret, vociferans inſuper, prius eum pœnas pro
„impietate daturum, quod impuras manus in ſacerdotem Chri-
„ſti profanus & idololatra mittere præſumpſiſſet. Irruunt proti-
„nus alii clerici & laici, & tam huic quam cæteris, qui in cœ-
„naculum aſcenderant, adeo artis nexibus manus a tergo con-
„ſtringunt, ut ſanguis pleriſque rupta cute per ungues, proflue-
„ret. Perlato audacis facti indicio ad eos qui in inferiori parte
„domus conſiſtebant, ipſi quoque his qui apud ſe erant Arabum
„Principibus idem faciunt. Dein laici omnes ſublato in altum
„clamore, vocatoque in auxilium ſibi omnium rerum opifice
„Deo, rurſus arma capeſſunt, maceriam occupant, præſidium
„quod circa portas erat, conſerta manu fundunt fugantque, &
„ſic alacres, ſic innovatis inopino ſucceſſu viribus ubique rem
„peragunt, ut nihil laſſitudinis, nihil incommodi ex triduana

Initia & origo expeditionum Chriſtianorũ ex Europa in Terram Sanctam.

„eis

„eis inedia & labore acceſſiſſe putares. Alacritatem tantam re„pente ex trepidis rebus & ultima deſperatione coortam nimium „admirati Arabes, nec aliam novitatis hujus cauſam ſuſpicati, „quam quod de Principibus ſuis ſumptum fuiſſet ſupplicium, „infeſtiſſimis animis in pugnam ruunt, & facto grege per arma, „per viros in caſtra perrumpere parant. Et acta res foret, niſi „mature orto conſilio Chriſtiani vinctos eo loco Principes ſta„tuerent, ubi atrociſſima vis hoſtium & creberrimus telorum „imber incumbebat, appoſito ſuper capita eorum ſpiculatore, „qui diſtrictum in manibus gladium tenens clamitabat per in„terpretem, Niſi ab oppugnatione quieſcerent, non armis ſe „adverſum eos, ſed Principum capitibus dimicaturos. Tum ipſi „Principes, quos præter vinculorum acerbitatem, imminens „quoque cervicibus gladius vehementer angebat, cum magno „ejulatu ſuos obteſtabantur, ut moderatius agerent, ne obſtinate „certamen hoſtibus inferentes, eos ad ſupplicium necemque „ſuam, cum inciſa ſpes eſſet veniæ, inflammarent. Patris peri„culo attonitus filius ducis Arabum, quem ad portam atrii a „patre cauſa præſidii relictum ſupra memoravi, citato gradu in „confertiſſimos ſuorum cuneos ſe dedit, & furentis exercitus „impetum, voce & manu increpitans, retinuit, & tela in ho„ſtes jacere prohibuit, quæ non hoſtes, ut ipſi putarent, ſed „Principes ſui propriis pectoribus excepturi forent. Per hanc „occaſionem paululum ab armis & incurſionibus vacatione „data; nuncius venit in caſtra ad Chriſtianos, miſſus ab his qui „in paraſceve omnibus amiſſis nudi & ſaucii uſque Ramulo per„tenderant. Is amaritudine & metu confectis mentibus ma„gnum attulit refrigerium, indicans Ducem prædictæ civitatis, „licet paganum, divino tamen, ut putabatur, inſtinctu anima„tum cum ingentibus copiis ad ipſos liberandos advenire. Nec „latere potuit Arabitas advenientium hoſtium fama. Statimque „omnes, averſis ab aliorum oppugnatione, ad ſe ipſos ſalvan„dos, cogitationibus, præcipiti fuga quo quemque ſpes eva„dendi vocabat dilabuntur. In ea trepidatione dum alii ad alia „curanda diſcurrerent, unus vinctorum evaſit, opera uſus Sar„raceni cujuſdam, quem ducem itineris Chriſtiani habebant, „tanto omnium dolore, tanto gemitu, ut ab eo cujus indul„gentia dimiſſus fuerat, vix manus inhiberent. Nec multo poſt

Anno Chriſti M LXVI.

Initia & origo expeditionum Chriſtianorū ex Europa in Terram Sanctam.

Anno Chriſti M LXVI.

„Dux ipſe, ut nunciatum fuerat, cum exercitu advenit, paci„ficeque in atrium a Chriſtianis ſuſceptus eſt, ſuſpenſis tamen „omnibus inter ſpem & metum, ne forte non ſublata calami„tas, ſed hoſtis tantum mutatus eſſet, & propter novitatem rei „difficile credentibus, quod Satanas Satanam ejicere, hoc eſt, „paganus paganum ab infeſtatione Chriſtianorum cohibere „vellet. Primo omnium vinctos ſibi præſentari juſſit. Quos „cum aſpexiſſet, & quæ facta fuerant ordine audiſſet, maxi„mas Chriſtianis gratias egit pro magnifice geſtis rebus & expu„gnatis Reipubl. acerrimis hoſtibus, qui regnum Babylonium „jam per multos annos aſſiduis populationibus infeſtaſſent, & „magnas plerumque adverſum ſe inſtructas acies commiſſo cer„tamine obtriviſſent. Traditos eos cuſtodibus Regi Babylonio„rum vivos ſervari præcepit. Ipſe accepta a Chriſtianis quanta „convenerat pecunia ſecum eos Ramulo perduxit. Inde adhi„bito eis expeditorum juvenum præſidio, ne qua denuo latro„num incurſione periclitarentur, uſque Hieroſolymam eos per„duci juſſit. Nihil deinceps difficultatis in eundo, nihil in re„deundo perpeſſi, Liciam pervenerunt, gratias Deo referentes „quod emenſis tot rerum aſperitatibus vivos eos & incolumes „in tutum reſtituiſſet. Ex hoc per Chriſtianorum fines reditum „facientibus omnia cedebant ex ſententia.

Initia & origo expeditionum Chriſtianorū ex Europa in Terram Sanctam.

M LXXXVI.

Regum Bohemorum origo & ſeries.

Uratiſlaus, Ducum Bohemiæ vigeſimus, Rex Bohemiæ creatus eſt ab Henrico IV. Imp. anno Chriſti MLXXXVI. Moguntiæ in comitiis. Sed nec frater ejus, qui ſucceſſit, nec filii deinde titulum regium uſurparunt. Nepos vero Uladiſlaus tributum ſibi a Friderico I. Imp: reſumpſit. Poſt eum Primiſlaus III. Rex dictus a Philippo Imperat. Friderici filio, & deinceps Primiſlaus prioris filius IV, & hujus frater Ottocarus V. Auſtriæ occupator, hoſtis Rodolphi I. Imp. Poſt quem Wenceſlai duo, filius & nepos, prior cognomento Sanctus, alter ultimus regum ac principum hujus ſtirpis & ſanguinis Bohemici, vi ſuorum Olomutii in Moravia interemptus anno Chriſti MCCCVII. A cujus cæde cum regni fortuna incerta fluctuaſſet aliquandiu, tandem obvenit Iohanni Lucelb. filio Henrici VII Imperatoris per nuptias cum Eliſabethâ, cæſi ſorore, contractas: cujus virtute regnum ampliatum, Sileſiâ totâ ei adjectâ. Succeſſit ei in Gallia in ſtrage exercitus perempto filius Carolus IV. Imp. Caroloque

Sileſia cum Bohemiæ regno conjuncta.

filius

filius Wenceſlaus, & huic frater Sigiſmundus, uterque imperio potitus: quorum poſterior Ungariæ quoque Rex ex vita deceſſit anno Chriſti M CCCC XXXVII, cum Bohemiæ regnum duraſſet in domo Lucelburgica per annos plus minus C XXX. A Sigiſmundo devenit ad generum ejus, una cum Ungaria & diademate imperii, Albertum Auſtriacum: ab eo ad filium minorennem Ladiſlaum. Ladiſlao ante nuptias mortuo Georgius Boiebradius Bohemus ſurrogatus regnum tenuit annos ferè XIV. Poſt hunc Uladiſlaus Caſimiro Poloniæ rege genitus: dein filius ejus Ludovicus Ungariæ ſimul & Bohemiæ Rex, a Turcis cæſus anno MDXXVI. Quo tempore regnum utrumque arripuit Ferdinandus Archidux Auſtriæ, Ludovici ſororius, morienſque reliquit Maximiliano filio Imp. ejus nominis II, & is Rudolpho primogenito ſuo itidem Imp. ejus nominis II, a quo abſtulit adhuc vivo frater Matthias, qui & regno & imperio quoque potitus eſt. Stetit regnum Bohemiæ a primi regis Uratiſlai coronatione ad finem Wenceſlai à ſuis Olomutii occiſi, poſtremi proſapiæ veteris Bohemicæ, annos circiter CCXX.

Anno Chriſti M LXXXVI.

Regum Bohemorum origo & ſeries.

De Tartaris, & primo eorum rege, cui Cinchis nomen, eumque ſequutis, hic mihi dicendum eſt. De Tartarorum imperio, quod in vetere Scythia trans Imaum montem ad Oceanum Scythicum & Eoum immani ſpatio ante aliquot ſæcula patuit, qui certi aliquid ante avorum & proavorum noſtrorum memoriam ſcripſere, duo præcipui ſunt, Marcus Paulus Venetus, & Haithonus Armenius, regio Armeniorum ſtemmate natus, penè coævi. Venetus cum patre & patruo anno Chriſti MCCLXXIV. domo profectus itinere terreſtri in Tartariam contendit, & in ipſam metropolim maximi illius imperii, adeoque in Imperatoris Cublai, quem Cabilonem Armenius vocat, aulam pervenit, totoſque annos XVII in ſumma familiaritate cum ipſo Imperatore, quemadmodum & pater & patruus, ibidem vixit, & partem Reipublicæ quoque in regno Mangi ſæpe geſſit, tandemque incolumis cum ſuis per Indiam regioneſque intermedias domum rediit. Armenius, quæ in ipſorum Tartarorum commentariis aut annalibus legit, quæque ab Haithono Armeniæ rege patruo ſuo (ſic enim ſcribendum pro avunculo, ut eſt in Barbara verſione Latinâ, arbitror) narrante, quæ in ipſa regia Imperatoris Tartarici, cui nomen Mango, viderat, fecerat, cogno-

M LXXXVII.

Principum Tartarorum origo & ſeries.

Anno Christi

verat, & poſterorum nomine conſignaverat, intellexit, partim etiam quibus agendis ipſe interfuit rogatus a Chriſtianis Europæis, in literas retulit. Ambo fidi autores. Ex his igitur diſcimus, Tartaros (populum quondam obſcurum) partim in varias hordas quas vocant, quæ ſunt imperia quædam minora, per Sarmatiæ & Scythiæ Europææ & Aſiaticæ regiones, diſtinctos etiam tum fuiſſe, partim immenſum terrarum tractum in extrema Scythia ad Oceanum Eoum uſque, quam Imao monte a Meridie in Septentrionem aſſurgente ab interiore Ptolemæus ſeparat, impleſſe, alieno imperio ac tributo quondam obnoxios. Hoc Marcus Paulus tradit circiter annum Chriſti M C LXXXVII. ſui generis regem ſibi elegiſſe, Cinchim nomine, & jugum Bulgianum excuſſiſſe, inſigni victoria contra hoſtem in campis Tenduccanis parta, inſtitutis quoque & legibus bonis gentem excoluiſſe, & occupatis pluribus regionibus imperium vaſtum in regna aut provincias plures diviſum conſtituiſſe: vocatumque eſſe magnum Chanem, id eſt, ſummum Imperatorem, aut regem regum, ut & ſucceſſores ejus poſt eum; horumque majeſtatem cæteros Principes aut Imperatores Tartaricos comiter obſervaſſe & coluiſſe. Haithonus hunc primum Chanem Changium nuncupat. Huic in imperio ſucceſſiſſe ſcribit idem Marcus Paulus Cui dictum, & poſt eum Barchim, quartum vero fuiſſe Allan, quintum Mongu, ſextum Cublai proxime præcedentis fratrem; in cujus aula vixit ipſe hic ſcriptor. Eum imperare cœpiſſe affirmat anno Chriſti M CC LVI, principem multis ac magnis virtutibus inſtructum, Chriſtianæ religionis a Latinis diſcendæ peravidum per hoſpites Venetos a Pontifice Romano doctores erudiendo populo petiiſſe: potiſſimam imperii ejus latiſſime patentis regionem aut provinciam fuiſſe Cathai, quolibet regno majorem, & ut plurimum ſedem regiæ ſuæ habuiſſe duabus in urbibus maximis & ſplendidiſſimis, Cyandu a ſe condita, quam Ions vocat Haithonus, & Cambalu Cathainiæ regionis metropoli antiqua, formæ quadratæ, in ambitu milliarium Italicorum XXIV, exceptis XII ſuburbiis ſingulis ante ſingulas portas, mercatorum & advenarum frequentia celebribus, ſita velut in centro non ſolum provinciæ ejus, ſed etiam totius Tartarici imperii; illam ab eo habitari ſolitam tribus menſibus æſtivis, hanc totidem menſibus hybernis, ob ſitum in Boream aut

Principum Tartarorum origo & ſeries.

M LXXXVII.

Au-

Auſtrum vergentem. Eundem Cublai ait, præter provincias alias complures ſubactas, bello invaſiſſe & occupaſſe regionem feliciſſimam & ampliſſimam Mangi cum metropoli Quinſai, terrarum orbis urbe maxima, factumque eſſe omnium ante ſe Imperatorum Tartaricorum longe potentiſſimum, ac porro perveniſſe, bellando & vincendo ad Oceanum Meridionalem, ingreſſum eſſe Ciambam provinciam Indiæ finitimam, Bengalam tenuiſſe, Japoniam inſulam, & Javam majorem appetiviſſe, minoris partem poſſediſſe: ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe nepotem ex filio primogenito Temur dictum. Atque his addit Haithonus, qui Cobilam eum nuncupat, duraſſe imperium ejus annos XLII, defunctoque ſucceſſiſſe filium Tamor (is ſine dubio eſt Temur ex filio nepos, ſucceſſor a vivente deſtinatus.) & ſedem regiæ habuiſſe in urbe Ions a patre Cobila extructa: nec quicquam de eo amplius. Ex his vero connexis cognoſcitur Cobilam vel Cublai deceſſiſſe, & nepotem cœpiſſe circiter annum Chriſti MCCXCVIII, cum ſtetiſſet imperium hoc ab initio Cinchis per annos quaſi CX. Liquet etiam a Tartaro Cublai in arctum redactas eſſe res ampliſſimas Sinarum, aut prorſus everſas: (Mangi enim regnum latiſſimum & maximum, & quæ porro provinciæ ab eo porriguntur in Oceanum Auſtrinum Sinarum ditionis fuêre:) & tamen Tartaris rurſum ſubmotis, Sinas, quorum nunc immenſæ propè opes ſunt, fortunam priorem recuperaſſe. Verum quo modo & tempore id ſit factum, nobis eſt adhuc incertum. Quanquam eſſe non neſciam, qui de tempore aliquid affirment, conjiciantque eum eventum in annum Chriſti plus minus MCCCLXXX, poſt caſum Sinarum anno quaſi CX. Haithonus unum de numero Imperatorum Tartaricorum in iis recenſendis ſubtrahit. Nomina eorum ſic format, atque hoc ordine recitat; Changius Chan (is eſt Marco Paulo Cinchis) primus; Hocota Chan, Changii filius, ſecundus; Guino Chan, Hocotæ filius, tertius, quem dicit brevis vitæ in imperio fuiſſe, Mango Chan, conſanguineus prioris, quartus; Cobila Chan (hic eſt Cublai) anteceſſoris frater, quintus, quem ipſe quoque ait, omnium latiſſime dominatum eſſe. Demum Tamor Chan ſextus. Tradit vero idem Haithonus, præter hordas in Scythia & Sarmatia, de quibus dixi, alia quoque regna ejuſdem gentis velut propagines imperii illius magni in majore Aſia fuiſſe conſtituta. Inter ea

Anno Chriſti

Principum Tartarorum origo & ſeries.

M LXXXVII.

regnum

Anno Chriſti regnum fuit Cumaniæ ab Hocotæ filio ſecundo genito, cui Baido nomen, vaſtatore totius Ruſſiæ, Poloniæ, Sileſiæ, Auſtriæ, Ungariæ conditum. Fuit item id, quod in Mediâ, Aſſyriâ, Meſopotamiâ, Syriâ effulſit, ſed duravit haud diu. Ejus ortus ab Haolono fuit, Imperatorum duorum Mango & Cobilæ fratre. Hic enim a fratre priore Mango, cum is rerum potiretur, auxilio miſſus cum valido exercitu Haithono Armeniæ regi, qui ipſe ſe hujus rei gratiâ in Tartariam contulerat, injuriâ affectus gravioraque metuens a Saracenis, Perſidem, Babylonem, Meſopotamiam, Aſſyriam, Mediam tenentibus, Saracenos latè vicit, Perſiam totam cepit, Babylonem & Calypham redegit in poteſtatem, Chriſtianis, quantum potuit, toto eo tractu bene fecit, (Chriſti enim religionem cum fratre Mango cœperat profiteri) in Ægyptum contra Soldanum illic regnantem tendens, allato jam nuncio de fratris Imperatoris morte, & altero fratre Cobila in locum ejus ſurrogato, in itinere ex morbo interiit anno Chriſti MCCLXIV. Hunc excepit filius Abaga, ductoque in Ægyptum exercitu Soldanum ſuperavit, atque in ordinem coëgit. Poſt Abagam vita functum anno MCCLXXXII. ſecutus in imperio eſt frater ejus Tangador, qui perſuaſus a Saracenis, quibus utebatur familiariter, deſerta religione Chriſtiana Mahumetiſmum eſt amplexus, & Mahumet dici circumciſus voluit: quem niſi maturè ſuſtuliſſet Deus, maximam calamitatem Chriſtianiſmus accepiſſet. Ei ſucceſſit Argonus Abagâ natus anno MCCLXXXV, & Argono poſt triennium ipſius germanus Regayto vir impius, religionem omnem ſuſque deque habens, mortuus anno Chriſtiano MCCXC. Cui ſurrogatus eſt ex cognatis Baydo, princeps religioni Chriſtianæ inprimis deditus: Baydonem Caſanus Argoni filius circiter annum MCCCX regno dejecit, Chriſtiani quoque nominis ſtudioſus; qui rerum potitus per annos XL magnis rebus in Syria potiſſimum contra Ægypti Soldanum & alios Saracenos geſtis tandem a præfecto quodam ſuo circumventus fortunam primum in Syria, mox & vitam amiſit, fratremque Cagabandam ſucceſſorem habuit. Is patri diſſimillimus, præter ſpem abjectâ religione Chriſtianâ, Mahometiſmo initiatus multa mala patravit, ac abalienatis a ſe plerorumque ſuorum animis Tartarorum res in iſta Aſiæ parte evertit, atque hinc familiæ Ottomannicæ, inde Gempſæ & Parthis creſcendi

Principum Tartarorum origo & ſeries.

M LXXXVII.

occa-

occaſionem præbuit. Hæc fortunæ converſio facta putatur circiter annum Chriſti MCCCL, poſt Haoloni initium & Calipham Babylone everſum anno quaſi XCII, poſt mortem magni Chan Cinchis, conditoris imperii Tartarici in regione Cathai, CLXIII.

Anno Chriſti M LXXXVI.

Claromontenſe in Gallia Concilium.

Factum in eo decretum de recuperandâ Terra, quam vocant, Sanctâ.

Urbano II. Pontifice in Romana cathedra ſedente factum decretum eſt in Concilio Galliæ Claromontenſi de Terra Sancta recuperanda, & ſub ditionem Chriſtianorum, adeoque Eccleſiæ Romanæ redigenda. Quid eâ in re conſilii Pontifici ſederit, facile ex eo colligitur, quod Occidente quaſi omni, in Principibus certe rerum, in Orientem navigante, & vacuum ſe ambitioni avaritiæque Pontificum Occidens aperiret, &, exhauſtis ejuſmodi expeditionibus Principum ſubjectorumque opibus, impares poſthac eſſent ad frænandam domandamque eamdem & avaritiam & ambitionem. Et tamen hæc Bella Sacra appellantur. Certe contra divinæ diſpenſationem providentiæ ſuſceptam hanc fuiſſe a Chriſtianis expeditionem, vel ex certiſſimo Chriſti oraculo ac vaticinio conſtat, quo ſignificaverat urbem Hieroſolymam penitus & funditus eſſe exſcindendam; ne, ſcilicet, poſt adventum veri & tam diu, tantiſque patrum deſideriis exſpectati veri Meſſiæ, Domini noſtri Ieſu Chriſti, Iudæis ſupereſſet auctoritate Dei conſacratus hactenus locus, in quo ſolo eorum ſacra & ſacrificia præcipua, quæ Chriſto, ſed qui jam venerat, proluſerant, peragi debebant & celebrari. Sacrum igitur hoc bellum, recuperandæ Hieroſolymæ cauſſa indictum, nemo prudens dixerit, cum adverſum fuerit apertæ & diſertiſſimis verbis ſignificatæ divinæ voluntati.

Artes ex in re & deſtinationes Pontificum Romanorum notatæ.

Dux expeditionis hujus Godefridus Bulionæus.

Dux militiæ aut expeditionis hujus Godefridus Bulionæus fuit, Lotharingiorum Princeps.

M XCVII.

Res ab eo geſtæ.

Primo impetu in ipſo Aſiæ aditu celebratiſſima urbs Nicæa a Chriſtianis expugnata eſt. Et mox, ſuccedentibus jam pro voto rebus, quadriennii quaſi ſpatio, reliquæ Aſiæ provinciæ, & Lycaonia, & Cilicia, & Syria, & Meſopotamia Comagena, perdomitæ ſunt, Turcis magnis prœliis aut cæſis paſſim aut fugatis.

Hieroſolyma capta à Chriſtianis.

Tandem ipſa Hieroſolyma capta eſt, ejectis Saracenis, qui eam paullo ante Turcis pulſis, in ditionem ſuam redegerant.

Anno Chriſti M XC.X.

Regni Chriſtianorum Hieroſolymitani origo.

Rebus iſtis feliciter adeo geſtis, Godefridus Bulionæus Rex Hieroſolymorum publica Chriſtianorum acclamatione tandem dictus eſt. Sed anno proxime ſequuto obiit, hæredemque regni habuit fratrem Balduinum. Hæc origo eſt Hieroſolymitani Chriſtianorum regni in Oriente; ſed quod octo tantum regibus manſit, duravitque annos LXXXVIII. quibus exactis per diſſidia Chriſtianorum ad Saracenos rediit, Saladino, Ægypti Suldano, urbem Hieroſolymam capiente, cum Fredericus, Barbaroſſa cognomento, de quo mox dicemus, Occidentis imperio præeſſet.

Cæterum de brevi hoc, & nato prope pariter ac exſtincto, Hieroſolymitano Chriſtianorum in Oriente regno, ejuſque origine ſimul & occaſu, omnia una quaſi in pagella aut tabula, ut & alibi in aliis factum eſt, nobis hic exhibenda ſunt. Hieroſolyma poſt excidium poſterius in ruinis jacuit ad eandem ab Adriano Imp. inſtauratam per annos circiter LVII. Inſtaurata autem quanquam a Romanis mutato nomine vocata ſit Ælia Capitolina, tamen apud Iudæos & Chriſtianos vetus nomen retinuit. Sed obſcurior manſit uſque ad imperium Conſtantini Magni, qui inſigni templo illic ſtructo, & loco ob memoriam Servatoris noſtri honorato, clariorem & frequentiorem fecit. Dein cum tempore majora quoque incrementa cepit ſub Imperatoribus Romanis uſque ad annum Chriſti Dionyſianum DCXV, quo capta eſt a Coſröe rege Perſarum & miſerrimum in modum afflicta, ac penè ſine habitatore relicta: qui annus ab inſtauratione Adrianæâ fuit CCCCLXXXVIII, a deſolatione Veſpaſianæâ DXLV, imperante Conſtantinopoli Heraclio. Cujus operâ ac ſtudio cum ſe recollegiſſet, anno Chriſti DCXXXVI a Saracenis Orientem tunc vaſtantibus occupata, & ſordibus Mahometanis fœdata, eorundem Saracenorum imperio ac libidini obnoxia manſit per annos CCCCLXIII. In cujus temporis fine a Chriſtianis Europæis, Principe Godefrido Bullionæo Lotharingiæ duce, recuperata eſt exterminatis Saracenis anno Chriſti MXCIX. ipſis Eidibus Julii, novoque regno illic inſtituto, idem Godefridus primus Rex declaratus, coronâ ſpineâ inſignitus eſt die XI Kalend. Auguſti. Quo ex hac vita abrepto, anno proxime ſequente MC frater ejus Balduinus ſucceſſor ei datus fuit. Regnum vero illud non ſolum Palæſtinam & Iudæam, ſed optimam quoque & maxi-

Regum Hieroſolymitanorum ſyllabus.

mam partem reliquæ Syriæ comprehendit. Balduino I defuncto alter ejuſdem nominis ſurrogatus fuit anno Chriſtiano MCXVII prid. Kalend. April. qui captus a Turcis in prœlio, & poſt XVIII menſes, datis obſidibus, libertati redditus magnis cladibus hoſtes affecit, & regnum feliciter ampliavit: mortuuſque anno MCXXXI ſucceſſorem accepit Fulconem Andegavenſem. Fulco cum regnaſſet annos XI & bimeſtre ac dies aliquot, locum filio dedit Balduino III anno Chriſtiano MCXLII, medio menſe Novembri. Et iis regno potitus annis XX cum trimeſtri hæredem & ſucceſſorem reliquit fratrem ſuum Almericum, qui bello Ægyptum invaſit, & Saracenis Damiatam ac Peluſium ademit, defunctus anno regni XI, Chriſti MCLXXIII, die V Eid. Iulii: in cujus locum venit Balduinus IV ejuſdem filius, natus tum annos XIII. Hic leprâ infectus cum liberos non gigneret, ex voluntate ordinum hæredem regni inſtituit moriturus Balduinum V adhuc puerum, è ſorore ſua natum, curæ Comitis Tripolitani commendatum. Sed eo quoque ſtatim poſt avunculum defuncto, vitricus ipſius Guido Luſignanus regnum invaſit anno Chriſtiano MCLXXXIV, indigniſſime id ferente Comite Tripolitano. Unde diſcordia inter regni proceres orta, Saladinum Saracenum Ægypti regem potentiſſimum, qui aliquot ante annos dominum ſuum Calipham in Ægypto interemerat, ac regnum invaſerat, in Palæſtinam attraxit. Ille vero occaſionem rapiens non regionem ſolum depopulatus eſt, ſed ipſam metropolim, regni caput, Hieroſolymam expugnatam Chriſtianis ademit. In qua calamitate nihilominus placuit reliquiis Chriſtianorum de regni jure inter ſe contendere, & ſcindi in partes: actumque tum ſine dubio de omni fortuna eorum fuiſſet, niſi ex Germania, Gallia, Anglia, Italia, Pannonia, quo fama calamitatis pervolarat, auxilia opportuna & frequentia alia poſt alia adveniſſent, quæ curſum victoriarum Saladini inhibuêre, & Ptolemaida, aliaſque regni partes Chriſtianis reſtituerunt. Interim & factiones durarunt in Palæſtina, & Saladinus, terror Chriſtianorum, è vita deceſſit, & regni faſtigium anno Chriſti MCCXVII ad Ioannem Brennenſem Gallum, virum imprimis fortem, delatum eſt, ac Tyri corona ei impoſita, & ab eodem anno ſequenti Damiata Ægypti obſeſſa captaque, Hieroſolyma tamen in poteſtate Saracenorum manente, culpa præcipue ambitioſiſſimi legati Papalis, per quam

Anno Chriſti

M XCIX.

Regni Chriſtianorũ Hieroſolymitani occaſus.

Anno Chriſti

Damiata etiam rurſum amiſſa. Poſtremo Fridericus II Imperator, ducta in uxorem Iole filia Ioannis Brennenſis, qui auxilii rogandi cauſa in Italiam venerat, ac jure regni Hieroſolymitani in dotem accepto, in Palæſtinam profectus terrore exercitus ſui eo compulit Soldanum Saracenorum, ut Hieroſolyma decederet. Ita ipſe cum ſuis urbem ingreſſus anno Domini MCCXXIX, die XV Kalend. April. ſolenni ritu, gaudentibus Chriſtianis omnibus, qui in Aſia erant, ſolum fremente Romani Pontificis factione, corona regia eſt ornatus. Sed eadem urbs Hieroſolyma poſt annos XVI, cum flueret annus æræ Chriſtianæ MCCXLIV, a Soldano Babylonio rurſus Chriſtianis extorta: eodemque illo anno, menſe Octobris, Chriſtiani ingenti prœlio in Palæſtina victi, propeque deleti fuêre, vivente tum adhuc, & imperante Friderico II. verum intra vertentem annum poſt hanc cladem extincto. Nec tamen propterea iidem ſeſe deſeruerunt freti oppidis compluribus, quæ adhuc tum illic, tum in reliqua Syria & vicinis regionibus tenebaur. In quo numero Antiochia, Tyrus, Sydon, Berytus, Ioppe, Cæſarea, imprimiſque Ptolemais in ipſo littore cum percommodo portu ſita: in qua Veneti & Genuenſes ac Piſani præcipuum emporium mercium Orientalium conſtituerant, multo tempore concordes inter ſe: ſed anno Chriſti MCCLX. cum rupta concordia iidem in bellum exarſiſſent, grave detrimentum rebus Chriſtianis intulêre. Noſtrorum quippe concordia res ipſorum debiles, diſcordia hoſtium validæ factæ, & Ægypti Soldanus Bondegar audacia ſumpta anno Chriſti MCCLXVIII Syriam cum exercitu percurrit, loca plurima cepit, Chriſtianos ubique afflixit, in Armeniam quoque impetum dedit, multaque ibidem vaſtavit: inde reverſus Antiochiam, urbium Syriæ quondam maximam, tum fuga prope deſertam invaſit, diruit, peneque excidit. Anno autem ſequente ad reparandam fortunam ex Europa magni exercitus in Palæſtinam profecti, in quibus Eduardus Angliæ regis frater & Ludovicus IX Galliæ Rex cum fratribus in Africa Saracenos aggreſſus, labores & impendia perdidêre. Nam & Gallum cum fratribus duobus magnamque exercitus ejus partem peſtis ad Carthaginem abſumpſit, & Anglum fruſtranea expectatio Galli, qui ſe in Syriam ſecuturum cum exercitu promiſerat, & diſcrepantia peregrinorum conſilia nulla confecta re domum redire compulerunt.

Regni Chriſtianorū Hieroſolymitani occaſus.

M XCIX.

Factum

Anno Chriſti

Factum quadriennio ante quam Rudolphus Habſp. Imperator in Germania deſignaretur, & interregnum exitiale finem caperet. Inde, novis armorum tumultibus inter reges & principes Europæ ortis, non potuêre nova auxilia laborantibus in Syria, atque adeo inter ſe quoque diſſidentibus, ſubmitti. Quâ occaſione Soldanus Ægypti anno Chriſti MCCXC. cum maximo exercitu Tripolim Paleſtinæ invaſit, cepit, excidit, infinitam multitudinem Chriſtianorum trucidavit; Tyrum, Sidonem, Berytum ſimili modo oppreſſit, & evaſtavit. Eodemque anno ad obterendos penitus Chriſtianos Europæos in Syria, totâque Aſia ſubmovendos, Soldanus Babylonius in Palæſtinam cum exercitu CL millia armatorum vertit in Ptolemaida, quæ ſola operibus & præſidio bene munita Europæis erat reliqua: atque eam bimeſtri obſidione cinctam, deſertam tandem a præſidiariis diffugientibus, occupavit & funditus evertit, ut ne reliquiæ urbis ullæ ſupereſſent. Hic finis regni fuit Hieroſolymitani ab Europæis conditi: quod ab urbe a Godofrido Bulionæo capta ad hanc cladem Ptolemaidis duravit annos CXCI. Qui cladi huic ſuperfuêre Chriſtiani, in Cyprum, in qua tum Guido Luſignanus Gallus regnabat, & partes maritimas Ciliciæ, a noſtris adhuc habitatas, & Armeniam Chriſto adhuc parentem confugiebant.

Finis regni Hieroſolymitani, ab Europæis Chriſtianis conditi.

MCVI.

Henrici IV. exceſſus.

Obiit Henricus hic IV. ejus nominis, uti & ſupra memoravimus, mutationum ac viciſſitudinum, quæ ſe offerunt in hominum, etiam maximorum Principum, rebus, ſingulare exemplum; ut & ſingularis ac inuſitatæ hactenus conſtantiæ in defendendo imperii ac imperantium jure adverſus eos, qui Romanæ cathedræ impoſiti, neſcio quo titulo, everſum id penitus deletumque volebant. Ejus rei æternum apud poſteros monumentum erunt ipſius Henrici aliquot Epiſtolæ; quæ & in manus noſtras incidere, & digniſſimæ quoque viſæ ſunt, quæ hic legerentur.

Ejuſdem Epiſtolæ, quibus de Romani Pontificis immani tyrannide queritur.

HENRICUS DEI GRATIA REX, ANNONI, COLONIENSI ARCHIEPISCOPO, GRATIAM, SALUTEM, DILECTIONEM.

I. „ In maximis negotiis maximis maximorum opus eſt „conſiliis, qui & facultatem habeant exterius, & voluntate non „ careant interius, ut rei, cui bene cupiunt, bene conſulere

Anno Christi

„& velint & poſſint. Quia in cujuſlibet rei profectu, nec fa-„cultas ſine voluntate, nec voluntas ſine facultate proderit. „Quod utrunque tu fideliſſime, ut arbitramur, æqualiter poſſi-„des, vel, ut verius dicamus, licet maximo tibi maxima non „deſit facultas, major tamen adhuc maxima facultate (ſi te „bene novimus, ſi fidem tuam diligenter notavimus) in noſtram „& regni utilitatem exuberat voluntas. De præteritis enim fi-„deliter exhibitis in futuris creſcit ſpes fidelius exhibendis. Tuæ „autem dilectioni committimus ne ſpes noſtra major ſit fide „tua: quia de nullius regni principum vel Epiſcoporum fide-„litate, quam de tua, majora ſperamus: ſicut hactenus non „modo in præteritarum rerum exhibitione, verum etiam in „ſperandarum promiſſione tua gaviſi ſumus. Adſit igitur hoc „tempore opportuna tua cum facultate voluntas, quam non „modo noſtra, verum & omnium Epiſcoporum fratrumque „tuorum, imo totius oppreſſæ Eccleſiæ exoptat neceſſitas. Non „etiam hanc oppreſſionem ignoras, tantum vide ne oppreſſæ „Eccleſiæ te ſubtrahas, ſed regno & ſacerdotio condoleas. Quo „utroque ſicut hucuſque Eccleſia eſt exaltata, ita nunc heu! hu-„miliatur viduata. Nam unus dum utrunque ſibi vendicavit, „utrunque diſſipavit; nec in uno profuit, qui in neutro pro-„deſſe voluit, nec potuit. Et ne diutius notati nomine te ſu-„ſpendamus, accipe quem dicimus, Hildebrandum ſcilicet, „Monachum habitu quidem, dictum Apoſtolicum, non paſto-„ris cura ſed invaſoris, violentia Apoſtolicæ ſedi præſidentem, „& de ſede pacis Catholicæ, pacis unitæ vincula diſſipantem, „ut tibimet in promptu eſt ſcire. Ut enim de pluribus pauca „referamus, regnum ac ſacerdotium Deo neſciente ſibi uſur-„pavit, in quo piam Dei ordinationem contemſit, qui non uno „ſed in duobus duo, id eſt, regnum & ſacerdotium principali-„ter conſiſtere voluit: ſicut ipſe Dominus Salvator in paſſione „ſua de duorum gladiorum ſufficientia typica intelligi innuit. „Cui cum diceretur: Ecce Domine, duo gladii hic; reſpon-„dit, Satis eſt: ſignificans hac ſufficiente dualitate ſpiritualem & „carnalem gladium in Eccleſia eſſe gerendum, quibus omne „nocivum foret amputandum, videlicet ſacerdotali ad obedien-„tiam regis pro Deo, regali vero gladio ad expellendos Chri-„ſti inimicos exterius, & ad obedientiam ſacerdotii interius,

M C VI.

Henrici Imp. Epiſtolæ, quibus in Pontificis Romani tyrannidem acriter invehitur.

„omnem

„omnem hominem docens fore caſtigandum : Ut ita de alia in „aliam charitate tenderetur : dum nec regnum ſacerdotii, nec „ſacerdotium regni honore privaretur. Hanc Dei ordinatio- „nem qualiter Hildebrandica inſania confuderit, tu ipſe noſti, „ſi ſcire voluiſti. Nam nullum ejus judicio licet eſſe ſacerdotem, „niſi qui hoc a faſtu ſuo emendicaverit. Me quoque, quem „Deus in regnum, non autem illum vocavit ad ſacerdotium, „quia me de Deo, & non de illo regnare velle vidit, quia ipſe „me regem non conſtituit, regno privare ſtuduit, minitans re- „gnum animamque mihi tollere, quorum neutrum conceſſit. „Hæc & iis ſimilia cum ſæpius in noſtram, ut ipſe noſti, con- „tumeliam ſtruxerit, non tamen adhuc ſufficere credit, qui de „die in diem nova exquiſita confuſionis genera nobis ingerit, ut „in noſtris nunciis noviter argumentum dedit. Nam charta ex- „ponere non ſufficit, qualiter eoſdem noſtros nuncios tractave- „rit, quam indignis modis affecerit, quam crudeliter eoſdem „incarceraverit, & carceratos nuditate, frigore, fame, ſiti ac „plagis contriverit, ſicque demum ad exemplum per medium „civitatis circumductos omnibus ſpectaculum præbere juſſerit, „ita ut eundem cum Decio tyranno inſanire, & ſanctos aſſare „credas & dicas. Unde ne pigeat, chariſſime, communi no- „ſtrum, ſcilicet meæ & coëpiſcoporum tuorum petitioni ſatis- „facere, ut in Pentecoſte Wormatiam venias, & ibi plura, quo- „rum pauca docet chartula, cum cæteris audias principibus, & „quid agendum ſit, doceas: rogatus per dilectionem coëpiſco- „porum, monitus per Eccleſiæ utilitatem, obligatus per vitæ „noſtræ & regni totius honorem.

Anno Christi M C VI.

Henrici Imp. Epiſtolæ, quibus in Pontificis Romani tyrannidem acriter invehitur.

HENRICUS NON USURPATIVE, SED PIA DEI ORDINATIONE REX, HILDEBRANDO NON JAM APOSTOLICO, SED FALSO MONACHO.

II. „Hanc talem pro confuſione tua ſalutationem prome- „ruiſti, qui nullum in Eccleſia ordinem prætermiſiſti, quem „confuſionis non honoris, maledictionis non benedictionis, „participem non feceris. Ut enim de multis pauca & egregia „loquamur, rectores Sanctæ Eccleſiæ, videlicet Archiepiſco- „pos, Epiſcopos vel Preſbyteros non modo non tangere, ſicut „Chriſtos Domini, non timuiſti, quin ſicut ſervos, neſcientes

„quid

Anno Chriſti

„quid faciat Dominus eorum, ſub pedibus tuis calcaſti: in„quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparaſti, „quos omnes nihil ſcire, te autem ſolum omnia noſſe judicaſti: „qua utique ſcientia non ad ædificationem ſed ad deſtructionem „uti ſtuduiſti: ut jure hoc beatum Gregorium, cujus nomen „tibi vendicaſti, de te credamus prophetaſſe dicentem ſic: Ex „affluentia ſubjectorum plerunque animus prælati extollitur: „exiſtimat ſe plus omnibus noſſe, cum ſe videt plus omnibus „poſſe. Et nos quidem hæc omnia ſuſtinuimus, dum Apoſto„licæ ſedis honorem conſervare ſtuduimus. Sed tu humilitatem „noſtram timori fore intellexiſti: ideoque in ipſam regiam po„teſtatem, nobis a Deo conceſſam, exurgere non timuiſti, quam „a nobis auferre auſus es minari: quaſi nos a te regnum acce„perimus: quaſi in tua & non Dei manu ſit regnum vel impe„rium. Quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus nos ad regnum, te „autem non vocavit ad ſacerdotium. Tu enim his gradibus „aſcendiſti: ſcilicet aſtutia & fraude, quodque monachica pro„feſſio abominatur, pecunia favorem, favore ferrum, ferro „ſedem pacis adiſti, & de ſede pacis pacem turbaſti, dum ſub-

M C VI.

„ditos in Prælatos armaſti, dum Epiſcopos noſtros a Deo voca„tos, tu non vocatus ſpernendos docuiſti: dum laicis miniſte„rium eorum ſuper ſacerdotes uſurpaſti, ut ipſi deponant vel „condemnent, qui ipſos de manu Domini per impoſitionem „manuum Epiſcoporum docendos acceperant. Me quoque, licet „indignus inter Chriſtianos ſim ad regnum vocatus, te teſte, „quem ſanctorum patrum traditio ſoli Deo judicandum docuit, „nec pro aliquo crimine, niſi a fide (quod abſit) exorbitave„rim, deponendum aſſeruit: cum etiam Julianum Apoſtatam „prudentia ſanctorum Epiſcoporum non ſibi, ſed ſoli Deo de„ponendum commiſerit. Ipſe vero quid verus Papa beatus Pe„trus clamat? Deum timete, regem honorificate. Tu, inquam, „quia Deum non times, me conſtitutum ejus inhonoras. Unde „beatus Paulus, ubi Angelo de cœlo alia ſi prædicaverit non „pepercit, te quoque in terris alia docentem non excepit. Ait „enim: Si quid vel ego vel Angelus è cœlo præter id, quod „euangelizavimus, vobis euangelizaverit, anathema ſit. Tu „igitur hoc anathemate, & omnium Epiſcoporum noſtrorum „judicio damnatus, deſcende, vendicatam tibi ſedem Apoſto-

„licam

,,licam relinque; alius in ſolium beati Petri aſcendat, qui nulla ,,violentia religionem palliet, ſed beati Petri ſanam doctrinam ,,doceat. Ego Henricus Rex Dei gratia cum omnibus Epiſco-,,pis noſtris tibi dicimus, Deſcende, Deſcende. *Anno Chriſti*

HENRICUS REX REGI * CELTARUM. **Id eſt, Gallorum.*

III. ,, Princeps clariſſime, & omnium in quibus poſt ,,Deum ſperamus fideliſſime. Primum & præcipuum inter o-,,mnes vos excepi, cui conqueri & deplorare omnes calamita-,,tes meas & miſerias neceſſarium duxi, & etiam genibus veſtris ,,advolvi, ſi licet ſalva majeſtate imperii. Primum quidem eſt, ,,quod non ſolum vobis, ſed totius Chriſtianæ profeſſionis ho-,,minibus graviſſimum ac intolerabile arbitramur, quod de ,,Apoſtolica ſede, unde uſque ad memoriam noſtri temporis ſa-,,lutifer fructus conſolationis, dulcedinis & ſalvationis anima-,,rum oriebatur, modo perſecutionis, excommunicationis & ,,omne perditionis flagellum emittitur. Nec ponunt ullum mo-,,dum ſententiæ, tantum ut ſatisfiat voluntati indiſcretæ. Hujus ,,voluntatis ſuæ intemperantia adeo uſque nunc abuſi ſunt, ut M C VI. ,,nec Deum, nec quid aut quantum mali inde proveniat pen-,,ſantes, per ſe & per ſuos omnibus modis in nos invehantur, ,,cum obedientiam & omnem ſubjectionem debitam ſæpe obtu-,,lerim Apoſtolicæ ſedi: ſi tamen honor debitus & reverentia, ,,ſicut anteceſſoribus meis, exhiberetur & mihi. Quid autem ,,intendant, opportunius ſignificabo vobis, ſi quando optati ,,colloquii copiam Deus dederit nobis. In hac igitur perſecu-,,tionis & odii ſui inflammatione, cum parum viderent ſe pro-,,ficere, contra ipſum jus naturæ laborantes, quod ſine maximo ,,cordis dolore, ſine multis lacrymis dicere non valeo (& quia ,,dicitur, vehementer contremiſco) filium meum, Abſolon in-,,quam dilectiſſimum, non ſolum contra me armaverunt, ſed ,,etiam tanto furore animaverunt, ut inprimis contra fidem & ,,ſacramentum, quod ut miles * Domino juraverat, regnum meum ,,invaderet, Epiſcopos & Abbates meos deponeret, inimicos & ,,perſecutores meos ſuſtineret: ad ultimum, quod maximè vel-,,lem taceri, aut ſi taceri non poteſt, vellem non credi, o-,,mnem affectum naturæ abjiciens, in ſalutem & animam meam ,,intenderet, nec quicquam penſi haberet, quomodo vi & fraude

Henrici Imper. graves de Pont. Rom. & filio querelæ.

**Id eſt, Vaſſalus, ut vulgo loquuntur.*

Anno Christi

,,ad hanc periculi & ignominiæ ſuæ ſummam aſpiraret. In hac ,,tanta mali ſui machinatione, cum eſſem in pace & in aliqua ,,ſalutis meæ ſecuritate, in locum, qui Confluentia dicitur, in ,,ipſis Dominici adventus ſanctiſſimis diebus ad colloquium evo- ,,cavit me, quaſi de communi ſalute & honore filius tractaturus ,,cum patre. Quem cum vidi, illico, ex paterno affectu tactus, ,,intrinſecus dolore cordis mei ad pedes ſuos procidi, admonens ,,& obteſtans per fidem, per ſalutem animæ, ſi pro peccatis ,,meis flagellendus eram a Deo, de me ipſe nullam conquire- ,,ret maculam honori & nomini ſuo, quia culpæ patris vindi- ,,cem filium eſſe nulla divinæ legis conſtituit ſanctio. At ille ,,tam pulchre, imo miſerrime inſtitutus ad militiam, quaſi abo- ,,minabile & execrabile ſcelus cœpit deteſtari. Et procidens ipſe ,,ad pedes meos, de præteritis cœpit veniam deprecari. In re- ,,liquum, ut miles Domino, ut patri filius, cum fide & veritate ,,per omnia ſe mihi obauditurum promiſit cum lacrymis, ſi ,,modo ſedi Apoſtolicæ vellem reconciliari. Quod cum prom- ,,tiſſime annuiſſem, & deliberationi ſuæ & conſilio principum ,,hoc tantum mancipandum promiſiſſem, in præſenti Nativitate ,,ſe perducturum me Moguntiam, & ibi de honore & reconci- ,,liatione mea, quam fidelius poſſet, acturum, & inde in pacem ,,& ſecuritatem me reducendum, promiſit in ea veritate & fide, ,,qua patrem a filio honorari, & filium a patre præcipit Deus di- ,,ligi. Hac promiſſione, quæ & gentili obſervanda eſt, ſecurus ,,ibam, & filius meus aliquantulum me præceſſerat. Et ecce ,,quidam fideles veriſſime me deceptum affirmabant & proditum ,,ſub falſa pacis & fidei ſponſione. Revocatus autem filius meus, ,,& iterum a me inſtantiſſime admonitus, ſub ejuſdem fidei & ,,ſacramenti obteſtatione animam ſuam pro anima mea fore ,,promiſit ſecunda vice. Cum ergo ad locum, qui Binga voca- ,,tur, perveniſſem, jam exiſtente die Veneris ante Nativitatem, ,,numerus armatorum ſuorum jam ſatis augebatur, jam fraus ,,ipſa ſatis detegebatur, & filius ad me; Pater, inquit, nobis ,,ſecedendum eſt in vicinum caſtellum: quia Moguntinus Epi- ,,ſcopus in ſuam civitatem non admittet vos, quamdiu in banno ,,eritis. Nec vos inpacatum & irreconciliatum audeo ingerere ,,inimicis veſtris. Illic Nativitatem cum honore & pace agatis; ,,quoſcunque placuerit vobis, vobiſcum habeatis: ego interim

Henrici Imperatoris litera & juſta de filio querela.

MCVI.

,,quanto

„quanto inſtantius, quanto fidelius potero, pro nobis utriſque „laborabo, quia cauſſam veſtram meam exiſtimo eſſe. At ego, „mi inquam fili (judex & teſtis ſermonum & fidei ſit inter nos „hodie Deus) quomodo te in virum & hæredem meum produxe- „rim, quantis tribulationibus meis honori tuo inſervierim, „quot & quantas inimicitias pro te habuerim & habeam, ſolus „conſcius es. Ille autem tertio ſub ejuſdem fidei & ſacramenti „atteſtatione, ſi ingrueret occaſio periculi, caput ſuum pro meo „capite fore mihi promiſit. Sic, poſtquam clauſit me in eodem „caſtello, quo omnia animo & corde fuerit locutus, manifeſte „rei oſtendit eventus. Ex omnibus meis quartus ego ſum inclu- „ſus, nec quilibet alius admitti potuit; cuſtodes deputati, qui „vitæ meæ erant atroces inimici. Benedictus per omnia Deus, „exaltandi & humiliandi quæ voluerit rex potentiſſimus. Cum „ergo ipſo ſacratiſſimo die nativitatis ſuæ omnibus redemptis „ſuis ille Sanctus Sanctorum puer fuiſſet natus, mihi ſoli filius „ille non eſt datus. Nam ut taceam opprobria, injurias, minas, „gladios in cervicem meam exertos, niſi omnia imperata face- „rem, præterea famem & ſitim, quam perferebam ab illis, quos „injuria erat videre & audire, ut etiam taceam, quod eſt gra- „vius, me olim ſatis felicem fuiſſe, illud nunquam oblivìſcar, „illud nunquam deſinam omnibus Chriſtianis conqueri, quod „illis ſanctiſſimis diebus, ſine omni Chriſtiana communione „in carcere illo fui. In illis pœnitentiæ & tribulationis meæ die- „bus a filio meo miſſus venit ad me quidam Princeps Wigber- „tus, dicens: Nullum vitæ meæ eſſe conſilium, niſi ſine ulla „contradictione omnia regni inſignia redderem ex voluntate & „imperio principum. At ego, etſi omnis terra, quantum inha- „bitatur, mei regni terminus eſſet, nollem regno vitam com- „mutare: quia, vellem nollem, ſic agendum, & ſicut d. finitum „intelligebam, coronam, ſceptrum, crucem, lanceam, gla- „dium, miſi Moguntiam. Tunc communicato conſilio cum ini- „micis meis meus filius egrediens, relictis ibidem fidelibus & „amicis meis, quaſi me eo adducturus, ſub multa frequentia „armatorum ſuorum me abductum ad villam, quæ dicitur En- „gilzaim, fecit ad ſe adduci; ubi maximam inimicorum „meorum multitudinem collectam inveni, nec ipſum filium cæ- „teris mihi meliorem reperi. Et quia firmius & ſtabilius vide-

Anno Christi

Henrici Imperatoris litteræ & juſtæ de filio querela.

M C VI.

„vobis fiducialius & honeſtius habeo deplorare has omnes meas *Anno Chriſti*
„miſerias. Fiducialius quidem propter mutuæ conſanguinitatis
„& antiquæ amicitiæ debitum: honeſtius autem propter tanti
„regni nomen glorioſum. Vos igitur per fidem, per amicitiam
„rogo, in tantis tribulationibus meis ac injuriis propinquo &
„amico conſulatis. Quæ fidei & amicitiæ vincula etſi inter nos
„non eſſent, veſtra tamen & omnium regum terræ intereſſet,
„injuriam & contemptum meum vindicare, & tam nefariæ pro-
„ditionis & malitiæ exemplum de ſuperficie terræ extirpare.

Hæc tam illuſtria, tantique terroris geſtarum olim adverſus Imperatorum rerum monumenta prætermittere hic ego vel eorum cauſſa non debui, qui aut ſepulta malunt, quæ in lucem nunc iterum prodire veri cauſſa debuere, vel Henricum Imperatorem ut impium adeoque infamem ac deteſtandum Principem, memoriæ poſterorum ſiſtere ac offerre hodieque nituntur. M C VI.

Porro & illud quoque obſervandum ego hic habeo, quod poſt excitatam agitatamque hanc tam atrocem inter Imperatorem & Papam Romanum controverſiam, auctoritati ſedis Romanæ in optimorum judicio plurimum deceſſerit, plurimique ex eo tempore, vulgatis etiam, & quæ adhuc hodie leguntur, judiciorum monumentis, ſtrenue ac maſcule ei ſeſe oppoſuerint. Nulla hic nobis partium ſtudia ſunt, veri tantum, ut oportet, ſtudioſis. Certe notant Pontificii ſcriptores, poſt illud ſchiſma ac atrox & prope letale diſſidium inter Imperium & Eccleſiam increbreſcere magis magiſque hæreſes cœpiſſe. Sic enim illi loquuntur. *Auctoritati Pontif. Rom. per has turbas plurimum detractum.*

Cauſſas autem fonteſque graviſſimorum horum motuum egregia & repetenda hic oratione expreſſit ille fidei præclarus inprimis Ioannes Aventinus, ſtatim ſub initium Lib. VI. Annalium Boiorum. Cum enim accurate ac ſerio, ut ſolet, & velut territus recenſuiſſet quæ ad Hiſtoriam hanc faciunt omnia, tanquam poſt turbines tempeſtateſque, quibus Europa omnis nunc intremuit, portum legens; *Tandem*, inquit, *ex civilium armorum procellis, ex parricidialis diſſenſionis fluctibus emerſimus, altoque ad littus appulimus, jamque in portu navigamus. Quam illa bonis, ſimplicibus, apertis viris, non dicam Chriſtianis, qui ea tempeſtate vixerunt, doluerint, neſcio. Quid ego moleſtiæ, hiſce duntaxat cogitandis ac comme-* *Vera cauſa præcedentium motuum produntur.*

Anno Chriſti

randis ſenſerim, non facile verbis explicavero. Illud tacere non poſſum, me, velut grandi onere levatum, gaudium lætitiamque jam nunc agitare, & quidem ſerio. Invenias tamen pleroſque Faſciculарios, Supplementarios, Summularios, Specularios, atque Chronicarios (indigni ſunt ut nominentur) qui de hujuſcemodi diſſenſione multa prodant, multa mentiantur, cum rationem, cauſam, originem hujuſce mali penitus ignorent. Homines temerarii, ac plane impii, qui de rebus ſibi incognitis arcaniſque, ſoli Deo notis, audacter pronuntiare audent; indulgentiſſimo parenti perſonam ſæviſſimi tyranni imponunt, quaſi ipſi dii ſint, & non errent, neque miſericordia Dei egeant. Cum interim ipſi, ſimulata religione, animi ſint ſub vulpe latentis; vitia virtutes, cælum, inferos, cuncta venalia habeant; quorum Deus honor, pecunia, venter, & ea quæ ſub ventre ſunt. Ego ſuperioris diſſenſionis ac ſeditionis, ut breviſſime verum hic quoque abſolvam, has cauſas fuiſſe reperio, quas ordine, quoniam res magna eſt atque memoranda, & ad ſubſequentium facit cognitionem, ſubtexo. Imperator Hainricus quartus, Cæſar Auguſtus, ſeptimum nondum natus annum, patrem amiſit, ob ætatem obnoxius fraudi fuit. Principes proceresque tum omnia voluptate atque utilitate metiri cœperunt, laborem fugitare, ſudoris, pulveris impatientes eſſe, leviſſimis rebus, gaudiis corporis vacare, venationi indulgere, curam Reipublicæ deſerere, negotia in alios à ſe relegare, inopum querimonias neque audire, nedum cognoſcere, viduas, pupillos, pauperes, ignobiles, obſcuros, ſacerdotes, populares, agricolas, cives ſuos tineis & ſoricibus direptui exponere inſueverunt; eoſdem ſtellionibus, fumi venditoribus, aurifugis, prætoribus, ſcribis, lictoribus, leguleis ſervire ſiverunt. Latrociniis quoque eadem tempeſtate, ex conſuetudine licentiaque bellorum civilium, proceres jure ſuo deditі fuerunt. Hainricus, ubi ex ephebis exceſſit, iſta, quoad licuit, jure, edictis, vi, quovis modo prohibere conatus eſt; pleraque peſſimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam, aut etiam per pacem extiterunt. Graſſatores, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus, prohibuit. Pleraque retractavit, alia ſeverius emendavit. De pace ex integro ſanxit, pluribus factiones, quæ titulo collegii novi ad nullius non facinoris ſocietatem coibant, abolevit. Omnia collegia, præter antiqua & legitima diſſolvit, legibus parere omnes nobiles, ignobiles coëgit. Hanc ob rem Saxones atque Turogi, qui in ordinem cogi recuſabant, potiſſimum rebellionem faciunt. Nordmanni quoque graſſantur in Italia ultra Romam, citra Machtylda locupletiſſima fœmina dominatur. Hildebrandus cum hiſce omnibus, etiam adhuc privatus, ſocietate atque amicitia inita, non ſolum abſque voluntate,

Aventini hac omni de re graviſſimũ & notandum judicium.

M C VI.

Henrici in ordinanda emendandaq; Germanici imperii Reipub. ſtudium ſingulare.

tate,

tate, & ſine conſenſu Cæſaris, quod hactenus non licuerat, Pontificatum maximum occupavit, verum & Imperium etiam Romæ ſibi ac ſucceſſoribus aſſerere cœpit. Ejus hoc conſilium atque ratio fuit, ſicque animum induxit, probabilia hæc atque veriſimilia, quæ jam ſubnectam, paulatim obtineri poſſe conjectatus eſt: quæ cum obtinuiſſet (uti tandem evenit) tum facile, dictum, factum inveniri aliquam cauſam, quamobrem abdicaretur & dejiceretur faſtigio rerum, atque in ordinem redigeretur, vel potentiſſimus Imperator: Atque ratiunculæ tales fuerunt: Omnem poteſtatem à Deo Chriſto, à Chriſto Petro, ejus ſucceſſoribus Romanis Epiſcopis datam; iiſdem religione jurisjurandi, conditione parendi perpetua, cæteris vero principibus duntaxat temporario ſacramento, quoad illis libeat, quemvis Chriſtianum aſtrictum eſſe. Licere proinde primario Sacerdoti Imperatorem precario duntaxat regnantem, ubi Romano Pont. (qui Chriſti Domini Deique noſtri vicem in terris gerit, ejus religioni præſidendo perfungitur) non obtemperabit, abdicare; eidem, ſicuti cuilibet Chriſtiano, diras atque inferias, more Pontificum, dicere; Imperium enim beneficium Pont. Max eſſ. Item tyrannum quovis modo è Repub. tollendum, neque ex liberis regum quempiam, niſi ab ipſis creatum, quamdiu illis placeat receptum, dominari poſſe. Epiſcopum communem animorum parentem atque paſtorem, non ab Imperatore in curia, ſed à ſacerdotibus populoque communiter in templo deligendum eſſe. Et ſacerdotem, qui uxorem habeat, divinam rem non facere: ejus ſacrificia ſummopere à populo, ne contagione polluatur, evitanda. Neque illis ullo pacto decimas & hujuſcemodi donativa tribuenda eſſe. Haſque ultimas tres rationes Hildebrandus in vulgus edidit; reliquis ſibi quidem perceptis, nequaquam imperita multitudo omni vento doctrinæ (ſicuti ait divus Paulus) circumduci ſolita, tanti honoris ſpecie atque umbra & aſtu lactata, aures arrigebat. Hocque furore tum concitati Germaniæ, Galliæ, Italiæ populi, ferrum in ſua viſcera converterunt; per triginta tres annos a Gregorio & Vrbano continenter ſanguine ovium belligeratum eſt. Hic fretus Conradi, filii Auguſti, amicitia; uterque armis & pecunia Nordmannorum & Macktildæ adjutus. Acriter contra ab aliis repugnatum eſt, donec Auguſtum Paſchalis per filium Hainricum è faſtigio rerum in privatum ſtatum deturbavit, pollicitus ſe in Germaniam ad conventum ſolennem Auguſtam Rhætiæ venturum. Dumque eo contendit, certior fit de morte Auguſti, ad Padum ergo ſubſtitit; atque coacto ſuæ partis cœtu, acta Gregorii Vrbanique comprobat, Clementis tertii, cæterorum Epiſcoporum atque Auguſti reſcindit, pollui religionem, ſi quiſpiam ſacrificus ſuffragio prophani coo-

Hildebrandi Pontificis inviſitatum hactenus facinus.

M C VI.

Ejus impia & deteſtata jam tunc dogmata de Pont. Rom. auctoritate.

ptatus

Anno Chriſti

ptatus fuerit, fidemve principi dederit, neceſſe eſſe cuivis Chriſtiano in Romani Pontificis leges jurare, decernit. Quiſquis poſthac ejus decretis non ſteterit, albo Chriſtianorum eradit, nullique alii jus in Chriſtianum ſenatum veniendi eſſe, rogationem perfert, legem promulgat. Antehac myſtæ, monachi, ſacerdotes, virgines, ſacratæ fœminæ, Epiſcopi, rebus divinis, ſtudio literarum, ſcribundis libris (delegata domus, penatium, agrorum cura in prophanos) duntaxat operam dabant; rerum fluxarum caducarumque adminiſtratione contaminari, pollui ſe credebant. Pecuniæ igitur, prædiorumque, rei familiaris curam in procerum quempiam, qui vicinus aut author contubernii erat, à ſe relegabant. Illum Cæſar dabat, qui ſacerdotibus victum & veſtitum, pauperibus inde alimenta tribueret, huncque Boëtum, Germanico atque Græco vocabulo, hoc eſt, patronum curatoremque vocabant. Primum tum immunitatem libertatemque, amoto hujuſcemodi adminiſtratore, ſacerdotes receperunt, polliciti quotannis Romano Pontifici nummum aureum (quem Byzantium vocant diplomata) penſitare, facile tum Paſchale de alieno largiente, tributumque accipiente, qui aliam quoque rationem in vulgus diſſipavit Communem paſtorem communiter ab omnibus, grege, ovibus & arietibus, hoc eſt, ſacerdotibus, plebe deligendum eſſe. Atque rurſus per ſexdecim continuos annos, pro hiſce aucupiis, armis, non citra ſanguinem decertatum: omnia divina humanaque permixta ſunt. Contra Cæſar, & alii plerique Epiſcopi & proceres ſummopere nitebantur; nec animi tamen Romanorum Pontificum frangebantur, ſed admonebantur, quo majores neceſſitudines compararent, quibus cogi poſſent Imperatores, Reges, Principes, Epiſcopi, Senatus, Populus, niſi id probarent, quod ipſi conſtituiſſent. Nec per ſepties ſeptem annos deſiſtere, donec voti compotes facti ſunt, tantumque bolum ex faucibus Imperatorum eripuere. Imperatorque comitiis Pontificis, Republica Chriſtiana non ſolum excidit, ſed & comitia Cæſarea irrita eſſe, extortum, niſi Pontifex Romanus author fiat. Cæſareque primum excluſo, mox populo, paucorum potentia crevit, Imperatoris majeſtas, principum authoritas, res populi deminuta eſt. Nec diu hac licentia ſacerdotes ac Epiſcopi lætati ſunt. Sacrificuli, myſtæ, Epiſcopi, omnes Max. Pont. & Romanenſibus ſerviunt: hiſce tributarii, vectigales, ſtipendiarii ſunt. Hi qui minus habent, quicquid corradunt, quicquid unciatim defraudando genium miſeri comparcunt, ditioribus addere coguntur, idque illi univerſum arripiunt, haud exiſtimantes quanto labore partum ſit. Cuncti Epiſcopi, pro ſua inſcitia, in ordinem redacti ſunt: univerſis ſervitus impoſita eſt; in unius cuncta poteſtatem redacta*

* *Germanice,* Voocht, *id eſt, Tutorem.*

M C VI.

Aventini hac omni de re graviſſimũ & notandum judicium.

ſunt.

ſunt. Quando vero ejus tanta poteſtas eſt, cur non illa perpetuo, ne non nobis tot ſint Domini, utitur? modo ait, Modo negat; quaſi pilam quolibet propellit, rurſus ubi uſus venerit, arripit. Cum tanta meſſis, cur non metit? cur non amat? cur non paſcit, quando tot oves fame pereunt? Cur ovili capros, hircos, lupos, libidinoſos, adulteros, virginum, ſacrarum fœminarum ſtupratores, cocos, muliones, latrones, argentarios, nummularios, fucos, pecuniarum aucupes, luxu perditos, perfidos, perjuros, literarum omnium penitus rudes imponit? Non audita loquor; ea quæ hiſce oculis video, narro. Cur lupis oves committit? Cur gregem ſuum ſimulatoribus religionis perniciosiſſimis, rem ſuam duntaxat agentibus ſervire, cur pueros & effœminatos agnis ſuis dominari permittit? Xiſtus quartus Pontifex Maximus clariſſimo Principi Alberto genitori ducum noſtrorum, illiuſque popularibus, ut abſque precio, ſextæ ſeptimanæ quoque die, item aliis ſolennibus jejuniis, ovis, caſeo, lacte liberè veſcantur præcipit? Extat diploma. Cur Reginoburgenſium perſonatus vicarii contra edictum ſummi Pontificis, non veritus ejus fulmen, illa nos à ſe emere cogit, atque noſtra nobis vendit, haſque nundinas demum ante triennium ab hinc inſtituit? Epiſcopi noſtri quales ſint, pudet dicere. Pauperum alimentis, canes, equos, ne dicam ſcorta, alunt, potant, amant, literas omnes velut contagionem vitant. Nullam curam inopum, quorum opibus incubant, agunt. Nihil in eiſdem præſidii eſt pauperibus. Superbia, luxu, armis, cum quovis, vel Perſicis regibus, locupletiſſimo Imperatore, decertant. Qui imperat, leges imponit, præſcribit, jubet, vetat, ſi tacet, ſatis laudat. Cur canis mutus eſt, & non latrat, lupoſque clava Herculis in malam crucem abigit? Imperatores, Reges & Principes noſtri, tot cœlites, paupertatis Chriſtianæ amatores & nullius præterquam pacis ac literarum ſtudioſos nobis dedere. Nempe divos Corbinianos, Lampertos, Hemeranos, Erhardos, Hydulphos, Vergilios, Rupertos, Pilgramos, Columbanos, Gallos, Eberhardos, Hardovicos, Conrados, Ottones, Wolffgangos, Albertos, Marianos, Sympertos, Udalricos, Gothardos. At, ſi Diis placet, nunc venatores, inauſpicatiſſimum in ſacris literis genus hominum, omnibus imponuntur, ſanctiſſimis patribus ad hæc conniventibus. Chriſtus ſummus rerum Imperator, Deus, natus ſempiternus, cui totius orbis imperium, hominum deûmque ſatis pater deſtinavit, cœleſte ſolium, imperium æternum reliquit: homo factus, mortuus & ſepultus eſt, ut nos collocupletaret. At illi obſcuriſſimis crepundiis, atque egentiſſimi, ſine tribu, ſine nomine procreati, ut ditentur, ut opibus, potentia, imperio rerum, quæ Chriſtus ſpinas vocat, potiantur,

Anno Chriſti

Aventini hæc omni de re graviſſimũ & notandum judicium.

MDVI.

Anno Chriſti

ferre parem, nedum ſuperiorem non poſſunt; Chriſti ſanguine redemptos in maximam ſervitutem redigunt; in gregem ejus crudeliſſime ſæviunt. Ea eſt temporum infelicitas, non licet loqui, quæ ſentis, nec ſentire, quæ loqueris. Oves tondere, deglubere, occidere, uti libuerit, ſub ſpecie religionis, longinqua eſt conſuetudo. Si quis in legem Chriſti prævaricatus fuerit, ſi quis convitium in majeſtatem divinam, in deiparam Virginem, in reliquos cœlites jactitarit, ſuperos maledictis execratus fuerit, impunè abit. Nemo huic negotium faceſſit, aut diem dicit: at qui illos homines, non Deos eſſe, errare poſſe, docuerit, ad modeſtiam, paupertatem Chriſti cohortatus fuerit, humanæ imbecillitatis admonuerit, erro peſtilentiſſimus judicatur: ſexcentas ei ſcribunt dicas. Sacroſanctam Philoſophiam, divinitus à Spiritu Sancto editam, interpretando ſuis moribus aptam faciunt, ambitioni ſuæ ſervire cogunt; ſcita decretaque Chriſti non ſervare, ſed ſervire ſibi volunt. Legibus à Chriſto latis ſemetipſos ſolvunt; placita ejus contemnunt, nedum illis parere ſtudeant. Multum refert in quæ quiſque tempora inciderit. Extat decretum in libris Pontificalibus & Annalibus Europæ, præcipuè in Carolo Magno, ubi Regibus, Imperatoribus ſacerdotia omnia largiri, Pontifices Max. minores capere licet, hos in illorum verba jurare, jus faſque eſſe, declaratur, contra ſentientibus diræ atque inferiæ dicuntur; & id quod antea religio atque pietas fuit, nunc pagina (ut ajunt) verſa, injuſtitia atque irreligioſitas eſſe cœpit. Mali, avari, laſcivi, parum ſtudioſi, olim non eſſe ſacerdotes cenſebantur; eorum ſacra, ne quis contagione pollueretur, populus juſſus fugitabat: nunc contra eſt; pietas vera, charitas mutua, libertas Chriſtiana extincta eſt; ſuperſtitio, protervitas, pervicacia, perjurium, amor ſui crevit; boni mores interiere. Crimina fervent, ſqualet legum ſylva, lites, calumniæ adoleſcunt. Humanorum decretorum ergaſtula increvere, invaſere; mortalium commenta ſacram philoſophiam contaminant; ſanctiſſima, levia præcepta Chriſti extrudunt. Faſtus, avaritia, luxus, ambitio, ſimulatio invaluere. Unius avaritiam totus orbis explere nequit. Invicem ſæviendo, mordendo, invidendo, criminando, inſidiando, rapiendo, fraudando, paciſcendo, fallendo occidimus, atque perimus. Sic fit, ſic homines ſunt; regnare omnes concupiſcunt, parere recuſant; plures mali, quam boni. Hæc ille. Nunc ad ea quæ reſtant, progrediamur.

Aven- ... ini hac ... mni de ... e gra- ... viſſimū & no- ... randum ... udi- ... cium.

M C VI.

Orientis Impp. & res ab iis geſta.

Henricus hic dum imperio præfuit in auguſto Orientis ſolio ſedere Michaël Stratonicus, Iſaacius Comnenus, Conſtantinus Ducas, Romanus Diogenes, Michaël Parapinacius, Nice-

phorus

phorus Botoniates, Alexius Comnenus. Michaël Stratioticus, adoptione imperium conſecutus, cœpit imperare anno Chriſti MLVI, & imperavit annum unum. Nam quum rem militarem negligentius tractaret, in odium venit apud exercitum, & per Iſaacium Comnenum imperio motus fuit, rem gnaviter juvante Patriarcha, quem deinde Iſaacius Imperator factus in exilium egit. Iſaacius imperavit biennium, & bella geſſit cum Ungaris & Boſſinis, quibus pacem petentibus inducias conceſſit, & poſtea in venatione aprum aſpectu horrendum (ſpectrum fuiſſe conſentaneum eſt) perſecutus & fulgure territus, quum ex equo præceps decidiſſet, obiit. Succeſſit Conſtantinus Ducas ab Iſaacio Imperator nominatus, qui ab anno Chriſti MLIX, regnavit annos VIII, ſed quum avaritiæ deditus defenſionem imperii contra Turcas negligeret, hi ab Oriente progreſſi ad ipſam urbem Conſtantinopolin uſque acceſſerunt. Commendat igitur Conſtantinus imperium Eudociæ uxori, ſed hæc ingruentem hoſtium vim pertimeſcens, & ſtrenuo militiæ duce opus eſſe intelligens, alium ſibi delegit maritum Romanum Diogenem, qui Eudocia contra datam fidem excluſa ſuo arbitrio omnia adminiſtrare cœpit, ſed infelici exitu. Nam a Turcis captus & certis conditionibus dimiſſus domumque reverſus, quum in ſummo odio eſſet apud Eudociam conjugem, & hujus liberos ex priore marito natos, imperio motus & Michaëli Ducæ filio maximo traditus eſt, & oculis privatus miſere periit. Succeſſorem igitur habuit Michaëlem privignum, qui cognomento dictus eſt Parapinacius, a pinacio medimni quadrante, quo, graſſante ingenti fame, uſus fuerit. Hic Michaël ab anno Chriſti MLXXI, imperavit annos VI, menſes VI, quamvis propter philoſophicum ſtudium, cui perpetuo inhæſit, ineptus ad imperium. Hujus igitur imperitia & ignavia factum eſt, ut regiones Aſiæ verſus Pontum omnes Turcis ceſſerint, ibique conſtitutum ſit regnum quod hodie etiam Turcomannia dicitur. Tandem, quum omnia ſibi adverſa videret, in monaſterium ſeceſſit, & ſucceſſorem habuit Nicephorum Botoniaten, qui annos III imperavit, & poſtea Comnenorum conſpiratione oppreſſus etiam monaſterium ingreſſus eſt. Succeſſit Alexius Comnenus, qui facta partitione imperii cum fratribus & affinibus, ad præcavenda diſſidia, quum videret ad tuendam Imperatoriam majeſtatem non ſufficere ea

Anno Chriſti

Orientis Impp. & res ab iis geſta.

M C VI.

Regni Turcomanniæ origo.

Anno Christi quæ poſſidebat, ad rapinas converſus ſubditos immanem in modum expilavit, & corrupta moneta inter ſubditos diſtributa auream juſti ponderis ſibi dependi voluit. Cœpit imperare anno Chriſti MLXXXI, & imperavit annos XXXVII. Princeps crudelis & avarus, quos tamen mores deinde propter fortunæ adverſitatem correxit, & in bello infelix. Eo imperante ſuſcepta eſt Argonautarum Germanicorum expeditio in Aſiam, Duce Godefrido Bulioneo. Obiit Alexius ſeptuagenarius diuturno morbo fractus, relicto imperio Iohanni, filio natu maximo, quem ſucceſſorem deſignaverat.

HENRICUS V. IMP. Henrico IV. patri HENRICUS V, impius in patrem & immitis filius, ſuccedit. Nam Pontificum inſtinctu, ut jam memoravimus, patrem imperio exuit. Exſtat in eam rem hæc patris ad filium Epiſtola;

HENRICUS DEI GRATIA ROMANORUM IMP. AUGUSTUS HENRICO FILIO SUO.

M C VI. *Ejus impietas in patrem, & hujus hac de re querela.*

„ Si ea nos debita affectione tractaſſes, qua deberes, lubentiſſime tecum loqueremur, & paterna tibi mandaremus: verum quia longe alius quam paternæ affectionis & humanitatis circa nos animus tibi fuit, nequimus aliter tecum loqui, quam quod ipſa rei maniſeſtiſſimæ veritas habet. Tu enim ipſe ſcis, ſicut ipſe publico experimento facti tibi conſcius es, qualiter data fide & ſecuritate perſonæ & honoris noſtri, omni affectione devotionis promiſiſti, nos ducere Moguntiam coram Principibus, & inde nos ſecuriſſime reducere quocunque vellemus. Hac fiducia cum tecum amanter & indubitanter aſcenderemus, contra datam fidem apud Bingam nos cepiſti: ubi nec paternæ lacrymæ, nec patris mœror, nec triſtitia, qua ad pedes tuos aliorumque advolvebamur, te commoverunt ad miſericordiam, quin nos caperes, & captum mortalibus inimicis illudendum & cuſtodiendum traderes; ubi multimodo genere contumeliæ & terroris afflicti, compulſi ſumus ferme venire uſque ad ipſum mortis articulum. Ante captivitatem abſtuliſti nobis Epiſcopatus, & quicquid de honore regni potuiſti, & prædia noſtra, & ipſam familiam: in captivitate vero quicquid reſiduum erat, ut lanceam & crucem & omnia regalia inſignia, vi & timore mortis, ut ipſe bene ſcis, & omni ferme

„notum

Anno Chriſti

,,notum eſt Chriſtianitati, a nobis extorſiſti, relicta vix ipſa vita.
,,Cum hoc tibi de nobis non ſufficeret, poſtea ſemper, ubicun-
,,que fuimus, modis omnibus, quibus potuiſti, nos perſequi
,,non ceſſaſti, ut vel perderes vel de regno expelleres. Verum
,,nos ſatis mirari non poſſumus, qua ratione vel occaſione tam
,,obſtinate facias, cum de domino Papa & Romana Eccleſia
,,nulla tibi reſidua ſit occaſio. Nos enim nuncio domini Papæ
,,& Romanæ Eccleſiæ, te præſente, parati fuimus & ſumus obe-
,,dire, & omnem debitam obedientiam & reverentiam ei co-
,,ram & ſemper exhibere, & conſilio principum & ſpiritualis
,,patris noſtri, Henrici Cluniacenſis Abbatis, aliorumque reli-
,,gioſorum virorum de ſtatu Eccleſiæ & honore regni libentiſſi-
,,me agere. Te ergo rogamus pro honore regni, & tua & pa-
,,terna devotione, & per autoritatem Romani Pontificis & Ro-
,,manæ Eccleſiæ, ut de injuria nobis illata, & de his, quæ no-
,,bis vi & injuſte abſtuliſti, juſtitiam facias. Rogamus etiam, ut
,,cum nil rationis tibi ſit, quare nos perſequaris, nos & fideles
,,noſtros ceſſes infeſtare, imo permittas nos pacifice & quiete
,,vivere, ut integre & cum tranquillitate poſſimus omnia ſupra-
,,dicta agere. Recognoſce etiam, & tecum cogita, quia Deus
,,juſtus judex eſt, cui commiſimus cauſam noſtram & vindictam:
,,cujus etiam judicia ſunt occulta, velut abyſſus multa; quo-
,,niam, quantumcunque ſuper afflictionem & infortunia glorie-
,,ris, & ſuper humilitatem te extollas, forſitan de ſede ſancta
,,ſua inter me & te gratuita miſericordia aliud jam definivit, in-
,,tercedente juſtitia, quam tu ipſe cogites & diſponas. Quod ſi
,,nulla alia vel reverentia vel interceſſio nobis valet, opto ut
,,juſtitiam conſequi poſſimus, vel ut tuæ perſecutionis impetus
,,ceſſet. Ad hoc idem Romanum Pontificem, & Sanctam uni-
,,verſalem Romanam Eccleſiam appellamus.

Ejus impietas in patrem, & hujus hac de re querela.

M C VI.

Cæterum verſa mox eſt rerum facies. Nam eorum, in quorum gratiam inauditæ in patrem impietatis ſcelere ſeſe contaminaverat, ſingularem perfidiam mox expertus eſt; inprimis Paſchalis Papæ, III. ejus nominis. Cauſſa diſſenſionum præcipua, quod in Italiam profectus Imperator, vetera jura Epiſcopatuum, quæ Pontifices jam tanquam ſua uſurpabant, reddi ſibi ac imperio poſtularet. Magnis autem pollicitationibus animatus cum in Germaniam reverſus eſſet, novum illi bellum ex-

Romanorum Pontificum in eum perfidia.

Anno Christi M C VI.

Saxonibus, qnos ad defectionem Papa incitaverat, oblatum eſt. Saxones enim, exſtincto Ulrico Marchione ad Sigefridum Ducem, ut legitimum hæredem, Ducatum transferebant; quod ægerrimè tulit Cæſar, qui ad Imperium hæreditatem eam pertinere contendebat. Hinc bellum inter Cæſarem & Sigefridum, ac prœlium, in quo hic ſuccubuit. Cæterum haud multo poſt Henrico, longe lateque jam Saxoniam vaſtanti, Lotharius, Saxonum Dux, ſeſe oppoſuit. Tandem in Comitatu Mansfeldenſi, commiſſo prælio, magna utrimque hominum ſtrage edita, Saxones ſuperiores exſtitere. Quadraginta & quinque hominum millia cecidiſſe, ſunt qui tradidere.

Bellum Saxonicum ab Imp. infeliciter geſtum.

Ergo poſt hæc Henricus Pontificum rabie ac perfidia afflictus varie & turbatus Romam profectus Gelaſium Papam, qui Paſchali ſucceſſerat, urbe expulit, ſuffecto in ejus locum Burdino Hiſpano, Epiſcopo Bracharenſi, quem Calixtus, Gelaſii ſucceſſor, captum in exilium miſit, Imperatore excommunicationis fulmine percuſſo. Tandem Henricus, impar hoſtibus, & ut paci imperii conſuleret, de imperatorio jure plurimum remiſit, & in Wormatienſi Concilio omne inveſtituræ Eccleſiaſticæ jus Papæ Calixto II. permiſit. Hoc modo jura Imperatorum, ſtrenue conſervata hactenus atque defenſa, fœde everſa ſunt.

Papam Gelaſium Roma expellit.

A Calixto Papa anathematis fulmine percutitur.

Pacis imperio reddẽdæ gratia plurima de imperatorio jure remittit.

Cæterum admonet hic me geſtæ nunc inter Pontifices Romanos, duoſque Henricos, patrem ac filium, quartum quintumque ejus nominis Imperatores, rei atrocitas ac magnitudo, ut fidei ac poſterorum cauſſa, omnem hanc hiſtoriam, a legato Imperatoris ad Pontificem Romanum tunc deſcriptam, (cujus hac de re Ephemerides hactenus editas non vidimus, viſas tamen Aventino laudataſque) hic exhibeam. Veniam hic deprecari ego neceſſe non habeo, etiamſi paullo prolixior poſſim videri. Neque enim majus graviuſque Annalium argumentum poteſt offerri. Hainricus quartus, inquit, Auguſtus Leodii mortem obiit; finem parricidiali bello fecit. Filius ejus Hainricus quintus, qui adverſus parentem, arma nefanda moverat, compoſita Germania inferiore, cæteris omnibus, qui parenti adhæſerant, gratiam facit, ſolum Hainricum Ducem Lothariorum, ex conſilii decreto dignitate abdicat, in vinculaque conjicit: Luthaream Godofrido Lovanienſi tradit. Verum Hainricus ex cuſtodia ſua

Legati Cæſarei, qui nũc vixit, hæc omni de re narratio.

indu-

induſtria elapſus, Ducatum vi recipit, Aquaſgraneas occupat. Godofridus ſubito irrumpit, Hainricum terga vertere cogit. Ejus uxorem fuga ſibi conſulere, ignominioſum fœminam capere ratus, permiſit. Cæſar pacatis rebus, in Bojariam concedit Reginoburgium; inde Auguſtam Rhetiæ petit; fruſtra ibi diutius Paſchalis Pont. Max. adventum expectat. Nam eo is ſe venturum promiſerat. At ubi de morte Auguſti certior factus eſt, ad Padum ſubſtitit; in Germaniam proficiſci detrectat. In Italia XII Kal. Octobris Concilium Epiſcoporum concelebrat. Hildebrandi acta, opes factionis, abſentium animos literis, præſentium verbis confirmat. Gebhardum Tridentinis, Conradum * Iuvavenſibus conſecrat Pontifices, collegia, contubernia immunitate donat, tributum annuum (ſicut diplomata ejus oſtendunt) imponit. Ad ſe deficientibus abſque cunctatione gratiam facit, obſtinatis, niſi ante diem præſcriptum reſipiſcant, ſacrificiis interdicit. In ſcrinio ſacri pectoris Romani Epiſcopi omnia jura contineri, juſta omnium condita eſſe, nec eundem religione mendacii aſtringi poſſe pronunciat. Proinde debere homines conſideratius jam loqui cum illo, atque pro legibus habere, quæ dicat. Quicquid adverſus Romanum Senatum, Pontificalemve ſe extulerit, contundendum eſſe, decernit. Conventu peracto ad Cæſarem legatos cum mandatis mittit; ſe in Germaniam venturum, ubi de ſummis utriuſque rebus colloquatur, promittit. Inde Romam ipſe, at Cæſar Reginoburgium ad hyemandum petit, adventum Paſchalis præſtolatur. Verum is ſe in Gallias Cluniacum confert. Poſtea Auguſtobonæ in Trecaſſiorum & Galliæ Lugdunenſis urbe, conciliato ſibi Galliæ Epiſcoporum favore, ad captandam plebis auram, leges turbulentiſſimas rogat atque perfert. Cæſarem de creandis Pontificibus ad diſquiſitionem vocat: ipſum Pontificalibus comitiis excludit: ea ad plebem transfert; nempe communem omnium paſtorem, communiter omnium ſuffragio capiendum eſſe ſtatuit; pollui religionem, ſi quiſpiam ſacris addictus, cœleſtis atque immortalis Imperatoris cæremoniarum conſors ſit, terreno atque mortali regi ſe in clientelam atque ſervitutem dicaverit. Sacerdotiorum adminiſtrationem ad Pont. Max., armorum ad Cæſarem pertinere. A ſingulis igitur Epiſcopis jusjurandum exactum, futuros in poteſtate Romani Pont. Quintus per edicta ita obnunciat: Non

Anno Chriſti M C VI.

Legati Cæſarei, qui nũc vixit, hac omnis de re narratio.

* *Legendum hic in Aventino eſt,* Iannenſibus. *Quæ hodie* Genua *dicitur, ab horũ temporũ ſcriptoribus plerumque* Janua *appellatur.*

Leges turbulentæ à Pont. Rom. latæ.

licere

Anno Christi

Legati Cæſarei, qui nūc vixit, hac omni de re narratio.

licere Gallis curioſis, aliena, quæ nihil ad eos attinent, curare; cuilibet facile eſſe de alieno largiri. Chriſtiani orbis Imperium ſibi à Deo Opt. Max. impoſitum eſſe, proinde ſe de veteri more & ritu priſcæ religionis, ſacris ſupremæ majeſtatis placitis non defuturum, daturumque jure ſuo operam, ne quid Reſpublica detrimenti capiat; extare vetuſtiſſimam ſanctiſſimorum patrum legem, tempore Caroli Magni perlatam, qua Paſchalis, atque cum eo ſentientes, per omnium ſacerdotum religiones devoventur, atque proſcribuntur. Nullo pacto fas juſve eſſe faſtuoſo Pontifici, leviſſimis Gallis, magis ſuperſtitioſis, quam religioſis, tot divos, tot piſſimos, Pontifices maximos, minores, Myſtas, Monachos, Reges, Imperatores, ſuperos atque cœlites impietatis condemnare. Se, quoad vita ſuppetat, non paſſurum, ut inſtituta a majoribus accepta, per tot annos hactenus obſervata, fraude & aſtu paucorum, cum maxima Chriſtianorum morum pernicie, obliterentur. Pontifices, Epiſcopos, Myſtas, Monachos ab Imperatoribus, atque regibus collocupletatos eſſe.

M C VI. Ubi his pares opibus facti ſunt, more proditorum, quo plura donata fuerint, plura concupiſcere, illiſque ſordere prima quæque, ubi majora ſperarint. Titulo honeſto libertatis Eccleſiaſticæ fraudulentos homines graſſari, illud conari, ut, ſe excluſo, paulatim etiam populum, Sacerdotes, Epiſcopos alios in ordinem atque ſervitutem tandem redigant, atque arma in eos, quorum beneficia poſſident, ne hæc aliquo pacto repeti queant, vertant. Pontifices Romanos orbis imperium animo cogitare, regnum Chriſtiani populi adfectare, non quieturos, donec oppreſſo Cæſare, omnibus jugum ſervitutis, quod ipſi excuſſere, imponant. Chriſti cruciamenta declarare, quænam ſit rabies ſacerdotum. Adverſus immodicam concupiſcentiam, cui ſe ſemel animus devoverit, nullum ſtare terminum. Se penè impuberem, impetitum omnium rerum ab illis egregiis paſtoribus dolo circumventum in patrem chariſſimum concitatum eſſe, armaque horum conſilio ſumpſiſſe. Nunc, genitore oppreſſo, adverſus ſe conſpiraſſe, neque modum ambitioni ponere, niſi alios omnes dignitate, honore expolient, & quo ipſis quicquid lubeat, liceat, ab ſingulis juramentum, ſe futuros in eorum poteſtate, quicquid illi dicant pro legibus habituros, atque tandem pro Deo adoraturos, exigant. In hanc ſententiam multæ

Leges turbulentæ à Pont. Rom. latæ.

ultro

ultro citroque datæ ſunt epiſtolæ. Noviſſime Cæſar reſcripſit: Quamvis veterem conſuetudinem atque ritum, a tot ſanctiſſimis patribus per tot annos obſervatum, jure atque armis retinere poſſit, nihil tamen ſua referre, ſi Pontificalibus Comitiis excidat, modo Epiſcopi, Myſtæ, Monachi prædia ſtipendiaria, fiſcos, nervos Reipublicæ, arces, civitates, urbes, oppida, vicos regios, caſtella, Reipublicæ atque Cæſari reddant, decimis contenti vivant, Dei & pauperum, populique cauſſam, philoſophiam divinam interpretando, vota illuſtrando, crucem Chriſti præferendo, agant, atque univerſis Chriſtianis paupertatem atque ſimplicitatem Servatoris noſtri, comitum * ejus æmulando, præluceant. Convenit itaque inter Pontificem Max. atque Cæſarem, uti ſacerdotes, flamines, Pontifices Maximi, minores, medioximi, omiſſis hujuſcemodi Reipublicæ (ut Chriſtus magiſter noſter appellat) ſpinis, victu parabili ac parco contenti, Chriſti præceptoris noſtri, quoad liceat, modeſtiam, paupertatem ſectentur, ſtudio literarum operam navent. Atque ad hanc legem promulgandam jam Paſchalis Romam ex Galliis redierat. Et Cæſar quam maximo poteſt adparatu Italicam expeditionem meditatur, conventuque Reginoburgi peracto, eam indicit. Menſe Auguſto ex Germania in Italiam cum copiis movet, quoſque, (inter quos præcipuus fuit David Scotus, harum rerum ſcriptor) divini humanique jurisconſultiſſimos, quorum arbitrio domeſticus motus, pernicioſa diſcordia, civilis ſeditio, qua per duodequinquaginta annos continenter Reſpublica attrita eſt, tolleretur atque penitus extingueretur, ſecum ducit. Pontificia poteſtas, ſpecie quidem Eccleſiaſticæ libertatis tuendæ, in cujus auxilium compatata eſt, re autem dominationem ſibi acquirens, ſtudium populi, ſacrificulorum favorem, legibus popularibus, Pontificalibus decretis, aucupabatur. Ipſa atque eandem occupantium inexplebilis honorum & regni fames, omnium ſeditionum cauſſa fuit. Inerat omnibus ſpecies æquitatis. Quid enim tam juſtum, quam paſtorem communem communiter omnium ovium ſuffragio deligi? Quid tam æquum, quam ut nihil in Republica Chriſtiana temere, nihil avare, nihil ſuperbe fieret, ſed cuncta, quaſi præſente Deo, ejus legato authore, gererentur? Quid porro tam rationi conſentaneum, quam ſacris aris addictos immunes eſſe, ne fidem dextræ, humano ſanguine pol-

Anno Chriſti

Legati Cæſarei, qui nunc vixit, hac omni de re narratio.

** Lege, Comitumque ejus, id eſt, Apoſtolorum.*

M C VI.

Davidis Scoti hac omni de re teſtimonium.

Fœda ſpecie æquitatis pax Imperii fœde nunc turbata.

ſimo hriſti

lutæ, dare adigerentur? Quid denique tam populare & ad jus libertatis Chriſtianæ æquandæ, tam efficax, quam ut liberis nemo niſi juſtus Rex, & ab ipſis creatus, & quam diu bene beateque vivat, atque illis libuerit, imponatur? Sed hæc re ipſa in perniciem erupere. Latuit anguis in herba, & miſera Reſpublica Chriſtiana dilacerata eſt diſcordia parricidiali. Primam facem certaminum accendit Hildebrandus, qui & Gregorius ſeptimus. Hic pulſus Roma, extorris aris, focis, Salernii interiit. Statim Victor & Urbanus vindices legum Hildebrandi, non minore motu incaluere, terrore atque tumultu omnia complevere. Hic filiis adverſus parentem Cæſarem Auguſtum arma ſumere perſuaſit, ipſoque ſublato, nihilo minus Paſchalis eadem via rem adgreſſus, acrius conflavit incendium, dum leges Hildebrandinas aſſerere non deſtitit. Cæterum pars exercitus (inde enim divertit oratio) per juga Tridentina, pars Cottias Alpes, in campos Italiæ penetrarunt. Cæſar Eporedia egreſſus, conjunctis copiis, Novaria expugnata, combuſta, in ditionem Ciſpadana Italia recepta, Padum tranſit, Placentiæ caſtra facit, ſtativaque habet.

Legati Cæſarei, qui nūc vixit, hac omni de re narratio.

M C VI. Parmæ Mathildam, uxorem Welphonis reguli Bojorum, in fidem atque clientelam accipit; quicquid reſiſtere auſum fuit, perdomitat. Apennino ſuperato Florentiæ ſubſtitit, ibique brumales ferias concelebrat. Inde Aretio vi ad obſequium ſubacto, ad Aquam pendentem procedit; ibi legatos ſuos cum mandatis Romam miſſos, atque cum Romanis Pontificis atque populi oratoribus reverſos offendit. Rurſus alios in urbem ad Pont. Max. proficiſci jubet. Interim Sutrium progreditur; ibi amici Cæſaris atque Pontifices Romani conveniunt. Cælati referunt, Paſchalem poſtulare, ut Cæſar clientela Epiſcoporum ſe abdicet: cæterum ab ſacerdotibus, & templis, ducatus, præfecturas, tetrarchias, vectigalia, prætoria, tributa, prædia ſtipendiaria, agros, vicos regios, arces, urbes, caſtella, jus cudendæ monetæ, imperii Cæſariſque beneficia, regia munia, & hujuſcemodi imperii patrimonium, nervoſque Reipublicæ recipiat. Annuit poſtulatis Cæſar hac lege; Ut id in conventu Procerum, Pontificum imperii celebri fieret, diplomateque ex concilii decreto confirmaretur. Uterque hanc conditionem accepit. Pontifex obſidibus datis pactum confirmat, fidem dat ſic fore. Cæſar, acceptis obſidibus, Romam accedit; a Pontifice, Senatu populoque

Romano eo honore, quo principem orbis atque urbis decuit, excipitur. Per portam argenteam ad templum D. Petri deducitur: ibi recitato fœdere, lectis epiſtolis ultro citroque miſſis, Maximo Pontifice illud jure ſuo, ritu ſolenni, confirmare conante, atque id quod æquum bonumque foret, juxta promiſſa, ſe comprobaturum adſeverante, Epiſcopi plerique, maxime Conradus Archymiſta * Iuvavenſis, ex Abuſinæ patriæ meæ regulis ortus, intercedunt, obnunciant, vociferant, nullum jus ſpoliandorum Epiſcoporum, templorumque, opes Eccleſiaſticas Deo dicatas in prophanos transferendi, Paſchali eſſe: ſe vero vectigalia, portoria, oppida, regiones, a majoribus ſibi relicta, quæſitaque, hactenus poſſeſſa, non tam facile amiſſuros. Hainricus Kauffringo, caſtello ſuperioris Bojariæ, ortus, ſtricto enſe Conrado Bojorum primario Epiſcopo, obſtinatius refraganti, mortem, niſi principibus Romanis adſentiatur, comminatur. Atque ille impavidus porrecto jugulo; Feri ſane ſi lubet, inquit, devotum caput. Cæſar intercedit, ab imminente nece Conradum eripit; Hainrico, Apage, ait, nondum tempus eſt. Ita dies ille Solis, qui tum erat media quadrageſima, diſceptationibus protractus eſt in noctem. Noctu Romani arma corripiunt, copias Cæſaris invadunt. Cæſar ſuis auxilium fert, fortiter reſiſtit, hoſtes in fugam vertit, in Tiberimque agitat, ibique ſubmergit; mœnibuſque urbis dirutis, diſpoſitis per regiones ſtationibus, perdomitis hoſtibus, urbe egreditur, ante mœnia Romæ caſtra locat, ſecum Pontificem, Romanos flamines abducit, atque Ulrico, fratri Hainrici ab Eppenſtain, reguli Charionum, Monachorum Divi Galli in Suevia Antiſtiti, Patriarchæ Aquileienſi, commendat; Paſchales ferias in caſtris perpetrat. Ibi tum bonorum virorum opera, potiſſimum Welphonis Bojorum reguli, mariti Mathildæ, controverſia compoſita eſt, hac lege atque omine; Ut Cæſar poſthac perpetuo, abſque ambitu, ſine pretio, Pontifices, aſſumeret; ſicuti hactenus ſemper more majorum factitatum foret: Sacerdotia, Pontificatus ſine pecunia daret, ſicuti hactenus, quaſi jure hæreditario, conſueviſſet. Sacerdotes, Epiſcopi, regia beneficia, Salica prædia, quæ poſſiderent, retinerent; Pontifexque Romanus harum conditionum author fieret. His itaque confectis, Cæſar octavo poſt Paſchalia die, a Senatu populoque Romano magno gaudio in templum

Anno Chriſti M C VI.

Legati Cæſarei, qui nũc vixit, hac omni de re narratio.

** Scribendum haud dubie eſt, Januenſes. quomodo tunc loquebantur. Genua tunc hodie qua dicitur, horum temporũ ſcriptoribus Janua appellatur; quod & alibi annotavimus.*

Anno Chriſti

D. Petri deducitur, a Paſchali conſecratur, Auguſtuſque cognominatur. Poſteaquam Euangelium recitatum eſt, Paſchalis pro concione teſtes univerſos eſſe jubens, veterem ritum aſſumendi Pontificis Cæſari reſtituit, eidem juxta patrum decreta addicit. Deinde lege hac atque diplomate dato, porrectaque ſacra hoſtia, Domine (inquit) hic eſt Dominus Deuſque noſter ex Maria virgine natus, pro nobis in crucem actus, ſicuti ſacroſanctus Chriſtianorum cœtus credit. Accipe pignus veræ amicitiæ, qua mutuo reconciliati ſumus. Factum hoc Idibus Aprilibus, indictione quarta, Anno ab reſtituta ſalute milleſimo centeſimo undecimo. Mox contradicentibus Pont. Max. more majorum, diras atque inferias dicit. Nemo non tum lætitiam agitabat; pacem tot annis deſideratam, terriſque depulſam, cœlo tum reducem gratulabantur. Ad priſtinam majeſtatem Imperium, reſque publicas rediiſſe, concordia perpetua ſtabilitum videbatur. Paucis poſt diebus Imperator reditum parat, Paſchali, Flaminibus, Pontificibus, Maximis, Minoribus, Medioximis ampliſſima, ſupra quam cuiquam credibile eſt, dona facit. Poſt hæc a Pontifice, Sacerdotibus, Senatu Populoque Romano abeunti bene precantibus, per aliquot ſpatia itineris deductus, Apenninum tranſit, in Germaniamque reverſus Spiræ juſta parenti magnifice facit. Albertum Comitem a Sarbruck, Cancellarium ſuum, more majorum Pontificem Moguntinum declarat. Inde Bojariam petit, Reginoburgii atque Bathaviæ conventus agit. Colomannus tum Rex Ungariæ Almum fratrem ſuum regno pellit. Is profugus Bathaviam ad Imperatorem ſe confert, opem ejus implorat. Auguſtus facile copias auxiliares pollicetur. Nam Colomannus quaſdam urbes, liberas atque maritimas, Dalmatiæ occuparat. Infeſto igitur exercitu in Ungariam Quintus contendit; Piſonium, urbem primam Ungariæ, obſidione claudit. Colomannus Rex ad colloquium Cæſaris venit, urbes Dalmatiæ reſtituit. Auguſtus fratres in gratiam redigit. Inde Bojos, Bojemos, Flandros, imperata detrectantes, pari facilitate ad obſequium cogit. Dumque in Bojaria Reginoburgii hyemat, divus Otto Babobergenſis Epiſcopus contubernium Monachis extra mœnia urbis conſtruxit; Prufling, vel Privening vocant. Abudiacum vicum, cæteraque prædia, quæ divus Hainricus Babobergenſi templo condonarat, Monachis tribuit. Eadem tem-

Legati Cæſarei, qui nūc vixit, hac omni de re narratio.

M C VI.

peſtate

peſtate Hainricus, & filius ejus Erneſtus a Kirchberg, Comites & reguli, arcem ſuam Mallerſtorff in inferiore Vindelicia propter Lavarum amnem ſitam, in templum commutant. Hardovicus Reginoburgenſis Epiſcopus dicat, ſacris divi Benedicti initiat, Burckhardum magiſtrum legit. Per idem quoque tempus Berchtoldus ab Andechs & Dieſſen dynaſta in vertice Matronæ montis, qui in prima Vindelicia divo Petro dicatus Oeno continuatur, ædem conſecraneis divi Benedicti condit. Damaſiæ quoque collegium cum filio Poppone auxit. Otto in Witelſpach, Berchtoldus Lechomondi, id eſt, Lycoſtomatis regulus, ambo ex Schira oriundi, progenitores Principum noſtrorum; in ripa Geloni fluminis Eyſenhoviæ in monte divi Petri ædem Monachis dedicant. Et paucis poſt annis Bruno magiſter ejus collegii cum ſymmyſtis, conſilio Alberti Moguntini, & Conradi Iuvavenſis Archiepiſcopi Schiram migrat. Nam id caſtellum, incunabula Principum noſtrorum, Beatrix uxor Arnulphi Comitis a Dachau, cum filiis Conrado & Ottone; Otto in Witelſpach habitans, cum patruelibus ſuis Ottone, Bernardo & & Eckhardo in templum commutavere. Hujuſque rei Hainricus Quintus, & Paſchalis authores facti ſunt. Circa eundem temporis tractum divus Nordobertus, ex Santhone *oppido inferioris Germaniæ, quod Trajanam Romani vocant, ortus, collegium novorum myſtarum, quos Premonſtratenſes vocant, fecit. Eodem etiam tempore Hardovicus, Epiſcopus Reginoburgenſis, Valentiam templum divo Georgio dicatum, pulſis Monachis, tradit Auguſtalibus flaminibus, accito Hardovico magiſtro ejus ſectæ ex Norico de æde divi Floriani. Conradus itidem Epiſcopus Reginoburgenſis quinque poſt annos Monachos rurſus reſtituit, ipſiſque Fridericum præfecit. Monaſterium id Danubio ſeptum, quinque millia paſſuum ab Abuſina, patria mea, aquilonem ſpectat. Ibi cineres Artobrigæ quæ, teſte Claudio Ptolemæo, diligentiſſimo Coſmographo, caput olim Vindelicorum erat, monſtrantur, ſicuti in ſecundo & tertio volumine ſcripſi. Theſſalonus primus illud condidit. Per idem tempus Dietpoldus Vogburgenſis, Dietpoldus Chamaborum limitis præfecti, & Litogardæ filius, cum uxore Adoleda Richopagum apud Nariſcos in ripa Rhegi divo Benedicto condidit. Idem quintodecimo deinceps anno Valdoſaſſoniam, ampliſſimam Nariſco-

Anno Chriſti

Legati Cæſarei, qui nũc vixit, & Aventini, hæc omni de re narratio.

M C VI.

* Oppidum Gelriæ eſt; vulgo nunc *Santen* vocant.

Premonſtratenſium Ordinis origo.

Anno Christi M C VI.

rum ædem Monachis Ciſtercienſibus extruxit. Divus Otto, Babobergenſis Epiſcopus, accepto a Cæſare commeatu, Pomeranis, accolis ſinus Codani, religionem Chriſti interpretatur. Divum Marianum Scotum, conterraneos ejus Iſacium, qui centum & viginti vixit annos, Clementem, Muricherodachum, Ioannem, Candidum & Donatum, Imperatore Hainrico quarto imperante, Reginoburgium in Bojariam veniſſe, juxta templum divi Petri extra mœnia a civibus, præcipue Bezelino quodam, eis ædiculas conditas eſſe, ſupra in quinto libro retuli. Hac fama moti plures Scoti de Hybernia adventarunt, quibus ſeptem illi præfuere, quorum ultimus Clemens fuit. Ubi anguſtius habitare cœperunt, Fridericus Phronthuſius, Otto Ritoburgenſis præfectus urbis, frater ejus Hainricus, cum uxore Bertha, quæ filia fuit divi Leopoldi Auſtriaci, Litogarda uxor Friderici Comitis de Bogen, curatoris templi Reginoburgenſis, Gundackerus & Wernherus de Labar, grande monaſterium divis Iacobo & Gertrudæ intra mœnia urbis condunt. Comites de Labar, & Rietenburg, prædia apud Nariſcos tribuunt, illorum ibidem monumenta extant. Bertha ibidem ſepulta, vineas in Auſtria donavit. Hartovicus, Epiſcopus Reginoburgenſis, templum dedicavit, anno ab orbe ſervato M C X X. Primus præſul fuit Mauritius, authores fiunt Caliſtus Pontifex Maximus & Imperator Hainricus quintus, Cæſar Auguſtus. Mauritio ſucceſſit Chriſtianus. Fabulæ igitur ſunt, hoc monaſterium a Carolo Magno conditum eſſe, qui ante trecentos annos ex hac vita migrarat. Conradus tum quoque Saliſburgenſis Archimyſtes apud Richenhal in Norico collegium myſtis Auguſtinianis inſtituit; Zenonis vocant. Primus antiſtes fani ejuſdem Lanzo. Sed ad Hainricum quintum redeo. Is Reginaldum Bairenſem dynaſtam in confinio utriuſque Franciæ imperata facere cogit, Barrio caſtello (nunc eſt * Luthareorum reguli) expugnato, captivum abducit. Moguntiaci Mechtildam, filiam Hainrici regis Angliorum, uxorem ducit, nuptias facit. Omnes principes potentia Cæſaris territi, metuque perculſi ob amicitiam, quam cum Pont. Romano inierat, apparuere. Lotharius Saxonum Dux in celebri procerum corona nudis pedibus, & diſcinctus procumbens, veniam petiit, & impetravit. Verum, Alberto Mogontino Pontifice authore, plerique proceres & ſacerdotes, maxime Saxones, adverſus Imperatorem conſpirant,

Legati Cæſarei, qui nūc vixit, hac omnis de re narratio.

* *Ita Aventinus vocat, quos hodie* Lotharingos *nominamus à* Lothario *nempe, ita dictos; pro quo alios* Lutherius *vel* Luther rus, *dixiſſe, hinc liquet.*

do-

domum jugum excuſſuri remeant. Auguſtus, indicio ad ſe delato, Albertum Mogontinum in vincula conjicit. Unde elapſus ad Saxones ſe confert. Fridericus quoque, Agrippinenſis Epiſcopus, cum civibus rebellionem facit. Gotofridus atque Haintieus *Lutharexæ inferioris duces imperata etiam detrectant. Pleraque tum prodigia bellum civile portendiſſe in faſtos relatum eſt, ſanguine pluit, lavans caput cruore manus pollutas invenit: terra intremuit, urbes, domus everſæ. Dormitantes noctu cubilibus excuſſi ſunt. Tonitrua, fulgura crebra, mortales attonitos fecerunt. Dira grando ſegetes, homines, pecora attrivit. Leodii ſubito, tranquillo aëre, turbo coortus fulmine tres ſacerdotes comprecantes in templo, veſperi, pridie ejus diei, qua Chriſtus triumphabundus cœlos conſcendit, extinxit, mœnia, ædes ſubvertit, fœtor peſtilens ſubſequutus eſt. Nubes ſolutæ, fluminumque more effuſæ, pecudes, caſas, villas cum hominibus aquis operuere. Nubes ſanguineæ, crux, homo candens in cœlo viſa; exitium orbi terrarum adventaſſe credebant. Rurſus Germania in ſua viſcera ferrum convertit. Solum Fridericus & Conradus, hic Franciæ, alter Sueviæ regulus, & Godefridus, præfectus *prætorio Rheni Imp. tutabantur partes. Cæteri omnes jugum excutiunt, ſæviunt, cuncta incendiis, cæde complentur. Urbes, oppida, vici, arces, caſtella diripiuntur, ad egeſtatem & ſolitudinem rediguntur, licentiaque & conſuetudine belli civilis, graſſatores plurimi paſſim villas, civitates, itinera obſident. Viatores, cives, ruſticos, ſacerdotes ſine diſcrimine ſpoliant, fana donis referta expilant. Dum hæc in Germania fiunt, legati Caloioannis, qui Alexio parenti ſucceſſerat, Imp. Conſtantinopolitani, Romam venere, & honorificentiſſime excepti ſunt. Romani eiſdem ad quintum lapidem officii gratia obviam procedunt. Poſtridie Pont. Max. Sacerdotes, Senatum, populum, acturos de communi omnium ſalute atque libertate urbis, reginæ mundi, in templo Conſtantini coïre jubet. Legati Orientalis Imperatoris introducti ſuper omnes ad dextram Paſchalis collocantur. Deinde paucíſſimis ita verba faciunt; Salutat univerſos orbis terrarum Dominus Imperator Orientalis, poſtulatque, ut relictis inſanis, diſcordioſis, furibundis, & ebrioſis Germanis, ſæviſſimis prædonibus, qui famem & egeſtatem ſuam latrociniis explere coguntur, ad verum, antiquum & legitimum Imperatorem re-

Anno Chriſti M C VI.

**Id eſt,* Lotharingiæ, *ut ſupra obſervavimus.*

Legati Cæſarei, qui nūc vixit, hac omni de re narratio.

**Id eſt,* Palatinatuſ.

Anno Chriſti

deatis. Is non ſolum Eccleſiæ ſe propugnatorem præſtabit, ſed etiam viduas, pupillos, infimumque quemque auro, argentoque ditabit. Hæc ubi dicta, acclamatum eſt more gentis, Perplacet; reddamus diadema legitimo & antiquo rerum Romanarum principi. Deficiamus a Teutonibus ſeditioſis & ſtolidis ad veterem Romani Imp. moderatorem. Vetus Roma cum nova, Occidens cum Oriente rurſus conjungatur. Poſt hæc Paſchalis concionatur in Imp. Hainricum quartum, atque ejus filium Quintum, crimina, injurias, vitia commemorat. Petrus Leon, præfectus urbis, Ioannes Cajetanus, Hugo Cluniacenſis antiſtes, cæteri pacis ſtudioſi, obnunciant, clamant, perſtrepunt, vociferantur, Paſchalem maximo Reipub. Italiæ, Romæ, omnium denique incommodo, contra fas atque æquum pacem exuere, fœdus diſſolvere, pactum prævaricari, Chriſtianam religionem diſcordiæ malis ſcindere atque polluere. Fit tumultus, conventus diſſolvitur. Poſtridie in eandem ædem Epiſcopi partium Paſchalis, vocato ad arma populo, frequentes obſtinatique concurrunt, confluunt. At Paſchalis excluſo populo, accitis in curiam quibuſdam Flaminibus Italiæ, Siciliæ, Galliæ, Britanniæ Epiſcopis, maxime Conrado Preneſtino, Beluacenſi, Rhemenſi Epiſcopis, legato Burgundiæ (quibus omnibus potentia Germani principis formidoloſa erat) contra nitentibus, pacis ſtudioſis, ac ſtatum temporum, perniciem communem, clades futuras, civilia arma, Chriſtianorum necem, diſſenſiones, ſeditiones deplorantibus, in Imperatorem Hainricum quintum concionatur; ingratum vocat. Eundem a ſe patronum D. Petri nuncupatum, tamen cuncta cæde, incendiis, rapina, ſacrilegio compleſſe, caſtella vi expugnaſſe commemorat. Alia convitia, quæ ira ſuggeſſit, in Cæſarem jactat; ſacrilegii, cædis, homicidii, latrocinii, tumultus concitati condemnat. Deinde Hildebrandum atque Urbanum ampliſſimis verbis collaudat, acta eorum comprobat. Imperatorem, prophanos quoſque, a rerum divinarum cura, a ſacerdotiorum procuratione, ab opum Eccleſiaſticarum rerumque miniſtratione, decreto ſubmovet, Comitiis Pontificalibus arcet, excludit; omne jus interdicto Cæſari adimit; nullam ejus rationem in illiuſmodi habendam cenſet; Pontificem Max. mendacii religione obſtringi non poſſe decernit; inductoque priore decreto, diploma privilegiumque ſibi captivo, vi atque armis, in caſtris,

Legati Cæſarei, qui nũc vixit, & Aventini, hac omni de re narratio.

M C VI.

ſub

ſub papilionibus a tyranno extortum, ut ſua Roma ſervitute, atque ſævitia immaniſſimorum latronum liberaretur. Privilegium nuncupat; quod modo ratum erat, irritum facit; quod dictum indictum eſt; contra ſentientibus ſacrificiis interdictum. Deinde Friderico Agrippinenſi, Conrado Ianuenſi Archiepiſcopis ſcriptum; Imperatorem in numero impiorum computatum eſſe, è curia Chriſtianorum ſubmotum; & ad auxilium Eccleſiæ Romanæ invitantur illi archimyſtæ. Extant Epiſtolæ, atque hujuſmodi, quæ ego breviter perſtringo, quemadmodum geſta ſunt, ſervantur in Bibliothecis noſtris, relata a quodam Legato Auguſti, qui interfuit, & quid quoque die a ſingulis dictum factumve fuerit, Imp. renunciavit. Dumque talia in Italia & Romæ fiunt, Conradus Archimyſta Bojorum ad Saxones deficit, Hugonem Epiſcopum Cæſarianum Brixina movet, Renoberthum Monachorum Saliſburgenſium præſulem ſufficit. Hainricum quoque Fruxinenſem Epiſcopum abdicare conatur. Viſchopagum, alia templa, quæ is conſecrarat, reſecrat; Fruxinum inde ſe confert, Hainricum Paſchalis decreta refellentem dignitate moturus. Verum myſtæ ejuſdem fani, qui tum doctiſſimi omnium ſacerdotum Germaniæ cenſebantur, acta Paſchalis velut ſacris literis contraria reſcindunt, Conradum urbe exigunt. Qui a Saliſburgenſibus quoque excluſus, in Saxoniam aufugit. Saxoniæ proceres, Epiſcopi, Archimyſtæ hi, Conradus Ianuenſis, Albertus Moguntinus, Fridericus Agrippinenſis, Theodoricus legatus Paſchalis, in Agrippinenſi Colonia coëunt; Auguſtum, & Epiſcopos ab eodem more & ritu priſcæ religionis in Senatum Pontificalem allectos devovent; Imperatori hiſque paſtoribus rebellantibus, mandata detrectantibus, belligerantibus adverſus Cæſarem veniam ſcelerum condonant, cœlum aperiunt, cæteris claudunt. Fidem igitur ſervantes oppugnantur; ſub ſpecie religionis ſtupra, inceſtus, ſacrilegia, paſſim committuntur, cædes, incendia impune fiunt. Auguſtus ſe quoque tutaturus Agrippinam Coloniam petit; agris circa vaſtatis, in Saxoniam tendit, cum Saxonibus contendit. Segifridus ac Horo, Manoveltæ proceres, Saxonum prælio ſuccubuere, atque occiſi ſunt. Inter hæc Conradus in Francia, & ad Danubium, Fridericus in Suevia, & juxta Rhenum, ſorore Imperatoris geniti, fortiter acta avunculi tutantur. Emicho dynaſta, partium

Anno Christi

Legati Cæſarei, qui nūc vixit, & Aventini, hæc omni de re narratio.

M C VI.

Anno Christi.

Alberti Sarobrigæ, Epiſcopi Moguntini, authoris hujuſce belli civilis, a Friderico occiditur. Stephanus, Colomanni regis Ungariæ filius, Lupoldus Auſtriacus cum Duce Bojemiæ Ladiſlao, ſubſequuntur veſtigia Ungarorum; ad Eyſenoſtadium (quod ferreum oppidum ſignificat) progrediuntur. Agris circumcirca vaſtatis, incolumes revertuntur. Iiſdem diebus Welpho ſecundus Dux Bojorum abſque liberis Caupheringii (vicus eſt Lycatiorum) obiit anno poteſtatis duodevigeſimo, æræ Chriſtianæ milleſimo centeſimo undeviceſimo. Corpus ad Altorff deportatum eſt. Tum quoque uxor ejus Machtilda in Italia vita defuncta eſt; Auguſtus cum uxore Italiam intrat, illius opes jure hæreditario (nam cognata fuerat) poſſidet. Eodem tempore Paſchalis Romæ, ad quem Auguſtus cum mandatis legatos miſerat, moritur. Priores Pontifices Romani ad diplomata, Epiſtolas, libellos omnes hactenus Imperatoris annos addiderunt; primus Paſchalis hiſce tacitis, ſuæ poteſtatis numerum adſcripſit; huncque primum immunitate donaſſe collegia, licet ab aliis extructa, reperio. Hocque vita defuncto, Romani certiorem faciunt Imperatorem, petunt ut Romam veniat, atque Comitia Pontificalia cum Sacerdotibus, Senatu, populoque more majorum habeat. Inter hæc quidam Ioannem Cajetanum, magiſtrum Epiſtolarum, Pontificem deſignant, Gelaſium adpellant. Is ubi adventare ad urbem Imperatorem accepit, in Galliam aufugit. Tertio ab Auguſto & Romanis revocatus, redire ad ovile noluit, Cluniaci obiit. Tum Quintus & Romani, veteri conſuetudine, Mauritium Burdinum, Archiepiſcopum Braccenſem Hiſpanum Pontificem legunt, Gregorium Octavum adpellant. Profugi, diſſimulata hujus conſecratione, Vidonem Archiepiſcopum Viennenſem, germanum Stephani Burgundionum tetrarchæ, avunculum Baldovini Flandri, conſanguineum Imperatoris, Pontificatui maximo imponunt, Caliſtum vocant. Is a ſociis emendicatas pecunias, ubi Auguſtus ex Italia in Germaniam redit, Romanis diſtribuit, ad urbemque triumphabundus deductus eſt. Gregorius Sutrium aufugit, atque in vincula conjectus eſt. Quintus impar factioni Pontificum Romanorum, diffidens rebus ſuis, atque eventum cauſæ deſperans, cum Caliſto in gratiam rediit, ex ſummaque diſcordia principes Romani reconciliati ſunt. Auguſtus Comitiis Pontificalibus, clientela Epiſcoporum

Legati Cæſarei, qui nūc vixit, hac omni de re narratio.

MCVI.

deſti-

deſtitutus, arbitrio cœtus Eccleſiaſtici excidit, Pontificatus univerſi, ſacerdotiaque, beneficia Romani Pontificis facta ſunt. *Anno Chriſti*

Bellum quoque Henricus cum Boleſlao, Polonorum rege geſſit, & prælio in Campo Canino ſuperatus eſt. *Bellum ejus Polonicum*

His, aliiſque publicis calamitatibus, ſive in odium, ſive in contemptum adductus, tandem in Belgium profectus ad ſororem, viduam Hollandiæ Comitis, Ultrajecti in morbum incidit & exſpiravit, infelicium Principum & ipſe ſingulare exemplum. Imperavit annis XIX. *Henrici V. exceſſus.*

Imperio dum Henricus hic præfuit, Orientis ſceptrum habuit Calo Iohannes, Alexii Comneni filius, qui cœpit imperare anno Chriſti MCXVIII, & imperavit annos XXIV. Patre & victoriis bellicis & opibus ſuperior, & vir melior. Nam in Aſia Turcos repreſſit, & in Europa Scythas. Tartaros, qui locuſtarum inſtar denſis agminibus ex Septentrione in Thraciam & Macedoniam involaverant, inde expulit. Quibus ſummotis bellum fecit Hunnis, quos prope Belgradum profligavit in loco qui a ſtrage Francorum Φραγκοχωρίον in hiſtoria dicitur. Cum Conrado Suevo Imp. fedus fecit & affinitatem contraxit data filio Manueli in uxorem ſororis Gertrudis, conjugis Conradi, filia Comitis Sultzbachici. Periit in venatione venenata ſagitta læſus. *Orientis Imp.* MCVI,

Eodem hoc Henrico habenas imperii tenente Bernhardus, qui Sanctorum Catalogo dein inſcriptus eſt, natione Burgundus, & Cænobii Clarevallenſis primus Abbas, (quare & Clarevallenſis vulgo appellatur) floruit, vir pietate ac doctrina ea tempeſtate præſtans ac primus. Ab eo Bernhardinorum Monachorum ordo fluxit, qui magnis dein ſe promovit incrementis. *S. Bernhardus floret.* *Bernhardinorum Monachorum ab eo origo.*

Carus ei inprimis, quod & Epiſtolæ teſtantur, fuit, eodemque tempore claruit, Petrus, Abbas Cellenſis; qui deinde S. Remigli Remenſis Abbas, & Epiſcopus Carnotenſis ſalutatus eſt. Cujus viri Epiſtolæ cum beneficio doctiſſimi & diligentiſſimi Iacobi Sirmondi in manus venerint, earumque quædam ea contineant, quæ ad horum temporum hiſtoriam ac lucem plurimum facere ego intelligo, præſertim ſpectantia ſparſam magis magiſque Euangelii lucem inter Septentrionis Europæ incolas, paganos adhuc magnam partem & barbaros, & accuratiſſimis etiam Septentrionalium rerum ſcriptoribus ne inſpectas quidem animadvertam, nonnullas earum, quæ pro noſtro hic faciunt inſti- *Petrus Abbas Cellenſis floret.*

Anno Christi

tutò, promendas exiſtimavi. Neque tædio, ut ſpero, antiquarum rerum & originum cupidis erit, ea hic legere & agnoſcere, quæ vulgo ignorantur.

Carthuſienſes & Ciſtercienſes Monachi in Dania ſedem figunt.

Petri Cellenſis eâ de re Epiſtola.

Monachi certe, quos vocant, Carthuſienſes & Ciſtercienſes, in Daniam tunc invitati, ut & alii aliorum Ordinum, iiſque, propagandæ religionis cauſſa, Monaſteria exſtructa ſunt: qua de re Cellenſis Abbatis *Ad Domnum*, ita enim ipſe loquitur, *& patrem ſuum cariſſimum Eſkilo*, *Lundenſem* (Ita enim habet inſcriptio. Cave interim ne cum iis erres, qui Lundenſem aut Londinenſem in Anglia, & Lundenſem in aliis Septentrionis oris Epiſcopatus confundunt) *Archiepiſcopum. Ex veſtra dignatione in mandato ab anno præterito accepi, quatenus Carthuſienſes fratres expeterem, & de maturando negotio veſtro eos commonefacerem. Erat autem negotium, ſicut ſcitis, quatinus ad vos mitteretur frater Rogerius, ad locum Ordini illorum in partibus veſtris perquirendum & præparandum. Diſpoſuerat namque in animo veſtro plena & perfecta caritatis effuſio nova ſeminaria de omni genere ſacrorum ordinum ſeminare provinciam vobis à Deo commiſſam, ut exinde fructus, qui permanent in æternum, ſuſciperetis: & manipulos juſtitiæ de laboribus eorum ad æterna tabernacula reportaretis. Iam non ſolum in herbam, ſed in ſpicas Ciſtercienſis ſive Clarevallis ordo ibi multiplicatione fratrum excrevit: nihilominus & religio Præmonſtratenſis. Quia igitur guſtavit & vidit prudentia veſtra, quod bona ſit negotiatio iſta, ad ulteriora manum porrexiſtis, & de illo Ordine, qui quaſi Cherubin, ſive Seraphin, immediate reſidenti agno, qui habet oculos ſeptem & cornua ſeptem, in throno gratiæ accedunt, gazas veſtras exornare voluiſtis. Ecce factum eſt ut imperaſtis. Adquievit ſanctus Carthuſienſium fratrum conventus juſtis petitionibus veſtris.*

M C VI.

Alia ejuſdem de vita Monachorum corrupta.

Monachorum & ab ipſis Monachis damnata, qualis nunc temporis vita fuerit, hæc, quæ ſequitur, ejuſdem Abbatis Cellenſis Epiſtola ſatis ſuperque oſtendet. Neq; enim aliud narrandum hic ego mihi propoſui, quam quod ſingula ſæcula notandum præbent; ab iis præſertim notatum, quorum ævo nulla inter Chriſtianos, qualia hodie ſunt, partium ſtudia habebantur. Sic enim fit, ut veritas, tanquam partium ſtudio corrupta, haud poſſit accuſari. Ipſum igitur Cellenſem Epiſt. x I I I. qualem eam Sirmondi exhibet editio, hac de Monachorum eo ævo ſive impudentia ſive impietate differentem audiamus. Ejus ad Monachum Norvicenſem hac, quam diximus, Epiſtola verba ſunt; *In noſtra, credo,*

quod

quod & in veſtra patria non Monachi, ut pace illorum dicam, ſed ex Monachis ſuper numerum multiplicati, nomini Sancto, quod invocatum eſt ſuper eos, contumeliam faciunt, dum turpiter vivunt, dum ventris, gulæ, & luxuriæ deſideriis ſe exponunt: dum corpus ſuum, quod dici nefas eſt, & negatio contra Deum, contumeliis afficiunt. Nomen itaque Dei per eos blaſphematur inter gentes. Utinam Phinees reſurgeret! utinam Helias zelo zelatus pro domo Iſraël recumbentes in idolio igne cæleſti conſumeret! utinam ſaltem Ieremias captivitatem filiæ Sion triplici luctu, ſcilicet orationis, prædicationis, & exempli doceret, moneret, defleret! Verus nempe Pharao, qui omnia diſſipat, & cum Deo non congregat, lapides ſanctuarii per platearum compita diſſeminat, vaſa templi Domini in delubris ſuis juxta Dagon aſportat, filium virginis cum filio Veneris collocat, & in phialis & ſcyphis cum concubinis ſuis uſque ad mane potare non ceſſat. Uſquequo, Domne, non eſt qui pennam moveat & gannire audeat? Medium ſilentium tenent omnia. Moyſes non extendit manus ad cælos: graves enim ſunt, & plenæ ſanguine. Ideo vincitur Iſraël, & vincit Amalech. Quatuor fabri cornibus ſuis ventilant univerſum Iudam & Iſraël, dum reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ bruchus, & reſiduum bruchi rubigo. Hæc ſunt tertia & quarta generatio, in quibus Dominus reddit peccata patrum in filiis. Prima ſcilicet generatio eſt ſuggeſtio carnis, ſecunda primus pulſus cogitationis, tertia deliberatio vel perpetratio operis, quarta gloriatio ſceleris. Felix qui his cornibus non ventilatur. Si qua itaque in vobis eſt miſericordiæ ſcintilla, ſi qua viſcera pietatis, ſi quis ros benignitatis, compungimini. Lacrymæ procul dubio iſtæ nequaquam inutiles erunt. Aut enim illis proderunt & convertentur, aut ad vos redient, & in ſinum veſtrum revertentur. Ut redeant itaque à via ſua mala, monendo tranſire de porta ad portam gladio potenter accinctus, nemini parcat, ſed diſperdat de terra memoriam eorum, qui ad cor redire diſtulerint; qui iniquitatem, quæ in manu eorum eſt, non abſtulerint. Hæc ad vos tanquam ad amicum juſtitiæ, zelatorem domus Dei, odio habentem eos qui contradicunt ſermonibus Sancti. Ad eos vero, quibus nihil dulce præter vinum & pretium, nihil amarum præter clauſtrum & ſilentium, nihil amandum præter carnem & mundum, nihil exoſum præter Dei verbum & Spiritum, nubes Dei coruſcant, tonitrua cæli fulgurant, ventus vehemens & ignis involutus accelerant. O inſenſati! Quis poterit habitare ex vobis cum igne devorante, aut cum ardoribus ſempiternis? Nonne ibi recipietis venenum pro vino, ſupplicium pro pretio? Seris & vectibus ferreis porta inferni conſeretur vobis, qui clauſtro

Anno Christi M C VI.

Petri Cellenſis Abbatis eâ de re Epiſtola.

Anno Chriſti M C VI.

noluiſtis includi: & clamor quoque & continuus luctus, qui non ſiluiſtis à facie Domini. Caro, quam curioſe nutriſtis, ſollicite foviſtis, ſtudioſe lactaſtis, regnum Dei non poſſidebit. Mundus, cui mundi creatorem poſtpoſuiſtis, in quo immunde ſorduiſtis, cujus fallaci pulchritudine oblectati patriæ cæleſtis obliti eſtis, non eruet vos de manu inimici. Verbum Dei tunc vos verberabit, non liberabit; accuſabit, non excuſabit; damnabit, non ſalvabit. Quid vobis cum Spiritu Dei, cujus contumeliis non parcitis, cujus templum violatis, quem contriſtare non reformidatis? Ni fallor, quod in eum peccaſtis non remittetur vobis, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

Danis Norwagiſque Euangelium per Fulconem offertur.

Petri Cellenſis eâ de re Epiſtola.

Nihilominus tamen incomparabile eorundem, in propaganda Religione apud Septentrionales Europæ populos, ſtudium nobis hic laudandum eſt; & quidem ejuſdem Cellenſis Abbatis auctoritate, cujus de oblato per Fulconem Euangelio Danis Norwagiſque, Epiſt. XV. hæc verba leguntur; *Pauper iſte Epiſcopus domnus Fulco, quem per Euangelium in Chriſto ego genui monachum, & vos Epiſcopum, de magnificentiſſima liberalitate veſtra Deo gratias nobiſcum refert, exponens quod ſuſtentamentum vitæ & peregrinationis ſuæ vos habet, & ſemper habiturum confidit. Scitis, Domne pater, quam duram provinciam ſortitus ſit, & quod animam ſuam in manibus ſuis poſuerit, potius mortem ſemper expectans, quam longam vitam. Scitis etiam, quia qui Prophetam in nomine Prophetæ recipit, mercedem Prophetæ recipit. Vnde remittimus eum ad vos, & commendamus eum Deo & vobis. Retinuimus eum ſiquidem malo tempore, remittimus autem bono & congruo, ut viſitet meſſem, utrum matura ſit ad metendum, an immatura ad laborandum. Manum ſiquidem miſit ad aratrum ope veſtra & opere, ad Chriſtianitatem dilatandam, & horrea Dei fertiliori ſegete implenda. Veſtrum enim, veſtrum eſt, quicquid incrementi provenerit ex labore ipſius, quia & de veſtro vivit, tanquam operarius Dei & veſter: & ad gloriam veſtram reſpicit atque coronam, quodcumque Chriſto acquirere potuerit.*

M C XXV. LOTHARIUS II SAXO, IMP.

Imperiũ Occidẽtis ad Saxones transfertur.

Poſt Henricorum hæc tempora, ortoſque iis imperantibus graviſſimos atrociſſimoſque, quos proxime memoravimus, motus, imperatrix regnatrixve domus tandem mutata, ſceptrumque ad Saxones tranſlatum, primuſque eorum LOTHARIUS, ejus nominis II. Imperator ſalutatus eſt. Cæterum cum Conrado, Sueviæ Principe ditiſſimo, ac patruele, grave illi de imperio certamen fuit. Lotharius ſuperior exſtitit; eique Conradus, cum

ſpes

ſpes omnes ſuas jam acciſas obſervaret, egregiam ea in re operam ponente S. Bernardo, Clarevallenſi Abbate, qui nunc floruit, cujuſque proxime meminimus, tandem conciliatur.

Anno Chriſti M C XXV.

Hic Pontifici Romano, ut tunc tempora erant, plurima indulgendo, plurimum & Eccleſiæ & imperio detraxit, & Monarchiam Pontificum Romanorum ambitione occupatam magnis incrementis auxit. Quid faceret? Præcedentium proxime Imperatorum exemplis & calamitatibus terrebatur.

Grave cum populo Conrado Suevo certamen.

Id interim in eo vel inprimis laudandum omnes deprehenderint, quod per Longobardorum & Francorum irruptiones quaſi exſtinctas & perditas Romanas leges velut è ſitu produxerit, atque iis robur ſuum reſtituerit, uſus eam in rem opera induſtriaque Irnerii J. C. (Wernerum vocant alii) qui ea tempeſtate celeberrimus, a Barbaris invectas conſuetudines ac iniquos mores ex veteri Romano jure, cui cognoſcendo totum ſeſe Conſtantinopoli dederat, emendavit, Romæque, atque item Bononiæ, idem illud aliquamdiu docuit. Ac ſic quidem & auctoritate Lotharii, & ſingulari inviſitataque Irnerii induſtria abolitæ prope ſepultæque Romanæ leges, vires ac quandam quaſi juventam nunc recepere. Sed in hujus laudis gloriæque conſortium Princeps fœmina etiam illius ævi clariſſima venit. De qua Aventinus Annalium Bojorum VI. *Wernherus quoque Ureconſultus, rogante atque jubente Mathylda, Welphonis ſecundi, Ducis Bojorum uxore, leges Romani populi à Iuſtino Imperatore invulgatas, hactenuſque neglectas, ſitu & carie obſoletas, cum tineis & blattis depugnantes, recognovit atque publicavit, continenti ſcriptura expoſitas, in libros, capitaque diviſit, ſententiam paucis ſummatim praſcripſit, legendo, commentando, interpretando, eaſdem etiam cæteris notas fecit; parum adhuc divulgatas diligentius retractavit.*

Lotharii nimia in Pontificem Romanum indulgentia.

Romana leges ab eo reſtituta.

Irnerii IC. ſingularis eâ in re induſtria.

Cæterum cum revocatæ & reſtitutæ iſtæ leges detrahere nonnihil Papæ Romani auctoritati, quæ ſupra imperatoriam jam excreverat, viderentur, prodiit ecce, Lothario hoc imperante, Monachus quidam, Gratianus nomine, qui Conſtitutiones ac Decreta Pontificum collegit, digeſſit, iiſdemque Synodorum veterum Canones plurimos, qui ex uſu & pro deſtinatione ſedis Romanæ eſſe ac facere plurimum videbantur, permiſcuit. Atque hæc origo & incunabula quaſi prima ſunt illius Iuris, quod Canonicum hodie appellatur. Ex duplici hoc jure, Canonico &

Canonici Iuris incunabula & origo.

civili,

Anno Chriſti.

Gibellinorum & Guelphorum in Italia factionis origo.

civili, illo Imperatorum, hoc autem Pontificum, tandem natæ in Italia ſunt Gibellinorum & Guelphorum celeberrimæ factiones; quorum quidem iſti Imperatoris, hi Pontificis Romani partes ac cauſam egere.

Tandem Lotharius, pacatis compoſitiſque Italiæ rebus, in Germaniam reverſurus, in ipſo itinere, vallem Tridentinam inter, per cœli inclementiam defecit.

Orientis Imp.

Oriens eo rerum potiente Imperatorem agnovit & coluit Calonem Iohannem, cujus jam meminimus. Neque alia de eo dicenda nobis hic offeruntur.

M C XXXVIII. CONRADVS III. SUEVUS IMP.

CONRADUS III, SUEVUS Henrico Superbo, Saxoniæ & Bavariæ Duci, quanquam acriter nitenti, ut ſummæ rerum præficeretur, in adeundo imperio prælatus eſt. Ex animi mærore Henricus tandem obiit. Sed ejus frater, Welphus Bavarus, haud minora adverſus Conradum odia exercuit. Unde bellum Bavaricum exortum eſt, pace tandem ſopitum ac exſtinctum.

Ejus expeditio, ſed nullius uſus, adverſus Turcas & Saracenos.

S. Bernhardo ſuadente, ut ferunt, Conradus hic expeditionem in Syriam ſuſcepit, ſed nulla re, cujus quidem meminiſſe operæ ſit pretium, geſta, in Germaniam rediit.

Orientis Imp.

Orientis imperium nunc habuit Manuel Comnenus, quem Nicetas ſcribit Calone Johanne natum, alii verò humili & abjecto loco. Cœpit imperare anno Chriſti MCXLIII. & imperavit annos XXXVII. Princeps ingenioſus, ſed levis & perfidus, monſtroſarumque opinionum in diſputationibus amans. Conradum Imp. ſub ſpecie amicitiæ inſigni perfidia afflixit; exercitum contra Turcas & Saracenos eductum ferro, fraude & veneno debilitavit, ſubmiſſis panibus ex farina & gypſo compoſitis.

M C LII. FREDERICVS I BARBAROSSA, IMP.

Excepit Conradum III. Suevum, fato functum, FREDERICUS I, cognomento BARBAROSSA, aut, ÆNOBARBUS, Conradi III. nepos ex fratre.

Nihil prius huic Principi aut antiquius fuit, quam turbatas mirum in modum Germaniæ res pacare.

M C LVI. *Auſtria, ſive Auſtriacorũ Ducum origo.*

Auſtriæ Marchiones hactenus dicti, ex ejus autoritate ſplendidiore Ducum nomine ac titulo ſalutati ſunt.

Pacatâ jam Germaniâ in Italiam, pacis etiam reddendæ gratia, contendit, utque motibus omnibus ſublatis Romæ impe-

ratoria

ratoria coronâ donaretur. Et ab Adriano I V. Pontifice coronatus eſt.

Italiam identidem cum peteret, Mediolanenſium inprimis rebellione excitatus, eam ſibi ſuiſque deſtinationibus adverſam habuit. Propter Mediolanenſium, ut accuratiſſimus Guthberletus notat, rebellionem expeditionem ſecundam in Italiam ſuſcepit Fridericus. Mediolanenſes Longobardiæ imperium certo ſibi deſpondebant; & priorem Imperatoris clementiam mollitiem interpretati, Pontificum vero inſtinctu confiſi, in quædam oppida protervius agebant, quod moleſte tulit Cæſar, moleſtius vero Adriani Pontificis reſponſionem, qua ſui juris eſſe dixerat imperium tribuere cui vellet. Mediolanum igitur vi expugnatam ſolo æquaturus erat Imperator, niſi cives ſtrictos gladios de cervicibus ſuſpenſos ſigna reatus geſtantes culpam fuiſſent deprecati. Sed vix inde digreſſo Imperatore in Burgundiam, Mediolanenſes novis fœderibus ſeſe muniunt, aſcito in ſocietatem Wilhelmo Siculo & magno Cardinalium numero. Inſtigatur Pontifex ut Imperatorem excommunicaret, qui dum anathematis fulmen in Fridericum meditatur, hauſtu aquæ in qua muſca ſubmerſa fuit enecatus ſcribitur, anno Chriſti M C L I X. Exſecutus eſt excommunicationis fulmen Adriani ſucceſſor Alexander I I I, & Venetos adverſus Fridericum irritavit. Hac re non leviter perturbatus Cæſar in bellum actius incumbit, & Mediolanum vi captam diripit, diruit & funditus delet. Sed Papa Alexander in Galliam ſeſe receperat, unde reverſus in Italiam denuo inflammat Venetos, quibus ſeſe adjunxerunt Mediolanenſes exules, & urbem reparatunt. Cogitur Imperator cum exercitu redire in Italiam, Romam capit, Calixtum Pontificem creat. In hoc tumultu Alexander Papa cuſtodibus habitu nautico deceptis Venetias evaſit. Perſequitur eum Otho Friderici filius, ſed a Ciano Venetæ claſſis ductore captus Venetias adducitur. Alexandro hæc victoria pergrata fuit, adeo ut Ciano urbem ingreſſo annulum aureum porrexerit, quo in mare projecto id ſibi deſponderet, & ſanxit deinde, ut Veneti duces quotannis idem facerent ſtato die; qui ritus hodie etiam obſervatur in die Aſcen-

Anno Chriſti M C L V I.

Mediolanenſiũ rebellio Fridericum in Italiam trahit.

Adrianus Pontifex ſibi arrogat imperium.

Mediolanenſium pœnitentia.

Mediolanenſes redeunt ad ingenium.

Adrianus Papa excommunicat Fridericum, & miſere obit.

Alexander III Papa inſurgit contra Fridericum. Mediolani excidium. Mediolani inſtauratio. Calixtus creatur Papa contra Alexandrum. Otho Friderici filius capitur à Venetis. Venetorum aureus annulus in mare projectus, imperii inſigne.

Anno Christi MCLVI.

ſionis Dominicæ. Fridericus igitur in anguſtias redactus tum propter felices Saladini in Aſia ſucceſſus, tum propter filii captivitatem, amicorum hortatu Venetias profectus & ad pedes Alexandri procumbens abſolutionem petit; ubi Alexander non contentus Imperatoris modeſtia collo Imperatoris pedem imponens acclamari juſſit: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leones & dracones. Imperatori reſpondenti, Non tibi ſed Petro, opponit Papa, Et mihi & Petro. Hoc modo impetravit abſolutionem. Mira Imperatoris patientia, qua in cauſſa meliore ſupplex eſt factus Papæ. Nimirum religionis opinione hoc factum eſſe, nullum eſt dubium. Venetiis dum eſſet Cæſar cum Wilhelmo Siculo tranſegit, cujus filiam Conſtantiam Henrico filio deſpondit. Longobardos etiam certis pactionibus imperio ſubdidit. Facta hæc ſunt anno Chriſti MCLXXVII. Ex Italia rediit deinde Fridericus in Germaniam.

Fridericus Alexandro Papa Venetiis fit ſupplex. Papæ Alexandri impudentia. Tranſactio Cæſaris & Wilhelmi Siculi. Fridericus reditus in Germaniam.

Hoc modo quum Fridericus Germaniæ & Italiæ rebus conſultum eſſe judicaret, in Aſiam expeditionem ſuſcepit ut crudele hoſtium latrocinium depelleret. Etenim Saladinus Ægypti Sultanus tanto ſucceſſu bella gerebat in Syria, ut capta Hieroſolyma aliiſque urbibus jam tota Aſia videretur potiturus. Feliciter igitur Saladinum repreſſit Fridericus, & Aſiam a Saracenis liberavit, adeo ut ſi diutius ſuperſtes fuiſſet Fridericus, Saraceni & Turcæ penitus extingui potuiſſent, vel ſaltem ex Syria & Ægypto expelli. Hiſce ita geſtis Fridericus labore & æſtu defatigatus poſt ejectionem Saladini, ex Armenia quum deſcendiſſet in flumen, lavandi cauſſa, in hepatis morbum incidit, quo intra paucos dies in Seleucia Syriæ extinctus eſt. Cadaver a filio Friderico honorifice Tyro, quæ poſt amiſſam Hieroſolymam fuit arx Chriſtianorum, ſepultum eſt.

Ejuſdem iter in Palæſtinam, & exceſſus.

Frederico Barbaroſſa imperante ut plures Papale faſtigium indepti ſunt, ita præ cæteris Adrianus IV. & Alexander III. celebrantur.

Adrianus IV. & Alexander III. Pontifices Romani, & res ab iis geſta.

Adrianus, homo ſuperbus, & ſupra humana omnia ac divina ſeſe extollens, imperium ad inſtar feudi a Papa Imperatoribus concedi ſtatuebat, Imperatore & Ordinibus Imperii, magno animo ſeſe opponentibus. Et hæc inprimis cauſſa graviſſimarum turbarum fuit, quas ſupra memoravimus.

Meminit ejus rei, præter alios, qui vulgo leguntur, ſcriptores

Anno Chriſti

Io. Sareſberienſis, ſed Adriano addictior, & partium ſtudium palam profeſſus, Cap. XLII. Lib. IV. Metalogici, qui ex Codice MS. Academiæ Cantabrigienſis deſcriptus Lutetiæ Pariſiorum ante annos aliquot prodiit. Verba ejus, ne quid diſſimulaſſe videar, hic exhibeo, & vel ea etiam de cauſſa, quod nonnulla habeant, quæ ad horum temporum hiſtoriam ac lucem faciunt; inprimis quomodo Hiberniæ regnum ab Adriano Papa Regi Anglorum Henrico II. fuerit donatum. *Nunc*, inquit, *flere magis vacat, quam ſcribere: & viſibili argumento doceor quod mundus totus ſubjacet vanitati. Expectavimus enim pacem, & ecce turbatio & tempeſtas ingruens Toloſanis, Anglos & Gallos undique concitat: & Reges, quos amiciſſimos vidimus, ſe inſatiabiliter perſequuntur. Ad hæc, mors Domini Adriani, ſummi Pontificis, cum omnes Chriſtianæ religionis populos nationeſque perturbaverit, Angliam noſtram, unde fuerat oriundus, acerbiore dolore commovit, irrigavitque lachrimis profuſioribus.* Omnibus ille bonis flebilis occidit, *ſed nulli flebilior, quam mihi. Cum enim matrem haberet, & fratrem uterinum: me quam illos arctiori diligebat affectu. Fatebâtur & publice & ſecreto, quod me præ omnibus mortalibus diligebat. Eam de me conceperat opinionem, ut quoties opportunitas aderat, conſcientiam ſuam in conſpectu meo effundere lætaretur. Et cum Romanus Pontifex eſſet, me in propria menſa gaudebat habere convivam. Et eundem cyphum & diſcum ſibi & mihi volebat, & faciebat, me renitente, eſſe communem. Ad preces meas illuſtri Regi Anglorum, Henrico ſecundo, conceſſit & dedit Hyberniam jure hæreditario poſſidendam, ſicut literæ ipſius teſtantur in hodiernum diem. Nam omnes inſulæ, de jure antiquo, ex donatione Conſtantini, qui eam fundavit & dotavit, dicuntur ad Romanam Eccleſiam pertinere. Annulum quoque per me tranſmiſit aureum, Smaragdo optime decoratum, quo fieret inveſtitura juris inregenda Hibernia; idemque adhuc annulus in curiali archio publico cuſtodiri juſſus eſt. Si virtutes ejus percurrere velim, in magni voluminis librum hæc una excreſcit materia. Omnium vero mentes m[illegible]us exulcerat ſciſſura Eccleſiæ: quæ, exigentibus culpis noſtris, contigit tanto patre ſublato. Expetivit eam Sathanas, ut cribraret ſicut triticum, & undique, alterius Iudæ proditoris miniſterio, amaritudines & ſcandala ſparſit. Oriuntur bella pluſquam civilia. Sacerdotalia enim ſunt, & fraterna. Nunc Judicium eſt mundi, & timendum ne partem ſtellarum ſecum involvat ambitioſi ruina proditoris. Væ autem illi, per quem hoc ſcandalum venit. Et [illegible]ane melius erat, ſi natus non fuiſſet. Publici doloris expono cauſas.*

Hibernia regnum Henrico II. Anglorum Regi ab Adriano donatur.

MCLVI.

Anno Chriſti MCLVI.

Alexander III. Papa.

Adrianum Alexander III. Papa proxime ſequutus eſt. Cæterum cum à Cardinalium nonnullis Victor IV. abdicato Alexandro III. electus eſſet, hic illum, ille hunc, excommunicationis, quam vocant, fulmine percuſſit. Victori Imperator favit. Atque hæc Alexandro tanti, cujus ſupra meminimus, odii in Fridericum Imperatorem princeps cauſſa fuit. Ac idem ille Alexander decreviſſe dicitur; Ne quis deinceps, præter ſolos Cardinales, Pontificem eligendi poteſtatem haberet. Hæc eſt illa *Eccleſiæ ſciſſura* (ſic enim loquitur) cujus Sareſberienſis in iis, quæ jam jam reddidimus, facit mentionem.

Religionem ac diſciplinam Chriſtianam per Europa Septentrionem propagandam curat.

Inter ea, quæ ab Alexandro III. Papa geſta ſunt, id dignum memoria Annalium occurrit, quod in propaganda religione Chriſtiana, promovendâque Romanæ ſedis ac Cleri repertarumque pro Cleri commodis legum auctoritate, ſive tyrannide, inter Danos, Suecos, Eſtonas, Finnos, & vicinos populos, plerumque obluctantes, ſedulus fuerit. Conſtat id ex aliquot ejus Epiſtolis, quæ cum in manus noſtras venerint, hic quoque inſpici ac legi debere, judicavimus; ut qualis Chriſtianæ Eccleſiæ facies hac tempeſtate iis in oris fuerit, agnoſcatur. Sunt autem iſtæ,

Ejus hac de re ad Vpſellenſem Archiepiſcopum Epiſtola.

I. *Alexander Papa Vpſellenſi Archiepiſcopo, & univerſis ſuffraganeis ejus, tam in Suetia quam in Gothia conſtitutis.* Conſtituti a Domino, licet inſufficientibus meritis, ſuper gentes & regna, ex injunctæ nobis adminiſtrationis officio debitoque compellimur aciem noſtræ conſiderationis ad univerſum commiſſi gregis corpus extendere, atque omnium fidelium corda inſtitutionis Apoſtolicæ ac doctrinæ ſalutaris imbre perfundere: ut ſicut in omnem terram exivit ſonus Apoſtolorum, & in fines orbis terræ verba eorum, ita quoque nos, qui eorum cathedræ præſidemus, qui eis non in vitæ merito, non in operum ſanctitate, ſed in Paſtorali cura & dignitate ſucceſſimus, verbum ſalutis, Euangelium Chriſtianæ atque Catholicæ veritatis annunciemus his qui longe, & his qui prope, nomen Apoſtolicum non inane neque nudum & in ſola voce gerentes, ſed in executione officii, & veritatem operis, in quantum nobis Deus dederit, adimplentes. Audivimus enim, & audientes non potuimus non dolere, quod apud vos, tam in Suetia videlicet quam in Gothia, ex nimia & perverſa non libertate, ſed abuſione potius & inſolentia laicorum, conſuetudo peſſima & omnino deteſtabilis inolevit

ex qua etiam multa illicita provenerunt, & mala non ſolum enormia, verum etiam intolerabilia pullularunt. Ipſi enim, vobis inconſultis, ſicut dicitur, aut contemptis, concedunt & conferunt Eccleſias, quibus volunt, omnia Simoniace, ſive per privatam gratiam vel odium agentes. Ex hoc autem multa dicuntur ipſo actu quam exemplo nociva & pernicioſa contingere. Quilibet enim & undecunque ſacerdos adveniens, licet ordinationis ſuæ nullum habeat teſtimonium, ſolo mandato ſeu nutu etiam laicorum, divina in ſalutis eorum ſuæque periculum celebrare præſumit. Unde nonnunquam evenit, ut monachi fugitivi vel homicidæ, ſeu quibuſlibet irretiti & notati ſceleribus, aut in gradum ſacerdotii non promoti, ſacerdotio fungi nefaria nimis & damnabili præſumptione non metuant. Quilibet vero vel omnino carens Eccleſia, vel pauperem habens & ambiens ditiorem, potentioribus de parochia, data vel promiſſa pecunia, alium non erubeſcit tam impudenter quam illicite ſupplantare. Accedit ad hæc, quod clerici, ſive ipſi adverſus laicos, ſive laici adverſus eos litigantes experiri voluerint, laicorum judicia ſubire, & ſecundum ipſorum inſtituta ſive leges agere vel defendere ſe coguntur. Nec ſolum inferioris ordinis clerici talibus injuriis fatigantur, verum etiam vos ipſi, ſi juſtitiæ rigorem zelo Dei ſuccenſi aliquando exercetis, aliquam contra vos cauſam inobedientis gregis invidia machinante, vel ad igniti ferri examen, vel ad aliquod æquè prohibitum & execrabile judicium provocamini: nulla canonibus, qui id prohibent, ſeu pontificali dignitati exhibita reverentia vel honore. Ad augmentum vero ſummamque malorum, clerici paſſim in eodem regno impune cæduntur, quandoque etiam occiduntur. Et quidem gravia ſunt iſta, nec profeſſionis opera Chriſtianæ, ſed inimici potius zizania reputanda. Ad quæ radicitus evellenda, & de medio veſtrûm penitus extirpanda, tanto acrius vos decet & oportet inſurgere, quanto magis deſides prælatos negligenteſque reſpiciunt vitia ſubditorum, & eorum culpæ crimen adſcribitur, quod ab his quibus præſident, & pro quibus etiam reddituri ſunt in extremo examine rationem, tam frequenter quam licenter & impune committitur, maxime cum per Prophetam dicatur; *Clama, nec ceſſes, annuncia populo meo ſcelera eorum.* Et alibi; *Niſi annunciaveris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem ejus de*

Anno Chriſti MCLVI.

Ejus hac de re ad Upſellenſem Archiepiſcopū Epiſtola.

Anno Christi

manu tua requiram: Et in ſacris Canonibus, quos prudentiam veſtram ignorare non expedit, ſcriptum legatur; Negligere, cum poſſis, perturbare perverſos, nihil eſt aliud quam fovere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Ex eo autem, quod peccata ex nimia & longæva licentia in conſuetudinem jam venerunt, cum ſit, juxta quendam Philoſophum, infelicitas conſummata, & vix videatur locus eſſe remedio, ubi quæ fuerunt vitia mores fiunt, & juxta Euangelium, qui mortuus fuerat in peccato jam fœteat: multo majori opus eſt ad ſuſcitandum cum Domino mortuum, non ſine lacrymis & compaſſione, conamine, ne deſperentur, ſicut quatriduanus in monumento, quibus poteſt invocato Dei nomine cum ipſius adjutorio ſubveniri. Ut ergo etiam in eis glorificetur Deus, & ſapientia honorificetur a filiis ſuis, caritatem Moyſi pro populo Dominum obſecrantis, ſelum Phinees vindicantis, contritionem David orantis, miſericordiam Ieſu Chriſti ſuper Hieruſalem flentis & pro Lazaro lacrymantis aſſumite, & habentes ſecundum Apoſtolum ſcutum fidei, loricam juſtitiæ, & galeam ſpem ſalutis, accingimini armatura Dei, & pugnate cum antiquo ſerpente, eum de obſeſſis per inhabitantia peccata corporibus expellentes, & diripientes univerſa, in quibus habet fiduciam, eos quos domum ſibi facere nititur, cum gratiæ cæleſtis auxilio, a vitiorum ſordibus emundantes, ut domus Dei, templum videlicet Domini ſanctum, quod eſtis vos, dici ac fieri mereantur. Nec vos ullus terror ab officii paſtoralis executione retardet, recolentes & non tantum verbo, ſed opere profitentes, quod ille ſummus & primus Paſtor docuiſſe legitur & feciſſe: *Bonus*, inquit, *paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis.* Et quoniam per errorem, & tam divini quam humani juris ignorantiam, apud vos inoleviſſe videntur mala, quæ diximus, & a laicis tanquam licita impune hactenus uſurpata, ſanctorum Patrum ſtatutis tanquam armis utentes, ipſis inniti debebitis, atque ea & vos cum eis his quæ illicite committuntur opponere, ut ex eorum ſcientia & auctoritate diſpereant, quæ per abuſionem nimiam & ignorantiam ſuccreverunt. Sane laicos Eccleſias, vel Eccleſiaſtica beneficia dignitateſque concedere, ſeu de ipſis ulla ratione diſponere, ſanctorum patrum ad inſtar ſacrilegii prohibent inſtituta. Clericos autem, qui ab eis, vel per eos dato pretio, ſive gratis,

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

Eccle-

Eccleſiam, vel inveſtituram Eccleſiaſticæ dignitatis acceperint, præter ordinis ſui periculum excommunicationis etiam pœna condemnant. Nam in Synodo Symmachi Papæ ſtatutum legitur; Non placuit laicum ſtatuendi in Eccleſia aliquam habere facultatem, cui ſubſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi. Item; Laicis quamvis religioſis nulla de Eccleſiaſticis dignitatibus aliquid diſponendi legitur attributa facultas. Item Calixtus Papa: Si quis principum, inquit, vel aliorum, diſpoſitionem, ſeu donationem, ſive poſſeſſionem Eccleſiaſticarum rerum ſibi vendicaverit, ut ſacrilegus judicetur. Item Paſchalis; Nullus laicorum Eccleſiarum bona occupet, vel diſponat. Qui vero ſecus egerit, juxta beati Alexandri capitulum, ab Eccleſiæ liminibus arceatur. Item Alexander; Per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter retineat Eccleſiam, neque pretio, neque gratis. Item Paſchalis; Si quis clericus, abbas, vel monachus per laicos Eccleſiam obtinuerit, ſecundum Apoſtolorum ſanctorum Canones, & capitulum Antiocheni Concilii, excommunicationi ſubjaceat. Idem; Conſtitutiones ſacrorum Canonum ſequentes ſtatuimus, ut quicunque clericorum ab hac hora inveſtituram Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ dignitatis de manu laici acceperit, & qui ei manum impoſuerit, gradus ſui periculo ſubjaceat, & communione privetur. Et in hanc ſententiam alia multa Canonum inſtituta & ſanctorum Patrum decreta conveniunt. Cæterum Eccleſiaſtica beneficia pretii, ſeu cujuſcunque muneris interventu conferre, ſimoniacum eſt, & ſimoniacam ſapit procul dubio pravitatem. Porro Simonis crimen quam ſit deteſtabile, quam horrendum, ipſa vos ejus infamis immanitas ignorare non ſinit; ex quo profecto tam dantem quam accipientem damnatio Simonis, quam ſacra Actuum Apoſtolorum lectio proteſtatur, involvit. Ad cujus condemnationem cum plurima præter Apoſtolicam ſanctionem ſanctorum Patrum reſcripta manaverint, pauca credimus ex pluribus ſuffectura. Inter quæ primum ſit illud beati Gregorii; Presbyter, inquit, ſi Eccleſiam per pecuniam obtinuerit, non ſolum Eccleſia privetur, ſed honore ſacerdotii ſpolietur: quia altare, decimas, & Spiritum Sanctum emere, vel vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat. Idem alibi; Audivimus, dilectiſſimi, quod nos audire oportuit, ſed audiſſe profecto non libuit: quoſdam ſcilicet ſacrorum ordinum

Anno Christi

Alexandri Papæ epiſtola de propaganda apud Suecos, Danos, vicinoſque populos religione Chriſtiana.

M C LVI.

Anno Chriſti MCLVI.

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Suecos, Danos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

eſſe profeſſores, qui ſub munerum datione, vel acceptione, Dei Eccleſias, vel earum ſibi ſacrificia uſurpant: quod quidem ſcelus vos non jamdudum acriter correxiſſe miramur. Juſte enim uterque corripiendus eſt, & a ſanctæ liminibus Eccleſiæ ſummovendus, & qui pro Eccleſiæ ambitu munera largitur, & qui ut Eccleſiam det, quicquam præſumit accipere. Iſte quippe donum Dei emere, hic autem vendere præſumit. Sacrilegio quoque hoc facinus non diſpar dixerim, cum id, quod ſponte & ſacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, ſub pecuniæ pactione cauſatur. Quare, fratres cariſſimi, quæ taliter facta ſunt curioſe refellite, infecta prohibete, veſtriſque juſſionibus reſiſtentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate. Item; Si quis dator vel acceptor Dei Eccleſias, vel Eccleſiaſtica beneficia, quæ quidam præbendas vocant, ſub pecuniæ interventu, ſive dando emerit, ſive accipiendo vendiderit, a Simonis non excluditur perditione. Non ſolum autem pecunia, ſed & quælibet obſequii aut muneris ſpecies in hujuſmodi criminaliter intercedit. Unde idem beatus Gregorius; Bene, inquit, cum virum juſtum pro præbenda deſcriberet, ait, Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Non dixit ſolum a munere, ſed ab omni munere: quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud a lingua. Munus ab obſequio eſt ſervitus indebite impenſa, munus a manu pecunia eſt, munus a lingua, favor. Qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non ſolum pecuniam nullam, ſed nec etiam humanam gratiam requirit. Quod autem ſacerdos, aut quilibet clericus, aliunde adveniens, vel ignotus, ſine teſtimonio & litteris ſaltem Epiſcopi ſui in aliena Diœceſi recipi aut miniſtrare non debeat, in Chalcedonenſi legitur Concilio definitum per hæc verba: Extraneo clerico, vel lectori, extra ſuam civitatem ſine litteris commendatitiis proprii Epiſcopi, nuſquam penitus liceat miniſtrare. Item in Concilio Carthaginenſi; Clericum alienum, niſi concedente ejus Epiſcopo, nemo audeat retinere, vel promovere in Eccleſia ſibi credita. Item beatus Auguſtinus in ſermone quodam ad populum; Hortamur, inquit, Chriſtianitatem veſtram, ut juxta ſanctorum Canonum inſtituta, in Eccleſiis a vobis fundatis aliunde veniens Presbyter non ſuſcipiatur, niſi a veſtræ fuerit Eccleſiæ Epiſcopo conſecratus, aut ab eo per-

commendatitias litteras ſuſcipiatur. Ad hoc, Ne Clerici ad ſæcularia judicia pertrahantur, & Romanorum Imperatorum leges prohibent, quæ tanquam Canones, ubi Canonibus non obviant, ſunt obſervandæ, & ſanctorum Patrum ac prædeceſſorum noſtrorum auctoritas interdicit. Scribit enim beatæ memoriæ Gelaſius Papa dicens: Nemo unquam Epiſcopum, aut reliquos clericos, apud judicem ſæcularem accuſare præſumat. Item Alexander omnibus orthodoxis: Relatum eſt ad hujus ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum & omnium negotia Eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad caput dicente, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo, &c. quod quidam æmuli, ejuſque Sanctæ Eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei apud judices publicos accuſare præſumant, cum magis Apoſtolus Chriſtianorum cauſas ad Eccleſias deferre, & ibidem terminari præcipiat. Taliter prævaricantes prævaricaverunt in Deum ſuum, & non obediunt præceptis ejus. Ferventis vero aquæ, vel candentis ferri judicium, ſive duellum, quod monomachia dicitur, Catholica Eccleſia contra quemlibet etiam. ne dum contra Epiſcopum non admittit. Unde Stephanus Papa V. Ferri candentis, inquit, vel aquæ ferventis examinatione confeſſionem extorqueri a quolibet ſacri non cenſent Canones, & quod ſanctorum Patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinventione non eſt præſumendum. Item Nicolaus Papa. Monomachiam in legem aſſumimus, quam præceptam fuiſſe non reperimus: quam licet iniſſe quoſdam legamus, ſicut ſanctum David & Goliam ſacra prodit hiſtoria, nuſquam tamen ut pro lege teneatur, divina ſanxit auctoritas, cum hoc & hujuſmodi ſectantes Deum ſolummodo tentare videantur. Præterea illud adjiciendo mandamus, quatinus populum regimini & gubernationi veſtræ commiſſum decimas Eccleſiis fideliter & devotè perſolvere, ſicut ab ipſo Domino noſcitur inſtitutum, diligenter ac ſollicite moneatis, & ſi neceſſe fuerit ſub diſtrictione anathematis compellatis, juxta iſtud Malachiæ Prophetæ in perſona Domini loquentis: *Inferte*, inquit, *omnem decimationem in horreum meum, ut ſit cibus in domo mea*. Unde in Concilio Moguntienſi: Decimas Deo & ſacerdotibus Dei dandas Abraham factis Iacob promiſſis inſinuat, & omnes ſancti ſacerdotes commemorant. Item ex Concilio Rothomagenſi:

Anno Chriſti

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

Anno Christi

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

Omnes decimæ terræ de frugibus, ſive de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Sed quia multi inveniuntur decimas dare nolentes, ſtatuimus, ut ſecundum Domini noſtri præceptum admoneantur ſemel, ſecundo & tertio. Qui ſi non emendaverint, anathemate uſque ad ſatisfactionem & emendationem congruam feriantur. Nec tamen ideo ea, quæ Eccleſiis, immo Deo ipſi, vel parentes eorum contuliſſe noſcuntur, revocare, vel Eccleſiaſticarum perſonarum diſpoſitioni ſubtrahere volentes, erunt aliquatenus audiendi: quæ ſi etiam homini contuliſſent repetere non valerent. Unde Ambroſius in libro de pœnitentia; Sunt qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non judicio perpetuo, ubi Eccleſiæ contulerint, poſtea revocandas putant. Quibus nec prima merces grata eſt, nec ſecunda: quia nec prima judicium habuit, & ſecunda habuit ſacrilegium. Item ex Concilio Agathenſi; Clerici, vel ſæculares, qui oblationes parentum aut datas, aut teſtamento relictas, retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donaverint Eccleſiis vel monaſteriis, crediderint auferendum, ſicut ſancta Synodus ſtatuit, velut necatores pauperum, quouſque reddant, ab Eccleſiis excludantur. Illos vero, qui in clericos violentas manus, niſi forte ſe defendentes injiciunt, pœnam excommunicationis incurrere, Sacroſancta Romana jampridem ſtatuit, & inviolabiliter tenet Eccleſia: nec a quoquam omnino, niſi a Romano Pontifice, vel de mandato ejus, abſolvi patitur, aut permittit. Vos itaque ipſius, quæ omnium Eccleſiarum caput eſt & magiſtra, veſtigiis inhærentes, ejus ac noſtræ in ſupradictis omnibus acquieſcite ſanctioni: & ſecundum ea quæ a ſanctis patribus & prædeceſſoribus noſtris inſtituta prædiximus, obſervate, atque ab omnibus per Epiſcopatus veſtros, quantum in vobis eſt, faciatis firmiter & inviolabiliter obſervari. Contemptores equidem Eccleſiaſtica præcipimus uſque ad condignam pœnitentiam ultione percelli. Obedientibus autem ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti: quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futuro præmia æternæ pacis inveniant. Datum Tuſculani IV Idus Septembris.

. II. *Alexander Papa III. Univerſis Dei fidelibus per Daciam conſtitutis.* Omnes, qui piè volunt in Chriſto vivere, & ad jubar incircumſcripti luminis, & ad illam cæleſtem patriam, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit,

ubi

venire deſiderant, diem oportet extremum miſericordiæ operibus prævenire, & æternorum intuitu ſeminare in terris, quæ cum multiplicato fructu largiente Domino recolligere poſſint in cœlis. Scriptum eſt enim; *Qui parce ſeminat, parce & metet; & qui ſeminat in benedictionibus de benedictione metet vitam æternam.* Credimus ſane univerſitati veſtræ innotuiſſe, qualiter venerabilis frater noſter Fulco, Eſtonum Epiſcopus, & inopia & paupertate prematur, & ad convertendam gentem illam ſui Epiſcopatus, quæ Chriſtianæ fidei ignara eſt, totis viribus elaboret, & quantam poteſt ſollicitudinem ac diligentiam adhibere procuret. Quia vero particeps mercedis efficitur, qui ei ad tam pium & ſanctum opus perficiendum conſilium & ſubſidium ſubminiſtrat, devotionem veſtram monemus & exhortamur in Domino, & remiſſionem peccatorum veſtrorum adjungimus, quatinus de bonis a Deo vobis collatis prædicti Epiſcopi inopiam ſublevantes, ei manum auxilii porrigatis, & caritatis ſolatia divini amoris intuitu miniſtretis; ut per hæc & alia bona, quæ Deo inſpirante feceritis, apud altiſſimum peccatorum veſtrorum veniam conſequi, & ad æternæ felicitatis gaudia mercamini, propitiante Domino, pervenire. Datum Tuſculani, xv Kalend. Octobris.

Chriſti

Alexandri Papa Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

III. *Alexander Papa III. Regibus & Principibus, & aliis Chriſti fidelibus, per regna Danorum, Norwegenſium, Guetomorum, & Gothorum conſtitutis.* Non parum animus noſter affligitur, & amaritudine non modica & dolore torquetur, cum feritatem Eſtonum & aliorum paganorum illarum partium adverſus Dei fideles, & Chriſtianæ fidei cultores gravius inſurgere, & immaniter debacchari audimus, & Chriſtiani nominis impugnare virtutem. Veruntamen laudamus & benedicimus Dominum, quod vos in fide Catholica, & in devotione Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ omnium Eccleſiarum caput eſt, & magiſtra a Domino conſtituta, ſuper omnes alias Eccleſias cœleſti privilegio obtinet principatum, immobili firmitate perſiſtitis, & Chriſtianæ religionis vinculum & unitatem ſervatis. Unde, quoniam expedit officio noſtro, ea quæ ad corroborationem fidei, & animarum veſtrarum noſcuntur pertinere ſalutem, vobis ſollicita exhortatione ſuggerere, & ſtudioſius ſuadere, univerſitatem veſtram monemus & exhortamur in Domino, quatinus divino cultui inten-

Anno Christi

dere, miſericordiam & juſtitiam & judicium diligere, a rapinis & iniquis operibus abſtinere, devota Deo & accepta obſequia impendere, prædictæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tanquam matri & magiſtræ veſtræ, debitum honorem & reverentiam exhibere, Epiſcopis, Sacerdotibus, & aliis Prælatis veſtris humiliter obedire, & eis decimas, primitias & oblationes, & alias juſtitias ſuas reddere, & ipſos tanquam Patres & Paſtores animarum veſtrarum honorare modis omnibus ſtudeatis, & jura eorum defendere, manu tenere propenſius & conſervare, curetis, & armis cœleſtibus præmuniti, & Apoſtolicis exhortationibus confirmati ad defendendum Chriſtianæ fidei veritatem Spiritu fortitudinis accingamini, taliter in brachio forti ad propagandam Chriſtiani nominis religionem intendentes, ut victoriam de inimicis poſſitis conſequi, & coronam juſtitiæ, quæ vobis repoſita eſt, patrante Domino, adipiſci. Nos enim eis, qui adverſus ſæpe dictos paganos potenter & magnanimiter decertaverint, de peccatis ſuis, de quibus confeſſi fuerint & pœnitentiam acceperint, remiſſionem unius anni, confiſi de miſericordia Dei, & meritis Apoſtolorum Petri & Pauli, concedimus, ſicut his qui ſepulcrum Dominicum viſitant concedere conſuevimus. Illis autem, qui in conflictu illo deceſſerint, omnium ſuorum, ſi pœnitentiam acceperint, remiſſionem indulgemus peccatorum. Datum Tuſculani III Idus Septembris.

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtiana.

M C LVI.

IV. *Alexander Papa III. Upſalenſi Archiepiſcopo, & Suffraganeis ejus.* Vice beati Petri Apoſtolorum principis, largiente Deo & Domino noſtro, qui ait *Speculatorem dedi te domui Iſraël*, ſuper gentes & regna, licet immeriti, in Apoſtolicæ ſedis ſpecula conſtituti, Pontificalis officii debito pro univerſis compellimur ſollicitudinem gerere, & antiquo hoſti, qui tanquam ſæviſſimus leo circuit quærens quem devoret, Paſtorali providentia obviare, ne gregem Dominicum invadat, & diverſis eum vitiorum morſibus laceret. Inde eſt quod vehementi cor noſtrum doloris pulſatur ſtimulo, audito quod in partibus veſtris in tantum libido crudelis & turpis excreverit, ut quædam mulieres prolis ſuæ procurent interitum, earumque corruptores tam horrendo & deteſtabili facinori non ſolum conſentire, verum etiam illud perſuadere præſumant, & alii inceſtuoſa conjunctione plerique cum jumentis abominanda ſe pollutione commaculent. Quæ quantum

ſint gravia & creatori noſtro penitus inimica, ipſa ſceleris atrocitas ſatis demonſtrat, quam nec audientium aures ſine ingenti poſſunt horrore percipere. Si enim qui jactato in terram ſemine prolem nolebat ex uxore ſuſcipere, percuſſus a Domino teſtamenti veteris ſerie dinoſcitur, qua pœna feriendus eſſe monſtratur, qui natum proprium non abhorret occidere, & mavult interire quam vivere? Cujus utique criminis pœna illud etiam perſuadentes vel conſentientes involvi beatus Auguſtinus oſtendit dicens; Se periculoſe decipiunt, qui exiſtimant eos tantum homicidas exiſtere, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum conſilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguntur. Nam Iudæi Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, ſicut ſcriptum eſt: *Nobis non licet interficere quemquam.* Sed tamen illis mors Domini imputatur, quia ipſi eum lingua interfecerunt dicentes, *Crucifige, Crucifige eum.* Inceſtum vero quantum ſacri abhorreant Canones, Concilium Ilerdenſe demonſtrat: Cum his, inquit, qui inceſtus ſe pollutione commaculant, quamdiu in ipſo deteſtando & illicito carnis contubernio perſeverant, nec cibum ſumere ulli Chriſtianorum, ſicut Apoſtolus juſſit, licebit. Porro ſcelus cum jumentis coëuntium quanta ſit animadverſione plectendum, legiſlator Moyſes declarat, cum etiam ipſa interfici animalia jubeat, quæ tali contaminata flagitio indignam refricant facti memoriam. Quia igitur abominabilem horum exceſſuum præſumptionem ſevera ſatis diſtrictione congruit inſequi, prædictos propriæ prolis necatores, & tam ipſum facinus perſuadentes, quam conſentientes, ſeu quoſlibet parricidas, aut cum matre, filia, conſobrina, vel nepte agentes, quam cum jumentis coëuntes, artiori pœnitentiæ jugo cunctis compeſcere, & niſi ſenio confecti, vel corporis fuerint debilitate ſeu egeſtate oppreſſi, eos ad ſedem Apoſtolicam compellatis venire, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina viſitare, ut in ſudore vultus ſui, & viarum labore ſuperni judicis iram evadere, & ipſius miſericordiam valeant invenire. Ad hæc qui dormiendo non voluntate, ſed caſu filios ſuos oppreſſiſſe inveniuntur, triennio, ſi iidem filii fuerint baptizati, ſi vero abſque ſacro baptiſmate deceſſerint, quinquennio pœnitentiæ diſciplinis ſubjaceant. Sacerdotes, quos ab his convenit ſtudioſius præcavere, officii ſui perpetua executione priventur. Verum ſi

Anno Chriſti

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, Danos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

Anno Christi

qui parentum abſentes fuerint, quando eorum filii ſuffocantur, aut ſi id ſub aliena cuſtodia contigerit, extra culpam erunt, ſi tamen eos non furioſæ, ſed congruenti cuſtodiæ ipſos ſe crediderint tradidiſſe. Præterea non ſine cordis amaritudine quoſdam ſacerdotes contra Apoſtolicas inſtitutiones, cum ſicca fæce vini, vel cum micis panis vino intinctis, Miſſam celebrare audivimus: & fideles laicos non Chriſtiano more, abſque ſacerdotali benedictione & Miſſa matrimonium contrahere. Unde ſæpe illicita contingit fieri conjugia, & inter legitimas perſonas divortium intervenire. Sane cum omne crimen atque omne peccatum oblatis Deo ſacrificiis deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipſa ſacrificii oblatione erratur? Cum enim magiſter veritatis diſcipulis ſuis ſacramentum commendaret noſtræ ſalutis, non ſiccam fæcem vini, non micas panis vino intinctas accepit, ſed panem & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis. Quia igitur ſecus agere Euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & conſuetudini Eccleſiaſticæ penitus eſt adverſum, Apoſtolica prohibemus auctoritate, ut cum ſicca fæce vini, vel cum micis panis vino intinctis, vel alio modo quam Dominus inſtituit, nullus de cætero ſacrificare attentet: ſed ſecundum formam Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ, quam vos in omnibus imitari oportet, ſolum panem & vinum aqua mixtum in ſacrificio corporis & ſanguinis Domino offeratis. Cæterum clandeſtina & abſque ſacerdotali benedictione non debere contrahi conjugia, aut niſi inter legitimas perſonas, quæ infra ſeptimum gradum nulla conſanguinitatis linea conjungantur, nec contracta niſi Canonice & conſenſu Epiſcopi diſſolvi, multorum ſanctorum Patrum declarat auctoritas. Vos itaque muniti ſanctorum Patrum ſanctionibus & Eccleſiaſticis inſtitutis, hæc quæ dicta ſunt diligenter ſervate, & ab aliis præcipite inviolabiliter obſervari, diſpenſationis moderamine utentes, ut qui in quinto, vel quarto gradu conjuncti ſunt, eos non ſeparetis, ſed ne amplius taliter conjungantur, Pontificali auctoritate & diſtrictione prohibeatis. Datum Tuſcul. v Idus Septembris.

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

V. *Alexander Papa III. Colon. Lingacopenſi Epiſcopo.* Ex diſpenſatione commiſſæ nobis ſollicitudinis, & ex debito caritatis viros Pontificali officio præditos, & morum honeſtate ornatos ſincera tenemur caritate diligere, & eorum vota, quæ a rationis

tra-

tramite non diſcordant, effectu proſequente complere: ut tanto fortius ornamenta virtutum appetere, & honeſtis inſiſtere moribus ſtudeant, quanto ſe ab Apoſtolica ſede majore honore cognoverint & gratia præveniri. Relatum ſiquidem eſt auribus noſtris, quod dilecto filio noſtro Stenar, quondam Lingacopenſi Epiſcopo, clauſtralem quietem Epiſcopali honore præponente, & Pontificalem dignitatem in manu venerabilis fratris noſtri Eſkili Londenſis Archiepiſcopi, Apoſtolicæ ſedis legati, & regalia coram rege & primatibus regni libere & ſpontaneè reſignante, clerus & populus ejuſdem loci, de aſſenſu prædictorum Archiepiſcopi & regis atque ducis terræ, te in patrem & Epiſcopum ſuum unanimiter & concorditer elegerunt. Verum licet ei non licuerit abſque auctoritate Romani Pontificis Epiſcopali dignitati abrenunciare, volentes tamen neceſſitati Eccleſiæ tuæ paterna proviſione proſpicere, & honeſtati tantorum virorum deferre, id æquanimiter ſupportamus, & electionem & conſecrationem tuam ratam & firmam habentes, eam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & tibi in ſubditis tuis corrigendi vitia & ſuperflua reſecandi plenam concedimus facultatem. Tu vero ſubjectorum culpas tanta redargutionis inſtantia inſequaris, quod & qui culpabiles ſunt ſuos exceſſus corrigant celeriter, & emendent, & alii hoc videntes ad committenda ſimilia non aſpirent. Hac tamen conſideratione præhabita, ut durè & aſperè, leviter & manſuetè, ſecundum naturas & qualitates perſonarum vitia corrigas ſubditorum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum hanc paginam noſtræ confirmationis infringere liceat, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſculani VI Idus Septembris.

Anno Chriſti *Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.* M C LVI.

VI. *Alexander Papa III. Guillelmo, Stranenſi Epiſcopo.* Fratres & Coëpiſcopos noſtros, & eos præcipue, qui in medio pravæ nationis ſunt poſiti, & in remotis mundi partibus conſtituti, artiori nos convenit caritate diligere: & ut in commiſſo ſibi amplius talento proficere valeant, & ad cultum juſtitiæ & domus Dei decorem fortius accingi, eis Apoſtolicæ ſedis gratiam & favorem nos convenit impertiri. Attendentes igitur devotionis tuæ conſtantiam, & fidei puritatem, qua beato Petro & nobis im-

mobili

Anno Christi

mobili firmitate adhærere conſpiceris, te ſicut venerabilem fratrem noſtrum diligere & honorare, & tuis rationabilibus votis & deſideriis debita cupimus benignitate favere. Inde eſt quod Eccleſiam tuam ſub beati Petri ac noſtra protectione recipientes, ea quæ in præſentiarum pacificè ac legitimè poſſedit, & ſpecialiter Neeric, ſicut a rege & Metropolitano tuo, & a venerabili fratre noſtro Eſkilo, Lundenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis legato, tibi confirmata eſt, & ſcripti ſui munimine roborata, tibi & per te eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſcul. VII Idus Septemb.

MCLVI.

Ejuſdem Alexandri Papæ de Finnonia populis ad fidem Chriſtianam converſis, ſed dubiæ fidei, & nonnunquam reſilientibus, Epiſtola.

VII. *Alexander Papa III. Vpſellenſi Archiepiſcopo, & Suffraganeis ejus, & Gutherino duci.* Gravis admodum & difficilis eſt ad Apoſtolicam ſedem querela perlata, quod Phinni ſemper imminente ſibi exercitu inimicorum, fidem ſervare Chriſtianam promittunt, & prædicatores & eruditores Chriſtianæ legis deſiderantes requirunt, &, recedente exercitu, fidem abnegant, prædicatores contemnunt, & graviter perſequuntur. Unde quoniam in hoc Deo illudere, & Chriſtianam religionem deridere videntur, & illis ſe duplo filios gehennæ conſtituentibus, ſalus & vita eorum tota in terrenis, neglectis cœleſtibus, conſpicitur conſiſtere: nec eſt dignum, ut eis in adverſitate Chriſtianum nomen defenſionem conferat, quod in proſperitate deſpicere & horrere probantur: univerſitatem veſtram monemus, atque mandamus, quatinus a fallaciis & fraudibus eorum ita prudenter & diſcrete de cætero caveatis, quod, ſi ingruerit neceſſitas, ad auxilium & defenſionem veſtram non poſſint recurrere, niſi munitiones, ſi quas habent, vobis tenendas aſſignent, aut alias adeo ſufficientem cautionem exhibeant & ſecuritatem, quod a modo nullatenus pedes retrahere, aut veſtram prudentiam valeant circumvenire; ſed Chriſtianæ fidei documenta cogantur tenere firmiter & ſervare: ne amplius de eorum numero videantur, de quibus dictum eſt, Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Datum Tuſcul. V Idus Septembris.

VIII. *Ale-*

VIII. *Alexander Papa III. Trundenſi Archiepiſcopo, & A. quondam Stavang. Epiſcopo.* Lex divina & humana deſiderat, & debitum caritatis expoſcit, ut bono & utilitati communi debeamus intendere, & ad revocationem & converſionem infidelium operam omnimodam & ſollicitudinem adhibere. Inde eſt quod prudentiam veſtram rogamus attentius & monemus, venerabili fratri noſtro Fulconi, Eſtonum Epiſcopo, qui ad convertendam gentem illam divina gratia inſpiratus miniſterium prædicationis & laborem proponit aſſumere, Nicolaum Monachum, qui de gente illa, ſicut accepimus, eſt oriundus, virum religioſum atque diſcretum, in ſocium concedatis: ut tantum bonum poſſit perficere, & gentem illam ad agnitionem veri luminis, & ad culturam & doctrinam Chriſtianæ fidei, verbo prædicationis, auxiliante Domino, revocare, & vobis exinde valeat æternæ mercedis cumulus provenire. Datum Tuſcul. v Idus Septemb.

Anno Christi

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos viciniſque populis Religione Chriſtianâ.

IX. *Alexander Papa III. univerſis tam clericis quam laicis Lingacopenſis Epiſcopatus.* Decet univerſitatem veſtram, quæ ad perfectionem virtutum & ſalutem pertinent animarum, toto ſtudio cogitare, & ea voluntario effectu perficere, per quæ gratiam poſſitis Altiſſimi acquirere, & ad æternæ felicitatis gloriam cum auxilio divini numinis pervenire. Cæterum quoniam ſine obedientiæ virtute nemo Deo perfecte poteſt placere, aut acceptum ſervitium reddere, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus & mandando præcipimus, quatinus venerabili fratri noſtro C. Epiſcopo veſtro, ſicut bonæ memoriæ Giloni prædeceſſori ſuo feciſſe noſcimini, omnimodam obedientiam & reverentiam impendatis, & in his quæ Dei ſunt, & ad veſtrarum animarum ſpectant ſalutem, monitis & mandatis ejus humiliter parere curetis, & ei de juſtitiis ſuis integre & plenarie reſpondeatis: ita quod apud Deum pro humilitate & obedientia veſtra peccatorum veſtrorum veniam & gloriam valeatis promereri æternam. Si qui autem veſtrum ei contumaces vel rebelles extiterint, ſententiam quam idem Epiſcopus propter hos in eos rationabiliter tulerit, auctore Domino ratam & firmam habebimus. Datum Tuſcul. xv Kalend. Octob.

M C LVI.

Hoc quaſi tempore Monachi, aliique, ut loquitur & obſervat Iohannes Adolphus Cypræus Hiſtor. Eccleſ. Sleſvic. & Holſat. Cap. xxv. qui paucis ante annis Canonici Regulares ex Mo-

Canonicorum Regula rium ac

Anno Christi

Sæcularium ex Monachis Canonicorũ origo.

In Canonicos Sæcularem ſcriptoris horum temporũ invectiva.

Iidem Romanæ ſedis auctoritate tandem probati.

M C LIX.

Concilium Generale Lateranenſe primum celebratur.

nachis facti erant, veſtitumque mutarant, diſciplinæ & regulæ, cui paruerant hactenus, pertæſi, ad liberiorem vitam diſciplinamque adſpirare cœperunt. Itaque dein luxui veſtium illi indulgere, & diſſolutius vivere. Sed nec nomine contenti, quo Regulares appellabantur, a Regula nimirum & certa ſtataque vivendi norma ſibi præſcripta, Canonici Sæculares appellari voluerunt. Qua de re ita quidam illorum temporum; *Paullatim decreſcente in Clero religione, apud Eccleſias ex Monachis Regulares Canonici prodierunt. Quid autem ex hac reſolutione deinceps ſit oriturum quis novit? Si Canon eſt Regula, & inde nomen habent, Canonici ſunt Regulares. Quid autem de Canonico fiet Sæculari, niſi ſit Regularis? Erat.is devotionis fervor ſub ſanctis Patribus, ut inter fratres etiam Pontifices inſtituerent. Iam ventum eſt ad Regulares, ut Canonici & dicerentur & eſſent. Vtinam & ibi perduraſſent! Inferior poſtea inventus eſt gradus, Canonicus Sæcularis, hoc eſt, Regularis ſine Regula, Canonicus ſine Canone.* Hæc ille. Ita qui ſæculum repudiarant, non tantum nomine, ſed & reipſa ad ſæculum rediere. Atque hæc Canonicorum Sæcularium origo eſt, quos ſedis Romanæ auctoritas mox probavit.

Sedente Alexandro III. Concilium Lateranenſe primum, quod & Occidentalium Conciliorum Generale primum vocant, celebratum eſt. Concilium, inquit Angelus Rocha de Camerino in Bibliotheca Vaticana, ubi de pictis in eâ imaginibus, Lateranenſe Generale primum ſeſe offert declarandum circa Annum Domini MCLIX. celebratum, cui præſens adfuit Alexander hujus nominis III. qui olim Frederici Imperatoris iram & impetum fugiens abdidit ſe Venetias, quem deinde cognitum, & a Senatu perhonorifice ſuſceptum, Othone Imperatoris filio navali prælio a Venetis victo captoque, Fredericus ſupplex adoravit, & ad ejus pedes provolutus excommunicationis abſolutionem obtinuit, obedientiam pollicitus, cum prius fuerit eum perſequutus, & quatuor ſchiſmaticorum foverit ſeditiones, quibus Romana Eccleſia mirum in modum fuit perturbata, & afflicta, Guelphorum, & Gibellinorum ſectarum tempeſtate.

Lex de eligendo Pontifice lata.

Hoc in Concilio, quod poſt quatuor ſchiſmaticos Pontifices ex hac luce ſublatos, celebratum eſſe credendum eſt, Lex ſalutaris, ut ait Genebrardus, de duabus ſuffragiorum tertiis Cardinalium ſancita fuit, ne in tempus poſterum ſimile ſchiſma de ſummo

Pontifice eligendo ſuboriri poſſet. Præſedit autem in hac Synodo ſummus ipſe Pontifex Alexander, ut videre eſt ad dexteram Concilii partem, trecentique Epiſcopi tam Orientales, quam Occidentales, interfuerunt pro moribus tam laicorum, quam Eccleſiaſticorum reformandis, necnon Waldenſibus, & Catharis damnandis, torneamentiſque prohibendis, ut ad dextrum Concilii angulum cernere licet, ubi mirus hujus generis ludi apparatus cernitur, viro edictum manu geſtante, torneamentique ducem alloquente. Ex hac parte Palatium Lateranenſe, ex altera vero Roma, Tiberinumque flumen repræſentantur. Hæretici vero, qui hoc in Concilio damnati fuerunt, ſeu Pauperes Lugdunenſes, Waldenſes dicti ſunt a quodam divite Waldone Lugdunenſi, qui opibus relictis, pauperibuſque erogatis, Euangelicam paupertatem ſimulans, multoſque ſub hujuſmodi velamine impios errores adumbrans quoſdam libros vulgari maternaque lingua, cum idiota eſſet; ſanctorum dictis, ac teſtimoniis extortis ſibi conſcribi curavit: ſuoque inflatus ſpiritu munus Apoſtolicum prædicando uſurpavit. Cathari autem dicti ſunt quaſi puri propter munditiam & puritatem, quam arrogantiſſime & falſo quidem oſtentabant, dicentes ſe ſine peccato eſſe contra illud Ioannis: Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Hinc omittebant illud orationis Dominicæ; *Dimitte nobis debita noſtra.* Hoſce hæreticos S. P. Auguſtinus in Manichæos, in Macarios, & in Cathariſtas diſtinguit. Inſcriptio autem ad univerſam hujus Concilii picturam pertinens in hanc legitur verborum formam:

Anno Chriſti

Waldenſes damnantur.

Nomen eorum unde fluxerit.

M C LIX.

Iniquũ Angeli Rocha de iis judicium.

Alexandro III. Pont. Federico I. Imp.
Waldenses et Cathari hæretici damnantur,
Laicorum et Clericorum mores
ad veterem disciplinam restituuntur.
Torneamenta vetantur.

Torneamenta hoc in loco intelliguntur exercitia illa armorum uſum repræſentantia, unde, ut plurimum, cædes, vel gravia vulnera reportantur: quæ ſi pro viribus tantum humanis experiendis, vel pro armorum uſu addiſcendo fierent, ita vero, ut vitæ corporis, animæque periculum eis non ineſſet, licita forent, & ab Eccleſia prohibita non fuiſſent, cujuſmodi ſunt

Torneamenta vetantur.

Anno Christi

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Christianâ.

M C LVI.

Omnes decimæ terræ de frugibus, ſive de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur. Sed quia multi inveniuntur decimas dare nolentes, ſtatuimus, ut ſecundum Domini noſtri præceptum admoneantur ſemel, ſecundo & tertio. Qui ſi non emendaverint, anathemate uſque ad ſatisfactionem & emendationem congruam feriantur. Nec tamen ideo ea, quæ Eccleſiis, immo Deo ipſi, vel parentes eorum contuliſſe noſcuntur, revocare, vel Eccleſiaſticarum perſonarum diſpoſitioni ſubtrahere volentes, erunt aliquatenus audiendi: quæ ſi etiam homini contuliſſent repetere non valerent. Unde Ambroſius in libro de pœnitentia; Sunt qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non judicio perpetuo, ubi Eccleſiæ contulerint, poſtea revocandas putant. Quibus nec prima merces grata eſt, nec ſecunda: quia nec prima judicium habuit, & ſecunda habuit ſacrilegium. Item ex Concilio Agathenſi; Clerici, vel ſæculares, qui oblationes parentum aut datas, aut teſtamento relictas, retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donaverint Eccleſiis vel monaſteriis, crediderint auferendum, ſicut ſancta Synodus ſtatuit, velut necatores pauperum, quouſque reddant, ab Eccleſiis excludantur. Illos vero, qui in clericos violentas manus, niſi forte ſe defendentes injiciunt, pœnam excommunicationis incurrere, Sacroſancta Romana jampridem ſtatuit, & inviolabiliter tenet Eccleſia: nec a quoquam omnino, niſi a Romano Pontifice, vel de mandato ejus, abſolvi patitur, aut permittit. Vos itaque ipſius, quæ omnium Eccleſiarum caput eſt & magiſtra, veſtigiis inhærentes, ejus ac noſtræ in ſupradictis omnibus acquieſcite ſanctioni: & ſecundum ea quæ a ſanctis patribus & prædeceſſoribus noſtris inſtituta prædiximus, obſervare, atque ab omnibus per Epiſcopatus veſtros, quantum in vobis eſt, faciatis firmiter & inviolabiliter obſervari. Contemptores equidem Eccleſiaſtica præcipimus uſque ad condignam pœnitentiam ultione percelli. Obedientibus autem ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti: quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futuro præmia æternæ pacis inveniant. Datum Tuſculani IV Idus Septembris.

. II. *Alexander Papa III. Univerſis Dei fidelibus per Daciam conſtitutis.* Omnes, qui piè volunt in Chriſto vivere, & ad jubar incircumſcripti luminis, & ad illam cæleſtem patriam, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit,

ubi nec fures fodiunt, nec furantur, nec tinea demolitur, pervenire deſiderant, diem oportet extremum miſericordiæ operibus prævenire, & æternorum intuitu ſeminare in terris, quæ cum multiplicato fructu largiente Domino recolligere poſſint in cœlis. Scriptum eſt enim; *Qui parce ſeminat, parce & metet; & qui ſeminat in benedictionibus de benedictione metet vitam æternam.* Credimus ſane univerſitati veſtræ innotuiſſe, qualiter venerabilis frater noſter Fulco, Eſtonum Epiſcopus, & inopia & paupertate prematur, & ad convertendam gentem illam ſui Epiſcopatus, quæ Chriſtianæ fidei ignara eſt, totis viribus elaboret, & quantam poteſt ſollicitudinem ac diligentiam adhibere procuret. Quia vero particeps mercedis efficitur, qui ei ad tam pium & ſanctum opus perficiendum conſilium & ſubſidium ſubminiſtrat, devotionem veſtram monemus & exhortamur in Domino, & remiſſionem peccatorum veſtrorum adjungimus, quatinus de bonis a Deo vobis collatis prædicti Epiſcopi inopiam ſublevantes, ei manum auxilii porrigatis, & caritatis ſolatia divini amoris intuitu miniſtretis; ut per hæc & alia bona, quæ Deo inſpirante feceritis, apud altiſſimum peccatorum veſtrorum veniam conſequi, & ad æternæ felicitatis gaudia mereamini, propitiante Domino, pervenire. Datum Tuſculani, xv Kalend. Octobris.

Anno Chriſti

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

III. *Alexander Papa III. Regibus & Principibus, & aliis Chriſti fidelibus, per regna Danorum, Norwegenſium, Guetomorum, & Gothorum conſtitutis.* Non parum animus noſter affligitur, & amaritudine non modica & dolore torquetur, cum feritatem Eſtonum & aliorum paganorum illarum partium adverſus Dei fideles, & Chriſtianæ fidei cultores gravius inſurgere, & immaniter debacchari audimus, & Chriſtiani nominis impugnare virtutem. Veruntamen laudamus & benedicimus Dominum, quod vos in fide Catholica, & in devotione Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ omnium Eccleſiarum caput eſt, & magiſtra a Domino conſtituta, ſuper omnes alias Eccleſias cœleſti privilegio obtinet principatum, immobili firmitate perſiſtitis, & Chriſtianæ religionis vinculum & unitatem ſervatis. Unde, quoniam expedit officio noſtro, ea quæ ad corroborationem fidei, & animarum veſtrarum noſcuntur pertinere ſalutem, vobis ſollicita exhortatione ſuggerere, & ſtudioſius ſuadere, univerſitatem veſtram monemus & exhortamur in Domino, quatinus divino cultui inten-

 dere,

Anno Christi

dere, miſericordiam & juſtitiam & judicium diligere, a rapinis & iniquis operibus abſtinere, devota Deo & accepta obſequia impendere, prædictæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tanquam matri & magiſtræ veſtræ, debitum honorem & reverentiam exhibere, Epiſcopis, Sacerdotibus, & aliis Prælatis veſtris humiliter obedire, & eis decimas, primitias & oblationes, & alias juſtitias ſuas reddere, & ipſos tanquam Patres & Paſtores animarum veſtrarum honorare modis omnibus ſtudeatis, & jura eorum defendere, manu tenere propenſius & conſervare, curetis, & armis cœleſtibus præmuniti, & Apoſtolicis exhortationibus confirmati ad defendendum Chriſtianæ fidei veritatem Spiritu fortitudinis accingamini, taliter in brachio forti ad propagandam Chriſtiani nominis religionem intendentes, ut victoriam de inimicis poſſitis conſequi, & coronam juſtitiæ, quæ vobis repoſita eſt, patrante Domino, adipiſci. Nos enim eis, qui adverſus ſæpe dictos paganos potenter & magnanimiter decertaverint, de peccatis ſuis, de quibus confeſſi fuerint & pœnitentiam acceperint, remiſſionem unius anni, confiſi de miſericordia Dei, & meritis Apoſtolorum Petri & Pauli, concedimus, ſicut his qui ſepulcrum Dominicum viſitant concedere conſuevimus. Illis autem, qui in conflictu illo deceſſerint, omnium ſuorum, ſi pœnitentiam acceperint, remiſſionem indulgemus peccatorum. Datum Tuſculani III Idus Septembris.

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

IV. *Alexander Papa III. Upſalenſi Archiepiſcopo, & Suffraganeis ejus.* Vice beati Petri Apoſtolorum principis, largiente Deo & Domino noſtro, qui ait *Speculatorem dedi te domui Iſraël*, ſuper gentes & regna, licet immeriti, in Apoſtolicæ ſedis ſpecula conſtituti, Pontificalis officii debito pro univerſis compellimur ſollicitudinem gerere, & antiquo hoſti, qui tanquam ſæviſſimus leo circuit quærens quem devoret, Paſtorali providentia obviare, ne gregem Dominicum invadat, & diverſis eum vitiorum morſibus laceret. Inde eſt quod vehementi cor noſtrum doloris pulſatur ſtimulo, audito quod in partibus veſtris in tantum libido crudelis & turpis excreverit, ut quædam mulieres prolis ſuæ procurent interitum, earumque corruptores tam horrendo & deteſtabili facinori non ſolum conſentire, verum etiam illud perſuadere præſumant, & alii inceſtuoſa conjunctione plerique cum jumentis abominanda ſe pollutione conmaculent. Quæ quantum

ſint gravia & creatori noſtro penitus inimica, ipſa ſceleris atrocitas ſatis demonſtrat, quam nec audientium aures ſine ingenti poſſunt horrore percipere. Si enim qui jactato in terram ſemine prolem nolebat ex uxore ſuſcipere, percuſſus a Domino teſtamenti veteris ſerie dinoſcitur, qua pœna feriendus eſſe monſtratur, qui natum proprium non abhorret occidere, & mavult interire quam vivere? Cujus utique criminis pœna illud etiam perſuadentes vel conſentientes involvi beatus Auguſtinus oſtendit dicens; Se periculoſe decipiunt, qui exiſtimant eos tantum homicidas exiſtere, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum conſilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguntur. Nam Iudæi Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, ſicut ſcriptum eſt: *Nobis non licet interficere quemquam.* Sed tamen illis mors Domini imputatur, quia ipſi eum lingua interfecerunt dicentes, *Crucifige, Crucifige eum.* Inceſtum vero quantum ſacri abhorreant Canones, Concilium Ilerdenſe demonſtrat: Cum his, inquit, qui inceſtus ſe pollutione commaculant, quamdiu in ipſo deteſtando & illicito carnis contubernio perſeverant, nec cibum ſumere ulli Chriſtianorum, ſicut Apoſtolus juſſit, licebit. Porro ſcelus cum jumentis coëuntium quanta ſit animadverſione plectendum, legiſlator Moyſes declarat, cum etiam ipſa interfici animalia jubeat, quæ tali contaminata flagitio indignam refricant facti memoriam. Quia igitur abominabilem horum exceſſuum præſumptionem ſevera ſatis diſtrictione congruit inſequi, prædictos propriæ prolis necatores, & tam ipſum facinus perſuadentes, quam conſentientes, ſeu quoſlibet parricidas, aut cum matre, filia, conſobrina, vel nepte agentes, quam cum jumentis coëuntes, artiori pœnitentiæ jugo curetis compeſcere, & niſi ſenio confecti, vel corporis fuerint debilitate ſeu egeſtate oppreſſi, eos ad ſedem Apoſtolicam compellatis venire, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina viſitare, ut in ſudore vultus ſui, & viarum labore ſuperni judicis iram evadere, & ipſius miſericordiam valeant invenire. Ad hæc qui dormiendo non voluntate, ſed caſu filios ſuos oppreſſiſſe inveniuntur, triennio, ſi iidem filii fuerint baptizati, ſi vero abſque ſacro baptiſmate deceſſerint, quinquennio pœnitentiæ diſciplinis ſubjaceant. Sacerdotes, quos ab his convenit ſtudioſius præcavere, officii ſui perpetua executione priventur. Verum ſi

Anno Chriſti

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, Danos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

Anno Chriſti

qui parentum abſentes fuerint, quando eorum filii ſuffocantur, aut ſi id ſub aliena cuſtodia contigerit, extra culpam erunt, ſi tamen eos non furioſæ, ſed congruenti cuſtodiæ ipſos ſe crediderint tradidiſſe. Præterea non ſine cordis amaritudine quoſdam ſacerdotes contra Apoſtolicas inſtitutiones, cum ſicca fæce vini, vel cum micis panis vino intinctis, Miſſam celebrare audivimus: & fideles laicos non Chriſtiano more, abſque ſacerdotali benedictione & Miſſa matrimonium contrahere. Unde ſæpe illicita contingit fieri conjugia, & inter legitimas perſonas divortium intervenire. Sane cum omne crimen atque omne peccatum oblatis Deo ſacrificiis deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipſa ſacrificii oblatione erratur? Cum enim magiſter veritatis diſcipulis ſuis ſacramentum commendaret noſtræ ſalutis, non ſiccam fæcem vini, non micas panis vino intinctas accepit, ſed panem & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis. Quia igitur ſecus agere Euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & conſuetudini Eccleſiaſticæ penitus eſt adverſum, Apoſtolica prohibemus auctoritate, ut cum ſicca fæce vini, vel cum micis panis vino intinctis, vel alio modo quam Dominus inſtituit, nullus de cætero ſacrificare attentet: ſed ſecundum formam Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ, quam vos in omnibus imitari oportet, ſolum panem & vinum aqua mixtum in ſacrificio corporis & ſanguinis Domino offeratis. Cæterum clandeſtina & abſque ſacerdotali benedictione non debere contrahi conjugia, aut niſi inter legitimas perſonas, quæ infra ſeptimum gradum nulla conſanguinitatis linea conjungantur, nec contracta niſi Canonice & conſenſu Epiſcopi diſſolvi, multorum ſanctorum Patrum declarat auctoritas. Vos itaque muniti ſanctorum Patrum ſanctionibus & Eccleſiaſticis inſtitutis, hæc quæ dicta ſunt diligenter ſervate, & ab aliis præcipite inviolabiliter obſervari, diſpenſationis moderamine utentes, ut qui in quinto, vel quarto gradu conjuncti ſunt, eos non ſeparetis, ſed ne amplius taliter conjungantur, Pontificali auctoritate & diſtrictione prohibeatis. Datum Tuſcul. v Idus Septembris.

Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

M C LVI.

V. *Alexander Papa III. Colon. Lingacopenſi Epiſcopo.* Ex diſpenſatione commiſſæ nobis ſollicitudinis, & ex debito caritatis viros Pontificali officio præditos, & morum honeſtate ornatos ſincera tenemur caritate diligere, & eorum vota, quæ a rationis

tra-

tramite non diſcordant, effectu proſequente complere: ut tanto fortius ornamenta virtutum appetere, & honeſtis inſiſtere moribus ſtudeant, quanto ſe ab Apoſtolica ſede majore honore cognoverint & gratia præveniri. Relatum ſiquidem eſt auribus noſtris, quod dilecto filio noſtro Stenar, quondam Lingacopenſi Epiſcopo, clauſtralem quietem Epiſcopali honore præponenti, & Pontificalem dignitatem in manu venerabilis fratris noſtri Eſkili Londenſis Archiepiſcopi, Apoſtolicæ ſedis legati, & regalia coram rege & primatibus regni libere & ſpontaneè reſignante, clerus & populus ejuſdem loci, de aſſenſu prædictorum Archiepiſcopi & regis atque ducis terræ, te in patrem & Epiſcopum ſuum unanimiter & concorditer elegerunt. Verum licet ei non licuerit abſque auctoritate Romani Pontificis Epiſcopali dignitati abrenunciare, volentes tamen neceſſitati Eccleſiæ tuæ paterna proviſione proſpicere, & honeſtati tantorum virorum deferre, id æquanimiter ſupportamus, & electionem & conſecrationem tuam ratam & firmam habentes, eam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & tibi in ſubditis tuis corrigendi vitia & ſuperflua reſecandi plenam concedimus facultatem. Tu vero ſubjectorum culpas tanta redargutionis inſtantia inſequaris, quod & qui culpabiles ſunt ſuos exceſſus corrigant celeriter, & emendent, & alii hoc videntes ad committenda ſimilia non aſpirent. Hac tamen conſideratione præhabita, ut durè & aſperè, leviter & manſuetè, ſecundum naturas & qualitates perſonarum vitia corrigas ſubditorum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum hanc paginam noſtræ confirmationis infringere liceat, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſculani VI Idus Septembris.

Anno Chriſti M C LVI.

Alexandri Papa Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos religione Chriſtianâ.

VI. *Alexander Papa III. Guillelmo, Stranenſi Epiſcopo.* Fratres & Coëpiſcopos noſtros, & eos præcipue, qui in medio pravæ nationis ſunt poſiti, & in remotis mundi partibus conſtituti, artiori nos convenit caritate diligere: & ut in commiſſo ſibi amplius talento proficere valeant, & ad cultum juſtitiæ & domus Dei decorem fortius accingi, eis Apoſtolicæ ſedis gratiam & favorem nos convenit impertiri. Attendentes igitur devotionis tuæ conſtantiam, & fidei puritatem, qua beato Petro & nobis im-

mobili

Anno Chriſti

mobili firmitate adhærere conſpiceris, te ſicut venerabilem fratrem noſtrum diligere & honorare, & tuis rationabilibus votis & deſideriis debita cupimus benignitate favere. Inde eſt quod Eccleſiam tuam ſub beati Petri ac noſtra protectione recipientes, ea quæ in præſentiarum pacificè ac legitimè poſſedit, & ſpecialiter Neeric, ſicut a rege & Metropolitano tuo, & a venerabili fratre noſtro Eſkilo, Lundenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis legato, tibi confirmata eſt, & ſcripti ſui munimine roborata, tibi & per te eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſcul. VII Idus Septemb.

M C LVI.

Ejuſdem Alexandri Papæ de Finnonica populis ad fidem Chriſtianam converſis, ſed dubiæ fidei, & nonnunquam reſilientibus, Epiſtola.

VII. *Alexander Papa III. Upſellenſi Archiepiſcopo, & Suffraganeis ejus, & Gutherino duci.* Gravis admodum & difficilis eſt ad Apoſtolicam ſedem querela perlata, quod Phinni ſemper imminente ſibi exercitu inimicorum, fidem ſervare Chriſtianam promittunt, & prædicatores & eruditores Chriſtianæ legis deſiderantes requirunt, &, recedente exercitu, fidem abnegant, prædicatores contemnunt, & graviter perſequuntur. Unde quoniam in hoc Deo illudere, & Chriſtianam religionem deridere videntur, & illis ſe duplo filios gehennæ conſtituentibus, ſalus & vita eorum tota in terrenis, neglectis cœleſtibus, conſpicitur conſiſtere: nec eſt dignum, ut eis in adverſitate Chriſtianum nomen defenſionem conferat, quod in proſperitate deſpicere & horrere probantur: univerſitatem veſtram monemus, atque mandamus, quatinus a fallaciis & fraudibus eorum ita prudenter & diſcrete de cætero caveatis, quod, ſi ingruerit neceſſitas, ad auxilium & defenſionem veſtram non poſſint recurrere, niſi munitiones, ſi quas habent, vobis tenendas aſſignent, aut alias adeo ſufficientem cautionem exhibeant & ſecuritatem, quod a modo nullatenus pedes retrahere, aut veſtram prudentiam valeant circumvenire; ſed Chriſtianæ fidei documenta cogantur tenere firmiter & ſervare: ne amplius de eorum numero videantur, de quibus dictum eſt, Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Datum Tuſcul. V Idus Septembris.

VIII. *Ale-*

VIII. *Alexander Papa III. Trundenſi Archiepiſcopo, & A. quondam Stavẽng. Epiſcopo.* Lex divina & humana deſiderat, & debitum caritatis expoſcit, ut bono & utilitati communi debeamus intendere, & ad revocationem & converſionem infidelium operam omnimodam & ſollicitudinem adhibere. Inde eſt quod prudentiam veſtram rogamus attentius & monemus, venerabili fratri noſtro Fulconi, Eſtonum Epiſcopo, qui ad convertendam gentem illam divina gratia inſpiratus miniſterium prædicationis & laborem proponit aſſumere, Nicolaum Monachum, qui de gente illa, ſicut accepimus, eſt oriundus, virum religioſum atque diſcretum, in ſocium concedatis: ut tantum bonum poſſit perficere, & gentem illam ad agnitionem veri luminis, & ad culturam & doctrinam Chriſtianæ fidei, verbo prædicationis, auxiliante Domino, revocare, & vobis exinde valeat æternæ mercedis cumulus provenire. Datum Tuſcul. v Idus Septemb. *Anno Chriſti* *Alexandri Papæ Epiſtola de propaganda apud Danos, Suecos, vicinoſque populos Religione Chriſtianâ.*

IX. *Alexander Papa III. univerſis tam clericis quam laicis Lingacopenſis Epiſcopatus.* Decet univerſitatem veſtram, quæ ad perfectionem virtutum & ſalutem pertinent animarum, toto ſtudio cogitare, & ea voluntario effectu perficere, per quæ gratiam poſſitis Altiſſimi acquirere, & ad æternæ felicitatis gloriam cum auxilio divini numinis pervenire. Cæterum quoniam ſine obedientiæ virtute nemo Deo perfecte poteſt placere, aut acceptum ſervitium reddere, per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus & mandando præcipimus, quatinus venerabili fratri noſtro C. Epiſcopo veſtro, ſicut bonæ memoriæ Giloni prædeceſſori ſuo feciſſe noſcimini, omnimodam obedientiam & reverentiam impendatis, & in his quæ Dei ſunt, & ad veſtrarum animarum ſpectant ſalutem, monitis & mandatis ejus humiliter parere curetis, & ei de juſtitiis ſuis integre & plenarie reſpondeatis: ita quod apud Deum pro humilitate & obedientia veſtra peccatorum veſtrorum veniam & gloriam valeatis promereri æternam. Si qui autem veſtrum ei contumaces vel rebelles extiterint, ſententiam quam idem Epiſcopus propter hos in eos rationabiliter tulerit, auctore Domino ratam & firmam habebimus. Datum Tuſcul. xv Kalend. Octob. M C LVI.

Hoc quaſi tempore Monachi, aliique, ut loquitur & obſervat Iohannes Adolphus Cypræus Hiſtor. Eccleſ. Sleſvic. & Holſat. Cap. xxv. qui paucis ante annis Canonici Regulares ex Mo- *Canonicorum Regularium ac*

Anno Chriſti

Saecularium ex Monachis Canonicorũ origo.

In Canonicos Saeculares ſcriptoris horum temporũ invectiva.

Iidem Romanae ſedis auctoritate tandem probati.

MCLIX.

Concilium Generale Lateranenſe primum celebratur.

nachis facti erant, veſtitumque mutarant, diſciplinæ & regulæ, cui paruerant hactenus, pertæſi, ad liberiorem vitam diſciplinamque adſpirare cœperunt. Itaque dein luxui veſtium illi indulgere, & diſſolutius vivere. Sed nec nomine contenti, quo Regulares appellabantur, a Régula nimirum & certa ſtataque vivendi norma ſibi præſcripta, Canonici Sæculares appellari voluerunt. Qua de re ita quidam illorum temporum; *Paullatim decreſcente in Clero religione, apud Eccleſias ex Monachis Regulares Canonici prodierunt. Quid autem ex hac reſolutione deinceps ſit oriturum quis novit? Si Canon eſt Regula, & inde nomen habent, Canonici ſunt Regulares. Quid autem de Canonico fiet Saeculari, niſi ſit Regularis? Erat. is devotionis fervor ſub ſanctis Patribus, ut inter fratres etiam Pontifices inſtituerent. Iam ventum eſt ad Regulares, ut Canonici & dicerentur & eſſent. Utinam & ibi perduraſſent! Inferior poſtea inventus eſt gradus, Canonicus Saecularis, hoc eſt, Regularis ſine Regula, Canonicus ſine Canone.* Hæc ille. Ita qui ſæculum repudiarant, non tantum nomine, ſed & reipſa ad ſæculum rediere. Atque hæc Canonicorum Sæcularium origo eſt, quos ſedis Romanæ auctoritas mox probavit.

Sedente Alexandro III. Concilium Lateranenſe primum, quod & Occidentalium Conciliorum Generale primum vocant, celebratum eſt. Concilium, inquit Angelus Rocha de Camerino in Bibliotheca Vaticana, ubi de pictis in eâ imaginibus, Lateranenſe Generale primum ſeſe offert declarandum circa Annum Domini MCLIX. celebratum, cui præſens adfuit Alexander hujus nominis III. qui olim Frederici Imperatoris iram & impetum fugiens abdidit ſe Venetias, quem deinde cognitum, & a Senatu perhonorifice ſuſceptum, Othone Imperatoris filio navali prælio a Venetis victo captoque, Fredericus ſupplex adoravit, & ad ejus pedes provolutus excommunicationis abſolutionem obtinuit, obedientiam pollicitus, cum prius fuerit eum perſequutus, & quatuor ſchiſmaticorum foverit ſeditiones, quibus Romana Eccleſia mirum in modum fuit perturbata, & afflicta, Guelphorum, & Gibellinorum ſectarum tempeſtate.

Lex de eligendo Pontifice lata.

Hoc in Concilio, quod poſt quatuor ſchiſmaticos Pontifices ex hac luce ſublatos, celebratum eſſe credendum eſt, Lex ſalutaris, ut ait Genebrardus, de duabus ſuffragiorum tertiis Cardinalium ſancita fuit, ne in tempus poſterum ſimile ſchiſma de ſummo

Pon-

Pontifice eligendo ſuboriri poſſet. Præſedit autem in hac Synodo ſummus ipſe Pontifex Alexander, ut videre eſt ad dexteram Concilii partem, trecentique Epiſcopi tam Orientales, quam Occidentales, interfuerunt pro moribus tam laicorum, quam Eccleſiaſticorum reformandis, necnon Waldenſibus, & Catharis damnandis, torneamentiſque prohibendis, ut ad dextrum Concilii angulum cernere licet, ubi mirus hujus generis ludi apparatus cernitur, viro edictum manu geſtante, torneamentique ducem alloquente. Ex hac parte Palatium Lateranenſe, ex altera vero Roma, Tiberinumque flumen repræſentantur. Hæretici vero, qui hoc in Concilio damnati fuerunt, ſeu Pauperes Lugdunenſes, Waldenſes dicti ſunt a quodam divite Waldone Lugdunenſi, qui opibus relictis, pauperibuſque erogatis, Euangelicam paupertatem ſimulans, multoſque ſub hujuſmodi velamine impios errores adumbrans quoſdam libros vulgari maternaque lingua, cum idiota eſſet; ſanctorum dictis, ac teſtimoniis extortis ſibi conſcribi curavit: ſuoque inflatus ſpiritu munus Apoſtolicum prædicando uſurpavit. Cathari autem dicti ſunt quaſi puri propter munditiam & puritatem, quam arrogantiſſime & falſo quidem oſtentabant, dicentes ſe ſine peccato eſſe contra illud Ioannis: Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Hinc omittebant illud orationis Dominicæ; *Dimitte nobis debita noſtra.* Hoſce hæreticos S. P. Auguſtinus in Manichæos, in Macarios, & in Cathariſtas diſtinguit. Inſcriptio autem ad univerſam hujus Concilii picturam pertinens in hanc legitur verborum formam:

Anno Chriſti MCLIX.

Waldenſes damnantur.

Nomen eorum unde fluxerit.

Iniquũ Angeli Rochæ de ius judicium.

Alexandro III. Pont. Federico I. Imp.
Waldenses et Cathari hæretici damnantur,
Laicorum et Clericorum mores
ad veterem disciplinam restituuntur.
Torneamenta vetantur.

Torneamenta vetantur.

Torneamenta hoc in loco intelliguntur exercitia illa armorum uſum repræſentantia, unde, ut plurimum, cædes, vel gravia vulnera reportantur: quæ ſi pro viribus tantum humanis experiendis, vel pro armorum uſu addiſcendo fierent, ita vero, ut vitæ corporis, animæque periculum eis non ineſſet, licita forent, & ab Eccleſia prohibita non fuiſſent, cujuſmodi ſunt

Anno Christi

haſtiludia, ludus Trojanus, ſive cannarum vel virgarum, quibus equites tecti clypeis ludere ſolent, & cetera id genus alia, quæ, adhibito moderamine, quo cædes, & alia diſcrimina caventur, illicita non exiſtimantur, ſed potius permittuntur. Hinc pugnans in torneamento illicito reus homicidii, & irregularis judicatur, ſi quis in eo etiam fortuito inter pugnantes vel extra pugnantium cœtum occidatur. Interfectus autem inter pugnantes, nec non ille, qui etiam non pugnandi cauſa acceſſit, ſepultura Eccleſiæ privatus judicatur. Hinc mirum non eſt, ſi prima hujus generis torneamenta illicita verentur, cum ſine animæ diſcrimine exerceri non queant. Hæc de Concilio Lateranenſi Generali primo, ejuſque inſcriptione Rocha.

MC LIX.

Waldenſium origo, nomina diverſa, incrementa, ſedes, calamitates & excidia.

Cum vero & in iis Waldenſium meminerit, de his eorumq; origine, incrementis, calamitatibus, alibi etiam excidio, nonnulla hic addenda ſunt ex Ioachimo Camerario, viro graviſſimo, aliiſque. Eſt, inquit ille, mentio facta Picardorum & Waldenſium: de his ante omnia aliquid eſt dicendum, ut ſerie narrationis ordine procedente, expoſitio illuſtrior ſit ac clarior. Atque eſſe Picardorum nomen gentile patet: & nominatam Picardiam a novis incolis eam partem Galliæ, in qua civitates olim fuere Ambianorum & Atrebatum. Etſi a neſcio quo Pegardo transfuga nomen illud dictum, quidam, & alia quædam magis nugatoria, falſo prodiderint. Valdenſes autem a Valdo ſeu Baldo Baldoneve quopiam nominati fuere, Lugdunenſi cive admodum divite, qui ſuas facultates pauperibus elargitus, auſus fuit palam notare atque reprehendere Eccleſiaſtici ordinis vitia, tam doctrinæ veritatem corrumpentis, quam a ſanctitate vitæ alieni: cum ipſius quidem ſanctitati & virtuti adverſarii quoque teſtimonium perhiberent. Quos apud Allobroges, qui Sabaudienſes modo vocantur, & in vicinia, ſedes quæſiviſſe conſtat, & eoſdem fuiſſe appellatos Pauperes Lugdunenſes: cum conventus quidem illi habuerint primum in Toloſatibus, & Narbonenſi provincia, & Aremoricis; ubi celebris nunc eſt urbs Avinio, Romano Pontifici data ab Iohanna, regina Neapolitana, conjuge Andreæ regis Ungariæ. Hæc enim, quod crimen ei inferretur necati mariti, metuens furorem ultionis Ungaricæ, contulit ſe in ſuum Comitatum Provinciæ, & tribuit Papæ Clementi VI. vel V. (alii enim aliter ſeriem iſtam numerant) urbem Avinionenſem & Comitatum

Vrbs Avinionenſis quomodo ditionis Papæ Romani facta ſit, obiter annotatur.

Veniſſimum, pro ſumma pecuniæ, quæ perhibebatur deberi Romanæ ſedi a Regibus Siciliæ. Fuerat autem hujus avus Robertus Neapolitanus Rex. Atque ita ditionis Romanenſis facta eſt urbs illa, & Iohannæ confirmatus a Papa titulus Reginæ, tanquam heredi, cum appellatione ornaretur Filiæ Eccleſiaſticæ. Quæ in regnum mox Neapolitanum reverſa, cauſas dedit maximorum perniciosiſſimorumque bellorum: & ipſa ab Ungaris tandem capta atque ſtrangulata fuit, ſive laqueo ſuſpenſa, ſive pulvino injecto ſuffocata: cum libidinoſa fœmina quartis nuptiis habuiſſet maritum Othonem Henrici F. Brunſvicenſem.

Anno Chriſti MCLIX.

Filia Eccleſiaſtica titulus à Papa tributus.

Sed revertatur narratio ad inſtitutum. Illis in locis, id eſt, in Toloſatibus, & Provincia Narbonenſi, circiter annum Chriſti MCLX. congregationes iſtæ celebrari, & a dynaſtis earum terrarum admitti cœperunt. Eſt autem, ut aliæ multæ, ſic iſta res explicatu difficilis; quod neque ab omnibus eadem tradantur, & judicia ſententiæque hominum fere temporibus ſerviant. Atque hinc, quicquid quam proxime etiam a Romanæ religionis præſcripto recederet, & illius principatus ſtatum non tueretur, tanquam impium, a pleriſque condemnatum fuit. Quod ſi quid in illo notaretur, aut corrigendum eſſe perhiberetur, id vero, tanquam hoſtilis conatus, & edictorum ſævitia & armorum vi refutari. Sane Lucius III. Papa, ut hæreticos, qui ſunt deſertores violatoreſque Chriſtianæ fidelitatis, illos cœtus eſt execratus. Fuerunt autem tunc nominati Albii & Albigenſes, ab Albiorum ſeu Albinatum civitate in Toloſatibus, quæ Epiſcopum habet inprimis opulentum. Urſpingenſis quidem quoſdam ſe Pauperes nominaſſe ſcripſit, quoſdam Humiles ſeu Humiliatos; & ab Innocentio Papa petiiſſe confirmationem ſectæ, ut ipſe vocat, ſuæ, ſed hoc non obtinuiſſe. Atque eſſe ordines duos his autoritate Papæ oppoſitos; unum Fratrum Minorum, & alterum Prædicatorum, Franciſco Aſſiſiate Umbro, & Dominico Caliguritano Hiſpano, capitibus. Non poſſe negari videtur, & conjecturæ ſunt in medio, Albigenſes iſtos, neque dogmata omnia pura atque vera, & in ſuis obſervationibus ſuperſtitionis aliquid habuiſſe. Sed Ordinibus tunc confirmatis duobus fortaſſe iſtud maxime profuit, quod autoritate Papæ hi niterentur, & ancillarentur, eſſentque penitus addicti potentiæ illius: cum Dominicus quidem doctrina excellere putaretur, & is eſſe, qui omnes hæreti-

Waldenſium origo, nomina diverſa, incrementa, ſedes, calamitates & excidia.

Fratrũ Humiliatorũ, Minorum, & Prædicatorum origo.

Anno Chriſti

cos refellere, atque erroris convincere valeret. Itaque tradidêre quidam, in iſta hæreſi tollenda virtutem Dominici enituiſſe Sabellicus hunc illam mira celeritate compeſcuiſſe ſcripſit. Sed ſi repudiatis pauperibus Albigenſibus approbaſſe Papam mendicos Ordines hos verum eſt, ſuſpicari aliquis poſſit, perventum eſſe de calcaria in Carbonariam, ſecundum vetus proverbium. Verum de hoc diſſerere non eſt propoſitum.

Toloſates Principes, Waldenſibus faventes, oppreſſi.

Magno gravique & diuturno bello oppreſſi tandem & ſuperati fuêre dynaſtæ Toloſates & Provinciales; cum Rex eſſet Galliæ Ludovicus, pater Ludovici ejus, quem Sancti cognomento ornarunt; & Papa Gregorius IX. tanquam contra hoſtes Chriſtiani nominis exercitum coactum crucis figura inſignem producendum curaſſet; ſparſis in vulgus atrocibus criminibus, quibus Albigenſes ſive Albii ſic infamarentur, ut non poſſent non in ſummo odio eſſe apud omnes, quibus perſuaderetur, veras eſſe, non ſolum flagitiorum ſed ſcelerum, quæ illa ſecta patraret, accuſationes. Copiarum illarum dux fuit Simon Montisfortis Comes, non tam religionis aſſerendæ, quam potiendi illis principatibus cupidus; quos etiam eſt bello confecto adeptus. Verum renovato mox eo ipſo bello Simon in oppugnatione cujusdam oppidi ictus ſaxo oppetiit mortem. Et tandem res eo eſt deducta, ut priores illarum terrarum domini everterentur, & iſti Albigenſium, atque Pauperum Lugdunenſium cœtus exterminarentur, qui in diverſa loca ſunt diſſipati. Viſum eſt aſcribere ſententiam, quam poſuit in narratione de his negotiis atque rebus Paulus Æmilius, ſcriptor Gallicæ Hiſtoriæ, cujus conſideratio multa non inprudentibus ſubjicere poteſt, ad cognitionem veritatis pertinentia: *Nihil*, inquit ille, *in ſacris bellis perinde efficit, atque mos jam exortus, ut honeſta præſcriptione ſuas quiſque reſpiciat res: in ore omnium ſanctum piumque verſetur; conſilio, conatu, animo ſecus efficiantur. Si de religione tantum agatur, ſi oblivio noxæ ſanciatur, ſi ſanatis mentibus, fortunis hominum abſtineatur, omnes idem ſentiant. Nunc de mortalium jure, de principatu res eſt. Ea controverſia tollatur, nulla erit armorum cauſſa.*

M C LIX.

Simon Montisfortis Comes in eos immiſſus.

Pauli Æmilii obſervandū de bello Waldenſibus illato judicium.

Sparſa Waldenſium reliquia ubi conſederint.

Diſperſorum Albigenſium, ut dictum eſt, venerunt aliqui in Picardiam, aliqui in Allobroges. Nonnulli longius abiêre; alii in Angliam, alii in terras Bohemicas. In Allobrogibus, qua parte vicinam habent hi Galliæ partem, cujus nunc nomen

eſt

eſt Delphinatus, & totam provinciam Narbonenſem, in quibuſdam oppidis ac vicis, ut Merindola ac Chabriera, & aliis regionis illius, reliquiæ adhuc patrum ætate fuere hominum iſtorum. Qui ſunt immani crudelitate abſque omni diſcrimine ſexus aut ætatis conciſi, anno Chriſti MDXLV. tam furioſa atque efferata ſævitia, ut illam hiſtoriam legens non poſſit non tota mente cohorreſcere, ſi quidem in ipſo aliquid quantulumcunque humanitatis ineſt: cum ea quidem ſententiæ, de Chriſtiana religione expoſitio, quam Regi Galliæ obtulerunt, a veritate doctrinæ cœleſtis, & conſenſu de hac catholico nequaquam abhorrere videatur.

Anno Chriſti

Waldenſium & ſententia eorũ de Religione, origo ac progreſſus.

Adde ad illa & iſta Petri Weſenbecii, paulo fuſius hæc commemorantis. Waldenſium, inquit ille, hinc exordiar, nomen unde defluxerit, animadverto dubitari. Ut receptior ſit, probabilior videtur eorum conjectura, qui a Waldone cive quodam Lugdunenſi illud eſſe perhibent: unde & a loco *Pauperes Lugdunenſes* a nonnullis nominantur.* Picardorum vero appellatio qualis & unde ſit, magis ambigitur. Sunt qui Picardiam Galliæ provinciam ipſis id nominis conciliaſſe putent, Alii Begardum quendam nominant, & ſectatores ejus Begardos, quos vulgus poſtea corrupto vocabulo Picardos dixerit. Illud conſtat, Albigenſes nuncupatos eſſe ab oppido quod Galli indigitant Albi, & agro Toloſano finitimum præbuit tunc temporis Eccleſiæ Chriſti & puriori doctrinæ hoſpitium: Vnde in jure Canonico, apudque alios pontificios ſcriptores crebra *Toloſanorum hæreticorum* mentio. Nullum etiam dubium eſt, his appellationibus eos in pontificiorum ſcriptis deſignari, qui multis retro ſeculis in Gallia primum, poſt in aliis quoque Provinciis, Auſtria præcipue & Moravia, diſceſſerunt ab Eccleſiis Papæ propter manifeſtam Idololatriam & impia dogmata plurima, quæ in regno Pontificio potenter dominantur.

MC LIX.

* Mihi non eſt dubium, quin id nomen fluxerit ab obſoleto vocabulo, *Piccard*, quod *Textorem* ſignificat.

Quare Albigenſes aut Albi dicti.

Cum autem Pontifices & horum ſatellites animadverterent, non leve detrimentum hinc Romanæ hierarchiæ imminere (quippe jam Principibus aliquot (quos inter rex Arragonum, & Comites Toloſates in Gallia quondam præpotentes referuntur, patrocinium Waldenſium ſuſcipientibus) cœperunt eos injuſtiſſimis criminationibus premere, & id moliri unice, ut publico omnium, Regum maxime, odio laborarent, & ab omnibus ad

exitium

Anno Chriſti

exitium quærerentur. Etenim præter crimina multiplicia commemoratu & auditu horrenda, pudendaque, quæ hiſce veritatis aſſertoribus rabioſiſſime affingebant, hæreſium & damnatarum in religione Chriſtiana opinionum ad nonaginta quinque, ipſos arceſſere non dubitaverunt. Et quamvis contra ab aliis excuſarentur, qui invidiæ faciendæ cauſa Waldenſes de tantis flagitiis inſimulari teſtabantur; niſi quod oſtenſis erroribus & corruptelis in Eccleſiam invectis, Pontifici, Cardinalibus, Epiſcopis & toti colluviei ſacrificulorum ac Monachorum detraherent Eccleſiæ titulum & authoritatem; effecit tamen diabolus, ut paſſim crederentur eſſe vera. Quo factum eſt, ut non ſolum in acerbiſſimas continuo calamitates inciderent, & graviſſima quæque paterentur, in Gallia inprimis, verum etiam ſub initia repurgatæ in Germania religionis, imo & multis poſt annis, a pleriſque pro hæreticis, vel ſaltem pro ſuſpectis haberentur.

Waldenſium, & ſententia eorũ de Religione, origo & progreſſus.

Lutherus ſane, egregius ille Dei ſervus, in præfatione elogioque, quo confeſſionem fidei Fratrum Bohemicorum & his conjunctorum magnifice ornavit, & adverſus ſuſpiciones malevolorum munivit, diſerte profitetur, ſe non prius hos, de quibus agimus, fratres Waldenſes & Picardos vero odio tanquam perditos homines proſequi deſiiſſe, quam de confeſſionibus ſcriptiſque ipſorum piis cognoviſſet, ſummam optimis hominibus injuriam factam eſſe, & quos Papa pro hæreticis damnaverat, pro Sanctis & Martyribus eſſe laudandos. Ac memorabile eſt, quod idem iſte vir Dei addit: *Offendiſſe ſe in eis unum illud & magnum miraculum in Eccleſia Papæ pene inauditum: ſcilicet, quod omiſſis hominum doctrinis quantum poterant meditarentur in lege Domini die & nocte, eſſeque eos in ſcripturis peritos & paratos, cum in papatu ipſi* Magiſtri noſtri *prorſus negligerent ſcripturas, quarum titulo jactabantur, nonnulli vero ex ipſis ne vidiſſent quidem Biblia ſacra unquam.*

M C LIX.

Addit, *Quod lecta ipſorum confeſſione Deo gratias pro tanta luce agat, ſibique & illis gratuletur, quod deſtructo nunc interſtitio ſuſpicionis, qua invicem hæretici videbantur, facti ſunt prope & reducti ſimul in unum ovile, ſub unum illum paſtorem & Epiſcopum animarum noſtrarum, qui eſt benedictus in ſecula.* Hæc ille.

Primus vero aperti belli impetus & furor, quem gravem & peracerbum ſuſtinuiſſe leguntur, incidit in Annum a nativitate Chriſti milleſimum ducenteſimum nonum, quo Innocentius

Pontifex Romanus ejus nominis Tertius, Reges, Principes, univerſasque adeo nationes, Romanam ſedem venerantes, ad Religioſam (quam vocant) militiam adverſus Waldenſes, crucis ſigno ſublato & per orbem Chriſtianum emiſſo, concitavit; crimina promiſcui concubitus, adulterii, perjurii, majeſtatis, & ſummatim Manichæorum atque Adamitarum damnatæ hæreſeos atque ſpurcitiei fœditatem in eos confingens. Nec mora, convenit Lugduni magna multitudo *Sacrorum* (ut appellant) *militum* ex diverſis gentibus, ſed ex Gallia maxime: Duceque Simone Comite Montisfortis infeſtis ſignis Narbonenſem & Toloſatum ditionem petunt: cujus principes, meliora ſecuti, talibus furiis patrocinium ſuum opponere nitebantur.

Anno Christi

Waldenſium, & ſententia eorũ de Religione, origo & progreſſus.

Capta tum oppida, direptæ urbes, arces expugnatæ complures, nec ullum crudelitatis genus prætermiſſum. Incendiis, rapinis, cædibus, ſtupris perfœdata omnia. Etiam refrigerato pugnarum & oppugnationum ardore, alibi centum octuaginta ſimul igne cremati vivi; alibi ſexaginta ſecuri percuſſi; infiniti paſſim aliis ſuppliciis gregatim affecti. Nec minor fuit efferata in mulieres impietas, quæ ex omni ſtatu victorum libidini & avaritiæ miſera præda fuere: inter quas memoriæ proditum eſt, Girardam oppidi Vauri principem, quod ſimiliter in veritate perſtaret, in patentem puteum conjectam ſaxisque obrutam fuiſſe; quomodo & paulo ante ipſe quoque Toloſatum Comes Raimundus hoſtibus ſe dedere coactus, non ante vitæ ſecurus fuit, quam a legato Pontificio flagris cæſus, & contumelioſe ac varie vexatus, arces oppidaque tradidiſſet ſua.

M C LIX.

Nec multo poſt prælio commiſſo ad quindecim millia Waldenſium cum Petro Arragoniæ rege cæſa, ut jam de ipſis actum eſſe tum maxime videretur. At ubi humani auxilii ſpes prope omnis evanuiſſet, ecce Dominus, qui novit ſuos ex ore & faucibus fati eripere, ac, ut Pſalmus ait, *Exaltare de portis mortis*; Inopinatum immittit diſſidium inter Principes exercitus cruce ſignati, Burgundiæ Ducem & Comitem Nivernenſem. Quod uſque eo invaluit, ut hic relictis ſubito caſtris diſcederet indignabundus, parte abducta copiarum: ille idem mox faceret, veritus ne ab adverſario hoſtile quid in ſubditos terraſque ſuas Burgundicas tentaretur. Horum igitur diſceſſu cum exercitus eſſet multum imminutus, Montisfortis Comes, bellum languidius admini-

Inſigni clade iidem afflicti.

Anno Chriſti ſtrat, commoditatemque reſpirandi, ſuaque paulatim recuperandi, reliquiis afflictis vel invitus aliquam permittit. Quin etiam denuo ſymbolo crucis evulgato, exercituque reparato, ipſe anno ſalutis MCCLXVIII. in urbis Toloſanæ obſidione lapide caput ictus occumbit. Graviter ferebant Cucullati, pene exploratæ victoriæ occaſionem amiſſam, & ſupereſſe qui corruptelas ac vitioſos ritus in Eccleſiam importatos non intelligerent ſolum, verum & taxare non dubitarent. Mordebat illud acrius, quod invecta meliore doctrina, videbant ſe in minore pretio futuros, & contemptum iri ſuam caliginem luce fulgente. Quare etiamſi cruentis conſiliis & machinationibus fraudulentis reluctari fata experirentur, nihil tamen moliri movereque deſtiterunt, quod faceret ad extinguendam hanc Eccleſiæ Romanæ fatalem quaſi facem purioris doctrinæ.

Waldenſium, & ſententia eorū de Religione, origo & progreſſus.

Ac vix octo annorum interjecto ſpatio, Regem Francorum Ludovicum, ejus nominis octavum, prioribus repetitis criminationibus, novis etiam additis eo impulerunt, ut anno Chriſti viceſimo ſexto ſupra milleſimum ducenteſimum, aſſumpta (ut ipſorum fert locutio) *Cruciata*, arma expediret, Avenioneque urbe, quæ Waldenſium confeſſionem partesque ſequebatur, hoſtiliter expugnata & direpta, ulterius hanc, ut perſuaſus erat, Eccleſiæ & Reipublicæ noxiam ſententiam perſequi, & regno ſuo expellere perrexiſſet, niſi iterum Deus velut ex machina ſeſe offerens funeſtæ Tragœdiæ finem attuliſſet, exercitu per peſtem vaſtato ac diſſoluto, ipſoque adeo Rege in diſceſſu ad Montiſpenſerium rebus humanis ſubducto, cum necdum totum regnaſſet triennium. Ita & hiſce haud levibus experimentis Iehova palam fecit, ut ab hominibus nihil auxilii ſuppetat, ſe tamen, rebus etiam deſperatis, ſuis non defuturum.

MC LIX.

Waldenſium in Calabria, Germania, Gallia Narbonenſi, Provinciaque ſedes, ſed obſcuræ.

Exinde doctrina ſincerior ad poſteros tranſmiſſa, & in Calabria, extrema Italiæ parte, Germaniæque obſcuris quibuſdam angulis, præcipue vero in aliquot Galliæ Narbonenſis Provinciæque (ea olim Gallia Braccata) vicis & oppidis, quorum præcipua nominantur Merindolium & Cabriera, ad noſtra uſque tempora producta & conſervata fuit. Quamquam enim qui Regi defuncto ſucceſſerat Ludovicus Nonus, cognomento Divus, itidem expeditionem in Albigenſes molitus ſit, nec ulla hora vacua periculo aut periculi expectatione ipſis relicta fuerit unquam,

adeo

adeo ut ſubinde aliqui intercepti mactarentur. (quippe perpetuæ extiterunt adverſus pium cœtum Pontificiorum perſecutiones & molitiones hoſtiles) Objecta tamen ſunt haud multo poſt ipſi & ſucceſſoribus varia impedimenta, & ſecuta deinceps ipſa in Gallia bella cum Anglis & Burgundis, ſimul & domeſtica, admodum gravia & diuturna: in quibus Reges inimicam crebrius quam propitiam fortunam experti, accingi commodum ad Waldenſes penitus profligandos delendoſque non potuerunt: Quod providentiæ atque potentiæ divinæ nutu ductuque adminiſtratum perfectumque eſſe, fateri non verebor. Plane, quemadmodum natura nullum produxit venenum, quin appoſuerit remedium; ita Deus improborum conatibus ſemper objicit aliquid, per quod non ſtatim liceat illis, quicquid libet. Et hiſtoriæ quidem nominatim docent, ſæpius gentes prophanas atque Eccleſiæ inimicas, horribilibus cædibus, ſingulari Dei permiſſu, in ſeſe mutuo graſſari, cum ut ſeſe puniant rabie indomita, tum ut hac bellorum tempeſtate inter ipſos deſæviente, interea Halcyonia ſint aliqua in iis regionibus, quæ ſacris Chriſti cœtibus præbent hoſpitium.

Anno Chriſti

Waldenſium, & ſententia eorū de Religione, origo ac progreſſus.

In ea intermiſſione, interque inducias iſtas perſecutionum univerſalium accidit, quod dignum commemoratu prætermittendum haud videtur. Incendebant Regem Ludovicum, qui duodecimus hoc nomine in Gallia regnavit, Cardinales & Epiſcopi aliquot adverſus Merindolanos & Cabrerienſes, reliquias veras Waldenſium & Albigenſium Chriſtianorum; quippe veneficos, inceſtos, hæreticos, ac proinde tollendos eſſe. Merindolani & Cabrerienſes ſubodorati, quæ Cardinales & Epiſcopi in ſe conſilia coquerent, & quam atrocibus delationibus aures animumque Regis implere niterentur, mittunt ad Regem legatos & innocentiam ſuam tutantur. Eos legatos aditu Regis Cardinales prohibere conabantur, Regem monentes, ne illis pro ſe dicendi apud ſe poteſtatem faceret: *Iure canonico prohiberi, ne quis cum hæreticis communicet.* Tum Rex, *Etiamſi*, inquit, *mihi in Turcam aut diabolum bellum ſuſcipiendum eſſet, eos tamen prius audire vellem.* Dignum prorſus Rege reſponſum. Quippe inauditum & indefenſum quenquam damnare, ſceptro & jure abuti eſt. Ergo accitos legatos Ludovicus introduci jubet. Illi reverenter exponunt, *Merindolanos & Cabrerienſes Evangelium, Biblia, Symbolum Apoſtolicum, Dei præcepta, Sacramenta agnoſcere atque amplecti: cæterum nec Papæ, nec*

M C LIX.

Waldenſium ad Ludovicum XII. Galliarum Regem, legatio.

 ipſius

Anno Christi

ipſius doctrinæ credere. Si ſecus eſſe Rex deprehenderet, ſe nullum ſupplicium recuſare. Ea itane ſic haberent an ſecus, Rex ſcire voluit. Itaque ea de re Adamo Finnæo, libellorum ſupplicum Magiſtro, & M. Parvo Dominicano, qui illi a Confeſſionibus erat, quæſtionem mandat. Illi ea in loca profecti, & quæſtionibus perfectis reverſi, ad Regem referunt: illis in locis homines baptiſari, articulos fidei & Decalogum doceri, Dominicos dies religioſe coli, Dei verbum exponi, veneficia & ſtupra apud eos nulla eſſe. Cæterum ſe in ipſorum templis neque imagines, neque ornamenta Miſſæ ulla reperiſſe. His auditis Rex eosne præcipiti judicio damnavit, aut bello perſecutus eſt? Minime: ſed jurejurando addito, *Me*, inquit, *& cætero populo meo Catholico meliores illi viri ſunt.* Ad hunc modum principes adverſum ſycophantarum calumnias protegere eos, qui errorum convicti non ſunt, & prudenter expendere debent, nullam neque in dictis neque in factis innocentiam fore, ſi accuſaſſe ſufficiat.

M C LIX.

Waldenſes Leoniſtæ dicti, & quare.

Iidem Waldenſes nonnullis ſcriptoribus alio nomine *Leonenſes* aut *Leoniſtæ* appellantur a celebri nempe Galliæ civitate Lugduno, quæ vulgo *Lyon* dicitur.

Quid illi docuerint.

Doctrina eorum, multis atrocibuſque impetita & vexata calumniis, quas graviſſimæ perſecutiones excepere, qualis fuerit, vel ex ipſis Pontificiis ſcriptoribus ſatis poteſt conſtare. *Inter omnes has ſectas*, inquit Reinerus, cujus libri in ſecunda parte Tom. IV. Bibliothecæ Patrum leguntur, *quæ adhuc ſunt, vel fuerunt, non eſt pernicioſior Eccleſiæ, quam Leoniſtarum. Et hoc tribus de cauſſis: prima eſt, quia eſt diuturnior. Aliqui enim dicunt quod duraverit à tempore Silveſtri; aliqui, à tempore Apoſtolorum. Secunda, quia eſt generalior. Ferè enim nulla eſt terra, in qua hæc ſecta non ſit. Tertia, quia cum omnes aliæ ſectæ immanitate blaſphemiarum in Deum audientibus horrorem inducant; hæc, ſcilicet Leoniſtarum, magnam habet ſpeciem pietatis; eo quod coram hominibus juſte vivant, & bene omnia de Deo credant, & omnes articulos qui in Symbolo continentur. Solummodo Romanam Eccleſiam blaſphemant, & clerum, cui multitudo laicorum facilis eſt ad credendum. Hæc Reinerus, Lib. contra Waldenſes, Cap.* IV. *Fuit autem Reinerus iſte Inquiſitor per Lombardiam, ſive cenſor eorum qui pro hæreticis apud Romanenſes habebantur, & claruit Ann. Domini* MCCLIV. *teſte Antonio Senenſi, apud Gretſerum in Prolegomenis, Cap.* IX.

Adde illuſtrem, & fidei præclarum inprimis, Auguſtum Thua-

num,

num, qui Lib. VI. Hiſtoriarum, ubi quænam vera fuerit cauſa, ob quam Pontificibus exoſi belloque petiti fuerint Waldenſes, exponit: *Nempe quod in opes, faſtum, ac vitia Pontificum liberius invekerentur; Romam dicerent veræ Chriſti fidei renunciaſſe, factamque jam Babylonicam meretricem: proinde non parendum Pontifici & Epiſcopis ejus errores foventibus: Monaſticam vitam (nempe prout tunc agebatur) Eccleſiæ ſentinam ac plutonium eſſe; vana illius vota, nec niſi fœdis puerorum amoribus ſervientia: Preſbyterii ordines (tunc ſcilicet uſitatos, id eſt, Miſſificos ſacrificatores) magnæ beſtiæ, quæ in Apocalypſi commemoratur, notas eſſe: ignem Purgatorium, ſolemne ſacrum (id eſt, ſacrificium Miſſæ) templorum encænia, tunc uſitata, cultum Sanctorum, ac pro mortuis propitiatorium, Satanæ commenta eſſe. His præcipuis (ait Thuanus) ac certis eorum doctrinæ capitibus alia affičta ſunt, de conjugio, reſurrectione, animæ ſtatu poſt mortem, & de cibis.*

Anno Chriſti

Vera cauſa, quare Pontificibus exoſi Waldenſes fuerint.

Affičta ſunt iſta alia ad conflandum illis odium. Vera autem belli in eos ſuſcepti cauſſa fuit, quod Antichriſtianam tyrannidem & errores ſedis Romanæ averſarentur, & veraci Euangelii prædicatione populos ſenſim ab Antichriſti obedientia alienarent. Atque ita meretrix illa ſanguine ſanctorum & ſanguine Martyrum Ieſu ſe inebriavit; & beſtia illam ſuffulciens, cruore Chriſtianorum madens, colore coccino rubuit, plena nominibus blaſphemiæ; ſeduxitque incolas terræ, ut imaginem beſtiæ adorarent, & non adorantes occiderentur, & ut nemo poſſet emere aut vendere, niſi qui haberet charačterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis ejus.

M C L I X.

Quæ iis falſo tributa fuerint vel ex Neubrigenſis & hoſtis, & illorum temporum ſcriptoris, Hiſtoriarum Lib. II. Cap. XIII. patet, ubi vulgo *Publicanos* nominatos fuiſſe dicitur. Cauſa nominis haud dubie non alia, quam quod Publicani, ut deteſtandum fugiendumque hominum genus, in Euangelicis litteris notarentur. Et ne diſſimulaſſe infenſiſſimorum hoſtium judicia de iis ac narrationes videar, expromere hic Radulphi Cogeſhalenſis Monachi, Angli, verba ex Hiſtoria MS. operæ pretium duxi. Iis enim cum cura, & ſine partium ſtudio, inſpectis ac, ut oportet, expenſis, quale in his ſimilibuſque calumniantium ingenium ſit, apparebit. *Temporibus*, inquit, *Ludovici Regis Franciæ, qui genuit Philippum, cum error quorundam hæreticorum, qui vulgo appellantur Publicani, per plures Galliæ provincias proſerperet, prodigioſum quiddam in urbe Rhemenſium contigit, de quadam ſenili muliere hac*

Quæ iis falſo afficta, & quare Publicani dicti ſint.

Anno Christi

peſte infecta. Cum enim Dominus Gulielmus ejuſdem urbis Archiepiſcopus & avunculus Regis Philippi, cum clericis ſuis ſpatiandi gratia obequitaret, quidam ex clericis ejus, ſcilicet magiſter Tilleberienſis, videns quandam puellam in vinea ſolam deambulantem, lubricæ juventutis curioſitate ductus divertit ad eam, ſicut ab ore ejus audivimus poſtea cum Canonicus eſſet. Quam ſalutans, & unde, & cujus eſſet filia, & quidnam ibi ſola ageret, diligenter inquirens, cum ejus pulcritudinem diutius attendiſſet, hanc tandem de amore laſcivo curialiter affatur. Cui illa ſimplici geſtu, & quadam verborum gravitate reſpondet, vix juvenem reſpicere volens: Nunquam velit Deus, ô bone adoleſcens, ut tua amica, ſive alicujus hominis, exiſtam! quia ſi virginitatem amiſiſſem, & caro mea ſemel corrupta eſſet, æterne damnationi proculdubio abſque omni remedio ſubiacerem. Quod audiens magiſter Gervaſius intellexit protinus hanc eſſe de illa impuriſſima ſecta Publicanorum, qui illo in tempore ubique exquirebantur, & perimebantur, ſed maxime à Philippo Comite Flandrenſium, qui juſtâ crudelitate eos immiſericorditer puniebat. Nonnulli vero eorum in Angliam advenerant, qui apud Oxenefordiam deprehenſi, jubente Rege Henrico II. clave candenti in frontibus deformiter ſunt ſignati, & effugati. Dum itaque prædictus clericus cum puella de tali reſponſo confutando altercaretur, ſupervenit Archiepiſcopus cum ſuis, qui controverſiæ ſubortæ cauſſam agnoſcens juſſit puellam comprehendi, & ſecum in urbem adduci. Quam coram Clericis ſuis alloquens, & plures auctoritates, & rationum argumenta pro confutando errore proponens, reſpondit illa; Se nequaquam adhuc fuiſſe inſtructam, ut tantas objectiones poſſet refellere: ſed habere ſe quandam magiſtram in urbe confeſſa eſt, quæ omnium objectiones facillime ſuis rationibus refelleret. Cujus nomen & habitationis locum cum indicaſſet, confeſtim à miniſtris quæſita, & inventa coram Archiepiſcopo ſiſtitur. Quæ multis quæſtionibus & auctoritatibus divinarum Scripturarum ab ipſo Archiepiſcopo, & à Clericis undique pulſata, quæ tantum errorem convincerent; ita omnes auctoritates prolatas quadam ſiniſtra interpretatione pervertebat, ut ſatis patenter cunctis innotuerit, Spiritum totius erroris per os ejus fuiſſe locutum. Ad omnes ſiquidem auctoritates & hiſtorias tam veteris quam novi teſtamenti, quæ ei objiciebantur, tam facile, tam memoriter reſpondebat, tanquam omnium Scripturarum notitiam eſſet adepta, & in hujuſcemodi reſponſionibus ſemper exercitata, veris falſa commiſcens, & veram fidei noſtræ explanationem quodam pernicioſo intellectu deludens. Cum autem utrarumque mentes obſtinatæ, nec minis, nec blanditiis aut ullis allegationibus, vel

Quanta caſtitas & vitæ ſanctimonia,

M C LIX.

Et quanta Sacrarum Literarum ſcientia vulgo Waldenſium fuerit, oculati teſtis ac hoſtis judicium.

Anno Christi

Scripturarum auctoritatibus ab errore ſuarum propoſitionum revocari poſſent, recluſæ ſunt in ergaſtulo carceris uſque in craſtinum. Quæ coram Archiepiſcopo, & omni clero ac in præſentia nobilium virorum, in aula Archiepiſcopali revocatæ, pluribus iterum allegationibus de abrenunciando errore publice conveniuntur. Quæ cum ſalutaribus monitis nulla ratione acquieviſſent, ſed in errore jam ſemel concepto immobiliter perſtitiſſent, communi conſilio decretum eſt, ut flammis concremarentur. Et jam igne in civitate accenſo, cum ad pœnam adjudicatam à miniſtris trahi deberent, ait illa malefici erroris magiſtra: O inſenſati, & judices injuſti! Putatiſne quod me ignibus veſtris concremabitis? Iudicium veſtrum non formido, & ignem præparatum non perhorreſco. Et hæc dicens, concitè glomum fili extraxit, & per quandam magnam feneſtram projecit, capite fili in manibus retento, cunctiſque audientibus voce ſonora dixit: Recipe. Ad quod verbum mox à terris elevata glomum agili volatu cunctis aſpicientibus extra feneſtram ſubſecuta eſt, malignorum ſpirituum miniſterio, ut credimus, ſubvecta: qui quondam Simonem magum in aera ſuſtulerunt. Quo autem illa devenerit, vel ad quem locum tranſportata fuerit, ab aſpicientibus omnino ſciri non potuit.

M C LIX.

De admirandâ eorundem conſtantia, in excipiendis atrociſſimis ſuppliciis ejuſdem hoſtiæ inſigne teſtimonium.

Puella vero nondum ad tantam ſectæ illius veſaniam provecta, cum remanſiſſet, & nec rationum perſuaſione, nec divitiarum ſponſione ab incepta obſtinatione revocari potuiſſet, igne conſumpta eſt, non ſine admiratione multorum; cum nulla ſuſpiria, nullos fletus, nullum planctum emitteret: ſed omne flagrantis incendii tormentum conſtanter & alacriter perferret inſtar Martyrum Chriſti, ſed diſpari cauſſa, qui olim pro Chriſtiana religione a paganis trucidabantur. Homines hi hujuſmodi impuriſſimæ ſectæ mori magis eligunt quam ab errore converti. Sed nihil ſimile habent Martyrum Chriſti conſtantia, & iſtorum pertinacia: quia mortis contemptum in illis pietas; in iſtis, cordis duritia operatur. Aſſerunt iſti, parvulos non baptiſandos, donec ad intelligibilem perveniant ætatem. Aſtruunt non orandum pro mortuis, nec Sanctorum ſuffragia expetenda: nuptias damnant, virginitatem prædicant in operimentum ſuæ turpitudinis. Lac, & quicquid ex eo conficitur, abhorrent, ac omnem cibum, qui ex coitu procreatur. Non credunt ignem purgatorium reſtare poſt mortem: ſed ſtatim animam corpore ſolutam, ad requiem tranſire, vel ad damnationem.

Aliud ejuſdem de his quæ Waldenſes docuere.

Nullas Sacras Scripturas recipiunt niſi Euangelia & Epiſtolas Canonicas. Ruſticani homines ſunt: & ideo nec rationibus convincuntur, nec auctoritatibus corriguntur, nec perſuaſionibus flectuntur; mori magis eligunt, quam ab impiiſſima ſecta converti. Ajunt & alii (qui de

Anno Christi M C LIX

eorum ſecretis inveſtigaverunt) quod iſti non credunt Deum res humanas curare: nec aliquam diſpoſitionem vel potentiam in terrenis creaturis exercere: ſed Apoſtatam Angelum, quem & Luſabel nominant, univerſæ creaturæ corporali præſidere, & ad nutum ejus cuncta terrena diſponi. Corpus à diabolo dicunt formari; Animam vero à Deo creari & corporibus infundi. Vnde fit ut ſemper quædam pertinax pugna inter corpus & animam geratur. Dicunt etiam nonnulli, quod in ſubterraneis ſuis quædam nefanda ſacrificia Lucifero ſuo, temporibus agant conſtitutis, & quaſdam ſacrilegas turpitudines operentur.

Waldenſes Pauperes de Lugduno dicti. Eorum partes Comites Toloſates tuentur, & excommunicantur.

Iidem Waldenſes, quamquam *Pauperes de Lugduno*, per contemptum, a malevolis horum temporum & ſequutis Sciptoribus appellentur, partium tamen ſuarum eamdemq; doctrinam amplexos viros dignitate præcipuos, ipſos etiam Marchiones Gothiæ, qui poſtea Comites S. Ægidii & Toloſates dicti ſunt, inprimis gentis principes, utrumque Raimundum, patrem filiumque, Comites Toloſatum, habuere. Utrumque propterea Excommunicationis, quam vocant, fulmine Romanus Pontifex percuſſit; bona ac ditiones, magni terroris bellis illatis aut excitatis, ademit. Quo factum eſt, ut tandem cauſam Raimundus filius deſeruerit, & ad exſcindendos funditus in ſuis ditionibus Waldenſes obſtringi ſeſe paſſus fuerit, quo ſic veniam ac pacem impetraret. Exſtant in eam rem Tabulæ, quibus forma modulque (ita enim inſcriptio habet) pacis factæ Pariſiis inter Eccleſiam, Ludovicum Regem Franciæ, & Raimundum, Comitem Toloſatum, continetur, quas Alphonſo Delbenio, Epiſcopo Albienſi, debemus, & exhibendas hic, cumque iis, quæ hactenùs de Waldenſibus expoſita a nobis ſunt, conjungendas exiſtimavimus, cum ex iis palam agnoſci poſſit ſingularis nutantis jam trepidantiſque Romanæ Eccleſiæ ex Waldenſibus metus, & internecinum in eos odium, ſtudiumque in iis exſtirpandis penitus delendiſque; quanquam, ut eventus oſtendit, innocentia iſtorum & pietas, ac fides nobiliſſimum poſt atrociſſimas perſecutiones in hunc uſque diem egerit triumfum. Hæc autem illæ habent;

Raimūdus, Comes Toloſatum, cauſam deſerit, & Waldenſes perſequitur.

Publicæ eâ de re Tabulæ recitantur.

„*In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Amen.* Ludovicus „Dei gratia Francorum Rex. Noverint univerſi præſentes pari„ter & futuri;

„Quod cum Raimundus, filius Raimundi quondam Comitis „Toloſani, dum excommunicatus perſiſtens Eccleſiæ Dei; &

nobis

„nobis eſſet longo tempore contumax, & rebellis, ad cor tamen „rediens (Domino faciente) ad mandatum Eccleſiæ, & literarum „Domini Sancti Angeli Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legati, „& noſtrum venit humiliter, & devote abſolutionem ſuam pe„tens, gratiam, & miſericordiam Eccleſiæ, & non judicium „poſtulando. Promiſit autem dicto Legato nomine Eccleſiæ Ro„manæ, quod Eccleſiæ, & nobis, & hæredibus noſtris de cætero „erit, & uſque ad mortem fideliter adhærebit, & quod hæreticos, „& eorum credentes, fautores, & receptatores in terra, quam „ipſe, & ſui tenebunt, ſemper totis viribus expugnabit. Non „parcet in hoc proximis vaſallis, conſanguineis, nec amicis, & „terram eandem purgabit ab hæreticis, & hæretica fœditate. „Juvabit autem purgare terram, quam nos tenebimus. Promi„ſit quod juſtitiam debitam de manifeſtis fieri faciet per Ballivos „ſuos viriliter & potenter. Hæreticos autem inquiret diligenter, „& inquiri faciet de inveniendis hæreticis, credentibus, fautori„bus, & receptatoribus eorundem ſecundum ordinationem, „quam ſuper hoc faciet dictus Legatus, & ut facilius, & melius „hæretici valeant inveniri, promiſit quod ſolvet uſque ad bien„nium duas marchas argenti, & exinde in perpetuum unam ei, „qui hæreticum ceperit, & per Epiſcopum loci, vel alium, „qui poteſtatem habeat, ille qui captus fuerit de hæreſi condem„natus, ita quod ſi plures ceperit pro ſingulis dabit, vel dari „faciet tantumdem. De aliis non manifeſtis, & credentibus, re„ceptatoribus, aut fautoribus hæreticorum, ſervabit & ſervari „faciet, ſecundum quod dictus Legatus, vel Romana Eccleſia „ordinabit.

Anno Chriſti

Raimundus, Comes Toloſanum, cauſam deſerit, & Waldenſes perſequitur.

Publica ea de re Tabulæ recitantur.

M C LIX.

„Item ſervabit, & ſervari faciet pacem in terra, quam ipſe „& ſui tenebunt, juvabit ſervari in terra, quam nos in manu „noſtra tenebimus, & ruptarios expellet, & puniet animadver„ſione debita receptores eorum, Eccleſias & viros Eccleſiaſti„cos defendet, & defendi faciet a ſuis, & jura, libertates, & „immunitates, quas habent, confirmabit eidem, & faciet fina„naliter ea obſervari, & ne de cætero in terra illa claves Eccle„ſiæ contemnantur, ſententias excommunicationis ſervabit, & „ſervari faciet a ſuis, & per ſuos, excommunicatos vitabit, & „vitari faciet, ſicut in ſacris conſtitutionibus continetur. Et ſi „aliqui in excommunicatione per annum contumaciter perman-

Anno Christi

Raimundus, Comes Tolosatum, causam deserit, & Waldenses persequitur.

Publicea de re Tabulæ recitantur.

MCLIX.

„ſerit, ex tunc idem ad mandatum Eccleſiæ ipſos ad ſententiam „matris Eccleſiæ redire compellet, occupando omnia bona ſua, „mobilia, & immobilia, donec ad plenum ſatisfaciant de cauſa, „pro qua fuerint excommunicationis vinculo innodati, & dam„nis datis contra Eccleſiam excommunicationis prædictæ. Fa„ciet omnes Ballivos ſuos inſtituendos, & inſtituendo in ipſa in„ſtitutione jurare, quod omnia ſupra dicta obſervabunt ita, quod „ſi negligentes in his reperti fuerint, pro modo delicti punien„tur, &, ſi culpabiles, omnium punientur amiſſione bonorum. „Inſtituet autem Ballivos non Iudæos, ſed Catholicos in terra, „& nullius hæreſis ſuſpicione notatos. Et tales prohibiti non „poſſunt admitti ad reditus civitatum, villarum, aut caſtrorum, „aut pedagiorum adminiſtrandos. Et ſi talis ignoranter inſtitu„tus fuerit, expellet eum, & punietur ſuper hoc, cum certifi„catus fuerit.

„ Idem Comes etiam promiſit, quod omnia bona immobilia, „& alia Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum virorum ad præſens „reſtituet, & reſtitui faciet ad plenum a ſuis in tota terra, quam „ipſe, & ſui tenebunt, illa videlicet, quæ Eccleſiæ, aut Paro„chiæ Eccleſiaſticæ tenebant ante primum adventum Cruceſi„gnatorum, aut de quibus conſtat eos eſſe ſpoliatos, & de aliis „ſtabit juri coram ordinariis, aut coram dicto Legato. Promiſit „etiam quod ipſe ſolvet in poſterum integre decimas, & ſolvi fa„ciet integre a ſuis bona fide, & quod milites, & alii laici non „habebunt decimas in terra, quam ipſe, & ſui tenent, & tene„bunt, nec permittet eos habere, ſed ad Eccleſias juxta diſpo„ſitionem dicti Legati, vel Eccleſiæ Romanæ, integraliter re„vertentur. Pro damnis vero illatis animæ, aut ſuis Eccleſiis, „& viris Eccleſiaſticis, ſuper rebus mobilibus, aut deſtructione „villarum, aut domorum, aut aliquarum rerum, exceptis im„mobilibus, quæ reſtituet, ſolvet decem millia marcharum ar„genti aſſignanda bonis perſonis idoneis, & fidelibus, quas ipſe „legatus eliget, vel Eccleſia Romana, quæ quantitatem prædi„ctam, de bonorum virorum conſilio, proportionaliter, & fide„liter dividant juxta quantitatem damnorum; nec poterit ipſe, „vel ſui, pro damnis mobilium, vel deſtructione domorum, vel „villarum, ultra ſummam illam amplius conveniri. Item ſolvet „Abbatiæ Ciſtercienſi duo millia marcharum argenti ut eman-

„tur

„tur inde reditus pro refectione Abbatum, & fratrum in capi-
„tulo generali. Abbatiæ Claraevallis quingentas marchas ad e-
„mendum reditus pro refectione Abbatum & fratrum cum con-
„venerint ad feſtum Beatæ Mariæ virginis: Abbatiæ Grandiſval-
„lis mille marchas, Abbatiæ Bellæ perticæ trecentas marchas,
„Abbatiæ Candellis ducentas marchas, ad dicta monaſteria con-
„ſtruenda, tam pro damnis eiſdem illatis in rebus mobilibus,
„quam pro ſalute animæ ſuæ. Item ſex millia marcharum ſolvet,
„quæ retinebuntur ad muniendum, infortiandum, & cuſtodien-
„dum Caſtrum Narbonæ, & alia caſtra, quæ nos pro Eccleſiæ,
„& noſtra ſecuritate tenebimus per decennium, ſicut viſum fuerit
„expedire. Supradicta vero viginti millia marcharum ſolvet
„hinc ad quatuor annos, ita quod quolibet anno ſolvantur quin-
„que millia marcharum. Item quatuor millia marcharum depu-
„tabuntur ab ipſo Comite Raimundo quatuor magiſtris Theo-
„logis, Decretiſtis, ſex magiſtris Artium Liberalium, & duobus
„magiſtris Grammaticis Regentibus Tholoſæ, quæ dividentur
„hoc modo: ſinguli magiſtrorum Theologiæ habebunt ſingulis
„annis quinquaginta marchas uſque ad decennium, ſimiliter an-
„natim uterque Decretiſtarum habebit triginta marchas uſque
„ad decennium, ſinguli magiſtri Artium habebunt viginti mar-
„chas uſque ad decennium, uterque magiſtrorum artis Gramma-
„tices habebit ſimiliter decem marchas uſque ad decennium.
„Statim poſt abſolutionem ſuam aſſumet pro pœnitentia ſua cru-
„cem manu dicti Legati contra Sarracenos, & ibit ultra mare
„infra biennium; ibidem per quinquennium continuum mo-
„raturus: illos autem, qui adhæſerunt Eccleſiæ, nobis, patri no-
„ſtro, Comitibus Montisfortis, & adhærentibus, occaſione hujus
„non gravabit, ſed benigne tractabit idem Comes eos tanquam
„amicos, & ſi ei contrarii non fuiſſent, exceptis hæreticis, &
„credentibus eorum: & Eccleſia, & nos ſimiliter faciemus illud
„idem de illis, qui ipſi Comiti contra nos adhæſerunt, exce-
„ptis illis, qui ad pacem Eccleſiæ, & meam non venerunt cum
„eodem Comite.

„Nos autem attendentes humilitatem ejuſdem Comitis, ſpe-
„rantes quod devotione Eccleſiæ, & fidelitate in noſtra perſeve-
„ret fideliter, volentes ſibi facere gratiam filiam ſuam Annam
„nobis tradet, & trademus in uxorem uni de fratribus noſtris per

Anno Chriſti

Raimundus, Comes Toloſatum, cauſam deſerit, & Waldenſes perſequitur.

Publica eâ de re Tabulæ recitantur.

M C
LIX.

Anno Christi

Raimũdus, Comes Toloſatum, cauſam deſerit, & Waldenſes perſequitur.

Publicâ eâ de re Tabulæ recitantur.

M C LIX.

„diſpenſationem Eccleſiæ, & dimittimus eidem Comiti totum „Epiſcopatum Toloſanum, excepta terra Mareſcaldi, quam „Mareſcaldus tenebit à nobis poſt mortem ejuſdem Comitis „Tholoſani, & Epiſcopatus Tholoſanus erit fratris noſtri, qui „habebit filiam ſuam, & filiorum ſuſceptorum ex ipſis duobus. „Si autem frater noſter, quod abſit, moreretur ſine filiis ex ipſa, „Tholoſa & Epiſcopatus Tholoſanus revertentur ad nos & hæ„des noſtros, & filia, vel alii, vel hæredes ipſius Comitis nihil „juris poterunt reclamare: & ſi ipſa ſine filia ex fratre noſtro „moreretur, Tholoſa ſimiliter, & Epiſcopatus Tholoſanus ad „nos, & hæredes noſtros revertentur. Ita quod omni caſu con„tingente, ad nos, & hæredes noſtros Tholoſa, & Epiſcopatus „Tholoſanus revertentur, & nulli poterunt iis aliquid reclamare „niſi filii & filiæ deſcendentes ex fratre noſtro, & filia ejus.

„Item dimittimus eidem Comiti Agenum, & Cadurcum „Epiſcopatum, de Epiſcopatu Albienſi dimittimus eidem Co„miti quicquid eſt Albienſe extra flumen de Tar: videlicet ex „parte de Gailhac, & civitas Albienſis remanebit ex parte noſtra, „& quicquid eſt extra flumen, id verſus Catcaſſonam in eodem „Epiſcopatu Albienſi, & nos habebimus ripam, & aquam ex „parte noſtra uſque ad medium flumen, & idem Comes ſimiliter „habebit ripam & aquam uſque ad medium flumen, ex parte ſua, „ſalvis juribus, & hæreditatibus aliorum, dummodo de iis, qui „ſunt ex parte Comitis & faciant ſimiliter, quod debebunt, & „ſimiliter ex noſtra Epiſcopatum Caturcenſem dimittimus eidem „Comiti, excepta civitate Caturcenſi, & feudis aliis, quæ habe„bat in eodem Epiſcopatu Rex Philippus avus noſter tempore „mortis ſuæ. Et ſi dictus Comes ſine filiis legitimo matrimonio „procreatis deceſſerit, tota terra remanebit filiæ ſuæ, quam ha„bebit frater noſter, & hæredibus ſuſceptis ex ipſa; tantum quod „dictus Comes, ut verus dominus, habeat plenum jus, & liberum „dominium in ſupradicta terra, quæ dimittitur ei (ſalvis con„ditionibus ſupra dictis tam de civitate Tholoſæ, & Epiſcopatu „Tholoſano, quam de terra alia ſuperius nominata) & in morte „pias Eccleſias facere poſſit ſecundum jus, & conſuetudinem „Baronum Regni Franciæ. Supra dicta vero omnia dimittimus „ei, ſalvo jure Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum virorum ſicut „ſuperius eſt expreſſum. Viride folium cum pertinentiis ſuis di-

„mittit

„mittit idem Comes, videlicet domum bonæ memoriæ patris „noſtri Ludovici Regis, & Comitis Montisfortis Epiſcopo To- „loſano, & filio S. Delvers, ita tamen, quod Epiſcopus Toloſa- „nus pro Viridifolio faciat Comiti, quod debebat facere Comiti „Montisfortis, & filius ejuſdem faciat, quod debebat facere „bonæ memoriæ Regi Ludovico patri noſtro; donationes aliæ, „a nobis, vel à patre noſtro, aut Comitibus Montisfortis factæ „non teneantur, nec Comes vel ſui ad eas teneantur in terra, „quæ ipſi Comiti & ſuis dimittitur. De omnibus autem ſupra- „dictis, quæ dimittuntur, dictus Comes faciet nobis homagium „legitimum, & fidelitatem ſecundum conſuetudinem Baronum „Regni Franciæ. Totam aliam terram, quæ eſt citra Rhodanum „in Regno Francorum, & omne jus etiam, quod Ipſi Comiti „competit, vel competere poſſet in ea, præciſe & abſolute qui- „tavit a nobis, & hæredibus noſtris in perpetuum. Terram au- „tem, quæ eſt in Imperio ultra Rhodanum, & omne jus, ſi quod „ipſi Comiti Raimundo competit, vel competere poſſet in ea, „præciſe, & abſolute quitavit dicto Legato, nomine Eccleſiæ in „perpetuum. Item omnes indigenæ, qui fatidici fuerunt de terra „illa pro Eccleſia, patre noſtro, nobis, & Comitibus Montisfor- „tis, adhærentibus eis, vel propria voluntate receſſerunt ab ea- „dem terra (niſi inveniantur hæretici ab Eccleſia condemnati) „integre reſtituantur in ſtatum priſtinum quoad hæreditatem & „poſſeſſiones, præterea in quibus eſt cauſa donationis a patre „noſtro, aut a nobis, aut a Comitibus Montisfortis habuerunt. „Si vero aliqui homines, qui remanebunt in terra, quam dimittit „Comes, noluerint redire ad mandatum Eccleſiæ, & noſtrum „ſpecialiter Comes Fuxi, & alii, idem Comes faciet eis vivam „guerram, nec pacem cum eis faciet, vel treugas ſine aſſenſu Ec- „cleſiæ, & noſtro: & ſi terræ ipſorum occupabuntur, remanebunt „eidem Comiti, deſtructis tamen prius munitionibus, & fortali- „ciis, muris, & foſſatis, niſi pro ſecuritate noſtra, & Eccleſiæ, „vellemus ea retinere per decennium poſt acquiſitionem, & tunc „cum reditibus ipſorum caſtrorum ipſa retinebimus. Idem Co- „mes faciet etiam dirui muros civitatis Toloſæ, omnino, & foſſata „impleri juxta mandatum, & ordinationem Legati. Item diruen- „tur muri funditus, & replebuntur foſſata triginta villarum, & „caſtrorum per ipſum Comitem, ſcilicet de Fairoiovis, de Ca-

Anno Christi

Raimundus, Comes Toloſatum, cauſam deſerit, & Waldenſes perſequitur.

Publica eâ de re Tabula recitantur.

MCLIX.

Anno Christi

Raimūdus, Comes Toloſatum, cauſam deſerit, & Waldenſes perſequitur.

Publica eâ de re Tabulæ recitantur.

M Ç LIX.

,,ſtronovo, de Labeſſede, de Avinioneto, de Podio Laurentii, ,,de Vauro, de Rapeſtangeo, de Galhacco, de Monteacuto, de ,,Podiocelſi, de Verduno, de caſtro Sarraceno, de Moſſiaco, ,,de Montealbano, de Montecuſco, de Agenio, de Condinio, ,,de Altarippa, de Caſſano, de Pugellio, de Altovillari, de villa ,,Portucu, de Lorac, & de quinque aliis ad voluntatem ipſius ,,Legati, nec poterint reædificari ſine voluntate Eccleſiæ, & ,,noſtra, nec alibi fient novæ forticiæ; villas tàmen non inforcia- ,,tas bene poterit facere idem Comes in terra, quæ dimittitur ,,ei; ſi vero aliqua villarum, & caſtrorum, quæ debent dirui, ,,ut dictum eſt, eſſent hominum ſuorum, & nollent, quod di- ,,ruerentur, idem Comes faciet eis vivam guerram, nec pacem, ,,vel treugas, ſine aſſenſu Eccleſiæ & noſtro, cum eis faciet, ,,donec diruentur muri & impleantur foſſata. Omnia ſupra dicta ,,juravit, & promiſit nobis, & dicto Legato præfatus Comes ,,ſe firmiter & perpetuo ſervaturum bona fide, ſine fraude, & ,,malo ingenio, & quod faciet bona fide ab hominibus, & va- ,,ſallis, & fidelibus ſuis firmiter obſervari, & idem jurare omnes ,,cives Toloſanos, & alios homines terræ, quæ dimittitur illi, ,,& addetur juramento eorum, quod ipſi dabunt operam effica- ,,cem, quod ipſe Comes ſervet ea, & ſi idem venerit contra ,,prædicta, vel aliquid prædictorum, ipſo facto de voluntate ,,ejus ſint abſoluti, & nunc ipſe abſolvit eos a fidelitate & ho- ,,magio, & omni alia obligatione, quibus ipſi tenentur ei, & ,,adhærebunt Eccleſiæ, & nobis contra ipſum, niſi infra qua- ,,draginta dies, poſtquam fuerit monitus, emendaverit, vel juri ,,ſteterit coram Eccleſia de iis, quæ ad Eccleſiam pertinent, ,,& juri coram Rege de his, quæ ad Regem pertinent, & ,,tota terra ipſa, quæ dimittitur ei; incidet in commiſſum ,,Regis, & erit idem Comes in eo ſtatu, in quo nunc eſt, quo ,,ad Regem, & quoad excommunicationem, & omnia alia, ,,quæ fuerunt ſtatuta contra ipſum, & patrem ſuum, in con- ,,cilio generali, vel poſtea. Addetur autem juramento ipſo- ,,rum quod ipſi juvabunt Eccleſiam contra hæreticos, fautores, ,,credentes, aut receptatores eorum, & contra omnes alios, qui ,,occaſione hæreſis, vel contemptus excommunicationis Eccle- ,,ſiæ, contrarii exiſtent in terra, quæ dimittitur eis, & in terris ,,aliis ſupradictis, & Regem juvabunt & quod eis facient vivam

,,guer-

„guerram, donec ad mandatum Eccleſiæ revertentur. Et renova-„bunt juramenta de quinquennio ad quinquennium ad manda-„tum Regis. Vt autem omnia ſupra dicta adimpleantur, & Ec-„cleſiæ, & nobis, plenius & melius obſerventur, tradet pro ſe-„curitate Eccleſiæ, & noſtra in manibus noſtris caſtrum Narbonæ, „& tenebimus id uſque ad decennium, & muniemus, & forciabi-„mus, ſi viſum fuerit expedire. Item dabit nobis pro ſecuritate Ec-„cleſiæ, & noſtra in manibus noſtris, caput Caſtri novi, caput „caſtri Vauri, caſtrum de Monteacuto, Penam de Agenеſio, & „rupem Peruſii, caſtrum de Çordua, caſtrum Verdunum, caſtrum „de Villamuro, & uſque ad decennium tenebimus ea. Item quod „pro primis quinque annis ſolvet idem Raimundus nobis pro „expenſis cuſtodiæ, quolibet anno mille quingentas libras Turo-„nen. non computatis in his ſex millibus marchis ſupradictis, in „aliis quinque ſi voluerimus tenere illa, faciemus expenſis noſtris „cuſtodiri. Tamen poterimus, ſi placuerit Eccleſiæ, & nobis, „diruere quatuor caſtra de prædictis, videlicet caput Caſtri novi, „caput caſtri Viuri, Vallamurum, & Verdunum, & propter hoc „diminuetur prædicta ſumma mille & quingentarum librarum „Turoñ. Reditus & proventus caſtrorum, & omnia, quæ jure „dominii præcipiuntur, erunt Comiti, & nos ad ſumptus noſtros „tenebimus capita ipſorum caſtrorum, & Corduam, & idem „Comes habebit ibi Ballivos ſuos non ſuſpectos Eccleſiæ, & no-„bis, qui facient juſtitiam hominibus, & recipient reditus & „proventus prædictos. Poſt decennium autem reſtituemus dicta „capita caſtrorum, & Corduam dicto Raimundo libere, ſalvis „conditionibus ſupradictis, & ſi prædicta omnia, quantum ad „Eccleſiam, & nos, fuerint obſervata. Penam autem de Albi-„geſio tradet nobis ad Kal. Auguſti proximas cum aliis caſtris, „detinendam a nobis uſque ad decennium; ſi vero illam non „poterit habere uſque ad terminum illum, ex tunc obſideri fa-„ciat, & vivam guerram quo uſque ipſa habeat, nec pacem, nec „treugam faciet cum ipſo, qui tenet eam, vel tenebit, donec „ipſam habeat. Non tamen propter hoc retardabitur peregrina-„tio tranſmarina, de qua ſuperius eſt ordinatum. Et ſi uſque ad „annum integrum poſt ipſas Kal. Auguſt. tradiderint nobis præ-„dictam Penam de Albigeſio, erit in conditione ſupradictorum „caſtrorum, ſcilicet quod reddemus eam, quando reddemus alia

Anno Chriſti

Raimūdus, Comes Toloſatum, cauſam deſerit, & Waldenſes perſequitur.

Publica eá de re Tabula recitantur.

M C LIX.

Anno Christi

Raimundus, Comes Toloſatum, cauſam deſerit, & Waldenſes perſequitur.

Publica eá de re Tabulæ recitantur.

M C LIX.

„caſtra; Si vero poſt annum prædictum ipſam Penam Albigenſem
„non poterit aſſignare ex tunc, & tradet eam in Eccleſiam Tem-
„plariis, aut Hoſpitalariis, vel aliis religioſis, ſalvis hæreditatibus
„eorum, qui ſe tenent ex parte noſtra poſſidenda ad voluntatem
„Legati, vel Eccleſiæ Romanæ, tali conditione, quod ipſi non
„alienent ipſam de manu ſua, nec de ipſa guerram faciant dicto
„Comiti, niſi de mandato Eccleſiæ. Et ſi non poterint aliqui
„inveniri, qui velint eam habere, diruatur omnino, nec poſſit
„reædificari ſine voluntate Eccleſiæ Romanæ, & noſtra, & ip-
„ſius Comitis. Item donec dictam Penam de Albigeſio Templa-
„riis, vel aliis religioſis, ſicut dictum eſt, tenebimus propter hoc
„obligatum, Penam de Ageneſio, & caſtrum Narbonæ. Si au-
„tem infra decennium det Penam de Albigeſio Templariis, vel
„Hoſpitalariis vel aliis religioſis, ut dictum eſt, poſt decennium
„ſub precibus noſtris tenebimus, ſi voluerimus illa duo caſtra
„prænominata, quanto tempore diſtulerit tradere Penam de Al-
„bigeſio, & ſi poſt decennium Penam de Albigeſio, non ut ac-
„quiſita tandiu poſt tempus memoratum tenebimus illa duo ca-
„ſtra, quo uſque ipſa Pena ſit reſtituta, & aſſignata ſicut ſupe-
„rius eſt expreſſum. Et nos abſolvimus (quantum ad nos perti-
„net) cives Toloſanos, & alios homines terræ, qui ipſi Co-
„miti tenentur ad juramentum, & aliis obligationibus factis no-
„bis, & patri noſtro, & Comitibus Montisfortis ſe obligaverant
„unquam in dominium ipſius Comitis, vel patris ejus, reverten-
„tur, ſalvis in omnibus, & per omnia conditionibus ſupradictis.
„Ut autem omnia prædicta rata maneant, præſentem paginam ſi-
„gilli noſtri auctoritate, & Regii nominis charactere annotato
„fecimus communiri. Actum Pariſiis anno Domini milleſimo
„ducenteſimo vigeſimo octavo, menſe Aprilis, Regni vero no-
„ſtri anno tertio, aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſup-
„poſita ſunt, & ſigna, dapifero nullo, ſignum Roberti Butillarii,
„ſignum Bartholomæi Camerarii, ſignum Matthæi Conſtabula-
rii. Datum vacante Cancellaria.

Sed ad ordinem temporum, a quo dum tabulas iſtas hic recito, ut calumnias eorum qui fæcem tantum hominum & caſalicolas, ut ſic dixerim, Waldenſes fuiſſe ſcribunt, refellerem, digreſſus ſum, nunc redeo.

M C LXII.

Hic annus Mediolano, vetuſtæ celeberrimæque, ac præpo-

tenti

tenti in Italia civitati quoddam velut exercitium intulit. Cauſſa iſta fuit. Initio autem regni Francorum in eadem Italia, ex inſtituto Caroli Magni novo jure ac more ornatum fuit Mediolanum, ut non ab alio quam ab Archiepiſcopo Mediolanenſi in fano oppidi Medoëtiæ novus Italiæ rex (ſic enim tunc regnum indigitabatur, quod Longobardicum ante fuerat) corona ferrea redimiretur, regnoque inauguraretur. Quo jure inflatus Archiepiſcopus paulatim primatum Papæ Romani cœpit ſpernere. Exin urbs quoque altius exſurgens, & incrementa cum tempore capiens ſub patrocinio imperatorum Germanicæ gentis a magiſtratibus ſuis, quos populus eligebat, regebatur, ſummum honoris & autoritatis locum tenente Archiepiſcopo velut ephoro: cui adjunctus erat præfectus vicem imperatoris gerens. Opibus auctis Mediolanenſes inſolentes turbas frequentes dedere in Italia maxime ſub Suevis imperatoribus, vicinas civitates Laudem, Ticinum & alias graviter afflixere, cauſamque belli dedere Frederico I. ejus nominis imperatori, a quo urbs obſeſſa & ad deditionem adacta, & altera vice ob fidem priorem violatam penitus exciſa eſt, ſolumque ejus inaratum, ac ſale conſperſum. Quod factum anno Chriſtiano MCLXII. Sed conjuratione & auxilio vicinarum civitatum urbs rurſum inſtaurata munitaque, ac rurſum ab eodem imperatore, verum nequicquam, obſidione cincta, ſub Frederico II. & imperatoribus ſecutis variis caſibus agitata ad ſummum fortunæ culmen rurſum aſcendit, factaque eſt omnium Italiæ urbium poſt Romam maxima, quanquam ſæpe inter ſe plebeii & nobiles non animis ſolum & ſeceſſionibus ſed armis quoque contenderint. Duæ in ea familiæ potentes factionum principes fuerunt, Turriani & Vicecomites. Vicecomitum origo ex vicaria poteſtate ſive epiſcoporum, ut quidam volunt, ſive imperatorum, quod ſine dubio verius dicitur ab aliis, extitit. Hi paulatim imperatorum poteſtate per Italiam langueſcente, eo potentiæ pervenere, ut pro dominis beneficiariis haberentur, & jus ſuum in hæredes derivarent. Claritudinem præcipuam familiæ dederunt Otho Archiepiſcopus Mediolani, & frater vel ex fratre ejus genitus Matthæus, qui ex magnitudine rerum geſtarum Magnus eſt appellatus, Rodolfi I., Adolfi Naſſovii, Alberti I. imperatorum tempore florens, & ab his Vicarii titulo ornatus. Cujus filii & nepotes principatui paterno peramplo, quo multæ

Anno Chriſti

Mediolanum exſcinditur & inſtauratur.

MC LXII.

Varia Mediolanenſium fortuna, motus varii, & principes.

Anno Chriſti

civitates nobiles iſtius tractus comprehendebantur, multo plures quoque adjecere, ut tota pene Longobardia jam Vicecomites hi potirentur. Pronepos vero ejuſdem Ioannes Galeaceus, Galeacei II. filius ingenti pecunia Wenceſlao Imperat. veræ voragini, & rerum imperii dilapidatori data ducis Mediolanenſis titulum ab eo emit, & vicariam poteſtatem in jus feudale & certum perpetuumque vertit. Factum anno Chriſti MCCCXCV. Nec tamen nova hæc dignitas in familia ejus duravit ultra filios, quos duos reliquit, Ioannem Mariam, & Philippum Mariam, qui ambo, cum principatu functi eſſent alter poſt alterum, ſine liberis maribus obiere. Poſterior deceſſit anno Chriſti MCCCCXLIIII.

Varia Mediolanenſium fortuna, motus varii, & principes.

A cujus morte arma de principatu commota, per quæ tandem anno MCCCCL principatus pervenit ad Franciſcum Sfortiam, Philippi Mariæ generum per filiam ejus illegitimo toro natam, quam uxorem habebat, armis quam natalibus majorem. Huic filius Galeaceus Sfortia natu major ſucceſſit, & ei a conjuratis civibus ob libidinem trucidato Ioannes Galeaceus ex ipſo genitus, & Ioanni porro, anno MCCCCLXXXVI fatis abrepto,

MC LXII

patruus Ludovicus Sfortia, Franciſci filius ſecundus genitus, primus Sfortiarum ab Imperatore Maximiliano titulum legitimum principatus Mediol. nactus: ſed anno MCCCCXCIX. a Ludovico XII. Galliæ rege, qui Vicecomitum hæreditatem per aviam Valentinam Ioannis Galeacei primi Mediolanenſium ducis filiam ſibi deberi contendebat, armis petitus & captus, amiſſo principatu apud Bituriges in cuſtodia mortuus eſt. Gallus Mediolani rerum potitus eſt ad annum Chriſti MDXII, quo ipſe principatu hoc dejectus Helvetiorum & Venetorum manu, & Maximilianus Sfortia Ludovici filius imperio paterno reſtitutus eſt. Sed & hic poſt triennium a Franciſco Galliæ rege Ludovici ſucceſſore, ingenti prælio ad Marignanum non procul Mediolano cæſis Helvetiis, qui Sfortiæ ſtipendia merebant, everſus & in Galliam abductus illic vitam finiit. Franciſcus victor conſpiratione Caroli V. Imperat. Leonis X papæ Romani, & Florentinorum, ductu Proſperi Columnæ Mediolano, & tota Italia expulſus anno MDXXII, ſucceſſorem accepit Franciſcum Sfortiam Maximiliani fratrem. Quo demum anno MDXXXV, hac vita defuncto Carolus V. Imperat. res Mediolanenſes invaſit, & filio Philippo Hiſpaniæ regi, ſalvo imperii Germanici jure, mo-

riens

riens reliquit: penes cujus hæredes Philippos, in Hiſpania regnantes, adhuc manent. *Anno Chriſti*

Liquido, ſicut Neubrigenſis loquitur, id eſt, maritimo itinere in Galliam Papa Alexander venit, & Concilium Turonenſe celebrandum indixit. In eo ut alia, inprimis adverſus Clericos Simoniacos, ſtatuta ſunt, ita Waldenſibus, de quibus proxime diximus, aqua & igni, omnique adeo hominum commercio eſt interdictum. In quam rem apud eumdem Neubrigenſem Lib. 11. Cap. XV. hic magni terroris Canon ſextus legitur; *A partibus Toloſæ damnanda hæreſis dudum emerſit: quæ more cancri paulatim ſe ad vicina loca diffundens, per Gaſconiam & alias provincias, quamplurimos jam infecit: & dum in modum ſerpentis intra ſuas revolutiones abſconditur, quanto ſerpit occultius, tanto gravius dominicam vineam in ſimplicibus demolitur. Unde Epiſcopos, & omneis domini ſacerdotes in illis partibus commorantes invigilare præcipimus, & ſub interdictione anathematis prohibere: ne, ubi cogniti fuerint illius hæreſis ſectatores, receptaculum quiſquam eis in terra ſua præbere, aut præſidium impertiri præſumat: ſed nec in venditione & emptione, aliqua cum eis communio habeatur, ut ſolatio humanitatis amiſſo, ab errore viæ ſuæ reſipiſcere compellantur. Quiſquis autem contra hæc venire tentaverit, tanquam particeps iniquitatis eorum anathemate feriatur. Illi vero ſi deprehenſi fuerint per catholicos Principes, cuſtodiæ mancipati, omnium bonorum amiſſione multentur. Et quoniam de diverſis partibus in unum latibulum crebro conveniunt, & præter conſenſum erroris nullam cohabitandi cauſam habentes, in uno domicilio commorantur, alia conventicula & inveſtigentur attentius, & ſi inventa fuerint, canonica ſeveritate vetentur.*

Concilium Turonenſe in Gallia celebratum, & magni terroris decretum factum contra Waldenſes.

MCLXIII.

Eodem anno Henricus, Anglorum Rex, graviter in Clericos invectus, nimiam eorum licentiam coarcuit ac prohibuit; imo coarcendi eos puniendique poteſtatem, ringente licet Clero, & ſede Romana, Regibus reddidit. Neubrigenſis verba hac de re „& judicium Lib. 11. Cap. XVI. hæc leguntur; Anno Concilii „ejuſdem nondum emenſo adverſus venerabilem Thomam Can„tuarienſem Archiepiſcopum ira Regis Anglorum excanduit, „multorum & enormium malorum, quæ ſecuta noſcuntur, in„fame principium. Sane idem Thomas Lundoniis oriundus, vir „acris ingenii & competentis eloquii, vultu & moribus elegans, „in efficacia quoque rerum agendarum nulli ſecundus, in obſe„quio Theobaldi Cantuarienſis Archiepiſcopi præcipuus fuerat,

Henricus Anglorum Rex graviter in Clericos, ac corruptos eorum mores, ambitionem inprimis, invehitur.

Anno Christi

„& ab eo Archidiaconatum Cantuarienſem, Rogerio ad Ebora-„cenſis eccleſiæ Pontificatum aſſumpto, acceperat. Cum autem „Henricus ſecundus, defuncto Stephano (ut ſuperius dictum „eſt) regnum hæreditarium ſuſcepit, virum coram Regibus ſtare „idoneum ſibi deeſſe non paſſus, ſublimitatis regiæ fecit Can-„cellarium. Quo officio inſignis tam egregie ſeculo militavit, „tanti apud Principem amoris ſimul & honoris prærogativam ob-„tinuit, ut conregnare videretur. Fluxerant ei anni aliquot in „militia ſeculari, cum ecce Eccleſiaſticæ militiæ aſcribitur, & „voluntate regia Cantuarienſis Eccleſiæ Pontificatum ſortitur.

M C LXIII.

„Mox tanti honoris quantum eſſet onus, pia & ſagaci conſidera-„tione pgrmetiens, habitu & moribus ita repente mutatur, ut „quidam dicerent, *Digitus eſt hic*: alii autem, *hæc mutatio dexteræ „excelſi*. Secundo promotionis ſuæ anno, concilio Turonenſi „interfuit: ubi (ut dicitur) pontificatum minus ſyncere & cano-„nice, id eſt, per operam manumque regiam ſuſceptum, pun-„gentis conſcientiæ ſtimulos non ferens, ſecreto in manus Do-„mini Papæ reſignavit. Qui factum approbans, paſtoralem illi „ſarcinam Eccleſiaſtica manu rurſus impoſuit, & in homine „ſcrupuloſo, turbatæ conſcientiæ læſionem ſanavit. Regreſſis a „concilio ad proprias ſedes Epiſcopis, & ſacerdotium in Anglia „diſceptare cœperunt, & facta eſt turbatio non modica ſuper „prærogativa ordinis clericalis. Rege quippe circa curam regni „ſatagenti, malefactores ſine delectu exterminari jubenti, a ju-„dicibus intimatum eſt, quod multa contra diſciplinam publi-„cam, ſcilicet furta, rapinæ, homicidia, a clericis ſæpius com-„mitterentur, ad quos ſcilicet laicæ non poſſet juriſdictionis vi-„gor extendi. Denique ipſo audiente declaratum dicitur, pluſ-„quam centum homicidia intra fineis Angliæ a clericis ſub re-„gno ejus commiſſa. Quamobrem acri motu turbatus, in ſpiritu „vehementi contra malefactores clericos poſuit leges, in quibus „utique ſelum juſtitiæ publicæ habuit, ſed fervor immoderatior „modum exceſſit. Sane hujus immoderationis regiæ noſtri tem-„poris Epiſcopos tantum reſpicit culpa, quantum ab eis proceſ-„ſit & cauſa. Cum enim ſacri præcipiunt canones, Clericos, non „ſolum facinoroſos, id eſt, gravioribus irretitos criminibus, „verumetiam leviorum criminum reos degradari: & tot millia „talium, tanquam innumeras inter pauca grana paleas Eccleſia

Henricus Anglorum Rex graviter in Clericos, ac corruptos eorum mores, ambitionem inprimis, invehitur.

„An-

,,Anglica contineat: quantos a multis retro annis clericos in ,,Anglia contigit officio privari? Nempe Epiſcopi, dum defendendis magis clericorum libertatibus vel dignitatibus, quam eorum vitiis corrigendis reſecandiſque invigilant, arbitrantur ,,obſequium ſe præſtare Deo & Eccleſiæ, ſi facinoroſos clericos, ,,quos pro officii debito, canonicæ vigore cenſuræ coërcere vel ,,nolunt, vel negligunt, contra publicam tueantur diſciplinam. ,,Unde clerici, qui in ſortem Domini vocati tanquam ſtellæ in ,,firmamento cæli poſitæ, vita & verbo lucere debent ſuper terram, habentes per impunitatem agendi quodcunque libuerit, ,,licentiam & libertatem, neque Deum, cujus judicium tardare ,,videtur, neque homines poteſtatem habentes reverentur: cum ,,& Epiſcopalis circa eos ſollicitudo ſit languida, & ſeculari ,,eos juriſdictioni ſacri eximat ordinis prærogativa. Cum ergo ,,memoratus Princeps in paleas ſacri ordinis, id eſt, facinoroſos ,,clericos vel diſcutiendos vel puniendos nova quædam ſtatuta ,,feciſſet, in quibus (ut dictum eſt) modum non tenuit: ita ut ,,demum crediderit fore rata, ſi Epiſcoporum eſſent conſenſu roborata. Convocatis ergo ad eliciendum quocunque modo ,,conſenſum Epiſcopis, ita omneis uſque ad unum, vel pellexit ,,blanditiis vel infregit terroribus, ut regiæ voluntati cedendum ,,parendumque putarent, & novarum legum illarum conſcriptioni propria ſigilla apponerent. Uſque ad unum dico; nam ,,ſolus Cantuarienſis Archiepiſcopus flexus non eſt, ſed ad omnem impulſum ſtetit immobilis. Tunc vero tanto vehementius Regis in eum furor efferbuit; quanto ipſe regali magnificentiæ, ratione dati & accepti magis obnoxius videbatur. Unde Rex cœpit ei gravis exiſtere, occaſionibus eum undecumque ,,exquiſitis pulſare, eorum, quæ olim in regno Cancellarius fecerat, rationem expoſcere. Ille intrepida libertate reſpondit, ,,ſe expleta ſeculari militia, Eccleſiæ, a Principe cui militaverat, ,,abſolute fuiſſe dimiſſum, nec debere in ſe per occaſionem magis quam veritatem vetera replicari. Cumque indies Regii furoris cauſæ ingraveſcerent, eo die, quo plenius reſponſurus ,,erat objectis, ſolemne illud officium de beato Stephano, ſcilicet: *Sederunt Principes, & adverſum me loquebantur, & iniqui perſecuti ſunt me*, juſſit coram ſe in celebratione ſacrificii ſolenniter decantari. Mox Curiam ingreſſus eſt, crucem argenteam

Anno Christi

Henricus Anglorum Rex graviter in Clericos, ac corruptos eorum mores, ambitionem inprimis, invehitur.

M C LXIII.

Anno Christi

,,ante ſe portari ſolitam manu propria bajulans. Volentibuſque ,,quibuſdam Epiſcoporum, qui aderant, miniſterium portandæ, ante Metropolitanum proprium, crucis ſuſcipere, abnuit, ,,nec alium in illo conventu publico crucis bajulum, quantumcunque rogatus, admiſit. Iis tanquam excandeſcentis jam furoris fomitibus rege ſupra modum inflammato, ſequenti nocte ,,clam profugiens transfretavit; & ſuſceptus honorifice a Rege, ,,nobilibuſque, Epiſcopiſque Francorum, pro tempore ibidem ,,conſedit. Rex vero Anglorum in abſentem irrationabiliter ,,ſævus, & pluſquam deceret Principem, effrenato furori indulgens, indecora ſatis & mirabili ultione omnem ejus propinquitatem Angliæ finibus exturbavit. Sane cum plerique ſoleant in iis, quos amant & laudant, affectu quidem propenſiori, ſed prudentia parciori, quidquid ab eis geritur approbare: plane ego in viro illo venerabili, ea, quæ ita ab ipſo acta ,,ſunt, ut nulla exinde proveniret utilitas, ſed fervor tantum ,,accenderetur regius, ex quo tot mala poſtmodum pullulaſſe ,,noſcuntur, laudanda nequaquam cenſuerim, licet ex laudabili ,,zelo proceſſerit: ſicut nec in beatiſſimo Apoſtolorum Principe, arcem jam Apoſtolicæ perfectionis tenente, quod genteis ,,ſuo exemplo Iudaizare coëgit: in quo eum Doctor gentium ,,reprehenſibilem declarat fuiſſe, licet cum conſtet laudabili hoc ,,pietate feciſſe.

M C LXXI.

Angli Hyberniam invadunt, expugnatamque in ſuam redigent poteſtatem.

Angli Hyberniam invadunt, expugnatamque in ſuam redigunt poteſtatem. Neubrigenſis Lib. II. Cap. XXVI. *Iiſdem temporibus Angli ſub ſpecie militantium Hyberniæ inſulæ irrepſerunt, eandem poſtea creſcentibus viribus invaſuri, & partem ejus non modicam armis ſubactam poſſeſſuri. Eſt autem Hybernia (ut accepimus) inter inſulas ſecundæ à majori Britannia magnitudinis, ſed eadem (ut ait venerabilis Beda) ſerenitate, & ſalubritate aëris multo præſtantior, egregie pabuloſa atque piſcoſa, & glebis ſatis uberis, ſi non deſit induſtria boni cultoris; ſed populos habet moribus incultos & Barbaros, legum & diſciplinæ fere ignaros: in agriculturam deſides, & ideo lacte magis quam pane viventes. Hanc autem ſingularem præ cunctis regionibus habet à natura prærogativam & dotem, ut nullum gignat venenatum animal, nullum reptile noxium. Quinimo certa citaque mors eorum eſt, ad primum Hybernici aëris intractum: ſi forte aliunde advehantur. Porro quicquid inde advehitur, contra venena valere probatum eſt. Sane hoc quoque de hac inſula*

mira-

mirabile eſt, quod cum major Britannia, æque Oceani inſula, nec ſpacio longiori ſejuncta, tantos bellorum caſus experta ſit, totiens exteris gentibus præda fuerit, totiens externam dominationem incurrerit, expugnata & poſſeſſa primo à Romanis, deinde à Germanis, conſequenter à Danis, poſtremo à Normannis: Hibernia, Romanis etiam Orchadum inſularum dominium tenentibus, inacceſſa, raro & tepide ab ullo unquam expugnata, & ſubacta eſt: nunquam externæ ſubjacuit ditioni uſque ad annum à partu virginis M C *ſeptuageſimum primum, qui fuit Regis Anglorum Henrici ſecundi octavus decimus. Quod enim Britones dicunt eandem inſulam ſuo paruiſſe Arturo: fabuloſum eſt, ſicut & cætera quæ de ipſo mentiendi libidine petulantia quorundam confinxit. Quomodo autem Hybernici, incidendo in poteſtatem Regis Anglorum, longam & nunquam à ſæculo interruptam, & quaſi ingenitam finiêrunt libertatem, expoſitu facile eſt, cum res ſit recentis memoriæ. Denique mutandi ſtatus illi regioni hæc fuiſſe occaſio traditur. Hybernia juxta priſcum Angliæ morem in plura ſe regna conſcindens, & conſueta Reges habere plurimos, iiſdem plerunque diſcrepantibus diſcerpebatur: & quanto externorum inexpertior erat bellorum, tanto interdum indigenis tanquam propriis viſceribus in mutuam cædem ruentibus miſerabilius eviſcerabatur. Contigit autem quendam Regem terræ illius a finitimis impetitum Regibus coartari nimis, & defectu virium, crudelitatem hoſtium pene experiri. Inito ergo conſilio & miſſo feſtinanter in Angliam filio acceſſivit viros militares, & juventutem ſtrenuam, ſpe lucri profuſioris illectam. Quorum ope ſublevatus, primo reſpirare: deinde roborari, poſtremo ſubactis hoſtibus triumphare cæpit. Nec ſuos adjutores abire paſſus eſt, ſed tanta eos largitate donavit, ut obliti populum ſuum & domos patrum ſuorum, ibidem eligerent habitare. Cum autem ferociſſimi totius Hyberniæ populi contra eundem Regem indignari, & tumultuari inciperent, quod gentem Anglicam Hyberniæ immiſiſſet: illi metuentes paucitati ſuæ, accitis ex Anglia viris inopia laborantibus & lucri cupidis, vireis paulatim auxerunt; & quia nondum habebant Principem, erantque adhuc tanquam oves non habentes Paſtorem, acceſſiverunt ex Anglia præficiendum ſibi virum nobilem & potentem Comitem, ſcilicet Richardum. Qui nimirum cum eſſet magnanimus, & ſupra vireis rei familiaris profuſus, ampliſſimis reditibus exinanitis, & exhauſto fere patrimonio creditoribus erat ſupra modum obnoxius; atque ideo proclivius ad majora invitantibus adquievit. Armatorum ergo juvenum plurima validaque manu contracta in terra juris ſui, claſſem transfretaturus in Hyberniam præparabat. Cumque jam*

Anno Christi

Varia in Hybernia rerum, & principii mutationes.

M C LXXI.

ſolvere

Anno Chriſti

ſolvere pararet, affuerunt qui ex parte Regis transfretationem inhiberent. Ille vero nullius rei, quam in Anglia poſſidere videbatur, remoratus affectu, nihilominus transfretavit, atque expectantes ſocios optato lætificavit adventu. Iunctis mox copiis aliquid audendum aggrediendumque ratus, quo in poſterum barbaris foret terribilis, pervicaci impetu irruit ſuper Divelinum, urbem maritimam, totius Hyberniæ Metropolim, portuque celeberrimo in commerciis & commeatibus noſtrarum æmulam Lundoniarum. Qua fortiter celeriterque expugnata & capta, plurimos etiam longius poſitos metu perculſos in fœdus venire coëgit. Inſiſtebat finitimis pertinacius, priſcam tueri nitentibus libertatem: munitiones locis opportunis conſtruere: & dominationes paulatim protendens. Porro quantulamcumque nationis barbaræ gratiam per affinitatem affectans; fœderati Regis uxorem accepit, & partem regni plurimam, nomine dotis percepit. Cujus tam fauſti ſucceſſus cum regi innotuiſſent Anglorum: motus quod eo non ſolum inconſulto, ſed etiam inhibente rem tantam fuiſſet aggreſſus, & præclaræ adquiſitionis gloriam illi potius, ut præcellenti, aſcribendam in ſe convertiſſet, omne ejus in Anglia patrimonium fiſco addixit: &, ne quod ex Anglia ſubſidium Hyberniæ inferretur, commeatus navium interdixit. Fortiora quoque comminans, in gratiam maturius redire compulit jam pene regnantem. Itaque extorſit ei nobilem civitatem Divelinum, & cætera, quæ in adquiſitione potiora videbantur: parte vero reliqua cum patrimonio ſuo Anglico integro illi reſtituto, juſſit eſſe contentum. Quibus actis idem Comes, qui paulo ante exinanito prodige patrimonio, fere nihil aliud quam nudam nobilitatem habuerat, Hybernicis Anglicisque opibus inclitus, in multa felicitate agebat, quam tamen poſt annos aliquot mors immatura corripuit. Plane hoc ipſo declaratum eſt, quam vanum ſit quod in homine illo ita evanuit; & quam fallax, quod eundem ſibi incumbentem repente, elabendo deluſit. Ex Hybernicis manubiis, quibus multum inhiaverat, & pro quibus etiam tam multum cum periculo ſudaverat ſalutis, nihil ſecum hinc alius homo ille portavit; ſed laborioſe periculoſeque quæſita ingratis relinquens hæredibus: ſalubrem quoque multis ex ſuo occaſu doctrinam reliquit. Rex autem Anglorum poſt modicum in Hyberniam cum ingenti militia transfretavit; Reges inſulæ, qui eatenus rebelles exſtiterant, adventu ejus pavefactos ſine ſanguine ſubjugavit, rebuſque pro voto diſpoſitis, eodem anno in Angliam cum ſalute & gaudio remeavit.

Angli Hyberniam invadunt, expugnatamque in ſuam redigunt poteſtatem.

M C LXXI.

M C LXXVII.

Anno, inquit idem Neubrigenſis Cap. 11. Lib. III. a partu virginis M C L X X V I I. Pontificatus autem Domini Papæ Alexan-

De reconcilia-

dri anno XVII. Frederici Imperatoris in eundem venerabilem Pontificem inveterata rabies conquievit. Maledictus furor ejus, quia pertinax; & indignatio ejus, quia dura. Benedictus autem Dominus qui tangit monteis & fumigant; ipſum enim & pertinacem domuit, & durum mollivit. Siquidem principalibus ſchiſmatis judicio Dei abſorptis, Octaviano ſcilicet, qui Papatum prior invaſerat, & Guidone Cremenſi, qui ejuſdem veſaniæ ſucceſſor inſtiterat; cum quidam Ioannes Strumenſis, tertius continuaret errorem, compunctus tandem Imperator per viros ſapientes & nobiles tractare cœpit de pace. Itaque duo magni Principes, ſacerdotii ſcilicet & imperii, ſolemniter convenientes, Deo propitio in patrem & filium tranſierunt nono Kalendas Auguſti, ſicque Eccleſia unita eſt, cunctis jam ſchiſmatis auctoribus atque fautoribus extinctis ſive compunctis. Nam ille qui Octaviano & Guidoni de medio factis ſchiſmatici furoris continuator exſtiterat, confuſus & dejectus elanguit, cum favore circa eum imperatorius exſpiravit. Quibus feliciter geſtis, Dominus Papa, tanquam poſt tanti temporis ſcandala reſarcitæ veritatis gaudia ſolemniter celebraturus, generale Concilium Pontificatus ſui XX. a partu autem Virginis anno MLXXIX. quinto Idus Martii Lateranis celebrandum inſtituit; ad quod nimirum totius Latini orbis Epiſcopos cum majoris loci Abbatibus evocavit. Quod autem convocandi Concilii intentio ſatis ſyncera non fuerit, Romanæ avaritiæ artificioſa proviſio patefecit. Multi enim evocati, quibus iter eundi ad Concilium difficile vel intolerabile videbatur, interventu pecuniæ impudentius turpiuſque exactæ, quam præſtitæ, relaxari meruerunt. Sane hujus Concilii decreta quædam noſtræ duximus Hiſtoriæ inſerenda.

Anno Chriſti ... *tione Papa & Imperatoris.*

M C LXXVII

Licet de vitanda diſcordia in electione Romani Pontificis manifeſta ſatis a prædeceſſoribus noſtris inſtituta manaverint, quia ſæpe poſt illa per improbæ ambitionis audaciam gravem paſſa eſt ſciſſuram Eccleſia; nos etiam ad hoc malum evitandum de conſilio fratrum noſtrorum, & ſacri approbatione Concilii aliquid decernimus adjungendum. Statuimus ergo, ut ſi forte ſuper ſeminante Zizania inter Cardinales de ſubſtituendo Pontifice non potuerit eſſe plena concordia, & duabus partibus concordantibus, tertia pars concordare noluerit, aut ſibi alium præſumpſerit nominare, ille ab univerſa Eccleſia accipiatur Epiſco-

Decreta Lateranenſis Concilii de creando Papa Romano.

Anno Chriſti

pus, qui a duabus partibus electus fuerit & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confiſus, quia rem non poteſt, nomen Epiſcopi ſibi uſurpaverit, tam ipſe, quam qui eum receperint, excommunicationi ſubjaceant, & totius ſacri ordinis privatione multentur: ita ut viatici etiam eis, niſi tantum in ultimis, communio denegetur: & niſi reſipuerint, cum Dathan & Abiron (quos terra vivos abſorbuit) accipiant portionem. Præterea, ſi a paucioribus aliquis, quam a duabus, electus fuerit ad Apoſtolatus officium, niſi major aſſenſus & concordia interceſſerit, nullatenus aſſumatur, & dictæ pœnæ ſubjaceat, ſi humiliter noluerit abſtinere. Ex hoc tamen nullum Canonicis inſtitutionibus. & aliis Eccleſiis, præjudicium generetur: in quibus majoris & ſanioris partis debet ſententia prævalere. Quia quod in eis dubium venerit, ſuperioris judicio poterit definiri. In Romana vero Curia & Eccleſia ſpeciale aliquid conſtituitur, quia non poteſt ad ſuperiorem recurſus haberi.

MCLXXIII

Canon de abolendis ordinationibus Antipaparum.

II. Quod a prædeceſſore noſtro, felicis memoriæ, Innocentio factum eſt, innovantes, ordinationes ab Octaviano & Guidone Hæreſiarchis, nec non & a Joanne Strumenſi, qui eos ſecutus eſt, factas, & ab ordinatis ab eis, irritas eſſe cenſemus. Adjicientes etiam, ut qui dignitates Eccleſiaſticas, ſeu beneficia, per prædictos Schiſmaticos acceperunt, careant impetratis. Alienationes quoque, ſeu invaſiones, quæ per eoſdem Schiſmaticos, ſive per laicos, factæ ſunt de rebus Eccleſiaſticis, omni careant firmitate; & ad Eccleſiam ſine omni ejus onere, revertantur. Si quis contra ire præſumpſerit, excommunicationi ſe noverit ſubjacere. Illos autem, qui ſponte juramentum de tenendo ſchiſmate præſtiterunt, a ſacris ordinibus & dignitatibus decernimus eſſe ſuſpenſos.

Canon de eligendis Rectoribus Eccleſiæ.

III. Cum in cunctis ſacris ordinibus & Eccleſiaſticis miniſteriis & ætatis maturitas, & gravitas morum, & litterarum ſcientia ſit attendenda & quærenda, multo fortius in Epiſcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorum in ſe ipſo debet oſtendere qualiter alios oportet in domo Domini conſervari. Ea propter ne, quod de quibuſdam neceſſitate temporis factum eſt, in exemplum trahatur a poſteris, præſenti decreto ſtatuimus, ut nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui jam triceſimum annum ætatis impleverit, & de legitimo ſit matrimonio natus, qui etiam vita

& ſcientia commendabilis demonſtretur. Cum autem quis electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & Eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit, decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis a Canonibus definito, is ad quem ſpectant beneficia quæ habuerat, diſponendi de illis liberam habeat facultatem. Inferiora etiam miniſteria, ut puta Decanatus, Archidiaconatus, & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino ſuſcipiat, ſed nec parochialium Eccleſiarum regimen, niſi qui jam viceſimum quintum annum ætatis attigerit, & qui ſcientia & moribus commendandus exiſtat. Cum vero quis aſſumptus fuerit, ſi Archidiaconus vel Decanus, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo a Canonibus tempore in Preſbyteros ordinati, & ab illo removeantur officio, & alii conferat qui & velit & poſſit illud convenienter implere. Nec proſit ei appellatione, ſi forte in tranſgreſſione conſtitutionis iſtius per appellationem voluerit, ſe tueri. Hoc ſane non ſolum de promovendis, ſed de his etiam qui jam promoti ſunt (ſi Canones non obſiſtant) præcipimus obſervandum. Clerici ſane, ſi contra formam iſtam quenquam elegerint, & eligendi tunc poteſtate privatos, & ab Eccleſiaſticis beneficiis triennio noverint ſe eſſe ſuſpenſos. Dignum eſt enim, ut quos domini timor a malo non revocat, Eccleſiaſticæ ſaltem coërceat ſeveritas diſciplinæ. Epiſcopus etiam, ſi aut fecerit contra hoc, aut ſenſerit fieri, in conferendis prædictis officiis poteſtatem ſuam amittat, per Capitulum aut per Metropolitanum, etiamſi Capitulum concordare voluerit.

Anno Chriſti M C LXXIII

IV. Sicut ait beatus Leo Papa: Licet Eccleſiaſtica diſciplina ſacerdotali contenta judicio, cruentas effugiat ultiones, catholicorum tamen Principum conſtitutionibus adjuvatur, ut ſæpe quærant homines ſalutare remedium, dum corporale ſupra ſe metuunt judicium, vel ſupplicium evenire. Ea propter, quia in Vuaſconia, Albegeſio, & partibus Toloſanis, & aliis locis, ita hæreticorum (quos alii Catharos, alii Publicanos, alii Paterinos, alii aliis nominibus vocant) invaluit damnanda perverſitas, ut jam non in occulto, ſicut alii, nequitiam ſuam exerceant, ſed errorem ſuum publice manifeſtent, & ad conſenſum ſuum ſimplices attrahant & infirmos, eos, & defenſores eorum, & receptores, anathemati decernimus ſubjacere; & ſub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo vel in terra ſua tenere vel fovere,

Canon de Hæreticorum Albigenſium receptoribus & fautoribus.

Anno Christi

vel negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint; nec ſub privilegiorum noſtrorum, quibuſcunque indultorum obtentu, niſi ſub alia quacunque occaſione aut oblatio pro eis fiat, aut inter Chriſtianos ſepulturam accipiant.

Canon de Sicariis facinoroſiſque turbis.

V. De Brebationibus & Arragonenſibus, & Navariis, Baſculis & Coterrellis, qui tantam in Chriſtianos immanitatem exercent, ut nec monaſteriis deferant, nec viduis ac pupillis, non pueris aut ſenibus, non cuilibet parcant ætati aut ſexui; ſed more Paganorum omnia perdant, & vaſtent, ſimiliter conſtituimus, ut ipſi, qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint, per regiones, in quibus taliter debacchantur, in Dominicis, & aliis ſolemnibus in Eccleſiis excommunicati publice denuntientur. & eadem omnino ſententia & pœna cum prædictis hæreticis habeantur aſtricti: nec ad communionem recipiantur Eccleſiæ, niſi ſocietate illa peſtifera & hæreſi abjuratis. Relaxatos autem ſe noverint a debito fidelitatis, ſeu hominii, aut totius obſequii, donec in tanta iniquitate permanſerint, quicunque illis aliquo pacto tenentur annexi. Cunctis autem fidelibus in remiſſionem peccatorum injungimus, ut tantis cladibus ſe opponant, & contra eos armis tueantur populum Chriſtianum. Confiſcentur quoque bona eorum, & liberum ſit Principibus, hujuſmodi peſtilentes homines ſubjicere ſervituti. Qui autem in pœnitentia vera deceſſerint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ ſe non dubitent habituros. Nos etiam de miſericordia Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis, qui contra eos arma ſuſceperint, & ad Epiſcoporum ſive aliorum Prælatorum conſilium ad eos decertaverint expugnandos, biennium de injuncta pœnitentia relaxamus: aut ſi longiorem ibi moram habuerint, Epiſcoporum diſcretioni, quibus hujus rei cura fuerit injuncta, committimus, ut ad eorum arbitrium, ſecundum modum laboris major eis indulgentia tribuatur. Illos autem, qui admonitioni Epiſcoporum in hujuſmodi parere contempſerint, a perceptione & corporis & ſanguinis Domini jubemus fieri alienos. Interim vero eos, qui ardore fidei ad expugnandum eos laborem iſtum aſſumpſerint; ſicut eos, qui ſepulchrum Domini viſitant, ſub Eccleſiæ defenſione recipimus; & ab univerſis inquietationibus, tam in rebus,

MC LXXIII

quam

quam in perſonis ſtatuimus manere ſecuros. Si vero quiſquam interim eos moleſtare præſumſerit, per Epiſcopum loci excommunicationis ſententia feriatur; & tam diu ſententia ab omnibus obſervetur, donec & ablata reddantur, & de illatis injuriis congrue ſatisfiat. Epiſcopi vero ſive Presbyteri, qui talibus fortiter non reſtiterint, officii ſui ſuſpenſione multentur, donec miſericordiam Apoſtolicæ ſedis obtineant. *Anno Chriſti*

Notant Luſitanarum rerum ſcriptores, primum Luſitanorum Principum Alphonſum Henricum poſt res feliciter geſtas contra Saracenos, regio titulo ac jure, eoque ad poſteros tranſmittendo, ab Alexandro III. Papa fuiſſe donatum. Literæ eam in rem in Archivis Ulyſiponenſis civitatis ejuſmodi leguntur. *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei chariſſimo in Chriſto filio Alphonſo, illuſtri Portugallenſium Regi, ejuſque hæredibus in perpetuam memoriam. Manifeſtis probatum eſt argumentis, quod per ſudores bellicos, & certamina militaria, inimicorum Chriſtiani nominis intrepidus extirpator, & propagator diligens Fidei Chriſtianæ, tanquam bonus filius, & Princeps catholicus, multimoda obſequia matri tuæ ſacroſanctæ Eccleſiæ impendiſti, dignum memoriâ nomen, & exemplum imitabile poſteris relinquens: æquum eſt autem, ut quos ad regimen, & ſalutem populi ab alto diſpenſatio cæleſtis elegit, Apoſtolica Sedes affectione ſyncera diligat, & in juſtis poſtulationibus ſtudeat efficaciter exaudire. Proinde nos attendentes perſonam tuam, prudentia ornatam, juſtitia præditam, atque ad populi regimen idoneam, eam ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & Regni Portugallenſium cum integritate honoris Regni, & dignitate, quæ ad Reges pertinet, nec non & omnia loca, quæ cum auxilio cæleſtis gratiæ de Saracenorum manibus eripueris, in quibus jus ſibi non poſſunt Chriſtiani Principes circumpoſiti vendicare, Excellentiæ tuæ concedimus, & auctoritate Apoſtolica confirmamus. Ut autem ad devotionem, & obſequium beati Petri Apoſtolorum Principis, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ vehementius accendaris, hæc ipſa præfatis hæredibus tuis duximus concedenda, eoſque ſuper his, quæ conceſſa ſunt, Deo propitio, pro injuncti nobis Apoſtolatus officio defendemus. Tua itaque intererit, fili chariſſime, ita circa honorem, & obſequium matris tuæ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ humilem, & devotum exiſtere, & ſic te ipſum in ejus opportunitatibus, & dilatandis Chriſtianæ Fidei finibus exercere, ut de tam devoto & glorioſo filio Sedes Apoſtolica gratuletur, nec in ejus amore quieſcat. Ad indicium autem, quod præſcriptum Regnum B. Petri*

MC LXXIX.

Regnum Luſitaniæ origo.

Alexandri Papæ eâ de re litteræ.

 juris

Anno Chriſti

juris exiſtat, pro amplioris reverentiæ argumento ſtatuiſti duas marchas auri annis ſingulis, nobis noſtriſque ſucceſſoribus perſolvendas, quem utique cenſum ad utilitatem noſtram & ſucceſſorum noſtrorum Bracharenſi Archiepiſcopo, qui pro tempore fuerit, tu, & ſucceſſores tui curabitis aſſignare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat perſonam tuam, aut hæredum tuorum, vel etiam præfatum regnum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtram Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatiſfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetua iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Regno, & Regi ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Ieſu Chriſti, quatenus & fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Petrus, Paulus, Alexander Papa III. Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Dat. Laterani per manum Alberti, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyteri Cardinalis & Cancellarii, decimo Kalend. Iunii, Indict. II. Incarnationis Dominicæ, anno MCLXXIX. *Pontific. Domini Alexandri Papæ III. anno* XX.

Rex Luſitaniæ primus creatur.

M C LXXIX.

Reges porro Luſitaniæ, qui primum ad hæc uſque noſtra tempora ſequuntur, hi nobis ex gentis monumentis offeruntur.

Regum Luſitaniæ ſyllabus.

Henricus, Comes Portugalliæ, parens quaſi Regum Luſitaniæ, obiit anno MCXII.

Alphonſus I, Rex primus, obiit anno MCLXXXV.

Sancius I, Rex ſecundus, obiit anno MCCXII.

Alphonſus II, Rex tertius, obiit anno MCCXXXIII.

Sancius II, Rex quartus, obiit anno MCCXXXXVI.

Alphonſus III, Rex quintus, obiit anno MCCLXXIX.

Dionyſius I, Rex ſextus, obiit anno MCCCXXV.

S. Eliſabetha, Luſitaniæ regina, obiit anno MCCCXXXVI.

Alphonſus IV. Rex ſeptimus, obiit anno MCCCLVII.

Petrus I. Rex octavus, obiit anno MCCCLXVII.

Ferdinandus I. Rex nonus, obiit anno MCCCLXXXIII.

Ioannes I. Rex decimus, obiit anno MCCCCXXXIV.

Eduar-

Anno Chriſti

Eduardus I. Rex undecimus, obiit anno M CCCC XXXVIII.
Ferdinandus, princeps Luſitaniæ, Ioannis I. filius, obiit anno MCCCCXLIII.
Alfonſus V, cognomento Africanus, Rex duodecimus, obiit anno M CCCCLXXXI.
Ioannes II, Rex decimus tertius, obiit anno M CCCC VC.
Ioanna, Luſitaniæ princeps, obiit anno MCCCCXC.
Emanuel I. Rex decimus quartus, obiit anno M D XXI.
Ioannes III. Rex decimus quintus, obiit anno M D LVII.
Sebaſtianus I. Rex decimus ſextus, obiit anno M D LXXVIII.
Henricus I. Rex decimus ſeptimus, obiit anno M D LXXX.
Philippus I. ſecundus ejus nominis Hiſpaniæ Rex, Luſitaniæ decimus octavus, obiit anno M D XCVIII.
Philippus II. Rex decimus nonus, obiit anno M DC XXI.
Philippus III. ejus nominis Luſitaniæ Rex, Hiſpaniæ quartus. Hunc imperio Luſitani anno M D C XL. exuere. Eſt is in ſerie Regum vigeſimus. *Regum Luſitaniæ ſyllabus.*
Iohannes IV. Braganeæ Dux, communi omnium ordinum conſenſu Rex Luſitaniæ ſalutatus eſt, in locum Philippi ſuffectus, in ſerie regum vigeſimus & primus.

De Norwagiæ in Septentrione Europæ regum exordio primo ac origine nihil mihi hic propoſitum eſt dicere, quia nihil certi affirmandum habeo. Annotandum tamen hic nobis videbatur narratum ab eo qui hac quaſi tempeſtate vixit, Guilielmo Neubrigenſi Cap. VI. Libri III. de rebus Anglicis; ubi a centum retro annis nullum Regum Norwagiæ aut morbo, aut ſenio, ſed omnes illato a ſucceſſoribus ferro extinctos tradit, memoratque pariter rem inviſitati quaſi exempli, quæ nunc temporis evenit; Preſbyterum nempe, Suerum cognomento, infimique eum ordinis, regnum vi invaſiſſe. Ipſe Neubrigenſis, (Cur enim non horum temporum ſcriptor graviſſimus?) audiendus eſt. His, inquit, „temporibus famoſiſſimus ille Preſbyter Suerus, qui cognomi„natur Birckebain, in ea parte Germaniæ, quæ Norwegia di„citur, tyrannidem arripuit; & tempore non modico ſub ty„ranni nomine debacchatus tandem, Rege terræ illius extincto, „tanquam legitime regnum obtinuit: aliis forte ejuſdem terræ „Regibus non diſſimilem exitum judicio Dei habiturus. Quip„pe (ut dicitur) a centum retro annis, & eo amplius, cum „Regum ibidem numeroſa ſucceſſio fuerit, nullus eorum ſenio

M C LXXXIII

Norwagiæ regnum Preſbyter quidam, Suerus nomine, invadit.

„aut

Anno Christi

,,aut morbo vitam finivit, ſed omnes ferro interiere, ſuis interfectoribus, tanquam legitimis ſucceſſoribus, regni faſtigium relinquentes: ut ſcilicet omnes, qui tanto tempore ibidem imperaſſe noſcuntur, illud quod ſcriptum eſt reſpicere videatur: *Occidiſti inſuper, & poſſediſti.* Huic infami malo per longam conſuetudinem tanquam legis jam obtinent vigorem, Optimates terræ illius, paulo ante tyrannidem prænominati Preſbyteri, pio ſtudio mederi volentes, Regem novitium ſolemniter unctione myſtica conſecrari & coronari decreverunt, ſcilicet, ut nemo de cætero auderet manum mittere in Chriſtum Domini. Quippe eatenus nullus unquam in gente illa ritu fuerat Eccleſiaſtico conſecratus in Principem. Sed quicunque tyrannice Regem occiderat, eo ipſo perſonam & poteſtatem Regiam induens, ſuo quoq; occiſori eandem poſt modicum fortunam, inveteratæ conſuetudinis lege, relicturus. Quod nimirum Chriſtiana quadam ſimplicitate a multis putatum eſt ideo factitari, quia nullus Regum priorum regiæ meruerat unctionis ſolemnibus initiari. Itaque interfecto Hacone, qui Regi Ingæ a ſe perempto ſucceſſerat, cum cuidam puero, nomine Magno, ejuſdem Ingæ nepoti, regni ſucceſſio competere videretur, prudentes & nobiles regni decreto communi eundem puerum ſolemniter in Chriſtum Domini conſecrari, & diademate inſigniri fecerunt. Quo facto ſancitum ſibi Principem, & priſcæ conſuetudinis dedecus abolitum crediderunt. Verum cum idem Magnus jam pubes factus in multa ſtrenuitate ſimul & felicitate, per aliquot annos regnaſſet, cunctis jam æſtimantibus contra tyrannicos turbines ſatis conſultum, invidia diaboli, ad perturbandam Chriſtianæ plebis quietem, memoratum Preſbyterum, tanquam vas proprium, incitavit. Qui cum in ſacro ordine, quem in Eccleſia acceperat, ditiuſcule miniſtraſſet, propenſiore ſui fiducia homo audaciſſimus atque acutiſſimus regnum cœpit ambire. Mox, luſtrata omni regione, conceptæ molitionis non ſegniter negotium exequens, ſæpe prædonum ſollicitatam audaciam atque improborum manum ſibi validam artificioſiſſime aggregavit, atque inviis ſolitudinibus pro munitionibus utens, crebris irruptionibus Regem irritavit. Cumque Rex eum cum inſtructo exercitu perſequeretur, ille arte fugam ſimulans, in quibuſdam notis locorum anguſtiis ſubſtitit: ibique regias

Norwagia regnum Preſbyter quidam, Suerus nomine, invadit.

M C LXXXVI

,,copias miſere circumventas, atque eiſdem anguſtiis impeditas, ,,ita attrivit, ut Rex ipſe inter mortuorum ſtrages deliteſcens, ,,abeuntibus hoſtibus ægre evaſerit. Quo ſucceſſu elatus, atque ,,indies viribus auctior, claſſem quoque eſt nactus, cujus oppor- ,,tunitate in pluribus ejuſdem regni debacchabatur provinciis. ,,Rex vero reparatis viribus, & claſſe parata adverſus hoſtem ,,perrexit. Quo ille cognito, fugam quoque tunc callide ſimu- ,,lans, in infinitum refugit Oceanum. Quod cum Regi inno- ,,tuiſſet, veram eſſe prædonis fugam credidit, ſeque cum claſſe ,,in portum aliquem recepit. Ubi cum exercitus pro lætitia ho- ,,ſtis expulſi, exitiali ſecuritate vacaret, ſequenti nocte execran- ,,dus Preſbyter cum ſuis portum ingreſſus, ebrioſque & ſomno- ,,lentos aggreſſus, minimo negotio, cum patre Regis, aliiſque ,,optimatibus, fere univerſum delevit exercitum. Rex autem ,,aliis morientibus elapſus, in quodam (ut dicitur) proximo ,,virginum monaſterio per dies aliquot latuit, fruſtraque quæſi- ,,tus ab hoſtibus (Deo volente) evaſit. Hac hoſtium infelicitate ,,& clade tyrannus elatus, quanto cruentior, tanto inſolentior ,,circumquaque, tanquam triumphans, ferebatur, immitem ſe ,,dominum preſſis miſerè provincialibus exhibens. Rex autem ,,poſt latebram luci, & amicis redditus, cœpit paulatim vires ,,reficere, auxilia undecunque contrahere, adverſus hoſtiles ſe ,,dolos cautius præparare: & tandem cum parato exercitu per- ,,rexit in hoſtem. Quo mox ille cognito, cum videret juvenem ,,propter priores clades prudentius atque inſtructius agere, nu- ,,mero quoque navium, & pondere virium præſtare, ad male- ,,ficia ſe convertit. Habebat enim ſecum quandam filiam dia- ,,boli, potentem in maleficiis, atque illi antiquæ merito com- ,,parandam: de qua nobilis ait Poëta;

Hæc ſe carminibus promittit ſolvere mentes
Quas velit, atque aliis diras immittere curas,
Siſtere aquam fluviis, & ſydera vertere retro,
Nocturnoſque ciet maneis. Mugire videbis
Sub pedibus terram, & deſcendere montibus ornos.

,,Denique hæc (ut dicitur) mira peſtilentiſſimæ artis confi- ,,dentia ab amico quæſivit tyranno, quomodo ſuos, qui jam ,,præ oculis erant, hoſteis cuperet interire. Illo ſubmerſionem ,,eorum eligente, repente operatione diaboli, qui nimirum per

Anno Christi

Norwagia regnum Preſbyter quidam, Suerus nomine, invadit.

M C LXXXII

Anno Chriſti

„Angelicæ naturæ potentiam in elementis mundanis plurimum „poteſt, cum a ſuperiori ſinitur poteſtate, tranquillum mare os „ſuum aperiens in conſpectu hoſtium majorem Regiæ claſſis „partem abſorbuit. Quo viſo, nefandus Preſbyter: Ecce (ait) „ſocii, quam efficaciter elementa pugnant pro nobis, cavete ne „forte evadant: quorum certum exitium pelagus veſtræ virtuti „reliquit, ne totum feciſſe videatur. Itaque regii exercitus pars „reliqua ſubito interitu ſociorum attonita facile eſt oppreſſa, & „rex ipſe interiit. Quo ſublato, in ditionem tyrannicam regnum „tremefactum conceſſit. Qui, ſacro ordine abjurato, & accepta „in conjugem filia Regis Gothorum, ab Archiepiſcopo terræ „illius coronari voluit. Verum ille cum eſſet vir magnus, & ne„que precibus, & neque minarum terroribus flecteretur, ut „caput execrabile ſacra unctione perfunderet, ab eodem patria „pulſus eſt. Poſt annos aliquot ſurrexit de ſtirpe Regum priorum „acerrimus juvenis, nomine Ioannes, confluentibus ad eum, „& roborantibus eum plurimis. Qui cum læta habuiſſet initia, „ut jam eſſet tyranno terribilis, juvenili tandem calore incon„ſultius ad bellum proſiliens, infeliciter & præmature occubuit. „Poſt hunc emerſit alius de ſemine regio bonæ ſpei puer, copio„ſis adiutus ſuffragiis. Verum & hic in ipſa ſacra dominica „Palmarum, ante annos aliquot gravi prælio a tyranno oppreſ„ſus, & cum ſuis adiutoribus funditus abraſus eſt. Sic virga illa „furoris Domini profligato vel eliminato fere omni ſemine re„gio, atque omni hoſte indigena, magnus & tremendus tan„dem per manum cujuſdam Epiſcopi, ad hoc intentata morte „coacti, regium cum myſtica unctione diadema ſortitus eſt, ſub „incerto diu proſperantis tyrannidis exitu ex crebris ſucceſſibus „quaſi ſecurus. Titulus autem ſigilli ejus talis fuiſſe dicitur: „*Suerus Rex magnus, ferus ut leo, mitis ut agnus;* clementiam quip„pe in ſubditos oſtendebat, & Eccleſiis ſive monaſteriis reve„rentiam exhibebat. Famoſiſſimus igitur, ut loquitur Neubrigenſis, Norwagorum aut Rex aut Tyrannus Suerus nunc erat; & ante eum fuerant plures violenta, pauci ſiccâ, morte interempti.

Norwagia regnum Preſbyter quidam, Suerus, nomine, invadit.

MCLXXXIII

MCLXXXVII.

Saladinus, Sultanus Ægypti, terror Orientis.

Saladinus, Sultanus Ægypti, qui ob geſtarum rerum magnitudinem TERROR ORIENTIS merito appellatur, novus Sultanus Ægypti, cujus imperium, Calypha interfecto, inva-

ſerat, rebus ſecundis elatus, Syriam invaſit, & pleraque oppida, ipſamque adeo Hieroſolymam in deditionem accepit. Et ſic finitum eſt Hieroſolymitanum Chriſtianorum regnum. Cujus cladis cauſa continuæ principum diſſenſiones haud dubie fuere.

Anno Christi Hieroſolymitani Chriſtianorũ regni finis.

Plura hac de re qui hic volet cognoſcere, adeat illa aut repetat, quæ ſupra, ſuo tempore & loco, tradidimus, cum de Hieroſolymitani hujus regni exordio pariter ac fine conjunctim ageremus.

Imperante Frederico Barbaroſſa in Oriente Imperator fuit Alexius Comnenus, filius Manuëlis, puer adhuc & Andronici patruelis tutelæ a patre commendatus. Cœpit imperare anno Chriſti MCLXXX. & imperavit annos III. Verum ab Andronico imperium affectante immaniter ſtrangulatus & plumbeæ arcæ incluſus in mare demerſus eſt, acclamantibus cædis ſociis illud Homeri: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη; εἷς κοίρανος ἔςω. Poſtea Andronicus imperavit annos II, vir fraudulentus & lupini ingenii, qui ſuis quoque conſanguineis non pepercit. Quum vero Iſaacius Angelus, quem ad ſupplicium corripi mandaverat, adverſus ipſum ſeditionem moviſſet, in fuga comprehenſus, altera manu & oculo mutilatus & fruſtillatim uncis vulgi & harpagonibus diſcerptus eſt. Succeſſit Iſaacius Angelus, qui ab anno Chriſti MCLXXXV, imperavit annos IX, & menſes VIII, homo timidiſſimus & idcirco truculentus ac ſævus; interim ut Byzantinis placeret exules reſtituit & ſic urbem quodammodo inſtauravit. Bellum movit in Siculos, quos partim fame necavit, partim ad Theſſalonicam diſſipavit, & poſtea cum Wilhelmo rege Siculo ultionem meditante pacem fecit. In Walachos quoque (quorum in hac Hiſtoria prima eſt mentio) novis defectionibus imperium detrectantes, aliquoties infeliciter movit. Quum in Alexium Comnenum, Cypri tyrannum, navigaret, claſſis tempeſtate disjecta, & ad ſcopulos confracta eſt. Fridericum Barbaroſſam ad Helleſpontum aditu Aſiæ & trajectu prohibiturus aliquot præliis caſtigatus a bello deſiit, & deinde inita amicitia commeatu Fridericum juvit. Miſere periit imperio & oculis privatus a fratre, quem a Turcis auro redemerat.

Orientis Impp & res ab iis geſtæ.

MC LXXXVI.

Ejuſdem Barbaroſſæ ætate vixit ac floruit Petrus Lombardus, Epiſcopus Pariſienſis, qui quatuor ſententiarum de Theologia libris conſcriptis ac editis vulgo Magiſter Sententiarum appel-

Petrus Lombardus floruit.

Anno Christi *Theologiæ Scholasticæ origo.*

latur, auctor quaſi primus ejus Theologiæ, quæ ex Ariſtotelica Philoſophia partim conflata, aut cum ea conciliata, vulgo Scholaſtica appellatur, plurimoſque dein in hunc uſque diem admiratores, cultores, commentatoreſque invenit.

Presbyteratus ſupremus Iudæorum in Anglia inſtituitur.

Quantum circa hæc tempora Iudæis in Anglia Regum auctoritate indultum fuerit, vel ex eo poteſt conſtare, quod Presbyteratus quidam omnium Judæorum totius Angliæ ſupremus inſtitutus aut permiſſus fuerit. Nam ſic publicæ, quæ adhuc in Rotulis, quas vocant, regiis exſtant, litteræ loquuntur; ,,Rex omnibus fidelibus ſuis, & omnibus & Iudæis, & Anglis, ,,ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Charta noſtra con-,,firmaſſe Iacobo Iudæo de Londoniis, Presbytero Iudæorum, ,,Presbyteratum omnium Iudæorum totius Angliæ, habendum ,,& tenendum quamdiu vixerit, libere & quiete, & honorifice, ,,& integre, ita quod nemo ei ſuper hoc moleſtiam aliquam, aut ,,gravamen inferre præſumat. Quare volumus & firmiter præci-,,pimus quod eidem Iacobo, quoad vixerit, Presbyteratum Iudæo-,,rum per totam Angliam, manuteneatis & pacifice defendatis; ,,& ſi quis ei ſuper eo forisfacere præſumſerit, id ei ſine dila-,,tione (ſalvâ nobis emendâ noſtrâ) de forisfactura noſtra emen-,,dari faciatis, tanquam Dominico Iudæo noſtro, quem ſpeciali-,,ter in ſervitio noſtro retinuimus. Prohibemus etiam, ne de ,,aliquo ad ſe pertinente ponatur in placitum, niſi coram nobis ,,aut coram Capitali Iuſtitia noſtra, ſicut Carta Regis Richardi ,,fratris noſtri teſtatur. Teſte S. Bathonienſi Epiſcopo, &c. ,,Dat. per manus H. Cantuarienſis Archiepiſcopi, Cancellarii no-,,ſtri, apud Rothomagum xxxi. die Iulii, anno regni noſtri ,,primo.

MCXCI. HENRICVS VI. IMP.

Poſt Fredericum, id unice ac ſollicite agentem, ut afflictas miſere a Saracenis Chriſtianorum res in Oriente reſtitueret ac recrearet, merſum hauſtumque flumine, quod lavandi cauſa erat ingreſſus, filius Henricus, VI. ejus nominis Imperator, ſuccedit.

Res ejus a Turſelino paucis ſic perſtringuntur. Henricus VI. à Cæleſtino III. appellatus Auguſtus, Ænobarbo patre truculentior fuit. Campaniæ oppidis pluribus receptis, Neapolim fruſtra obſedit. Atrox lues in caſtris orta obſidionem ſolvit. Inde, Tancredo Siciliæ Rege vita functo, reparat exercitum, & Genuen-

ſium,

ſium, Piſanorumque claſſibus fultus, Gajetam, Neapolimque in fidem accipit. Cætera inde prona fuere. Meſſana, Catana, Suracuſæ vi captæ. Sibylla Regina cum novo Rege in deditionem accepta. Denique Panormo expugnata, & Conſtantia in matrimonium ducta, Rex Siciliæ ſalutatur. Cæterum repente è Rege tyrannus extitit, direptis per calumnias, & ſupplicia civium bonis, ſacras ædes per ſacrilegium expilavit. Exin ditionem Pontificiam pene omnem in ſuam redegit poteſtatem. Alexium quoque Comnenum Græcum Imp. ſtipendiarium fecit. Cæterum x. imperii anno nondum expleto, mortalibus immortalibuſque inviſus, morbo ex venatione contracto ceſſit è vita, tyrannus verius, quam Auguſtus. Meliore fama Saladinus Chriſtiani nominis terror, paulo ante deceſſerat. Quippe in ejus funere, ut ipſe juſſerat, ſignifer interiorem ejus tunicam lancea ſublimem prætulit, clamitans, id unum Saladinum domitorem Orientis ſecum ex tantis opibus auferre: ſpectaculum Chriſtiano magis Rege, quam barbaro dignum. Porro Innocentius III. Pont. Henrico mortuo, Æmiliam, Picenum, Umbriam recepit armis. Inde Conſtantiam Auguſtam, & Fredericum filium Siciliæ Reges appellat, Ducatu Apuliæ, & principatu Capuæ adjectis. Itaque Conſtantia moriens Innocentium Frederici pupilli tutorem inſtituit. Qui ſumma cum tutelæ laude pupillum impenſe fovit, quem funeſtum Eccleſiæ anguem ſinu foveret, ignarus. Ita judicat Turſelinus. Addit;

Anno Chriſti

Rerum ab eo geſtarum breviarium.

M C X C I.

Quartum ſubinde ſacrum bellum ſuſceptum, quod in Græcum imperium vertit. Balduinus Flandriæ Comes, aliique Franci proceres Innocentii hortatu ſacræ militiæ nomina dedere. Hi Venetorum claſſe, & auxiliis aucti Alexium Iſaaci Angeli filium extorrem obvium habuerunt. Cujus ingentibus promiſſis onerati Byzantium petunt. Ibi ingens Græcorum exercitus a non magna Francorum manu cæſus. Byzantium, torpentibus tyranni fuga, & deſperatione civibus, captum. Alexius puer paternum in regnum reſtitutus. Alexius Comnenus tyrannus fuga elapſus Trapezuntem ſe recepit, ibique Trapezuntii imperii fundamenta jecit. Cæterum dum Alexius puer promiſſum Francis, Venetiſque aurum exigit, Myrtilus unus è Græcis proceribus, Alexio per ſeditionem populi obtruncato, tyrannidem invadit. Igitur urbs regia a Francis denuo expugnata. Græcum imperium pro-

Bellum Sacrum.

Trapezuntini imperii origo.

Anno Chriſti

Redeuntis ad Occidẽtales Orientalis imperii origo.

Veneti in Creta imperii initium.

cerum conſenſu Balduino, Flandriæ Comiti, delatum. Rediit Orientis imperium ad Latinos anno poſt Chriſtum natum circiter M C C. Balduinus igitur beneficii memor, omnes Ægei, atque Ionii maris inſulas, ipſamque Cretam attribuit Venetis. Ex proceribus Francis Gothofredum Athenarum, & Achaiæ Principem, Bonifacium ex Montisferrati Marchione Theſſaliæ Regem conſtituit, & Balduino Auguſtalia inſignia ab Innocentio miſſa; contraque ab Auguſto Græcia ad Romani Pontificis auctoritatem revocari cœpta. Cæterum Balduinus Adrianopolim obſidens commiſſo prælio, in Myrtilli tyranni poteſtatem venit, a quo cum cruciatu necatus dicitur. Ei Henricus frater ſubrogatus Aſiatico bello impenſe favit.

M C XCV.

Saracenorum ex Africa in Hiſpaniam ingreſſus.

„Anno M C X C V. ut Neubrigenſis notat, Chriſtianis adhuc „Regibus, Francorum & Anglorum, execrabilis in alterutrum „odii morbo laborantibus, atque ægre ſuſtinentibus expletio„nem induciarum, quibus eorum vel ad modicum malitia no„cendi avida frænabatur, Saracenorum ex Africa tremendus „exercitus, duce (ut dicitur) quodam ſuæ ſuperſtitionis Pſeu„dophiloſopho gratiam pollicente, Hiſpanias intravit: junctiſ„que Saracenis indigenis, Chriſtianis ſe finibus perniciosus im„merſit. Æmulantes quippe Aphri Orientalium Saracenorum „ferventem adhuc fortunam, qui ſub principe Saladino regnum „Hieroſolymitanum invaſerant, & Chriſtiani nominis titulum „ex Arabia funditus, ex Syria vero uſque ad contemptibiles reli„quias exturbarant, eoſque fortitudine & gloria æquare cupien„tes, vicinas gentes Chriſtianas moliti ſunt vel expellere, vel de„lere, totaſque ſpurciſſimæ ſectæ ſuæ Hiſpanias applicare. „Augebat autem eorum fiduciam, quod tempus eos juvare vide„retur, diſſidentibus ſcilicet inter ſe fere totius Europæ Princi„pibus Chriſtianis, atque ita circa nefarios cupiditatum ſua„rum motus explendos intentis, ut vix aliquis eorum pro fidei „Chriſtianæ vel propagatione vel defenſione in Hiſpaniam ac„cingendus ad militiam crederetur. Itaque fretum quod Afri„cam Hiſpaniamque diſterminat tranſmeantes, junctis Hiſpano„rum infidelium copiis, cruenta & effræni audacia debacchaban„tur in finibus Chriſtianis. Noſtri vero primo repentina infinitæ „multitudinis irruptione attoniti: mox reſumptis animis diſcri„men experiri bellicum ſtatuerunt. Denique a Regibus Chriſtia-

„nis

„nis ejuſdem terræ, quæ nimirum adeo ſpacioſa eſt, ut extra par- *Anno Chriſti*
„tem ſui non modicam, quæ a Saracenis poſſidetur, quinque
„non ignobilibus regnis Chriſtianis ſit inclyta, varia contra per-
„fidos illos ſorte pugnatum eſt. Et multum quidem utrinque
„ſanguinis fuſum eſt, ſed tandem, Deo noſtris propitio, hoſtilis
„exercitus plurima ſui parte mutilatus, ad propria cum dede-
„core rediit, minus forte de cætero de vana ſui Ducis philoſo-
„phia præſumturus. Sane rumor irruptionis hoſtilis late diſcur-
„rens, totamque in brevi percurrens Europam, atrociora nun-
„tiavit, populis Chriſtianis alte gementibus, & Principes ſuos
„juſta querela incuſantibus, qui non ſe, zelo igniti divino, graſ-
„ſanti perfidiæ opponerent, ſed juxta Apoſtolum mordendo &
„comedendo invicem, conſumerentur ab invicem. Non mi- M C X C V.
„nus enim animavit atque adjuvit contra nos hoſtem ſacræ Reli-
„gionis Saladinum propriarum fiducia vel potentia virium, quam
„noſtrorum, qui terram ſanctam regere videbantur, callide ex-
„plorata diſcordia procerum. At hoc parum eſt veterum reſpectu
„damnorum, quæ profecto ex noſtrorum diſcordiis, robur ener-
„vantibus Chriſtianum, profluxiſſe noſcuntur. Cum enim flo-
„rente olim Republica Romana tantus, immo & latior eſſet or-
„bis Chriſtianus, quam orbis Romanus; qui nimirum præter
„Europam, clariſſimas maximaſque Aſiæ provincias cum tota
„fere Africa intra ſuos limites cohibebat; inteſtinis Chriſtia-
„norum Principum & populorum bellis actum eſt, ut Agarenis,
„qui & Saraceni dicuntur, invaleſcentibus, & ſecta nefaria re-
„plentibus mundum, Chriſtiana Religio extra fineis Europæ
„modicum poſſideret. Quin etiam Europæ ex Africa prius
„infecta idem peſtilentiſſimus error irrepſit, atque uſque in
„hodiernum diem partem Hiſpaniarum non modicam macu-
„lavit.

Saracenorum res per diſſidia Chriſtianorũ Principũ auctæ nunc ac promotæ.

Cæterum nonnulla horum propius explicanda ac illuſtranda ſunt. Offerunt ſe inprimis quæ a Venetarum ſcriptoribus rerum annotata, paulo fortaſſe ambitioſius, leguntur. Turcarum ferum genus adeo Chriſtiano nomini fuit ab origine infeſtum, ut ad illius natum excidium, & ad hominum urbiumque ſtragem creditum ſit. Hæc publica Orbis lues a Scythia, quam Tartariam appellamus, effluxit, ſuaque multitudine ferox, univerſa Aſia pene ſubacta, jam Syriæ, ipſiſque Hieroſolymis, quæ erant reli-

De Veneti in Creta imperii initio paulo accuratius diſſeritur.

Anno Christi

reliquæ, incondiris armis imminebat. Sub id tempus actum de ea provincia, ac de Sancta urbe videbatur, niſi, deprecante Innocentio Pontifice, Balduinus Flandriæ Comes, & pleriquealii vicinarum regionum Principes ſacræ militiæ nomina dediſſent. Innumĕrabiles itaque copiæ, toto ferme Occidente conſcripto, in Barbaros moturæ erant: at non aliorum ope & auxilio facilius, quam Venetorum tranſmitti poterant in Aſiam. Delati igitur primum Venetias Francorum duces ad convectandum belli apparatum, quod maxime in votis ſacro militi erat, promptum non ſolum beneficio Senatum habuere, & magnificentia liberalem (condonata nimirum ingenti pecuniarum ſumma, quas mutuo acceperant) ſed etiam belli ſocium in ea expeditione, quæ tandem converſa eſt in Græcum imperium. Id unum interea ab amica gente impetrare viſum, ut paribus animis armiſque oppugnata Jadera, quæ per eos dies defecerat, Venetæ ditioni reſtituerent. Firmatis hac lege fœderibus, jamque adventantibus ex Occidente copiis, Henricus Dandulus, quem ab Emanuele Græco Imperatore obcæcatum conſtat, ut ſuos ſi non manu, conſilio ſaltem juvaret, claſſem CC ac XL navium ex quibus XL roſtratæ, cum reliquis ductoribus conſcendit. Conſpectu numeroſiſſimæ claſſis territi Hiſtri, qui rapinis infeſtabant Adriaticum, annuo tributo Venetis iterum ſe ſubdidere. Tergeſtum eoſdem ob inſultus vi petitum in Reipubl. poteſtatem tum primum venit. Poſt hæc in Jaderenſes traductum. Obſidio, quo longior, eo laborioſior fuit, quia Pannones acerrime rebellem urbem armis protegebant. Forti tamen, & obſtinata oppugnatione victa Venetum imperium quartum accepit. Hæc dum geruntur in Dalmatia, Alexius Angelus, aſſumpto Comneni nomine, Iſaacium fratrem Orientalis Imperii adminiſtratione oculiſque privaverat, cujus filius fuga dilapſus in ſocialia Venetorum caſtra pervenit, opem in infelicis patris ſubſidium adverſus tyrannum deprecaturus, utque magis Ducum moveret animos, precibus ingentes addidit pollicitationes; Cretam per eos dies ab Inſulanis ſponte ſibi oblatam, Bonifacio affini ſuo ex Montisferrati Marchionibus ceſſit. Lacrymis adoleſcentis, ſceleriſque indignitate permoti omnes è Dalmatia Conſtantinopolim ſolvunt, & ad continentem proſpere appulſi, expoſito exercitu, paratiſque bello navibus, terra Franci Belgæque, pelago Veneti urbem

De Veneti in Cretâ imperii initio paullo accuratius diſſeritur.

MCC XCV.

ado-

adoriuntur, perrupta catena, quam ad utrumque Boſphori caput impoſuerat tyrannus, ne in portum pateret aditus, primum mari per Venetos ex improviſo regia urbs invaditur, & hoſtiles aliquot biremes capiuntur: exinde facilius opera bellica mœnibus ſunt admota, colligatiſque ſimul antennis è corbibus in muros jacti pontes, è quibus Veneti miſſilibus igneque in proxima tecta conjectis, hoſtem ita terruere, ut eodem trepide ſe recipiente primi intra mœnia deſilierint. Hæc dum fierent a claſſiariis, ab terreſtribus copiis impigre quoque res geſta, quippe plures erumpentium Græcorum turmas proſtraverunt, fugienteſq; ſubinde inſecuti urbem tumultuario ingreſſi ſunt. Adverſis his rebus Conſtantinopolim tanta inceſſit conſternatio, ut torpentibus civium animis poſt Alexii fugam, & deſperationem, profugi & ærumnoſi principes à ſuis recepti, & Imperatores denuo acclamati fuerint Iſaacius, & Alexius filius, cum quo ſenex pater ſpeciem retinuit priſtinæ dignitatis. Sequenti anno, dum exigere ſatagunt, quæ auxiliariis exſolverent in obſtricti animi ſignificationem, temporarium civium ſuorum ingenium experiuntur. Coorto enim tumultu a Murtzuphilo uno è proceribus imperium affectante obtruncantur: contractoque ſeditioſorum agmine in fœderata caſtra fit irruptio. Sed Græca gens novandis rebus, quam gerendis aptior, a Venetis facile repellitur. Murtzuphlus igitur cum fortunam ſibi tanquam impio adverſam cerneret, deſperata venia, fugæ potius, quam bello ſalutem commiſit. Mortuis itaque ad quos legitime ſpectabat imperium, exactoque tyranno, Franci, ac Veneti novis ſe devincientes fœderibus in hæc pacta ivere, ut quidquid eſſet ſociis armis acquiſitum, æquo jure divideretur. Hiſce conditionibus iterum Conſtantinopolis oppugnatur: atque eadem, quæ prius, emicuit Venetorum virtus, & robur. Priores enim, pulſis è mœnibus Græcis, urbem intrant, portas confœderatis recludunt, exceptique in hunc modum utriuſque exercitus ductores, triumphali prorſus ratione ſimul conſalutantur; regiam urbem in jus ac ditionem recipiunt, anno ſuſcepti belli tertio. Balduino Comiti Imperatoria dignitas communibus Ducum ſuffragiis defertur, urbis vero Patriarchalis ſedes Thomæ Mauroceno Veneto. Poſt hæc ex fœderum lege omnes Ægei, ac Jonii maris inſulas ſibi Reſpubl. ſubjecit. Cretam quoque recepit, aliaque plura in ſe commoda

Anno Chriſti

Impp. Orientis, & motus, iis imperantibus, excitati.

M C X C V.

Veneti Ionii & Ægei maris inſulas ſibi ſubjiciunt.

Anno Chriſti

M C X C V.

ex hac Byzantina expeditione luculenter congeſſit. E minoribus autem, quæ iiſdem in maribus erant, inſulæ, ut cuique occupanti cederent, Senatusconſulto permiſſum. Hoc ubi publice indictum, Marcus Sanutus, aliique ex primoribus, Dandoli, Viari, externi quoque nonnulli, victricia illis in locis arma circumferentes, omnia, quæ piratarum latronumque antea fuerant receptacula, ſibi ſubjecerunt. Magno id factum Reipublicæ commodo, & ad vitanda publica diſpendia, & ad certum incrementum, ut, cum opus foret, ſuorum civium auxiliis viribuſque uti poſſet.

Imp. Orientis.

Imperante Henrico VI. Alexius Angelus, filius Iſaacii, in Oriente imperium tenuit.

Mamluchorum, qui tandem imperium invaſerunt, in Ægypto initia, & nominis ſignificatio ac origo.

Adventus Mamluchorum in Ægyptum, quorum celebre poſtea imperium fuit, ad hæc tempora refertur. De quibus Forbeſius Lib. IV. Capite XV. *Verbum* Malach, *in lingua Arabica, ſignificat quidem regnavit, ſicut in lingua Hebræa: at alia ſignificatione* malach *Arabice ſignificat accepit, acquiſivit, emit, poſſedit. Hinc* malic *accipiens, poſſeſſor, &* mamluch *acquiſitus, emptus, mancipium, miniſter, ſive ſit* ἀργυρώνητος, *id eſt, mancipium ære emptum, ſive* αἰχμάλωτος, *id eſt, bello captus & in ſervitutem redactus, ut monent Schindlerus in Lexico pentaglotto, & Ioſephus Scaliger Lib. III. Canonum Iſagogicorum, in notis in dynaſtiam Chalipharum. Ubi etiam monet, Mamluchos illos, qui Soldani Ægyptiorum ſtipatores erant, venditos fuiſſe ex Turcomanis & Circaſſis. Idcirco Abraham Zacuthi Salmanticenſis in ſuo Chronico Mamlucos illos ſemper vocat Turcomanos: ut obſervat Scaliger loco citato. Ubi ſenſum vocabuli indicans, Turcoman (inquit) aut Turcmen eſt* νομαδικὸς, *qui ſtabile ſtabulum non habet; cujuſmodi eſt natio unde iſti Turcomani ſumebantur, Circaſſis finitima.*

Mamluchos illos, Sultani Miſirenſis, id eſt, Sultani Ægyptii, ſtipatores, Abraham Zacuthi Turcomanos, vocabulo gentis, appellat: eoſdemque Ioannes Leunclavius, Lib. XVII. Hiſtoriæ Muſulmanæ, ex Muratis Dragomani commentario, vocat Zercaſſos, vocabulo etiam gentis, quia ex gente Zercaſſorum ſeu Circaſſorum major procerum pars apud Mameluchos illos Ægyptios conſtabat; ut ibidem monet Leunclavius. Qui etiam, eodem libro, monet, Mameluchos illos appellatos eſſe Zindos, id eſt, gladiatores; erant enim equites ſtrenui, & manu promti. In Onomaſtico autem poſteriore ait, pronunciari etiam Zungos & Iſingos: &

ſic in genere appellatos eſſe milites Arabes & Ægyptios. Et eodem vocabulo ſignificari apud Turcos. *Anno Chriſti*

Schindlerus, in radice malach, *narrat Tataros, redactis in ſuam poteſtatem aliquot Armeniæ minoris urbibus, vendidiſſe pueros Chriſtianorum. Et Sultanum Ægyptium, Melech Sala, religione Muhammedanum, eos magno numero comparaſſe, ac in diſciplina militari, armorumque uſu educandos curaſſe, & vocaſſe Mamluchos, id eſt, emptos, ſeu ſervos. Poſtea vero Mamluchos ex ſuo collegio Sultanum conſtituiſſe circa annum Chriſti* M C C L. *Sultanum autem è Mamluchorum collegio electum omneſque Mamluchos vixiſſe cælibes. Et Sultano dignitate proximos fuiſſe quatuor* Emire kibir, *id eſt, Admirales magnos, ex quorum numero per Mamluchos eligebatur Sultanus. Et omnes illos Mamluchos fuiſſe Chriſtianos abnegatos, aut Chriſtianorum filios: Muhammedanam ſuperſtitionem profitentes. (ſicut ſunt apud Turcos Ianiſſari) & magnam eorum partem conſtitiſſe ex Hiberis & Circaſſis, commorantibus ad fluvium Phaſin: quos Tatari capiebant & vendebant Emiris, emptos educantibus, atque Mamluchos efficientibus. Monet idem Schindlerus, in radice Skalam, eos qui ex Iudæis aut Chriſtianis ſe Turcis adjungunt, non Muſelmanos, ſed Mamluchos vocari à Turcis. Nempe Turcis hodie* Mamluc *idem ſignificat, quod olim Iudæis proſelytus, vocabulo Græco.*

Mamluchorum, qui tandem imperium invaſerunt, in Ægypto initia, & nominis ſignificatio ac origo.

M C X C I X.

PHILIPPUS Henrico VI. fratri ſuo in Occidentis imperio ſuccedit.

PHILIPPUS, FREDERICI BARBAROSSÆ F. IMP.

Fuit filius Friderici Barbaroſſæ, frater Henrici VI, qui poſt obitum reliquerat filium Fridericum, quem pater conſenſu ordinum imperii in cunis regem Romanorum fecerat. Mortuo igitur Henrico Philippus frater inſtat apud proceres, ut Friderico traderetur imperium; & quum adhuc puer eſſet, ſibi tutorio nomine petebat adminiſtrationem, quemadmodum pater teſtamento caverat. Facile hoc Philippus impetraſſet, niſi Principum deliberationes turbaſſet Innocentius III Papa, homo ſceleratus, qui ſummo odio perſequebatur Barbaroſſæ poſteritatem, ne ſuis prædeceſſoribus inferior videretur. Acerbiſſimam autem indignationem conceperat Pontifex adverſus hunc Philippum propterea, quod quum præſes Hetruriæ eſſet, in quibuſdam Papæ ſeſe oppoſuiſſet. Quare falſis criminationibus Philippum apud Ordines accuſatum anathematis fulmine notabat, & ſe potius univerſam Italiam in diſcrimen adducturum quam

Anno Chriſti

huic Imperium conceſſurum ſuperbiſſime interminabatur. Hinc inter Principes diſſenſio. Alii enim territi, deſerto Philippo, ſententias inflexerunt ad Bertholdum Zaringiæ Ducem, hominem ſordide avarum, alii a partibus Philippi perſtiterunt; Bertholdus periculum metuens imperium repudiabat. Quod Pontifex indigne ferens Palatinum & Colonienſem impulit, ut Othonem, Henrici Leonis filium, Imperatorem facerent. Ut autem hoc facilius fieret, Pontifex Othoni coronam promiſit, & Philippum anathemate percuſſit, ſcilicet ut reliquos Principes a Philippo abduceret. Quod factum eſt. Hinc nova bella exarſerunt. Tandem Philippus Othonem conſerto prælio ad Moſellam repulit, Hermannum Thuringiæ Landgravium, a quo Erfordiæ obſeſſus fuerat, pacem petere coëgit, Adolphum Colonienſem Epiſcopum in ordinem redegit, a quo deinde imperii inſignia Aquiſgrani accepit Ob hoc Colonienſis a Papa excommunicatus eſt & loco motus, eique ſubrogatus Bruno. Sed Philippus Othonem obſedit Coloniæ, quem urbe exeuntem fudit, & Brunonem vi introductum cepit, vinculiſque coërcuit. Otho vero in Angliam profugit, cujus ſocii rebus ita deſperatis ad Philippum defecerunt. Tandem Otho videns Principes ſeditionibus feſſos, ipſe conſilium init, ad placandum Pontificem Rom.; nimirum filiæ nuptias promiſit Richardo Pontificis ex fratre nepoti. Unde quum Papa videret Thuſciam, Spoletum & Marchionatum Anconæ venire in poteſtatem nepotis, cupidiſſime oblatas occaſiones amplexus Philippum anathemate exſolvit, eumque Othoni placavit. Cum Othone ita tranſactum eſt, ut ei Philippus filiam ſuam deſponderet, ipſe imperium retineret, & poſt obitum Othonem ſucceſſorem haberet. Tantam rerum confuſionem in imperium intulit unus Papa Innocentius III. Cœpit Philippus imperare anno Chriſti MCXCIX, & imperavit annos X, aliis IX & III menſibus. Quum ergo poſt varios illos motus res ad tranquillitatem eſſet perducta, Philippus Bambergam curandi corporis cauſſa ſeceſſit, ubi phlebotomia uſus in conclavi ab Othone Palatino Witlſbach ſcelerate interfectus eſt, pugione in jugulum Imperatoris adacto. Cauſſa cædis fuit, quod Imperator ei ſpem feciſſet de nuptiis filiæ Kunegundæ; quam deinde dedit Wenceſlao, Ottocari Bohemiæ regis filio, idque propter Witelsbachii infamiam ex injuſta cæde contractam.

Mira rerum confuſio in Imperio, ac perturbatio.

MCXCIX.

In

In Orientali imperio magna ſeſe nunc offert mutatio. Nam Alexius junior, filius Iſaaci, ſuſpectus de conjuratione cum Francis & Venetis, qui impune per Græcorum provincias graſſabantur, per ſeditionem repulſus eſt, eique ſucceſſor datus Nicolaus Canabus, minus idoneus ad imperium. Hinc Alexius Ducas, cognomento Murzuphilus, Alexium juniorem ſub ſpecie amicitiæ ad ſe tractum plebi vinciendum objecit, Nicolaum vero præſidio deſtitutum cepit, & ſic, utroque amoto, imperium invaſit. Alexium laqueo ſuſtulit, & deinde Balduinum Flandriæ Comitem, qui cum Bonifacio Marchione Montisferrati, & Henrico S. Pauli Comite in Aſiam contra Turcas & Saracenos moverat, bello adortus eſt, ſed repulſus in urbem Conſtantinopolim ſeſe recepit, ubi digladiantibus inter ſe Theodoro Duce & Laſcare de imperio, urbs capta, direpta & incenſa majore ſui parte conflagravit. Murzuphilus in Peloponneſo comprehenſus, & Conſtantinopolim perductus, poſt exſculptos oculos, de turri præcipitatus a promiſcua plebe fruſtillatim eſt conciſus. Anno igitur M C C IV. Balduinus Flandriæ Comes renunciatus eſt Imperator Conſtantinopolitanus, & contra hunc in Aſia Niceæ Imperator ſalutatus eſt Theodorus Laſcaris, Alexii Imperatoris gener, qui contra Balduinum moturus erat niſi a Turcis fuiſſet impeditus, Sic igitur Orientale imperium diviſum eſt, & ſumma rerum ad Francos eſt tranſlata. Balduinus Scythis bellum intulit, ſed ab iis victus & captus miſerabiliter occiſus eſt. Succeſſit frater Henricus anno M C C VI, & imperavit annis undecim, ſed Laſcaris Niceæ imperavit annis XVIII, & ex Irene filia Alexii Comneni procreavit filiam Irenen, quam uxorem dedit Iohanni Ducæ.

Anno Christi

Impp. Orientis.

Conſtantinopolitanæ urbis incendium.

M c xcix.

Orientale imperium ad Francos träſlatum.

Ad Philippi hujus Imperatoris tempora prima debent referri quaſi cunabula Inquiſitionis, quam vocant, religionis cauſſa inſtitutæ. Quæ res cum ſequutis ſæculis ad noſtra uſque hæc tempora infinitæ hominum multitudini exitio fuerit, maximique terroris motus excitarit, paulo accuratius & fuſius de ea eſt dicendum, verbis inprimis graviſſimi ſcriptoris P. Pauli Servitæ, quæ in Hiſtoria Inquiſitionis ab eo ſcripta leguntur, quibus ſi non multum inſit elegantiæ, veritas ſaltem placebit. Poſt milleſimum & centeſimum ann., ait, emerſerunt innumeri hæretici, ob opinionum diverſitates, quæ fuerant ante 1 annos

Prima Inquiſitionis, cauſſa religionis inſtitutæ, cunabula.

Anno Chriſti

inter Pontifices & Imperatores; uſque ad annum milleſimum ducenteſimum, quo tempore omnia bellis & ſcandalis plena fuêre, & vita non admodum religioſa cleri; quorum hæreſes pleræque natæ ſunt contra Pontificis auctoritatem. In quibus temporibus, propter multitudinem talium peſtium, omnem modum excedentium, neceſſitas impoſita fuit eas tolerandi. Epiſcopus procedebat in hiſce cauſſis, prout poterat, ut in aliis ſupradictis. Et Pontifices Romani crebris literis ipſos hortabantur, & excitabant ad debita; neque ante annum milleſimum ducenteſimum auditum fuit nomen Inquiſitionis, aut Inquiſitoris contra hæreſin. Sed cum Epiſcopi, aut ipſorum Vicarii, non tam idonei aut diligentes hac in parte ſeſe præberent quam Romani Epiſcopi deſiderabant, opportune fuere inſtituti ordines Religionis S. Dominici & S. Franciſci, inter quos multi docti ejus ſæculi fuêre, maximeque zeloſi, ad defendendam Eccleſiam Romanam, & auctoritatem Pontificiam; quibus uſi ſunt Pontifices, ut hæreticos prædicationibus ſuis converterent, exhortantes Principes, populumque Catholicum, ut perſequerentur obſtinatos, inquirentes in omni loco quo numero & quales eſſent hæretici, quis zelus Catholicorum, quanta diligentia Epiſcoporum, & hæc omnia Romam deferebant. Unde nomen Inquiſitorum ipſis impoſitum. Interim nullum habuêre tribunal, ſed interdum Judices eo perduxêre, ut exilio vel aliâ pœnâ hæreticos mulctarent. Interdum quibuſdam è potentioribus armis contra eos agere perſuaſerunt. Interdum populum excitavére, crucem ex panno veſtibus imponentes ſeſe devoventium, qui in unum collecti conducebantur ad exſtirpationem hæreticorum. Hoc ipſum duravit per L annos, nimirum ad annos MCCL.

Inquiſitionis, religionis cauſa inſtituta, & Inquiſitorü, quos vocant, Patrum, origo, & incrementa.

MCXCIX.

Incepto horum Patrum Inquiſitorum inſignes ſuppetias tulit Fredericus II Imperator, qui anno MCCXXIV, Patavii promulgavit quatuor Edicta ſuper hâc materiâ; dum ſub tutela Imperatoris recipiuntur Inquiſitores, ignis pœna hæreticis obſtinatis imponitur, pœnitentibus perpetui carceres, horum omnium examen Eccleſiaſticis committitur, Judicibus autem ſæcularibus condemnatio. Et quidem fuit illa prima lex quæ hæreticis pœnam mortis impoſuit: quæ fructum bonum non protulit ad exſtirpandas hæreſes introductas, propter acerbas diſcordias quæ poſtmodum naſcebantur inter Imperatorem treſque ſequente

Pon-

Pontific. quibus, perpetuis bellis & diſſenſionibus diſtractis, hæreſes profundiores radices egêre, & latius ſeſe extendêre. Tandem mortuo, ſupradicto anno, Imperatore Frederico, dum in Germaniâ res ſunt confuſæ, & in Italiâ interregnum per viginti tres annos durat, Pontifex Innocent. IV, poſt mortem Imperatoris quaſi arbiter remanet in Longobardiâ, & in aliis partibus Italiæ. Hic jam tum animum applicare cæpit ad exſtirpationem hæreſeos, quæ magnos progreſſus fecerat propter præteritas turbas. Et conſiderans quid antehac hâc in parte præſtitiſſent Fratres Dominicani, & Franciſcani, ſummopere diligentes, non metuentes perſonas nec pericula, hoc etiamnum unico remedio uſus eſt: eoſque miſit tantum ad prædicandum, aut ad congregandum cruce ſignatos, aut ad executiones extraordinarias: ſed impertiens ipſis auctoritatem ſtabilem, tribunal perpetuum, quod ſuper hoc negotio tantum curam haberet. Huic rei duo ſeſe opponebant. Primum erat, quo pacto ſine confuſione ſeparari poſſent cauſſæ hæreſios a foro Epiſcopi, quod ſemper eas judicaverat, & quomodo ſuper hâc re jam poſſet conſtitui officium proprium. Alterum erat, quomodo excludi poſſet Magiſtratus ſæcularis, ad quem ſpectabat punire hæreticos, ſecundum antiquas leges Imperiales, & nuperrimas Frederici, & ſecundum propria ſtatuta, quæ ſingulæ civitates cogebantur obſervare, niſi præcipites ſe dare vellent in maximos tumultus. Quod ad primum tale adinvenit remedium Pontifex, ut unum tribunal componeret Inquiſitor & Epiſcopus, in quo tamen Inquiſitor non ſolum primus, ſed ſolus, Epiſcopus autem nomine tenus ſederet.

Anno Chriſti

Inquiſitionis, religionis cauſa inſtituta, & Inquiſitorum, quos vocant, Patriæ, origo, & incrementa.

M C C L I X.

Et, ut ſpeciem aliquam auctoritatis ſæcularibus relinquere videretur, nominare permiſit illis miniſtros Inquiſitionis; ſed ex quibus ipſi Inquiſitores aliquos eligerent. Si quando Inquiſitor per vicos incederet, ei adjungebatur aſſeſſor, ſed electus ab ipſo Inquiſitore: in commune transferre tertiam partem bonorum Fiſco addictorum, & ſimilia talia, quæ Magiſtratum collegam cum Inquiſitoribus in ſpeciem facere videbantur, ſed revera ſervum. Supererat nummos colligere pro expenſis circa incarceratos, & ipſorum alimenta, quocirca hæc è publico ærario ſumenda, ſtatutum fuit, & ſic obſervatum Brixiæ anno MCCLI, & deputati fuerunt in Longobardiâ Fratres S. Dominici Inqui-

ſitores,

Anno Chriſti

ſitores, in regione Flaminiâ & Marchiâ Tarviſinâ. Poſt ſeptem menſes bullam ſcripſit Papa ad omnes Rectores, Concilia & Sodalitia harum trium Provinciarum, præſcribens ipſis XXXI capitula, quæ obſervare deberent ob proſperos ſucceſſus hujus novi officii, jubens capitula referri inter publica ſtatuta, quæ obſervare deberent inviolate, auctoritatem dans Inquiſitoribus excommunicandi non obſervantes ea. Neque tunc temporis Pontifex ulterius extendit Inquiſitionem, neque extra Italiam; quia tres ſupradictæ Provinciæ, prout ajebant, erant in ejus conſpectu, & admodum amatæ ab eo. Sed vera cauſſa fuit, quia in hiſce magnâ pollebat auctoritate, utpote deſtitutis Principe; omneſque civitates ſingulare regimen habuere, & in iis Pontifex multos ſibi addictos habuit ob ultima bella. Nihilominus non tam facile admiſſum fuit hoc Edictum: unde Alexander IV, ejus ſucceſſor poſt ſeptem annos, nimirum anno MCCLIX. coactus fuit hac in parte moderamine uti, Edictumque interpolavit. Jubens nihilominus Inquiſitoribus, ut Rectores cenſuris conſtringerent ad ejus obſervantiam. Eadem de cauſſa Clemens IV, poſt ſex annos, nempe MCCLXV. eodem modo idipſum interpolavit: neque tamen penitus obſervatum fuit, ita ut adhuc quatuor ſequentes Pontific. ſuperare non potuerint omnes difficultates, quæ undique obſtabant ne uſquam reciperetur Officium. Hæ naſcebantur duabus ex cauſſis. Prima erat, temeraria ſeveritas Fratrum Inquiſitorum per extorſiones, aliaque gravamina. Altera, quia ſodalitates ſumptus ferre recuſabant: quocirca tandem concluſum fuit, non debere prætendi, hos è publico ærario petendos eſſe. Et ut temperarent nimium rigorem Inquiſitorum, partem aliquam adſcripſere Epiſcopo: qua de cauſſa non tam difficulter introductum fuit Officium in regionibus Longobardiæ, Flaminiæ & Tarviſinæ, poſtea etiam in Tuſciâ: tranſiit etiam in Arragoniam, & aliquas civitates Germaniæ & Galliæ. In regno autem Neapolitano introductum non fuit, quia non erat reciprocus affectus inter Pontificem, & Regem ejus Regni. E Gallia & Germania brevi tempore ablatum fuit. Inquiſitores ex iis locis expulſi fuêre ob nimium rigorem, & extorſiones: alii abiere, quia nihil ipſis negotii ibidem ſupererat. Pauci etiam reſtabant in Arragonia, neque enim in aliis Hiſpaniæ regnis penetrare potuerunt. Hæc Paulus Servita.

Prima Inquiſitionis, cauſſa religionis inſtituta, cunabula.

MCXCIX.

Pur-

Purgato piraticis excurſionibus Adriatico, Veneti ductores in Ægeum navigarunt, ut Cretam ab invidorum armis Reipublicæ vindicarent. Stetit tamen cupiditas hæc opere non minimo: nec niſi poſt varios bellorum & caſuum eventus illa iterum Veneto imperio ſe ſubmiſit. Pacatam inſulam primus omnium Cretici Ducis titulo, Senatus decreto, adminiſtravit Iacobus Theupolus. Cui tamen non defuit hoſtis in ipſa Creta nutritus & multiplici ſeditione contumax Ageoſtaphanitæ familiæ luxus, & ambitio, quæ Inſulæ imperium affectans Cretenſes ad rebellandum incitaverat. Theupolus, cognita re, Marci Sanuti, qui Naxo, ac reliquis Cycladibus imperitabat, auxilia imploravit. Inde, caſtris receptis quæ defecerant, turbarum auctores facile depreſſi ſunt. Sanutus ex ſucceſſu Cretenſium levitate ignaviaque deprehenſa, quaſi non patriæ, ſed ſibi viciſſet, cupiditate inſulæ accenſus, eam ſui juris facere conatus eſt. Damnato itaque Theupoli duro & vecordi imperio, ex levi quidem cauſa annonæ ad uſum publicum deficientis, tumultus excitat, fugatoque legitimo gubernatore, ipſe Cydone, hodie Canea, primaria Inſulæ urbe, potitur. Hæc Venetiis certis rumoribus ſparſa, ſollicitarunt auxilia, quibus Sanuti protervia caſtigaretur. Claſſe igitur ſecundis ventis in provinciam brevi delata, audentior Theupolus Themeno, quo confugerat, egreſſus, dum alio iter fingit, noctu Cydonem devenit, obſervataque excubitorum deſidia mœnibus ſcalas admovit, & immiſſo milite urbem ex improviſo occupavit. Hinc Sanutus conſternatus ægre ſuas in Ægeum ſedes repetit; quibus ſic præclare geſtis, Theupolo in patriam reverſuro ſuccedit Paulus Quirinus. Hoc rem Creticam gerente biennio poſt altera excitata ſeditio, cujus incendium ex ſcintilla adeo crevit, ut pene tota inſula conflagrarit. Interceptos aliquot ſibi equos ab arcis Bonreparitanæ præfecto Ioannes Scordilius querebatur, homo ſummæ apud Græcos auctoritatis: unde factum, ut cum opinione ſua tardius jumentorum reſtitutio procederet, privatam injuriam publico ſcelere vindicandam ratus, exſtimularet in defectionem Cretenſes. Quirinus, ut factioſos conatus coërceret, deſtinavit Ioannem Gritum: qui dum exercitum ſuum temere ducit, necatur à rebellibus in Pituronenſi ſaltu circumventus. Cautius deinde progreſſus Quirinus tumultuantes magna ſtrage afflixit, & penitus delevit. Subinde Genuenſes, tantæ inſulæ ac-

Anno Christi

Creta, quæ hodie Candia, Veneto imperio quando & quomodo ſubjecta, & Canea capta, & varii in eo regno motus.

M CC VII.

Anno Christi

ceſſione veriti, ne in ſuam perniciem Reſpubl. nimium excreſceret, ſummo ſtudio Venetos ex ea depellere conati ſunt. Junctis igitur viribus cum Melitenſium Comite, cui multa cum Cretenſibus privatim amicitia intercedebat, totam pene inſulam, qua vi, qua fraude, a Veneti nominis reverentia abalienarunt. Sed Rainerius Dandulus, alter triremium præfectus, hoſtium conatibus armata vi occurrens, fortiter juxta ac feliciter pugnando, quæ deſciverant, oppida recuperavit: & ſic bellico quoque jure in ditionem Venetorum Creta redacta eſt. Verum incolæ novum detrectantes imperium turbas rebellioneſque concitarunt; ad quas etiam compeſcendas biennio poſt miſſus idem Dandulus, dum ſtrenui ducis & militis obit munera, telo inter dimicandum conficitur. Patres interim valde anxii de retinenda inſula, in eam prudenti conſilio decernunt coloniam ex patricio plebejoque ordine: qua deducta poſtmodum tranquilliore illius Inſulæ ſtatu potiti ſunt. Verum interim Genuenſes, recentis ſemper invidiæ cauſas nacti, ſævis excurſionibus maria navigantibus infeſta reddebant. Ioannes Triviſanus, claſſis ductor, hoſtium inſolentiam reprimere aggreſſus, quamvis navium numero, & robore longe impar, animo tamen ſuperior, XX eorum inſectatus rates non longe a Drepano, Siciliæ promontorio, XII cepit, & reliquas fugavit, atque ita diſſipatis prædonibus Inferum Superumque mare Venetis mercatoribus aperuit. Sed & hæc victoria pacem peperit, quam ſupplex petiit Genuenſis, eam iterum violaturus, ubi de gloria, ac potentia certamen cum Veneta Republica ſuggeſſiſſet ambitio. Poſt hæc Cretenſi Magiſtratu abeuntem Quirinum ſequitur Ioannes Storlatus. Turbavit & hujus adminiſtrationis quietem tertia a prima, quartodecimo poſt anno, nata rebellio. Excitatam legimus a Melleſinis turbidis civibus, & qui rapinis & cædibus eos multabant, qui in nefandi ſceleris ſocietatem nomen dare recuſabant. Storlatus, defectionis initiis mature occurrendum ratus, tumultuario collecto milite ſceleratis hominibus ita ſe oppoſuit, ut, reportata inſigni victoria, eos in tantam rerum deſperationem adduxerit, ut vocato Vatazo Leſbio Principe, promiſſoque ei Cretæ regno, illam negligerent libertatem, qua ſub mitiſſimo Reipubl. dominatu frui poterant. Vatazus, haud ignorans leviſſimam occaſionem, præter ſpem ad res maximas veluti ſeſe ducem interdum præbere, XXX arma-

Creta Veneto imperio ſubjecta, & Canea capta.

MCCVIII

tas naves traduxit in Inſulam, quarum navarchus arcium oppugnationi ea ſolertia incubuit, ut intra paucos dies Rhitymnam, Milopotamum, aliaque caſtra, deditione obtineret. Dux Venetus, cui jam cum duplici hoſte pugnandum erat, contra Vatazianam claſſem conſtituit primum confligere, ut externo profligato, domeſticus hoſtis, omni ope deſtitutus, facilius cederet. Quare comparato navali terreſtrique robore, ut in conſpectum hoſtilis claſſis venit, ſtrenuam manu, conſilioque navavit operam, & ita ſuos in pugnam hortatus eſt, ut Vatazianos trepidantes fugarit ab Inſula, & plures naves ceperit. Nec ad integram victoriam ipſa defuere numina; quippe reliquas jam diſperſas prope Cythera fœdiſſimum naufragium abſorpſit. Sublato itaque inſidiarum turbarumque fomite, fracti ſunt ſeditioſorum animi, conſumptæ vires, inque fidem reducta rebellia oppida. Hinc res Cretenſes ſine tumultibus aliquandiu fuerunt, quietumque imperium Storlatus Bartholomæo Gradonico ſucceſſori reliquit; atque hujus miti ingenio prudentique dexteritate factum eſt, ut parta tranquillitate diu inſula frueretur. Tandem, regente Andrea Zeno, magnis irarum motibus iterum conecuſſa eſt Creta. Occiſo Marco, Slenza viro primario, Senatus in nocentes, qui aufugerant, exilii pœna animadvertit. Verum quia ſontes ad ſupplicium gravius conquirendo perperam Candacenſes querebantur; aliis contra in eos ſatis animadverſum videretur; in diverſa ex jurgiis ſtudia & motus diſtracta plebs crebris dimicationibus ex occurſu partium ſe lacerebant. Medio urbis foro civium ſpectabantur certamina, ſpreta Ducis majeſtate, ut nullibi fortaſſis infelicior civitatis facies. Pars illa, quæ domeſtico congreſſu inferior erat, tanquam ſi cum altera ipſe Dux ſentiret, potius quam civi cedere, externo ſe dedere meditatur. Hinc quartam in defectionem apertiſſime diſceſſum. Cæterum, quæ per eos dies ab Italia venerant copiæ, ductore Zeno, civiles impetus ſedarunt, & nutantem Inſulam captis, damnatiſque flagitii auctoribus, in fide retinuerunt. Non tamen diu ab conſuetis turbis reſpiravit Creta, quintam paſſa ſeditionem poſt quinquennalem quietem. Quidam Cortarii fratres, natalibus majorumque titulis elati, Venetum ab Inſula magiſtratum, & ipſum quoque nomen, deturbare conabantur. Pernicioſa inprimis ſceleſtorum manu quædam nobiliora caſtra capta, occupatæ Deſi-

Anno Christi

Creta Veneto imperio ſubjecta, & Canea capta.

MCCVII.

Varii in ea inſula & graviſſimi motus.

Anno Chriſti

lomates anguſtiæ, è quibus perduelles ſæpe excurrebant magno inſulanorum incommodo. Iis occurrens Marcus Gradonicus dimicavit feliciter, & rebellem turbam brevi proſtravit. Ab inſula demigrarunt Cortarii: aſſeclæ pro venia ſupplices impuniti ultro etiam receſſere. Sopitis in hunc modum tempeſtatibus, quæ viginti ac ſex annos Cretam exagitaverant, optata demum tranquillitas affulſit.

M CC VIII. OTHO IV. IMP.

OTHO ejus nominis IV. ſuccedit.

Otho illegitime factus Imperator, arte Pontificis. Pontifex infenſiſſimus adverſarius Othoni. Papa anathema in Othonẽ, ex quo bellum Moguntinum. Othonis faſtus alienavit Principes. Fridericus Henrici VI Imp. filius, contra Othonem evocatur ad imperium. Fœdus inter Fridericum & Philippum, Galliæ regem.

Filius fuit Henrici Leonis ad imperium evectus opera & ſtudio Innocentii III Papæ, a quo tamen mox imperio dejectus fuit. Injuſtis armis per ambitionem, Pontificis impulſu, Imperator factus eſt contra electionem, quare parum felix ei fuit imperium. Cœpit imperare anno Chriſti MCCVIII, & imperavit annos IV. A Papa Innocentio Romæ fuit inauguratus, ſed quum, invito Pontifice, Siciliam occupaſſet, & in Apulia etiam multa oppida cepiſſet, artibus Pontificum ab Imperio alienata, anathematis ictu profligatus eſt. Anathematis formulam publicavit Sigefridus, Archiepiſcopus Moguntinus, cui ſeſe oppoſuerunt quidam Principes. Unde novum bellum eſt conflatum, in quo Moguntina ditio direpta eſt, & ipſe Archiepiſcopus debellatus ad Hermannum, Turingiæ Landgravium, confugit. Otho indicto Noribergæ conventu Principum de Papæ injuriis conqueſtus, & ad tuendam contra Pontificem imperatoriam dignitatem invitatus, quibuſdam in ſuas partes pertractis, bellum renovat, ſed nullo ſucceſſu. Propter faſtum enim potentiſſimos Germaniæ Principes ſibi habebat adverſarios, qui non tam ſtudio Pontificis, quam odio in Othonem ex Sicilia evocabant ad imperium Fridericum, Henrici VI, Imp. filium, tanquam legitimum hæredem, & hactenus quaſi impeditum. Fridericus ex Italia venit in Germaniam, & Othonem ſibi occurſurum, verum a ſuis deſertum, repreſſit, ut in Saxoniam rediret. Interim Fridericus totam ad Rhenum Germaniam occupavit, &, ſuſcepta Aquiſgrani corona, fœdus cum Philippo Galliæ rege iniit, indeque in Sueviam ſe contulit, a Papa contra Othonem confirmatus. Fœdus Friderici cum Galliæ rege iniquo animo tulit Iohannes Angliæ Rex, qui oderat Gallum, & promiſſione auxiliorum Otho-

nem

Anno Chriſti

nem in Belgicam attraxit, unde prælium exortum eſt acerrimum inter Gallum & Othonem ad pagum Bovinas, ubi Otho cum federato Angliæ rege ſuccubuit, & Gallus victor evaſit. Tandem Otho a ſuis derelictus & belli ſumptibus exhauſtus ſponte ab imperio diſceſſit, & poſtea quinquennio exacto dyſenteria rebus humanis eſt exemptus, & Brunſwigæ ſepultus, nulla poſt ſe relicta ſobole. Fratrem habuit Henricum Palatinum ad Rhenum, cujus filia Agnes nupſit Othoni filio, Ludovici Bavari, qui apud Fridericum Imper. effecit ut Palatinatus Bavariæ conjungeretur.

Otho à ſuis deſertus & imperio cedere coactus dyſenteria moritur.

Othone hoc ad clavum imperii ſedente Almaricus quidam magnâ contentione ac conſtantia Romanæ Eccleſiæ quædam dogmata palam oppugnavit. Bernardi Lutzeburgenſis in Catalogo Hæreticorum hæc de eo verba ſunt, ſed quæ in nonnullis partium ſtudii ac calumniantis haud dubiam habent ſignificationem. *Almaricus ſub Othone IV. & Innocentio III. Cæſarius in Dial. diſt. 5. dicit: Eodem tempore, quo manifeſtatæ ſunt hæreſes Albigenſium in Pariſienſi civitate, quibuſdam viris literatis perſuaſio diabolica perverſum inſtillabat intellectum, quorum Almaricus magiſter pravitatis fuit. Dicebant enim non aliter eſſe corpus Chriſti in pane altaris, quam in alio pane & in qualibet re. Sicque Deum locutum fuiſſe in Ovidio, ſicut in Auguſtino. Negabant reſurrectionem corporum: ſimiliter paradiſum & infernum negabant, ſed qui haberet cognitionem Dei in ſe, quod ipſe haberet in ſe paradiſum: qui vero peccatum mortale haberet, infernum haberet in ſe, ſicut dentem putridum in ore. Altaria, ſanctos, ſtatuas, & imagines turificare, idololatriam eſſe dicebant. Tanta audita perverſitate conſilio Epiſcoporum & Theologorum ducti ſunt in campum, & coram univerſo populo ſunt degradati, & in adventu regis Franciæ adusti. Qui in mente obſtinata nullum ad interrogata dabant reſponſum, in quibus in ipſo mortis articulo nullum poterat perpendi judicium. Cum autem ducerentur ad tormenta, tanta eſt orta aëris inclementia, ut nemo dubitaret quin ab eis aër fuiſset concitatus, a quibus tantus error morientibus fuerat perſuaſus. Et Almaricus à generali Concilio Romæ condemnatus eſt & excommunicatus, in campo ſepultus & exhumatus, & cinis & oſſa ejus per ſterquilinium ſunt diſperſa. Et merito, quod, ſecundum Brixienſem, pro crimine hæreſis poteſt quis poſt mortem excommunicari & damnari. 24. q. 2. c. finali. Dixit etiam, quod ſi Adam non peccaſſet, non fuiſſet diſtinctio ſexus, ſed fuiſset multiplicatio hominum ſicut An-*

M CC VIII.

Almaricus, cum Eccleſiæ Romanæ nonnullis erroribus ſe opponeret, hæreſios poſtulatur.

 gelo-

Anno Chriſti

gelorum. Item, quod Deus non videtur in ſe, ſed in creaturis, ſicut lumen in aëre. Item, quod illud quod alias eſt peccatum mortale, factum in charitate, non eſt peccatum; impunitatem peccatorum promittens. Affirmabat ideas, quæ ſunt in mente divina, & creare, & creari poſſe: cum in mente divina, teſte Aug. nil niſi æternum & incommutabile ſit. Et Gerſon in tract. 3. ſuper Magnificat: Almaricus, & ſimiles hæretici, dicebant mentem contemplativi vel beati perdere ſuum eſſe in proprio genere, & redire in illud eſſe ideale, quod habuit eſſentialiter in arte divina. Et ſunt XX errores Almarici, ut colligitur ex Chronica ſummorum Pontificum, tempore Innocent. III. & Extra. de Sum. Tri. & fin. ca. dicitur: Reprobamus & condemnamus perverſiſſimum dogma impii Almarici, cujus mentem pater mendacii ſic excæcavit, ut ejus doctrina non tam hæretica, quam inſana ſit cenſenda.

Errores Almarico tributi.

MCCX. Floruit, Othone imperante, Abrahamus, Zachariæ, præfecti Tunetani in Africa, filius, excuſſo Marochenſium jugo, Rex Tunetanus ſalutatus. Qua de re paullo fuſius hic dicendum eſt. Regnum Tunetanum eſt in ea regione, quæ proprie Africa quondam dicta fuit, cum Romani rerum potirentur. Ei Metropolis eſt Tunetum, oppidum nobile & copioſum, ſolo veteris Carthaginis vicinum. Id fuit jam tum fortunæ mediocris cum Carthaginis res maxime florerent, ut ex Polybio & Livio autoribus optimis cognoſcimus: ſed incrementa multo majora accepit, Carthagine a Saracenis exciſa. Saracenorum enim pars regione hac occupata poſt Carthaginis ruinam ſedes illic poſuere. Regnum regiones complexum eſt peramplas, & felices, a finibus veteris Cyrenaicæ ad Teleuſinios, comprehenſa bona quoque Numidiæ parte, ſolo ut plurimum fæcundo, oppidis & vicis frequens. Fuit aliquamdiu in poteſtate regum, qui in Mauritania dominabantur, quorum imperium ad confinia Cyrenaicæ ſecundum mare Mediterraneum extendebatur. Horum primus Abdul-Mumen fuit: cui filius Ioſephus ſucceſſit; Ioſepho Iacob Almanſor, huic Mahometes, Mahometi filius Ioſephus II, qui a militibus regis Teleuſinii eſt cæſus. A quo tempore præfecti Tunetani, excuſſo regum Marochenſium imperio, diadema ipſi uſurparunt. Initium factum ab Abrahamo, Zachariæ præfecti filio, qui Tunetana ditione non contentus urbem Teleuſinam occupavit, ac regionem ſibi ſubjecit; Maurorum regem, Feſſæ dominantem, ad pacta ſecum ineunda adegit: Tunetum excoluit

Regni Tunetani in Africa origo, principes, & mutationes variæ.

& auxit.

& auxit. Floruit circiter annum Chriſti M C C X. Eum in regno ſecuti per ordinem Belabes, Buffares, Manſtaſar Ottomenus, Ieſaias, Abdel-Mumen, Zacharias, Mahometes, Aſſan, quem Melei-Aſſen vulgo vocant. Hic per cædes fratrum ſuorum paterno regno potitus poſt aliquot annos ab Hariadeno Barbaroſſa, Algieræ regulo pirata nobili, & claſſis Turcicæ præfecto, eodem regno ejectus, a Carolo V Imperatore, ad quem confugerat, anno æræ Chriſtianæ M D X X X V in regnum armata manu reductus, eamque ob cauſam clientelam Carolo profeſſus fuit. Verum haud diu poſt, ut facinorum ſuorum pœnas daret graviores, ab improbo filio Amida captus, oculiſque privatus, miſeram deinceps vitam cæcus exegit. Surrogatus ei frater eſt germanus Abdimelech: ſed hic, cum vix uno menſe regnum tenuiſſet, moriens filium Mahometem ſucceſſorem reliquit. Quo etiam poſt quadrimeſtre per patruum everſo, Amida ille, qui improbum facinus in patrem nuper patraverat, regnum invaſit, tenuitque per annos aliquot. Sed ne hîc quoque claudicare videretur vindicta divina, quæ patrem ulta fuerat, excitatus eſt Ulu-Zalis, præfectus Turcicus, qui armorum vi Tuneto occupato Amidam toto regno exuit, coëgitque vitæ conſervandæ cauſa in arcem Guletam, Tuneto vicinam, a Carolo V nuper extructam, & valido præſidio Hiſpanorum munitam, confugere. Ita univerſa illa ora Africæ a Philenorum aris in Mauritaniam uſque (Tripolim enim cum vicina regione jam ante Sinane duce in poteſtatem redegerant) Turcarum imperio ſubjecta fuit. Atque hoc duravit ad annum, qui ſecutus eſt cladem Turcarum maritimam ad Echinedas inſulas, qui fuit æræ Chriſtianæ M D L X X I I I. Quo anno Ioannes Auſtriacus, idem ille exercitus Imperator, qui cladis Turcicæ autor fuerat, ex voluntate fratris ſui regis Philippi Tunetum invaſit & cēpit, regemque ei & toti regno dedit Machmeten, Almidæ fratrem: Amidam ipſum, ut inviſum ſuis ob ſcelus in patrem commiſſum, nec gratum Hiſpanis, in Siciliam cum filiis duobus, & hinc in Italiam deportavit: arcem peramplam & validam, ingentique præſidio aliquot millium recipiendo idoneam, ad ipſam urbem Tunetanam molitus eſt. Verum iſta fortuna Machmeti & Hiſpanis perbrevis fuit. Nam anno proxime ſequente, munitionibus Auſtriaci nondum confectis, ductu ejuſdem Uluzalis, urbs ipſa Tunetana, & arx nova urbi adhæ-

Anno Chriſti

Regni Tunetani in Africa origo, principes, & mutationes variæ.

M C C X.

rens,

Anno Christi

rens, & Guleta a Carolo V ante annos XXXIX ad tuendum regnum extructa in poteſtatem Turcarum redierunt. Regno Tunetano finis impoſitus, cum ſtetiſſet ab Abrahami initio annos circiter CCCLXX.

MCCXII. FREDERICUS II. IMP.

Othonem FREDERICUS II. in imperio excepit.

Fridericus quomodo ad imperium evectus.

Fuit filius Henrici VI, nepos Friderici I ſeu Barbaroſſæ, ad imperium ex Sicilia evocatus, ut ſupra meminimus, cui proceres imperii, poſtulante patre, imperium juramento promiſerant, ſed Pontificum, qui Friderici Barbaroſſæ poſteritatem oderant, furore impediti non præſtare poterant. Cœpit imperare anno Chriſti MCCXII, & imperavit annos XXXVIII, varias Pontificum fraudes & inſidias expertus. Othonem imperio motum adverſarium habuit infenſiſſimum, quem memorabili prælio Boviniensi (ad pagum Bovinas) vicit Philippus Galliæ Rex, anno MCCXIV. Pacata hoc modo Germania, Pontificis Innocentii III conſilio decretum fit de expeditione in Syriam pro terra Sancta recuperanda. Scopus Pontificis erat, ut Friderico in Aſiam ablegato ipſe interim domi majore licentia uteretur, & omnem Friderici hæreditatem, quam habebat in Italia, ad ſe transferret, remque eo deduceret, ut Friderico reverſo in Italia conſiſtendi nullus relinqueretur locus. Ut autem omnia majore pietatis ſpecie fierent, bellum hoc in Lateranenſi Concilio decretum eſt anno MCCXV, quo promulgato magna concitata eſt multitudo, quæ ſymbolo crucis religioſam militiam profeſſa ad iter in Aſiam ſeſe accinxit. Interea Pontifex omnem Imperatoris poteſtatem ad ſe transferre ſtudet: ſed dum proficiſcitur ad componenda bella inter Piſanos & Genuenſes, Peruſii in morbum incidit, quo victus exſpiravit, anno Chriſti MCCXVI, eique ſubſtitutus eſt Honorius III, qui pari fide Fridericum Imperatorem excepit. Hujus enim perſuaſu quum proceres aliquot Tuſci & Apuli contra datam fidem quæ imperii erant & Friderici hæreditaria invaderent, occuparent, diriperent, irritatus Cæſar, debellatis hoſtibus, Epiſcopos ſacro ordine motos dejecit, aliis in locum ſurrogatis, alios ad perpetua exilia condemnavit, & hac ratione imperatoriæ majeſtatis acerrimum vindicem ac defenſorem exemplo avi & Henrici IV. Imp. ſeſe probavit. Hinc lerna malorum extitit. Papa poſtulabat reſtitutionem in integrum. Quam Cæſar graviſſima oratione recuſans & in Pon-

Papa decretū de expeditione in Aſiam.

Papa Innocentii III. obitus, cui ſuccedit Honorius III.

Papa Honorii perfidia.

Friderici maſcula virtus oppoſita Papæ.

tificum

tificum fraudes ac machinationes invectus, ad inſaniam ferè Papam adegit. Unde horribilia odia, quæ in exitialia bella ſeſe effuderunt, donec tandem, allectis ſpe regni Neapolitani Gallis Andegavenſibus, tota Frederici poſteritas deleretur, quod accidit circa annum Chriſti MCCLXVIII. Verum ut Honorius Pontifex ſuæ libidini ſatisfaceret, Fridericum propter ſeditioſos juſte punitos anathemate percuſſit. Cæſar pontificiarum molitionum metu convocatis Wurtzburgum Principibus Henricum filium natu maximum imperii conſortem fecit; quem tamen mox, quod abſente patre impulſu Pontificum imperium affectaſſet, & Longobardicas urbes ad defectionem ſollicitaſſet, ex procerum conſenſu cum geminis liberis perpetuis carceribus addixit. Fuerunt ergo graviſſima diſſidia inter Fredericum & Honorium Papam, quæ tandem lenivit Iohannes de Bregna, Rex Hieroſolymitanus, Cæſari in matrimonium locata filia unica, eâ lege, ut Cæſar cum ea jus & hæreditatem regni Hieroſolymitani acquireret, & mox a nuptiis dux belli ſacri proficiſceretur ad regnum contra Saracenos vindicandum. Hoc quum ratum haberet Pontifex, ira ejus nonnihil lenita eſt, & ſponſa ex Oriente Romam adducta, ubi nuptiæ peractæ ſunt. Jam vero omnia credidiſſes in tuto eſſe. Lenita tamen eſt ira Pontificis, ſed non plane ſopita. Etenim Fredericus, ut omnia eſſent conſtantiora in Germania ac tutiora, antequam in Aſiam abiret, Cremonam evocavit Principes Germaniæ, quia Italiam tuto relinquere non poterat, ut de rebus imperii tractaret. Indigne hoc tulit Pontifex Honorius, ideoque omnibus modis, commota Longobardia, congreſſum hunc impedivit. Mora allata eſt inſtitutæ profectioni; ex quo Pontifex novam arripuit occaſionem Imperatorem vexandi; qua, defuncto Honorio, ſucceſſor Gregorius IX mirifice eſt uſus. Hic enim, ægre ferens Imperatorem perpetuo hærere in Italia ad cognoſcendas deſtinationes Pontificias, querelas movebat quod negotium Aſiaticum Cæſar ſegnius tractaret. Cæſar inſtitutum iter aggreditur; ſed quum partim adverſa valetudine, partim contrariis ventis impeditus Brundiſii paulo diutius ſubſiſteret, furere ac debacchari in ipſum cœpit Pontifex, eumque perjurii, adulterii & ſævitiæ in uxorem accuſare, ac tandem anathema denunciare; Socerum quoque Imperatoris Iohannem Bregna Exar-

Anno Chriſti MCCXII.

Andegavenſium ingreſſus in Italiam.

Fredericus anathemate percutitur.

Frederici filius Henricus in patrem perfidus, Pontificum inſtinctu.

Iohannes de Bregna lenit diſſidium inter Fred. & Honorium.

Cremonenſia Comitia, à Fred. inſtituta, ſed Honorio improbata.

Gregorius IX, ſucceſſor Honorii, hujus pertexit telam.

Anno Chriſti M CC XII.

Fredericus ex Aſia reverſus in Italiam Pōtificem habet adhuc iratum, ſed pecunia fulmine anathematis ſe liberat.

Recrudeſcunt contentiones ac diffidia inter Fred. & Pontificem.

Italicarum urbium diviſio, unde Gibellinorum & Guelphorum factiones.

chi titulo in Romandiolam accivit. Imperator, mendaciis Papæ ſcripto refutatis, pergit in Aſiam, & quod Papam antea non ſalutaſſet, nec offenſam expiaſſet, peſſimam iniit gratiam, ſiquidem anathematis contemptum Pontifex ægerrime ferebat. Quare exercitibus in Syria mandavit, ne Imperatorem ſequerentur, quod tamen fruſtra fecit. In Aſia enim Fredericus omnia feliciter & maſcule peregit, factis honeſtiſſimis induciis cum Suldano ad decennium, poſteaquam ex tranſactione recepiſſet Hieroſolymam, & omnes captivos ſuos pretio impetraſſet. Reverſus eſt Imperator in Italiam, & injurias, a Papa Gregorio illatas, prudenter diſſimulavit, pacis conſervandæ cauſſa: ſed ne ſic quidem placatum Pontificem habere potuit, donec ingenti pecuniarum vi animum ejus demulceret, atque ita anathematis fulmen a ſe averteret, pacique ſuæ conſuleret. Rediit ferme poſt octennium Pontifex ad ſuum ingenium. Penetrat Fredericus, ut poſt obitum filii Henrici, qui in carcere erat mortuus, filius Conradus Rex Romanorum deſignaretur. Principes, Papa licet invito, promittunt, & res ſuccedit anno MCCXXXVI. Mox Papa ad alia ſeſe convertit conſilia, quibus Imperatorem in diſcrimen adduceret. Repetebat Fridericus una cum filio Conrado ea quæ in regno Siculo & Neapolitano Pontifex ad ſe rapuerat. Pontifex contra Imperatori edicebat, ut a confœderatis urbibus Longobardicis abſtineret. Cæſare hoc recuſante Pontifex ſummo ſtudio tertio bellum meditatur; quod inceptum eſt anno MCCXXXVIII, & pene exitium toti Italiæ attulit. Hinc enim facta eſt urbium Italicarum diviſio, qua aliæ nomine Gibellinorum Cæſari, aliæ vero nomine Guelphorum Pontifici adhærebant, tanto odio, ut omni laude celebraretur, qui alterum interficeret; duravitque hæc diviſio uſque ad Lutheri tempora, quibus Pontificia majeſtas imminuta eſt ac debilitata. Harum factionum primum incendium ex Hetruria ſeſe effudit in totam Italiam. In hiſce turbis Fredericus admodum anceps rapit conſilium, & inopinata celeritate magno cum exercitu terraque marique invadit Italiam, omniaque adverſa opprimit, diripit ac disjicit, adeo ut tantis ſucceſſibus territus Pontifex nullum aliud niſi anathematis conſilium inveniret, quod tertium in Fredericum emiſit, tanta impudentia ut multi ex Cardinalibus id improbarent; inprimis Petrus de Vi-

Fredericus invadit Italiam. Anathema tertium in Fredericum. Petrus de Vineis.

neis,

neis, vir graviſſimus & juris peritiſſimus. In hoc bello adeo exhauſtus fuit Imperator, ut ſtipendia militibus ſolveret coriaceo numiſmate, quod deinde argenteo mutavit & redemit. Moritur interea Gregorius IX Papa, cui Cœleſtinus, quo mox defuncto Pontifex factus eſt Innocentius IV, qui quum antea Cæſari faviſſet, jam animo mutato infenſiſſimum Cæſaris hoſtem ſeſe declaravit. Quum enim videret, Imperatorem a ſuo inſtituto non deſiſtere, ſed multas urbes occupare, & jam exercitum Parmæ admovere, præ metu in Galliam trajecit; & Lugduni coacto concilio Imperatori diem dixit anno MCCXLV, ſcilicet ut ſe judice condemnaretur. Imperator aliis negotiis impeditus alium diem petiit. Sed fruſtra. Pergit interim Papa inſtare apud Principes, ut Fridericum imperio deturbarent, idque obtinuit. Traditur imperium Henrico Landgravio Turingiæ, & Haſſiæ anno MCCXLV, poſt hunc Wilhelmo Comiti Hollandiæ MCCLV, & ſecuta ſunt deinceps atrocia Principum diſſidia uſque ad imperium Rodolphi Habſburgenſis circa annum Chriſti MCCLXXIII. Tot igitur & tam variis fortunæ procellis jactatus Fridericus & ab amicis deſertus, quum inſidias ſibi in Italia fieri intelligeret, conſtituit in Siciliam redire, ſed in itinere ardentiſſima febre correptus, propinato veneno, vitam cum morte commutavit. Hæc Guthberletus.

Anno Chriſti MCCXII. Numiſma coriaceũ. Gregorii IX. obitus. Innocentius IV. Papa inſtinctu Fridericus movetur imperio. Henricus Thuringiæ & Haſſiæ Landgravius. Wilhelmus Hollandiæ Comes. Rodol. Habſburg. Impp. Friderici obitus.

Concilium Oecumenicum XII. & Lateranenſe II. ut jactat Rocha, A. D. MCCXV. celebratum, omnium, quæ unquam fuerant in univerſa Europa, vel Eccleſia, extitit celeberrimum. Nam præter Romanum Pontificem, Innocentium hujus nominis IV. qui Concilio præfuit, ex quatuor orbis terrarum nobiliſſimis Patriarchis duo hac in Synodo interfuerunt, Conſtantinopolitanus ſcilicet, & Hieroſolymitanus. Antiochenſis enim excuſatione morbi legitima, ſacerdotes legatos & ſanctos miſit. Alexandrinus autem ab Ægyptiis ire vetitus ex ſuis miſit Oratores. Archiepiſcopi tum Græci, tum Latini, ſeptuaginta: Epiſcopi quadringenti, Abbates duodecim; ſacrorum Cœnobiorum primores octingenti conſedere. Fuerunt denique in univerſum Patres 1285. vel 1300, ut placet Antonino, Archiepiſcopo Florentino, qui mille & tercentum Epiſcopos huic Synodo interfuiſſe ait, Epiſcopos pro Prælatis, jureque ſuffragii ferendi in Concilio inſignitos, uſurpans. Græci autem & Romani Imperii legati,

De Concilio II. Lateranenſi Oecumenico. Rocha ſuperba de eo narratio.

Anno Christi

gati, Regumque Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Hieroſolymæ, & Cypri oratores interfuere.

Hoc in Concilio damnatus fuit libellus, quem edidit Abbas Joachim contra Petrum Lombardum, Magiſtrum Sententiarum, de unitate eſſentiæ, ſive de eſſentia ſanctiſſimæ Trinitatis. Magiſter enim in libro primo Sententiarum dixit: Quædam ſumma res eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; & illa non eſt generans, nec genita, nec procedens. Hæc Magiſter. Ex quibus verbis Abbas Joachim, hujuſmodi doctrinam haud recte percipiens, quaternitatem colligebat: & quartam in divinis rem adſtruebat, hujuſque generis errorem & notam Magiſtro impingebat. Hinc, damnatâ Joachimi doctrinâ, ſuper quam dictum Magiſtro Sententiarum falſo adſcriptum fundabat, approbata eſt hæc Magiſtri doctrina, hunc ſcilicet in modum. Quædam ſumma res eſt, incomprehenſibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, tres ſimul perſonæ, quarum quælibet eſt illa ſumma res non generans, non genita, nec procedens: ſed Pater eſt qui generat; Filius qui gignitur; Spiritus Sanctus qui procedit. Diſtinctiones enim ſunt in perſonis, & unitas in eſſentia, vel in ſubſtantia, & in natura. Alius namque eſt Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, quantum ad diſtinctionem perſonarum; non tamen aliud: ſed in eſſentia, & natura univerſa Trinitas omnino idem: treſque perſonæ illæ divinæ conſubſtantiales dicuntur, & ſunt.

Joachimi Abbatis errores damnantur.

MCCXII.

Hoc item in Concilio de confeſſione auriculari, ſingulo quoque anno facienda, & Euchariſtia in Paſchate recipienda, deque conſecrationis verbis, ſanctiones fuerunt acclamatæ, & promulgatæ: bellumque ſacrum, quod Cruciatam appellamus, de Hieroſolyma recuperanda decretum fuit, cruce ſignatis inſtitutis. Hinc ſummus Pontifex Innocentius in ſubſellio Pontificio aſſidens duos viros, ad pedes ſuos provolutos, cruce ſignatorum duces inſtituere, Concilio univerſo ſpectante, conſpicitur. Hujus Concilii inſcriptio in hanc legitur verborum formam:

Factum de Euchariſtiæ uſu. & Bello Sacro. decretum.

INNOCENTIO III. PONT. FEDERICO II. IMP. ABBATIS JOACHIM ERRORES DAMNANTUR. BELLUM SACRUM DE HIEROSOLYMA RECUPERANDA DECERNITUR. CRUCE SIGNATI INSTITUUNTUR.

Anno Chriſti

Ad lævam hujus Concilii partem Sanctus Franciſcus Eccleſiam Lateranenſem humeris ſuſtinere cernitur. Hic enim Romam venit, ut ſui Ordinis regulam ab Apoſtolica ſede confirmandam curaret, ſed ab Innocentio III. rejectus eſt. Hunc autem idem Innocentius, cum in ſomnio poſtea idem Franciſcus, quem repulerat, collabentem Lateranenſem Baſilicam ſuis humeris ſuſtinere ſibi viſus eſſet, conquiſitum accerſiri juſſit, benigneque excipiens omnem ejus inſtitutorum rationem confirmavit. Quare hujus generis hiſtoria, ut volunt, ad Baſilicam Lateranenſem, in qua Synodus ipſa celebrata fuit, & ad eundem Pontificem pertinens, hoc in loco repræſentatur, ut inſcriptio, quæ infra legitur, palam docet hunc in modum: *Franciſcanorum Ordinis origo.*

INNOCENTIO III. PONTIFICI PER QUIETEM S. FRANCISCUS ECCLESIAM LATERANENSEM HUMERIS SUSTINERE VISUS EST.

Ad ejuſdem Concilii dextram ſanctus Dominicus flagellum manu geſtans conſpicitur. Hic enim Sanctus, quamvis ſui ordinis confirmationem ab Innocentio III. in Concilio Lateranenſi, ad quod cum Epiſcopo Toloſano venerat, non acceperit, ſed ejuſdem Pontificis hortatu ad ſuos pro regula ſibi deligenda remearit, & ab Honorio III. Sancti Auguſtini Regula ſuſcepta, ordinis Prædicatorum confirmationem impetrarit, hoc tamen in loco repræſentatur, propterea quod ejus conſilio, & opera Simon ille illuſtriſſimus, & Chriſtianiſſimus Comes a Monte Forti pugnam contra Albigenſes ſuſceperit: quo in prælio centum millia hæreticorum ab octo millibus Catholicis fuſa, & interfecta fuiſſe perhibentur: ex quibus cum multi capti eſſent, centum & octoginta fuerunt concremati, hæreſim abjurare renuentes. In hujuſmodi hæreticæ pravitatis extirpatione, & in prædicationis officio, a quo Prædicatorii ordinis nomen deſumptum eſt, Sanctus Dominicus annos circiter decem iis in partibus adlaboravit. Inſcriptio, dictam contra Albigenſes pugnam indicans, in hanc verborum legitur formam: MCCXII. *Dominicanorū, aut Prædicatorū, Ordinis origo.* *Magna Albigenſium aut Waldenſium ſtrages.*

S. DOMINICO SUADENTE, CONTRA ALBIGENSES HÆRETICOS SIMON, COMES MONTIFORTENSIS, PUGNAM SUSCIPIT, EGREGIEQUE CONFICIT.

Anno Christi

Concilium I. Lugdunense, Oecumenicum, ut volunt, celebratum.

Eodem Frederico II imperante, ſed adverſus Fredericum, (horum enim Conciliorum hiſtoria hic conjungenda videbatur) Lugdunenſe primum Concilium, & Generale XIII. Lugduni, civitate celeberrima, totiuſque Galliæ Celticæ olim emporio, in colle ſupra confluentem Rhodani, & Araris imminente, nunc vero in plano ſita, magna ſui parte Rhodano & Arari fluminibus incluſa, circa annum Domini MCCXLVII. miſſis per orbem terrarum nunciis, celebratum fuit ſub Innocentio IV. primo Anagniæ Pontifice, qui præſens adfuit Concilio; in quo Fredericum II. Imperatorem, qui pacem inter Eccleſiam & imperium initam non ſemel violaſſe, Cardinaleſque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ceteroſque Prælatos & Clericos ad Concilium proficiſcentes carceri mancipavit, regnumque Siciliæ, beati Petri patrimonium in ſceleſtiſſimam, ac tyrannicam ſervitutem redegit, hæreſiſque vehementi ſuſpicione laboravit, Fredericum, inquam, rogatum prius & admonitum per Cardinales legatos, deinde ad Concilium per nuncios accerſitum, eoque proficiſci renuentem, excommunicatum, omnique honore ac dignitate privatum adjudicavit, adjudicatumque promulgavit, & Eccleſiæ hoſtem declaravit, atque ad Electores imperii de novo eligendo Imperatore ſcripſit.

MCCXII.

Huic Concilio interfuerunt omnes, ut jactat Rocha, Eccleſiæ Cardinales, aliique Prælati, nec non Ludovicus Rex Francorum offerens ſeſe, ſuumque regnum in Eccleſiæ, ac ſummi Pontificis, defenſionem, ut ad lævam hujus Concilii videre eſt. Ad dexteram vero Innocentius IV. ſubſellio Pontificio inſidens pileo rubro Cardinales decorare cernitur. Nam ad illam uſque diem hujus generis galerum geſtare ampliſſimus ille Senatus non conſuevit. Quæ res uſum tandem obtinuit, & jure quidem, non ſolum ut major illuſtriſſimo illi ordini accideret majeſtas, ſicut res ipſa poſtulat, ſed ut hujuſmodi argumento admoneantur Cardinales oportere pro Chriſtiana religione ſe ſemper paratos eſſe diſcrimini, & ſanguinem effundere, ſi opus foret. Cardinales enim ſunt Conſiliarii ſummi Pontificis, Templi Dei baſes, clariſſima Eccleſiæ lumina, & columina, verique cardines figurati in iis Sacræ Scripturæ verbis; Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem. Quam ſententiam Oſtienſis ille Doctor egregius ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales

Superba de eo Angeli Rocha narratio.

per-

perpulchre tranſtulit dicens; Sicut oſtium regitur cardine, ita & Eccleſia Romana conſilio regitur Cardinalium: quia etiam per ſeptuaginta illos viros ſenes, populi magiſtros, ejuſque onus ſecum ſuſtentantes, & per illos Sacerdotes Levitici generis conſiliarios figurati ſunt. Hi autem in primitiva Eccleſia ad pium miniſterium inſtituti, nonnumquam Preſbyteri, quandoque vero in quacunque Eccleſia principales Sacerdotes, ſeu Epiſcopi, dicebantur Cardinales, id eſt, principales: ut apud Gregorium Magnum videre licet: qui primates Eccleſiæ cujuſcumque etiam Epiſcopos frequenter Sacerdotes Cardinales appellat, quibus, inſtar ſeptuaginta illorum ſenum onus populi in veteri Teſtamento ſuſtentantium, ad Levitici generis Sacerdotum, animarum cura, ſpe retributionis futuræ, committebatur. Quod autem principio prorſus oneri fuit, ſummo tandem, nec immerito quidem, & oneri atque honori etiam eſſe cœpit, quando ſcilicet illi in adminiſtranda Republica Chriſtiana Pontifici ſemper præſto adeſſe cœperunt, atque ita ut inter contentiones Imperatorum, ac populi Romani de Pontifice creando non ſemel ſubortas, auctoritatem, & prærogativam ipſius Pontificis eligendi ſibi jure compararint. Hinc iis paulatim non ſolum poteſtas, ſed decus etiam & externum ornamentum, quod ad habitum pertinet, acceſſit, præſertim vero ubi primum ab Innocentio IV. ſancitum fuit, ut equo deinceps inſidentes rubro uterentur galero: poſtea vero a Paulo II. Veneto veſte coccinea, cucullo inſigni, hoc eſt, Lacerna, quam ſic veteres appellant, donati fuerunt, euſque hujus generis habitum non habentes. Unde Cardinalis nomen ita celebre paulatim redditum fuit, ita denique hic ordo ſupremus tantoque incremento auctus evaſit, ut ſolus ſit univerſæ Reipublicæ Chriſtianæ Senatus.

Anno Chriſti MCCXII.

Superba de eo Angeli Rocha narratio.

Cardinales pileo rubro, & purpura donantur, & quare, ex ſententia Rochæ.

Hæc de pileo rubro & purpurea veſte, quibus Cardinales non immerito decorati ſunt, ut in hoc Concilio videre eſt. in quo etiam de recuperanda Terra Sancta ſancitum fuit, Sancto Ludovico, Francorum Rege, quintæ expeditionis duce creato; qui cruce ſignatus, & in Aſiam cum exercitu profectus, quinto poſt anno in Galliam rediit.

Nec ſilentio prætereundum eſſe cenſeo, Innocentium IV. inter alia, ut ait idem Rocha, ſe geſta, immortalitateque digniſſima, nuncios ex ordine Prædicatorum ad Tartaros miſiſſe

Fratres Prædicatores ad Tartaros mittuntur.

Anno Chriſti

pro iis ad fidem convertendis. Hic etiam Pontifex Petrum Martyrem, ex eodem Ordine, Sanctorum catalogo inſcripſit, compluresque Cardinales, viros ſane egregios, creavit, præſertim vero Hugonem, ordinis item Prædicatorum, primum Cardinalem, virum omni probitate ornatum, ac doctiſſimum; qui univerſam Scripturam Sacram quadruplici ſenſu explanavit, & in Pſalmos luculentiſſimum edidit commentarium, Bibliorumque indicem, quem Concordantias vocant, laborioſiſſimum ſane, & immenſi tædii ac temporis opus, ſacrarumque litterarum ſtudioſis magnopere neceſſarium, primus excogitaſſe, excogitatumque promulgaſſe, perhibetur: qui etiam in Germaniam ad Imperii Electores legatus miſſus eſt pro novo eligendo Imperatore, Frederico II. dignitate imperatoria privato, & huic Concilio Lugdunenſi primo interfuiſſe creditur. Summus autem Pontifex Innocentius multis rebus geſtis clarus Peruſii ex hac luce deceſſit. Inſcriptio, quæ hujus Concilii res præcipuas exponit, hæc legitur;

Facta in Concilio hoc Lugdunenſi I. decreta.

MCCXII.

INNOCENTIO IV. PONT. MAX. IMP. FREDERICUS II. HOSTIS ECCLESIÆ DECLARATUR, IMPERIOQUE PRIVATUR.
DE TERRÆ SANCTÆ RECUPERATIONE CONSTITUITUR.
HIEROSOLYMITANÆ EXPEDITIONIS DUX LUDOVICUS, FRANCORUM REX, DESIGNATUR.
GALERO RUBRO, ET PURPURA, CARDINALES DONANTUR.

Rocha notatur.

Hæc Rocha in Bibliotheca Vaticana, ubi de pictis in eâ imaginibus; quem in his, quæ de Frederico commemorat, tradendis partium ac calumniandi ſtudio vim & injuriam veritati facere, ex præcedentibus unicuique facile poteſt liquere.

Decretum in Anglia factum de Canonico jure non tradendo.

Fredericus idem cum imperium haberet factum in Anglia decretum regium eſt de Jure, quod Canonicum vocant vulgo, in publicis ejus regni Scholis non tradendo, quod imminuere majeſtatem principum, eique plurimum detrahere crederetur. Verba decreti, qualia in regiis ſcriniis hodieque leguntur, adſcribenda duximus; MAJOR ET SENIORES PER TOTAM CIVITATEM LONDON CLAMARI FACIANT, ET FIRMITER PROHIBERI, NE ALIQUIS SCHOLAS REGENS DE LEGIBUS IN EADEM

CIVITAS, DE CÆTERO IBIDEM LEGES DOCEAT. ET SI ALIQUIS IBIDEM FUERIT HUIUSMODI SCOLAS REGENS IPSUM SINE DILATIONE CESSARE FACIANT. Recitat antiquitatum patriæ ſuæ peritiſſimus Ioannes Seldenus in Appendice ad Diſſertationem de Decimis, Anglice ſcriptam, & de jure Pontificio, quod vulgo Canonicum vocant, interpretatur. *Anno Chriſti*

In regno ſeu imperio Conſtantinopolitano Henrico, fratri Balduini, ſucceſſit Petrus Antiſiodorienſis anno Chriſti MCCXVI, & imperavit annos V. Hic Petrus uxorem habuit Iolantam Henrici anteceſſoris filiam; propter quam imperium quaſi hæreditario jure adiit. Romam profectus eſt, ut ibi a Pontifice coronaretur, ſed ſane infeliciter. Nam Theodorus Laſcares, qui Niceæ ſeſe Imperatorem fecerat, interea Epirum occupabat & Dyrrachium, inde Petro reditum ad urbem Conſtantinopolim intercluſurus. Petrus, in nemoroſa Theſſaliæ loca delatus, incidit in inſidias, & interceptus eſt: adductus ad Theodorum per calumniam condemnatur, &, toto biennio in tetro ſqualidoque carcere fatigatus, tandem necatur. Alii ſcribunt, quod comiter invitatus in convivio obtruncatus ſit. Petri vidua imperium adminiſtravit uſque ad reditum ex Gallia Roberti filii; qui patri ſucceſſit anno Chriſti MCCXXI, & imperavit annos VII, impenſeque coluit Venetorum amicitiam. Romam abiit inaugurationis cauſſa, unde reverſus in Achaia morbo extinctus eſt. Sufficitur ei filius Balduinus II, qui imperium tenuit annos XXXIII. Cum vero puer adhuc ineptus eſſet ad gubernationem, & Laſcarini in omnes occaſiones urbis recuperandæ eſſent intenti, ſuaſerunt Veneti, ut impuberi Imperatori uxor daretur filia Alexii Comneni: ſed proceribus Gallicis non placuit, quod a Græca affinitate periculum eſſet inſignis mutationis in gubernatione. Repudiato igitur hoc conſilio, ſuggeſtu Pontificis Gregorii, addixerunt ei uxorem Martham, filiam Iohannis Brennii, regis Hieroſolymitani, (qui alias dicitur Iohannes de Bregna, fuitque nobilis Gallus, qui Almericum, Cypri regem, per matrimonium Hieroſolymitani regni titulo decoratum, dominatu exuerat, regnumque Hieroſolymorum cum filia Iole ad Fredericum II. Imp. tanquam Siciliæ & Neapolis principem tranſtulerat.) ſororem Ioles, conjugis Friderici II, Imp. Extincto ſocero Ioh. Brennio Balduinus potentiſſimus hoſtes ſtitit Græcos; a quibus diu

Conſtantinopolitani Impp. & res ab iis geſtæ.

MCCXII.

Anno Chriſti

multumque vexatus adeo fuit, ut fugæ ſeſe dare & imperium Conſtantinopolitanum Græcis relinquere cogeretur, Michaële Palæologo illud capeſſente; quod factum eſt poſt obitum Friderici II. Imp. anno MCCLXI.

Maximi terroris irruptio Tartarorum in Aſiam & Europam.

Tartarorum Rex Hoccata, filius Changii, tres filios ſuos tantis copiis inſtructos emiſit, ut unus ad Occidentem, alter ad Septentrionem, tertius ad Meridiem loca munitiſſima invaſerit. Ipſe vero Hoccata Orientem adortus eſt. Hinc adeo factum eſt, ut Parthiam, Mediam, & alia multa Tartari occuparint, & Turcis ipſis regnum ademerint. Porro in Europam infuſi ſunt Tartari circa annum Chriſti MCCXL, & primum in Græciam involarunt, ſed inde pulſi ab Alexio in Ruſſiam & Moſcoviam belli impetum converterunt. Sequente anno, agmine tripartito, irruerunt in Ungariam, Moſcoviam, Poloniam & Sileſiam; ubi etiam Henricum Pium, filium Henrici Barbati & S. Hedwigis, Sileſiæ Ducem, ad Lignicium occiderunt, alioſque plures fortiſſimos viros: ipſam urbem Lignicium incenderunt. Tanta Chriſtianorum ſtrages edita ſcribitur, ut illorum abſciſſæ auriculæ novem grandes ſaccos impleverint.

MCCXLI.

Dux eorum Badus, Terror Europæ, & multarum ejus regionum vaſtator.

Ducem ejus expeditionis Tartarorum Baldum nonnulli, alii Batum, aut Badum, appellant; qui cum maximi terroris fuerit, adeo ut TERROR EUROPÆ propterea dictus ille ſit, cumq; præcipuas Europæ ditiones, ut de aliis jam non dicam, invaſerit & occuparit, occaſionem ei præbitam, cauſſamque prætermittere hic ego non debeo. Quâ narrandâ in re, obiter tantum ab aliis memorata, (cum fuſius tamen debuerit haud dubie exponi) optimum, & diligentiſſimum, publicarumque fultum, ſi quis unquam Hiſtoricorum, tabularum monumentis, Ioannem Aventinum ſequemur.

Cauſſa tantæ calamitatis vera traditur.

Datam expeditioni, & quæ inter graviſſimas in Europa numeranda eſt, cauſſam occaſionemque quod attinet, haud alia inſignior aut notior offertur, quam Imperatorum Pontificumque Romanorum atrociſſima diſſidia, corrupto & quaſi domi a ſuis everſo Eccleſiæ ac Imperii ſtatu. Sedebant jam animis fixa & manebant ſtudia diverſa, & ſic in exitium utrimque itum eſt. Diſſentiendi enim libido ambitioq; non habet ubi ſe ſiſtat. Aventinum audiamus. Maximi ejus verba hic momenti ſunt. Lib. Annalium „Bojorum VII. hæc leguntur. Rurſus crimina, factiones,

fraudes,

„fraudes, ſcelera, cædes, bella civilia, quibus omnia divina, „humana commixta, Reſpublica Chriſtiana, diſcordiæ malis „contuſa, præda paucorum libidini facta eſt, commemorare „cogor. Quod quam moleſtum, quam arduum mihi ſit, quiſ„que veritatis amator, Chriſtianæque ſimplicitatis cultor, re„rumque humanarum peritus, ſuo ingenio metiatur. Equidem „nullius obtrectator, aut adulator ſum; ſicut lex hiſtoriæ poſtu„lat, libero ore loquor. Id quod non feciſſe L. Siſennam, pri„mus Romana Criſpus in hiſtoria carpit. In libera civitate, in„quiebat Imp. Tiberius, licet mortalium triſtiſſimus, linguam, „mentes liberas eſſe debere. Hoc profecto magis in hiſtoria, „quæ veritatis ſcrinium atque interpres eſt, exigitur. Haud un„quam mihi credibile fuiſſet, tantam væcordiam cuiquam ho„minum ineſſe, niſi autographa nactus forem. Pudet explicare „verbis, quæ illos non puduit facere. Quam pauciſſimis pote„ro, & quatenus ad Bojariam (in qua hæc primum ſcintilla „Landſhutæ exarſit) attinet, ſummis duntaxat (ut ajunt) digi„tulis rem attingam. Imperatorem Fredericum ſecundum, Cæſa„rem Auguſtum, haud dubiè ſecundum Carolum Magnum, po„tentiſſimum utiliſſimumque Reipubl. Chriſtianæ, atque ſine „controverſia ſapientiſſimum Principem fuiſſe, Nicolaus Cuſa, „Epiſcopus Brixienſis, flamen Romanus, vir undicunque doctiſ„ſimus, teſtis eſt, atque Ægidius Romanus, Bituricenſis in Gal„lia Pontifex, Philoſophus atque Peripateticus inſignis; qui in „libris, quos ſcripſit de Inſtitutione Regia ad Franciæ Occiden„talis Imperatores, hoſce ad illius exemplar properare cohor„tatur. Idem Fredericus libros Ariſtotelis omnes, pleraque alia „in ſacris, prophanis literis, univerſam ſupellectilem Philoſo„phiæ (quam, ut ait Albertus Magnus, inopia linguæ Latinæ „a divitiis aliarum linguarum emendicare cogitur) ex Græco „atque Arabico ſermone, per interpretes doctiſſimos vertendam „curavit; Academiis legendam exhibuit. Quibus rebus ſe a te„neris unguiculis oblectatum fuiſſe profitetur. Livoniis, Æſtiis, „Pintziis, Sennogallis, adcolis Venedi atque Codani in Ger„mania atque Sarmatia Europæa ſinus, quod exploſo falſorum „Deorum cultu, pietatem Chriſtianam receperint, privilegia, „immunitates, civitatemque Romanam donavit. Ejus potentia, „vires, prudentia, magnitudo animi, rerum bellicarum peritia,

Anno Chriſti

Veritas eorum, quæ hic narrantur, ac fides, ex autographis monumentis aſſerta.

MCCXII.

Inſigne ejus elogium.

Sapientiæ ſtudia reſtituit.

Livones Æſtones, Sennogalli, Sarmatiæ Europæ populi, ad

Anno Chriſti MCC XII.

fidem Chriſtianam convertuntur.

Flamines Romanenſes Fredericum regno deturbandum cenſent.

Paparum artes.

De corrupta Epiſcoporū & Ecclesiæ Præſulum vita nunc, ac diſciplina, inſignis querela Aventini.

Epiſcoporū qui olim, & quales tituli.

„vicinitas (nam in Italia contra morem veterum Imperatorum „habitabat, Germaniam per filium adminiſtrabat, bis duntaxat „ex Italia in Germaniam egreſſus) formidoloſa atque ſuſpecta „fuere Romano ſacerdotum Senatui. Quod Gregorius nonus „Pont. Max. non it inficias, ſed ingenue fatetur. Viſum eſt flaminibus Romanenſibus imperium Germanum magis florere, „quam ipſis utile foret. Placuit id contundere, atque diſcordia „non ſolum debilitare, ſed in cineres quoque atque favillas redigere, & Fredericum huncce faſtigio rerum humanarum deturbare. Quod haud temere per Pontifices Germaniæ, tum „longe Reipubl. literarumque ſtudioſores, & proinde prudentiores, fieri licebat. Etenim eadem hac tempeſtate Epiſcopi, „atque in univerſum ſacerdotes, amantiores artium, atque boni „publici, ac nondum ſervituti obnoxii erant; non ita (ut nunc) „fugientes laborum, ſocordiæ, inertiæ, otio atque voluptatibus devoti erant, ſapientiæ operam dabant. Libris incumbendo, Chriſtum amandó, oves ſedulo paſcendo, Rempub. procurabant; Chriſtianæ concioni conſulebant. Ipſi ſacra cuncta „atque munia obeuntes, populum docebant. Atque hujuſcemodi ſacerdotia atque pontificatus fuiſſe primum beneficia Cæſarum atque Imperatorum & Principum noſtrorum; deinde ab „Imperatoris Henrici quinti tempore, Comitiis calatis atque „curiatis, viritim ſuffragiis latis, lectos eſſe communiter a populo, ſacerdotibuſque univerſis, communes animarum paſtores: demum Frederici hujus ætate, excluſo populo, cæteriſque „ſacrificulis, duntaxat myſtis imponi Pontifices cœptum eſſe, „alibi explanavimus. Eas ob cauſas illius tempeſtatis Epiſcopi „in titulis, initiis epiſtolarum, atque decretorum, non, uti nunc „fit, aſcribunt, APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA, nimirum favore humano; ſed, more Pauli, clementiæ duntaxat divinæ id „munus atque donum acceptum referunt. Ita enim cœpiſſe „Epiſtolas, Senatusconſulta, placita, reſcripta, exempli gratia, „reperio: SIGEFRIDO, SOLA MISERATIONE DIVINA, REGINOBURGENSIS EPISCOPUS. Non licebat tum Romano Pontifici abſque illorum, utpote venerabilium fratrum ſuorum, „conſilio, in cujuſquam provincia quidquam attentare; nempe „illi melius ſui gregis mores cognoſcebant, a Deoque ſe, non „ab hominibus, deſtinatos exiſtimabant. Si quidpiam peccatum,

„aut

„aut temere actum fuerat, quod coarguendum foret, id primum „ad ſuum gregis paſtorem referebatur, iſque primum cognoſce-„bat; Romanus duntaxat admonebat. Cuncta jure, lege, bo-„norum virorum ex provincia arbitratu & more, majorum, ex „communis conſilii popularium, ſacerdotum decreto agebantur. „Nihil tumultu, armis, vi, dolo malo, potentia, ſeditione, „unius, paucorum, vel peſſimorum etiam, temeritate atque li-„bidine gerebatur. Hoc inſtitutum tollere & antiquare, Epiſco-„porum authoritatem labefactare, ad unius cuncta poteſtatem „redegere complacitum eſt. Nec enim aliter Fredericus opprimi „poterat, quem illi ſuum chariſſimum atque pientiſſimum Prin-„cipem propalam prædicantes, nequaquam, ſalvo rerum ſtatu, „deſerturi videbantur. Primus enim Imperatorum, ſicuti & in „libris Pontificalibus legimus, & diplomata oſtendunt, Frederi-„cus ille Secundus tanta immunitate ſacerdotum genus condo-„navit, qua mox adverſum eum abuſi ſunt Romanenſes. Matthæo „igitur Dominicano (ut nihil hoc genus hominum, ſicuti vulgo „dici ſolet, non audet) potiſſimum conſultore, dum Imperator „Germaniæ rebus intentus, devicta Auſtria, Tarviſii hyemat, „Romani flamines cum Iacobo Teupolo, Duce Venetiarum, „quem Dominum Croatiæ atque Dalmatiæ, quartæ partis & di-„midiæ totius Romani imperii, in Epiſtola cohortatoria ad eum „data, nuncupant, cum Mediolanenſibus, Bononienſibus, Bri-„xienſibus, civibus, Epiſcopis, item cæteris Longobardis, qui-„bus utilius bellum, quam pax videbatur, dato his Gregorio a „Monte Longo duce, valentiſſime conſpirant; occaſionem re-„bellionis faciundæ præſtolantur. Et ne Germania ſuppetias „ferre poſſet, bona concordiæ pellere, diſcordiæ mala ſerere in „Germania, orbeque Romano decernunt. Principes, equites, „avariſſimum quemque & maxime honorum, pecuniæ ſtudio-„ſum, decimis, Eccleſiaſticis opibus eiſdem diſtributis, adver-„ſus pontifices concitare conſtituunt. Hocque conſilium magis „Gregorium tentare voluiſſe, quam quod æquum, aut juſtum „cenſeret, aut denique ea animi ſententia, votoque ſucceſſurum „ſperaret, ejus Epiſtolæ indicant. Quippe, conquerente etiam „Nuncio ſuo, Epiſcopos, quos hîc devoverat, ipſe nihilo ſe-„cius benigne datis ad eoſdem literis, diſſimulata devotione, „FRATRES ſuos VENERABILES appellat. Nec legatum

Anno Chriſti

De corruptâ Eccleſiaſticorum vita nilc & diſciplina inſignis querela Aventini.

MCCXII.

Nimia Frederici Imp. in Eccleſiaſticos indulgentia.

Conjuratio Pontificis in Fredericum II. Cæſarem.

Anno Christi

„tanto tempore efflagitantibus conſciis, virum gravem, aut
„Senatorem quempiam mittere voluit: maxima ex parte ipſe
„Suevorum conatus fruſtratus eſt, complorante id Alberto, in-
„ſtitore hujus negôtii, tragico modo. Poſteaquam ergo Italiæ
„plerique cives, Epiſcopi, dynaſtæ conjurarunt, vulturii
„Romanenſes (res ante cum filio Auguſti tentata non proceſ-
„ſerat) alia viâ aggrediuntur. Fredericus Auſtriacus proſcri-
„ptus ab Auguſto, pulſus patria, exutus urbibus, vicis, caſtel-
„lis, Neoſtadii in confinio Auſtriæ, Stiriæ circumſidebatur.
„Is primus haud gravatim, ſpe recuperandi perdita, ſocius ac-
„ceſſit. Eadem tempeſtate Conradus Tulloſius, Fruxinenſis Epi-
„ſcopus, ob limites, uti fit, cum Ottone regulo Bojorum,
„præfecto Prætorio Rheni, diſceptabat, ſuaque in ditione o-
„mnes non ſuæ partis a ſacris arcebat, clauſiſque templis, ne-
MCC XII. „mine, niſi ſuis, admiſſis, rem divinam fieri præcipiebat. Mo-
„guntinus quoque Archimyſtes itidem Ottoni ob prærepium ſibi
„Laureacum, vetuſtiſſimum Monachorum contubernium, diras
„atque inferias dixerat. Pontifex Romanus, invitis hiſce Epiſco-
„pis, Moguntino atque Fruxinenſi, atque inconſultis, Otto-
„nem ad ſe provocantem ſolvit. Fama ſimul diſſipat, Ludovi-
„cum, patrem Ottonis, principem in orbe Romano, pietate,
„ſapientia, armis, eloquentia, opibus, virtute nulli ſecundum,
„crudeliter, ſcelere Imperatoris Friderici, ſpecie amicitiæ, co-
„ram familia comitatuque, nihil mali ne ſuſpicantem quidem,
„trucidatum eſſe. Idcirco ejus filius Otto, qui principatum
„inter Germaniæ regulos obtinebat, credulus his, & ob ſupe-
„riora beneficia operam ſuam pollicetur, plus etiam quam pe-
„tebatur, promittit. Ultro arces, urbes, caſtella, in quæ con-
„jurati tuto ſe reciperent, atque ibi de ſumma rerum conſulta-
„rent, aperit. Wentceſlaum quoque, regem Bojemiæ, cogna-
„tum ſuum, in parteis trahit. Hi anteſignani primas ſibi par-
„teis conjurationis in Germania ſumpſere, ſocioſque Belum,
„quartum regem Ugrorum, affinitate, Hainricum ducem Polo-
„niæ, filium divæ Hedwigæ, ſanguine Ottoni conjunctum, ad-
„ſciſcunt. Mater hujus ex Bojaria ab Andechs oriunda erat;
„ille filiam ſuam Eliſabetham Hainrico filio Ottonis deſponde-
„rat: & Laodomia, mater Ottonis, Bojema erat. Filium deinde
„Cimbrorum regis ſpe imperii alliciunt. Ottocaro, regis Boje-

Atrox in Fredericum Imperatorem multorũ conjuratio, auctore inprimis Papa Romano.

„miæ filio, Friderici Auſtriaci, qui liberis careret, neptis de-
„ſpondetur, hocque connubio viam ſibi ad Auſtriam, Stiriam-
„que Bojemi aperiebant. Hi omnes invicem ſibi jurejurando,
„ſacramentique religione fidem aſtringunt. Ipſis potentia Fre-
„derici Auguſti atque opes formidoloſæ erant. Præterea Ponti-
„ficum dignitatem atque vires moleſto ferebant animo; hoc novo
„aucupio ineſcati, eorum divitiis inhiabant. Ubi ſe pares vi-
„ribus Imperatoris fore exiſtimarunt Budeviſſii (oppidum eſt
„Bojemiæ) convenire, filium regis Danorum rebus imponere
„ſtatuunt; a Pontifice Romano poſtulant, ut eodem legatos for-
„tes, graves, ſapientes mittat, qui hiſce Comitiis Cæſareis in-
„terſint. Iiſdem diebus dum hæc ita fiunt, Imperator ex hyber-
„nis Tauriſio diſcedit, & ut Campaniam poſtea intraret, Ticini
„conventus agit. Ubi Albertus & Rudolphus fratres Habſbur-
„genſes, authores generis Imp. Caroli Maximi (qui hiſce die-
„bus, dum hæc proderem, in Vangionum urbe celeberrimum Im-
„perii Concilium cogebat) palmam equeſtri ſpectaculo conſe-
„quuti ſunt. Per idem tempus Pont. Rom. Auguſto, inconſultis
„Germaniæ Epiſcopis, Sacris Romæ interdicit. Confeſtim Ita-
„liæ conjurati magna pietatis ſpecie arma corripiunt, ab Impe-
„ratore deficiunt. Veneti Eberhardum, Archiepiſcopum Saliſ-
„burgenſem, in agro Tauriſiano intercipiunt, omnibus rebus,
„gaza, ſupellectile ſpoliant, nudum dimittunt. Porro Rom.
„Epiſcopus Renerium a S. Quintino, Trecaſſiorum myſtam,
„Philippum Aſiſium & præcipue Albertum Beham, Bathavenſis
„templi decurionem, nobilem, factioſum, potentem, erudi-
„tum, ultro operam ſuam pollicentem, in quatuor annos
„hujuſce cœpti inſtitorem declarat; eundem remotis arbitris co-
„ram Ioanne cubiculario, contrectatis Sacroſanctæ hiſtoriæ di-
„vinis oraculis, ſacramentum, mandatis bona fide pro virili
„perfuncturum, dicere jubet.

„Hæc ubi ritè peracta ſunt, tribus diplomatibus (hoc eſt, ut
„vocant, bullis) nonus ille inſtruit: primum dat ad univerſos
„Chriſtianos, beſtiam Fridericum appellat, parricidii, menda-
„cii, crudelitatis, perjurii, ſacrilegii, impietatis, perfidiæ ac-
„cuſat: nihil prætermittit, quod ab hoſte proficiſci, & irato
„animo dici poteſt, ut Auguſto invidiam concitet: eundem
„malè ſentire de Chriſto Domino Deoque noſtro, de myſteriis

Anno Christi

M CC XII.

Atrox in Fredericum Imperatorem multorũ conjuratio, auctore inprimis Papa Romano.

Diræ in eum Pōtificis Romani, aliquoties repetitæ.

„reli-

Anno Christi

„religionis noſtræ, aſſeverat: ſacramentorum eidem conſue-„tudinem objicit: ejuſdem triumphos, atque victoriam calum-„niatur. Huc omnes verſutiſſimum nervos intendere aſſerit, ut „Romano Pontifice atque flaminibus ad ſummam inopiam at-„que egeſtatem redactis, & ita omnino oppreſſis, Philoſophiam „Chriſtianam penitus exibilet atque explodat. Ideo indignum „eſſe, cui Chriſtianus parcat.

Diræ in eum Pōtificis Romani, aliquoties repetitæ.

„Eundem, more majorum, per omnium Sacerdotum religio-„nes devotum, eidem ſacris interdictum, univerſos ſacramen-„to, quo ei aſtricti fuêre, ex Concilii decreto ſententia ſanctiſ-„ſimorum Eccleſiæ magiſtrorum exautoratos eſſe declarat, do-„nec ille reſipiſcat atque ſecum in gratiam redeat. In altero edi-„cto Fredericum cum fautoribus atque conſultoribus quibuſvis „è civitate Chriſtiana proſcriptum, vicis, oppidis, caſtellis, ubi „verſetur, ſacrificiis publicis interdictum, omnes jurisjurandi „religione ſolutos eſſe, Alberto aperit. Pontificibus deinde, „maximis, minoribus, ſacrificulis univerſis, Monachis, præci-„pit, ut hoc Senatusconſultum, hancce ſententiam ritu ſolenni, „cæremonia celebri, publice in templis pro concione, adhibi-„tis cera & ære, abſque cunctatione populo renuncient. Quod „ſi ii parere recuſarint, mandat Alberto, ut eoſdem fulmine „Eccleſiaſtico afflet, de cœloque tangat. Tertia proſcriptionis „tabula, itidem Alberto data; in qua Gregorius Fredericum „hæreticum nuncupat, ſuoque more nihil convicii prætermit-„tit: Archiepiſcopis, Epiſcopis, Sacerdotibus, Monachis, no-„bilibus, ignobilibus, divitibus, pauperibus, vulgo, ſenatoribus, „doctis, indoctis, univerſis pariter Chriſtianis, qui ſibi Deum „propitium eſſe velint, imperat, ne verbo, facto, dicto, ne ani-„mo quidem, Frederico fautores ſint: quaſi vero perinde animis, „atque linguis imperare poſſet. Poſtremo, adverſarios ab Al-„berto execrari vult. Cum hiſce mandatis Rauærius, Philippus, „Albertus Roma in Germaniam abeunt, diſcordias ubique ſe-„runt, quoſcunque poſſunt, divitiis, pollicitationibus, ſacerdo-„tiis, muneribus in partes trahunt, opeſque factionis confirmant. Quæ huc ſpectant alia apud Aventinum leguntur. Malorum enim ac turbarum in Imperio ac Eccleſia fontem ſic aperuiſſe nobis hic ſufficit.

MCC XII.

Addit idem de Bado Tartaro, diſſidiis Chriſtianorum ad eru-

ptionem

ptionem adeo inſignem, ut quæ triginta annorum fuit, excitato, libro eodem; *Dum ita armis civilibus orbis Romanus flagrat, Ochodarius, Zingiſæ, primi Tartarorum Imperatoris, filius (Ioannem Capinum Franciſcanum, qui in Sarmatiam atque Scythiam à Romano ſacerdote miſſus, diutiuſque ibi verſatus, de gentis moribus, origine, ſitu, rebellica, religione librum ſcripſit, ſequor) Bathum cognatum ſuum Sarmatiam Europæam, Germaniam invadere, per trigintaque continenter annos devaſtare, donec aut eas omnes gentes exſcindat, aut in ſervitutem redigat, imperat; ante domum rediiſſe, capitale foret. Bathus igitur cum ducibus Cadano, Bugotho, Orodario Roxolanos, Bodolios, Muldavos, Walachos, Polonos, Boruſcos depopulatur: nobiles, principes, equites, pedites, ſacros, prophanos, pueros, puellas, viros, fœminas, Sacerdotes, Monachos, Pontifices occidit, interficit, necat, comburit, univerſos inultos more pecudum mactat, ædificia, villas, civitates, templa cum hominibus exurit, agros, ſegetes incendit, pars in ſylvas, & ad paludes aufugiunt, Cracovia, Vratiſlavia, ingentes urbes, vacuæ cultoribus inventæ, illa ad Viſtulæ, hæc ad Suevi amnis fluenta condita, ambæ direptæ, igne ab irato Scytha concrematæ ſunt. Iuxta Vratiſlaviam Hainricus Poloniæ atque Sileſiæ regulus, filius D. Hedwigis, cum Tartaris conflixit, & omnibus copiis amiſſis, profligatis proceribus, ipſe captus, ſecurique percuſſus eſt. Novem culeos auriculis cæſorum opplevit hoſtis. Qui Moraviam inde, regnumque Bojemiæ, nullo reſiſtente, Wenceſlao ſe in munitiſſimis natura arcibus continente, crudeliter affligit, & ad ſolitudinem penè redigit. A Iulio Monte, qui caput eſt Moraviæ, Vngariam petit, Belam, quartum regem Vgrorum, fratrem ejus Colmannum, obviam procedere auſos fundit, in fugam vertit, caſtris exuit, cives indigenas, advenas, Epiſcopos, Monachos, Sacerdotes contrucidat, utramque Vngariam cis & ultra Danubium, Pannoniam, Mœſiam, Boſniam, Bulgariam, Serviam, ſimili clade afficit: complures fame periiſſe traditur. Tribus annis hiſce incubuere regionibus Tartari. Nulla quies ab armis, cæde, illis fuit. Regnum Vngariæ, quod ſub Imp. Arnulpho cœperat, & per trecentos atque quinquaginta annos ſteterat, graviter attritum, atque concuſſum eſt. Bela Vgrorum Rex Polam Hiſtriæ urbem, ad Ottonem ducem Dalmatiæ amitinum ſuum aufugit: oratorem ad Fredericum Imp. poſtulatum auxilium proficiſci jubet. Romani flamines, Frederico authore, ejuſque milite ductore, erupiſſe in has regiones hoſtem tam crudelem rumore diſſipant. Albertus Bojemus Volonibus, qui ultro nomina dederant, nota cœleſti ſe ſignarant, hoſtes aggredi meditabantur, ut domi ſe contineant,*

Anno Chriſti

Tartarorum gravis irruptio.

M CC XLI.

Vngaria inprimis ab iis attrita.

Anno Christi MCCXII.

imperat, donec à Pont. Max. adverſus Imperatorem Fredericum evocentur. Extat hæc Epiſtola, & quidem autographa. Auguſtus, audita legatione Vgrorum, mandat reginæ Bojemiæ, atque Ottoni Bojo, Gregorio ſuadeant, uti ſecum in gratiam redeant, quo communibus copiis, viribus conjunctis, Tartaros ab orbe Romano exigant. Rex Bojemus atque Otto publice quidem Pontificem ad pacem amplectendam ex compoſito hortantur. Verum occulte ſigno Alberti ſcriptis literis, ut bellum adverſus Imperatorem perſequatur, conſulunt. Quod ſi utrique ad pacem (quemadmodum fama jactitatur) pronior ſit, ſe certiores fieri poſtulant. Verum malorum hominum technis, pacis conditiones ab Auguſto oblatæ ſpretæ ſunt. Imperator poſt hæc Vgro ſcribit, ſe ab Romano Phariſæo armis premi; oblatam ultro à ſe pacem ſpernere eundem; neque ſe audere domo pedem uſquam gentium tollere; dolere admodum, quod illi, quemadmodum optet, ſuppetias ferre nequeat. Conrado Cæſari, filio ſuo, atque Teutonibus & Venedis præcepiſſe, ut dent operam, ne quid detrimenti Reſpublica ultra Alpes capiat. Hæc ille.

Dira in eum Pōtificis Romani, aliquoties repetita.

Circa annum Chriſtiani ſæculi MCCXLII. tamen, ut notat traditque idem diligentiſſimus graviſſimuſque auctor Aventinus, ſui haud dubie ſæculi Varro quaſi quidam, quemque omnium manibus evolvi quotidie ac, ut ajunt, teri par eſſet, iidem Tartari, aut rebus partis ſervandis diffiſi, aut de majore ſucceſſu deſperantes, vel præda & ſpoliis ſatis jam onuſti, quibus gens inhiat, domum rediere. Ejuſdem Aventini, nunquam ſatis laudandi auctoris, hæc eâ de re verba ſunt; *Circa eundem temporis tractum, conjuratorum quidam nihilofecius Libuſtæ convenire, comitia Cæſarea habere meditantur: de novo principe creando conſilia ineunt. At pleroſque regni Bojemiæ, Poloniæ, Vngariæ devaſtatio atque caſus à propoſito deterruit. Rex quoque Danorum filium ſuum à cœpto retraxit. Ita omne conſilium conſciorum fruſtra fuit. Nam & Nonus iiſdem diebus animam efflavit. Auguſtus igitur atque Cæſar, capite conſpirationis ſublato, partibuſque graviter à Scythis afflictis, metu liberati, copias cogunt, arma comparant, expeditionem in Tartaros parant. Quod ubi illi per exploratores cognovere, cum alioqui Ockodarium regem ſuum interiiſſe audirent, Vngaria excedunt: rectâ Danubii ripâ ad Tauricam pæninſulam, quam nunc Præcoviam dicunt, atque Meotida paludem, & Tanaim amnem, in Sarmatiam Aſiaticam, Cimbrorum quondam domicilium, revertuntur.*

Tartari quando occupata deſeruerint, domumque redierint.

Anno Chriſti MCCLIV.

CONRADVS IV. IMP.

Fredericum II. filius CONRADUS, IV. ejus nominis Imperator, ſequitur; ſed ei a Papa Innocentio IV. Henricus, Thuringiæ Landrgravius, oppoſitus eſt. Unde inter Conradum & Henricum grave admodum nunc bellum exarſit, in quo Henricus, Ulmam obſidens, ſagitta ictus occubuit, eodem anno, quo auctoritate Pontificis imperium ſibi vendicare cœperat. Tranſtulit dein Conradus in Italiam bellum, plurimaſque civitates diripuit; omniqué jam Sicilia potitus, rediit in Germaniam. Cæterum cum hic adverſa omnia & infeſta ſibi ac obſtantia haberet, Italiam repetiit, ubi a Manfredo, fratre ſpurio, dato veneno, vita privatus eſt.

MCCLVI. INTERREGNVM, ET RES IMPERII CONFVSÆ AC TVRBATÆ.

Poſt Conradi IV. exceſſum, quoddam quaſi INTERREGNUM, ac mirum in modum Germaniæ res turbatæ ac confuſæ fuere, cum & exteri principes ad imperium, diverſis & commiſſis inter ſe procerum ſtudiis, poſcerentur. Res autem geſta ſic ſe habet. Legitimus hæres imperii jam ſupererat Frederici Imp. ex filio Conrado nepos Conradinus, qui aberat in Germania. Huic ſeſe tutorem offerebat Manfredus, Frederici Imp. filius nothus, ſed callide & doloſe. Occupabat Neapolin, &, ut Innocentius Papa quieſceret, obſequium huic promittebat. Interim ſubornabat, qui Conradinum in Germania veneno tollerent. Hoc ſcelere nondum patrato literas commentitias oſtendit de Conradini obitu, jure ſucceſſionis regna Siculum ac Neapolitanum ad ſe pertinere prætendens. Magnis igitur copiis coactis præſidia Pontificis ex improviſo opprimit, & quæ a regno Neapolitano erant avulſa recipit, regiumque nomen uſurpat. Ut autem contra Pontificem tutior eſſet, filiam ſuam Conſtantiam deſpondet Petro, filio Iacobi Arragonum regis. Hac affinitate ſeſe muniebat Manfredus. Quid vero Pontifex? Deceſſerant jam Innocentius IV, & hujus ſucceſſor Alexander IV; ſedebat autem Urbanus IV, qui edito in Manfredum anathemate attraxit ex Gallia Carolum Andegavenſem, Ludovici Galliarum regis fratrem, qui cum Manfredo acie congreſſus victoriam cum utroque regno obtinuit. Dimicatum eſt in agro Beneventano menſe Februar. anno 1265. Adjutus fuit Andegavenſis conſilio Iohannis Ratæ, cujus conjugi ſtuprum obtulerat Manfredus. Hoc modo Manfredus duo regna, Siculum & Neapolitanum, quæ parricidiis acquiſiverat, una cum

CONRADINVS.

Manfredus Frederici Imp. filius nothus doloſe agit.

Vrbanus IV Papa cōtra Manfredum excitat Carolum Andegavenſem, qui Manfredum acie vincit. Manfredus adulter. Manfredi mors.

Anno Chriſti M CC LVI.

vita amiſit. Quid vero Conradinus legitimus Frederici Imp. hæres? Ut avita regna a Carolo Andegavenſi repeteret, adduxit ex Germania inſignem exercitum, eique ſocios ſe adjunxere Fredericus Auſtriæ Dux, aliique plures. Committitur prælium in Marſis anno M CC LXVIII. in quo Conradinus una cum Frederico Auſtriaco vincitur & capitur. Ambo adducuntur ad Carolum Andegavenſem victorem, qui accepto reſponſo a Clemente IV. Pontifice: Vita Conradini eſt Caroli mors, & mors Conradini eſt Caroli vita; ut miniſtrum & quaſi carnificem Pontifici ſeſe offerret, ambos ſecuri percuſſit, pro clementia, quæ maxime generoſum victorem commendat, crudelitatem oſtendens. Jam ergo ex Suevico ſanguine ſupererat ſolus Conradus Antiochenus, qui cognomento dictus fuit Caputus. Sed & hunc Carolus Andegavenſis per Guidonem Comitem Montisfortis claſſe perſequutus fuit in Siciliam, ubi a Siculis proditus, & vivus captus, oculis privatus, & deinde ſuſpendio necatus eſt. Hoc modo vetuſtiſſima & nobiliſſima ſtirps Ducum Sueviæ, rebus ſapienter ac fortiter geſtis clariſſima, Pontificum artibus deleta eſt, quum imperaſſet annos 115. & regna Siculum ac Neapolitanum tenuiſſet annos LXXVI. Carolus igitur Andegavenſis factus eſt dominus utriuſque regni, Siculi & Neapolitani, & Siciliam Gallico præſidio munivit, quod ibi permanſit uſque dum Siculi, inſolentiæ Gallorum pertæſi, Duce Iohanne Prochyta, occulta conjuratione per totam Siciliam quaſi uno momento omnes Gallos oppreſſerunt & trucidarunt; quod factum eſt anno Chriſti M CC LXXXII, de quo infra dicetur. Atque hæc acta ſunt inter Conradinum, Manfredum & Carolum Andegavenſem, fraude ac technis Pontificum. Nunc ad Germaniam redeo. Henrico Thuringiæ Landgravio ad Ulmam ſagitta trajecto, principes imperii rerum ſummam, Pontifice ita diſponente, detulerunt ad Guilielmum Hollandiæ Comitem, neglectis Friderici Imp. poſteris, quod factum eſt anno M CC XLVII, eique anno ſequenti ſolenni ritu & inauguratione Aquiſgrani imperium eſt traditum, quod in magna rerum conturbatione adminiſtravit a morte Henrici Thuringi ſeptennium, & vix uſque ad annum Chriſti M CC LV, a quo numeratur interregnum uſque ad Rodolphum Habſburgenſem. In imperio quidem Guilielmus hic nihil memorabile perfecit, ſuis magis privatis rebus intentus, & bello, quod contra

Conradinus infeliciter pugnat contra Carolum Andegavenſem.

Clemens IV. Papa.

Conradinus ſecuri percuſſus.

Conradus Caputus ſuſpendio necatus.

Imperatorum Suevicorum finis.

Carolus Andegavenſis occupat regnum Siculum & Neapolitanum.

GUILIELMUS, HOLLANDIÆ COMES.

Friſios

Anno Chriſti MCC LVI.

Guilielmi Hollandi interitus.

Friſios gerebat; in quo a diſpoſitis inſidiis circumventus, & in glacie haſtis confoſſus periit. Quum igitur imperii facies bellorum aſſiduitate admodum eſſet luctuoſa, omniſque dignitas ex quarundam familiarum interitu, & quod quædam regiones poſſeſſoribus carerent, mutaret, principes ad Rhenum facta tanquam præteritorum oblivione, omnia privata odia depoſuerunt, & majore ſtudio de imperii ſalute conſultationes inſtituerunt. Diſceptatio fuit utrum alicui ex Germanis, an vero ex exteris potentioribus imperii ſumma ſit committenda. Poſt longam deliberationum ſeriem obtinuit ſententia illorum, qui volebant exterum aliquem eſſe quærendum. Ex exteris duo in electione placuere, alter ex Anglia, alter ex Hiſpania. Ex Anglia Richardus Cornubiæ Comes, filius Iohannis Anglorum regis. Ex Hiſpania Alphonſus Caſtellæ Rex. Ambo magna contentione petiti & ambitione ardentes imperium auro quaſi licitati videbantur. Sed utrique res infeliciter ceſſit. Nam Richardus præſens accepto a Moguntino, Colonienſe, & Palatino (quorum ſuffragia multa pecunia emerat) imperio, ut ſe magis confirmaret, turbata publica pace, graſſari ac ſævire cœpit in eos, quos in electione habuerat adverſarios. Sed ob nimias largitiones pecunia exhauſtus & a ſuis deſertus, ex deſperatione rediit in Angliam ad Henricum fratrem, bella cum ſubditis gerentem; ubi in obſidione cujuſdam oppidi telo trajectus obiit. Alphonſus aberat, & in Gallia, regis Galliæ conſenſu, quid Principes imperii de ſe ſtatuerent, expectabat. Venerunt principum legati, qui in Germaniam illum abducerent; ſed dum diſcordias Germaniæ & Italiæ intelligit, ſuiſque magis ſpeculationibus Philoſophicis operam dat, cunctando cum imperio ſuum quoque regnum amiſit, exutus eo domi a filio Sanctio. Reverſus igitur Hiſpalim, mœrore contabuit, beatior futurus ſi in regno ſuo manſiſſet & diſciplinas Mathematicas ac Medicas coluiſſet, in quarum reſtitutione æternam laudem meruit: ut judicat Guthberletus.

RICHARDUS ANGLUS, ET ALPHONSUS HISPANUS, *contendunt de imperio; uterque infeliciter.*

Richardi interitus.

Alphonſus cum imperio amittit regnum ſuum, & vitam.

Cum autem in præcedentibus mentio Guilielmi, Hollandiæ Comitis, Regis Romanorum ſalutati, facta ſit, de Hollandiæ, celeberrimæ hodie per omnes orbis habitati partes ob commercia & navigationes, Comitum aut Principum origine nonnihil hic dicendum eſt. Hollandia quando & a quo Comitatus titulo inſignita ſit, parum inter auctores conſtat. Ad Carolum Calvum,

Hollandiæ Comitum origo, de qua obiter agitur.

Anno Christi Francorum Regem, & annum ſalutis DCCCLXIII, primordia ejus refert plebs noſtratium Chronologorum. Litteræ Caroli, quibus Theodoricum primum Comitem inſtituiſſe dicitur, hac forma vulgo circumferuntur;

Hollandiæ Comitatus Comitumque origo, de quâ obiter hic agitur.

PRÆCEPTUM KARULI REGIS. IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS. KARULUS, *Divinâ propitiante clementiâ, Rex Francorum: Regalis Celſitudinis eſt, noſtros & fideles ſuos donis multiplicibus honorare. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, præſentibus ſcilicet & futuris, quomodo adiens præſentiam ſolii noſtri* HAGANO, *venerabilis Comes, expetiit à noſtra manſuetudine, dari cuidam fideli noſtro, nomine* THEODERICO, *quaſdam res:* ECCLESIAM *videlicet* HECMUNDE, *cum omnibus ad eam jure pertinentibus, à loco qui dicitur* ZWETGERDERSHAGE *uſque ad* FORTRAPA *&* KINNEM. *Cujus petitionem benigne, uti decebat, ſuſcipientes concedimus præfato fideli noſtro hæc omnia ex integro cum mancipiis, quæſitis & inquirendis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, ſive aquarum decurſibus. Præcipienteſque jubemus, ut ſicut reliquis poſſeſſionibus, quibus jure hæreditario videtur uti, ita & his noſtri muneris largitate rebus impenſis valeat ſecurè omni tempore vitæ frui ipſe, &* MCCLVI. *omnis ejus poſteritas. Unde & hoc Præceptum noſtræ Clementiæ ei ſuper his conſcribi juſſimus; per quod præcipimus, atque mandamus, ut liberè hæc omnia teneat atque poſſideat: habeatque de his poteſtatem juxta libitum ſuum ordinandi, ſeu faciendi, Deo in omnibus propitiante, & nemine inquietante. Et ut hoc noſtræ largitionis munus per ſuccedentia tempora firmius habeatur, & attentius obſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.*

DOMINI

SIGNUM R KARULI

K A S V

GLORIOSS. L REGIS.

Signum Karoli Regis inclyti.

Hagano Notarius ad vicem Rotgeri Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit. Datum anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXIII. XVII *Kalendas Iulias. Actum Pladellâ villa feliciter. Amen.*

Sed

Sed ad Carolum Simplicem, non Calvum, referendum eſſe diploma illud, evidentiſſimis argumentis jam oſtendit Janus Douſa. inter alia tum vel illud maxime in conſiderationem venit, quod Haganonem hunc, cujus precibus Theodericus dignitatem hanc obtinuit, ſub Carolo Simplice ex illorum temporum ſcriptoribus certum ſit floruiſſe. Error autem omnis natus eſt ex numeris corruptis C, ſive, ut tunc ſcribebant, E in vicinam admodum litteram L mutato. Datum igitur Diploma hoc fuerit non anno DELLLXIII, ſed DEEEEXIII, Carolo Simplice rerum potiente. Sed omnia hic congerere non eſt noſtri inſtituti. Videndus Douſa lib. V. Holland. Annal. Unicum ſuperaddam, quod ab aliis obſervatum non eſt, Chronologos nempe vulgares hanc ſententiam haud leviter confirmare, cum hanc Diderici inaugurationem, anno, poſt Flandriæ Comitatum inſtitutum, primo, factam fuiſſe referunt. Flandrenſem enim Comitatum anno demum DCCCCXII cœpiſſe colligo ex Ptolomæi Lucenſis Chronico, quod in membrana deſcriptum penes me eſt, ita ad annum proxime jam dictum habente: *Hoc tempore, ſedente Iohanne Papa, Comitatus Flandriæ exordium habuit, Flandria enim tunc temporis erat regio nemoroſa & quædam Foreſtaria Regum Francorum.* Seriem Comitum ac genealogiam legere eſt in noſtro Hollandiæ Theatro, Cap. VIII. quod admodum adoleſcentes exſtruximus.

Anno Chriſti | *Hollandiæ Comitatus Comitumque origo, de quâ obiter hic agitur.* | MCCLVI.

In Oriente Conſtantinopoli Imperator factus eſt Michaël Palæologus anno Chriſti MCCLXI, & imperavit annos XXII. Filius fuit Andronici Palæologi & Irenes filiæ Alexii Angeli. A Theodoro Laſcare juniore dignitate Deſpotæ fuit ornatus, & tutor filii Iohannis conſtitutus, quem deinde nefarie occidit. Bellum ipſi fuit cum Michaële Angelo, Deſpota Ætoliæ & Epiri. Quo per ignominioſam pacem & matrimonium reconciliato, Imperator eſt ſalutatus, &, ut tutior eſſet, æmulos imperii ſuſtulit, & Iohanni pupillo, legitimo ſucceſſori, oculos eruit, ejuſque ſorores mercatoribus nubere coëgit. Apparuit in Græcia Cometes a ſolſtitio æſtivo uſque ad æquinoctium autumnale, nec multo poſt Sol obſcuratus tantas terris tenebras offudit, ut interdiu ſtellæ effulſerint. Hæc ſigna mox ſecutæ ſunt Turcicæ eruptiones. Etenim hoc Michaëlo Imperatore Turcæ in Aſia, qui a Tartaris domiti aliquandiu quieverant, receptis viribus, reliquias imperii Græci in Aſia valdè comminuerunt, terraſque potentiores

Conſtantinopolitani in Oriente Impp. | *Michaël Palæologus.* | *Cometa in Græcia.* | *Turca in Aſia recipiunt vires.*

Anno Christi

ſubactas in Satrapias partiti ſunt. Interfuit Michaëlus Lugdunenſi Concilio, vocatus a Papa Gregorio X, cui ſpem fecerat de componendis controverſiis quæ Græcas Eccleſias a Romana divulſerant, deque illis Romanæ ſubjiciendis. Sed quod concordiæ leges a Pontifice Romano ſine ſuorum aſſenſu in detrimentum Græcarum Eccleſiarum accepiſſet, tantam ſibi conflavit invidiam, ut mortuo ſepulturæ honos fuerit negatus. Reliquit filios Andronicum ſucceſſorem & Conſtantinum Porphyrogenitum. Fuit homo inexhauſtæ ambitionis & fidei incertæ, interim expediti conſilii. A Patriarcha Arſenio fuit excommunicatus; quem deinde officio movit, aliumque ſurrogavit.

Michaëlum odio habent Græcæ Eccleſiæ.

Hæc ſic paucis de Conſtantinopolitanis horum temporum Imperatoribus perſtringit Guthberletus. In quibus cum & Michaëlis Palæologi, & Lugdunenſis Concilii II. mentio injecta ſit, operæ pretium erit, de utroque paulo fuſius quædam hic tradere.

MCC LX.

Conſtantinopolis à Palæologis quomodo occupata.

Conſtantinopolim a Palæologis occupatam quod attinet, ita ſe res habet. Leſbi Princeps Theodorus Laſcaris, morti jam proximus, filio impuberi Michaëlem Palæologum, qui maternum ab Alexio Comneno trahebat genus, tutorem dedit, mandata eidem tantiſper potentiſſimæ inſulæ adminiſtratione, donec ille capax imperii adoleſceret. Palæologus per occaſionem tutelæ ad invadendum inſulæ imperium animum adjecit. Cum igitur regnandi cupiditate nihil ſit iniquius, quæ nec divinis, nec humanis coërcetur legibus, ad infandam primo pueri cædem, mox ad Conſtantinopolitanum imperium, occupata Leſbo, ſævos impioſque conatus direxit. Sed quoniam ambitioni ſuæ adverſum Achajæ Ducem opinabatur, hunc bello aggreditur, &, opitulante plerumque ſceleſtis fortuna, captum vinculis detinet, & Achajam ſui juris facit. Proſperrimis his rerum ſucceſſibus, acquiſitoque regno ſuperbiens, Balduinum, Byzantii Imperatorem, armis invadit, regiamque urbem terra marique infeſtat. Is ad inopinatum recentis hoſtis adventum, militari manu raptim coacta ſtrenue in continenti ſe defendit: dum non minori virtute Marcus Gradonicus, pro Venetis in ea urbe Prætor, aliquot inſtructis navigiis Palæologi claſſem diſſiparet. Porró, ſervata fuiſſet urbs, ſi per ea tempora Balduinus Græcis non imperaſſet. Hæc quippe gens ſua in levitate conſtans, Gallicum deteſtata nomen, & admi-

niſtrationem, Palæologo ſpem dedit urbis recuperandæ, ſi cum validis turmis noctu ad mœnia tacite conſtitiſſet. Ille itaque expeditiſſimo milite ſtipatus, prope unam urbis portam furtive conſedit: ubi cum rei gerendæ tempus advẹniſſet, dato ſigno, a proditoribus necantur vigiles, & novus Imperator cum ſuis intra muros admittitur. Exauditur confeſtim horribilis debacchantium armorum fragor, & flebiles undiq; voces, captum eſſe Byzantium. Balduinus ad omnia pavidus cum ſibi nullam recipiendæ urbis ſpem ſupereſſe videret, inſtructo propere navigio, cum Veneto Prætore in Eubœam profugit: ſicque per proditionem ad Græcos Conſtantinopolitanum rediit imperium anno octavo ac quinquageſimo, poſtquam illud Galli Venetique conjunctim habuiſſent.

Anno Chriſti MCC LXXII.

Conſtantinopolitanum imperium à Francis ad Græcos redit.

Concilium Lugdunenſe II. & Generale XIV. celebratum fuit Lugduni circa annum Domini MCCLXXII. Epiſcoporum 500. Abbatum 60. aliorumque minorum Prælatorum, ac Sacerdotum fere mille, præſide Romano Pontifice Gregorio X. Placentino, qui fuit creatus Pontifex, dum in Syria legationis munere fungebatur, & Viterbii coronatus. Hic Conclave, & eundem fere in eligendo Pontifice modum, qui nunc obſervatur, & alia ad Conclave pertinentia, decrevit. Nam ad illud uſque tempus Cardinales in Conclavi haudquaquam recludebantur, ſed ſummo mane ſingulis diebus, ſi Romæ erant, in Laterano, vel in Baſilica Sancti Petri, aut alibi, prout occaſio ſeſe offerebat; ſi autem extra urbem, in Eccleſia Cathedrali illius loci, in quo morabantur, una conveniebant, non ſecus atque hac tempeſtate fieri ſolet, cum congregatio habenda eſt.

Concilium Lugdunenſe II quod Oecumenicū vocant, & in eo decreta.

Concilium hoc pro Terra Sancta recuperanda coactum fuit, nec non contra Græcos de proceſſione Spiritus Sancti a Filio. Declaratum enim, definitumque fuit, Spiritum Sanctum ab æterno a Patre, & Filio, non tamquam ex duobus principiis, ſed tamquam ex uno principio, non duabus ſpirationibus, ſed unica ſpiratione, procedere: damnatique ſunt ſub anathematis vinculo, qui aliter ſenſerint, ſeu aliter aſſerere auſi fuerint. Hinc in ipſo Concilio articulus de proceſſione Spiritus Sancti a Patre, & Filio, dum ſolemnis fiebat luſtratio, Latine atque Græce decantatus eſt. Quare ad dexteram hujus Concilii per pictorem repræſentata verba hæc, Latinis figuris notiſque Muſicis conſcripta, leguntur:

QUI A PATRE FILIOQUE PROCEDIT.

Anno Christi

Ad lævam autem verba hæc Græca idem ſonantia, notis item Muſicis inſignita, leguntur in hanc verborum formam:

ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΕΚ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΕΚΠΟΡΕΥΕΤΑΙ.

MCCLXXII.

Id eouſque, & ad hanc uſque diem profeſſa prædicavit, & docuit Sacroſancta Romana Eccleſia, mater omnium fidelium, & magiſtra. Hoc item habet orthodoxorum patrum atque doctorum tum Latinorum, tum etiam Græcorum incommutabilis ac vera ſententia, ſicut in eodem Concilio definitum fuit. Sunt qui velint Græcorum Imperatorem, Michaëlem Palæologum, & Tartarorum, huic Concilio interfuiſſe, ſicut pictura ipſa monet: Imperatoriſque auctoritate unionem, ſive concordiam utriuſque Eccleſiæ, nonnullis tamen repugnantibus Græcis, initam fuiſſe affirmant. Hujus generis unionem ſive concordiam per pictores repræſentatam ad dexteram hujus Concilii partem videre eſt: ubi duæ mulieres ſe invicem ſalutantes cernuntur, indumentis Eccleſiaſticis indutæ: quarum una Eccleſiam Latinam, altera vero Græcam ſatis clare demonſtrant, ſi utriuſque indumenta recte inſpiciantur. Inſcriptio vero hanc hiſtoriam declarans hunc in modum legitur:

Geſta in hoc Concilio, quomodo inter imagines Bibliothecæ Vaticanæ expreſſa, & ambitioſis inſcriptionibus ſignificata exſtent.

GREGORIO X. PONT. GRÆCI AD SANCTÆ ECCLESIÆ ROMANÆ UNIONEM REDEUNT.

Hinc Michaël Palæologus Imperator, ut ait Nicephorus, Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ fidem ac ritus recipere renuentes variis mulctavit modis, bonorum videlicet publicationibus, relegationibus, carceribus, excæcationibus, flagris, mutilationibus, & id genus aliis pœnis. Quare Becus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, excellentis plane ingenii ac doctrinæ vir, Imperatoris edicto de proceſſione Spiritus Sancti non obtemperans, ſeu potius adverſans, in teterrimos carceres, ut idem Nicephorus ait, conjectus fuit: at deinceps reſipiſcens, mutata ſententia, priſtinæ dignitati reſtitutus, ab intimis Imperatoris conſiliis efficitur, atque ita, ut ſine ejus conſilio nil penitus gereretur.

Non deſunt tamen qui affirment, non Imperatorem, ſed ejus Legatos huic Synodo interfuiſſe: quæ quidem ſententia verior

exiſtimatur, ut aperte colligitur ex Epiſtola ejuſdem Gregorii X. ad eundem Imperatorem ejuſque filium miſſa, in qua eis de unione ab ipſis Legatis inita gratulatur. *Anno Chriſti*

Ad eandem Concilii dextram Sanctum Bonaventuram Cardinalem ex ordine Minorum cathedræ inſidentem, necnon ejuſdem inſtituti Fratres ad inferiorem partem aſſidentes, & cum Græcis de proceſſione Spiritus Sancti diſputantes, videre eſt. Inſcriptio ad hanc hiſtoriam pertinens, hæc eſt: MCCLXXII.

IN HOC CONCILIO S. BONAVENTURA EGREGIA VIRTUTUM OFFICIA ECCLESIÆ DEI PRÆSTITIT.

Geſta in hoc Concilio, quomodo inter imagines Bibliothecæ Vaticanæ expreſſa, & ambitioſis inſcriptionibus ſignificata exſtent.

Sanctus item Thomas Doctor Angelicus Neapoli degens ad hoc Concilium a Gregorio X. fuit accerſitus: ſed in itinere faciundo adverſa valetudine impeditus in Monaſterio Foſſæ novæ ordinis Ciſtercienſis, non procul a Terracina, & prope Pipernum caſtrum, ad duo milliaria, permanſit, ubi Cantica Canticorum explanavit, ac tandem ibi ex hac luce deceſſit.

Huic etiam Concilio inter alios viros inſignes præſens adfuit Frater Hieronymus Minorita Aſculanus, qui fuit Nicolaus Papa hujus nominis IV. Hic Regem Tartarorum baptizandum ad Concilium duxit, ut videre licet ad hujus Concilii lævam, ubi Rex ipſe ſolemni, & Eccleſiaſtica pompa baptiſmum ſuſcipere cernitur, ſicut Inſcriptio docet, quæ hunc in modum legitur:

REX TARTARORUM SOLEMNITER BAPTIZATUR.

Tartarorum Rex baptizatus, ſed dubia fide, dicitur.

Sunt tamen qui dicant non Tartarorum Regem, ſed ejus Nuncios huic Synodo interfuiſſe: quorum unum a Petro Oſtienſi Epiſcopo ſolemni pompa baptizatum eſſe affirmant.

Hoc item in Concilio cernere eſt Gregorium X. ſubſellio Pontificio inſidentem, & Regem Tartarorum humi provolutum, ſummique Pontificis pedes exoſculantem, quem prope Frater Hieronymus, de quo ſermonem habuimus, adſtare cernitur, ipſumque Regem eo duxiſſe repræſentatur. Inſcriptio, quæ infra eſt, in hanc legitur verborum formam:

TARTARORUM REX A FRATRE HIERONYMO ORDINIS MINORUM AD CONCILIUM PERDUCITUR.

Anno Chriſti Nec a re noſtra alienum fore hoc loco duximus, ſi quædam de Hieronymo, quem hac in Inſcriptione videmus nominatum, dicamus. Ut autem quod pollicemur, tum exactius tum brevius præſtare poſſimus, Epitaphium luculentum, quod in ejus ſepulchro, ſtatuis marmoreis inſignito, inciſum legitur, hic apponendum cenſui. Hac enim Inſcriptione, & ejuſdem Fratris Hieronymi laudes, & Sixti V. qui monumentum ipſum nobiliſſimum in Eccleſia S. Mariæ Majoris ædificandum curavit, animi ingenuitatem amplectemur. Epitaphium in hanc legitur verborum formam:

Nicolai IV. Papæ ſepulchro inſcriptum elogium. *Nicolaus IV. Ordinem Minorum profeſſus, Philoſophus & Theologus egregius, Conſtantinopolim à Gregorio X. miſſus, Græcos ad R. E. communionem, Tartaros ad fidem reduxit. Poſt S. Bonaventuram Generalis, ſanctitate, & doctrina Ord. propagavit. Nicolai III. Nuncius inter Francorum, & Caſtellæ Reges pacem conciliavit. Sanctæ Potentianæ Cardinalis, Legatus Honorii IV. in Galliam, Senatoriam P. R. dignitatem ſedi Apoſtolicæ reſtituit. Factus Pontifex Remp. ſublatis diſcordiis* MCC LXXII. *compoſuit, Chriſtianos Principes ſacro fœdere junxit, Ptolemaidem copiis adjuvit. Flaminiam in Pontificis iterum ditionem redegit. Publicum in Monte Peſſulano Gymnaſium reſtituit. Probos, & eruditos in cognatorum loco tantum habuit. Lateranenſ. & hanc Baſilicam ſtructuris, & opibus auxit. Tandem juſtitia, & Religione orbem terræ moderatus, magnâ ſanctitatis opinione obiit prid. Non. Aprilis,* MCCXCII, *Pontificatus ſui Anno* V.

Angelus Rocha notatur. Hæc de Lugdunenſi illo Concilio II. Rocha in Bibliotheca Vaticana. Cæterum quæ de Græcis, ad Eccleſiæ Romanæ unionem redeuntibus, hic legimus, ſuperbe potius, quam ex vero dicuntur. Conſtat enim, decretum illud, ut ſcilicet, diſſidiis inter Latinas Græcaſque Eccleſias ſublatis, Græcæ Romano Pontifici ſubjicerentur, Epiſcopos in Græcia tanto animo tantâque contentione rejeciſſe, ut iis qui conſenſiſſent a ſocietate ſuarum Eccleſiarum excluſis, munera omnia Eccleſiaſtica, & ſepulturæ honorem negarint.

Græcarū Eccleſiarum Antiſtites repudiant concordiam cum Eccleſiâ Romanâ. Gregorius X. (verba graviſſimi ſcriptoris Aventini ſunt) cum intervallum Pontificatus biennio continuo fuiſſet, ovili Romano potitur; quem ſeptem viros (qui ſibi deligendi Cæſaris poteſtatem ſumunt) inſtituiſſe, atque comprobaſſe, reperio. Is le-

De Septemvirorum Electorum origine Aventini ſententia.

gatos in Germaniam mittit, mandat Germaniæ Principibus ut dignum talibus viris regem creent, & eum qui optimus ſit, qui ſummæ rerum præſit, in ſummo rerum humanarum faſtigio imponant. Nam hoc anno Richardus Cæſar conceſſerat fato, & Angli ſummam dignitatem ambiebant. Calendis igitur Novembribus Francofordiæ Principes, Pontifices, frequentes coëunt, Comitia Cæſarea habent. Dumque ſuffragium ineunt, variæ fuere voluntates. Nemo alteri cedere animum inducebat. Tandem ne, ut antea, diſcordiæ malis Reſpublica labefactaretur, placuit uni deligendi poteſtatem deferre.

Anno Chriſti

Rodolphus Habſburgenſis quomodo ad imperii faſtigium promotus.

Proinde omnium conſenſu, Ludovico, præfecto prætorio Rheni, regulo Bojorum, qui tum in Principibus Imperii præter cæteros magnopere eminebat, ſummam deligendi novi Principis poteſtatem offerunt, atque permittunt; jubent atque ſciſcunt, uti Cæſarem nuncupet; Principibus ita viſum, qui deinde autores fient.

Ludovicus ratus ſibi arduum, ac plane periculoſum fore, ſe unum de alienis virtutibus judicare, unum demereri, alios omnes quos præteriret, offendere, item hominem unum invenire, qui omnibus placeat, nec ſine invidia, injuriave, atque offenſione tot ac tales proceres præteriri poſſe, exiſtimans, primo hujuſcemodi provinciam detrectare, excuſare invidiam, quæ ſe maneat, ſi ſuo unius arbitrio, unus imperare, cæteri omnes ſervire cogantur, cœpit. Contra vero, arbitratus hoc munere novum Principem, memorem tanti beneficii, ſemper fore ſuum, non ſolumque ſibi, ac poſteritati hoc facto multum gloriæ, atque dignitatis, ſed & emolumenti acceſſurum; quidnam ageret, incertus diu cunctabatur. Hærebat inter cupiditatem atque metum. Cumque proceres Imperii pervicacius offerrent, ceſſit tandem oneri, & ſpatio deliberandi ſumto, deinde vocata (nulla ratione Alphonſi Hiſpani habita) concione;

M CC LXXII.

Soli Ludovico, Palatino Bojorũ Principi, eligendi Cæſarem poteſtas permittitur.

Patres conſulti, & populares atque cives fideliſſimi (inquit) Imperium per quadraginta ferme annos civili bello continenter attritum, pene afflictum, ac collapſum eſt. Pleraque hi, qui viribus pollent, intercepere. Viro rei bellicæ peritiſſimo, qui Rempubl. ſtabilire virtute & armis queat, opus eſſe cenſeo. Quamobrem, quod bonum, felix fauſtumque ſit, Rudol-

Ejus oratio ad Germaniæ proceres.

Anno Christi

phum Suevum, filium Alberti, Sapſenburgenſis limitis ducis, nepotem Rudolphi Haveeburgenſis præfecti, ab ineunte ætate, teneriſque unguiculis rerum gerendarum, atque militaris diſciplinæ exercitatiſſimum, Cæſarem, ſicuti juſſiſtis, deſigno, declaro, nuncupo.

Rudolphus Habſburgenſis, Auſtriacorũ Principum potentiæ pater ac fundator, quomodo ad imperiũ fuerit evectus.

Hocque dicto, omnes pedibus in ejus ſententiam eunt, Rudolphumque fauſtis acclamationibus regem ingeminant, & ſalutatum ſuperos pergunt; ſupplicatum frequens populus ivit.

Omnibus perplacebat Rudolphus, duntaxat Ottocarus Bojemiæ Rex, & Hainricus Bojariæ inferioris regulus hujuſcemodi Comitia adverſus auſpicia, contra inſtituta majorum habita, proinde pro irritis, atque inauſpicatis ducenda eſſe, ſordibus infimæ conditionis Sacroſanctum Imperium violari, Rempub. prophanari, majeſtatem populi, Germani pollui vociferabantur. Nec ſolum Rudolphum non recipere, ſed rebellionem quoque adverſus eundem facere comminabantur. Nihilo ſecius tamen Rudolphus accerſitus, mox ad Aquaſgraneas in templum deducitur. Pontifex Agrippinenſis de eo Deum conſulit; id publicum deinde ac perpetuum ſacerdotium honoris gratia Agrippinenſibus Epiſcopus fuit.

M CC LXXII.

Rudolphus Rex declaratus, de templo egreditur, Auguſtali cœna univerſos excipit: Regnoque potitus, inprimis tuendæ pacis curam habuit, graſſatores, latrocinia, licentiam equitum, & militum compeſcuit, populares tumultus graviſſime coërcuit, ac ne orirentur, ſedulo cavit. Armis, juſtitia, legibus Imperium de integro condere ſtuduit, ſtatuitque, ut poſthac, ob inſcitiam nobilitatis, Principum, & Pontificum edicta, privilegia, Teutonum lingua ederentur, quæ hactenus Romano ſermone data ſunt.

Quomodo Rempubl. ordinarit.

Ejus filiæ, & generi.

Habebat domi quinque virgines præſtanti corpore, atque forma, quas ex Anna Burckhardi Haigerlochii filia ſuſceperat, quarum quæ forma pulcherrima erat, Machtildam Ludovico ſuffragatori ſuo dat in matrimonium, genericque opibus adjutus, Suevos, Badenſes, Wirtenbergenſes, cæteros gravatim imperata facientes, perdomitat. A Rheno ad Hercynium nemus, qua Bojemiam pro nativo muro ambit, univerſa ad obſequium redigit, prærepta recuperat. Machtilda ejus filia ſequenti deinceps anno enixa eſt Rudolphum, authorem omnium Principum, qui ad Rheni ambas ripas, & in Germania, quæ eſt in finibus Celta-

rum,

rum, atque Belgarum, intra Helvetium, Moſellamque amnes, ac in Germania magna, Narciſcis, id eſt, Boiis Aquilonaribus longe lateq; dominantur. Eadem Machtilda tertio decimo deinde autumno peperit Imp. Ludovicum IV. Cæſarem Auguſtum, unde originem paternam ducunt Boii reguli, qui ad utramque Danubii oram, Sudinos, hoc eſt, Bojos Meridionales inferiores, ſuperiores, Vindelicos, Noricos feliciter adminiſtrant.

Anno Chriſti

Hoc quoq; tempore continuatum eſt Lugdunenſe Concilium, de quo proxime diximus. Verba ejuſdem Aventini de eo hic recitanda ſunt. Is ergo, cum de electione Rudolphi Imperatoris egiſſet; Circa, inquit, eundem temporis tractum Gregorius decimus ſacricolarum Concilium Paſchali Lugduni habet; undecunque Pontifices certos accivit, ex Alemannia, Gallia, Anglia quaternos: Hiſpania duos, ex Sicilia, regno Eccleſiæ, Ungaria, Dacia, Bojemia, Polonia, Suionibus, Nordovicis & Scotis ſingulos; vocataque concione, ex libris Sacræ Hiſtoriæ, quos Machabeorum nominant, præfatus, curam ſtudiumque belli, utriuſque Reipubl. adminiſtrationem ad Epiſcopos, & Antiſtites attinere, multis verbis perſuadet collegis Palæſtinam expeditionem, & ad Græcos ſubigendos Romano ſacerdoti arma induenda cenſet. Deinde leges quibus vitia ſacerdotum, monacharumque Antiſtitum caſtigentur, corrigantur, rogat; *Zopfnonnas* genus fœminarum ſacrarum abolet. Tum omnium rerum Eccleſiaſticarum decimas in ſex annos Monachis, myſtis, majoribus, minoribus, Pontificibus imponit; partem octavo Kalend. Julii, alteram portionem octavo Kal. Jan. numerare jubet. Poſtremo hæc decreta ſciſcit, promulgat, piacularii, atque ſacro auriculario præfecti dent operam, orent, inſtent, ſuadere non deſiſtant, ut rei ſanctiſſimæ, propoſito Pontificis Max. ære, pecunia, opibus faveant: Quiſque Chriſtianus, puer, vir, infans, puella, fœmina, ſacerdos, prophanus, capite cenſus ſit, quotannis nummum tribuat. Devotus eſt, quiſquis iis penſionibus adverſus iverit. Pleraque alia tum, ut alias, magis argutorum hominum more, quam ex æquo & bono commenti ſunt Romulei vultures, quibus defraudari, atque compilari populus ſolet, & quæ neutiquam Deo immortali cordi fuiſſe exitus probavit, eventus docuit. Plerique ad Conclium coacti ire, (eo luxu habitum eſt) impendiis non ſuffecere, aurum, argentum, gemmæ,

Lugdunenſis Concilii continuatio.

MCCLXXII.

Verba de eo Aventini; & facta in eo decreta.

Querela Aventini de vulturiis Romanis.

veſtes

Anno Chriſti MCCLXXII.

veſtes pretioſæ artis, opes templorum venundatæ; pauperibus qui ſolvendo non erant, diræ dictæ. Ciſtercienſes Monachi, quibus Pontifex Rom. amicus erat, haſce ſuarum ædium decimationes redemere millibus unciarum argenti puri ſexcentis atque quadraginta. Furſtenfeldenſes duo pondo argenti Teutonica penſitarunt; ſunt unciæ duæ & triginta. A cæteris omnibus decimæ ſuperbe atque avare exactæ. Et licet Decimus eodem anno animam efflaſſet, nihiloſecius tamen Romani flamines decimas per ſex annos extorta per vim pecunia a Germanis emunxerunt. Rumore diſſipabant, ſe ſuo periculo, atque ſtipendio Palæſtinam, Ægyptum, Aſiam, Africam erepturos Turcis, Saracenis, Tartaris. Quamobrem & Rudolphus illa lege, atque omine, primario ſacerdoti Bononiam, Præfecturas, Ducatus, urbes, regiones Italiæ, hactenus Imperatoribus parentes (Romaniolam Martinus vocat) quæ quotannis millia drachmarum auri ſeptingenties penſitarent, conceſſit. Quemadmodum & Imp. Maximilianus, anno abhinc decimo, Principibus aperuit, edictoque dato ex Oenobriga XIII Kal. Auguſti, anno Chriſti MDXI conqueſtus. eſt. Dum eodem anno ad Kalend. Septemb. Piſam adverſus Julium ſecundum Pont. Max. Senatum Chriſtianum novem Romani flamines, idem Maximilianus, atque Ludovicus Franciæ Occidentalis Rex, convocarent, pro reformatione morum (ut eorum verbis utar) univerſalis Eccleſiæ, in capite & membris plurimum collapſorum, ac emendatione criminum graviſſimorum, interiorum, continuorum, ac incorrigibilium, univerſalem Eccleſiam enervantium. Sed ego hæc miſſa faciam: extant hujuſmodi diplomata, qui curioſus & ea legere velit, inquirat & ipſe. Ego ad ordinem rerum redeo.

Bona Imperii in Italia quomodo, & quâ occaſione, alienata. Et Maximiliani Imperatoris eâ de re querela.

Dum talia fiunt, Rudolphus Haganoæ æſtate commoratur, juſſu Pontificis Max. Clementiam Carolo Gallo, filio Caroli primi, deſpondet, ut illius opes adverſus Hiſpanos firmaret. Inde Norinbergam ad conventus agendos in hyberna ſe confert. Ottocarus Bojemus & Hainricus Bojus non comminationibus, non precibus, non blanditiis, non promiſſis impulſi ſunt, ut vel legatos mitterent, tantum abfuit, ut ipſi præſto eſſent. Fredericus archimyſta Bojorum, Philippus Patriarcha Aquileiæ, appāruere; in verba Rudolphi jurarunt. Quamobrem Ottocarus Iuvavenſium, atque Aquilenſium agrum vaſtat, manubias quas lucri-

fecit

feciт mille uncias argenti trecenties ac vicies fuiſſe, in actis Pontificum Saliſburgenſium reperio. Hainricus quoque ac Ludovicus fratres germani invicem ſæviunt, diſcordia civili Bojariam affligunt. Hainricus, quod ſe inconſulto Ludovicus non ſolum affinitatem cum hoſte contraxiſſet, ſed & eundem cervicibus ſuis impoſuiſſet, amorem fraternum violatum vociferabatur. Præterea ob titulum litem movebat germano, quem Palatini Rhenani duntaxat uſurpare, ſe vero Regulum Bojorum appellari volebat. Duos annos & ſex menſes hæc diſſenſio Bojariam attrivit. Dies a Cæſare Hainrico, & ejus conjurato Ottocaro Wirtzburgium dicitur. Quibus venire detrectantibus, Auguſtam Rhetiæ tertio ſub pœna læſæ majeſtatis, niſi obtemperaſſent, evocantur. Ottocarus Bernardum Seccovenſem Epiſcopum admodum ſapientem, Hainricus Hainricum Utinenſem Præpoſitum, Jureperitum atque Hiſtoriographum, eo proficiſci jubent. Qui in conventu Principum Rudolphum ſacrilegii, atque impietatis accuſant. Proinde indignum eſſe, qui tantam dignitatem pollueret, arguunt. Sed hæc legatio a nemine benigne audita eſt. Ludovicus præfectus prætorio Rheni, Regulus Bojorum primo, deinde cæteri rogati ſententiam, Ottocarum atque Hainricum contra Rempublicam facere decernunt, hoſteſque publicos declarant, eiſdem bellum indicunt. Oratoribus Bojemorum, atque Bojorum ægre tutis redire licuit. Porro Cæſar comparato exercitu, cum Ludovico genero ſuo arma in Bojariam movet: Campoduni in confinio ſuperioris inferiorifque Vindeliciæ caſtra facit, fines Hainrici igne, ferro depopulatur. Hainricus vim Cæſaris ultra ferre non valens, cum fratre in gratiam redit. Deinde a Cæſare veniam petit, quam per Ludovicum germanum impetrat, mutuoque dat Rudolpho mille drachmas auri ſexies & quadragies. Rudolphus Catharinam filiam ſuam Ottoni filio Hainrici connubio jungit, regionemque ſupra Anaſſum Hainrico oppignorat. Inde caſtra Reginoburgum transfert, a Leone urbis Epiſcopo, ſacerdotibus, populo, ſacris excipitur. Inde tertiis caſtris ſexto Kalend. Octobr. poteſtatis anno tertio, qui eſt Chriſtianæ æræ MCCLXXVI. Bathaviam pervenit. In iis caſtris tum fuiſſe diplomata data oſtendunt, Ludovicum atque Hainricum fratres Præfectos Rheni, Reguloſque Bojorum, Hainricum Cotturum Præſidem, Fredericum urbis Norimbergæ Præfectum. Albertum

Anno Chriſti

Graves in Bojaria, ſive Bavaria, motus.

M CC LXXII.

Res variæ à Rudolpho Cæſare geſtæ.

Anno Christi Hochburgenſem, Hugonem Wirtenburgenſem, Fredericum Linium, Ottonem & Hainricum Spanheimenſes. Inter hos, Pontifices Moguntinum, Saliſburgenſem, Wurtzburgium, Reginoburgenſem, Chiemenſem. Poſt hæc Cæſar contra Ottocarum bellum in Auſtriam convertit: Oenum, Tranuum, Anaſſum flumina, Noricorumque tranſit; Menardum Goriciæ atque Tyrolii regulum, cui ſoror Ducum Bojariæ nupta erat, Stiriam, Charionas, Carnos, Liburnos, finitima loca, a tergo invadere jubet. Franciſcanos atque Dominicanos, qui ubique incolas, juſſu Pontificis Rom. ſacramento ſolvant, Ottocaro diras dicant, præmittit. Ipſe Comite Ludovico genero pedeſtri itinere Viennam contendit. Anaſſoburgium a Conrado Sumeruno abſque vi traditur. Itidem Ibiſſa, Tulna deditionem faciunt. Neoburgium ab anteceſſoribus Cæſaris veſperi, apertis adhuc portis, de improviſo occupatur: Bojemi qui in præſidio erant, trucidantur. Deinde Viennam nemine reſiſtente perventum eſt. Ottocarus in altera ripa conſidebat, ſolutiſque pontibus aquarum diluvie trajicere copias nequibat. Urbs Vienna a Cæſare quinque & triginta dies obſidetur. Rudolphus quoque penuria commeatus, & ſtipendii laborare cœpit, adeo ut Mogontinus archimyſta clam fugam adornaret. Bojorum vero, Narciſcorum, Vindelicorumque, atque Noricorum Epiſcopi, Fredericus Saliſburgenſis, Hainricus Tridentinus, Berchtoldus Bambergenſis, Leo Reginoburgenſis, Petrus Bathavinus, Theodericus Guricorum, Ioannes Chiemenſis, Leonardus Seccovenſis, Conradus Fruxinenſis, prædia omnia Eccleſiaſtica templorum, monaſteriorum Auſtriæ, Stiriæ, Carnorum, Charionum, Liburniæ cenſent, denariumque Cæſari tribuunt. Itaque militibus ſtipendium ſolutum, annona exercitui undique coëmpta eſt. Viennenſes, ut omnia ſibi indies arctiora viderunt eſſe, & obſidionem aut non poſſent, aut non vellent amplius ferre, aliquot dierum inducias pacti, ut, niſi intra eas auxilium Ottocarus ipſe miſiſſet, dederent urbem. Poſteaquam nihil inde præſidii mittebatur, ad præſtitutum diem permiſere ſe Cæſari. Poſthæc Ottocarus periculo ſuo ſero ſapit. Proverbium eſt Germanicum, Quicquid ſummum eſt, cum non habeat, quo ultra progrediatur, rurſus ad ima (ſicuti ludicrum fortunæ poſtulat) relabi neceſſe eſt. Hanc ob cauſam & Ottocarus, cum paulo antè in ſummo faſtigio conſtitiſſet, deſcendendum

Vienna obſeſſa.

M CC LXXII.

Cæſari Rudolfo ſe dedit.

ſibi

ſibi jam eſſe animadvertebat. Quod ut minimo detrimento fieret, & quiete Bojemiam, atque Moraviam poſſideret, néve fortunam laceſſeret, ultro offerenda, quæ alioqui amiſerat, ratus, Ludovico Duci Bojorum, cognato ſuo, generoque Rudolphi, communi utriuſque amico, copiam tranſigendi facit: ejus ſuaſu, ut clientem decet, ita literas ad Cæſarem dat: *Sereniſſimo Domino ſuo Rudolpho Regi Romanorum ſemper Auguſto, Ottocarus Dei, & illius gratia Rex Bojemiæ, aperit, ſe poteſtatem paciſcendi Ludovico Palatino Rheni, duci Bojariæ, conſanguineo ſuo dediſſe.* Hæc igitur pacis conditiones dictæ fuerunt. Captivi poſtliminii jure utrinque reſtituti. Obſides quos initio belli Ottocarus in Bojemiam abduxerat, Auſtriacis redditi. Auſtria, Stiria, Carni, Chariones, Liburni, Hiſtri, Veneti, Imperio atque Rudolpho redditi. Ugris a Bojemis intercepta, promiſſa. Filia Cæſaris Wenceſlao filio Ottocari deſponſata. Ottocarus trajecto Hiſtro, cum pluribus regio luxu comitibus in caſtra extra Viennam proceſſit: ibique auro, argento, gemmis prænitеſcens in corona purpuratorum, & populi, qui frequentes ſpectatum eo convolarant, Rudolpho cærulea tunica (quam Teutones Camelon vocant) & in ſuggeſtu conſidenti, genu ponit, in verba ejus jurat; ab eodem Bojemiam, atque Moravos cum 36 ſignis in fidem accipit. Hiſque omnibus ritu ſolenni perpetratis, Rudolphus Viennam, Ottocarus Bojemiam petit, a Chunegundaque uxore non ita benigne accipitur. Magnanimum vero (inquit illa) regem, qui nondum viſo hoſte, tot valentiſſimis atque potentiſſimis nationibus & regnis, & nova ſane ac egregia affinitate, ab obſcuro, ac ignobili quondam clientulo ſuo, ſervitutem ſcilicet clementem cauponatus eſt, nempe ut prægustator ad cyathum ſtatueretur. Oh! Me virum eſſe oportuit, ego ſciſſem uti armis, & regno. Jam pridem ille cæruleus, atque ſacrilegus mendicus haud dubie ſenſiſſet, quid periculi foret, ſervo atque gregario militi adverſus dominum rebellionem facere, & regem, ac Imperatorem ſuum temere armis laceſſere. Idem alii aſſentatores aulici, perpetuum regum malum, inculcabant. Eandem Chunegundam imperioſiorem, Ottocarum uxorium fuiſſe, diplomata ab illa data indicant, in quibus nulla mentione viri habita, portoria, & immunitates donat. Unum ad faciendam fidem ſubſcribere ſatis eſt, in quo Oſterhofen, inferioris Bojariæ templum, in tutelam recipit, mandat magiſtratibus, & pu-

Anno Chriſti

Leges pacis inter Cæſarem & Ottocarum initæ.

M CC LXXII.

Ottocarus Chunigundæ uxori obnoxius.

Anno Christi

& publicanis, ne vectigalibus arterant. Caput hujus: *Chunegunda, Dei gratia Bojemiæ Regina, Duciſſa Auſtriæ, Stiriæ ſimul, & Carinthiæ, Marchioniſſa Moraviæ, Domina Carniolæ, Liburniæ, & Oegræ, ac portus Naonis. Datum apud Chrems* XV *Kalend. Novemb.*

Ottocarus Chunigundæ uxori obnoxius.

Ottocarus igitur amore ægrotus, improbos quoque nactus conſultores magiſtros, animum ad deteriorem partem applicat, omnia quæ cum Cæſare egerat, reſcindit, nurum abdicat, Ugris prærepta non reddit. Ladiſlaum puerum eſſe, ſe ejus tutorem fore prædicat. Collectoque variarum gentium exercitu ingenti, Venedorum, Bojemiæ, Poloniæ, Pomeraniæ, Moraviæ, Saxoniæ, accitis etiam auxiliaribus Bojorum copiis ab Hainrico cognato ſuo, quem pecunia, blanditiis, pollicitis in ſuas partes traxerat, Auſtriam Tranſdanubianam in Germania magna invadit, pleraque oppida vi expugnat, ad deditionem cogit. At Cæſar, dum talia fiunt, dimiſſo exercitu, Viennæ commorabatur, Waldramumque civem Viennenſem locupletiſſimum (qui latrociniis, vaſtando Iuvavenſes ſacerdotes, opes conquiſierat, ab illiſque devotus, ſed capto myſta rurſus expiatus fuerat) cum pleriſque aliis adverſus ſe conſpirantem, opprimit. Auditaque defectione Ottocari, Albertum, Hermannum, Rudolphum filios ſuos ad ſe properare cum copiis jubet. Ladiſlaum quoque regem * Ugrorum evocat. Poſtea ſuperato Danubio, obviam conatis Ottocari pergit; propter flumen Marum conveniunt ducum copiæ. Septimo Kalend. Septembris fit prælium anceps; equus Rudolphi occiſus, ipſe proſiluit, pedeſque pugnam, donec a Berchtoldo Capella in alium equum ſublatus, redintegrat, acrius deinde inſtat, vincitque fortuna Cæſaris, Bojemi terga verterunt, Ottocarus occiſus. Ugri cum magna præda domum revertuntur. Cæſar Moraviam occupat, inde Bojemiam petit.

Ejus irruptio in Auſtriam.

MCCLXXII.

* Ugros, *quod ſemel notandū, paſſim Aventinus* Hungaros *vocat.*

MCCLXXXII.

Franci omnes in Sicilia ad internecionem delentur.

Petrus, Aragonum Princeps, Siciliæ regnum, velut jure hæreditario uxori ſuæ Conſtantiæ, filiæ Manfredi, debitum, recuperare vi aut dolo conſtituit. Fraus primo placuit; & Ioanne Prochytæ Domino ſuadente, Meſſanæ Panormique conjuratio facta eſt adverſus Gallos, qui Siciliam habebant. Die igitur Chriſto reſurgenti ſacro Siculi, ſigno veſpertini Officii, quod vocant, dato, ex compoſito arma capiunt, Galloſque omnes, nulla ætatis ſexuſve ratione habita, trucidant. Hinc SICULÆ

Proverbii VESPERÆ SICULÆ, *origo.*

Anno Chriſti

VESPERÆ in proverbium quaſi abiere; funeſtæ victis, cæterum haud honeſtæ victoribus. Et ſic Petrus, Aragonum Rex, Siciliæ regno potitus eſt, magno Siculorum omnium, quibus grave erat Gallorum imperium, applauſu exceptus. Et hæc Hiſpanorum in Sicilia regni origo eſt.

Hiſpanorum in Sicilia regni origo.

Conſtantinopolitanus in Oriente Imp.

Conſtantinopolitanus in Oriente Imperator poſt Michaëlem Palæologum factus eſt filius Andronicus Palæologus, qui cœpit imperare anno Chriſti MCCLXXXIII, & imperavit annos 48. Imperator fuit ignavus & infelix, & propter domeſtica diſſidia, quum negligeret res Aſiaticas, Turcis commodiſſimam occaſionem ſuas res agendi ac promovendi dedit. Horum enim potentia continuo progreſſu in omnem ſeſe Aſiam anteriorem incredibilibus ſucceſſibus extendit, adeo ut partas armis Provincias ſeptem Principes inter ſe dividerent, quos univerſos paulo poſt Ottomannidæ oppreſſerunt, ut dicetur. Conduxit Andronicus adverſus Turcas primo Alanos, (quos Maſſagetas ſeu potius Getarum reliquias eſſe Goticus ſermo oſtendit) quibus oppreſſis Scythæ Tartari triſtem ſervitutem impoſuerant, cujus illi impatientes magno numero ſe contulerunt ad Andronicum, ut hujus permiſſu obtinerent novas ſedes, ſed Andronicus armavit eos contra Turcas, ſed infelici eventu. Attraxit quoque Andronicus contra Turcas Rogerium Lauriam, qui in Sicilia Arragonicæ claſſi contra Gallos Andegavenſes præerat. Hic Rogerius ſibi adjungebat collegam Piringerium Tenzam. Hi profecti in Aſiam aliquot ſecundis præliis contriverunt Turcas, ſed quum juſto tempore eis non ſolverentur ſtipendia, ex amicis hoſtes facti ſunt, & Provincias Græcorum horribiliter vaſtare cœperunt. Interfectus eſt Rogerius a Gregorio Alano, cujus filiam interfecerat. Piringerius a Genuenſibus captus & trucidatus eſt. Ex prima conjuge, quæ Pannonia fuit, genuit filios Michaëlem Imperatorem, & Conſtantinum Deſpotam; ex altera Irene, quæ fuit filia Marchionis Montisferrati, genuit filios Iohannem, Theodotum & Demetrium, quos ambitioſa mater omni conatu Michaëlo anteferre ſtudebat, ſed fruſtra. Fecit enim Andronicus filium Michaëlum imperii conſortem, qui ex conjuge Maria Armenia filios duos ſuſcepit, Andronicum juniorem & Manuëlem Deſpotam. In hunc Andronicum nepotem avus fuit indulgentiſſimus magno cum ſuo malo. Licentia enim efferatus auxi-

Res Turcarum magnis in Aſiâ auctæ incrementis.

M CC LXXXII.

Anno Chriſti liis Genuenſium per ſeditionem imperium invaſit, occupata Thracia & urbe Conſtantinopoli. Multos annos varium & anceps bellum cum avo geſſit, donec junior ſeniorem, ætatis vitio cæcutientem, in monaſterium compulit, in quo reliquum vitæ exegit.

MCCXC. Regni Hieroſolymitani reliquias in Palæſtina, Phœnicia & Syria Chriſtiani amiſerunt. Nam Sultanus Ægypti expugnarat Tripolin, Sidonem, Berytum, Tyrum & alia aliquot oppida. Reſtabat Chriſtianis ſola Ptolemais, arx belli, de cujus imperio dum intempeſtive inter ſeſe certabant Patriarcha Hieroſolymitanus, Reges Cyprius & Siculus, Milites familiæ Templi, Hoſpitales & Teutonici, opprimuntur in ipſa urbe obſidione; quam quum duos menſes ſuſtinuiſſent; clam navibus conſcenſis aufugerunt. Deſertam urbem Sultanus Melach Sapherares (id eſt, Rex illuſtris) funditus delevit anno a victoria Godefridi Bulionei 196. Chriſtiani qui urbem reliquerant in Cretam fugientes naufragio perierunt. In Aſia ſola Armenia minor, quæ olim Cilicia dicta fuit, retinuit profeſſionem Chriſtianæ religionis; reliqua Aſia ad Mahometicas blaſphemias rediit, ut canis ad vomitum. Ita ignavia, perfidia & diſſidiis perditum eſt, quod virtute & concordia majorum fuerat acquiſitum. Hæc Guthberletus.

Hieroſolymitani Chriſtianorum regni reliquiæ penitus deletæ.

Venetarum rerum ſcriptores de inſigni illâ Chriſtianorum clade hæc tradunt. Gliſcentibus indies Venetorum & Genuenſium diſcordiis, Chriſtianæ res in Oriente miſerandum in modum occidere. Primo quidem Venetæ ab Syriaca Provincia divulſæ, Liguſticæ vero non tam inde, quam a reliqua Græcia paulo poſt exterminatæ ſunt. Chriſtianis itaque inter ſe diſſidentibus Hieroſolyma, urbs antiqua nobilitate celebris, & Chriſti Dei natalibus, vita, morteque ſanctiſſima, in Barbarorum manus rediit, expugnata a Saladino Babyloniæ Rege. Is per eos dies non ultra progreſſus eſt, ne totam in ſe armaret Europam. utque domiti a ſe bello populi animos quoque captaret, firmaretque, tracta ad tempus modeſtia, propitioque Marte uſus erga omnes eſſe fertur; unde etiam Ptolemaidi indulta quies, pactis cum Veneto induciis. Attamen ut eſſent, qui graſſantem hoſtem morarentur, Romanus Pontifex Chriſtianos Principes excitare ſedulo adnitebatur, & jam apud Venetos ſtabat in anchoris parata claſſis. Sed quid? dum ab reliquis ſocialia arma cunctantius parantur, induciarum tempus per ſummam Orbis

Ejus cladis accuratior hiſtoria, prout à Venetis traditur.

Chri-

Chriſtiani ſocordiam elabitur. Quam ſuis rebus occaſionem nactus Sultanus, & Saladini, cui ſuccesserat, fortunam aſſecutus, poſt Tyrum, Sidonem, Tripolim, Berythumque incenſas, & ſolo æquatas urbes; Ptolemaidem, tamquam belli caput, aggreſſus eſt. Stetit hæc tamen aliquandiu ſola Venetorum virtute, ac viribus; at innumeris pene cincta legionibus, nulliſque ab Europa allatis ſuppetiis, corruit miſeranda urbs, & ab imis fundamentis deleta eſt. Ita non ſine infami Europæorum Principum nota, qui arma in pium bellum diſtringenda nunc temporis ad ſe dilaniandos civili quadam rabie converterant, expulſo è ſacro ſolo divino cultu, atque Chriſtiano nomine, amiſimus monumenta pietatis, & tot victoriarum trophæa, quæ annorum ferme CC labore a majoribus parta fuerant.

Anno Chriſti

Ptolemais à Sultano capitur, & capta evertitur.

Tandem Rodolphus, ingraveſcente ætate, poſt coacta Erfordiæ Comitia, in quibus fruſtra a principibus imperii petierat, ut Albertus filius Imperator ſalutaretur, in itinere, in oppido Germerſheim, vivendi imperandique finem fecit; Princeps haud dubie laudatiſſimus, & AUSTRIACÆ DOMUS POTENTIÆ QUIDAM QUASI PATER AC FUNDATOR. Cæterum unum id Germanicarum rerum ſcriptores in eo reprehendere ſolent, quod pecuniæ indigus aut avidus jura imperii Italiæ civitatibus vendiderit, Lucenſibus inprimis ac Florentinis, qui, empta libertate, Vexilliferum ſibi creavere. Et ſic in Italia multum Imperio deceſſit.

Rudolphi exceſſus.

Multū Imperio ille in Italia detraxit.

Rudolphus cum jam fato conceſſiſſet, filius Albertus magnam de offerendo ſibi imperio ſpem concepit. Cæterum inprimis obſtitit his ejus deſtinationibus Gerardus Eppenſteinius, Moguntinus Archiepiſcopus, qui multo ambitu, ut pro cognato, ADOLFO NASSAVIO, pronunciaretur, Principibus perſuaſit, ſolo Ludovico Palatino diſſentiente, qui Alberto Auſtriaco favebat. Inde grave inter Adolfum & Albertum exarſit bellum; in quo tandem, cum jam odio eſſet Adolfus omnibus ob avaritiam, aliaque, quæ ei vitio vertuntur, ab ipſoque Moguntino, cujus benificio & arte imperium acceperat, deſertus, prælio in Spirenſi agro infeliciter commiſſo, exſpiravit, ipſius Alberti manu confoſſus.

MCCXCII. ADOLFVS NASSOVIUS IMP.

Adolfi in prælio cadentis exceſſus.

Circa hæc tempora graviſſimi in Anglia motus Regem Eduardum inter & Clerum excitati ſunt. Eduardus Rex, inquit Franciſcus

MCCXCIV.

Graviſſimi in

Anno Chriſti

Angliæ motus, Rege Eduardo & Clero diſſidentibus.

ciſcus Godwinus, Epiſcopus Landavenſis in Commentario de Præſulibus Angliæ, ubi de Archiepiſcopo Cantuarienſi, Roberto Winchelſeo, Clero Weſtmonaſterii congregato flagitavit ab iis, ut bello magno ingruente a Gallo, & ærario exhauſto, in bellicos ſumptus omnium Eccleſiaſticorum annui proventus dimidium velint contribuere. Ad onus tam intolerandum (ſi forte id fieri poſſet) deprecandum, miſſus eſt præter alios, Gulielmus de Monteforti, Eccleſiæ Paulinæ Decanus, qui una cum ſociis ad Regem introductus, verba paucula eloquutus, ad pedes regios corruit derepente mortuus. Qua re nihil ille commotus, miſit poſtridie Ioannem quendam de Havering militem, qui ad Clerum congregatum admiſſus elata voce interrogavit, ecquis adeſſet qui petitioni regiæ auderet refragari? Si quis (inquit) talis exiſtat, prodeat in publicum, ut cum illo agamus tanquam pacis & Reipubl. perturbatore. Ita obmuteſcentibus præ metu omnibus, concedere viſum quicquid fuerat poſtulatum. Cæterum cum reverſus Archiepiſcopus Synodum coëgiſſet, conqueri cœperunt vehementer omnes de vi ſibi illata, atque ille dicere, contra jus faſque ab illis factum, quando onus hujuſmodi Eccleſiæ humeris impoſitum ſuſcepiſſent; quippe in Concilio Lugdunenſi decretum nuper, non licere Eccleſiaſtici ordinis cuiquam, magiſtratui laico pecuniam dare, ſine ſummi Pontificis nutu & conſenſu; ideo credo, ne a Clero Principes aliquid perciperent emolumenti, antequam lucri bonam partem, paciſcerentur Pontifici communicandam. Hunc igitur Canonem ſe inviolatum in poſterum ſervaturos recipiunt. Verum enimvero, quamvis tam recenter Rex adjutus ab illis, de ſubſidio hac vice non interpellaret eos; tamen poſt annum unum aut alterum, in debellanda Scotia ingenti abſumpta pecunia, ordinum conventum (quem Parlamentum vocamus) ut nervos belli pecuniam compararet, Berwici indixit. Ubi cum laici liberaliter dando voluntati regiæ morem geſſiſſent, Clerus ne teruncium quidem largitus eſt, Lugdunenſis Concilii decretum obtendens, quo prohiberi ſe dicebat, de Eccleſiaſticis facultatibus quicquam detrahere, & principibus conferre, inconſulto Papa. Quapropter prorogatis comitiis, ut Londini poſt unum aut alterum menſem Ordines iterum conveniant, imperatum. Interim vero omnia Eccleſiaſticorum hominum frumento jam plena horrea, occludi Rex præcipit, &

Cauſa metuû.

M CC XCIV.

publicis

publicis ſigillis obſignari. Deinde (quod plurimum valuit ad iſtorum frangendam pertinaciam) legum patrocinium univerſo Clero ſubtrahit, quem protectione ſua per edictum excludit, ut illius ordinis nemini poſthac licuerit alicui litem intentare, cum aliorum querelis quibuſcunque ipſis eſſet reſpondendum. Die proinde conſtituto cum conveniſſent, non auſi amplius refragari; manus dant omnes, Archiepiſcopo duntaxat excepto; qui, cæteris quintam partem annui fructus Regi concedendam decernentibus, hoc ſolum præfatus, Salvet unuſquiſque animam ſuam, exurgens derepente, diſceſſit. Quam ob contumaciam Rex iratus, bona ejus omnia fiſco adjudicat, neſcio quid præterea minitans. Brevi tamen poſtea bellum Gallo illaturus, antequam diſcederet, in gratiam hominem recipere conſultum putavit. Reverſus autem, multa ac graviſſima impegit ei crimina, ac proditionem inprimis, quaſi cùm proceribus conjuraſſet, ſe abſente; quos, ut exauthorato ipſo, carceribuſque perpetuis damnato, filius ſuus Edwardus regno præficeretur, molitos, palam erat. Utrum vero Archiepiſcopus hic noſter tam ſcelerati conſilii particeps fuerit, haud plane conſtat. Hoc attamen conſtat, clementiæ regiæ humillime ſeſe ſubmiſiſſe, & in genua procumbentem veniam admiſſorum multis lachrimis effuſis petiiſſe, idque ea animi dejectione, ut qui noxium negaverit, conſtantiam animique magnitudinem tanto præſule dignam non poſſit in eo non deſiderare. Rex igitur ſubmiſſione hujuſmodi nequicquam delinitus, faceſſere juſſum proſcribit, bona omnia mobilia & immobilia fiſco adjudicat, ac aqua denique & igne interdicit, ſub gravi pœna interminatus ne quis tecto recipiat, aut aliqua re juvet. Eo jam redactus erat, ut miſero fuerit fame pereundum, niſi Eccleſiæ ſuæ Cantuarienſis Monachi clanculum aliquandiu foviſſent, donec in Galliam trajiciendi facultas data eſt. Quod illis poſtea magna conſtitit. Nam Rex, id quam primum reſcivit, ipſos etiam proſcripſit, & octoginta homines victum oſtiatim emendicare coëgit, donec poſt aliquantum temporis exoratus, Monaſterio rebuſque ſuis illos reſtituit.

Anno Chriſti

Graviſſimi in Anglia motus, Rege Eduardo & Clero diſſidentibus.

M CC XCIV.

Adolfo jam imperio ac vitâ exuto victor Albertus Austriacus, Rudolfi filius, Imperator ſalutatus eſt.

M CC XCVIII. ALBERTUS AUSTRIACUS IMP.

Bonifacius Papa, ejus nominis VIII. Alberto Imperatori, ſolennem renunciationem petenti, furens ambitione, & gladio

Anno Chriſti

femur accinctus, barbaricaque jactantia ſe & Imperatorem & Pontificem, oſtenſis duobus gladiis, cum exclamatione: Ecce hic duo gladii, profeſſus, initio denegavit, mox converſa voluntate ſponte obtulit, idque odio Philippi Pulcrhi Galliarum regis. Odii cauſſa fuit, quod Philippus Pontificis vaſallus eſſe nollet, ejuſque imperata detrectaret. Hoc enim moliebatur Papa, ut Galliæ reges, quoties liberet, Pontificibus præſto eſſent pecuniis & armis, & nulli eligerentur reges niſi Pontificum calculo approbati. Obſtitit Philippus huic conatui omni ſtudio, quocirca a Papa excommunicatus eſt; quod anathematis fulmen, quum Philippus rideret, novum invenit Pontifex conſilium. Albertum Imperatorem, quem antea diris devoverat, amplexus, Apoſtolica poteſtate, ſi talis ea dicenda, donat inſignibus ac titulo regum Franciæ, eumque ad bellum quo regnum aſſereret contra Gallos incitat. Quid fit? Philippus dolum Pontificis animadvertens jungit ſibi affinitate Albertum Imp. cujus filio Rudolpho filiam Blancam collocavit; atque ita non ſolum eliſit brutum anathematis fulmen, ſed etiam omnes reditus intercepit, ne ex Gallia Romam deferrentur. Inſuper indicto Concilio Papam hæreticum pronunciavit; &, quum Papa Anagniæ eſſet, per Sarram Columnenſem exulem & Longarretium equitem Francum, comprehendi juſſit & in carcere necari, exemplo vindictæ in Pontificem novo ſed juſtiſſimo, quo cupiditas Pontificum ſic fuit coarcita, ut Galliam appetere deſierint.

Papa & Philippi, Galliæ, Regis, acerrimæ contentiones.

MCC XCVIII.

Hic Papam, novo exemplo, in carcere, interfici jubet.

De Alberto porro vix quidquam hic tradendum habeo, (noſtri enim, quod & alibi quoque profeſſi ſumus, nunc inſtituti eſt, illa potiſſimum legentibus offerre, ex quibus inſignes ortæ ſunt rerum mutationes) niſi quod bellis aliquot, & injuſtas ob cauſſas, & infeliciter, & ambitioſe quoque, dum regnum Hungariæ & Bohemiæ affectat, geſtis, turbata aliquot Principum pace, tandem a Iohanne, Sueviæ Duce, cui velut prodigo & impari Sueviæ adminiſtrationem ademerat, ſica in jugulum adacta, & ſecuri capite diſſecto, fuerit trucidatus; imperio ac vita eo fere modo exutus, quo ipſe Adolfum Naſſovium exuerat.

Alberti Imperatoris extrema.

Illud tamen annotandum ego hic habeo (neque ſane tanti momenti exemplique res ſilentio tegenda eſt) quod, Alberto Cæſare imperante, omnes, quæ excogitari poſſunt, inſidiæ ſtructæ ſint ad evertendam Helvetiorum, ſub Rudolpho etiam auctam con-

Res ab Helvetiis pro libertate geſta, &

firma-

firmatamque, ſed & his inſidiis ſuperatis magis confirmatam ſtabilitamque, libertatem. Eâ ergo de re diligentiſſimum graviſſimumque ſcriptorem, Franciſcum Guillimannum, diſſerentem hic audiamus. Verba ejus hæc Lib. 11. de Rebus Helvetiorum, Cap. xv. leguntur. Rudolpho, inquit, Regi cum Kalendis Junii diem obiiſſet, ſucceſſit electione quidem legitima Adolphus Naſſovius: hæreditate, an dominandi libidine, Albertus Auſtriacus Rodolphi filius. Hinc nova factionum & diſſenſionum fax accenſa, quæ non niſi alterius interitu penitus exſtincta eſt. Adolphum agnoſcebant Abbas S. Galli, Tigurum, Salodorum, omnes Rheni civitates Argentinam uſque, tum præcipuæ Germaniæ urbes. Comites Rudolphus à Monte forti, Mangoldus Nellenburgenſis, aliique extra, & intra Helvetiam, plures nobilitate & opibus præcipui, tres etiam Civitates. Alberto contra adhærebant tota Rhætia, Suevia, Elſatia, tum vero omnis nobilitas utriuſque pagi Urbigeni, & Tigurini. Cæſo, ſecundo Iulii, Adolpho, tenuit ſolus Albertus. Is numeroſa prole, ſive inexplebili cupiditate, initio ſtatim imperii de principatu in Helvetia condendo, & ſuperiori Germania, cogitare cœpit. Et facile videbatur, ut Imperatori, & hæreditatibus paternis admodum opulento. Jam enim in pago Tigurino poſſidebat Comitatum Kiburgenſem longe nobiliſſimum. In Urbigeno Comitatus tres habebat, Habſburgenſem, Badenſem, & Lentſburgenſem. In Sequanis Landtgraviatum ſuperioris Elſatiæ. Credebat etiam quæcumque juris Imperialis, aut Dominii, iis in partibus eſſent, poſſe Principum Imperii conſenſu ſibi, aut liberis in perpetua feuda conferri, aut jure proprietatis, adſignari. Sed, ut proclivius ibi deſtinata expleret, primo agere cœpit cum Epiſcopis Argentinenſi, Baſilienſi, Conſtantienſi, Curienſi, Abbatibus, & Collegiis S. Galli, Eremi, S. Blaſii, Diſentiſii, Fabariæ, Augiæ utriuſque, Vettingæ, Muri, Interlacus, Certiaci, Seckingæ, Tiguri, Beronæ, Schenniſii, Murbaci, &c. ut quam his regionibus juriſdictionem, aut proprietatem haberent, ſibi venderent, aut ſe, liberoſque pro Advocatis perpetuis, & protectoribus ſuſciperent. Pari arte in devinciendis & ſubjiciendis Comitibus à Viliſovio, à Rotenburgo, & Baronibus, à Regenſberg. Eſchibach, Arburg, Volhuſen, &c. utebatur: impetravitque, ſi S. Gallum & Tigurinos demas, quæ

Anno Chriſti — *hujus aſſerta, manentiſque adhuc hodie, origo.*

Albertus Imperator de ſtabiliendo in Helvetiâ principatu cogitat.

M CC XCVIII.

Anno Christi

petierat, pleraque, totamque adeo prope Helvetiam in ſe convertit. Nam quis repugnaret novo Imperatori, & victoria Naſſoviana inſolentiori, totiuſque Sueviæ & Auſtriæ incrementis late potenti? Et ſuperiorum diſcidiorum, & malorum memoria recens ante oculos verſabatur. Iraque Murbacenſis primus Berchtoldus à Falckenſtein Abbas Lucernam, cum aliquot vicinis pagis, ei vendidit. Interlacenſis tradidit opidum Underſevam, itemque Uſpum, Oberhoffen, Grimmenwald ultra Brunicum. Abbas Eremi Iohannes, & Conventus, ipſum, & ejus poſteros Advocatum recepit. Idem fecit Abbatiſſa Seckingæ, illique Glaronam perpetuum feudum donavit: Comites à Viliſovio, & Roturburgenſes, ſuos Comitatus: Barones à Volhuſen totam juriſdictionem Volhuſen, Trubariam, Entlibuoch, Rusvil, tradidere. Alii in tutelam ſe tradidere ut Comites à Straſberg, Nidou, Arberg, Kiburg, Burgdorffi, & Duni domini; plerique nobiles, promittentes auxilia omnia, arces ſuas apertas, ipſum denique & liberos pro ſupremis dominis, habituros. His ita ex animi ſententia comparatis, tum demum oculos ad tres Civitates alibi memoratas, Uraniam, Suitiam, & Silvaniam adjecit, jam illis parum amicus, quod Naſſovium foviſſent. Sed ut eas facilius ſubjiceret, Vettingæ Abbati, nam Tigurini abnuerant, quæ apud Uranios habebat traderet ſibi, perſuaſit. Idem Præpoſitum, & Collegium Lucerinum ut facerent, in iis quæ apud Silvanios ſuperiores & inferiores poſſidebant, adduxit. Beronenſes etiam quos habuerant cenſus, & jura in eadem civitate, quæque apud Suitios Artenſes, & Cuſenaci reſignavere. Fabariæ Abbatem Cunradum, quam in vico Veggis, ad lacum Lucerinum & vicinis juriſdictionem tenuerat, ſibi permitteret, compulit. Liberam demum imperii præfecturam Urſariæ ad S. Gothardum, quæ morte ultimi Comitis Rapertivillæ ad Imperium redierat, ſuis liberis in feudum perpetuum dedit. Vectigalia quoque a Summitate Gotthardi Lucernam uſque, quæ imperii erant, ſuis vindicavit. Ita tres civitates veluti retibus aut circumdedit, aut implicuit. Tum vero ad eas legatos pro deditione deſtinavit. Neque illæ jam ut tyranno, aut illegitimo Imperatori, adverſabantur; ſed imperii Rom. membra eſſe ſe, nec ab eo alienari poſſe; Non item privatæ potentiæ, aut domui Auſtriacæ ſubjacere; Legati conſenſum reliquarum Civitatum, Comitum, Nobilium,

Albertus Imperator de ſtabiliendo in Helvetiâ principatu cogitat.

MCC XCVIII.

decla-

declarare, ſimulque, ne diſceſſionem ſolæ facerent, adhortari; omnia humanitatis & benivolentiæ ſigna oſtendere; nec minora ab Auſtriacis præſidia & incrementa, dignitateſque quam ab imperio pollicebantur. Illud, propter Electorum factiones, in varia plerumque trahi, nonnumquam diſtrahi, & bellis flagrare civilibus: Auſtriacæ familiæ eas opes eſſe vireſque, quæ non ſolum tuendis ſuis ſatisfaciant, ſed etiam Imperio pares ſint. Protectores, non dominos fore, amicos, non oppreſſores. Hujus legationis Principes Baro a Liechtenberg, Gubernator Elſatiæ, & Baro ab Ochſenſtein, Imperatori a ſecretis. Reſponſum datum; Civitates tres in imperii, & Imperatoris, ut ejus capitis, quantum privilegia permitterent, voluntate, & obedientia fore, cætera procul habituras. Si quos reditus, cenſus, alia juriſdictionis officia, aut obſequii munera debeant, ſive Auſtriacæ domui, aut ejus clientibus, cum fide præſtituras. Alienationes vero ab unius imperii tutela privilegiis ſuis omnibus prohiberi. Quod ſi aliquid contra Eccleſiaſtici, aut alii, quibus teneantur, conſenſerint, conceſſerintque, non teneri ſe, exiſtimare. Rogare denique Imperatorem, ne hac quoque, licet exigua, Imperium parte imminutum velit; imo quas pater, & præteriti Reges, & Principes immunitates, & privilegia, aut dederant, aut probarant, eadem ipſe confirmare haud abnueret. Ægrius reſponſio hæc inopina Albertum regem habuit, quam aut res poſtulare videbatur, aut ipſe indicium faceret. Nam hoc modo non ſolum ſe petitione exclusum videbat; ſed etiam quæ ante obtinuerat apud Collegia & Monachos, irrita reddi. Itaque quod hoc tempore, & benivolentia impetrare non potuit, alio, & importunitate, extorquere animum induxit. Quia vero tanti facere imperii nomen videbantur, ut ab eo ſeparari nollent, imperii nomine tribus civitatibus Præfectos delegit duos, re nova, & cunctis attonitis. Gæſlero Equiti Suitii & Uranii attributi: Silvanii Peregrino a Landenberg obvenére. Illi ſedes in arce antiqua ſupra Cuſſenacum: huic ſupra Siloam Sarna, infra Rotzenberg, habitationi fuére. Arx utraque Collegii Lucerini: in iis majores ſuos habebant; poſtea Auſtriacis cultæ, & præſidio munitæ. Antea tribus civitatibus jus rerum criminalium, & quæ ad imperium pertinere videbantur, unus tantum dicebat, cujus juriſdictioni plerumq; Tigurini, aliæque liberæ & vicinæ civitates, adjiciebantur. Nec illi in Helvetia,

Anno Chriſti

Albertus Imperator de ſtabiliendo in Helvetiá principatu cogitat.

MCCXCVIII.

Anno Chriſti

niſi raro, ſedes; plerumque extra agitabat. Quotannis ſemel, aut ſæpius, ut negotia poſtulabant, conventus agitabat, aut ad eas inviſebat, non aliter atque nunc pleriſque Imperii liberis urbibus, & cætera à Vicariis populi, qui liberæ conditionis eſſent, adminiſtrabantur. Sed præfecti ab Alberto dati mites primo, & animis ad humanitatem comparatis, mox ad aſperiora converſi, poſtremo tyrannidem habuêre. Idque eo confidentius quod undique Auſtriacis cinctæ, nec aliunde auxilia, nec ipſi regi, aut domui Auſtriacæ viribus pares, aut contendere poſſe viderentur. Itaque levi admodum cauſſa, ad vincula damnare, extra fines Lucernam, aut Tugium in carceres rapere, exactionibus priſcis premere, novas imponere, in popularium querelis obſurdeſcere, libertatem & ejus cætera per vim infringere. Omnia conſcio, & annuente Alberto. Hæc in omnes: ſingularia per libidinem non pauciora. Erat apud Silvanios civis (Henrico a Melchtall viro fuit nomen a valle ſic dicta) ſenecta, ætate, & opulentia libertatis, jurisque antiqui, & moris tenax, multa apud ſuos fama, & auctoritate. Ad eum Landenbergerus Præfectus famulum miſit, qui aliquot boum juga abduceret: audierat enim eximiæ fortunæ eſſe. Negare ille alicujus ſe culpæ adfinem, nec quemquam leges inauditum punire, aliaque dicere, quæ vim molientem retunderent. Exarſit famulus ira & vecordia, moribuſque ad ingenium heri concinnatis, ſtivæ ipſi ſuccederent ruſtici, aratrumque pertraherent minaci voce infremuit. Offendit Henrici filium, Arnoldum nomine, jam annis maturum, ſervi inſolentia, & mandati atrocitas, ſtimulumque quo boves agebat, in eum convertit, & egregie pulſato digitum, fortè pollicem, excuſſit; mox tyranni non ignarus ad Uranios fuga delapſus eſt, ubi apud amicos delituit. Nec ſic tamen vindicta non ſumta, pœna filio parata in parentem congeſta, oculique per vim homini innocentiſſimo capite evulſi. Cætera bonorum ademta. Sævitia Landenbergerus, effreni lubidine flagrabat vicarius ejus, nobilis a Volfenſchies, quem Rotzenbergæ arci præfecerat. Is in vico Altzele Conradi Baumgartneri uxorem forma, ut iis regionibus, non vulgarem fœminam conſpicatus, æſtuare prava cupiditate cœpit, mulierique, cognita mariti abſentia, feſſo ſibi, & ſudore per anni tempus diffluenti, (Angelberga monaſterio Rotzenbergam cum duobus famulis

Præfectorum ab Alberto Imperatore datorum in Helvetiâ tyrannis.

MCCXCVIII.

redibat)

redibat) ut balnea pararet, compulit. Jamque ibi erat, ut ad cætera cogeretur, niſi Cunradi adventus interpellaſſet. Sumtum ab adultero, impacta ſecuri, eodem loco ſupplicium, præſentius quam de Tarquinii filio Romæ. Nec Landenbergero Præfecto ulciſcendi facultas, aut conſilium, infamia ſuperante, fuit. Eques Gæſlerus apud Suitios Uranioſque non mitiori ferocia regnabat. Steinam vicum Suitiorum cum forte tranſiret, in Verneri Stauffacheri, nobilis viri, & cujus pater Arnoldus ſupremum magiſtratum in eadem civitate multos annos geſſerat, domum paullo ſumtuoſius non multo ante ædificatam oculos convertit, cujuſque ea eſſet, rogavit. Aderat Stauffacherus, Præfectique animum de vultu conjectatus, quem aliis jam ſæpius notis ſibi parum æquum adverterat, vocem, animumque moderans, Regis eam domum eſſe reſpondit; ejus ſeſe liberalitate & indulgentia poſſidere. At ille indignatus, Se omnium jam quidem eſſe dominum, voce, vultuq; pro animi deſtinatione compoſitis, jactavit, neque ultra paſſurum, ut quo vellent modo, tanquam poſſeſſores agerent, habitarent, ædificarentque; factis verba mox comprobaturum. Stauffacherus qui, quod ſuſpicatus erat, apertè ſe Præfecti malevolentia premi cernebat, rebus ſuis conſulere, & libertati jam in ultimum adductæ remedia quærere conſtituit. Uraniam eam ob cauſſam profectus, cum quæ ibi gererentur percunctatus eſſet, non minus Gæſleri odium, tyrannidem etiam majorem, & ſuperbiam, (quæ omni crudelitate intolerabilior cordatis) offendit. Gæſlerus enim præter quod arcem ſupra Altorffum, Uraniorum maximum vicum, condebat, quam in contumeliam & injuriam gentis, Uraniorum jugum vocabat, cæterorum malè conſcius, cum inde conſpirationem & inſidias metueret, Altorffi, loco publico, prope tiliam impoſito in perticam pileo, eum, qui Imperatori & ſibi deberetur, exhiberi honorem, additis cuſtodibus, præceperat; negligentes, aut abnuentes in vincula duci: hoc animis explicandis haud vulgare ſymbolum ratus. Accidêre hæc circa feſtum Iacobi, menſe Julio. Igitur ſecreto cum Valtero Furſtio, antiquo amico, Stauffacherus ſuper rerum ſtatu collocutus Arnoldum quoque a Melchtal, quem Silvania eo fugiſſe conſtat, in conſilium, auxiliumque adſumere placuit. Hi tres jurejurando, ſua ſponte, adacti niſi exciſa tyrannide vitam non toleraturos, libertatis tum quidem Helvetiæ

Anno Chriſti

Præfectorum ab Albertolmperatore datorum in Helvetiâ tyrannis.

MCC XCVIII.

Gæſleri Præfecti inſignis, nec ferenda, ſuperbia.

Helvetiæ primi liberatores.

Anno Chriſti

pꝛima conſilia inière. Spes ab initio obſcuræ, omnibus vicinis voluntaria ſervitute obligatis, ſumma Imperatoris potentia, rebus florentibus. Popularium contra virtus, & regentium odia, animos rurſum attollebant. Comparandos facinoris ſocios; non defore ſucceſſus ſemel aggreſſis. Libertatis oppreſſæ deſiderium gravius eſſe: pro fortunis, aris, & focis certantibus vires ſemper ſuppeditare. Imperatori ſe, & imperio, non tyrannis, juramento & legibus teneri. Nihil magnum ſine periculo eſſe. His, & ſimilibus inter ſe diſputantibus, celeritate, deſtinatis exſequendis, potius nihil eſſe videbatur. Sed arces Silvaniæ duas Arnoldus oſtendebat locis munitis, præſidiis firmas. Si iis expugnandis tempus ponendum ſit, mox adfuturos ultores & hoſtes; tum vero funditus pereundum. Animis irritatis juſtam fore tum in extremam ſervitutem redigendi cauſſam. Aſtu paranda quæ vires negarent. Id facile eſſe, ſi ad Kalendas Januarias ſequentis anni mora fiat. Strenis enim tum deferendis arcis portas, nulla magna cuſtodia, omnibus promiſcue patere. Interea ſibi quiſque quos poſſet optimos, & fortiſſimos in conſcientiam fidemque tam egregii operis adſciſceret. Placuit conſilium; ſicque diſceſſum eſt. Iſta ſunt libertatis Helvetiorum fundamenta, tribus his auctoribus, Vernero Stauffachero Suitio, Valtero Furſtio Uranienſi, & Arnoldo a Melchtal Silvanio, his nempe de cauſſis, jureque, & neceſſitate; ne quis a furioſis, & rebellibus ruſticis, quod inique vilia quædam mancipia calumniantur, factum putet, exiguo adparatu, & loco obſcuro, Ruttelismatten nomen eſt, prope Mitlerſtein, è conſpectu fermè Brunnæ vici Suitiorum: quæ fundamenta & initia non ſolum Helvetiam omnem complexa, ſed magnam Sequanorum, Rauracorum partem, Rhætiam univerſam, & Valeſiam, Germaniæ urbes non pœnitendas, in eam ſe magnitudinem idque robur extulerunt, ut a nemine hactenus ſubrui, aut debilitari potuerint. Acta ſunt hæc anno Domini cIↄccc vII, menſe Septembri.

Helvetiæ primi liberatores.

MCC XCVIII.

Neque vero minor in nobiles, & præcipuæ auctoritatis opumque, Præfectorum inſolentia erat. Nobiliſſimi apud Uranios Barones ab Attinghuſen, ab Utzingen, a Schuintsberg; Equeſtris ordinis, nobiles a Silinio, Mos, Sedorf, Spiringen: Majores ab Ortdsfeld, a Burglen, plurimi alii; apud Silvanios nobiles a Rudens, Hunwyl, Valterſberg, Majores a Sarnen, Sachſten,

Buochs, alii apud Suitios nobiles ab Iberga Stauffacher, ab Hunen. Hi omnes non mitiores habebant Præfectos & Auſtriacos, quod ſua privilegia tuerentur, quod ſe ab Imperio avelli non paterentur, quod ſe in clientelas alienas tradere recuſarent, quod plurimi tota Helvetia, ut conſtat, fecerant, quod etiam a popularibus ſtarent. Hinc eos ruſticos & agreſtes nobiles, ex ruſtica progenie cenſuque, & moribus per ignominiam vocitabant: ut his, & aliis injuriis; ac contumeliis incenſus Baro Atthinguſanus, tunc Landtammanus Uriorum, ſæpius in has voces proruperit, Majorem vim & inſolentiam eſſe quam viri ferre poſſint. Sed dum iſta paſſim geruntur, accidit Uraniæ res admiratione digniſſima, ſi eventum ſpectes; miſericordiâ, ſi periculum. Gulielmus Tellius, vico Uraniorum oriundus, duobus ſupra Altorffum circiter paſſuum millibus, loco honeſto & familia, fortè pileum præfixum in foro Altorffi, ut diximus, prætererat, nec ullum honorem præbuerat. Incertum mandati ignarus, an incogitans, vel ſuapte induſtria. Nec mora; capitur, in vincula conjicitur. Advenit poſt aliquot temporis, XXX videlicet Octobris, Gæſlerus, Telliumque in judicium producit. Multis interrogatus cum eorum nihil, quæ petebantur, aperuiſſet, ſubit Præfecto conſilium quod vel æquiſſimum & fortiſſimum animum labefactaret. Erant Gulielmo liberi quos paterno amore diligebat, ex quibus minorem tenerrime complectebatur. Ipſe ſagittandi in illa regione & tempeſtate non ignarus habitus. Eum puerulum ex matris ſinu abreptum, ea conditione Gæſlerus tradit patri, ut vel pomum de filioli vertice, certo ſpatio, ſagitta dejiciat, vel ſecreta promat. Anceps periculum animum diſtrahebat; amore, metuque pariter confligtabatur. Adfirmat ſanè omnium ſe ignariſſimum; conditionem autem quæ propoſita eſſet, omnem humani animi naturam, captumque excedere, nec fando auditum ſimile quid a nefariiſſimis tyrannis excogitatum: ſe potius quibus vellet cruciatibus de medio tolleret: mori quam parricidio manus contaminare præſtabilius eſſe. Quid multa? Compellitur juſſa ut faciat. Ita arcum intendit, invocataque Numinis præſentia pomum ex capite decutit, intacto puero, cunctis adplaudentibus, lætitiaque & commiſeratione vix a lacrymis temperantibus. Sed quæ Tellium, cæteroſque, metu & periculo liberaverant, Gæſleri animum magis magiſque

Anno Chriſti

Helvetiæ primi liberatores, libertatiſque redditæ, manentiſque hodie, origo.

M CC XCVIII.

Anno Christi

ira & indignatione inflammaverunt. Infixerat Tellius collibio jaculum; quæ res ſuſpicionem movit ſciſcitandi quis ejus uſus eſſet, quod conſilium; nec ipſe tergiverſatus, continuoque profeſſus eſt, eam quidem ſagittariorum conſuetudinem pluribus ut inſtruantur telis; ſe tamen eo conſilio ſagittam paraſſe, qua Præfectum trajiceret, ſi in filium aberraſſet. Inde Gæſlero cauſſa Tellium navibus imponendi, & ad perpetuos carceres, quatinus vitam promiſerat, ſi indicaret, Cuſſeniacum ultra lacum deportandi. Sed cum navigantes ſubito divinitus, credo, ſuborta tempeſtas oppreſſiſſet, diſcrimenque gravius eſſet, quam ut fluctibus reſiſtere poſſe viderentur, ipſum notæ navigandi peritiæ hominem vinculis exſolvere, omnibus metu & urgente periculo trementibus, gubernaculoque admovere placuit. Nec ſibi defuit Tellius, navemque agitatam ſecundum rupes impellit, dum in ſaxum aliquamtum in undas prominens incurreret; mox converſa prora, & arcu correpto, attonitis omnibus, in petram illam ſe projicit, & curriculo ſe in montes, qui lacui incumbunt, attollit. Locus exitus monumento, & nominis Telliani celebritate clarus. Tandem, deficiente vento, & cunctis nitentibus, Præfectus magno labore Brunnam deductus eſt, qui proximus Suitiorum ad eumdem lacum vicus. Inde in arcem Cuſſeniacum equo iter arripuit. Via propter utrumque lacum Lovercianum, & Tuginum ferme plana & aperta, licet anfractuoſa. Cuſſeniaco non procul ſenſim in profunditatem concavam adſurgit, in ſupremitate bivium, nec alia tranſeundi ratio. Hic Præfectum antecurrens Tellius cum præſtolatus eſſet, jaculo incautum conficit, rurſumque trepidis & perculſis metu famulis, eadem qua venerat via, primo Suitiam, ubi exacta Stauffacherum edocuit, tum latitabundus Uraniam devolutus eſt. Locus cædis memoria pariter nobilitatus. Occaſiones erant, animi ſupererant, familiares Gæſleri trucidati, aliosque tyrannidis ſuſpectos, aut adminiſtros, finibus ejiciendi; ſed Silvanienſes arces nondum capturis opportunæ. Ubi Kalendæ adſignatæ illuxerunt, die ejus menſis Lunæ, demum in poteſtatem venere. Rotzenberga ita occupata. Ea in arce ancilla erat, qua per libidinem juvenis Silvanienſis furtim abutebatur. Nocte inter alias condicta, quæ Kalendas præcedebat, idem juvenis adſumtis ſecum x x ſociis, ſolito ſigno, adventum ſuum ſignificat. Nec illa iners, aut ignara

Helvetiæ primi liberatores.

M CC XCVIII.

adulte-

adulterum fune, quando vectibus & trabibus cætera clauſa & firma tenebantur, uti conſueverat, in arcis feneſtram attollit. Congrediuntur. Non multo poſt, tamquam aliud acturus, cum ſpe reditus, cubili egreditur, & ſociorum unum, quos non procul abdiderat, eâdem machina & feneſtra in altum pertrahit, qui deinde reliquos. Ipſe ad ſuam, ut omnis ſuſpicio abeſſet, continuo regreſſus eſt. Portæ, & omnes arcis exitus, ne effugiendi aut factum divulgandi locus eſſet, tantiſper cuſtodia & armis obſeſſa donec de altera arce nuncius adferretur. Nec illa minori dexteritate, aut arte intercepta. Quinquaginta numero, eodem Kalendarum Januarii die, primo mane, convenerunt. Eorum viginti donis & ſtrenis plùs ſolito onuſti recta ad Sarnam tenderunt, reliqui in Silva proxima, quæ ab alnis nomen tenebat Erlinsholtz, ſubſtitére. Obvius illis factus non multo extra arcem Landenbergerus, juveneſque inermes conſpicatus, cum præter donativa aliud ultra nihil ſuſpectaret, omnibus collaudatis, arci ſuccederent imperavit. Ipſe inſtitutum iter proſecutus eſt. At illi ingreſſi arcem, portis, & cuſtodibus, totique familiæ manus injecére, captivoſque omnes, & ipſum Præfectum, ex fuga, in quam, tumultu audito, ſe conjecerat, retractum, cum extra fines perduxiſſent, cum omni re & ſupellectile familiari, exilio damnatos jurejurandoque adactos numquam redituros, in perpetuum relegavêre. Idem Rotenbergæ factum, & poſtea apud Uranios, & Suitios. Arces duæ Silvaniæ everſæ. Uranienſes pariter jugum, quod pararat Gæſlerus, humeris excuſſere, ædificio nondum perfecto, è fundamentis evulſo. Suitii quoque arcem in medio lacus Loverciaci, loco amœno & forti, diripuêre. Ita omnia tyrannidis receptacula, ne memoria eſſet, penitus ſublata. Tres civitates, ſequenti Dominica, in decennium novo fœdere conjunctæ, articulis a tribus primis auctoribus compoſitis. Tum vero ditiones ſuas & fines munire, & contra oppreſſores, & hoſtiles impetus undique circumvallare cœperunt. Principio Suitii contra Eremitas turrim pro munimento in monte Sattel nuncupato eduxerunt, utrumque montem muro conjunxerunt. Idem contra Tuginos, & cognominem lacum, in valle ſubjecta, prope vicum Art fecerunt. Silvanii pariter lacus ripas undique vallis & ſudibus clauſerunt, turrim Stantzſtadii ad excubias exædificarunt, aditus omnes per aquas interceperunt.

Anno Christi

Helvetiæ primi liberatores.

MCCXCVIII.

Anno Chriſti

Cætera ſummæ Alpes & montium prærupta tuebantur. Uranii in ſecretiore valle utriuſque opibus tuti. Albertus Imp. nuncio accepto, bellum facturus, & quos odio non parvo habebat, jam ultro juſtâ (ut quidem videbatur, cauſſa oblata, aut penitus deleturus, aut ad arbitrium redacturus, non jam ſcilicet ſibi, hoc eſt, domui Auſtriacæ, ſed Imperio rebelles, primo ut vicini tribus civitatibus, veluti Glaronenſes, Tugini, Lucernates, alii commeatus interdicerent, belloque initium facerent, imperavit, mox cum copiis, & quæ ad ſubjugandos hoſtes facerent, adfuturum. Et feciſſet, niſi eodem anno, Kalendis Maji Bada rediens, ubi conventum nobilitatis convocarat, belli cauſa quod cum Epiſcopo Baſilienſi gerebat, & contra tres civitates decreverat, cum Urſam trajeciſſet, Rhinfeldam profecturus, ubi regina eum cum parte exercitus (reliqua pars arcem Fürſtein ejuſdem Epiſcopi obſidebat) exſpectabat, a Ioanne, ex fratre Rudolpho nepote, quod ei paternum Sueviæ Ducatum, quem tutoris nomine hactenus tenuerat, adulto jam, & viceſimum annum egreſſo, cum ſæpius rogaſſet, reſtituere noluiſſet, & conjuratis, pluribus vulneribus confoſſus interiiſſet. Princeps magnanimus, utilis bello, utpote qui præliis duodecim, quibus interfuit, aut præfuit, victoriam ſemper reportarit; pacis non ignarus, ſi avaritiam, ambitumque, duo inter ſe diverſiſſima vitia, auferas, cum optimis conferendus. Locus ubi patrata cædes Monaſteriis duobus celebratus, poſtea Campus regius, vulgo Kunigsfelden dictus eſt, medio Vindoniſſæ veteris, unde ſcilicet Habſburgiorum origo prima, & hæreditaria ſedes: quo quidem caſu ita conſternata ferunt Helvetiæ urbes, ut tum demum, poſt triceſimum annum, portas clauſerint, cum longa pace ita limo lutoque in ceſpitem concreviſſent, ut vix moveri poſſe viderentur. Hæc initia ſunt velut reſtitutæ, confirmatæ, poſtquam multis petita eſſet, ſed fruſtra, inſidiis, ordinatæque, & deinceps ordinandæ magis magiſque, ac confirmandæ Helvetiorum Reipubl. libertatis.

Helvetiæ primi liberatores, libertatiſque redditæ, manentiſque hodie, origo.

M CC XCVIII.

MCCC. *Ottomanicæ regnatricis domus*

Hic annus Oſmanicæ vel Ottomanicæ, regnatricis adhuc hodie inter Turcas, domus potentiæ origine inſignis eſt. De Oſmanis ergo vel Ottomani majoribus, nativitate, geſtis rebus, regnoque, & libetis, nonnihil hic ut dicamus, hujus inſtituti noſtri ratio exigit. *Accidit ergo aliquando*, ut auctor eſt di-

ligen-

ligentiſſimus accuratiſſimuſque Ioannes Leonclavius in Annalibus Turcicis, auctoritatem Annalium Sultanorum Oſmanidarum, ab ipſis Turcis ſcriptorum, bona fide ſequutus, *ut feſſus Ertucules interdiu ſemet ad quietem componeret. Ibi tum ei ſomnium ſe quoddam obtulit, quo viſo fuit experrectus. Mox hinc & inde rem cogitabundus expendens, corpus abluit, preces ſuas abſolvit, habituque mutato Coniam profectus, urbem ingreditur. Agebat iſtic vir auctoritatis ex doctrina maximæ, cui nomen Edebales, operum effector & prodigiorum admirabilium, in quem conjecti erant omnium oculi, quod eos in lege Mahumetana inſtitueret, ac facultates cæteroquin ampliſſimas poſſideret. Etiam Sultanus ipſe, cui nomen Aladines plurimum ei tribuebat. Hunc ubi conveniſſet Ertucules, ut ſomnium illi ſuum exponeret; Venerande vir, ait, per quietem viſus ſum videre ſplendorem lunæ, prodeuntem è ſinu tuo, qui meum in ſinum penetraret. Eo quum delatus eſſet, ex umbilico meo mox enatam fuiſſe arborem, quæ regiones aliquot, ac prææltos montes, latoſque campos umbra ſua tegeret. Ad ipſas autem radices arboris perennes aquas emanaſſe, quibus vineæ paſſim & horti rigarentur: ac ſecundum hæc, experrectus fui. Poſteaquam diu multùmque ſemet Edebales, qui à ſuis vir ſanctus habebatur, ob interpretationem ſomnii torſiſſet: tamdem, oratione ad Ertuculem converſa, Naſcetur tibi filius, inquit, vir optime, cui nomen erit Oſman. Is bella plurima geret, ac poſteri tui deinceps Reges, terrarumque Principes erunt. Mea quoque filia nuptura eſt Oſmani; ex qua procreabit ille liberos, qui regiam ad dignitatem pervenient, ac populis cum imperio præerunt. Secundum illa natus fuit Oſman; qui quum adoleviſſet, Mahumetani vatis illius filiam duxit uxorem, ex qua natus eſt ei filius Vrchan. Quumque provinciis aliquot occupatis principatum ſibi conſtituiſſet, partem ditionum inter duces militares, qui ea in loca cum Ertucule patre venerant, liberaliter diſtribuit: à quibus illæ regiones hodieque nomina ſua ſortitæ ſunt. Itidem Vrchani filio ditiunculam, cui nomen Chiſar Sangagi, & cognomen Inunge, conceſſit. Deinde natus eſt Oſmani filius alter, Alis baſſa: quem perpetuo ſecum eſſe voluit. Rebus hoc modo conſtitutis, pater & filius Vrchan, conjunctis copiis, arma in Chriſtianos expediunt, omnia late populantur, agros eorum occupant, magnam hominum multitudinem utriuſque ſexus captivam abducunt. Vi etiam adhibita, civitatem Iſnicam, cum vicinis oppidis & arcibus, in poteſtatem redigunt, diripiunt. Qui tum temporis Teggiur ſive magiſtratus erat Pruſæ, adjunctis ſibi compluribus aliorum auxiliis, & coacto milite ſuo, de profligandis Turcis cogitare cœpit. Igitur hoc*

Anno Chriſti ac inter Turcas potentia origo.

De Oſmanis nativitate & liberis.

MCCC.

Anno Christi

magnis cum copiis in Turcas ducente, minime conſternatus Oſman, animo invicto Christianis obviam prodit. Ad manus ubi ventum fuiſſet, ſtrenue dimicatum utrimque. Cæſi fratres Oſmanis eo prælio, Gunduſelpes & Aidogdis, ac ſecundum viam publicam ad fines Dobmuris ſepulti. Oſman, fratribus licet amiſſis, tandem tamen victoria potitus eſt. Teggiur, Edrenoſius & Pruſæus, inita fuga, Pruſam delati, ſemet in urbem includunt.

De Oſmanis nativitate & majoribus.

Quos à tergo cum ſuis inſequutus Oſman, in itinere oppidum Vlubadam militari corona cingit; cujus Teggiur mox certis conditionibus cum eo tranſegit. Hinc Pruſam cum exercitu properans, urbis obſidionem molitur. Quumque vi admota nihil effecturum ſe videret ad ejus expugnationem, primum in adverſa urbi parte, juxta thermas, quæ Caplice *Turcis dicuntur, vallo ducto, munimentum pro ſuis erigit, cui fratris Gunduſelpis filium Agdemurem præficit, hominem rei bellicæ peritiſſimum, adjunctis ei militibus egregiis. Inde munimentum aliud excitat verſus eum montem, quem* Geſchisdage, *hoc eſt, Montem monachorum vocant. Illius curam Belebanzuco cuidam ex ſuis, viro ſtrenuo, committit. Hoc modo duobus hiſce munimentis exſtructis, & actis aggeribus ac foſſis, civitatem obſeſſam tam arcte clauſerunt, ut nemini vel acceſſus ad eam, vel exitus pateret: atque interim agrum omnem in poteſtatem ſuam redegerunt, nihil*

MCCC.

ut obſeſſis, præter ipſam urbem, reliqui facerent. Dum iſthæc durat obſidio, cum parte exercitus Oſman Gaſes ipſe Neapolim, quæ Geniſcheher lingua Turcica dicitur, contendit. Ejus viciniæ Chriſtiani omnes, coactis copiis ſuis, cum Oſmane confligunt: ſed Oſman prælio ſuperior, univerſa illa regione potitur. Ea vero Turcicorum militum, qui de ſpoliis opulenti evaſerant, præſidium accepit, abſque provincialium damno. His rebus ex animi ſententia confectis, Vrchanem filium ad expugnandam Pruſam ablegat. Horum militum acceſſione adauctis Turcarum caſtris, gravior incluſis eſſe cœpit obſidio. Quamobrem viribus obſeſſorum exhauſtis, quum omnis jam commeatus defeciſſet, ac nihilominus ipſi tam noctu, quam interdiu in armis eſſe, propugnandæ civitatis cauſa, cogerentur: tandem ipſe Teggiur, cui nomen Iuſſuphes, pactis intervenientibus, Vrchani Pruſæ deditionem fecit. Is adeo religioſe pactis conventis ſtetit, ut hoſti, abſque ullo impedimento & injuria, cum uxore, liberis, facultatibus univerſis, abeundi poteſtatem faceret, ne manguro quidem ablato: ſtatimque patrem Oſmanem Gaſem, de Pruſa in deditionem accepta, certiorem reddidit. Occupata fuit ab Vrchane Gaſi Pruſa Mahumetani calculi anno DCC XXVI. *Oſman ipſe tum temporis quieſcens, occupationi Pruſæ non interfuit: partim tumore cruciatuque pedum impeditus, partim quod ſe ſuperſtite filium*

Vrcha-

Vrchanem aliquid fortiter agere cuperet, ad excitandos in eo generoſi animi ſpiritus. Tandem, exactis in imperio XXVIIII *annis, Oſman Gaſes vitam cum morte commutavit. Ejus loco rerum adminiſtrationem conſequutus eſt Vrchan filius, anno Mahumetano* DCCXXVII. *Ante mortem præcepit, ut Pruſæ in argentea tumba concamerata conderetur: ſed vulgo ad Sugutzucam, qui locus à ſalice nomen habet, conditus exiſtimatur.* Ab Ottomano illo, de quo diximus, hodieque ſanguinis ejus traduces Turcici Imperatores Ottomanidæ, eorumque ſedes Conſtantinopolis Porta Ottomanica appellantur.

Anno Chriſti

Oſmanis, vel Ottomani, nativitas, vita, res geſta.

Benedicto, ejus nominis XI. Papæ ſucceſſit Clemens V. Is natione Gallus, Vaſco, quia Philippi inprimis, Galliarum Regis, opera ad id faſtigium erat provectus, novo exemplo ſedem Pontificiam in urbem Galliæ Avenionem tranſtulit; manſitque hæc in eâ per annos continuos quaſi ſeptuaginta, ad tempora uſque Gregorii XI, qui exemplo majorum cathedram Pontificiam Romæ reddidit; quod factum anno MCCCLXXVII.

MCCCV.

Sedes Pontificia aut Papalis Româ Avenionem in Galliam transfertur.

HENRICUS VII. LUCELBURGENSIS Alberto Auſtriaco datus ſucceſſor eſt; in ſeptimum uſque menſem, poſt hujus exceſſum, electione, propter ſtudia affectantium imperium, maxime Philippi Pulchri, Gallorum Regis, dilatâ. Gallo Pontificis Romani, a Gallorum imperio Italiæ metuentis, artes maxime obſtitere. Totus autem Henricus fuit in componendis pacandiſque commotis & turbatis Germaniæ Italiæq; rebus. Et ſic in Italia finem vitæ ſibi ac imperii acceleravit, pane Euchariſtico (dictu nefas) veneno a Bernhardini Ordinis Monacho infecto, ſive Senenſibus, ſive Florentinis, eas inſidias ſtruentibus, è medio ſublatus. Accepti occaſione imperii uſus filium regno Bohemiæ præficiendum, illudque acceſſione utriuſque Luſatiæ augendum curavit.

MCCCVIII.

HENRICUS VII. LUCELBURGENSIS, IMP.

Veneno è medio tollitur.

Clemens V. ejus nominis Papa, dum, tranſlatâ, quod diximus, Avenionem ſede, in Gallia moratur, Concilium, quod Oecumenicum vocant, Viennæ celebrandum indixit; idque totius quaſi biennii fuit. De eo, ac in eodem factis decretis, Angelum Rocham differentem hic audiamus. Hæc autem ejus hac de re verba in Bibliotheca Vaticana leguntur. Viennenſe Concilium Generale xy. Viennæ, quæ eſt Auſtriæ Metropolis, urbs inclyta, omniumque urbium, quas Danubius ſuſtinet, & ædium magnificentia & rerum copia clariſſima, celebratum fuit anno

MCCCXI.

Concilium Viennenſe in Gallia celebratur.

In eo decreta.

Anno Chriſti

Dom. MCCCXI. ſub Henrico Lucelburgenſi Imperatore, & ſub Clemente hujus nominis V. Hic natione Vaſco, dum erat Archiepiſcopus Burdigalenſis (nam Cardinalis Burdigalæ degebat) ſummus Pontifex abſens creatus Peruſiæ, & Lugduni à Cardinalibus coronatus, Rege Galliæ, Rege Angliæ, ac Rege Tarraconenſi, vel Aragoniæ, præſentibus, ſedem Pontificiam ab urbe Roma Avenionem circa annum humanæ ſalutis MCCCV. tranſtulit: ſed eam Gregorius XI. poſt ann. LXX. Romam anno Dom. MCCCLXXVI. reduxit.

Concilium Viennenſe in Gallia celebratur.

In eo decreta.

Sunt qui velint huic Concilio interfuiſſe Philippum IV. cognomento Pulchrum, Francorum Regem, ejuſque filium primogenitum, Ludovicum ſcilicet Hutinum dictum, Navarræ tunc Regem, & Philippi fratrem Carolum Valeſium comitem, ut ex vita Clementis V. manuſcripta conſtat.

Huic Concilio ſummus præſedit Pontifex: præſentes autem adfuerunt duo Patriarchæ, Alexandrinus ſcilicet & Antiochenus, Epiſcopi 300. aliique Patres permulti contra Saracenos pro Terra Sancta recuperanda, nec non contra Templarios hæreticos, quibus condemnatis, eorum inſtituti reditus in alias ſacrorum Ordinum familias fuerunt diſtributi: & quaſi dato a ſummo Pontifice ſigno è Concilio Viennenſi, ob nefanda quædam ſcelera, pravaſque opiniones ad Religionem pertinentes, univerſus eorum Ordo deletus fuit. Rex Armeniæ regno renunciavit, & in Ordinem Sancti Franciſci ſeſe abdidit.

MCCCXI.

Templariorum Ordinis excidium.

Hoc in Concilio Feſtum Sacramenti corporis Chriſti ab Urbano IV. inſtitutum, cujus Officium cum hymno & proſa S. Thomas edidit, & ab eodem Urbano in præmium columnam argenteam accepit, confirmatum fuit, luſtratioque ipſa, qua corpus Chriſti ſanctiſſimum in ferculum Feria V. poſt Octavam Pentecoſtes ferri ſolet, centum fere poſt annis initium ſumpſit, & in hoc item Concilio fuiſſe inſtituta, atque inde ad reliquas Occidentis partes manaſſe, perhibetur.

Studia linguarum excitata.

Eodem in Concilio Clericorum mores reformati ſunt; decretumque fuit, ut honeſtis donarentur ſtipendiis qui in primariis Europæ Academiis, Hebraicam, Chaldaicam, Græcam, & Arabicam linguam publice profitentes docerent, ut fides Catholica inter omnes nationes propagaretur. Conſtitutiones item, quæ Clementinæ a Clemente ipſo Pontifice editæ, & ab ejuſdem

Clementinarum

Ponti-

Pontificis nomine dictæ, approbatæ fuerunt, ſicut innuere videntur quatuor illi viri, qui libros manu geſtantes in terram provoluti, Pontificiamque benedictionem poſtulantes, hoc in Concilio repræſentati cernuntur. Quæ quidem fere omnia Inſcriptiones, quæ infra leguntur, hiſce verbis comprehendunt: *Anno Chriſti* *Conſtitutionũ origo.*

Clemente
V.

Pontifice Clementinarum decretalium constitutionum Codex promulgatur.

Processio solemnitatis corporis Domini instituitur.

Hebraicæ, Chaldaicæ, Arabicæ, et Græcæ linguarum studium propagandæ fidei ergo in nobilissimis quatuor Europæ Academiis instituitur.

Mccc xi.

Cæterum inſignis, neque ferenda eſt, Rochæ illa hallucinatio, quâ Viennam, quæ Germaniæ nunc Imperatorum ſedes celeberrima eſt, cum Gallica confundit. *Rocha notatur, qui Viennam Galliæ cum Vienna, Imperatorum Germaniæ jam ſede, confundit.*

Et id obiter notandum hic videbatur, ut ex illuſtri exemplo cuivis, præteritarum rerum cognoſcendarum ſtudioſo, conſtaret, egregios cætera auctores oſcitanter ſubinde a vero deflectere ac aberrare. Vienna igitur Galliæ eſt, in quâ hoc Concilium, Viennenſe dictum, celebratum fuit.

Templariorum Ordinem hujus Viennenſis Concilii auctoritate deletum exciſumque quod attinet, cauſſam Rocha rejicit in corruptam non modo, ſed & graviſſimis flagitiis contaminatam vitam Templariorum. Neque deſunt, qui idem illud tradunt, alii. Et facile crediderim ſuis eos opibus, quæ maximæ erant, fuiſſe abuſos. Sed & haud abſimilia vero tradere illi videntur, qui Templariorum immenſas illas opes exitio eis fuiſſe, prodidere.

Henricus VII. cum jam fato eſſet functus, in imperio, ob diſſidia Principum, quæ ſemel cœpta tarde ponuntur, menſium quaſi quatuor ſupra decem, interregnum fuit. Diverſis namque magniſque ſtudiis inter Ludovicum Bavarum, & Fredericum Auſtriacum, quorum ille avum paternum, hic maternum, Ru- Mccc xiv. Interregnum in imperio.

Anno Chriſti MCCC XIV.

LUDOVICUS BAVARUS. ET FREDERICUS AUSTRIACUS IMPP.

dolphum Imperatorem jactabat. Et diſſentiebant acerrime, quibus eligendi auctoritas erat.

Vicit tamen tandem & ſuffragiorum numero ſuperior fuit LUDOVICUS BAVARUS. Nec defuere qui FREDERICUM AUSTRIACUM coronâ Aquiſgrani donarent. Ita diſſidentium ſtudia ac vota duos Imperatores nunc dedere. Quæ res atrociſſimis bellis, de quibus agunt luculenter Germanicarum rerum obvii cuivis ſcriptores, quæque iccirco hic repetere nobis non eſt neceſſe, occaſionem præbuere. Cæterum ambo cum a diverſis, contrariiſque ſtudiis, ſalutati eſſent Imperatores, quinquennii tantum Frederico, triginta autem & duorum annorum potentia Ludovico bello ſuperiori fuit. Neque minus clementia hujus, dum injuriarum oblivionem omnium decernit, quam victoria celebrata eſt. Per triennium victum Fredericum in cuſtodia habuit, qui liberaliter dimiſſus anno CIↃCCCXXX, veneno, ut volunt, exſtinctus obiit.

Ioannes XXII. Papa Ludovico Imperatori quovis molimine, conatu, ac ſcelere, ſe opponit.

Cæterum Papa Ioannes, qui nunc ſedit, Ludovico invidit res feliciſſime geſtas, & omnes evertendi quæſivit occaſiones; eo inprimis nomine, quod Ludovicus, necdum à Papâ confirmatus, munia imperii obiret. Inde cum novæ atrociſſimæque exortæ ſint contentiones devotioneſque, primo nonnihil de Ioanne Papâ, ejus nominis vigeſimo & ſecundo, deinde cætera dicemus, fidem graviſſimi auctoris, Aventini, ſicut & alibi, ſequuti. Anno, inquit Annalium Bojorum Lib. VII. Chriſti MCCCXVI. cum intervallum regni Pontificalis duos annos, menſes ſex, in Eccleſia Romana fuiſſet, Philippo ſexto Celtarum rege connitente, Iacobus Baburcus rebus Eccleſiaſticis imponitur, & Ioannes viceſimus ſecundus cognominatur. Iſque Conrado Gurcenſi Epiſcopo, ab Auſtriacis ad ſe miſſo, ut Ludovico in ordinem redacto, Frederici imperium ratum eſſe decerneret, petenti, Rudolphum atque Albertum, avum, parentem Frederici collaudanti, item Fredericum ſobolem Auguſtam, indolem ejus atque mentem nutritam ac educatam, fauſtis penetralibus ortam, fortes fortibus, atque bonis procreari, & in jumentis atque equis eſſe patrum virtutem, nec imbellem columbam feris aquilis progenerari, multis commemoranti, pauciſſimis reſpondet: Salomonem omnium mortalium haud dubie ſapientiſſimum, filium tamen ſtolidiſſimum genuiſſe. Legatos deinde non admo-

MCCC XVI.

dum

Anno Chriſti

dum benigne auditos, re non impetrata, domum abire jubet. Atque hunc Ioannem temere, atque malè de beatitudine, atque felicitate humana ſenſiſſe reperio. Nullam penitus animam mortalium, donec ii reviviſcerent, atque immortalitate donati poſt excidium demum orbis forent, cœleſtem in curiam recipi, prædicavit. Legi ego Epiſtolam (quæ extat) Theologorum ejuſdem tempeſtatis, maxime Pariſiorum, qui illum hæreſeos nota inurunt, atque ut reſipiſcat, commonefaciunt. Idem invitis myſtis Epiſcopos impoſuit, ſicuti Fruxinenſibus Ioannem Brixinenſem, deinde & Bambergenſem. Illi ut ſymmiſtis placerent, Parochias ipſis tributarias fecere; hoſpitalitas tum abolita eſt. Quod in alimenta pauperum ante diſtributum, in ornamentum, cultum parietum, atque pompam verſum eſt. Tum privata ſacrificia, ſacrificularios Pontifices, ſacrilegia, compilationes, peculatus (ut tum autumabant) templorum, ac, ſicuti nunc vocant, incorporationes & abſentias invaluiſſe reperio. Hic etiam Alter & viceſimus omnium Pontificum Roman. qui unquam fuere, pecunioſiſſimus, paupertatem non ſolum a Chriſto Servatore noſtro, ejuſque comitibus, & legatis, verum a Philoſophis quoque, Poëtis, Oratoribus, Hiſtoricis, alienis a religione noſtra, collaudatam, irriſit. Franciſcanos in diem viventes, oſtiatim victum mendicando quærentes, ſuæ opinioni adverſantes, ut qui Chriſtum, ejuſque nuncios nihil poſſediſſe docebant, impietatis, peſtiferi erroris condemnavit, ex civitate Chriſtiana exegit, fraterculos nuncupavit, pleroſque igne concremavit. Sacratas fœminas, quas Beginas nominamus, impietatis poſtulavit, nubere coëgit. Quoſdam qui in finibus Bojemiæ atque Auſtriæ, ſupremam illam majeſtatem ſenis, adoleſcentis, columbæ imagine (uti adhuc fieri ſolet) pingebant, læſæ religionis accerſivit, Anthropomorphitas eſſe renunciavit, quoſdam ad ignem condemnavit. Septimum juris Pontificii librum, quem Clemens quintus, deceſſor ejus, compoſuerat, ſed quod multa, quæ ſimplicitati Chriſtianæ, libertati religionis imponerent, ibi continerentur, publicare ſuperſederat, atque aboleri juſſerat, animam agens edidit: omnia quæ ibidem ſcripta erant, rata fore conſtituit: quæ a Benedicto, qui Ioanni ſucceſſit, rurſus antiquata ſunt. Hæc a Wilhelmo Occamenſi accepi. Dominicani Ioannis rebus ſtudebant; quamobrem is illis gratificaturus, D. Thomam

Ioannē Papam hæreſios accuſant Theologi Pariſienſes.

Mccc xvi.

Ejuſdē Papæ impietas, dum divina omnia & humana permiſcet fœde ac confundit.

Anno Chriſti

albo ſuperûm inſcribit, omnibus ſacrarum literarum interpretibus præfert. Franciſcani ab eo devoti, principes adverſus eundem concitabant. Hæc ille de Iohanne hoc, Papa Romano. Nunc cætera expediam; ejuſdem ſcriptoris auctoritatem ſequuturus in iis tradendis, quæ, quamquam haud dubie ex vero prodita, ſcelerum flagitiorumque immanitate fidem prope omnem excedere videntur. Vix enim legentium ſanctitati ac innocentiæ veroſimile eſſe poteſt, aut offerri, ei, qui ſupremus Sacrorum Chriſtianorum Antiſtes audire volebat, tantam nocendi turbandique omnia ac movendi libidinem fuiſſe, Veriſſima tamen ex Aventino trademus.

MCCCXVI.

Immanis Pontificis Romani, nocendi, turbandi omnia ac movendi, libido.

Ludovicus, inquit, poſt memoratam illuſtrem victoriam de Frederico Auſtriaco reportatam, viſus eſt Ioanni Pont. Max. Ruperto regi Campaniæ, Carolo Pulchro regi Occidentalis Galliæ potentior, quam ipſis utile fortè eſſet. Cœpit ergo ob virtutes atque fortunam formidoloſus, atque ſuſpectus haberi. Quamobrem illi non tam adverſus Ludovicum, quam Germanicam libertatem (qua ſalva, illi ſalvi non eſſent) conſpirationem faciunt; Imperii nomen, atque favorem ex Italia, atque Roma exſcindere conantur, adeo ut nemo in Italia ſit, qui Imperatoriis rebus ſtudeat. Trahunt facile in partes Luitpoldum captivi Frederici fratrem. Decimas huic, ut Ludovicum in Germania oppugnet, ſacerdotes qui in ejus regno forent, penſitare Viceſimus ſecundus imperat. Poloniæ quoque ducem, quo immunis Imperii, cui hactenus ſtipendiarii ac obnoxii Poloni fuerant, agat, regem appellat. Sacratos Teutonum equites, cum Lituanis, alienis a religione noſtra, hoſtibus Reipublicæ Chriſtianæ, fœdus inire jubet, inducias inter inimiciſſimos biennio facit. Et Lituani ejus juſſu in Brandenburgenſes, filio Cæſaris parentes, crebro atque impune commeant. Ultro, citro arma movent, cuncta cæde, incendiis complent, greges hominum captivos abigunt, virgines, conjuges alienas ſtuprant, fana, ædes ſacras compilant. Sub idem tempus primarius ſacerdos Berchtrandum flaminem Rom. Philippum Valeſium, qui Weſtriaca Francia poſtea potitus eſt, cum copiis in Italiam mittit. Civesq; dynaſtas, oppida ab Imperio, ab Ludovico ad ſe deficere cogit, fidem ſervantes devovet. Eoſdem per Berchtrandum Dominicanum, impietatis inquiſitorem hæreſeos nota inurit, armiſque

Dux Poloniæ ab eodem Regio titulo donatur.

inva-

invadit. Petra Mala, & Matthæus ab Adolpho Cæſare præſes Italiæ datus, ejus filii Luclnus, & Stephanus, Marcus, ac Galeacius, eloquentiſſimi ac graviſſimi viri, cæterique vi Pontificiaque ſervitute oppreſſi, Turianos, Welphoneſque partes Pontificis Mediolano pellunt, ad opem Cæſaris confugiunt, majeſtatem populi Germani implorant, Ludovici auxilium invocant. Is Berchtoldum de Neyffen, Fredericum de Truheding, Berchtoldum, & filios ejus Berchtoldum, & Hainricum de Grayſpach, regulos Bojariæ, Franciæ, Sueviæ, virtutibus & natalibus celebres, qui pro prudentia atque fatidica ſuorum cognominum divinatione pacem, atque concordiam inter Chriſtianos confirmarent, ad Pont. Max. item ad legatum ejus fruſtra proficiſci jubet. Berchtrandus ille pacti turbator, (id enim Berchtrandus Germana lingua valet) non ſolum legatos Cæſaris a Pontifice, ad ſe rejectos, non audivit, ſed & contumelia affectos, quaſi hoſtes excedere Italia juſſit. Moxque Mediolanenſem agrum crudeliter depopulatur, ſtupris, cæde, incendiis univerſa, uti bello fieri ſolet, complet. Ludovicus, quod ſacramento rogatus, religione jurisjurandi adactus eſſet, ſe majeſtati Imperii, Reipublicæque nunquam defuturum, inopibus contra fas, præter æquum armis afflictis, ad populi Germani libertatem confugientibus, quos ſine maximo ſcelere deſerere non poſſet, ſuperiores tetrarchas, Cæſareis auſpiciis ſuppetias ferre, vim vi repellere, jure gentium imperat. Atque hæc ex utriuſque Principis Romani edictis, quæ in Bojariæ publicis Bibliothecis ſervantur, excepimus. Ea ſi a Chronicariorum mendaciis diſcrepaverint, illorum negligentia atque temeritas, qui amore atque odio cæcutientes, ac imperitia confiſi fabuloſa, omiſſa publica inſtrumentorum authoritate, ſibi conquirere permittunt, accuſetur, &, utut poſſint illorum nugæ ſperni, tamen fides noſtra non debet. Quæcunque in diplomatibus reperi, incorrupta profero. Igitur Viceſimus ſecundus hac bulla Cæſarem afflat.

Anno Christi MCCCXVI.

Immanis Pontificis Romani, nocendi, turbandi omnia ac movendi, libido.

Hiſtoricorum vulgus notatur.

„ POSTEAQUAM, inquit, A DECESSORIBUS NOSTRIS, „res Romana, a Græcis ad Germanos tranſlata, Carolo Magno „in fidem, atque tutelam commiſſa eſt, ſummus ille honor, be„neficium Pontificis Max. eſſe ſolet. Decretum ſiquidem eſt, ut „cum Germani Principes regem juſſiſſent, id demum ratum eſſe,

Bulla Papæ adverſus Cæſarem edita.

Anno Christi

„ſi Rom. Pontifex, univerſi orbis Chriſtiani pater, atque princeps,
„author fieret, nec ante cuiquam Comitiis Cæſareis, ſuffra-
„giis principum deſignato regi vel adminiſtrandi, vel regii
„tituli uſurpandi jus eſt, quam primarius ſacerdos, Dei Opt.
„legatus, ſuo numine faveat & aſpiret. Præterea, ſumma po-
„teſtas, maximum imperium, ubi orbum capite fuerit, penes
„Max. Pontificem, cujus beneficium illud eſt, exiſtit. Itidem,
„Ubi ſeptem ſuffragatores Comitiis Cæſareis diſcordes fuerint,
Bulla Papæ adverſus Cæſarem edita. „neuter Rex eſt. Epiſcopus Romanus, ſicut communis omnium
„mortalium parens, faſces Romanos ob diſſenſionem deſtitutos,
„Rempublicam derelictam, ſuo arbitrio temperat. Quemadmo-
„dum animus imperare, corpus illi, cujus beneficio vivit, ſer-
„vire debet: ita optime conſultum eſſe rebus Chriſtianis, nemo
„ambigit, ubi fragilia æternis, prophana ſacris, corporalia ſpi-
„ritalibus ſubdita ſunt, atque obtemperant. Quod tum fiet, quan-
„do Pont. Max. dignitatem utramque ſuo arbitratu moderatur,
„Eccleſia dominatur, ejus lege, atque imperio omnis poteſtas re-
„gitur, & Imp. religione ſacramenti ei, qui terris præſidendo
MCCCXVI. „vice cœleſtis Imperatoris perfungitur, addictus eſt. Haſce
„ob cauſas, cum poſt fata Imperatoris Hainrici ſeptimi, duo,
„Fredericus atque Ludovicus, reges conſultati fuerint, ambo, ut-
„pote contra auſpicia creati, indigni ſunt ſummo rerum huma-
„narum faſtigio. Reſpublica in medio derelicta, atque dilace-
„rata, a nobis jure noſtro adminiſtratur. Proinde Ludovicus
„maximo malo ſuo, nec minore Eccleſiæ Romanæ detrimento,
„necdum a nobis dignus qui imperet judicatus, ſua ſponte
„regium nomen, rerum habenas temerè uſurpavit, atque vi in
„Italia, atque Germania occupat. Nam Brandenburgenſem
„principatum contra leges atque interceſſionem filio ſuo tra-
„didit. In Italia Galeacio, ejus fratribus de crimine hæreſeos
„condemnatis, atque renunciatis, ſuppetias mitit. Nos igitur,
„juxta munus cœlitus nobis datum, Ludovico præcipimus, ut
„intra menſes tres ſeſe abdicet ab regiò nomine, gubernatione,
„functionibus publicis, rebus gerendis penitus abſtineat, a ſe
„hactenus acta reſcindat, nec poſthac, niſi juſſu & mandato no-
„ſtro, dignitatem reſumat. Quod ſi obtemperare detrectaverit,
„Patriarchis, Epiſcopis cunctis, Sacerdotibus, Principibus,
„Civitatibus, imperamus, ut eundem deſerant, ac nobis parere

„cogant. Data, atque publicata Avinione, octavo Idus Octobris, „anno dignitatis octavo, Christi vero MCCCXXI.

Anno Christi MCCCXVI.

Hæc ubi in Germania comperta ſunt, Ludovicus divini humanique Juris conſultiſſimos quoſque in Italia, Germaniis, Galliis, præcipue Bononiæ, atque Lutetiæ, in jure utroque, atque ſacris literis verſatos, conſulit. Hi omnes reſcripſere, acta, & dogmata Ioannis adverſus Cæſarem Chriſtianæ ſimplicitati, & divinæ Philoſophiæ repugnare. Extant hujuſcemodi conſilia Theologorum in Bibliothecis, in membranis ſcripta. Contra Viceſimum ſecundum libros quoque edunt hi, amici Ludovici, Marſilius Patavinus, Ioannes Gadunenſis, Luitpoldus de Bebenburg, Andreas Laudenſis, myſta Fruxinenſis, Auguſtæ magiſter Epiſtolarum, Ulricus Hangenor Auguſta ortus, ſacro Cæſaris ſcrinio præfectus, Dantes Aligerius Florentinus, qui tum cultiorum literarum ſemina ſparſit, quæ paulatim radices egerunt, in herbam exierunt, & noſtro demum ævo matureſcunt: tantæ molis fuit, exules literas, obſtrepentibus undique Barbaris, atque tyrannis, reducere. Iiſdem diebus Guilielmum Occamenſem, Franciſcanum Theologum præſtantiſſimum, atque Dialecticum ſuæ tempeſtatis acutiſſimum, duos collegas ejus, Bonam Gratiam Bergomenſem, & Michaëlem Cæſenatem, Franciſcanorum antiſtitem primarium, ſacrarum literarum, utriuſque Juris Profeſſores, cum ſacris Antonii Patavini Monachium ad Ludovicum veniſſe reperio. Guilielmus is, Anglia ortus, ſectam recentiorum peripateticorum, de quibus alibi a nobis mentio facta eſt, ab omnibus Academiis ferè exploſam, inſtauravit. Ad Ludovicum dixiſſe ferunt; Tu nos pugnis, enſe, ferro, armis a ſervitute aſſere: nos te lingua, calamo, literis, ſtylo, libris, verbis vindicabimus. Atque illi omnes certatim diſerti in Rom. Pontificem invecti ſunt: ratiocinationes, captiones ejuſdem confutant, argumenta diluunt, teſtimonio divini humanique juris probant, Ioannem libidine dominandi inſanire, in Chriſti plebem graſſari, Pontificem Rom. ut infimum Chriſtianorum, ſi quidem id quod cupit eſſe vult, quemadmodum Chriſtus, Petrus, atque Paulus fuere, Imperatori ſubjiciunt: tantum abfuit, ut ejus bullas, actaque tuerentur. Qui ſervus ſervorum eſt, inquiunt, nemini dominari debet; recumbentibus miniſtret, amet, paſcat, cœlo habitet; ſpretis honore, divitiis, potentia Chriſtum, cujus ſe vicarium

Ludovicus divini humaniq; Juris intelligentes conſulit.

Dantis Aligerii, humaniorum literarum inſtauratoris, elogium.

Pro Ludovico Cæſare contra Papæ tyrannidē reſponſa egregia doctiſſimorum hujus ſeculi.

men-

Anno Christi

mentitur, æmuletur:, veſtigia Pauli ſequatur. Hi contumelias, paupertatem, beatitudinem, opes, imperia, ſpinas atque ſcelera, & cultum Deorum vocant. Pleraque tum alia præcepta, legeſque vivendi, ſuperiores Cæſaris conſultores libellis editis ſacerdoti Romano dixere. Quæ Ioannes ubi accepit, illorum libros (pars tamen editi, atque ſervati, in Bibliothecis cum blattis & tineis colluctantur) exurit. Ludovico diras dicit, ſacra publice, privatim fieri vetat. Ottonem Charionum antiſtitem D. Lamperti, Toloſſanum, Dominicanorum Toloſtæ primarium ſacerdotem, præmiis inductos in Germaniam proficiſci, ſententiam ſuam enunciari jubet. Ludovicus hiſce turbis adactus Reginoburgium ad conventus agendos proficiſcitur, quinto Idus Auguſti, ſacra Auguſtalia, Imperii inſignia, haſtam, clavos, vivificæ Crucis magnam partem, quæ Chriſtus Servatot noſter ſanguine ſuo conſecravit, enſem, atque haſtam D. Mauritii, diadema aureum, enſem Caroli Magni, & alia hujuſcemodi penetralia, numero centum viginti, per ſacrificulos, ponte in veſtibulo ædis D. Haimerami facto, populo monſtrat. Adfuere Principes, Epiſcopi Germaniæ, in quibus fuiſſe reperio Balduinum Treverenſem, Hainricum Agrippinenſem, Mathiam Mogontinum archimyſtam, Ioannem regem Bojemiæ; fit Senatusconſultum, ut Cæſar operam det, ne Germana libertas in ſervitutem redigatur, & majeſtas Imperii a faucibus tyranni eripiatur. Ex concilii itaque decreto vana, irritaque eſſe Viceſimi ſecundi acta declaratum; quicunque ea tueretur, hoſtem Reipublicæ, bona ejus publica eſſe placuit. Otto atque Toloſanus Germania edicto extruſi ſunt. Nicolaus Pontifex Reginoburgenſis pacem a Ioanne emit, atque ære impetravit, ut immunis imperii Pontificalis foret, néve ſententiam Pontificiam in Cæſarem Ludovicum promulgaret. Rem gratiſſimam Ludovico fecit. Franciſcani, aliique omnes ſacerdotes, & Monachi, Epiſcopi, Cæſaris, principumque decreto ſteterunt; ſoli Dominicani modo Cæſaris, modo Pontificis, quocunque utilitas invitabat, rebus ſtudebant. Argentorati, quod diu publice rem divinam feciſſent, demum pecunia coëmpti detrectarent, urbe pulſi ſunt. Reginoburgii, atque Landſhutæ è diverſo primo ſacrificiis publicis aliquandiu ſuperſedere, hujuſcemodi cæremoniis abſtinuere; mox pertæſi ſolitudinum, ſponte templa aperuerunt, paſſimque, ne egeſtate

Ludovicus anathematis fulmine percutitur.

MCCCXVI.

Factum pro Germanici imperii libertate inſigne contra Papæ tyrannidem decretum.

peri-

Anno Chriſti

perirent, ſacra fecerunt. Nam Ludovicus, clementiſſimus natura, atque princeps benevolentiſſimus, neminem ad ſacra publica adegit. Sed hoc edicto publice ex Concilii decreto obnunciavit. Cujus exemplum, ſicuti tempus poſtulat, ſubtexam.

Factum pro Germanici imperii libertate inſigne contra Papæ tyrannidem decretum.

CHRISTUS SERVATOR, DOMINUS ATQUE DEUS NOSTER, *ejus legati primarii Petrus, Paulus, Iacobus, Ioannes, tempora periculoſa, ubi ad cælum migrarunt, nobis imminere cantarunt, & inprimis admonuerunt, ut ſummopere, atque anguium in morem aſtuti, decreta Phariſæorum, Pſeudochriſtos, Pſeudoprophetas, Pſeudapoſtolos, à mendacio ſimulatæ religionis ita appellatos, vitaremus. Qui ſe myſtas Chriſti ferunt, cum ſint nuncii Antichriſti. Eos inexplebilis honoris, potentiæ, pecuniæ ſitis atque luxus, avaritia, faſtus, quæ in proverbium venere, produnt. Non imus inficias, ingentia fatemur; tempora noſtra cenſuram non ferunt. Iam pridem corruptis moribus ſimplicitas Chriſtiana ſordet; longinqua conſuetudo potentior veritate vincit; tamen indignatio ſilentium rumpit. In altiſſima harum rerum ſpecula cælitus poſiti tacere non poſſumus: ne canes muti, juxta vatem ſacrum, qui latrare non poſſunt, ſimus. Et, ſi lupos pelle ovina tectos abigere ob infelicitatem temporum non valemus, reſiſtere tamen, hujuſcemodique prodere, munus noſtrum eſt. Quamvis tantundem, ut vellem, non poſſumus, tamen non aſſequutis voluiſſe, abunde pulchrum atque magnificum eſt. Et ut rem in pauca conferam, nec diutius ambagibus immorer, circuitioneque utar, remque aperte dicam, Ioannes ille, qui ſe Papam viceſimum ſecundum nuncupat, qualis ſit: oviculis Chriſti noſtro beneficio operæ pretium eſt agnoſcere, ne decepta pelle ovina à ſæviſſimo lupo devorentur. Nempe ſanguinem Chriſtianum ſitit, diſcordiæ, ſeditionum mala ubique gentium inter Chriſtianos ſerit. In Germania, & Italia, literis, pollicitationibus, auro, Principes, Tetrarchas, Epiſcopos, Sacerdotes, Monachos, cives, corrumpere nititur, inducit, ſollicitat, ad arma vocat. Adverſus divinam providentiam, ſupremam cæli majeſtatem, unde omnis poteſtas exiſtit, contra charitatem Chriſtianam pugnat, fratres in fratres armat; præcipit, ut Chriſtiani mutuum affectum, & amorem, quem ſolum pater immortalis à nobis exigit, exuant, arma corripiant, atque in ſua viſcera vertant, fidem frangant, pacta diſſolvant, invicem fraudent, decipiant, imponant; à Sacroſancto Imperio deficiant; rebellionem, conſpirationem, cædes, incendia, ſtupra faciant. Nec licet per hunc Antichriſtum Chriſtianis pacem à Deo datam ſervare. Tanta eſt hominis, vel potius Sathanæ, illius vecordia, publice pro concione ſcelera ſua, quaſi benefacta, prædicat. Cum Chriſtiani (inquit) Principes inter ſe diſcordant, tum vere Romanus*

MCCCXVI.

Anno Chriſti

ſacerdos eſt. Pontifex Max. demum regnat, demum dominatur. Vbi omnibus diſcordia, ſeditione, mutuo odio debilitatis formidoloſa ſit ejus poteſtas, univerſi ejus nutui obſequuntur, & vel ſcreatus obſervant. Seditio atque diſcordia Germanorum, ſalus eſt Romanorum Pontificum. Proinde pro virili enitendum eſt Pontifici Max. ſi ſalvus eſſe velit, ut æneum ſerpentem, hoc eſt, Alemannorum Imperium, conterat, in cineres atque favillas redigat. Itidem jactitat ſua opera effectum eſſe, ut nullus neque Romæ, neque in Italia ultra ſiet, qui Imperii rebus vel faveat, vel ſtudeat. Et profecto ejus fraude duo rebus impoſiti ſumus, quos ut vel una quidem literula (cum tamen undique auriſugæ, atque vultures ſui circumvolitarent, templa, fana, ſacras ædes compilarent) in gratiam redigeret, aut ut jure potius, vel apud ſe, quam armis diſceptare hortaretur, tantum abfuit, ut nos ultro ad bellum civile concitarit. Nullam operam dedit, ut inter nos pacem componeret, imo magis diſcordiam aluit; modo mihi, modo Auſtriaco ſtudebat; nunc Frederico, nunc Ludovico favere ſe ſimulabat; ut quiſque imbecillior erat, ita magis huic operam ſuam pollicebatur. Ad conſecrationem ultro invitabat; per fallaciam utriſque verba dedit, & pronos ad concordiam rurſus arma ſumere perſuaſit. Aſtu hæc omnia egit, ut interea dum domeſticis armis cognatiſque bellis atterimur, Imperium peſſundaret, labefactaret, urbes, caſtella, populos, Rempublicam invaderet, in cujus perniciem conſpiravit; populumque Chriſti in ſervitutem redigit, adverſus ſanctos Dei pugnat. Sacerdotia maxima, infima, ſordidiſſimis quibuſque, modo hoſtes Reipublicæ ſint, committit. Neminem publici boni ſtudioſum, aut pacis amantem in curiam ſacerdotum allegat. De Phariſæorum ſupercilio nimium ſibi aſſumit, nihil penſi habet, modo animo ſuo atque libidini per fas atque nefas morem gerat. Divina, humana decreta juxta contemnit, atque conturbat. Ius gentium violat, leges naturæ prophanat, ſacra polluit; indicta cauſa, necdum reos condemnat. Sibi licere abſque mora, actutum, vel in nos indemnatos ſententiam ferre, jactitat. Cum capitalis ſit inimicus, publicuſque hoſtis, tamen in propria cauſa actor, teſtis & judex eſt; id quod nec apud Turcas, neque Iudæos, neque Saracenos, neque Sarmatas fieri ſolet. Eos qui fidem Cæſari ſervant, & Chriſto Servatori noſtro præcipienti obtemperant, nec ullam aliam ob cauſam, hæreſeos nota inurit. Quicquid libet, licitum judicat, metitur opibus licentiam. Quid igitur cum illo agam? Neque jus, neque bonum, neque æquum exequi, ſcire ſtudet. Nihil videt, nihil facit, niſi quod lubet. Sathanæ ſpiritum ſibi ſumit, ſe ſimilem altiſſimo facit, ſe adorari (quod cælitum quidam ſibi à Ioanne fieri prohibuit) pedes ſibi oſculari, more Diocletiani, atq; Alexandri,

Factum pro Germanici Imperii libertate inſigne contra Papæ tyrannidem decretum.

MCCCXVI.

crude-

Anno Chriſti

crudeliſſimorum tyrannorum, permittit: cum Chriſtus manceps, divinitatis Dominus, & Deus noſter, pedes comitum ſuorum, piſcatorumque laverit, ut nuncii ſui viciſſim illis, ad quos miſſi ſunt, faciant. Una majeſtas, atque divina providentia, ipſa ſuis pollens opibus, nil indiga noſtri, ubique præſens, univerſis rebus incubat, rebus omnibus per ſe conſulit. Nec in manu factis templis habitat. Nos, Dei genus, in eodem vivimus, movemur, & ſumus. Ipſe cœli & terræ rector eſt, niſi forſitan artifex, natura effœta, ſupremuſque rerum parens ſenio atque labore continuo feſſus, Atlantis ritu (ut eſt in fabulis Poëtarum) Herculis, qui reſpirante interea loci cœlum humeris ſuſtineat, vicaria opera, atque ſempiternus mortalis auxilio indigeat. Sed nihil fortuito, nihil humana temeritate aut fit, aut regitur. Imperatores quoque terris, neque forte, neque caſu, neque à mortalibus, neque occulta fatorum poteſtate dantur, ſed à ſupremo numine eliguntur, atque divinitus conſtituuntur, rebuſque humanis à patre indulgentiſſimo imponuntur. Porro Romanus ſacerdos, cujus converſatio in cœlis eſſe debet, urbes, caſtella, vicos, regiones, opes, potentiam tantum, ſplendorem, jus gladii, adventitia non jure ſuo, ſed alieno beneficio occupat, poſſidet, nempe benevolentia atque liberalitate, ne dicam ſocordia atque ignavia, rectorum Germaniæ. At mortalium ingratiſſimi de optime meritis peſſime merentur. Enſem, cujus manubrium noſtra munificentia tenent, in noſtra viſcera, quorum beneficiarii ſunt, ſtringere non verentur. Obſcuri, verſuti, verſipelles, Celtarum Occidentalium freti viribus atque amicitia, gentiſque gentilitia infirmitate, hoc eſt, levitate, atque ſuperſtitione confiſi, libertati Germaniæ plagas tendunt, ſimplicitati Chriſtianæ captioſis aculeis ſub magna ſuperficie pietatis imponunt. Darios, Crœſos, Epicuros æmulantur; pauperiem, ignominiam, contumeliam, famem, ſitim, aſtum, frigus, mortes, vincula, carcerem, crucem pati (ſicuti Paulus & Petrus & Chriſtus, cui ſe operam vicariam præſidendo terræ dare gloriantur, fecerunt, & docuerunt) non ſolum non callent, ſed & pejus flagitio timent. Divitias ſolas, imperia, regna, honorem ſpectant: anxius quam ulli hominum ea conquirunt. Quæ tamen non tantum Chriſtus, & ejus legati contempſerunt, verum etiam Philoſophi, Poëtæ, Oratores, Hiſtorici, alieni à ſacramento veræ religionis, aſpernanda eſſe viro ſapienti, præcipue ſacris deſtinato, conſtanter præcipiunt: ut quæ abſque ſcelere & aliorum damno comparari nequeant; & ferè malos, nunquam bonos (ut eſt apud Germanos proverbium) efficiant. Nec ſine cauſa Chriſtus ſentes, & ſpinas; Paulus rete, atque laqueos principis Stygii adpellavit. Et ut eſt diſſociabile regnum, omniſque poteſtas impatiens

Factum pro Germanici Imperii libertate inſigne contra Papa tyrannidem decretum.

MCCC XVI.

Anno Christi

conſortis; jam egregii illi Paſtores, opibus, & ſplendore à majoribus noſtris aucti ferre parem nequeunt; Cæſarem Italia, Roma, Chriſtum terris extruſere. Illi cœlum quidem permittunt, inferos, atque terras ſibi aſſeruere. Deuſque terrarum hominumque non ſolum dici, ſed etiam credi volunt, quaſi perinde animis atque linguis (quod ne Deus immortalis quidem tentat) imperare poſſint, atque diviſum cum Iove habeant imperium. Repugnant, & maxime diverſa ſunt Crucifixus, & ſumma poteſtas; miles, & ſacerdos; Imperator & Paſtor; regnum & patibulum; corporalia, & ſpiritualia; arma & ſacra; bellum & pax; Cæſar, & Nuncius; Princeps & Miniſter; Dominus & ſervus. Qui vult eſſe Max. inter vos (ait ſupremus arbiter cœli legatis ſuis) infimus omnium, atque veſter ſervus ſit. Cæteris recumbentibus, quemadmodum ego feci, ad cyathum miniſtret. Vnus magiſter, & Dominus veſter in cœlis; vos autem fratres eſtis. Bellua multorum capitum, monſtrum biceps eſt Auguſtus, & Pontifex Max. Id quidem fuiſſe Deciam, atque Neronem, & hujuſmodi tyrannos, falſorum Deorum cultores, in numiſmatis & epigrammatis legimus. Quod de anima, & corpore afferunt, nugæ ſunt, & contortæ concluſiunculæ; ceu vero neſciamus carnem adverſus ſpiritum pugnare, & animam, niſi è corpore emigraverit, interituram. Ludibrium naturæ abominabile, ira Dei, ſocordia, atque ignavia noſtra eſt, Principem Principum, Servo Servire ſervorum. Si ſervus ſervorum Dei eſt, cur non ſervit? cur non amat? cur non miniſtrat? cur non paſcit? cur non docet? non nunciat? Si id quod cupit eſſe velit, cur non Chriſti, Petri & Pauli veſtigia in carceribus, & periculis variis æmulatur? Cur mutitur, tergiverſatur, fallit, regnat, dominatur? Aviditate potentiæ, pecunia ima ſummis miſcet; omnia venalia, Deum & inferos, habet. Cur vitam Chriſti parvi pendit? qui de hæreditate à fratribus captus, etiam arbiter judicare noluit, ſed competitores ad prætores Cæſar rejecit, & tribunal relegavit. Cum populus eidem regnum Paleſtinæ ultro offerret, aufugit; ſuum regnum in hoc mundo non eſſe confitetur. Quamobrem Viceſimus ſecundus non ſine maxima ſua, atque Reipublicæ pernicie, libidine dominandi in præceps abit: aliena, quæ nihil ad eum attinent, curat, uſurpat: ſua, hoc eſt, religionem, ſpiritualia, mores, vitam hominum negligit. Imperium terræ, mortalia, vetante Chriſto, arripit. Præſides, Proconſules profeſſus, crucem atque paupertatem in aliena ditione obtrudit. Vbi res ad interregnum redit, penes ſe ſummam poteſtatem eſſe comminiſcitur. Munus Præfecti prætorio Rheni, reguli Bojorum, intercipere, atque in ſe transferre, conatur. Nec verum eſt, nulli, qui diſcordantibus inter ſe principibus, reges conſalutati fuerint,

Factum pro Germanici imperii libertate inſigne contra Papæ tyrannidem decretum.

MCCCXVI.

jus

jus eſſe poteſtatis tantæ. Id ignaris annalium, & hiſce, qui quidnam ſit mentiri neſciant, perſuadere conetur. Conradus, & Lotharius, Philippus, & Otto, Richardus & Alphonſus, Adolphus & Albertus, & nuper ego & Fridericus, licet à diverſis delecti principibus, tamen reges uterque vocabamur & eramus. Nos quidem cæremonia ſolemni ex veteri priſcæ religionis inſtituto, Francofordiæ, celebri loco, Comitiis Cæſaris, die præſcripto habitis, frequenti Senatu, non ſolum à pluribus, ſed à duabus claſſibus ſacrorum & prophanorum, ſuperis ritè ſalutatis, atque conſultis, creati atque renunciati ſumus. Atque inde in urbe, quam Aquaſgraneas vocant, in penetralibus ac domicilio Sacroſancti imperii ritè ſacra obivimus, diadema, enſem, inſignia auſpicato accepimus. Auſtriacus poſt Comitia diſſoluta, contra decus imperii, adverſus leges, auſpicia, contra interceſſionem, & inſtitutum majorum, non ſtato die, nec tempore conſtituto, obſcuro vico, duobus duntaxat pecunia & affinitate corruptis ſuffragantibus, demum irrepſit, ultroque ſe ingeſſit. Et noſtram ſanè cauſam immortalis cœli Imperator à quo in ſummo rerum faſtigio conſtituti ſumus, & enſem ad inopes vi oppreſſos vindicandos & malos perterritandos accepimus, felicitate, fauſtis ominibus & victoria adprobavit. Idcirco rectè, benè ac ſapienter, ſicuti legibus cautum eſt, ex Concilii decreto, more majorum Brandenburgenſem Ducatum (quem ille homo, qui vulgo Papa dicitur, Mædenburgenſem falſo vocat) filio noſtro Ludovico in tutelam, atque fidem commiſimus. Et cum noſtri cives, amici, populares, ſocii potentiſſimi in Italia, à flaminibus Rom. quod imperio & nobis fidem ſervarent, nec ullum aliud propter facinus, armis præter æquum & bonum attererentur, nobis eos deſerere non fuit conſilium. Quemadmodum ſacramento rogati, religione jurisjurandi promiſimus, regulos Germaniæ clariſſimos, de Grayſpack, Neyffen, Trukedingen ad Viceſimum ſecundum, inde ad legatum ejus in Italiam, uti pacem componerent, fœdus icerent, proficiſci noſtro jure juſſimus. Nihilominus, illis rejectis, adverſus Majeſtatem imperii, populique victoris gentium, legatus ille Ioannis, oſor Chriſtianæ charitatis, Mediolanum, Comum, Cremonam, Vercellas, Novariam, Ticinum, Laudem, Mutinam, Veronam, Vicentiam, Felſinam, Placentiam, Parmam, Brixiam, Alexandriam, Terdonam, Lucam, Piſas, Aretium, Ceſenam, Genuæ exules, item alias urbes Italiæ, inſuper Mathæum Galeatium, Paſſerinum, Petræ malæ, Montis Ferrati, Matinæ, Salutiarum limitum præfectos, cives, præſides, proprætores imperii, Chriſtianiſſimos atque graviſſimos viros, hoſtili animo cum copiis vaſtat; agros, vicos incendit, ſtupra, cædes, ſacrilegia, impune committit. Illos, quod bella civilia abhorrerent, à

Anno Chriſti

Factum pro Germanici imperii libertate inſigne contra Papæ tyrannidem decretum.

M CCC XVI.

Anno Chriſti

Factum pro Germanici Imperii libertate inſigne contra Papæ tyrannidem decretum.

MCCC XVI.

nobis, & Imperio deficere nollent, crimen læſæ Majeſtatis, ſcelus perfidiæ admittere recuſarent, hæreſeos nota inuſſit. Romanus princeps à Deo ad arcenda hujuſcemodi flagitia delectus, gladiumque ideo geſtans, inopes, inſontes cives, clientes Reipublicæ devotiſſimos (quibus etiam à propinquis opem ferre inſtituimus) potentia, vi, armis malignorum oppreſſos, ſine ſumma infamia, abſque ſummo ſcelere, deſerere non potuit; opem tulit fidiſſimis atque Chriſtianiſſimis amicis. Accuſetur illius perfidia, qui prior læſit. Vim vi repellere licet. Paſcat bonus Paſtor oviculas Chriſti, & amet; non armis oppugnet, vi opprimat. Argutas cavillationes miſſas faciat; veritatem, ſimplicitatem Chriſtianam, Chriſtumque, cui verba dare difficile eſt, amplectatur. Illius converſatio ſit in cœlis; ſpiritualibus deditus, corporalibus ſe non contaminet. Nos noſtro jure, majorum inſtituto, ſicut jus gentium eſt, ſacra oracula docent, res noſtras, nimirum terrena, caduca, fluxa, fragilia agere ſinat, & verbum inter nos commutabimus. Et tandem deſinat tam impudenter mentiri, niſi forſitan omnes Germanos (ut Romanenſes autumant) ſtultos, caudices, aſinos, ſtipites, plumbeos exiſtimet. Me hæreticorum (ut ejus verbis utar) fautorem falſo vocat. Chriſtianus ſum, at ipſe Hæreſiarcha eſt. Non enim diſcipulus eſt Chriſti, cujus vitam irridet, paupertatem flocci facit, pietatem aſpernatur, religionem polluit, ſacra prophanat, mores ſpernit, inſtituta condemnat, dogmata vilipendit. Nam Divum Franciſcum, veritatis divinæ præconem, paupertatis Chriſtianæ anteſignanum, conſecraneos ejus univerſos, Avinione ſexto Idus Decembris, anno ab orbe ſervato MCCCXII. impietatis condemnavit. Audite obſecro quam ob cauſam. Homo pecunioſus, avidusque Imperii argentum Euangelio, (ubi opes ſcelera vocantur) aurum Chriſti inopiæ præfert. Franciſcanos, fraterculos ignominioſo apud ſe cognomine, item ſtolidas pecudes, pernicioſas vulpeculas, quæ ſimulata religione mundo imponant, populum fallant, nuncupat: Illorum religionem exſcindere, quod Chriſtum, comites ejus, nihil poſſediſſe in terris, doceant, aſſerant, prædicent, conatur. Sed contra cœtus Franciſcanorum Peruſiæ celebris, univerſis ſuffragantibus Theologis, probè ejus facta depinxit, veritatemque ſacris literis, teſtimonio divino tutatus eſt; quamvis magis carcere & vinculis, quam diſputationibus hujuſcemodi genus hominum caſtigandum foret. Tamen eundem ſuus depinxere coloribus, atque inſatiabile avaritiæ barathrum & ſimulachrorum cultorem declararunt. Nam & auri pondus ingens, quod ab orbe Chriſtiano, præcipue Alemannia, Arelatenſi regno, Italis, ſub ſpecie expeditionis Aſiaticæ, emunxit; Saracenis, ut Chriſtianis Armeniæ,

qui

qui ab eo compilari, atque venire detrectarant, arma inferrent, diſtribuit. Vt Antichriſtus non ſit, tamen ejus antecurſorem atque anteambulonem eſſe neceſſe eſt. A quo ad propugnandum templum Dei (cujus curo nobis cœlitus à Deo Opt. Max. data eſt) ad univerſum totius orbis Senatum Chriſtianum provocamus, &c.

Anno Chriſti

Atque hæc appellatio quibuſdam novo atque inaudito antea exemplo periculoſa, & adverſa ſimplicitati Chriſtianæ viſa eſt, ſcrupulumque injecit. Guilielmus Occamenſis, collegæ ejus, libris de hac re editis, nodum in ſcirpo quærentibus ſatisfecerunt.

Victor porro Ludovicus Cæſar arma in Burgionas Auſtriacis in Suevia parentes movet, & caput gentis arctiſſima obſidione cingit. Albertus & Leopoldus fratres, Auſtriæ reguli, cum ſuppetias obſeſſis ferrent, diemque pugnæ dicerent, Henrici duo, alter Tyroliæ, alter Goriciæ Principes, quo minus manus conſererentur, interceſſere. Celebrato ergo Ulmæ conventu, amicitiniis conſilia pacis perſuadent, præteritarumque injuriarum omnium oblivionem decernunt. Fredericus Auſtriacus, cujus Imperatoris a nonnullis ſalutati captique ſupra meminimus, libertati, poſt Imperatorium nomen abdicatum ejuratumque, redditur. Idem Fredericus ſive ut Ludovico gratificaretur, ſive ne victus benificio videretur, ut tradit & loquitur Aventinus Lib. VII. Annal. Bojorum, NUNQUAM AUSTRIACOS BOIIS CANDIDATIS IMPERII COMPETITORES FORE, dat fidem, tabuliſque cavet; quas tamen Ludovicus Barbatus Angeloſtadienſis Imperatori Frederico III. quo ſibi fidem ejus adverſus Ludovicum Gibboſum, filium ſuum, ſed rebellem, obſtringeret, reſignaſſe atque reddidiſſe fertur.

M CCC XVI.

Auſtriaci Principes promittunt, Bavaris ad Imperium adſpirãtibus, nunquã ſe Imperii faſtigium petituros.

Frequentes deinde ex Italia Principum ac civitatum legati Ludovici auxilium adverſus Ioannis Papæ Romani tyrannidem implorant. Nam (Aventinum auctorem & hic habeo ac ſequor) Galeatius, Caſtrucius, cæteri Italiæ præſides, cum copiis auxiliaribus Ludovici, partes Pontificias, Florentinos, atque Gallos profligarant. Ioannes intellecta clade ſuorum, Ioannem Urſinum Flaminem Romanum cum ſupplemento in Italiam è Galliis mittit. Iſque cum Ruperto Campaniæ, ſive Neapolitano rege, Cæſarianos perſequi cœpit. Ideo Ludovicus, ab illis frequenter efflagitatus, tandem Italicam expeditionem clanculum meditatur.

MCCC XXVIII.

Iter Ludovici Cæſaris in Italiam, & bellum contra Ioannẽ XXII. Papam.

Anno Chriſti Ubi jam ſe ad eam rem paratum arbitratur, Rudolpho, nepoti ex fratre, Præfecto prætorio Rheni, Monachium, Bojariam primam, impuberes filios, res Germanicas committit. Ipſe cum uxore ſua Margareta Batava, paucis comitantibus Tridentum petit, ibi aliquot dies, undique ad eum ex Germania, Italia, cohortibus turmiſque provolantibus, ſubſtitit. Poſt hæc a Cane Scala, Galeatio Mediolanenſi Caſtellano, Veneto, atque Aretino Pontifice, Columnis Romanis, cæteris Italiæ civitatibus, Veronam, Brixiam, poſtea Mediolanum, nemine prohibente,

Cæſar Rex Italiæ ſalutatur. atque adverſante (Pontificalibus partibus Florentiam cedentibus) feſta pace deducitur. Ibi Quinquagenalibus ferreo diademate ex veteri inſtituto, a Vidone Mala Petra, archimyſta Mediolanenſi, ornatur. Galeatium cum filio Accio, fratribus Marco, Luca, Stephano, quia multa avarè, ſuperbè in cives commiſerant, in vincula conjicit. Mediolanum libertati reſtituit; urbi Hugonem Suevum, regulum Montisfortis, præficit. Compoſita atque pacata Gallia Togata, Italia omni citeriore in deditionem accepta, ſuperato Apennino, in Ethruriam deſcendit. Lucæ cum

M CCC XXVIII. maximo honore a Caſtrucio exceptus eſt; duos ibi penè menſes commoratur; gratiam, precatore Caſtrucio, Galeatio facit. Inde Piſas tendenti cives portas claudunt. Nec mora, urbs arctiſſima obſidione circumſidetur, nec Pontificiæ partes auxilio eſſe queunt. Menſe ergo Octobri Piſani Ludovico ſe permittunt; qui eoſdem in fidem acceptos peculiari benevolentia poſthac proſecutus eſt. Inde, maritima ora luſtrata, Gallis, qui rebus Pontificis ſtudebant, domum redeuntibus, Stephano Columna, Berchtoldo Urſino, Ruperto Neapolitano rege, Roma in Campaniam cedentibus, ſumma tranquillitate, nemini moleſtus, nemine reſiſtente, contradicente, repugnanteve, Romam pervenit. A Flaminibus, Epiſcopis, Sacerdotibus, populoque Rom. Imperatorio apparatu, nullo honoris genere, more gentis, prætermiſſo, confluentibus undique Italiæ Optimatibus, Pontificibus,

Auguſtus autem Romæ. civibus, Caſtrucio cum centum atque quinquaginta equitibus cataphractis apparente, in urbem deducitur. Celeberrimo Epiphaniorum feſto, frequentiſſima populi corona, in templo Divi Petri, nullo penitus refragante, crebris acclamationibus, more veterum, Imperator, Auguſtus, & Pater patriæ: uxor ejus Margareta Auguſta conſalutatur: a Flaminibus & myſtis, qui Romæ

habi-

habitabant, inauguratur, anno ab reſtituta ſalute milleſimo trecenteſimo duodetriceſimo. Poſt hæc Pontificum, procerum Italiæ, Germaniæ, omni die Senatu coacto, Viceſimi ſecundi injurias commemorat, aliorumque Epiſcoporum Romanorum faſtum, ambitionem Reipublicæ pernicioſam, veritati Chriſtianæ exitioſam docet. Sententiæ graves, multa liberè, audacter, fortiterque dicuntur. Tandem, multis ſermonibus ultro citroque habitis, ex Concilii decreto, Ioannes Pontificatu, atque dignitate abdicatur, aditu Reipublicæ Chriſtianæ ſubmovetur, adverſus religionem noſtram feciſſe pronunciatur. Petrus Corbarius Franciſcanus admodum ſapiens, ovili Eccleſiaſtico deſtinatur. Poſthæc ad quartum Kalendas Maji perſcribitur Senatusconſultum, quod ut inveni ex fide, pro neceſſitate ſuſcepti operis, huc transferre debeo.

Anno Chriſti

Ioannes XXII Papa Pontificatu exuitur.

„IMPERATOR LUDOVICUS QUARTUS, CÆSAR AUGUSTUS, „gentis humanæ, orbis Chriſtiani cuſtos, a Deo electus, Ger-„manis & veris Chriſtianis ſalutem: cujus parandæ atque con-„ſtituendæ gratia, relictis focis, aris, patria, genitali ſolo, pi-„gnoribus nondum adultis, in Italiam tranſivi, ad caput mundi, „Romam, Sacroſancti imperii domicilium, ſedem noſtram, „pacifice ſumma omnium quiete, atque favore veni, ibique „more majorum, veteri inſtituto, conſecrati Imperatoris præ-„nomen, Cæſaris Auguſti cognomen ritè ſuſcepimus, atque urbi „& orbi, Dei ope & armis, noſtra potentia, victrici & inſupera-„bili dextra præſidemus, exciſuri noſtro jure divinæ majeſtati „reſiſtentes, pacis Chriſtianæ violatores, enſe quem ob id a ſu-„premo Imperatore acceptum geſtamus. Hujuſmodi autem tu-„multus atque turbæ diſcordiarum, pernicioſiſſimaque mala „inter Chriſtianos, a malignis Pontificatus maximi occupatori-„bus, alioqui fame & inedia morituris, ſeri & exercitari ſolent. „Dum alienis inhiant, alia uſurpant, falcem protervam in meſ-„ſem non ſuam temerè porrigunt, & quod ab altero poſtulant, „in ſe recuſant. Equidem hactenus, ut juſtitia atque æquitate „ſuperarem, connivi. Et, quemadmodum pientiſſimum Davidem, „eum filius ejus Adonias regnum ambiret, adverſus Solomo-„nem ſapientiſſimum fratrem ſuum, a Deo electum, conſpiraret, „factitaſſe legimus, ſcelera patienter tulimus atque diſſimulavi-„mus Verum ne tenuis & infirmi animi, ignoſcendo malis,

MCCC XXVIII.

Ludovici Imperatoris eâ de re litera.

Anno Chriſti

,,bonos omnes perditum eamus, letalem ambitum, crimina
,,perditiſſimorum (qui requieſcere, donec animi libidinem ex-
,,pleant, non ſolent) ad vivum ferro, amore Reipublicæ, cujus
,,cura nobis a cœleſti numine tradita eſt, reſecabimus: lupo
,,pellem ovinam jure noſtro detrahemus. Et ut paucis, miſſis
,,ambagibus, rem aperiam, aures arrigite, favete; omnium res
,,agitur. Univerſi vulgus ſine authoritate, ſine gratia, domi at-
,,que foris venales ſumus: majeſtas & authoritas religionis, li-
,,bertas, Imperiumque populi Chriſtiani, leges, divina, humana
,,prodita ſunt hoſti acerrimo. Quies in ſeditionibus, in pace tur-
,,bæ ſunt. Homines ſceleratiſſimi, cruentis manibus, immani
,,avaritia, nocentiſſimi, & iidem ſuperbiſſimi: itidem luxu ef-
,,fœminati, atque ambitione perditi, quibus fides, decus, pietas:
,,poſtremo vitia, virtutes, honeſta, atque inhoneſta omnia
,,quæſtui ſunt, arcem Reipublicæ Chriſtianæ occupant, tumul-
,,tum ex tumultu, bellum ex bello ſerunt. Caput factionis Ia-
,,cobus ille de Buburco, qui ſe Papam nominat, ingentem vim
,,pecuniæ, quam undique a Chriſtiana plebe fraudulenter cor-
,,raſit, adverſus Sanctos Dei, imperio Chriſtiano devotos pu-
,,gnantibus, ſuaſu Ruperti reguli, boni publici hoſtis, atque a Divo
,,Hainrico ſeptimo Cæſare Auguſto proſcripti, expendit. Sic-
,,uti Abiathar ſacerdos, enſe Cæſareo nobis a cœli numine
,,commiſſo, abutitur, temporalibus hujus ſæculi curis contra
,,divinum præceptum incubat, regno mundano inhiat. Sicuti Pa-
,,ſtor eſt perſonatus, ita myſticus eſt Antichriſtus, canis pellicula
,,tectus in gregem Chriſti lupina rabie graſſatur; vendit ſcelera;
,,inferos, ſuperos, beneficia cœleſtia cauponatur; cum Sarace-
,,nis Armenios Chriſtianos quinque annis continenter ejus opem
,,implorantes, infeſtantibus fœdus ſocietatemque iniit. Boruſſo-
,,rum primarium præſidem, diras, inferiaſque comminatus, cum
,,Lituanis hoſtibus pietatis Chriſtianæ acerrimis, atrociſſimis la-
,,tronibus, inducias facere coëgit, hoſti regionem prodidit, fe-
,,neſtram invadendi Brandenburgenſes Chriſtianos aperuit. Li-
,,tuani conjurati Buburci, ultro citro impune per fines Branden-
,,burgenſium commearunt, Chriſtianos ferro, cæde extinxerunt;
,,vagientes in cunis, in ſinu parentum crudeliſſime contrucidati
,,ſunt. Templa, cœnobia, collegia ſacerdotum, Monachorum
,,compilata, incenſa, everſa; virgines ſanctæ per vim ſtupratæ,

Ludovici Imperatoris de Papa tyrãnide litera.

MCCCXXVIII.

Boruſſi & Lituani infideles, inſtinctu Papæ in Brandeburgẽſes immiſſi; & impia plurima ac deteſtanda ab iis deſignata.

,,hoſtia

„hoſtia ſacra (quod referens horreſco) haſta transfixa, inſul-
„tante hoſte, hoc convitio ſublata; En hic eſt Deus Chriſtia-
„norum. Liberi a complexu parentum, uxores maritorum ad
„ludibrium hoſtium abſtractæ, captivorum greges velut pecu-
„dum abacti ſunt. Adhuc Brandenburgenſis populus vulnus
„acceptum luget. Atque hæc omnia ſcelere Viceſimi ſecundi
„acta ſunt. Quinetiam claſſem a Franciæ Occidentalis rege ad
„opem Chriſtianis Armeniæ incolis adverſus Saracenos feren-
„dum comparatam, aſtu intercepit. Eadem in Genuenſium,
„qui devotiſſimi ſunt Chriſtiano imperio, cæde abuſus eſt. Imp.
„majeſtatem, authoritatem Reipubl. temere contra placita Chriſti
„uſurpando labefactat, polluit. Monſtrum biceps, mundanus
„& ſpiritalis eſſe contendit. Chriſtus Servator noſter, cui omnis
„poteſtas in cœlo atque terra data eſt, tamen imperium atque
„regnum terrarum, a populo ſibi oblatum ſuſcipere detrectavit.
„Regnum meum, inquit, non eſt in hoc mundo. Atque ſatis
„conſtat inter omnes divinæ Philoſophiæ, legum & Pontificii
„juris ſcientiſſimos, penes Pontificem Romanum nequaquam
„eſſe utramque dignitatem, ſacram atque profanam. Omnis
„poteſtas ab immortali atque ſuprema eſt majeſtate: cœleſte be-
„neficium, quod imperamus, non humanum eſt. Comitiali con-
„ventu delecti, ſuffragiis principalibus comprobati, mortalis
„cujuſpiam aſtipulatione, aliove hominis auctoramento nullo
„pacto indigemus. Sacroſanctum Romanum imperium, cui
„Chriſtus, comites ejus, obtemperarunt, & vectigales fuerunt,
„ſacrificuli faſtuoſi beneficium eſſe pernegamus. Caput orbis
„terrarum a ſuprema cœli majeſtate conſtituti, nulli mortalium,
„quatenus ad hujus ſæculi imperium attinet, rationem reddere
„debemus. Alia illius Iacobi peſtilentiſſimi peſſima facinora re-
„ticeo; ſacrificulos, qui canes muti latrare non audent, pœna-
„rum metu, ne veritatem dicant, perterritat. Crimen ambitus,
„ſacrilegium, novumque aucupium, æs receptitium, & quod
„Avinione habitat, ſæpius evocatus Romam migrare recuſat;
„quod omnibus bonis gratus non ſit, velut leviſſima, miſſa fa-
„cio. Id quod ad nos ſpectat, agamus. Jus gladii divinitus no-
„bis traditum ad eradicanda ſcelera exerceamus: obviam ire
„factionis potentiæ, utilitas Reipublicæ, amor religionis at-
„que pietas ſubigit. Iacobum igitur antea a ſacrarum literarum

Anno Chriſti

Ludovici Imperatoris de Papa tyrānide litera.

MCCCXXVIII.

Anno Chriſti

„antiſtitibus hæreſiarcham declaratum, ex Concilii decreto more „majorum Pontificatu ſubmotum, atque a Chriſto repudiatum „renunciamus. Habemus bonorum exempla, quibus nobis li„cere id facere, quod illi fecerunt, putamus. Otto primus, cum „populo Romano, ſacerdotum ejus tribu, Ioannem duodeci„mum ex albo Pontificum Romanorum ob ſcelera (quæ ſi ad „flagitia Viceſimi ſecundi comparaveris, ludus ſunt) eraſit, alium „Paſtorem urbi & Orbi impoſuit. Idem alios complures Impe„ratores, optimoſque principes feciſſe, in Annales & faſtos re„latum eſt. Proinde Ioannem illum crimine veræ irreligioſita„tis, nota hæreſios antea a Franciſcanis, cæteriſque Theologis „inuſtum, contemptorem paupertatis Chriſtianæ, Imperii, An„tichriſti authorem, jure noſtro, conſilio, ſententia, conſenſu „communi Principum, Pontificum Germaniæ, Italiæ efflagi„tantibus ſacerdotibus, populoque Rom. exauguratum, abdica„tum, hæreſios condemnatum declaramus, proſcribimus, acta „ejuſdem reſcindimus. Univerſi Chriſtiani eundem in numero „impiorum atque ſceleratorum habeant; ab eo omnes decedant, „aditum, ſermonem defugiant; velut contagionem, ne quid „incommodi accipiant, devitent. Eidem nullus honor com„municetur, & ab his quorum intereſt, opera detur, ut depre„henſus more majorum puniatur. Quiſquis adverſus hæc fece„rit, hoſtis Reipublicæ eſto. Nos confeſtim cum ſacerdotum „curia populoque Romano, urbi atque orbi Paſtorem, com„muni conſilio atque veterum inſtituto, juxta Sacræ Hiſtoriæ „leges, allegemus. Hoc edictum ab Imperatore, item Sacerdo„tum Senatu populoque Romano ſignatum eſt, publicatumque „in celeberrimo myſtarum, populi Romani, regulorum, dyna„ſtarum, tetrarcharum, flaminum, Pontificum maximorum, mi„norum antiſtitum conventu. Datum & factum extra templum „auguſtiſſimum, Divis Petro atque Paulo, legatis Chriſti, dedi„catum, octavo decimo die Aprilis, in urbe Romana, cunctis „ſacrificis, univerſo populo Romano in regione pro concione „publicè ejus rei gratia coacto, Chriſtianæ libertatis anno MCCC „XXVIII. invictiſſimi Imperat. Ludovici quarti, Cæſaris Au„guſti, Principis optimi, regni decimo quarto, Imperii vero „primo.

Ludovici Imperatoris inſigne contra Papam decretum.

MCCC XXVIII.

Poſt hæc a Flaminibus & ſacerdotibus, qui Romæ habitabant,

Petrus Corbarius ovili Eccleſiaſtico Præfectus renunciatur, Nicolaus quintus nuncupatur; a Caſtellano Pontifice, ejus collegis, conſecratur. Iiſdem diebus Auguſta Romæ enixa eſt filium, cui hancce ob cauſam Ludovico Romano parentes dixere nomen. Porro Auguſtus ad ulteriorem quoque Italiam pacandam animum intendit, expeditionemque in Campaniam adverſus Rupertum meditatur. Verum cunctando, diſputationibus dies, tempus conſultationibus extrahens, hoſti interea ſeſe confirmandi locum fecit, rei gerendæ facultatem dimiſit, rem cunctando perdidit. Qui, ſi nulla interpoſita mora, fortunaque uſus, celeritate conatus atque conſilia hoſtium occupaſſet, Campaniam, regnum Neapolitanum, haud dubie, ſi famæ creditur, ſubegiſſet.

Anno Chriſti

Nicolaus V. Papa creatur.

Ludovicus Romanus Romæ naſcitur.

Tandem, cum variis Romanorum Pontificum inſidiis peti ſe Ludovicus intelligeret, relictâ Italia in Germaniam reverſus eſt; miſitque legatos Avenionem ad Benedictum XII. quem Ioanni Papæ ſuffecerat, Rupertum Præfectum Prætorio Rheni, nepotem ex fratre, & Guilielmum Juliacenſem; qui benigne primo excepti, Imperatorem cum Papa in gratiam rediturum ſpem, ſed fruſtra, ut eventus tandem docuit, concepere. Tandem ergo in Germaniam revertuntur; propenſum quidem ſacerdotem primarium ad concordiam eſſe, verum illum alieno vivere more, & intercedentibus flaminibus, maxime rege Galliæ, ſeductum atque depravatum, ſeque re infecta abiiſſe queruntur, illis ſuſpectam felicitatem, concordiam populi Germani eſſe, qui neminem ſecum dignitate exæquari, nedum ſuperiorem ferre velint, referunt. Poſtremo proverbium Romanenſium proponunt, quibus maxime utile ſit, Germanos eſſe quam ſtolidiſſimos. Haſce ob cauſas proceres univerſæ Germaniæ, ſacerdotes, dynaſtæ in agro Mogontino conveniunt, quarto Idus Julii, hoſtem Reipublicæ atque religionis Chriſtianæ proditorem judicant, quicunque ille acta Viceſimi ſecundi tutatus fuerit. Sed præſtat hujuſcemodi Senatuſconſultum ſenſibus ſuis omnino, partim etiam verbis, inſerere.

MCCCXXXVIII.

Ludovicus Imperator in Germaniam revertitur.

Inſigne Procerū Principumque Germaniæ adverſus Papam decretum.

Anno Christianæ libertatis MCCCXXXVIII. *ſexto die Iulii, hora* VI, *Benedicti XII. Pont. Max. anno* IV. *in pomario vici Rhenoſei, in ripa Rheni amnis, ubi fere ſeptem viri Cæ-*

Anno Chriſti

ſariani electores convenire, atque de ſummis Imperii rebus colloqui ſolent, Hainricus Mogontinus, Valentinus Agrippinenſis, Balduinus Treverorum archimyſta, Rudolphus, Ruperti duo, & Stephanus Præfecti prætorio Rheni, cum nondum decretum foret, quiſnam eorum in Comitiis Cæſareis ſuffragium ferret, Rudolphus Dux Saxoniæ, Ludovicus Brandenburgenſis limites Præfectus, item alii plerique omnes Sacroſancti Imperii clientes & optimates, ſacrati, prophani, concione vocata, ſacramento prius rogati, ritu ſolemni ex Concilii decreto, accitis tribus libellionibus,

Inſigne Procerũ Principumque Germaniæ adverſus Papam decretum.

qui in acta quæcunque fierent, dicerenturve, ex fide referrent, ſubſcriberent, atque in vulgus ederent: hanc rogationem ſciverunt, juſſerunt, decreverunt, voluerunt, promulgarunt, perpetuo ſanxerunt: Sacroſanctum Imperium, ſumma in terris poteſtas, cæleſte donum eſt. Imperator enim primus ante omnes, ſecundus poſt Deum eſt, & tam grande nomen à ſolo Deo traditur. Cui ſoli ille Reipublicæ adminiſtrandæ rationem reddendam habet. Qui à ſupremo duntaxat cæli numine in ſummo rerum humanarum faſtigio collocatus eſt, & in terris, neque parem, neque ſuperiorem habet. Per quem leges, jura, regna humanæ genti largitur æterna majeſtas. Cæſari reddite, quæ Cæſaris ſunt, præcipit Chriſtus. Is &

MCCCXXXVIII.

Comites ejus omnes, vectigalia, honorem, officium, obſequium obedienter ac reverenter Imperatoribus præſtiterunt. A curiatis igitur Heptarchis rebus impoſitus, continuo more majorum atque jure gentium Rex eſt & vocatur. Ipſum contra majeſtatem Reipublicæ, decus Imperii, legatos ad ſacerdotem Romanum, ut author fiat, copiam adminiſtrandi concedat, mittere, eidem jurejurando fidem aſtringere atque petere ab eo uſum regii diadematis, religio eſt; nullum harum rerum jus omnino eſt Paſtori, qui ſervus ovium eſt, & in conſecrando Domino gregi ſervit. Quippe jure ſuffragiorum, beneficio electorum atque populi quiſque imperat. Hæc veriſſima eſſe convenit inter omnes annalium, rerum humanarum divinarumque peritos, atque jam ſæpius utriuſque juris, Cæſarei atque Pontificii, cæleſtis Theſauri teſtimoniis comprobatum eſt. Tamen quidam (ut ſunt ebrii ſucceſſu rerum nimio atque impotentes ſui mortalium animi: proſperis enim rebus ferocitas atque ſuperbia augeſcunt) impudentiſſime refragari non erubeſcunt. Et nonnulli ſanctuli, qui ſibi ſacrarum literarum magiſterium arrogantiſſime ſumunt, per fallacias verba Domini arguunt, ſimplicitati Chriſtianæ imponunt, divinæ ſapientiæ viva oracula polluunt, contaminant: Sacram Hiſtoriam falſo interpretando ſuæ cauſæ ſervire cogunt, ſuis moribus atque vitiis, nempe ambitioni, ſuperbiæ, avaritiæ accommodant; veritatem adulterant humanis nugis, cæleſtem Philo-

loſo-

Anno Chriſti

loſophiam commentis depravant, invertunt, à germano ſenſu ad ſuum negotium, ſuas nundinas captioſis renunciatiunculis detorquent: non voluntatem legi ſacræ, ſed legem voluntati jungunt. More argutorum hominum magis quam ex æquo atque bono diſputant; præter fas, contra naturæ legem docere non erubeſcunt; Paſtoris beneficiarium eſſe Dominum, neque ante principem principum eſſe, aut nominari oportere, quam ille Servus ſervorum author fiat, & dignum judicarit qui regnet. Hæcque cum maxima Reipublicæ Chriſtianæ pernicie, intolerabili populi Chriſtiani, Imperatoriæ majeſtatis jactura, nec ſine graviſſimo tetrarcharum, dynaſtarum, clientium Imperii detrimento, inſtigante Stygio principe, Domino hujus mundi, commenta eſſe, eventus docet, exitus probat. Inde bella pluſquam civilia, ſeditiones domeſticæ, tumultus inteſtini concitantur, populus Chriſtianus ſe mutuis vulneribus atterit, cognato ſanguine manus polluit, ſtupra, perjuria, adulteria, ſacrilegia, peculatus, inceſtus, perfidiæ impunè committuntur. Hæc ubi dogmata peſtifera, hiſce peſtilentibus erronibus claſſicum concinentibus cædes, parricidia, homicidia, incendia paſſim eduntur, excidia regnorum, urbium, regionum direptiones ubique fiunt. Ima ſummis miſcentur, divina, humana perturbantur, pietas refrigeſcit, lites, diſcordiæ, ſcelera, ſimulata religio. cærimoniæ caſſæ fervent & gliſcunt. Juſtitia, pax, concordia, ſimplicitas, libertas, depulſæ terris exulant: divitiæ atque arma dominantur: fraus, dolus, ambitus Eccleſiaſticus corripiunt gradum. Vt poſthac hujuſcemodi malis evitatis, auguſta pace, feſta quiete populus Chriſtianus fruatur, ex Concilii decreto, hocque plebiſcito decernimus quæ ſupra ritu ſolenni, religione adacti cenſuimus, perpetuo ſancimus edicto, nimirum, ex ſolo electionis beneficio omnem poteſtatem, imperiumque proficiſci: nec ullo pacto Pontificis Romani in hac re ſanctimonia, flaminio, authoritate, conſenſu opus eſſe. Quicunque aliter docuerit, ſenſerit, factitarit, crimen læſæ majeſtatis reus, hoſtis Reipublicæ atque proſcriptus eſto, capite pœnas ſolvito, bona ejus publica ſunto, prædia infiſcentur.

Inſigne Procerū Principumque Germaniæ adverſus Papam decretum.

MCCCXXXVIII.

Eodem temporis tractu in Occidentali Francia, mortuo Carolo Pulchro abſque liberis, duo de regno, jure atque armis diſceptant; Philippus Valeſius, patruelis Caroli, & Eduardus Rex Anglorum, ejus ex ſorore nepos. Hic iiſdem diebus in Germaniam venit: nam uxor ejus ſoror Auguſtæ erat, & filia in gynæceo Auguſtali educabatur. Jure igitur affinitatis apud Confluentes Rheni atque Moſellæ ab Imp. excipitur. Inde Francofordiam

Inter Philippum Valeſium, & Eduardū Regem Anglorū graviſſimum bellum exortū.

ambo

Anno Chriſti

nobis, & Imperio deficere nollent, crimen læſæ Majeſtatis, ſcelus perfidiæ admittere recuſarent, hæreſeos nota inuſſit. Romanus princeps à Deo ad arcenda hujuſcemodi flagitia delectus, gladiumque ideo geſtans, inopes, inſontes cives, clientes Reipublicæ devotiſſimos (quibus etiam à propinquis opem ferre inſtituimus) potentia, vi, armis malignorum oppreſſos, ſine ſumma infamia, abſque ſummo ſcelere, deſerere non potuit; opem tulit fidiſſimis atque Chriſtianiſſimis amicis. Accuſetur illius perfidia, qui prior læſit. Vim vi repellere licet. Paſcat bonus Paſtor oviculas Chriſti, & amet; non armis oppugnet, vi opprimat. Argutas cavillationes miſſas faciat; veritatem, ſimplicitatem Chriſtianam, Chriſtumque, cui verba dare difficile eſt, amplectatur. Illius converſatio ſit in cœlis; ſpiritualibus deditus, corporalibus ſe non contaminet. Nos noſtro jure, majorum inſtituto, ſicut jus gentium eſt, ſacra oracula docent, res noſtras, nimirum terrena, caduca, fluxa, fragilia agere ſinat, & verbum inter nos commutabimus. Et tandem deſinat tam impudenter mentiri, niſi forſitan omnes Germanos (ut Romanenſes autumant) ſtultos, caudices, aſinos, ſtipites, plumbeos exiſtimet. Me hæreticorum (ut ejus verbis utar) fautorem falſo vocat. Chriſtianus ſum, at ipſe Hæreſiarcha eſt. Non enim diſcipulus eſt Chriſti, cujus vitam irridet, paupertatem flocci facit, pietatem aſpernatur, religionem polluit, ſacra prophanat, mores ſpernit, inſtituta condemnat, dogmata vilipendit. Nam Divum Franciſcum, veritatis divinæ præconem, paupertatis Chriſtianæ anteſignanum, conſecraneos ejus univerſos, Avinione ſexto Idus Decembris, anno ab orbe ſervato MCCCXII. impietatis condemnavit. Audite obſecro quam ob cauſam. Homo pecunioſus, avidusque Imperii argentum Euangelio, (ubi opes ſcelera vocantur) aurum Chriſti inopiæ præfert. Franciſcanos, fraterculos ignominioſo apud ſe cognomine, item ſtolidas pecudes, pernicioſas vulpeculas, quæ ſimulata religione mundo imponant, populum fallant, nuncupat: Illorum religionem exſcindere, quod Chriſtum, comites ejus, nihil poſſediſſe in terris, doceant, aſſerant, prædicent, conatur. Sed contra cœtus Franciſcanorum Peruſiæ celebris, univerſis ſuffragantibus Theologis, probè ejus facta depinxit, veritatemque ſacris literis, teſtimonio divino tutatus eſt; quamvis magis carcere & vinculis, quam diſputationibus hujuſcemodi genus hominum caſtigandum foret. Tamen eundem ſuis depinxere coloribus, atque inſatiabile avaritiæ baratl rum & ſimulachrorum cultorem declararunt. Nam & auri pondus ingens, quod ab orbe Chriſtiano, præcipue Alemannia, Arelatenſi regno, Italis, ſub ſpecie expeditionis Aſiaticæ, emunxit; Saracenis, ut Chriſtianis Armeniæ,

Factum pro Germanici Imperii libertate inſigne contra Papa tyrannidem decretum.

MCCCXVI.

qui

qui ab eo compilari, atque venire detrectarant, arma inferrent, diſtribuit. Vt Antichriſtus non ſit, tamen ejus antecurſorem atque anteambulonem eſſe neceſſe eſt. A quo ad propugnandum templum Dei (cujus cura nobis cælitus à Deo Opt. Max. data eſt) ad univerſum totius orbis Senatum Chriſtianum provocamus, &c. *Anno Chriſti*

Atque hæc appellatio quibuſdam novo atque inaudito antea exemplo periculoſa, & adverſa ſimplicitati Chriſtianæ viſa eſt, ſcrupulumque injecit. Guilielmus Occamenſis, collegæ ejus, libris de hac re editis, nodum in ſcirpo quærentibus ſatisfecerunt.

Victor porro Ludovicus Cæſar arma in Burgionas Auſtriacis in Suevia parentes movet, & caput gentis arctiſſima obſidione cingit. Albertus & Leopoldus fratres, Auſtriæ reguli, cum ſuppetias obſeſſis ferrent, diemque pugnæ dicerent, Henrici duo, alter Tyroliæ, alter Goriciæ Principes, quo minus manus conſererentur, interceſſere. Celebrato ergo Ulmæ conventu, amicitiis conſilia pacis perſuadent, præteritarumque injuriarum omnium oblivionem decernunt. Fredericus Auſtriacus, cujus Imperatoris a nonnullis ſalutati captique ſupra meminimus, libertati, poſt Imperatorium nomen abdicatum ejuratumque, redditur. Idem Fredericus ſive ut Ludovico gratificaretur, ſive ne victus benificio videretur, ut tradit & loquitur Aventinus Lib. VII. Annal. Bojorum, NUNQUAM AUSTRIACOS BOIIS CANDIDATIS IMPERII COMPETITORES FORE, dat fidem, tabulisque cavet; quas tamen Ludovicus Barbatus Angeloſtadienſis Imperatori Frederico III. quo ſibi fidem ejus adverſus Ludovicum Gibboſum, filium ſuum, ſed rebellem, obſtringeret, reſignaſſe atque reddidiſſe fertur. *MCCCXVI.* *Auſtriaci Principes promittunt, Bavaris ad Imperium adſpirātibus, nunquā ſe Imperii faſtigium petituros.*

Frequentes deinde ex Italia Principum ac civitatum legati Ludovici auxilium adverſus Ioannis Papæ Romani tyrannidem implorant. Nam (Aventinum auctorem & hic habeo ac ſequor) Galeatius, Caſtrucius, cæteri Italiæ præſides, cum copiis auxiliaribus Ludovici, partes Pontificias, Florentinos, atque Gallos profligarant. Ioannes intellecta clade ſuorum, Ioannem Urſinum Flaminem Romanum cum ſupplemento in Italiam è Galliis mittit. Iſque cum Ruperto Campaniæ, ſive Neapolitano rege, Cæſarianos perſequi cœpit. Ideo Ludovicus, ab illis frequenter efflagitatus, tandem Italicam expeditionem clanculum meditatur. *MCCCXXVIII.* *Iter Ludovici Cæſaris in Italiam, & bellum contra Ioannē XXII. Papam.*

Ubi

habitabant, inauguratur, anno ab reſtituta ſalute milleſimo trecenteſimo duodetriceſimo. Poſt hæc Pontificum, procerum Italiæ, Germaniæ, omni die Senatu coacto, Viceſimi ſecundi injurias commemorat, aliorumque Epiſcoporum Romanorum faſtum, ambitionem Reipublicæ pernicioſam, veritati Chriſtianæ exitioſam docet. Sententiæ graves, multa liberè, audacter, fortiterque dicuntur. Tandem, multis ſermonibus ultro citroque habitis, ex Concilii decreto, Ioannes Pontificatu, atque dignitate abdicatur, aditu Reipublicæ Chriſtianæ ſubmovetur, adverſus religionem noſtram feciſſe pronunciatur. Petrus Corbarius Franciſcanus admodum ſapiens, ovili Eccleſiaſtico deſtinatur. Poſthæc ad quartum Kalendas Maji perſcribitur Senatusconſultum, quod ut inveni ex fide, pro neceſſitate ſuſcepti operis, huc transferre debeo.

Anno Chriſti

Ioannes XXII Papa Pontificatu exuitur.

„IMPERATOR LUDOVICUS QUARTUS, CÆSAR AUGUSTUS, „gentis humanæ, orbis Chriſtiani cuſtos, a Deo electus, Ger„manis & veris Chriſtianis ſalutem: cujus parandæ atque con„ſtituendæ gratia, relictis focis, aris, patria, genitali ſolo, pi„gnoribus nondum adultis, in Italiam tranſivi, ad caput mundi, „Romam, Sacroſancti imperii domicilium, ſedem noſtram, „pacifice ſumma omnium quiete, atque favore veni, ibique „more majorum, veteri inſtituto, conſecrati Imperatoris præ„nomen, Cæſaris Auguſti cognomen ritè ſuſcepimus, atque urbi „& orbi, Dei ope & armis, noſtra potentia, victrici & inſupera„bili dextra præſidemus, exciſuri noſtro jure divinæ majeſtati „reſiſtentes, pacis Chriſtianæ violatores, enſe quem ob id a ſu„premo Imperatore acceptum geſtamus. Hujuſmodi autem tu„multus atque turbæ diſcordiarum, pernicioſiſſimaque mala „inter Chriſtianos, a malignis Pontificatus maximi occupatori„bus, alioqui fame & inedia morituris, ſeri & exercitari ſolent. „Dum alienis inhiant, alia uſurpant, falcem protervam in meſ„ſem non ſuam temerè porrigunt, & quod ab altero poſtulant, „in ſe recuſant. Equidem hactenus, ut juſtitia atque æquitate „ſuperarem, connivi. Et, quemadmodum pientiſſimum Davidem, „cum filius ejus Adonias regnum ambiret, adverſus Solomo„nem ſapientiſſimum fratrem ſuum, a Deo electum, conſpiraret, „factitaſſe legimus, ſcelera patienter tulimus atque diſſimulavi„mus Verum ne tenuis & infirmi animi, ignoſcendo malis,

MCCC XXVIII.

Ludovici Imperatoris eâ de re litera.

Anno Chriſti

,,bonos omnes perditum eamus, letalem ambitum, crimina
,,perditiſſimorum (qui requieſcere, donec animi libidinem ex-
,,pleant, non ſolent) ad vivum ferro, amore Reipublicæ, cujus
,,cura nobis a cœleſti numine tradita eſt, reſecabimus: lupo
,,pellem ovinam jure noſtro detrahemus. Et ut paucis, miſſis
,,ambagibus, rem aperiam, aures arrigite, favete; omnium res
,,agitur. Univerſi vulgus ſine authoritate, ſine gratia, domi at-
,,que foris venales ſumus: majeſtas & authoritas religionis, li-
,,bertas, Imperiumque populi Chriſtiani, leges, divina, humana
,,prodita ſunt hoſti acerrimo. Quies in ſeditionibus, in pace tur-
,,bæ ſunt. Homines ſceleratiſſimi, cruentis manibus, immani
,,avaritia, nocentiſſimi, & iidem ſuperbiſſimi: itidem luxu ef-
,,fœminati, atque ambitione perditi, quibus fides, decus, pietas:
,,poſtremo vitia, virtutes, honeſta, atque inhoneſta omnia
,,quæſtui ſunt, arcem Reipublicæ Chriſtianæ occupant, tumul-
,,tum ex tumultu, bellum ex bello ſerunt. Caput factionis Ia-
,,cobus ille de Buburco, qui ſe Papam nominat, ingentem vim
,,pecuniæ, quam undique a Chriſtiana plebe fraudulenter cor-
,,raſit, adverſus Sanctos Dei, imperio Chriſtiano devotos pu-
,,gnantibus, ſuaſu Ruperti reguli, boni publici hoſtis, atque a Divo
,,Haintico ſeptimo Cæſare Auguſto proſcripti, expendit. Sic-
,,uti Abiathar ſacerdos, enſe Cæſareo nobis a cœli numine
,,commiſſo, abutitur, temporalibus hujus ſæculi curis contra
,,divinum præceptum incubat, regno mundano inhiat. Sicuti Pa-
,,ſtor eſt perſonatus, ita myſticus eſt Antichriſtus, canis pellicula
,,tectus in gregem Chriſti lupina rabie graſſatur; vendit ſcelera;
,,inferos, ſuperos, beneficia cœleſtia cauponatur; cum Sarace-
,,nis Armenios Chriſtianos quinque annis continenter ejus opem
,,implorantes, infeſtantibus fœdus ſocietatemque iniit. Boruſſo-
,,rum primarium præſidem, diras, inferiaſque comminatus, cum
,,Lituanis hoſtibus pietatis Chriſtianæ acerrimis, atrociſſimis la-
,,tronibus, inducias facere coëgit, hoſti regionem prodidit, fe-
,,neſtram invadendi Brandenburgenſes Chriſtianos aperuit. Li-
,,tuani conjurati Buburci, ultro citro impune per fines Branden-
,,burgenſium commearunt, Chriſtianos ferro, cæde extinxerunt;
,,vagientes in cunis, in ſinu parentum crudeliſſime contrucidati
,,ſunt. Templa, cœnobia, collegia ſacerdotum, Monachorum
,,compilata, incenſa, everſa; virgines ſanctæ per vim ſtupratæ,

Ludovici Imperatoris de Papa tyrannide litera.

MCCCXXVIII.

Boruſſi & Lituani infideles, inſtinctu Papæ in Brandeburgenſes immiſſi; & impia plurima ac deteſtanda ab iis deſignata.

,,hoſtia

Anno Chriſti

„hoſtia ſacra (quod referens horreſco) haſta transfixa, inſul-
„tante hoſte, hoc convitio ſublata; En hic eſt Deus Chriſtia-
„norum. Liberi a complexu parentum, uxores maritorum ad
„ludibrium hoſtium abſtractæ, captivorum greges velut pecu-
„dum abacti ſunt. Adhuc Brandenburgenſis populus vulnus
„acceptum luget. Atque hæc omnia ſcelere Viceſimi ſecundi
„acta ſunt. Quinetiam claſſem a Franciæ Occidentalis rege ad
„opem Chriſtianis Armeniæ incolis adverſus Saracenos feren-
„dum comparatam, aſtu intercepit. Eadem in Genuenſium,
„qui devotiſſimi ſunt Chriſtiano imperio, cæde abuſus eſt. Imp.
„majeſtatem, authoritatem Reipubl. temere contra placita Chriſti
„uſurpando labefactat, polluit. Monſtrum biceps, mundanus
„& ſpiritalis eſſe contendit. Chriſtus Servator noſter, cui omnis
„poteſtas in cœlo atque terra data eſt, tamen imperium atque
„regnum terrarum, a populo ſibi oblatum ſuſcipere detrectavit.
„Regnum meum, inquit, non eſt in hoc mundo. Atque ſatis
„conſtat inter omnes divinæ Philoſophiæ, legum & Pontificii
„juris ſcientiſſimos, penes Pontificem Romanum nequaquam
„eſſe utramque dignitatem, ſacram atque profanam. Omnis
„poteſtas ab immortali atque ſuprema eſt majeſtate: cœleſte be-
„neficium, quod imperamus, non humanum eſt. Comitiali con-
„ventu delecti, ſuffragiis principalibus comprobati, mortalis
„cujuſpiam aſtipulatione, aliove hominis auctoramento nullo.
„pacto indigemus. Sacroſanctum Romanum imperium, cui
„Chriſtus, comites ejus, obtemperarunt, & vectigales fuerunt,
„ſacrificuli faſtuoſi beneficium eſſe pernegamus. Caput orbis
„terrarum a ſuprema cœli majeſtate conſtitui, nulli mortalium,
„quatenus ad hujus ſæculi imperium attinet, rationem reddere
„debemus. Alia illius Iacobi peſtilentiſſimi peſſima facinora re-
„ticeo; ſacrificulos, qui canes muti latrare non audent, pœna-
„rum metu, ne veritatem dicant, perterritat. Crimen ambitus,
„ſacrilegium, novumque aucupium, æs receptitium, & quod
„Avinione habitat, ſæpius evocatus Romam migrare recuſat;
„quod omnibus bonis gratus non ſit, velut leviſſima, miſſa fa-
„cio. Id quod ad nos ſpectat, agamus. Jus gladii divinitus no-
„bis traditum ad eradicanda ſcelera exerceamus: obviam ire
„factionis potentiæ, utilitas Reipublicæ, amor religionis at-
„que pietas ſubigit. Iacobum igitur antea a ſacrarum literarum

Ludovici Imperatoris de Papa tyrannide litera.

MCCCXXVIII.

Anno Christi

,,antiſtitibus hæreſiarcham declaratum, ex Concilii decreto more ,,majorum Pontificatu ſubmotum, atque a Chriſto repudiatum ,,renunciamus. Habemus bonorum exempla, quibus nobis li- ,,cere id facere, quod illi fecerunt, putamus. Otto primus, cum ,,populo Romano, ſacerdotum ejus tribu, Ioannem duodeci- ,,mum ex albo Pontificum Romanorum ob ſcelera (quæ ſi ad ,,flagitia Viceſimi ſecundi comparaveris, ludus ſunt) eraſit, alium ,,Paſtorem urbi & Orbi impoſuit. Idem alios complures Impe- ,,ratores, optimoſque principes feciſſe, in Annales & faſtos re- ,,latum eſt. Proinde Ioannem illum crimine veræ irreligioſita- ,,tis, nota hæreſios antea a Franciſcanis, cæteriſque Theologis ,,inuſtum, contemptorem paupertatis Chriſtianæ, Imperii, An- ,,tichriſti authorem, jure noſtro, conſilio, ſententia, conſenſu ,,communi Principum, Pontificum Germaniæ, Italiæ efflagi- ,,tantibus ſacerdotibus, populoque Rom. exauguratum, abdica- ,,tum, hæreſios condemnatum declaramus, proſcribimus, acta ,,ejuſdem reſcindimus. Univerſi Chriſtiani eundem in numero ,,impiorum atque ſceleratorum habeant; ab eo omnes decedant, ,,aditum, ſermonem defugiant; velut contagionem, ne quid ,,incommodi accipiant, devitent. Eidem nullus honor com- ,,municetur, & ab his quorum intereſt, opera detur, ut depre- ,,henſus more majorum puniatur. Quiſquis adverſus hæc fece- ,,rit, hoſtis Reipublicæ eſto. Nos confeſtim cum ſacerdotum ,,curia populoque Romano, urbi atque orbi Paſtorem, com- ,,muni conſilio atque veterum inſtituto, juxta Sacræ Hiſtoriæ ,,leges, allegemus. Hoc edictum ab Imperatore, item Sacerdo- ,,tum Senatu populoque Romano ſignatum eſt, publicatumque ,,in celeberrimo myſtarum, populi Romani, regulorum, dyna- ,,ſtarum, tetrarcharum, flaminum, Pontificum maximorum, mi- ,,norum antiſtitum conventu. Datum & factum extra templum ,,auguſtiſſimum, Divis Petro atque Paulo, legatis Chriſti, dedi- ,,catum, octavo decimo die Aprilis, in urbe Romana, cunctis ,,ſacrificis, univerſo populo Romano in regione pro concione ,,publicè ejus rei gratia coacto, Chriſtianæ libertatis anno MCCC ,,XXVIII. invictiſſimi Imperat. Ludovici quarti, Cæſaris Au- ,,guſti, Principis optimi, regni decimo quarto, Imperii vero ,,primo.

Ludovici Imperatoris inſigne contra Papam decretum.

MCCCXXVIII.

Poſt hæc a Flaminibus & ſacerdotibus, qui Romæ habitabant,

Anno Chriſti

Petrus Corbarius ovili Eccleſiaſtico Præfectus renunciatur, Nicolaus quintus nuncupatur; a Caſtellano Pontifice, ejus collegis, conſecratur. Iiſdem diebus Auguſta Romæ enixa eſt filium, cui hancce ob cauſam Ludovico Romano parentes dixere nomen. Porro Auguſtus ad ulteriorem quoque Italiam pacandam animum intendit, expeditionemque in Campaniam adverſus Rupertum meditatur. Verum cunctando, diſputationibus dies, tempus conſultationibus extrahens, hoſti interea ſeſe confirmandi locum fecit, rei gerendæ facultatem dimiſit, rem cunctando perdidit. Qui, ſi nulla interpoſita mora, fortunaque uſus, celeritate conatus atque conſilia hoſtium occupaſſet, Campaniam, regnum Neapolitanum, haud dubie, ſi famæ creditur, ſubegiſſet.

Nicolaus V. Papa creatur.

Ludovicus Romanus Romæ naſcitur.

Tandem, cum variis Romanorum Pontificum inſidiis peti ſe Ludovicus intelligeret, relictâ Italia in Germaniam reverſus eſt; miſitque legatos Avenionem ad Benedictum XII. quem Ioanni Papæ ſuffecerat, Rupertum Præfectum Prætorio Rheni, nepotem ex fratre, & Guilielmum Juliacenſem; qui benigne primo excepti, Imperatorem cum Papa in gratiam rediturum ſpem, ſed fruſtra, ut eventus tandem docuit, concepere. Tandem ergo in Germaniam revertuntur; propenſum quidem ſacerdotem primarium ad concordiam eſſe, verum illum alieno vivere more, & intercedentibus flaminibus, maxime rege Galliæ, ſeductum atque depravatum, ſeque re infecta abiiſſe queruntur, illis ſuſpectam felicitatem, concordiam populi Germani eſſe, qui neminem ſecum dignitate exæquari, nedum ſuperiorem ferre velint, referunt. Poſtremo proverbium Romanenſium proponunt, quibus maxime utile ſit, Germanos eſſe quam ſtolidiſſimos. Haſce ob cauſas proceres univerſæ Germaniæ, ſacerdotes, dynaſtæ in agro Mogontino conveniunt, quarto Idus Julii, hoſtem Reipublicæ atque religionis Chriſtianæ proditorem judicant, quicunque ille acta Viceſimi ſecundi tutatus fuerit. Sed præſtat hujuſcemodi Senatuſconſultum ſenſibus ſuis omnino, partim etiam verbis, inſerere.

MCCCXXXVIII.

Ludovicus Imperator in Germaniam revertitur.

Inſigne Procerũ Principumque Germaniæ adverſus Papam decretum.

ANNO CHRISTIANÆ LIBERTATIS MCCCXXXVIII. *ſexto die Iulii, hora* VI, *Benedicti XII. Pont. Max. anno* IV. *in pomario vici Rhenoſei, in ripa Rheni amnis, ubi fere ſeptem viri Cæ-*

Anno Chriſti

ſariani electores convenire, atque de ſummis Imperii rebus colloqui ſolent, Hainricus Mogontinus, Valentinus Agrippinenſis, Balduinus Treverorum archimyſta, Rudolphus, Ruperti duo, & Stephanus Præfecti prætorio Rheni, cum nondum decretum foret, quisnam eorum in Comitiis Cæſareis ſuffragium ferret, Rudolphus Dux Saxoniæ, Ludovicus Brandenburgenſis limites Præfectus, item alii plerique omnes Sacroſancti Imperii clientes & optimates, ſacrati, prophani, concione vocata, ſacramento prius rogati, ritu ſolenni ex Concilii decreto, accitis tribus libellionibus, qui in acta quæcunque fierent, dicerenturve, ex fide referrent, ſubſcriberent, atque in vulgus ederent: hanc rogationem ſciverunt, juſſerunt, decreverunt, voluerunt, promulgarunt, perpetuo ſanxerunt: Sacroſanctum Imperium, ſumma in terris poteſtas, cœleſte donum eſt. Imperator enim primus ante omnes, ſecundus poſt Deum eſt, & tam grande nomen à ſolo Deo traditur. Cui ſoli ille Reipublicæ adminiſtrandæ rationem reddendam habet. Qui à ſupremo duntaxat cœli numine in ſummo rerum humanarum faſtigio collocatus eſt, & in terris, neque parem, neque ſuperiorem habet. Per quem leges, jura, regna humanæ genti largitur æterna majeſtas. Cæſari reddite, quæ Cæſaris ſunt, præcipit Chriſtus. Is & Comites ejus omnes, vectigalia, honorem, officium, obſequium obedienter ac reverenter Imperatoribus præſtiterunt. A curiatis igitur Heptarchis rebus impoſitus, continuo more majorum atque jure gentium Rex eſt & vocatur. Ipſum contra majeſtatem Reipublicæ, decus Imperii, legatos ad ſacerdotem Romanum, ut auctor fiat, copiam adminiſtrandi concedat, mittere, eidem jurejurando fidem aſtringere atque petere ab eo uſum regii diadematis, religio eſt: nullum harum rerum jus omnino eſt Paſtori, qui ſervus ovium eſt, & in conſecrando Domino gregi ſervit. Quippe jure ſuffragiorum, beneficio electorum atque populi quiſque imperat. Hæc veriſſima eſſe convenit inter omnes annalium, rerum humanarum divinarumque peritos, atque jam ſæpius utriuſque juris, Cæſarei atque Pontificii, cœleſtis Theſauri teſtimoniis comprobatum eſt. Tamen quidam (ut ſunt ebrii ſucceſſu rerum nimio atque impotentes ſui mortalium animi: proſperis enim rebus ferocitas atque ſuperbia augeſcunt) impudentiſſime refragari non erubeſcunt. Et nonnulli ſanctuli, qui ſibi ſacrarum literarum magiſterium arrogantiſſime ſumunt, per fallacias verba Domini arguunt, ſimplicitati Chriſtianæ imponunt, divinæ ſapientiæ viva oracula polluunt, contaminant: Sacram Hiſtoriam falſo interpretando ſuæ cauſæ ſervire cogunt, ſuis moribus atque vitiis, nempe ambitioni, ſuperbiæ, avaritiæ accommodant; veritatem adulterant humanis nugis, cœleſtem Philoſo-

Inſigne Procerū Principumque Germaniæ adverſus Papam decretum.

MCCCXXXVIII.

loſophiam commentis depravant, invertunt, à germano ſenſu ad ſuum negotium, ſuas nundinas captioſis renunciatiunculis detorquent: non voluntatem legi ſacræ, ſed legem voluntati jungunt. More argutorum hominum magis quam ex æquo atque bono diſputant; præter fas, contra naturæ legem docere non erubeſcunt; Paſtoris beneficiarium eſſe Dominum, neque ante principem principum eſſe, aut nominari oportere, quam ille Servus ſervorum author fiat, & dignum judicarit qui regnet. Hæcque cum maxima Reipublicæ Chriſtianæ pernicie, intolerabili populi Chriſtiani, Imperatoriæ majeſtatis jactura, nec ſine graviſſimo tetrarcharum, dynaſtarum, clientium Imperii detrimento, inſtigante Stygio principe, Domino hujus mundi, commenta eſſe, eventus docet, exitus probat. Inde bella plusquam civilia, ſeditiones domeſticæ, tumultus inteſtini concitantur, populus Chriſtianus ſe mutuis vulneribus atterit, cognato ſanguine manus polluit, ſtupra, perjuria, adulteria, ſacrilegia, peculatus, inceſtus, perfidia impunè committuntur. Hæc ubi dogmata peſtifera, hiſce peſtilentibus erronibus claſſicum concinentibus cædes, parricidia, homicidia, incendia paſſim eduntur, excidia regnorum, urbium, regionum direptiones ubique fiunt. Ima ſummis miſcentur, divina, humana perturbantur, pietas refrigeſcit, lites, diſcordia, ſcelera, ſimulata religio. cæremoniæ caſſæ fervent & gliſcunt. Iuſtitia, pax, concordia, ſimplicitas, libertas, depulſæ terris exulant: divitiæ atque arma dominantur: fraus, dolus, ambitus Eccleſiaſticus corripiunt gradum. Vt poſthac hujuſcemodi malis evitatis, auguſta pace, feſta quiete populus Chriſtianus fruatur, ex Concilii decreto, hocque plebiſcito decernimus quæ ſupra ritu ſolenni, religione adacti cenſuimus, perpetuo ſancimus edicto, nimirum, ex ſolo electionis beneficio omnem poteſtatem, imperiumque proficiſci: nec ullo pacto Pontificis Romani in hac re ſanctimonia, flaminio, authoritate, conſenſu opus eſſe. Quicunque aliter docuerit, ſenſerit, factitarit, crimen læſæ majeſtatis reus, hoſtis Reipublicæ atque proſcriptus eſto, capite pœnas ſolvito, bona ejus publica ſunto, prædia infiſcentur.

Anno Christi

Inſigne Procerũ Principumque Germaniæ adverſus Papam decretum.

MCCCXXXVIII.

Eodem temporis tractu in Occidentali Francia, mortuo Carolo Pulchro abſque liberis, duo de regno, jure atque armis diſceptant; Philippus Valeſius, patruelis Caroli, & Eduardus Rex Anglorum, ejus ex ſorore nepos. Hic iiſdem diebus in Germaniam venit: nam uxor ejus ſoror Auguſtæ erat, & filia in gynæceo Auguſtali educabatur. Jure igitur affinitatis apud Confluentes Rheni atque Moſellæ ab Imp. excipitur. Inde Francofordiam

Inter Philippum Valeſium, & Eduardũ Regem Anglorũ graviſſimum bellum exortũ.

ambo

Anno Chriſti

ambo principes ſe conferunt; ubi frequentes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Angliæ purpurati & Pontifices coëunt. Philippus Valeſius a popularibus Occidentalis Galliæ Rex declaratus per nuncios (ſicuti & noſtro ævo factitare Celtici rectores ſolent) Teutonum animos adverſus Anglos auro ſibi conciliat, auxilia Germanorum emit, donativa, congiaria largiſſima diſtribuit militaribus tribunis, fidem illorum perpetuis ſibi oppignerat ſtipendiis. Carolus Moravici limitis Præfectus juſſus fide publica cum ducentis equitibus apparere, cum quingentis venit; ibi in verba Ludovici jurat, ſe in ejus poteſtate fore dat fidem. Atque inde a Francis redemptus in Galliam Lugdunenſem, Luteriam ad Philippum Valeſium ſe transfert. Cæterum præſente Anglo Senatusconſultum perſcriptum eſt, lex lata eſt; Eum qui Imperatorem execratum dicat, aut ſentiat, bullaſque hujuſmodi Pontificias abſque Concilii decreto recipiat, contra Rempublicam feciſſe videri. Eadem quoque, quæ Rhenoſci a principibus conſtituta commemoravi, tuenda eſſe ſumma vi atque ope, juratum ab omnibus. Anglus quoque ſententia procerum Rex Franciæ, procuratorque imperii per Gallias, ut amplitudine nominis Germanos alliceret, conſalutatus eſt. Juſſi ſunt equites, milites, tribuni, centuriones, duces, pro viribus eidem auxiliares eſſe. Interfuiſſe Senatui reperio cum collegis Guilielmum Occamenſem, Franciſcanorum primarium ſacerdotem, acerrimum Dialecticum, Philoſophum, Theologumque acutiorem, quam ea ætas ferebat. Ab illo recentiorum Peripateticorum cohortes lectæ ſunt. Eodem Concilio acta Viceſimi ſecundi, hoc diplomate Imperatorio, quod Latinè extat, denuo reſciſſa ſunt.

MCCCXXXVIII.

Angliæ Rex Francorum Rex à Proceribus Germanici Imperii ſalutatur.

Guilielmi Occam elogium.

„IMPERATOR LUDOVICUS IV. DIVINO DUNTAXAT „munere Cæſar Auguſtus, univerſis Chriſtianis ſalutem. D. Pe„trus atque Paulus, nuncii æternæ majeſtatiſ primarii, longo ante „tempore prædixere, cecinerunt, ſedulo nobis denunciarunt, „poſt fata ſua vafros, verſutos, audaces, falſos Prophetas, Sa„cerdotes, legatos mendaces futuros; facta jam pridem illorum „depinxere nobis. In templo Dei, inquiunt, hoc eſt, Eccleſia, „quaſi ſint Deus, ſedebunt, & ſupra omne id quod uſquam gen„tium aut colitur aut cultum eſt, extollentur. Neque dicendi, „neque faciendi ullum, niſi qui libet, noſcent modum; gloriam, „regnum concupiſcendi nec finem ſcient, nec terminum capient.

Diploma Ludovici Imperatoris, quo acta Ioannis XXII Papæ damnat.

„Do-

Anno Christi MCCCXXXVIII.

„dominationem, potentiam, urbi orbique terrarum, nec minus
„ipſis, exitiabilem, rejecta cruce Chriſti, inſipient; confictis
„ad quæſtum, lucrum, ambitionem, luxum ſermonibus de po-
„pulo Chriſtiano, abuſi credulitate ſtolidi vulgi, nundinabun-
„tur. Quæ itaque vates illi veridici, arcanorum Dei interpretes,
„nobis ante cantarunt, veriſſima eſſe experimentis animadver-
„timus, & plane, niſi aſini ad lyram ſimus, ſentimus. Non
„imus inficias; eſt genus hominum ſuperſtitioſius, quam ut tem-
„porum infelicitas refragetur; ad fraudes & commenta ſuper-
„ſtitioſa, quibus vulgus imperitum facile lactari atque capi ſo-
„let, ingenioſiſſimum exiſtit; ad tutandos mores impudentiſſi-
„mum, credulitate ſtultorum, quorum infinitus eſt numerus, ab-
„utitur. Meum eſt hujuſcemodi argutias atque vafriamenta, ne
„hiſce ſimplicitati Chriſtianæ imponatur, veritati divinæ illuda-
„tur, detegere atque confutare. A ſpinis non colliguntur uvæ,
„Propheta Dei non accipit munera. Qui vult maximus eſſe, ſit
„infimus omnium, nunciis Chriſtus præcipit; &, reges quidem
„dominantur populo, vos autem ſervi gregis mei, nempe Pa-
„ſtores, non Domini eſtis. Nihilominus tamen, quanquam illa
„clariſſima ſint, tamen peſſimi Phariſæi, perditiſſimi Antichriſti,
„Comitiis Cæſareis, ſuffragiis principum, rebus impoſitum,
„ajunt, non eſſe Imperatorem, niſi primarius ſacerdos, qui Do-
„minus rerum & utriuſque poteſtatis manceps ſit, author fiat.
„Id etſi pravum, ineptum, falſum, perquam abſurdum, alienum
„a vita ſacerdotis crucifixi, divino humanoque juri, ſacris con-
„trarium, nec rationi conſentaneum ſit, tamen illi impoſtores
„in malitia pervicaciores, quam boni in pietate exiſtunt. Quis
„obſecro non videt, niſi talpa plane, perpetuo oculis a rerum
„ſummo opifice damnatus, terræ tenebris incubet? Repugnan-
„tiſſima ſunt, nec coire poſſunt, corporale & ſpirituale, terrenum
„& cœleſte, fluxum & æternum, caducum & immortale, enſis
„myſticus atque ferreus. Hic Cæſari a Deo datus eſt, ut malis &
„pacis atque concordiæ diſturbatoribus neci datis, boni tran-
„quilla quiete perfruantur. Ille concioni Chriſtianæ a Serva-
„tore commiſſus mortuos vitæ reſtituit, neminem occidit. Di-
„verſa ſunt, Sacrificulus & Auguſtus: uterq; cœleſti dono conſti-
„tuitur, ſuis limitibus clauſus; atque, ut ſunt humana atque divina,
„ille ſervorum ſervus, hic princeps principum habetur, & eſſe

Diploma Ludovici Imperatoris, quo acta Ioannis XXII Papæ damnat.

Anno Chriſti MCCCXXXVIII.

„in bene conſtituta Republica debet. Nec ſolius Dei beneficio; „curiatorum Comitiorum jure, lege ſuffragiorum, authoritate „Senatus, majeſtate atque viribus populi principatum tenemus. „Si quis ambigat, ad Sacræ Hiſtoriæ penetralia, annales priſcos „recurrat, ita dubitare deſinet. Quod ſi ignorare perrexit, igno„rabitur. Ut tamen Sophiſtæ illi, monſtra, & larvæ religionis „Chriſtianæ abominandæ, clava Herculis repercutiantur, & ſuo „enſe jugulentur, veteres juris Pontificii, cui vacat, evolvat „codices, ubi non ſemel ſcriptum eſt; Pontificis atque Impe„ratoris omnino diverſas eſſe juriſdictiones, nec vices earum „commiſcendas eſſe. Quocirca liquet, quam perperam, atque „temerè Viceſimus ille ſecundus imperii habenas ſibi uſurparit, „præter fas atque æquum Italiam a regno Germaniæ ſeparare „conatus fuerit, adverſus leges, inſtituta, morem majorum, „contra auſpicia, interceſſionem, authoritatem Senatus, maje„ſtatem principum, atque populi Romani, Italici, Germanici. „Non tam nobiſcum, quam cum ipſa Republica Chriſtiana bo„nus ſanè Paſtor vi & armis, & manu, non jure diſceptavit. „Sanguinem Chriſtianum lupus cruentus ſitiit, & hauſit. Idem „hoſtis, accuſator, teſtis, & judex, atque inimicus noſter publi„cus, in propria cauſa tamen, adverſus nos abſentes, indemnatos, „invocatos, injudicatos, inauditos, nec citatos, nec loco le„gitimo, nec die dicto, contra leges, indicta cauſa, ſecundum „ſe homo belliſſimus pronunciavit. Sicuti in rebus inviſibilibus „& divinis Sacerdoti cedimus; ita jure noſtro in humanis, & his „quæ conſpici, tangive queunt, ſuperiores eo, qui temporalia, „dignitatem regum noſtro beneficio poſſidet, ſumus. Oportet „magis Chriſto, quam Pontifici Max. obtemperare. Ille Impe„ratori ſuos dicto audientes præcipit, hic vetat. Haſce ob cauſas „benè, rectè, atque ſapienter, ab hoſte Reipublicæ Chriſtianæ „ad futurum totius Chriſtianiſmi, cujus ille membrum (ſi ta„men exiſtit) non caput eſt, Senatum provocamus. Orbis, in„quit Divus Hieronymus, major eſt, quam urbis Eccleſia. Sen„tentiam igitur illius alterius & Viceſimi adverſus nos latam, „vanam, irritam ex Concilii decreto cenſemus, declaramus hoc „edicto, quod Francofordiæ in auguſtiore templo ritu ſolenni „ſubfixum, ſi quiſpiam pertinax fuerit, qui oblatrare, aut ob„ſtrepere auſit, tanquam veritatis oſor, pacis conturbator,

Imperatoris de immani Papæ Romani tyrannide graviſſima querela.

Provocatio ejuſdem ad totius quaſi Chriſtianiſmi Senatum.

„hoſtis Reipublicæ, inimicus pietatis, ſatelles Antichriſti, mancipium Sathanæ, perduellionis, perfidiæ, perjurii reus, non „Philoſophorum argumentis vel Decretorum, ſed verbere, vin-„culis, carcere fatigatus, poſſeſſionibus, peculio mulctabitur, „& ultimo ſupplicio, more majorum, parricidium luet. Datum „in oppido noſtro Francofordia, die ſexta Auguſti, anno Chri-„ſtianæ libertatis M CCC XXXVIII. Domini Ludovici Imp. cle-„mentiſſimi, Regni XXIII. Imperii XI.

Anno Chriſti

Alii ex aliis atque magni terroris motus Imperatorē inter & Papam excitantur.

Alii ex aliis motus inter Imperatorem & Pontificem Romanum continuo excitati ſunt. Avenione quippe in Gallia Benedictus XII. vita functus eſt, datuſq; ei ſucceſſor eſt Clemens VI. qui & ipſe Ludos Sæculares, ut Aventinus loquitur, inſtituit, & quinquageſimo anno redeunte, ſicut alius centeſimo, celebrandos inſtituit. Ludovicus Cæſar eâdem tempeſtate, ut Ioannes Strigonienſis tradit, Humbertum Viennæ Allobrogum, & Ludovicum inferiorem in Otingen Sueviæ regulum, Ulricum Hangenhor, Magiſtrum Epiſtolarum, civilia bella exſus, Avinionem legatos ad Clementem proficiſci jubet: amore Reipublicæ, iram ponit; in ſe præter æquum & bonum commiſſa condonat; pacem expetit; omnia patienda ſtatuit, quoad ſpes aliqua concordiæ ſtabiliundæ relinqueretur. Porro Flamines (ut eſt genus hominum pervicaciſſimum) rati ad quos legati mitterentur, iis authoritatem attribui, timorem eorum qui mitterent ſignificari, orationum atque conſultationum ambagibus tempus extrahunt. Sibi devoti animis indulgent; nullum finem, nec modum, nec cupiditati, nec iræ, niſi vincant & voti compotes fiant, neque ponunt, neque norunt. Aliquo manifeſto piaculo impietatem in Pontifices maximos, terrarum Deos, temerè perpetratam, luendam eſſe cauſantur. Philippus quoque Valeſius Romanæ Franciæ rector, ut animum Auguſti ab Anglis abſtraheret, ſibique conciliaret, ſedulo operam navavit, ut Romanos Præſides, Paſtorem atque Imperatorem in gratiam redigeret. Totum triennium hiſce conſultationibus extractum eſt. Sub idem tempus Ugrorum oratores Avinione in eodem luto hæſitarunt. Ludovicus Rex Ugrus Campaniam, hæreditatem Andreæ fratris ſui, verum a primario Sacerdote venalem, proſcriptam, ne germanus excluderetur regno, licitatus eſt, atque redemit millibus marcarum auri quatuor & quadraginta, ſunt unciarum

MCCC XLII.

Clemens VI. Papa Iubileum quinquageſimo quoque vis anno celebrandum inſtituit.

 millia

Anno Chriſti MCCCXLII.

millia trecenta, quinquaginta duo, id eſt, noſtratis pecuniæ, ſuper ſexdecim millia aureûm nummûm octies & vicies centena millia. Hæc ex Ioanne, myſta Strigonienſi, excepimus. Dum autem talia Avinione fiunt, Imperator in Germania cives & equites concordiam inire, fœdus icere, pacem (quam tam diuturnam atque ſtabilem nullo alio principe in Germania fuiſſe haud temere invenies) jurisjurandi religione more majorum ſancire præcipit. Proceres ad parcimoniam, frugalitatemque hortatur, perſuadetque, ut leges veſtiarias, ſumptuarias, quibus luxuriæ effervеſcentis æſtus conercerentur, & ferrent, & exercerent. Quippe nobilium plerique (ſicuti & hac ætate factitare ſolent) patrimonia ampliſſima helluati fuerant, ſupellectilem, familiam, pecuniam, prædia, agros, præterea arces, caſtella proluerant.

Leges ſumptuariæ in Germania feruntur.

Quarto tum demum anno legati Cæſaris Avinione revertuntur, mandataque ſcripta Pontificis Max. ad Auguſtum perferunt, quorum hæc ſumma fuit: *Cæſar Guilielmum Occamenſem Hæreſiarcham, ejus collegas, & ſocios Pontifici Maximo dederet. Decreta adverſus Viceſimum ſecundum, vicarium Chriſti, retractaret, acta reſcinderet, opprobria recantaret; edicto perpetuo publice ſanciret, Imperium beneficium eſſe primarii ſacerdotis, nec ante Cæſarem eſſe, aut vocari, quam ille author fieret.* Hæc ubi ad Imperatorem relata ſunt, Francofordiæ proceres convocat, mandata Sexti recitari jubet. Fit decretum, hujuſcemodi poſtulata prava, inepta, antiquata, argutiora denique eſſe, quam ſimplicitati Chriſtianæ, atque majeſtati Reipublicæ conveniret: irrita, vanaque declarata ſunt, flamineſque Avinionenſes, ſecundis rebus oblitos humanæ imbecillitatis, nullum modum neque dicendi, neque faciendi, niſi quem velint, noſcere, promulgatum. Quicquid libeat, licitum putare, licentia ſanctitatem metiri, acclamatum. Ioannes Rex Bojemus, filius ejus Carolus denuo in verba Auguſti jurant. Inde in Franciam ad Philippum regem ſecedunt. Imperator cum hiſce eoſdem legatos ad Clementem redire jubet; ut æquis conditionibus concordia paciſcatur, & bene inter bonos agatur, poſtulat. Sed Sextus nullo pacto poſtulatis annuit, ſua dicta velut fulmen rata eſſe, atque obſervari voluit. Reges Bojemus atque Francus fruſtra reconciliandorum principum ſumpſere operam. Conſulti juſſu regum Theologi Lutetiæ Pariſiorum, reſcripſere; reſponſa Clementis non ſolum iniqua, ſuperba, ſed & contraria æquitati

Superbum Papæ Romani reſponſum.

Principes Imperii & Pariſienſes aliique Theologi Papæ ſtrenue ſe opponunt.

Chri-

Chriſtianæ eſſe. In Apulia Andreas Rex noctu in cubili laqueo necatur. Clemens germano ſuo regnum tradit. Verum Ludovicus Rex Ugrus, occiſi frater, cum infeſto exercitu in Campaniam contendit. Ioannam uxorem fratris, cum marito novo, fratre Sexti, item alios cædis conſcios, authoreſque Italia exigit, regno Neapolitano potitur. Literis per orbem Chriſtianum Ioannam, item Pontificem Romanum, quatuor flamines, parricidii incuſat. Ioanna cum conjuge fuga ſibi conſulit. Avinionem evaſit ad primarium ſacerdotem.

Anno Christi

Rex Apuliæ Andreas juſſu Papa noctu per inſidias laqueo necatur.

Hujus auro, & pollicitationibus (ſicut amicus Avinionenſium Conradus de Maidenburg, quaſi beneſactum jactitat) in Germania Baldovinus Treverenſium archimyſta, Rudolphus Saxoniæ regulus corrupti, Gerlacus de Naſſaw, Mogontini Pontificatus (quem alter tamen hujuſcemodi conatus ac perfidiam deteſtans tenebat) ſpe ineſcatus, in agro Treverenſi coëunt, Carolum Moravici limitis præfectum, filium regis Bojemiæ, Cæſarem deſignant, quarto Idus Julii, anno ſalutis MCCCXLVI. Carolus, qui tum in Galliis cum patre Ioanne, Philippo regi adverſus Anglos ſuppetias ferebat, ab flaminibus ſacramento, quo fidem Ludovico aſtrinxerat, ſolutus, annuit, nova molitur, totis viribus imperio inhiat. Auguſtus ubi hæc comperit, ad Rheni oram cum exercitu contendit. Auguſtæ Nemetum Concilium cogit, concionem procerum advocat, perfidiam paucorum, maxime Baldovini Treverenſis (quo conſultore & authore univerſa hactenus a ſe geſta ſint) arguit. Pontificum Max. inſolentiam, faſtum, omnium temporum, injurias in ſe eorum commemorat; a quibus inductum, depravatumque Carolum, item alios, conqueritur, Carolique perjurium proponit; Senatus authoritatem, populi Chriſtiani libertatem, majeſtatem Imperii, fidem religionis proditam, pollutam docet; liberos eſſe Germanos aſſerit; rogat, an ſe, cujus clementiam, benignitatem, fidem, conſtantiam, munificentiam jam pridem tot adverſitatibus comprobatam ſenſerint, imperare, an Carolum, perfidum caput, parricidamque, qui avum optimum Imperatorem impietatis condemnet, regnare velint. Abſque cunctatione tota concio conclamat, Ludovicum rerum potiri, Ludovicum a Deo Imperatorem conſtitutum eſſe, ſeque in ejus poteſtate futuros. Perfidiam deinde paucorum execrati, Caroloque inominatis verbis malè precati, denuo Ludo-

MCCCXLVI.

Carolus, filius regis Bohemiæ, à quibuſdam conjuratis Cæſar ſalutatur.

Anno Christi vico ſacramenta certatim dicunt, dantque fidem, operam daturos, ne hujuſmodi flagitia inulta ſint, & Germanicæ virtuti ab hoſtibus etiam laudatæ, tanta macula illinatur. Guilielmus Occamenſis librum, qui extat, adverſus Carolum, atque Clementem ſcribit. Ubi hunc hæreſeos nota inurit, ipſum Antichriſtum,

MCCCXLV. paupertatis Chriſtianæ oſorem, hoſtem Reipublicæ, conjuratum Celticorum tyrannorum, Germanorum gentis Chriſtianiſſimæ inimicum, ſectatorem Clementis quinti, Ioannis Viceſimi ſecundi, falſorum Pontificum, & ſæviſſimorum luporum appellat. Carolum perjurii, læſæ majeſtatis, parricidii, impietatis in avum & parentem poſtulat, quod fidem jurisjurandi, qua Ludovico aſtrictus ſit, frangat, quod legibus Confluentiæ, Francofordiæ, in Lonſtain, ex Concilii decreto perlatis, perfide fraudem faciat, objectat. Mancipium Avinionenſium Sacrificulorum, à quibus Imperium emerit, appellat. Contra decus Imperii, majeſtatem populi Germani, in loco obſcuro & ignobili, contra morem, a perfidis electum, exprobrat. Inauſpicatiſſimum ejus fore Chriſtiano orbi Imperium ominatur. Poſtremo indignum eſſe, qui in Germania, nationum regina, imperet, docet, maxime quando amicus ſit regi Francigenarum: qui perpetuo hoſtis ſit Alemannorum, & Reipublicæ Chriſtianæ tyrannus, diſturbator pacis, author diſcordiæ, & ſeditionum. Cujus levitate, atque ſuperſtitione, & viribus freti Pontifices Max. libertatem Chriſtianam oppreſſerint, Imperii majeſtatem labefactarint, Rempublicam antiquarint, Germanicam virtutem diſcordiæ malis debilitarint, attriverint, populum Chriſtianum in ſervitutem redegerint duriſſimam. Et cum alios (addit & pergit Guilielmus) Gallicus rector ad Imperium orbis terrarum jam pridem aſpirans, faſtu, & gentilitia aviditate perdiderit, ſeipſum tamen non fefellit, dum ſeſe, & Pontificem Max. & Imperatorem in ſuo regno eſſe prædicat. Idem Guilielmus cum collegis alium libellum edidit, in quo Paſtorem Romanum, atque rerum Dominum diverſa eſſe, argumentis probat. Hunc terræ dominari, illum diſpenſare ſpiritualia; illius munia, amare oves, paſcere gregem, crucem egeni & mendici Chriſti ferre; hujus imperare, ſtrictum enſem geſtare, belligerare aſſerit. Item docet, Imperium nequaquam ſacerdotis, ſed Dei Opt. Max. beneficium, cujus populus ſit, eſſe. Cæſarem continuo eſſe, & vocari, poſtea-

Magnificum Guilielmi Occamenſis pro Imperatoris & Imperii majeſtate, contraq́ue Papæ tyrannidem, & conſtantiſſimum reſponſum.

quam a Septemviris delectus ſit; ad Cæſarem regna, imperia, divitias, bella, hujus ſæculi potentiam ſpectare; Sacerdotem Romanum nihil horum contingere, ac procurare debere, niſi Antichriſtus eſſe velit. Cæteri Theologi, item utriuſque juris periti, in eandem ſententiam pleraque diſputarunt. *Anno Christi*

Angli illuſtrem, ceſis memorabili prælio Gallis, victoriam reportant.

Dum hæc in Germania geruntur, in Belgica ſecunda, & Picardia inferiore prope Ambianos atque Abovillam Anglius Philippum regem Francigenarum atroci prælio vicit, copias ejus profligavit, Sabbato, ſexto Kalendas Septembris, quo die ante annos octo & ſexaginta Odagrius Rex Bojemiæ ab Imperatore Rudolpho pugna interemptus eſt. Cæſa triginta millia Gallorum referuntur; proceres auxiliares hi cecidere, Iôannes Rex Bojemiæ, Rex Balearicarum, frater regis Franciæ, Regulus Lotharingiæ, Ludovicus Flandriæ Præfectus, Roſenbergius Bojemus, quatuor Epiſcopi, duodetriginta dynaſtæ. Hæcque Ioannes a Schonfeld Böins, ex Brugis Morinorum oppido (qui partium Angli prælio interfuit, & vulnus adverſum in mala dextera, item aliud ſagitta percuſſus in capite accepit) Gotfrido a Weiſſeneck Bataventi Epiſcopo ſcribit. Rex Philippus, Carolus filius regis Bojemiæ, noctu ad Ambianos aufugiunt, inde Luteciam petunt. Sextus amicior Gallis, quam Anglis, Eduardo diras inferiaſque dicit. MCCCXLVII. Ille a perſonato vicario, tyrannoque Eccleſiaſtico ad juſtum Chriſtiani populi Paſtorem provocat. Porro Carolus in Germaniam, ut Lucilloburgium, Bojemiam, avitos paternoſque Ducatus adeat, redit; ad Aquaſgraneas non admiſſus a Leodienſi Epiſcopo recipitur. Verum cives Epiſcopum urbe pellunt; auxiliaribus Anglorum copiis adjuti illum cum Gallis, Bojemis urbem obſidentem maxima clade afficiunt, duodetriginta mortalium millia contrucidant; civitatem obſidione liberant. Carolus accepto iſthoc vulnere, Bonnam ad Baldovinum Treverorum, patruum ſuum magnum, & Baldovinum Agrippinenſem, Gerlacum titulotenus archimyſtam Mogontinum ſeptimo Kalendas Decembris contendit. Carolus ob perfidiam omnibus inviſus, nuſquam receptus, pollicitus ſe concordiam ſervaturum, publica fide per Francorum fines in Bojemiam deducitur. Nec vivo Ludovico aut Galliis, aut Hercyniæ latebris prodire, nec habenas rerum uſurpare auſus eſt. Clanculum & dolo populares ejus Hatzigiltain Nariſcorum prope Cham caſtello potiuntur. Arcis

Atrox ad Leodium prælium commiſſum.

Præ-

Anno Chriſti

Præfectus Conradus a Cameraw ſecuri ab Auguſto perculſus, ſeu perfidiæ, ſeu ſocordiæ pœnas capite dedit. Imperator Ludovicus, quod ſenectus ipſa, quemadmodum vulgo dici ſolet, morbus ſit, valetudini ſuaſu medicorum, venatibus indulgendo, conſulit, ac inter Monachium, & Auguſtam Rhetiæ, proxime Furſtenfeldium, & vicum Puech, ubi D. Edigna (quam accolæ furcis præficiunt) humata colitur, & ovilia ſunt in prato, venationi operam dat, & quod Auguſta puerum enixa eſſet, lætatur, quinto Idus Octobris circiter meridiem; de equo lapſus repentino atque inopinato fine, (Apoplexiam vocant) naturæ concedit. Vixit annos tres & ſexaginta, imperavit tres atque triginta, minus diebus ſex. Locus ubi mortuus eſt, Cæſaris pratum inde vocatur. Corpus a Monachis Furſtenfeldium tranſlatum, ut cum parentibus conderetur. Tertio deinde die Monachium a civibus deportatur; ubi in templo Deiparæ Virginis ejus Mauſoleum marmoreum, magnifice regio apparatu extructum, cum dignitatis inſignibus monſtratur. Omnes Ludovico corporis animique virtutes, & quantas nemini unquam principum contigiſſe, quippe quod ne inimici quidem negent, ſatis conſtat; Majeſtatem corporis, ſtaturam eminentem, eximiam, venuſtiſſimamque formam, fortitudinem egregiam, perpetuam in proſperis modeſtiam, in adverſis conſtantiam, æquam in utraque ſorte mentem, literarum peritiam (ut captus eſt principum) non vulgarem, pacis conciliandæ, amorem popularium, civiumque promerendi, latrocinii extirpandi, concordiæ ſtabiliendæ, Germaniæ pacandæ (licet circumſtreperent acerrimorum hoſtium turbæ) mirum atque efficax ſtudium. Tranquilliſſimo otio, quiete auguſtiſſima, quanta alias non temerè, Germania hoc rectore perfruita eſt. Hoſtes maximi, potentes, dites, factioſi, fortunati, nobiles; ipſe pauper, ut qui primam duntaxat Bojariam, cujus urbes primariæ ſunt Monachium atque Angilolſtadium, poſſedit. Tamen curavit unum hoc quidem, ut ſibi eſſet fides. Avinionenſes bullæ undique inturgeſcebant, varia ad conturbandam Germaniam diſcordiæ mala ſerere tentabant, nihil immotum, nihil denique in eodem ſtatu relinquere connitebantur. Comitia Pontificia; Cæſarea in ſe transferebant, ſed induſtria Ludovici, atque optimorum ſanè & eruditiſſimorum amicorum conſilio obtemperantis, contra omnia quieta, omnia tran-

Ludovici Imperatoris exceſſus.

MCCC XLVII.

Magnificum ejuſdem elogium.

Avinionenſibus Papariũ Bullis pax & res Imperii eo imperãte mirum in modũ turbata.

quilla

Anno Chriſti

quilla fuerunt; benignitate ſuperûm, tanti principis prudentia, conatus atque conſilia Avinionenſium Pſeudochriſtorum (ita vulgo nuncupabantur) fruſtra fuere. Animi ſub vulpe latentes, nec cives, nec equites, nec ſacerdotes, neque Monachos fallere potuerunt, tantum valuit virtus, cura atque vigilantia boni Paſtoris.

Avinionenſes Papæ Pſeudochriſti dicti.

Hic Ludovici Imperatoris, laudandi haud dubie, vitæ, rerum ac imperii, Romanâ, ſed velatâ ſanctitate, perfidiâ ac ambitione multum turbati commotique, finis fuit.

Terræmotus magni terroris.

Finem ingens magnique terroris haud paucis in ditionibus terræ tremor ac motus excepit. Anno, inquit Aventinus, quo ad plures Ludovicus abiit, Kalendis Februarii, in Norico, qua Pannoniæ, Illyrico, Dalmatiæ, Carnis, Hiſtriæque continuatur, maximus terræmotus, veſpertinuſque fuit; durabat, nec ante dies quadraginta ſiſtebatur, varieque terra quatiebatur, miraque edebantur opera. Moravia, Bojaria ſuperior ſenſit; ſex atque viginti urbes, & caſtella proſtrata eſſe, in acta ejus anni relatum eſt. Homines cum pecoribus interierunt; mœnia, templa, ædes ſubverſa ſunt; totæ urbes corruerunt, montes abrupti cladem inſuper eam ſenſere. Nam duo montes corruerunt, urbibus devoratis, agrorumque tractu hauſto, villæ eliſæ, animalia permulta, quæ intra fuerant, exanimata ſunt. Hiatus ſubſecutus partim remanſit, partim cuncta ſorbuit, ita inducto ſolo ut nulla veſtigia extent. Quinquaginta amplius homines, vaccas mulgentes, cum vaccis extinctos diriguiſſe, & corpora a ſpiritu terreno in ſalarias ſtatuas redacta apud Charinos, hæcque ſimulachra ſibi, & Cancellario Auſtriaco conſpecta eſſe, refert Conradus de Meidenberg, ejus tempeſtatis inſignis Philoſophus & Mathematicus. Sæviſſima mox in univerſum orbem terrarum graſſatur peſtilentia; plerique mortalium extincti ſunt; quarta pars vix ſuperſtes fuit, & ſubito lue raptati, ſubito dicto citius interibant, pueri, puellæ, læti, mira referentes, animam efflabant. Cœleſte auxilium fruſtra quæſitum, a Pontifice Max. ſacrificium peculiare adverſus hanc peſtem inſtitutum; pagi, vici ad ſolitudinem redacti ſunt. Quidam iræ Dei tribuebant; vulgus a Iudæis fontes in perniciem populi Chriſtiani intoxicatos credidit, quamobrem in pleriſque vicis, oppidis, Iudæi igne concremati ſunt. Duodecim millia Iudæorum pœnas crudeliter dediſſe in-

M CCC XLVI.

Vt & magni horroris peſtilentiæ quâ pleriſque hominum extincti ſunt.

Anno Christi MCCCXLVI.

Superſtitioſi hominũ, qui Bueſſarii dicti, generis in Germania origo.

regionibus noſtris horum temporum ſcriptores referunt. Bueſſarii tum hominum genus dirum, ſuperſtitioſum ſubito apparuere. Quingenti nonnunquam, aliquando mille viri, mulieres, convolabant: oppidatim bini procedebant, nudi ſuperiora uſque ad umbilicum ſe verberibus duriter cædebant tot dies, quot quiſque annos natus erat. Hinc quaſi expiatus omni crimine, domum redibat. Sanguine quoque pluit, & rivi cruenti manarunt; ſacra ibi recondita eſſe vulgus credidit, Sacrificuli ſpe quæſtus affirmarunt. Decem millia paſſuum a patria mea, juxta oſtia Alemanni, apud Kelhaim in ripa Danubii torrens ſanguinolentus. (qui juxta conſcios ſecretorum naturæ nil aliud eſt quam vapor uvidus, qui confuſus halitu terreno igneoque rubeſcit) erupit. Cives ſignum a Deo electi loci credentes, confeſtim ædiculam ligneam ibi condunt. Nunc ibi extat templum lapideum, cui eſt a Sacro ſanguine cognomen. Veteres religionis noſtræ aſſertores efficaciæ deſertorum ſpirituum illa quoque, ut hominibus ſtolidis imponant, attribuunt.

Pluviæ ſanguinolentæ, & earũ cauſſa.

Andronicus junior Orientis Imp.

Turcici imperii magna incrementa.

Ludovico ad clavum imperii ſedente ad Orientalis imperii faſtigium parricidii ſcelere Andronicus ſe promovit. Is ambitioſis Turcarum conatibus regiam veluti viam, magno Chriſtianorum damno, patefecit. Imploratis quippe acceptiſque Turcarum auxiliis Mitylenæos Phocenſeſque oppugnavit; quumque recuperandæ Theſſaliæ magis, quam arcendis ab aditu in Europam Turcis eſſet intentus, hi in deſertâ quaſi Aſia ſe confirmarunt, & ad uſque Helleſpontum limites imperii ſui porrexere.

Initia mutationum in Imperio Orientali, auctâ per Chriſtianorũ diſcordiã Turcarũ potentiâ.

In Turcarum imperio poſt Ottomanni I. qui illud conſtituiſſe quaſi & condidiſſe dicitur, exceſſum, qui in annum CIↃCCCXXVII. incidit, filius Orchanes ſucceſſit; qui mirâ celeritate nec minore felicitate ad Euxini uſque maris littora regnum ſuum propagavit, in Bithynia Pruſiam, Niceam & Nicomediam cepit. Cantacuzeno contra Ioannem Palæologum auxilia miſit. Et ſunt qui tradunt Cantacuzeni filiam uxorem eum habuiſſe. Hæc ſunt prima quaſi initia mutationis in Orientali imperio, qua hoc tandem Turcarum factum eſt.

In Gallia, mortuo Ludovico Hutino, ſuccedit anno MCCCXVI. filius Ioannes Hutinus, & huic eodem anno Philippus cognomento Longus; huic deinde anno MCCCXXI. ſuccedit frater Carolus IV, cognomento dictus Pulcher. Hic Carolus filium

quidem ſuſtulit, ſed orbatus eo fuit multum adhuc adoleſcente. Sororem habuit Iſabellam, quæ matrimonio juncta Eduardo II, Angliæ regi, peperit Eduardum III. Defuncto Carolo quum nullus eſſet hæres maſculus, hæreditatem regni adiit Philippus Valeſius repudiato Eduardo propter legem Salicam, per quam non conceditur fœminis in regno ſucceſſio. Hinc graviſſimum ortum eſt bellum inter Eduardum, ſucceſſionis jus propter matrem ſibi arrogantem, & Philippum Valeſium. Totam rem narrat Froſſardus ſatis copioſe. Fuit autem Philippus Valeſius patruelis Caroli IV.

Anno Christi MCCCXLVI.

Regnum Galliæ tranſit ad Valeſiorum familiam.

In Anglia Iſabella, Eduardi II conjux, à marito ſuo una cum filio Eduardo è regno ejecta, ſed amicorum fide & opera in regnum cum filio reducta delatores ſuos Spenſerios atrociſſimis punivit ſuppliciis, & regem maritum regno inutilem ex populi & Senatus autoritate in cuſtodia habuit. Quo facto Eduardus III, nobiliſſimus heros, peſſimi patris optimus filius, qui cum matre exulaverat, Londini coronatus eſt Angliæ Rex anno ætatis XVI, Chriſti MCCCXXVI, & regnavit annos LI. Primo adverſarium habuit Edmondum patruum, Cantii Comitem, qui abdicato Eduardo fratre, quum de ejus reſtitutione conſpiraſſet, capite truncatus eſt. Bellum geſſit Eduardus III graviſſimum cum Philippo Valeſio Gallo, duravitque hoc per plures annos. Aſcitis in belli ſocietatem Flandris, & a Ludovico Bavaro Imp. imperii vicarius conſtitutus cum ingenti claſſe An. MCCCXXXVIII. in Flandriam trajecit, atque ad Somam fluvium in finibus Galliæ contra Philippum copias eduxit: ſed prælium detrectante Philippo Eduardus Flandriam repetit, indeque Iacobi Artevillæ Flandriæ Præfecti conſilio liliorum inſigni & regis Franciæ titulo aſſumptis in Angliam redit. Deinde anno MCCCXL atrox pugna navalis ad Cluſas committitur, in qua Eduardus Rex vento ſecundo adjutus, captis ac fractis omnibus ferè Gallorum navibus, victor evaſit.

Eduardus II. regno Angliæ dejicitur per conjugem.

Bellum inter Valeſium Gallum, & Eduardum III. Anglum.

Eduardus III, coronatur Rex Angliæ.

Eduardus III. vincit Philippum Valeſium.

Eádem hac, qua Ludovicus imperii rebus præfuit, tempeſtate primum bellum Turcicum & feliciter a Venetis geri cœptum eſt. Turcæ, inquit Venetarum rerum nuperus ſcriptor Ioannes Baptiſta Verus, ad ſervitutem nati, ſed Chriſtianorum diſſidiis evecti ad imperia, in Europam, Ligurum ope, remigioque tra-

Eduardus III. titulo Regis Franciæ donatus redit in Angliam. Primum bellum Turcis à Venetis feliciter illatum.

Anno Chriſti

ducti jam Græcas provincias cœperant occupare, Venetaque maria ita infeſta reddere, ut in Orientem navigantibus nil tutum reliquum eſſet. Inſolentis audaciſque hoſtis conatibus mature occurrendum erat. Quare Veneti extemplo legatos Romam, & in Galliam dimittunt, Pontificem & Regem monituros, ne dilata virium conjunctione imminenti Barbaro ſubigenda Italia traderetur. Gallus cum magis nomen ad præſidium ſociorum, quam vires attuliſſet, Pontifici Venetoque ſolis Italica ſalus & libertas concreditur. Horum Principum armis per ea tempora Turcarum inſultus repreſſi ſunt. Petrus enim Zenus, Venetarum triremium ductor, hoſticas in Ionio navigantes cecidit, & omnium primus de Turcis triumphavit. Cæterum hos mari ſummoviſſe non contentus plura Græci littoris oppida barbarorum prædis referta populatur, ac evertit. Poſt hæc, renovato cum Chriſtianis Principibus fœdere, continuatis in aliquot annos victoriis cum tanto hoſte pugnavit. Tandem, poſt purgata piraticis latrociniis maria, gravi & inſtructâ claſſe Smyrnam applicuit, aggreſſuſque urbis oppugnationem feliciter confecit, fugatiſque barbaris illam recepit. Hinc celebriores triumphos ſibi pollicitus in Aſiæ mediterranea deſcendit, ac fugitivos ubique perſecutus eſt. In ea provincia, ut quidam habent annales, egregius Imperator, dum ſacris de more operam dat, a convolantibus undique agreſtibus interceptus in templo fœde opprimitur; & cum tanti viri occaſu ſpes omnis melioris fortunæ evanuit.

Petrus Zenus, Venetus, primus omnium de Turcis triumfat.

MCCC XLVII.

Neque minus acriter a Venetis adverſus Veronæ principes Scaligeros pugnatum eſt. Ea ſemper, inquit idem Verus, fuit Venetorum pietas, ut vicinos juvarent auxiliis, quando a potentioribus contumelioſe vexarentur. Hinc obliti injuriarum, quibus Patavini eos toties affecerant, arma pro externis aris focisque ſuſcipiunt adverſus Scaligeros, Veronæ Principes. Horum potentia, intra juſtas imperii metas neſcia conſiſtere, in licentiam quoque erupit offendendæ Reipublicæ. Quare, ut latius per opprobrium aliorum ſuos fines extenderent, arcem in ſtagnis prope Clodiam inſolenti milite communitam erexerunt, ac per Padum Atheſimque navigantibus Venetias indixerunt portoria; neque alia in turbidis Principibus defuere facinora, quibus ſenſim res Veneta in perniciem traheretur, niſi quandoque tantis initiis mature iretur obviam. Interim Patres certi ſi nihil mo-

Bellum Venetorum in Scaligeros, Veronæ Principes.

verent,

verent, eam audaciam in ſpeciem legitimi dominatus tranſituram, Scaligeros, legatione, more patrio, tranſmiſſa, prius quam arma arriperent, conati ſunt ab injuriis revocare; cæterum ea ſpreta, atque turpiter irriſa eſt. Hujus rei famâ mirum quam magnis propenſiſque ſtudiis bellum in juris gentium violatores decretum ſit. Primo igitur cum Florentinis percuſſum fœdus, jam antea Venetam opem in eoſdem hoſtes implorantibus: mox evulgata expeditione complures Principes, quibus ea potentia ſuſpecta erat, Vicecomites Ateſtini, Gonzagæ, & ipſe Bojemiæ Rex, ſuos internuncios Venetias miſere, quo junctis viribus Scaligerorum ſuperbia retunderetur. Adfuiſſe una die in urbe ſexaginta Europæorum Principum legatos, qui apud Senatum tum de bello, tum de pace tractarent, produnt ejus temporis ſcriptores. Marſilius quoque Carrarienſis, vir inter Patavinos ſummæ auctoritatis, Scaligerorum cauſam iiſdem diebus apud Patres fovebat, & pacis conditiones percunctatus, has retulit: Patavino agro hoſtis decederet: Tarviſium Reipublicæ eſſet: Rubeis Parma, & Florentinis Luca permitteretur. Verum ut iniquæ rejectæ, & pax deſperata, bellum utrinque maturarunt. Summa itaque cura miles conſcriptus, comparatoque exercitui datus Imperator Petrus Rubeus Parmenſis, duobus additis rei bellicæ procuratoribus, Legatorum nomine, Marco Cornelio, & Andrea Mauroceno. Ille acceptis a Franciſco Dandulo Principe ſui muneris inſignibus, copias in Mottenſi agro recenſitas, diſpoſitaſque in aciem ultra Plavim trajecit: inde in Patavinos itum, ubi Albertum Maſtinitum, Veronenſium domini fratrem, non parum territavit: ac per patens conſternatæ regionis ſolum illatus, cum nullus obex occurreret, agros paſſim vaſtavit, ingentique terrore late circumſparſa municipia pervaſit. Saccenſe caſtrum, & Caputaggeris ſe dedidere. Marcus Lauretanus levioribus navigiis arcem in ſtagnis aggreſſus, eam deturbato præſidio exſcidit: venere in fidem Cuneanenſes: nec non maxima, eorum exemplo, ſecuta eſt oppidorum defectio. Itaque omnia hoſtibus infeſta: nequicquam ſubinde è Germania conducto milite, quo Patavium oppreſſerant, non juverant; defectionem molientibus civibus, tyrannidis bellique mole confecti ſunt. Hæc inter Rubeus ad Ateſte pugnabat, captivo hoſti ſat æquus, fama captandæ clementiæ. Nam quos inter dimi-

Anno Chriſti

Bellum Venetorum in Scaligeros, Veronæ Principes.

MCCCXLVI.

Anno Christi

candum ceperat, omnes libero jure dimiſit. Poſtea ipſa rurſus Patavinæ urbis mœnia obequitans, concrematæ unius portæ incendium, quæ Sanctorum dicitur, agrorumque vaſtationes per contumeliam incluſis Scaligeris exprobravit: at ulterius non progreſſus, ne deſperata ſpe veniæ pertinaciâ furor hoſtis accenderetur, in Tarviſinos conceſſit. Ea in provincia inſperato fortunæ eventu, injecto ſolo nomine metu, Tarviſium occupavit, non auſum arma experiri. Maſtinus ea propter verſus in rabiem Patavio ad Bubulentam promovet, ibique ſtationaria aliquot Venetorum navigia oppreſſit, barbarum in morem cum nautis, cuſtodibuſque debacchatus. Quingenti etiam mercenarii milites circa Meſtrium vicum Alberti dolo ceciderc; deceptus in ipſa vindicta furentis animus, cum eos Venetos omnes eſſe arbitraretur. Dum igitur in Patavinis, Tarviſiniſque bellum ita alitur, Maſtino nunciatur, Brixiam a Vicecomitibus obſideri. Ex hoc abeuntis Maſtini receſſu excitati Patavini a tyrannide ſe vindicant, auctore Marſilio Carrarienſe, qui tacitis nunciis accerſitum Rubeum in urbem per Pontemcurvum recepit, Albertumque conjecit in vincula, ut Venetias duceretur. In hunc modum ſine ſanguine occupatum ſervatumque Patavium, ſeverâ in ſeditioſos quoſdam animadverſione. Quamobrem Senatus commendata Carrarienſium fide in bene merentem familiam innumera contulit beneficia; quorum primum & ſingulare illud fuit, libera Patavinæ urbis adminiſtratio. His geſtis, Rubeus ducta copiarum parte, ad Montem-ſilicem oppugnandum, dum impigram & militis, & optimi ducis navat operam, inter confertiſſimos miſſilium jactus miſere cadit: funus quidem tanti viri lacrimabile contigit; acceſſit demum dolori impetus, dum alter fraternæ virtutis egregius æmulator germanus in Gonzagiacis caſtris, Veronam tum obſidentibus, occubuiſſet. Alius è Rubeis ſupererat Rolandus nomine, æque clarus militia. Hic ſuſcepto copiarum imperio diſtulit per eos dies vindictam in Monte-ſilicenſes, & in Veronenſium fines populatum penetravit. Subinde Rubei necem ulciſcitur Ubertinus Carrarienſis, Montis-ſilicis potitur arce, hoſtemque terga dantem perſecutus profligat. Maſtinus, qui jam amiſſa Brixia redierat, aliquo minus turpi facinore fugam honeſtaturus Montanianum caſtrum aggreditur, ſed irrito conatu. Quippe obvium habuit Andreaſium Maurocenum, quem licet

Bellum Venetorum in Scaligeros, Veronæ Principes, feliciter geſtum.

MCCCXLVI.

ipſe

ipſe Scaliger ignominioſe effugeret, ſat multos tamen ſuorum ferro qui ceciderunt reliquit, præter captivos. Rolandus cum jam nihil gloriæ deeſſe, nihil obſtare Venetæ virtuti videret, diviſis copiis, pluribus ſimul in locis victricia arma circumtulit, præcipue in Vicentinos acer; quorum oppidum ea conſtantia fatigavit, ut inops animi Maſtinus pacem, quam antea ſpreverat, per Oratores ultro deprecatus ſit: datis prioribus conditionibus, acceptiſque Veneti quievere, ne Italica libertas continuatis bellorum fluctibus mergeretur. Ex hoc bello præter oppidula Venetæ Reipublicæ acceſſit Tarviſium: deditum quoque erat Patavium, ſed, uti diximus, Carrarienſibus traditum, quo magis conſtaret Venetos arma in Scaligeros corripuiſſe non aliam ob cauſam, quam ut inter vicinos populos pax & ſecuritas vigeret.

Anno Chriſti MCCCXLVI.

Tarviſium Reipubl. Veneta accedit.

Mortuo Ludovico, ut tradit diligentiſſimus Aventinus, Clemens Sextus Pontif. Max. Carolo diploma dat, poſtulatque, ut Germani Carolum Eccleſiæ fidum recipiant, & nullum poſthac prius fore Cæſarem, quam primarius orbis Chriſtiani ſacerdos, vicarius Chriſti, author fiat, jurent. Inſuper abrogationem Pontificis Max. ad Imperatorem attinere, hæreſin omnium pernicioſiſſimam eſſe profiteantur. At Germani partim tergiverſantur, partim aperte detrectant, atque proclamant; Uſque adeone ſervus ille ſervorum faſtu, libidineque dominandi furit, inſanit, atque in præceps abit, ut omnium ſæviſſimorum tyrannorum, quos unquam fuiſſe legimus, crimina, ſuperbiam vincere propalam perfricata fronte contendat? Cæterum Carolus, nunciata ſibi morte Ludovici, Reginoburgium conceſſit. Cives ubi ejus conatus, atque poſtulata Romani Pontif. intellexere, armis correptis, januis obſeratis, vicis catenis ferreis concluſis, eundem Satzenhofero Conſule, Hainrico Zanthone urbis Prætore, & Gumperto principe Senatus deducentibus atque tutantibus, ne a plebe inſultante, circumfremente, convicia conjectante, vis in eum fieret, urbe ejiciunt. Ipſe inde Norinbergam petit; honorifice a patribus exceptus eſt. Populus vero concitato tumultu illos civitate exturbat: Ludovicum Brandenburgenſem, filium Ludovici Imperatoris amiciſſimi, Norinbergenſis recipit. Poſthæc principes coëunt, dignitatem Carolo abrogant, Eduardum regem Anglum, affinem Ludovici quarti, rebus imponunt. Is qui-

Clementis VI. Papæ ſuperba poſtulata.

Germaniæ Principes iis conſtanter ſe opponunt.

Mira rerum in Germania poſt Ludovici Imp. exceſſum perturbatio.

Anno Chriſti

quidem gratias ingentes, quod ſe potiſſimum ſupremo humani generis faſtigio dignum cenſuiſſent, Germanis agit; verum cauſatus ſe graviſſimo Francorum bello premi, tantam molem ſubire detrectavit. Hainricus deinceps, Miſnenſis limitis Præfectus, cui Machtilda, filia Ludovici Auguſti, nupta erat, Cæſar ſalutatur. Sed otii appetentior, & deteſtatus bella civilia, acceptis a Carolo ſexdecim millibus drachmarum auri, ultro dignitati cedit.

Varii in Germanico Imperio motus.

Neque hic motuum in Imperio finis fuit. Sub id namq; tempus Albertus ſecundus Auſtriæ regulus, cujus filius Albertus tertius gener Caroli erat, accitis ad ſe Gerlaco, filio Gerlaci a Naſſaw, Pontifice titulotenus Mogontino, Bambergenſi & Wirtzburgenſi Epiſcopis, cum Ortholpho atque Gotfrido fratribus, Baronibus de Weiſſeneck (Hic Bataviæ Pontifex, ille Bojorum archymiſta erat) cum legatis regis Ungariæ, cujus fratri filia Quarti in matrimonium data erat, Bataviæ conventus agit, paci operam navat. Apparuit & Erneſtus Archiepiſcopus Pragæ, orator Caroli: filii quoque Auguſti cum maximis præſto fuere copiis: ob pertinaciam partium re infecta diſceſſum eſt. Conradus Hædechius

MCCCXLVI.

juſſu Caroli Norinbergenſibus bellum indicit, cives capit, in crucem ſuffigit. In Brandenburgenſi regno piſtor quidam ſe Waldemarum, Ludovici deceſſorem, cui quam ſimillimus erat, ſimulat:

Piſtor quidam ad Brandeburgenſem principatum adſpirat.

ope & armis Caroli adiutus, quaſdam urbes capit. Eo Ludovicus filius Auguſti cum Ruperto Præfecto prætorio Rheni, patruele ſuo, infeſto exercitu contendit, adverſus Pſeudowaldemarum pugnat. Saxones, Bojemi juſſu Caroli ſuppetias impoſtori ferunt, Rupertum capiunt, Ludovicum regno cedere cogunt. Is ſe Francofordiam confert. Ibi Hainricus Mogontinus archimyſta, Rudolphus Præfectus prætorio Rheni, Ludovicus Brandenburgenſis, Reguli Bojorum, Dux Saxoniæ, Comitia Cæſarea habent;

Guntherus Swartſenburgenſis à quibuſdam Cæſar ſalutatur.

Guntherum Schwartzenburgium (quo nemo tum melior in Germania exiſtimabatur, unde & Optimi cognomen meruit) Cæſarem conſtituunt. Is Francofordiam venit; urbe, finitimiſque civitatibus menſes ferme duos potitur; ſubinde adverſa valetudine corripitur. Carolus adeſt, &, ut prudens atque eloquens erat, Bojorum vires, ſine quorum ope ſe rerum potiri non poſſe animadvertebat, ſibi conjungere parat. Ludovicum Brandenburgenſem ad colloquium de ſummis utriuſque rebus evocat, benigne appellat, primus de pace mentionem facit, amicitiam

Pontif.

Anno Chriſti

Pontif. Maxim. pollicetur, filiam Rudolphi, Præfecti prætorio Rheni, ſibi deſpondet. Itidem Margaretham Polonam, Ludovici Brig nſis filiam, neptem ſuam, Alberto Bojo filio Quarti dat in matrimonium: Ludovico Brandenburgenſi, hujus fratri, Tyrolios, unde is fratrem Caroli Ioannem ducta ejus uxore exegerat, in fidem committit. Brandenburgenſem Ducatum proſcripto Pſeudowaldemaro reddit, Rupertum redimit. Quamobrem ipſi in Hercynio ſaltu Bojariæ, quæ Bojemiæ continuatur, pleraque caſtella dotis atque pignoris titulo tribuuntur, Hauff, Herſpruck, Sultzpach, Reichenfeld, Hirſaw, Bernaw, Roſenberg, Weiden. Hiſce ineſcatus Ludovicus ſedulo paci operam navat; perſuadet Gunthero, alioqui valetudinario, atque regnum fatis urgentibus properè relicturo, ut acceptis duodequinquaginta millibus unciarum argenti, Carolo cedat. Paret Guntherus, in pauciſque poſt diebus ex hac vita migrat. Carolus itaque poſt hæc ab omnibus receptus.

Guntherus Swartſenburgenſis à quibuſdam Cæſar ſalutatur.

Poſt dejectum ergo ex Imperii faſtigio & vita functum Ludovicum, quanti motus quantæque factæ ſint rerum mutationes, ex iis quæ ſupra ex Aventino memoravimus abunde patet. Tandem ergo CAROLUS IV. filius Ioannis, Bojemiæ regis, defuncto Ludovico, ſolus rerum ac imperii potitus eſt. Si Ludovici imperio exuti tempora videas anno Chriſtiano MCCC-XLVI, ſi defuncti, anno MCCCL. imperare Carolus cœpit.

MCCC L.

CAROLVS IV. IMP.

Inter ipſa quaſi imperii initia Henetorum ad littus Balticum principes, Ioannem & Albertum, meritorum cauſſa, nova dignitate auxit, Duceſque Imperii creavit. Hinc itaque Ducum Imperii Meckeleburgenſium, quos & Megalopolitanos vocant, origo eſt, cum antea Vandalorum Domini dicerentur. Quorum ſingulatim meminiſſe hic voluimus, quia, dum in his ſcribendis ſumus, videre hic nobis, & inſpicere propius ac colere ſplendidiſſimi illius ſanguinis illuſtriſſimum traducem Guſtavum Adolſum, Ducem Megalopolitanum, licuit, Germanicæ juventutis vere principem; &, dum, raro nunc exemplo, in illuſtriorum omnium ſcientiarum diſciplinarumque ſtudiis excolendis verſatur, nihil niſi digna principe meditantem; viſu juxta & auditu in primo adhuc juventæ flore venerabilem; qui cum magnitudinem & gravitatem, quod de Germanico olim pronunciavit Tacitus, ſummæ fortunæ ſuæ retineat, invidiam tamen & arrogantiam effugit.

Megalopolitanorum in Germania Ducum origo.

Guſtavi Adolfi, Ducis Megalopolitani, elogium.

Anno Chriſti

Auſtriacorum Principũ potentia Tyrolenſis acceſſione Principatus augetur.

Carolo imperante Tyrolienſis principatus acceſſione Auſtriacorum potentia aucta eſt. Menardus enim, Tyrolii princeps, liberis haud relictis exceſſerat. Ubi, inquit Aventinus Lib. VII. Annal. Bojorum, ejus mors divulgata eſt, primo ejus anni vere Boii ſuperiores Fruxini conveniunt, Stephanum Landſhutâ adſciſcunt, eidem ſe in clientulos commendant, in fidemque dant. Ipſe viciſſim legem Ottonianam approbat; incolis duntaxat primæ Bojariæ ſe delegaturum officia promittit; judicia ad equites transfert; alia pleraque ſtatuit, quæ ſcrupuloſius referre tædio plenum exiſtimo. Deinde Landſhutæ, pridie Kalendas Decembris, immunitatis a Ludovico Auguſto parente datæ ſacerdotibus author fit: Friderico filio gratiam facit. Mater Menardi Maultaſcha Rudolpho Auſtriaco nubit; cum nuru, ex Auſtria oriundâ, Tyrolios ad Auſtriacos transfert.

Caroli IV. exceſſus.

MCCCLXXVIII.

Aurea, quæ dicitur, ejuſdem Bulla, leges Imperii fundamentales continens.

Imperator Carolus quartus, Cæſar Auguſtus, eruditus, ſapiens, aſtutus, eloquens, multarum literarum peritus, ex hac vita migravit. Reliquit tres filios, Wenceſlaum Cæſarem deſignatum, & regem Bojemiæ, Sigiſmundum Brandeburgenſem, regem Ungariæ, & Ioannem Gorlitz. Legem de Comitiis Cæſareis habendis, quam rogationem Carolinam, & Auream Bullam nuncupant, tulit, promulgavit. Et, ut Annalium ſcriptores paſſim notant, & adhuc male audit, ſacerdotum furorem alioqui intolerabilem, illis inſerviendo magis inſtigavit; illorum licentiæ immodicæ non ſolum aperuit viam, ſed etiam ſtravit. Libertatem Germanam, majeſtatem Imperii Romani, populi victoris gentium fortunam, Chriſtianam ſimplicitatem hoſtibus Reipublicæ prodidit. Ea lege Romæ conſecratus eſt, ut continuo Italia excederet, nec eam abſque mandato Rom. Pontificis adiret. Galliam Narbonenſem, quam Viennæ principatum, Delphinatum, regnum Arelatenſe, vocamus, ab Imperio abalienavit. Ioanni ſororis ſuæ marito, ejuſque filio Carolo quinto, regibus Occidentalis Franciæ, tribuit. Sigiſmundus filius ejus, qui poſt rerum potitus eſt, approbavit. Diploma in Bibliotheca Pariſiorum ampliſſima, quæ in templo ſuburbano divo Victori dedicata extat, legi, anno abhinc duodeviceſimo, dum Lutetiæ Philoſophiæ operam navabam. Sed ad Carolum redeo. Idem Septemviris complura pollicitus eſt; & cum ſolvendo non eſſet, vectigalia Imperii, nervos Reipublicæ illis diſtribuit. Imperium alioquin in

Idem Imperium imminuit.

ruinam pronum, peſſum dedit. Gerlaco Epiſcopo Mogontino, cujus ſuffragio adverſus Ludovicum rebus impoſitus eſt, egregiam ſane gratiam retulit. Pontificem Pragenſem Archymiſtam creavit, regemque Bojemiæ inaugurati ab eo conſtituit; quod munus hactenus Archimyſtæ Mogontini fuerat. Contra auſpicia, & interceſſiones, adverſus leges avitàs, & patrias, contra morem majorum, novo, inaudito, & peſſimo exemplo imperium ſibi primum, deinde filio Wenceſlao mercatus eſt. Quæ omnia quam cordi fuerint Deo immortali, hodiernus probat exitus. Bojemiam, genitale ſolum, quod tollere voluit, perdidit; templa everſa, monaſteria incenſa, monachi, myſtæ, ſacerdotes contrucidati, ſacratæ fœminæ exactæ ſunt. Regio Germaniæ opulentiſſima, in meditullio ejus ſita, diſſenſionibus inteſtinis adhuc laborat, & atteritur. Incolæ diverſi religione ſunt; pars Teutonas, pars Huſſios, alii Iudæos, alii Pictonas ſectantur. Nobiles, cives, invicem ſæviunt; diſcordia domeſtica, mutuis vulneribus ſeſe debilitant: aliena ope egent, externo ſuſtentantur auxilio, adeo ut ultra è corpore ſuo atque indigenam regem creare nec valeant, nec audeant. Id quod & cæteris Germanis, niſi caverint, (vanus ſim precor augur) eveniet.

Anno Christi

Caroli IV. in adminiſtrando imperio ſubinde impar cura & navi,

MCCCLXXVIII.

Hoc de Carolo, rebuſque ab eo imperante geſtis ac conſtitutis, graviſſimi ſcriptoris Aventini eſt judicium.

Pontifices Romani, aut Galli potius, Avinione fuere Clemens VI. Innocentius VI. Urbanus V. & Gregorius XI.

Pontifices Romani, aut potius Avinionenſes, Carolo imperante.

Innocentio VI. abſente, cum in Avinionenſi velut exilio ageret, Romæ Carolus IV. Imperator coronatus eſt. Quod quo ritu qualique pompa factum ſit, ex Ceremoniali, quod vocant, Romano, quodque in pauciorum eſt manibus, viſum hic eſt deſcribere; quo quantum in coronando imperatore Papæ ſibi olim tribuerint, ab harum curioſis rerum promptius intelligatur. Libri primi igitur Sectione v Cap. vi. cujus inſcriptio eſt; De Coronatione Imperatoris, absente Papa; hæc leguntur, quibus ut fides habeatur, ad exemplum ut aliorum, ita coronati Romæ Caroli IV. Papa abſente diſertim provocatur. *Si quando autem acciderit, quod propter abſentiam ſummi Pontificis ab urbe Cæſar non poſſet ab ipſo Pontifice coronari, conſuevit Pontifex mittere ad urbem aliquem Epiſcopum Cardinalem, qui ſimul cum legato Apoſtolico, qui urbi præeſt, Imperatorem electum coronet. Si autem legatus eſſet iſte Epiſcopus Cardi-*

Ritus, quibus, abſente Papa, coronatur Ro-

Anno Christi

nalis, non eſſet neceſſarium mittere alium Epiſcopum, ſed quemcunque vellet alium Preſbyterum Cardinalem. Et tunc procedetur hoc modo;

Ritus, quibus coronatio Romana Imperator, ex Ceremoniali Romano deſcribuntur.

Electus Imperator ad urbem veniens pro corona Imperiali, habebit obviam Barones, nobiles, officiales, civeſque urbis, & officiales curiæ Romanæ, & remanebit extra mœnia illa nocte, ut ſupra dictum eſt. Sequenti die intrabit per portam ſub arce S. Angeli, quæ (ut diximus) non eſt Collina, cum ſuis Principibus, ordine prædicto. Et in porta recipietur à vicario Pontificis, cum Prælatis, & clero urbis, in modum ſupplicantium paratis. Et deducetur ut ſupra ad gradus Baſilicæ S. Petri, ibique non ſuper ſuggeſtum ſed ante primas portas recipietur ad oſculum tantum per Epiſcopum Cardinalem coronatorem, & legatum, qui ibi aderunt cum aliis Prælatis curiæ, parati cum pluvialibus & mitris. Aderunt etiam cum Cardinalibus officiales curiæ, Subdiaconi, Auditores, Acoluthi, & ſi qui ſunt alii, & etiam Barones, aliique nobiles Romanæ Eccleſiæ. Et electus ſtatim poſt oſculum offeret aurum duobus Cardinalibus, quod offerre debet Pontifici, & dicat hæc verba: Si ſanctiſſimus Pater Dominus noſter N. Pontifex præſens hic eſſet, offerrem illi aurum illud præſens: ſed per ejus abſentiam offero ipſum vobis Epiſcopo & legato Cardinalibus, recipientibus illud vice & nomine dicti Domini noſtri Papæ.

MCCCLXXVIII.

Quo facto intrabunt porticum, & ſi tunc erit procedendum ad ſolemnitatem coronationis, quod commode & decenter fieri poteſt, ibi ſupra altare S. Mariæ in Turribus præſtabit Juramentum fidelitatis in manibus Cardinalium. Et ſimiliter, ſi aliud juramentum eſſet innovandum ſeu confirmandum, tunc immediate innovabit. Deinde recipietur ad Canonicum Eccleſiæ S. Petri, ut ſuperius dictum eſt. Intrabit deinde Eccleſiam, & ibi ante portam argenteam Epiſcopus Cardinalis dicet ſuper eum primam orationem. Deinde ducitur ad capellam S. Gregorii ad capienda ſua ornamenta, & Epiſcopus Cardinalis vadit ad altare majus, & ibi ſuper faldiſterium capit ſandalia, & paramenta omnia Pontificialia. Et nota, quod debet habere expreſſe facultatem à Pontifice ſuper altare B. Petri celebrandi, ut moris eſt. Cæſar indutus imperialibus indumentis venit ad medium Eccleſiæ, & ibi ſuper eum legatus Apoſtolicus dicet ſecundam orationem. Veniet deinde ad confeſſionem B. Petri, & procumbet in faldiſterio: & Diaconus qui ſervit in Miſſa, facit ſuper eum Litaniam, orationem autem cum verſiculis & Pater Noſter dicet legatus Apoſtolicus. Deinde ducetur ad altare S. Mauritii, & ibi inungetur à Cardinali celebrante, tam ipſe quam Auguſta, ſi adeſt, cum orationibus oportunis.

Rever-

Revertentur deinde ad altare, ut facta confeſſione Imperator ad ſuggeſtum ſine oſculo pacis, ad faldiſterium ſuum revertitur. Et proceditur in miſſa uſque ad graduale. Dum cantatur graduale, Imperator deſcendit ad altare, & celebrans Cardinalis ante altare ſtans cum mitra, gladium ſumit de altari, & illum nudum Imperatori tradit, dicens: Accipe gladium, &c. *Et idem dicit Legatus, ſubmiſſa tamen voce. Det eidem mox pomum & ſceptrum cum ſua oratione, Eccleſiæ modo. Mitras autem & coronas Imperiales ambo imponent Cæſari & Auguſtæ. Sed legatus alta voce profert verba:* Accipe ſignum, &c. *Et celebrans dicit eadem voce ſubmiſſa.* *Anno Chriſti* MCCCLXXVIII.

Coronati Auguſtus & Auguſta revertuntur ad ſuos ſuggeſtus ſine oſculo pacis: & ad offertorium veniunt cum coronis & habitu Imperiali. Et oblato auro revertuntur ad ſuggeſtus; neque miniſtrabit Imperator calicem & ampullam, ſed tempore congruo veniet ad communionem ſine manto & coronis. Poſt communionem Imperatori non dabitur oſculum pacis à celebrante, ſed revertetur ad ſuum ſuggeſtum. *Ritus, quibus, abſente Papa, coronatur Romæ Imperator, ex Cerimoniali Romano deſcribuntur.*

Imperator finita miſſa ipſe cum ſuis & cum Legato, ſi placebit, ibit Lateranum, & ibi perficiet ſuas ſolennitates. Ceremoniæ omnes, quæ pertinent ad perſonam Pontificis, dimittantur, ut oſcula pedum, manuum, & oris. Quin etiam nec in miſſa illa deſerviet Imperator, quod Pontifici præſtitiſſet præſenti: nec ſtapham illi, dum equum inſcendit, tenet, nec equum ducit.

Hæc ferè omnia ſervata fuerunt, cum Carolus IV. coronatus fuit Romæ per Dominum Petrum Epiſcopum Hoſtienſem, quem ex Avione Innocentius VI. Nuncium Apoſtolicum ad hoc miſerat, & per Dom. Ægidium de Albornozio Tit. S. Clementis Presbyterum Cardinalem ac legatum Apoſtolicum in Italia, Anno ſalutis MCCCLVI. *ſexto nonas Aprilis: ut ex literis ipſius Caroli, quæ adhuc extant, & regiſtratæ ſunt in archivis Eccleſiæ, publice patet. Voluit tamen idem Pontifex, quod Cardinales prædicti publicè proteſtarentur Domino Imperatori, quod propter omiſſionem reverentiarum, obſequiorum, & multarum ceremoniarum, quæ pertinent ad perſonam Romani Pontificis, non eſſet aliquo modo derogatum privilegiis & honorificentiis Romanæ ſedis & ſuorum ſucceſſorum: & de hac proteſtatione & conſenſu Imperatoris exigerent quadruplices literas, regalibus & Imperatoriis ſigillis munitas; ſicut & factum eſt.*

Gregorius, qui ſedere anno Chriſtiano MCCCLXX. cœpit, Avenione Gallorum relictâ Romam repetiit, poſtquam ſedes Romana per ſeptuaginta, & quod excurrit, annos Româ in Galliam tranſlata quaſi exulaverat. Ita in Romanam urbem, ſuam

Anno Chriſti

Papa Gregorius XI. Avenione ex Gallia Romam redit, eique ſedē Pontificiam tandem reddit.

velut ſedem, Papa per tot annos extorris rediit. Cæterum eam ſedis mutationem horrenda ſchiſmata mox excepere, cum Itali ſuum, & Galli ſuum ſibi Papam, magnis animorum diſſidiis, continuo legerent. Et hæc multorum Antipaparum, quos vocant, origo eſt. Adeo quod nutare ſemel, atque mutare ſe cœpit, vix invenit tandem, aut habet, in quo conſiſtat.

Orientis Impp.

M CCC LXXVIII.

In Orientali Imperio Cantacuzenus, tutor Ioannis Palæologi conſtitutus, poteſtatem imperatoriam ſic invaſit; conſortem tamen Palæologum fecit, filiamque ſuam ei in matrimonium dedit. Sed, ut impatiens fere conſortis eſt regnum, ſocero ſuo gener bellum movit. Inter civilia hæc arma, cum adverſa fere omnia Palæologo ſe offerrent, principum Italiæ auxilia, ſed fruſtra, imploravit. Ergo amicitiam & opem Amurathis, I. ejus nominis Turcarum regis, expetiit, & impetravit; permittens ſe ſuaque omnia ejus fidei, annuo tributo promiſſo, datoque obſide Theodoro, minimo natu filiorum. Ita & Turcis nunc Chriſtianorum res peſſimo conſilio eſt prodita, datumque initium fœdiſſimæ triſtiſſimæque ſervituti, quâ deinceps Conſtantinopolitani Imperatores, ſi quidem deinceps ſequuti eo digni ſint nomine, in Turcarum quaſi poteſtate fuere.

Conſtātinopolitani imperii triſtiſſima facies.

Tartarorum res miſere in Aſia & Europa afflicta ac attrita.

Tartarorum res haud minus turbatæ nunc & afflictæ fuere. Regnum eorum ſub Carbagado in Aſia vi Ottomannicâ concidit. In Perſiam Parthi irrupere; qui pulſis Saracenis novum in eâ regnum ſibi condidére. In Europa Ruſſi, quos & Moſcos vocant, ultra Boryſthenem & Tanaim fugere eos compulére.

Turcarum res, Duce Amurathe, magnis in Cherſoneſo & Thracia aucta incrementis.

Turcicum imperium magno gradu promotum, magniſque auctum incrementis eſt. Amurathes enim, ille primus ejus nominis, cujus jam meminimus, a Palæologo, Chriſtianæ haud dubie rei proditore, invitatus excitatuſque, primus ex Turcica gente, exercitu per Helleſpontum traducto, Seſton & Callipolin, & proximas Cherſoneſi urbes, mira celeritate ac felicitate cepit; quæ prima ei ad occupandam Thraciam via fuit.

Res ab Anglis feliciter contra Gallos geſta.

Anglorum res, regnante Eduardo III. foris adverſus Gallos feliciſſime hac tempeſtate geſtæ, domi graviſſimo plebeiorum motu afflictæ ſunt. Poſt bellum enim Gallis illatum, de cujus origine & cauſa ſupra diximus, tandem pugna ad Creſſiacum famoſiſſima ac luctuoſiſſima commiſſa eſt; in qua pars maxima Gal-

Anno Chriſti MCCCLXXVIII.

liciæ nobilitatis, una cum principibus aliquot, cecidit. Deſiderata poſt prælium triginta militum millia dicuntur. Victor Eduardus, utendum hac tam liberaliter favente fortuna ratus, Caletum, munitiſſimam portuque nobilem civitatem obſidet ac, undecimo poſt cœptam obſidionem menſe, capit; manſitque in Anglorum poteſtate uſque ad annum Chriſti MDLVIII, quo ad Gallos denuo Henrici II. Regis virtute armiſque recuperata rediit.

Angli Caletū capiunt.

Fœda inſana multitudinis, bonorum ac fortunarum communionem poſcentis, conjuratio, Anglorum domi pacem turbat.

Domi regis Anglorum meliorumque civium pacem inſana commotæ multitudinis, ſed numeroſa admodum, manus afflixit haud leviter ac turbavit. Originem tanti motus hic proferre, hujus noſtri inſtituti eſt. Sacrificus quidam, verba ſunt Franciſci Godwini, Epiſcopi Landavenſis, in vita Simonis Sudbūrii, qui anno MCCCLXXV. ad Archiepiſcopatus Cantuarienſis ſedem eſt evectus, id temporis (Ioannem Balum appellabant) concionibus ex infima & egena plebe permultos ad id induxerat, ut exiſtimarent, per omnia ſervandam æqualitatem, hominem homini non præſtare, non nobilem ignobili, non opulentum pauperi, non doctum ignaro: communes omnium mortalium parentes, & primos quidem illos ad eum vixiſſe modum, nullo prorſus obſervato diſcrimine. Itaque author illis fuit, ut ad magnum numerum collecti, Regem interpellarent; futurum, ut illi multum adoleſcenti perſuadeatur: quod ſi non fiat, ferro ſe in libertatem vindicarent. Hunc Archiepiſcopus in carcerem aliquando conjectum, neſcio qua tandem religione motus, expedivit, magno certe ſuo & exitiabili malo. Dimiſſus enim cœpit aliquanto etiam pertinacius urgere inſtitutum ſuum. Qui Londini tum erant tenuiores, odio locupletiorum (ut fieri ſolet) laudare factum, per literas etiam invitatis illis Londinum pervenirent, patefacturos ſe urbem promittentes. Collecti adeo ex hac fæce ad ſexaginta pene millium, duces ſibi præponunt Tiletum Straw, Leiſterum, alioſque infimæ ſortis homunciones; tumque Londinum petunt, nobilium aut paulo opulentiorum domos quo iter faciebant ubique diripientes, ipſis etiam plerunque, ut quemque cepiſſent, obtruncatis aut peſſime mulctatis. Londinum cum perveniſſent, mittit ad illos Rex qui percontetur quid ſibi velint; ad quæ illi, cupere ſeſe gravibus de rebus cum illo verba facere, deſcenderet igitur ad colloquium. A conſultatione pleriſquè viſum,

Anno Christi

Fœda inſanæ multitudinis, bonorum ac fortunarum communionem poſcentis, conjuratio, Anglorum domi pacem turbat.

MCCC LXXVIII.

faceret quod peterent: Archiepiſcopus vero & Robertus Haleſius, Theſaurarius Regius, nec decorum nec tutum exiſtimabant, ut ſalutem ſuam fidei committeret hominum flagitioſorum; a quibus quam nihil boni aut æqui eſſet ſperandum, ea ſatis demonſtrare quæ paucis ante diebus perpetraſſent. Quapropter, conſultius futurum, noctu, vino ſomnoque ſepultos, inermes, diſcinctos atque diſſipatos opprimere. Hæc eorum ſententia quanquam non probaretur, neſcio qua ratione tamen ad ſeditioſos emanavit; qui iracundia perciti, in arcem Londinenſem, ubi Rex tunc erat, impetum fecerunt, &, cum ſatis præſidii non eſſet ad reſiſtendum, irrumpunt, ac Archiepiſcopum Haleſiumque magnis clamoribus ad cædem depoſcunt. Archiepiſcopus, quid eſſet eventurum præſagiens, omnem eam noctem precibus impenderat, & tum forte miſſam celebrabat quando irrumpentium tumultus primum eſt auditus. Sacro finito, magna animi conſtantia percuſſores opperitur, & cum morari viderentur, ſacello egreſſus, Vadamus, ait, ſecuri, præſtat mori quam, quando non juvat, vivere; neque ſane tempus hucuſque datum eſt in toto vitæ curriculo, quando majore animi conſcientiæque tranquillitate mortem oppetere potuiſſem. Seditioſis obviam datis & clamantibus ubi eſt proditor, Adventum veſtrum (inquit) gratum habeo, mei filii, eccum vobis Archiepiſcopum quem quæritis ut credo, proditorem non item. Correptum è veſtigio trahunt ex arce ad locum maleficis plectendis deſtinatum. Quo cum perveniſſet, quanquam omnia ubique horrendis clamoribus circumſonarc & nihil præter minas audiret, neque ullam cruentas nebulonum manus evadendi ſpem ſupereſſe cerneret; his tamen vocibus circumſtantes dicitur affatus; Quid eſt, chariſſimi filii, quid eſt quod paratis facere? Quodnam eſt delictum meum tam grave, ut mortem mereatur? Cavendum vobis eſt ne, me interfecto, qui Paſtor & Archiepiſcopus veſter ſum, (ut de judicio divino nihil dicam) univerſa Anglia interdicto ſupponatur. Plura dicturum, promiſcuis clamoribus undique perſtrepentes, interpellarunt, ſe nec interdictum nec ipſum Pontificem flocci pendere, neque igitur aliud ſupereſſe quam ut cervicem exhibeat amputandam qui regni populique Anglicani proditor extitiſſet. Ille nihiloſecius pergit, & incredibili facundia (*ut erat vir eloquentiſſimus*, inquit Walſinghamus, *& incomparabiliter ultra omnes regni ſapientes ſapiens*) ad pic-

tatem in Deum & Principis obſequium hortatur, non tam proficiendi ſpe, quam officio ſuo fungendi propoſito. Noviſſime, poſt remiſſam carnifici necis ſuæ offenſam, perſecutoribus veniam à Deo precatus, cum ſe miſericordiæ divinæ commendaſſet, flexis genibus, gladii ictum intrepidus expectavit. Percuſſus tandem leviter, manum vulneri admovit, verba hæc ultima edens, *Ah manus Domini eſt*, quando repetito ictu, digitorum aliquot amputatis, proſternitur. Octavo tandem vulnere mutilatus, capite truncatus eſt. Cædes hæc deteſtanda patrata eſt mane Junii XIV. MCCCLXXXI. quo toto die, & parte proximi, corpus in loco ſupplicii jacuit, nemine auſo attingere. Capita vero ejus & Haleiii, ſimili crudelitate perempti, poſtquam pileos clavis affixerant, haſtis præligata per vicos civitatis ad ludibrium circumferunt, & tandem ſuper Pontem Londinenſem ſuſpendunt. Hunc finem vitæ habuit inclytus hic Præſul, qui, quanquam ſacerdotio & canitie reverendus, ſapientia, eruditione, pietate, facundia, comitate præditus, & propter has aliaque, animi imo & corporis etiam, virtutes, quæ haud deerant, ſumme fuiſſet venerandus; liberare tamen eum non potuerunt hæc omnia a furore multicipitis illius belluæ (plebis inquam,) cujus iracundia & ſævitia accenſa, nulla exiſtit fera tam atrox, tam crudelis, tam immanis. Habet idem Godwinus eodem de motu hæc in vita Henrici Spenceri, Epiſcopi Norwicenſis; *A militia, inquit, ad præſulatum traductus, infulis etiam ſuſceptis, nil niſi bellum & arma ſpirabat. Accepta proinde ab Urbano VI. poteſtate contra ſchiſmaticos (ſic appellabantur qui a Pontifice Rom. injurioſius tractati, illius imperium aſpernabantur) anno MCCCLXXXIII. cum inſtructa claſſe & exercitu magno in Belgium trajecit, invito Rege; qui eam ob cauſam Epiſcopatus reditus fiſco inferendos decrevit, & biennium integrum ab eo detinuit. Ille interea ſtrenui Imperatoris functus officio, fuſis profligatiſque hoſtium triginta millibus, ſeptem autem interfectis; Dunkerkam, Neoportum, Burburgum, Poringam, & Gravelingam, aliaſque maritimas urbes, flammis & incendio delevit. Magis laudo (quod priori loco a me fuerat commemorandum) inſignem ejus fortitudinem cum prudentia conjunctam, quam anno MCCCLXXXI. in rebellibus compeſcendis ac domandis demonſtravit. Seditioſorum ingens numerus in diverſis inſulæ regionibus arma ſumpſerunt. Horum*

Anno Christi

Fœda infamæ multitudinis, bonorum ac fortunarum communionem poſcentis, conjuratio Anglorũ domi pacem turbat.

MCC LXXVIII.

Anno Christi

Fœda infana multitudinis, bonorum ac fortunarum communionem poſcentis, conjuratio, Anglorum domi pacem turbat.

pars longe maxima Londinum verſus profecta eſt, ducibus Tylero & aliis ex infima plebe, quibus erat in animo, nobilitatem omnem, & ordinem etiam Eccleſiaſticum (exceptis forte aliquot Franciſcanis) tollere è medio, ut ſic opibus eorum fruerentur. Ex iſto hominum genere, præter illos quos Londinum diximus profectos, ingens multitudo ſecedentes, in Norfolcienſi & Suffolcienſi comitatibus, ducem ſibi præpoſuerunt Ioannem quendam Litſterum, tinctorem Norwicenſem, quem plebeiorum Regem nominarunt. Scenicus iſte Rex, ut factioni ſuæ authoritatem conciliaret, comprehendere moliebatur Guilielmum Suffolciæ Comitem; qui dum cœnaret, ea de re admonitus, illico ſe proripuit è menſa, & ementito habitu famuli Rogeri de Bloys, equitis aurati, per devia incedens, ad Regem tandem pervenit. Hac ſpe fruſtrati, omnibus paulo nobilioribus manus injecerunt, quos Sacramento adegerunt conatus ſuos pro virili promovendi. Et inter eos cum Robertus quidam Salius, Eques auratus, haud diſſimulanter præ ſe ferret cœpta hujuſmodi illorum ſibi non placere; unus ex mancipiis illius domino cerebrum diſperſit. Ex cæteris vero, qui illius exemplo territi ſcelerata eorum conſilia probare videri volebant, Stephanus quidam Haleſius, itidem Auratus, homo ſpecioſus, Regi præclaro dapifer & prægustator deſignatus eſt, aliiſque alia ſimiliter ſunt munia aſſignata. Cum conveniſſe viderentur omnes copiæ, Londinum placet proficiſci, ut ſe ſociis conjungant. Cumque in viam ſe dediſſent, legationem viſum ad Regem mittere, quam obirent Guilielmus Morleius & Ioannes Bruſius, præcipuæ nobilitatis Equites, una cum tribus aliis ſuæ ſortis & conditionis. Spencerus, Epiſcopus ille bellicoſus, moram tunc temporis trahebat Burleyæ prope Stanfordiam, & audito tumultu a ſeditioſis in Diœceſi ſua excitato, licet periculo res non careret, accedere tamen voluit ad illos, ut eorum conſilia quonam tenderent (ſi qua daretur facultas) inveſtigaret ac perſpiceret. Habebat tunc in comitatu ſuo non plures quam haſtatos octo, & ſagittariorum numerum perexiguum. Inſtructus tam tenuiter & Ickmingamam perveniens, nobiles iſtos in diverſorio reperit, quos jubet educere, ſi ſeditioſorum quempiam ibi loci hærere comperiſſent. Equites (ruſticorum metu plane defixi) tergiverſari primo, nec quicquam prodere; Epiſcopum æſtimantes, copiis deſtitutum,

Regem ſibi, hominem plebeiũ, creant.

MCCCLXXVIII.

in periculum ſeſe inconſulto & temere præcipitare. Tandem vero eum inſtaret ille, ut bona fide ſecum agerent, metuentes ne, ſi ultra diſſimularent, ſeditioſorum partibus non coacti, ſed ſponte viderentur adhærere, rem totam aperiunt; tumultus concitandi duces duos præcipuos hic adeſſe fatentur; tertium ad obſonia quærenda in oppidum profectum. His ergo duobus, nihil moratus, capita fecit illico amputari, & tertium inveſtigatum ſimili affecit ſupplicio; tumque ad Northwalſham (ubi conſediſſe hanc colluviem acceperat) iter è veſtigio arripuit. Proficiſcenti in via ſe adjungunt nobilium quamplurimi, qui præ metu hactenus ſe occultarant, & è plebe non pauci, hac ſeditionis lue ac contagio nondum infecti. Cum ad locum perveniſſet ubi caſtra rebelles muniverant, in imparatos & nil tale cogitantes impetum facit continuo, & ipſe armatus inter primos vallum tranſcendit, munimenta disjicit, cumque perrupiſſet, cum obviis fortiter ſe defendentibus manum conſerit. Sed Walſingamum, ſi placet, audiamus hanc pugnam his verbis explicantem: *Antiſtes belliger, velut aper frendens dentibus, nec ſibi nec hoſtibus parcens, ubi majus conſpicit eſſe periculum, dirigit robur ſuum; hunc perforando, illum dejiciendo, alium vulnerando non ceſſat lædere vehementer, donec omnes copiæ quæ eum ſequutæ fuerant, foſſa tranſcenſa, ad confligendum paratæ forent. Tum pugnatum eſt acriter ab Epiſcopalibus, nec ſecus à ruſticis, donec (ut aſſolet) nequitiæ conſcientia partem terreret injuſtam, & animum ab audacia & voluntate ſubtraheret moriendi. Fugiunt tandem meticuloſi plebeii, & quia nulla alia reſtabat via, ultra impedimenta ſua (quæ à tergo locaverant) per ſaltus evadere conantur. Sed præſul imperatoris circumſpecti ubique gerens officium, hos conatus elidit, & fugere meditantes cædendo impedit, impediendo cædit, donec captis majoribus turbæ concitatoribus, & ipſo eorum Rege Ioanne Litſtero, quotque volebat ad vitam reſervatis, plena potiretur victoria. Quibus ita geſtis, nondum quievit Epiſcopus, donec perſcrutatis per totam regionem malefactoribus, juſtitia fieret de iiſdem. At Litſterus inprimis, bellus illorum Rex, Northfolcorum idolum, ad furcam pertractus, pœnam luit proditoribus apud nos uſitatam.* Sic Walſingamus, paucis mutatis. Hic delirantis plebis Anglicanæ motus peſſimi nocentiſſimique exempli fuit, & ſequutis poſt temporibus Germaniæ inprimis pacem turbavit.

Turbantium illa in Anglia inſana colluvies ex improviſo opprimitur.

Rex eorum capitur, & furca ſupplicio afficitur, & Angliæ ſua pax redditur.

Iiſdem, quibus Carolus IV. imperio præfuit, temporibus, (annus

Creta deficit, colono-

 in

Anno Christi

Cretenſium Venetorum rebellione ab imperio Veneto, ſed mox ad obſequium redire cogitur.

in rerum Venetarum Breviario Ioannis Baptiſtæ Veri MCCCLXIV annotatus eſt) Creta ab imperio Veneto, Venetorum colonorum rebellione, defecit, ſed mox ad obſequium redire vi armorum & Ducum Venetorum virtute coacta eſt. Quæ in Creta, inquit Verus, hac tempeſtate emerſit defectio, gravius Patrum animos turbavit, quam ulla alia; quod a Venetis, eodem in coloniam deductis, emanaſſet. Hi obliti antiquæ patriæ, gentiſque, unde habuerant initia, jam Græcam levitatem & inconſtantiam induerant, connixi in ſemetipſos a Republ. transferre inſulæ imperium. Defectionis cauſa ea ferebatur, quod nullis vectigalibus Cretenſes coloni eſſent obnoxii: & quod ita tranſactum cum majoribus, antequam in coloniam mitterentur. Indigne quidem, ac impie: ac ſi dominium inſulæ non amplius ad unam Remp. ſpectaret, nec deberent auxilia quandoq; laboranti præſtare. Hinc cœperunt rebelles arma diſtringere, conjectiſque in vincula Venetis Præfectis, ipſi Cretam ſuo nutu regere, omniaque, novatis pro libidine legibus, ſuſque deque miſcere: quodque turpius fuit, ut inſulanorum animos facilius captarent, Græcus ubique ritus

MCCCLXXVIII.

Latinæ & Catholicæ religioni ſubrogatur. Mutato itaque ſacrorum cultu, quæ fides amplius erga Remp. ſperabatur? Quippe raro populus Principem fideliter amat, qui ab illius religione diſſentit. Revocandos a rebellione animos primum cenſuit Senatus per Oratores, miſſo Andrea Contareno, viro facundiſſimo, ut facinoroſos in antiquum obſequium reduceret, aut demum arma minaretur. At, cum obſtinatis nihil perſuaſiſſet, obtinuit poſtremo deſtinatus ad Europæos Principes legatus, ne Venetis in Creta rebellibus auxilia ſubminiſtrarent. His confirmatis cum non in

Creta deficit, colonorũ Venetorum rebellione ab imperio Veneto, ſed mox ad obſequium redire cogitur.

alios, quam in Cretenſes bellum eſſet ſuſcipiendum, omne ſtudium in paranda claſſe locatur. Fuit hæc XL longarum navium, præter onerarias, datuſque ei Imperator Dominicus Michaëlius. Verum & maritimo, & pedeſtri apparatu Creta petenda erat; ob id etiam validiſſimus conſcribitur exercitus, cui præficitur vir impiger Luchinus Vermius, Veronenſis. Ubi comparata fuit omnia, Veneti duces in inſulam tranſvecti Cydonem, rebellionis caput, oppugnant. Cives continere ſe muris coacti, neque erumpere auſi, deſperata ſpe pacis & veniæ, in nefaria conſilia ſe dant præcipites; horribili primum feritate in eos, qui pro Venetis ſentirent, debacchantur, deinceps, oblata Genuenſibus inſulæ domi-

tione.

tione, ad tutelam ſibi externam fidem, ſubſidiaque depoſcunt. Genuenſes, pacis cum Rep. memores, remiſere legatos ſpe vacuos, qui,ad ſuos in Cretam remeantes,capti ſunt a Venetis & interfecti. Interim dum Michaëlius maritimo apparatu Cydonis hæret excidio, pari ſtudio Vermius partes ſibi traditas obit in continenti. At rebelles in vicinis montibus latitantes, plerumque in parum cautos proſiliebant. Tandem Luchini conſtantia, atque in præſens conficta quadam locorum ignorantia, eos nihil minus quam inſidias metuentes ſuis è latebris extraxit, inſecutuſque diſperſos inſignem pro portis urbis ſtragem de hoſtibus habuit. Sic domiti Cydonii deditionis ſigna è mœnibus publicarunt, miſſiſq; qui veniam deprecarentur, eam, exceptis defectionis auctoribus, a clementiſſimo duce retulere. Subdiderunt ſe eo exemplo reliqua circum municipia victricibus Venetorum armis. Porro, vetita deditæ urbis direptione, exaſperatur miles, excitatque tumultum in caſtris: ſed Luchinus dexteritate, non vi, lenique oratione continuit tumultuantes. At poſtea; ne talibus aſſueſceret exercitus, digna in ſontes pœna animadvertit. Receptæ inſulæ nuncius ſumma lætitia implevit Senatum: publice Deo gratiæ actæ, atque Martiales ludi, nunquam alias viſi, in Marciano foro commiſſi. Adverſa tamen fortuna ejus victoriæ hilaritatem turbavit, cum paulo poſt ipſamet inſula nova ſeditione agitari nunciaretur. Ioannes Calergius, maximi apud ſuos nominis, ſe Cretenſes in libertatem vindicaturum profitebatur. Hoc nomine fuere plures, qui ſcelerata conſilia factaque ſequerentur, Calergio duce. Qua vi, qua fraude, ubique graſſabatur perduellium caterva. Rhitymnæ expugnatione, Venetiſque non uno loco fugatis rectoribus, quidquid a Thallis ad Cyamum uſque promontorium protenditur, a Reip. fide abalienatum eſt. In impium rebellemque civem Nicolaus Juſtinianus, & Dominicus Molinus, delecti vindices, cum ſelecta equitum peditumque manu procurrunt, & quidem opportune repreſſere Calergii conatus. Sed ille in loca montium aſpera delatus, valida ſuorum turba communivit juga itineri imminentia, ex quibus ſæpius ſubeuntes Venetos aut repreſſit, aut deturbavit. Interea cum tota in inſula hinc inde furerent populationibus & incendiis, fœda rei præſertim frumentariæ penuria exoritur. Hæc Laſythanos imprimis, deinde omnem ferme Orientalem tractum compulit ad imperium Reipublicæ. Cæterum contra Calergium

Anno Christi

MCCCLXXVIII.

Novâ ſeditione pax Cretæ turbatur.

Anno Christi

adhuc obſtinatum ſequenti anno progreſſus idem Juſtinianus, ut bello finem daret, ad Anopolim caſtra metatur. Ibi tutum ob difficilem acceſſum ſe credebat hoſtis; at ubi occupato itinere, quod unicum erat ad arcem, omnia ſibi indies arctiora fieri deprehendit, nota alia diverticula fruſtra quæritabat; diſtracti in varia conſilia ſocii, dum alii per deditionem Venetam clementiam, extremam alii pugnæ aleam experiri mallent, quotidie magis in anguſtias adducti ſunt. Poſtremo victi omnes cum arce capti ſunt. Illa æquata ſolo damnatiſque cum Calergio rebellibus capite, exilio, carceribus, univerſam Inſulam a turbis ac ſeditionibus purgavit Juſtinianus. Integro quinquennio diſceptatum eſt, inprimis Laurentio Celſo, deinde Marco Cornelio in urbe Principatum gerentibus. Juſtinianus in familiæ ſuæ decus, edomitæque inſulæ memoriam, ab Senatu accepit ut domeſtico ſtemmati auream adderet Aquilam, quod Græci imperii ſignum in vexillis pinxerat Calergius. Pax denique Cretæ ab hoc duce reddita ad hæc uſque tempora conſtantiſſime perſeverat. Niſi quod in eo regno Venetorum res nuperâ Turcarum irruptione admodum hoc, quo hæc ſcribimus, tempore, turbatæ ſint.

Creta Venetorum ducum virtute pacatur, & Venetæ Reipub. redditur.

MCCC LXXVIII.

Carolo eodem imperante in familiam Stuartiorum, & proſperâ & adverſâ fortunâ celebratiſſimam, cujus & noſtra memoria in omnem Britanniam imperium fuit, Scotiæ regnum tranſlatum eſt. Tranſlatum eſt anno ſæculi Chriſtiani MCCCLXX. Cæterum qua id occaſione factum ſit, operæ pretium hic videtur edisserere; ut & ſic ſimul tempora Scotorum ac converſiones una quaſi in tabella cognoſcantur. De primorum gentis regum initiis multa haud dubie fabuloſa habent Scotorum, quemadmodum & aliarum gentium, poſtremis demum temporibus compoſiti aut conficti Annales. Itaque fabuloſa, quæ & temporibus ipſis quibus tribuuntur, falſi arguunt, miſſa facimus; neque pro noſtro ea faciunt inſtituto. Hoc ſolum, cum accuratiſſimo Emmio, indicamus, quæ de Scotis, & eorum regibus ab anno CCCXXX ante caput æræ Chriſtianæ, cum Alexander Macedo rerum potiretur in Oriente, uſque ad Ferguſium II, regem Scotiæ quadrageſimum, cujus initium conjicitur a Scotis ſcriptoribus in annum Chriſti CCCCIV, qui ejectos è Britannia Scotos [illegible] in eandem reduxerit, non ex Annalibus vetuſtis [illegible] [illegible], [illegible] fabuloſis [illegible]

Scotiæ ſceptrũ Stuartis offertur.

Regni eorum in Scotia origo.

pomp[illegible]

Anno Chriſti

prompta memorantur, ea nos pro certis habere non poſſe. Scimus enim quam lubrico atque inſtabili fundamento nitantur. Quin imo ne iſta quidem ſatis certa nobis videntur, quæ a Ferguſii II initio, & Scotorum reditu in Britanniam in rebus Scoticis recitantur ad annum Chriſti DCCCXXIX, quo Picti ſcribuntur in Britannia a Scotis eſſe deleti, ſexto ſcilicet anno Kennethi II, regum hujus gentis, ut traditiones habent, LXIX, ſub quo Fanum Andreæ ſedes Epiſcopi eſt facta. Inde jam crebreſcere bonæ literæ in Scotia, &, poſita barbarie, hominum mores mitigari magis, & nomen Scoticum fieri illuſtrius, & ſeries rerum ac temporum notari diligentius, regnumque in eadem fere familia, in qua diu ante eundem Kennethum hæſerat, manere uſque ad Alexandri III mortem, qui è vivis abiit anno Chriſti MCCLXXXV, regum Scotiæ, ſecundum gentis Annales, XCV, poſt Pictos deletos anno CCCCLVI, poſt reditum Scotorum in Britanniam Septentrionalem ex Hibernia anno DCCCLXXXI. In ea autem familia, poſt Pictorum excidium, effloruêre reges poſt Kennethum II, Conſtantinus II, Gregorius, Milcolumbus I, Kennethus III, Milcolumbus II, Milcolumbus III, varia fortuna uſus; ſub quo Stuarti celebres facti, item Donaldus Banus, ante omnes vero David I princeps vere inſignis & laudabilis, & nepos ejus Milcolumbus IV, & frater hujus Guilielmus ab Anglis captus: Alexandri denique II & III. A morte Alexandri III, & unicæ ejus ex filia neptis, Norwegiæ regis filiæ, deſponſatæ filio regis Angliæ, quæ avum ante confectas nuptias eſt ſecuta, regnum tandem, poſt diuturnas annorum VI, & menſium IX contentiones delatum eſt ad Ioannem Balliolum, cujus mater Davidem Hundintoniæ Comitem, regis Guilielmi fratrem, avum maternum præferebat. Verum is ab Eduardo Anglo captus & regno exutus poſt aliquot annos, quibus Anglus regnum premebat, Robertum Bruſſium, cui idem Hundintonius avus maternus erat, excuſſo occupatore ſucceſſorem accepit, ex Anglia a patre oriundum, ob virtutem eo faſtigio dignum. Qui moriens Davidem Bruſſium, filium unicum, novennem puerum, ex procerum voluntate hæredem reliquit, eique Robertum Stuartum ex filia ſua nepotem ſubſtituit. Obiit vero anno æræ noſtræ MCCCXXIX, cum regnaſſet annos XXIII. David Bruſſius, ejus nominis II, minorennis abſens apud Galliæ regem, ad quem periculo-

Series Regum Scotiæ, & regnatricis in ea domus mutationes.

MCCCLXXVIII.

Stuartorum in Scotia nomen quando celebre eſſe cœperit.

Quâ occaſione iidem ad regni faſtigium ſint evecti.

Anno Christi

culorum cauſa a patre erat miſſus, per proreges aut gubernatores primis annis regnum Scotiæ adminiſtravit, æmulumque paſſus eſt Eduardum Balliolum, Ioannis filium, excitatum & adjutum ab Anglo, cui regium quoque nomen in Scotia tributum. Sed David in patriam reverſus, æmulo oppreſſo, poſt annos non multos in prælio ab Eduardo III. Anglo captus, & poſt decennium tandem cuſtodia liberatus, atque in integrum reſtitutus anno demum MCCCLXX, qui erat a morte patris XLI, a fine Alexandri III. LXXXV, fato conceſſit ſine liberis. Regnum ſummo procerum Scotorum conſenſu delatum ad Robertum Stuartum, ex ſorore Davidis natum, ſubſtitutum quondam filio a Roberto Bruſſio, & ab ipſo quoque filio Davide hæredem nominatum. A quo tempore regnum perpetuo ad nos uſque in eadem Stuartorum familia manſit: idque ita, ut pater filium ſemper ſucceſſorem reliquerit ad Jacobum uſque V: qui cum maſcula prole legitima careret, Mariam filiam unicam, ex conjuge Guiſia genitam, hæredem habuit. Ex qua cum Henrico Stuarto, Leviniæ ſeu Lenoxiæ Comitis filio, agnato ſuo, principe infeliciſſimo, nupta natus eſt Jacobus VI, qui tandem totam Britanniam majorem imperio ſuo tenuit, Anglia cum Scotia conjuncta. Jacobum filius Carolus nominis primus Magnæ Britanniæ, & ſic quoque Scotiæ Rex, excepit. Cæterum hoc ſecuri proximis annis, novo exemplo, ab Anglis percuſſo, negatum filio ejus Carolo II. Stuartorumq; toti domui Angliæ regnum eſt; & ſimul ſublatum quaſi Scotiæ ſceptrum ab iiſdem Anglis victoribus, regnari diutius nolentibus, videtur.

MCCCLXXVIII.

Eodem iiſdem ab Anglis hodie quaſi exuuntur.

Honos bonarũ artium ac ſapientiæ ſtudiis imperante Carolo IV. redit.

Poſtremo & illud quoque addendum ego hic jam habeo, quod cum Carolus Imperio præeſſet, linguæ & ſapientiæ Romanæ ſtudia illuſtrius multo proferre caput cœperint. Carolus inprimis auctor fuit; Carolus perſuaſit; adeo ut bonarum artium ſtudia, poſt denſiſſimam priorum temporum caliginem ac incredibilem ignorantiam, ſeſe efferre viſa ſint; majoriſque, ut fit, dein exortæ lucis prima quaſi cunabula huic principi debeantur. Faciunt huc Aureæ, quam vocant, Bullæ Carolinæ hæc verba, quæ Capite ejus poſtremo leguntur; STATUIMUS UT ILLUSTRIUM PRINCIPUM, PUTA REGIS BOHEMIÆ, COMITIS PALATINI RHENI, DUCIS SAXONIÆ, ET MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS, ELECTORUM, FILII VEL HÆREDES ET SUCCESSORES, CUM VERISIMILITER THEUTONICUM

De inſtruendis erudiendisq; Principibus Electo-

IDIOMA SIBI NATURALITER INSITUM SCIRE PRÆSUMANTUR ET AB INFANTIA DIDICISSE, INCIPIENDO A SEPTIMO ÆTATIS SUÆ ANNO IN GRAMMATICA, ITALICA AC SLAVICA LINGUIS INSTITUANTUR, ITA QUOD INFRA QUARTUM DECIMUM ÆTATIS ANNUM EXISTANT IN TALIBUS JUXTA DATAM SIBI A DEO GRATIAM ERUDITI. Grammatica haud dubie hic ſignificat Latini ſermonis peritiam; quemadmodum paſſim apud horum & proximorum temporum ſcriptores.

Ann° Chriſti | *rum, filiis, factum ab eodem decretum.*

Fuit ergo nunc illuſtrium, ut hæc ferebant ſæcula, ingeniorum proventus; quorum induſtria, cura, ſcriptiſque aut nova inventa, aut quaſi a multorum jam ſæculorum exilio bonæ omnes literæ, & ſtudia ſapientiæ, feliciter revocata ſunt. Aventini hac de re verba ſunt; Per idem ævi ſpatium in Italia Franciſcus Petrarcha, & Ioannes Bocatius cultiorum literarum ſemina ſparſerunt. In Germania interiore, in latebriſque Hercyniæ ſylvæ Athenæa, & cœtus juvenum, ſtudia æmulantium, Erdfordiæ, & Pragæ inſtructi ſunt. Marſilius Batavus, Ioannes Buridanus diſcipuli Guilielmi Occamenſis, recentioreſque ſectæ Peripateticorum aſſertores, Lutetia pulſi ad Germanos migrarunt; ille Haidelbergæ, ubi ſepultus eſt, hic Viennæ in Norico ludum literarium publico ſalario aperuit, ubi ejus autographa commentaria in Ptolomæi Aſtronomica oſtenduntur.

Illuſtrium ſub eo ingeniorũ proventus.

MCCCLXXVIII.

Berchtoldum quoque novitate inventi a ſe operis nobilem, eadem ætate fuiſſe non ignoremus. Teuto is fuit genere, religione Franciſcanus, profeſſione Philoſophus, & magiæ & metallariæ, artium fallaciſſimarum (ſi modo artes, & non uniuſcujuſque vaniſſimi ludibria dicenda ſunt) conſultus, invenit tormenta ærea, quibus jaculamur globos ferreos & lapideos, & homines, pecudes, mœnia, muros, arces, urbes, caſtra, ſolo quaſi fulmine, atque tonitru (unde Bombardis nomen eſt) proſternimus.

Berchtoldus, Monachus Franciſcanus, tormentorũ æreorũ & pulveris pyrii inventor, floret.

In Britannia, inquit idem Aventinus, æmuli Guilielmi Occamenſis Thomas Longaſtrius, Ioannes Vigilephus, Oxonienſis Theologus, Parochus Cantuarienſis, in vitia ſacerdotum diſerti fuêre, graviter atque invidioſe Romanorum Pontificum, quod duo Urbanus V, Clemens ſeptimus ovili incubarent, ambitionem pernicioſam, faſtum lethalem queſti ſunt, atque caninam

Viri eruditi Angli in vitia Pontificũ ac ſacerdotum Romanorũ diſerti.

Anno Chriſti MCCC LXXVIII.

(ut ajunt) exercuere facundiam. Sextus namque, ac Septimus inter ſe gregem committebant; ille Anglis ac Ugris, alter Gallis favebat. Septimus regnum Neapolitanum Ludovico, Andium regulo, Sextus Carolo Parvo, Ugris oriundo, tradit.

Richardus, Armacanus Præſul in Hybernia, publico ſcripto oppugnat damnatque Ordinē Monachorum mendicantem.

In Hybernia Richardus inſulæ ejus Patriarches, primarius Hermicanorum flamen, adverſus Mendicantem Religionem librum edidit: Innocentio ſexto Pontifici Max. dedicavit: ubi teſtimoniis ſacrarii cœleſtis comprobat, Religionem Mendicantem, velut cultorum falſorum Deorum propriam, adverſam eſſe veritati & pietati Chriſtianæ, Chriſtumque & ejus comites non ſolum non emendicaſſe ſtipem oſtiatim, victumque emendicando quæſiſſe, ſed ne cuipiam quidem vel Chriſtianorum licere ſua ſponte profiteri mendicitatem. Sed de hiſce ſatis ſuperque delicatis ſtomachis ptochotyrannorum. Ad ordinem hiſtoriæ redeo.

Titulorū, quos vocant, Doctorum, Baccalaureorum, Magiſtrorum, Poëtarū Laureatorum, aliorumque, qui in Academiis hodieque tribuuntur, origo.

Porro, ne quis temere in hoc vel illo, cui ſe dederat, diſciplinarum genere, profeciſſe ſatis ſibi videretur, in frequentiſſimo & continuo uſu nunc eſſe cœpere diverſi illi tituli *Baccalaureorum*, *Magiſtrorum*, *Doctorum*, *Poëtarum Laureatorum*, & ſi qui ſunt ejus modi alii, pro uniuſcujuſque profectu, & diverſo ſtudiorum genere, auctoritate publica tributi, quemadmodum & hodie tribuuntur. Hujus enim moris, paſſim jam recepti, origo ad hæc quaſi tempora referenda eſt. Primus omnium Franciſcus Petrarcha, qui & ſub Carolo IV. floruit, ut jam diximus, magnâ pompâ *Poëta Laureatus* Romæ ſalutatus, ornatuſque laurea corona & inſignis per celebriores urbis vias, omni ordine comitante & applaudente, deductus eſt. Sequuta ætas more forte non malo palam abuſa eſt; paſſa ignorantiæ præmium illud tribui, quod ſoli ſcientiæ debetur. Temperare hoc mihi loco ego non poſſum, quo minus cum his, quæ jam dicta ſunt, egregium Maphæi Vegii, qui Martini V. Papæ Datarius, ut in curiâ Romanâ loquuntur, fuit, & deſiderata in Virgilianâ Æneide, eruditiſſimo elegantiſſimoque carmine ſupplevit, hac de re judicium conjungam. Verba ejus Lib. III. de Educatione liberorum, Cap. I. hæc leguntur; *Curandum*, inquit, *erit ut in his ſtudiis exerceantur, ad quæ idonei magis eſſe videbuntur. Quo fiet ut quam quiſque natura ducente magis amplexus fuerit, vel Oratoriam, vel Poëticam facultatem, vel Dialecticen, vel Medicinæ, vel Legum, vel cujuſvis alius artis peritiam, ſi illi vacare permittetur, longe procul dubio doctior præſtantiorque futurus ſit. Quorum po-*

ſtrema

ſtrema duo ſtudia cum plures cæteris ignaros profeſſores habeant, non aliunde id evenire conſtat, quam quod ſpe lucri, quod inde quæri ſolet, ad ea paſſim omnes non dicam non apti, neque nati, ſed nec vix primis Grammatices rudimentis imbuti admittuntur. Quodque dolentius eſt, increvit poſtea novus ille ac peſſimus mos decorandi eos auro in teſtimonium adeptæ jam, quam nec multi ſummis etiam digitis attigerunt, perfectæ eruditionis. Quid vero ſtolidius dici poteſt, quam falſæ ſibi ſapientiæ apud vulgus auctoritatem quærere vana hujuſcemodi exteriorum ornamentorum oſtentatione? Circulatoribus magis quam gravibus & litteratis viris conveniunt. Itane ſatis erat corrupta eſſe cætera; niſi ad litterarum uſque ſtudioſos corruptiones hæ etiam ſe extenderent? Appello quoſque harum artium doctiſſimos: nam & multi extant fateor egregie vereque eruditi, egregiaque & vera ſima percelebres. Quid laudis putant ſe magis nactos eſſe his aureis ornamentis: quæ ab innumerabilibus profeſſionis ſuæ, quos manifeſtius ipſi cognoſcunt, imperitiſſimis hominibus geſtari etiam quotidie conſpiciunt? Non eſt ab propoſito aliena quæ de auri & ferri concertatione nunc in mentem venit fabella. Cum enim ferrum auri fortunam prædicaret: quod ad cultum uſumque regum inventum eſſet, ſummoque ab omnibus in pretio ac admiratione haberetur; ſe vero niſi ad arma bellica, ad horrendas cædes, ad fodiendam quoque humum, atque ad triſtia & vilia quæque natum eſſe quæreretur: Tace, inquit aurum. Nam ſi millia ærumnarum tuarum jactaveris, haud unam tamen meam, qua nulla eſt alia gravior, æquare unquam poteris. Cum enim à regibus, quos tu nominaſti, magna cum laude mea geſtari ſolerem, nunc majore cum ludibrio deveni in manus ineptiſſimorum quorundam hominum: quibus cum parum vel nihil ſit doctrinæ, illo etiam me malo afficiunt, ut teſtimonio meo, quod palam omnibus oſtentant, eruditi atque ſapientes eſſe videantur. At magna hæc credi poſſent; niſi majora etiam deploranda eſſent. De Poëtis loquor, quorum laureandorum novum morem invexit quidam, cujus nomen, hoc præſertim loco, quo à me reprehenditur, honeſtius prætereo. Qui cum graviſſimus alias & modeſtiſſimus extiterit, mirum tamen eſt quam in hoc gravitatem longe modeſtiamque exceſſerit. Is lauro cingi ſibi caput ad majorem Poëticæ artis auctoritatem, publicumque inſuper ejus rei inſtrumentum condi curavit. Quod cum aliquando legerem, non potui non ridere. Quis vero ſe à riſu continere poſſet, videns gloriam poëtarum, quæ communi omnium voce & atteſtatione quæri conſuevit, ſub imperiti alicujus tabellionis fide clauſam videri? Inde ad pleroſque alios ea peſtis poſtea exemplo ejus defluxit; defluxuraque adeo eſt (niſi occurratur) ut quiſquis metri tantum leges intellexerit

Anno Chriſti MCCCLXXVIII.

Titulorũ, quos vocant, Doctorũ, Baccalaureorum, Magiſtrorum, Poëtarũ Laureatorum, aliorumque, qui in Academiis hodieq; tribuuntur, origo, & de iis egregium Maphei Vegii judicium.

Anno Christi MCCCLXXVIII.

tellexerit, ad laurus coronam ſubito ſit aſpiraturus. Res peſſimi certe exempli; præſertim cum neque factitarint quicquam horum majores noſtri, neque etiam cogitarint. Hæc ille; qui his, in quibus de laureandis, ut hoc ejus vocabulo hic ego etiam utar, Poëtis agit, non obſcure Franciſcum illum Petratcham, cujus jam meminimus, perſtringit. Adde poſtrema ejuſdem Vegii verba, quibus omnem hanc diſſertationem finii; *Quærenda eſt omnibus, quæ ſolida magis omni virtute, propriiſque ac certis ingenii viribus, quam frondium, aut metalli puerili vanâque oſtentatione conſtet auctoritas; quæ publicâ magis regum atque populorum prædicatione, quam tabellionum ridicula aſſertione atque teſtimonio comprobetur.* Porro ex hoc tempore plurimæ mox per Europam Academiæ, certantibus paſſim pro bonarum artium inſtauratione principum ſtudiis, fundatæ ſunt. De quibus ſingulatim nunc dicere, noſtri hic non eſt inſtituti. Et ad illa, quæ excitatas quaſi ex pulvere ac ruinas bonas literas ſequuta ſunt, jam accedendum eſt. Namque id hoc loco nobis haud prætereundum, aut dicendum obiter eſt, quod ſimul cum bonarum literarum ſtudiis inſtauratis & quaſi ex ſitu hac tempeſtate emergentibus, etiam de religione Chriſtiana purganda quaſi emendandaque (nam macularum plena & nævorum jam erat) ſerio a nonnullis præclaroque judicio cœptum ſit cogitari.

Academiæ paſſim per Europã conſtitutæ. Religio nunc emendata quaſi & purgata.

Offert inprimis ſe hic nobis, celebrarique merito cupit Wiclefus, (Vigileſum Aventinus vocat) Ioannes, natione Anglus, profeſſione Theologus, animi in reddenda & quaſi a multorum ſæculorum exilio revocanda veritate ingentis ac invicti.

Ioannes Wicleſus Anglus acriter oppugnat Eccleſiam Romanam.

In Cleri immodeſtam vitam moreſq; corruptos diſertum eum fuiſſe dicit, cujus in præcedentibus hac de re verba reddidimus, Aventinus. Cæterum non in petulantiam tantum, & immanem ambitionem avaritiamque, & perpetuum diſſentiendi pacemque Eccleſiæ pariter ac Reipubl. turbandi ſtudium, ſed in hæreſin quoque & corrupta ac inſana Eccleſiæ Romanæ dogmata, concionibus ſcriptiſque publicis acriter invectus eſt. Acta Concilii Conſtantienſis, poſt Wiclefi mortem celebrati, ſatis ſuperque id teſtantur. In iis, inter alia, pene ſub finem, in Bulla Martini Papæ, Concilii Conſtantienſis, de quo mox dicemus, tempore promulgatâ, ſequentia, quorum inſcriptio eſt, TENOR ARTICULORUM IOANNIS WICLEF, leguntur; *Subſtantia panis materialis & ſimiliter ſubſtantia vini materialis remanent in ſacramento altaris.*

Dogmata in Conſtãtienſi Concilio Wiclefo tributa & damnata.

Acci-

Accidentia panis non manent ſine ſubjecto in eodem Sacramento. Chriſtus non eſt in eodem Sacramento idemtice & realiter in propria præſentia corporali. Si Epiſcopus vel Sacerdos exiſtat in peccato mortali, non ordinat, non conſecrat, non conficit, non baptiſat. Non eſt fundatum in Euangelio quod Chriſtus Miſſam ordinaverit. Deus debet obedire Diabolo. Si homo fuerit debite contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua & inutilis. Si Papa ſit correptus & malus, & per conſequens membrum Diaboli, non habet poteſtatem ſuper fideles ab aliquo ſibi datam, niſi forte à Cæſare. Poſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiendus in Papam, ſed vivendum eſt more Græcorum ſub legibus propriis. Contra Scripturam Sacram eſt, quod viri Eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones. Nullus Prælatus debet aliquem excommunicare, niſi prius ſciat eum excommunicatum à Deo; & qui ſic excommunicat ſit ex hoc hæreticus. Prælatus excommunicans clericum, qui appellavit ad regem vel ad Concilium regni, eo ipſo traditor eſt regis & regni. Illi qui dimittunt prædicare ſive audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, ſunt excommunicati, & in Dei Judicio traditores Chriſti habebuntur. Licet alicui Diacono vel Preſbytero prædicare verbum Dei abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ, ſive Epiſcopi Catholici. Nullus eſt Dominus civilis, nullus eſt Prælatus, nullus eſt Epiſcopus dum eſt in mortali peccato. Domini temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab Eccleſiis, poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus, id eſt, ex habitu, non ſolum actu, delinquentibus. Populares poſſunt ad ſuum arbitrium Dominos delinquentes corrigere. Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ: & poſſunt Parochiani propter peccata ſuorum Prælatorum ad libitum ſuum eas auferre. Speciales orationes applicatæ uni perſonæ per Prælatos vel religioſos non plus proſunt eidem quam generales, cæteris paribus. Conferens eleemoſynam fratribus eſt excommunicatus eo facto. Si aliquis ingreditur Religionem privatam qualemcunque, tam poſſeſſionatorum quam mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obſervationes mandatorum Dei. Sancti inſtituentes Religiones privatas ſic inſtituendo peccaverunt. Religioſi viventes in religionibus privatis, non ſunt de religione Chriſtiana. Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem. Prima pars eſt ſcandaloſa & præſumptuoſa pro quanto ſic generaliter & indiſtincte loquitur. Et ſecunda erronea pro quanto aſſerit mendicitatem fratribus non licere. Omnes ſunt ſymoniaci, qui ſe obligant orare pro aliis, eis in temporalibus ſubvenientibus. Oratio præſciti nulli valet. Omnia de neceſſitate abſoluta eveniunt. Confirmatio juvenum, clericorum ordinatio, locorum conſecratio, reſervantia Papæ & Epiſcopis, propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.*

Anno Chriſti

Dogmata in Conſtãtienſi Concilio Wiclefo tributa & damnata.

MCCCLXXVIII.

* *Locus haud dubie corruptus.*

Anno Chriſti

Univerſitates, Studia, Collegia, Graduationes, & Magiſteria in eiſdem ſunt vana gentilitate introducta, & tantum proſunt Eccleſiæ ſicut Diabolus. Excommunicatio Papæ, vel cujuſcunque Prælati, non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti. Peccant fundantes clauſtra, & ingredientes ſunt viri Diabolici. Ditare clerum eſt contra regulam Chriſti. Silveſter Papa & Conſtantinus Imperator erraverunt Eccleſiam dotando. Omnes de Ordine mendicantium ſunt hæretici, & dantes eis eleemoſynam ſunt excommunicati. Ingredientes Religionem, aut aliquem Ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad obſervandum divina præcepta, & per conſequens perveniendum ad regnum cœlorum, niſi apoſtataverint ab eiſdem. Papa cum omnibus clericis ſuis poſſeſſionem habentibus ſunt hæretici, eo quod poſſeſſiones habent, & conſentientes eis omnes; videlicet Domini ſæculares & laïci cæteri. Eccleſia Romana eſt Synagoga Sathanæ: nec Papa eſt proximus & immediatus vicarius Chriſti & Apoſtolorum. Decretales Epiſtolæ ſunt Apocriphæ, & ſeducunt à fide Chriſti, & clerici ſunt ſtulti qui ſtudent eas. Imperator & Domini ſæculares fuerunt ſeducti à Diabolo, ut Eccleſiam dotarent bonis temporalibus. Electio Papæ à Cardinalibus, à Diabolo eſt introducta. Non eſt de neceſſitate ſalutis credere; Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias. Error, ſi per Romanam Eccleſiam intelligatur univerſalis Eccleſia, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret Primatum ſummi Pontificis ſuper alias Eccleſias particulares. Fatuum eſt, credere indulgentias Papæ & Epiſcoporum. Iuramenta illicita ſunt, quæ fiunt ad corroborandum humanos contractus & commercia civilia. Auguſtinus, Benedictus, Bernhardus damnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc quod habuerunt poſſeſſiones, & inſtituerunt & intraverunt Religiones, & ſic à Papa uſque ad ultimum religioſum omnes ſunt hæretici. Omnes Religiones indifferenter introductæ ſunt à Diabolo. Hi errores, ut illi quidem vocant, in Concilio Conſtantienſi Wiclefo tributi & damnati ſunt. Ex quibus ſatis liquet, & quid hic docuerit, & quid illi falſi, ad conciliandum veritati odium, ab egregiis illis Conſtantienſibus Patribus affictum ſit.

Errores in Concilio Cōſtantienſi Wiclefo tributi & damnati.

MCCCLXXVIII.

WENCESLAUS IMP.

Mens ejus & vita omnis cor-

Carolus IV. cum eſſet fato functus, ſucceſſit ei in imperio filius, WENCESLAUS, nullis, quæ eſſe debent Principum, virtutibus ornatus, nullis geſtis rebus inclytus, deſes, ignavus, in omnem libidinem pronus; cum quibus vitiis & immanis crudelitatis flagitium conjunxit. Magnum illum graviſſimumque ſcriptorem Aventinum hic quoque ut diſſerentem audiamus, neceſſe eſt. Vix enim alius hodie exſtat aut legitur, cui in his plus

fidei ſit tribuendum. *Carolo quarto*, inquit, *ſagaciſſimo atque cordatiſſimo principi, diſpar filius Wentzeſlaus, ineptus, probroſus, ſævitia & ignavia infamis, ſucceſſit. In latebris Hercyniæ veluti ſerpens delituit, nec unquam cæteros Germaniæ Imperiique fines adire ſibi permiſit. Canem ferociſſimum, atque carnificem, quem luſtricum patrem vocabat, comites ejus ſemper fuiſſe, & quemcunque ille indice denotaſſet, abſque cunctatione invaſiſſe, atque eundem, dum ambulantem præcederet, obvium quemque corripere, ac diſtento ſago impoſitum, in ſublime jactare ſolitum, narrat Ioannes Arckimyſta Mogontinus in oratione, quam adverſus illum in celebri conventu fecit. Complura de eo alia ſcelera referuntur; quæ ego falſa, atque conficta (ita ſunt ingenia hominum) ab inimicis eſſe reor.*

Anno Chriſti

rupta, ac perdita.

Quæ poſtrema Aventini, horum temporum res legentem admonent, corruptiſſimum quidem flagitioſiſſimumque Principem Wenceſlaum hunc fuiſſe; cæterum & ſcribentium odio multa ei eſſe affiicta. Et certe, quorumcunq; tandem ſæculorum ac gentium ſive vetuſtos ſive recentiores Annales inſpiciamus, eorum auctores vel ira vel ſtudio commotos, & judicia rumoreſque vulgi, cui in amore aut odio in dominos nihil fere eſt modicum, ſequutos, & laudandis & non laudandis Principibus nimium ſemper tribuiſſe, comperiemus. Sed ad inſtitutum redeo.

Vulgus Hiſtoricorum notatur.

MCCCLXXVIII.

Cum Wenceſlaus finem ſcelerum nullum faceret, nullum ignaviæ in negligendis regni Bohemici & Imperii rebus, & jam non homo ſed bellua videretur; ab Ordinibus Boëmici regni captus & in cuſtodiam datus eſt anno MCCCXCIII, ex qua tamen poſt IV hebdomades dimiſſus, ut in balneo ſordes ablueret, opera ambubajæ conſcenſa cymba evaſit. Sed quum ne ſic quidem emendationis ſpes affulgeret, irritati tandem ſubditi Sigiſmundum fratrem, qui jam recens, extruſo æmulo Carolo Neapolitano, in regno Ungariæ ſeſe confirmaverat, accerſiverunt ut Rex Boëmiæ eſſet. Paruit Sigiſmundus, & præpropere Boëmiam ingreſſus regno occupato fratrem abductum cuſtodiendum dedit Alberto Auſtriaco. Indigne hoc tulerunt Ioannes frater & Procopius patruelis, ſed irrita fuit indignatio. Hærebat enim Wenceſlaus Viennæ captivus, qui tandem cujuſdam piſcatoris opera elapſus, & Pragam reverſus, & mendici habitu arcem ingreſſus con-

Wenceſlaus ab Ordinibus Boëmiæ in cuſtodiam traditur. Sigiſmundus contra fratrem Wenceſlaum eligitur Boemiæ Rex. Wenceſlaus cuſtodiendus traditur Alberto Auſtriaco. Wenceſlaus, regno Boemiæ doloſe recuperat, crudeliter interficit proceres.

Anno Chriſti MCCC LXXVIII.

Wenceſlao, Electorum cõmuni cõſenſu, abrogatur imperium.

conſilio cuſtodibus patefacto præfectum oppreſſit, cumque ut literis annulo ſuo obſignatis proceres in arcem evocaret, coëgit, quos ille mox captos crudelibus ſuppliciis interemit, atque ita regnum recepit. Sed in imperio nullus ei fuit relictus locus. Quum enim uſus ejus in gubernatione eſſet nullus, Electores communi conſenſu ei imperium abrogarunt; ipſe vero reliquum ætatis conſuetis moribus in regno exegit. Interiit tandem apoplexia correptus orta ex conſternatione & iracundia.

Eccleſia Romana biceps per Paparum Romanorum, aut eos eligentium, diſſidia.

Pontifices Romanos horum temporum quod attinet, ſupra memoratum nobis eſt, Gregorium XI. Pontificiam ſedem ex Avinione Galliæ Romam tranſtuliſſe. Sed nec ſic atrociſſimorum diſſidiorum factus finis eſt; nondum biceps eſſe Romana Eccleſia deſinit, monſtro certe quam Chriſtianæ Eccleſiæ ſimilior. Clemens VII. Avinione, Urbanus VI. Romæ ſedere anno CIↃ CCC LXXVIII. cœpere. *Defunctis*, verba Aventini ſunt, cujus diligentiſſimi incorruptique animi ſcriptoris auctoritatem nemo facile in dubium vocaverit, & ad eam iccirco toties hic nobis provocandum eſt, *Clemente ſeptimo, Vrbanoque ſexto, rurſus duo regno Eccleſiæ imponuntur: Romæ Bonifacius nonus, in Galliis Avinione Benedictus tertius decimus. Ille ut Bojorum animos ſibi conciliaret, tribus fratribus Stephano, Friderico, Ioanni, nepotibus Imp. Ludovici quarti, ſecularem omnium criminum, ſcelerum, ſuppliciorum veniam condonat.*

Indulgentia Papales, res nova atq; inaudita in Germania.

Quicunque Monachium voti reus proficiſcatur, ſeptem ibidem dies commoratus, quatuor templa, Deiparæ virginis, D. Petri, ſacratarum fœminarum, Xenodochium, ſupplicandi gratia intret, quotidie dona faciat, ab univerſis inferis ereptus cælo aſſcritur. Quadraginta piacularii conſtituti ſunt. Erat res tum nova, atque inaudita in Germania. Quamobrem ex Bojemia, univerſa Germania, frequens populus quotidie coibat; ſexaginta millia hominum quotidie confluxiſſe in acta relatum eſt. Durarunt hæ nundinæ Eccleſiaſticæ à Martio per quinque continenter menſes; inventa ſarta ter ſeptimana monſtrabantur.

Iagello, Lituaniæ Dux, Lituanos Chriſtiana religione imbuendos curat, & Rex Poloniæ creatur.

Wenceſlao imperante veniens in Poloniam Jagello, Lituaniæ princeps, ſpe regni Polonici, primus ſuorum idololatriam gentium ejurat, ſacro lavacro tingitur, & Uladiſlaus appellatur; Lituanos dein ad Chriſtianiſmum perducit, prima fidei rudimenta in vulgarem linguam ipſe vertit, & Epiſcopos paſſim paſtoresque conſtituit. Salutatus Rex Poloniæ eſt Anno CIↃ CCC LXXXVI, regnavitque uſque ad annum ſequentis ſæculi XXXIV. Per

[illegible] Lituania, & partes quædam Ruſſiæ, [illegible] parentes, [illegible] addita, regnumque late auſtum eſt.

Anno Christi MCCC LXXVIII.

Dum ſtertit domi Wenceſlaus, aut in jugulandis [illegible] inno-centibus ac obviis, atrocis ingenii libidinem explet, [illegible] Barbari militiæ egregii duces maxima in *Aſia* & *Europa* [illegible] feliciterque exſecuti ſunt. Scriptoribus [illegible] ii officiunt, memorandaſque præbent, ſcribentemque [illegible] terrent, duo illa [illegible] fulmina, [illegible], ejus nominis I. Tur-carum Imperator, & [illegible] ex Scythia profectus, ortu quidem, ut nonnulli volunt, ignobilis, ſed [illegible] Bajazetis, quem vivum [illegible] Tamerlanes. Utriuſque ergo [illegible] compendio [illegible], & optima [illegible] demus.

Amurathe a milite, [illegible] Triballo, [illegible], & [illegible] Serviæ Deſpote, a Turcis debellato, [illegible] MCCCLXXXIX. [illegible] filius Bajazetes. Is, [illegible], Bithyniæ urbe, ſedem imperii fixit Adrianopoli, [illegible] vires facilius promptiuſque cum Aſia conjungeret. [illegible] dies auſus, poſt Bulgaros & Servios [illegible] prælio [illegible] que eorum ditionem ſubjugatam, & [illegible] Illyrici regionem, & interiorem Macedoniæ ac Epiri partem ad ipſas uſque [illegible] [illegible], magni terroris excurſionibus, nullo obſiſtente, [illegible] [illegible] vexerat, Conſtantinopolim [illegible] [illegible] s infecto [illegible] Ioannes Palæologus in [illegible] Europæorum Chriſtianorum auxi-lia [illegible] & [illegible] ad Nicopolim [illegible] s [illegible] Chriſtianorum [illegible] [illegible] nihil [illegible] [illegible] Turcarum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Aventini de [illegible] hac [illegible] Lib. VII. [illegible]

[illegible] Europam [illegible] aluit, [illegible]

Dum de [illegible] [illegible]

[illegible] Tamerlanes [illegible] Scythia [illegible] Asia [illegible] Armeniae [illegible] Cappadociam [illegible] [illegible] anno Christi MCCCXCVII [illegible] Nicopoli-[illegible] & Bajazetem [illegible] & ad Tamer-lanem adductus [illegible] Tamerlane [illegible] [illegible] ferream [illegible] cancellatam, [illegible] aureis catenis vinctum, circumduxit, omniumque [illegible] & [illegible] [illegible] Tamerlane [illegible] [illegible] culo exigit, [illegible] Turcos [illegible] Tamerlane [illegible] [illegible] [illegible] Lib. IX. & ad [illegible]

[illegible]

Ang. Poggii	
MCCC LXXVIII.	

Anno Christi

Cubilæ, ut ab Haythono vocatur, vel Cublai [illegible]
quinti Tartarorum Imperatoris, cujus a[illegible] & [illegible]
[illegible] in India & toto Oriente patent, M. Paulus [illegible]
& 111. prolixe describit. Is itaque, sub[illegible]
populis, & nationibus, mox in [illegible]
tere ſtatuit, maximoque ac potentiſſimo ex[illegible]
mum in aditu A[illegible] anterioris aliquot A[illegible]
& Sultania, Perſarum olim regia, quæ [illegible]
certa[illegible] atque incenſa, [illegible]
ad [illegible], in Cappadociam [illegible]
celeberrimam ejus regionis urbem, quæ [illegible]
f[illegible], & hodie Seba[illegible] appellant, [illegible]
[illegible] In io oppidulo vim [illegible] fortiter [illegible]
[illegible] octo millia f[illegible]orum in castris habens, [illegible]
dit, ut cuniculos ſubterraneos agerent, per quos [illegible]
[illegible]m atque [illegible] pararent. Hoc [illegible]
[illegible], [illegible] ipſi fodiendo [illegible] occupabant, [illegible]
[illegible]. Amplius enim efficiebat [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]s ma[illegible]ne g[illegible] Tamer[illegible] aut [illegible]re, ut eum vocant [illegible]

[illegible]

[illegible] ſerum [illegible] , & [illegible] Bajazetes, ubi primum miſerabile urbis excidium, filiique [illegible] accepit, maximo & incredibili dolore [illegible] eſt. [illegible] in A[illegible] vidit paſtorem quendam [illegible] , [illegible] indicans, [illegible] . Cane cantilenam, cujus argumentum ſit: Nequebo [illegible] amitas, nec [illegible] filium Orthobulem. Expeditio Temyrlanis contra Schaſſem, [illegible] forma eſt. Nec multo poſt, legatio [illegible] ad Bajazetem [illegible] regionem. Dare [illegible] . Hi addere duo millia [illegible] habent paſtores per Aſiam. [illegible] Bajazetis regnum Temyris [illegible] . [illegible] in [illegible] , & [illegible] facere. [illegible] Bajazetes [illegible] in [illegible] Temyris. [illegible] Bajazetes [illegible] , fore eum amicum & [illegible] Regis Temyris: ſin [illegible] petitiones [illegible] , Temyrem ipſum pro hoſte [illegible] . Ad ſuperbam hanc Tamerlanis [illegible] Bajazetes [illegible] bellum [illegible] , in quo, ut jam diximus, [illegible] pugnâ captuſque fuit Bajazetes. Principia [illegible] , quæ ipſum Tamerlanem impulerit, ut Bajazeti bellum inferret, [illegible] quod [illegible] , cum [illegible] pro [illegible] Turcis [illegible] ; [illegible] Bajazetem, quod [illegible] , belli [illegible] nomen [illegible] , [illegible] , [illegible] Tamerlanes [illegible] quod cum ipſo [illegible] & [illegible] in Tamerlanem [illegible] . Hunc [illegible] fulminis [illegible] , [illegible] [illegible] Tamerlanem [illegible] quod [illegible] ; [illegible] Bajazetem [illegible] .

Anno Christi

[illegible]

[illegible] veniam d[illegible], ſævitia [illegible] cum longe omnium maxim[illegible] & ſupra [illegible] gloriæ nitorem clementiæ atque humanitatis [illegible] videatur: Tamerlanes obducta fronte, [illegible] illum oculis, ignem ſpirantibus, Memento, ait, [illegible] iram eſſe, [illegible] depravati ſæculi funeſtam cladem [illegible] magna, qua dignus es, pœna plecti cupias, hinc [illegible] minacibus & [illegible] tyranni verbis territus mercator, [illegible] abiens, [illegible] in Tamerlanis conſpectum [illegible] ſus [illegible]. Poſt devictum Bajazetem, Meſopotamiam, [illegible] Ægyptum, & pleraſque alias [illegible] partim [illegible] ditioni ſuo imperio adjecit. Inter reliquas vero [illegible] Damaſcum in Syria, & Capham, olim Theodoſiam, [illegible] coloniam in Taurica Cherſoneſo, [illegible] Boſphoricum, quod Cimmerium appellatur, [illegible] vit, & in utraque maximam [illegible]. [illegible] ſolitudinibus detentus, victoriis ſuis [illegible] pestilentia divexatus, [illegible] Samarcandam; ubi fato functus eſt, anno [illegible] & Chriſtianæ [illegible] millesimo, [illegible] ingens & [illegible] qui nec [illegible] Regis [illegible]

[illegible]

pertus eſt adverſam, mortales anteivit, eoque humanis rebus exempto, adeo labefactari cœperunt res Tartarorum, ut Scythicum nomen, quod ipſe pene ab interitu vindicaverat, ac per totum terrarum orbem extulerat, una cum ipſo penitus extinctum ac deletum eſſe videatur. Memini me legere apud non ignobilem ſcriptorem, hunc videlicet, de quo loquimur, Tamerlanem, præter reliqua regna & provincias ſuo imperio adjectas, etiam regno Perſiæ potitum eſſe, & hac quidem ratione contigiſſe narrant. Cum initio ſui principatus aliquam militarem manum coëgiſſet, Rha fluvio cum hac trajecto, qua mitior in mare Caſpium labitur, per Iberorum, Cholcorum atque Albanorum calles, multa arborum denſitate perplexos, in Perſidis anguſtias penetravit. Has enim ingreſſus, in campeſtrem ilico regionem deſcendit, quæ vicis eſt & villis frequens. Hanc autem ingenti populatione evagatus, magnam ſibi & ſociis prædam comparavit, reſiſtentes cædens, vel fœde vulnerans, dedentes vero comiter excipiens, quorum ſatis magnum numerum contraxerat. Multi ſiquidem alieno edocti exemplo, ſaluti conſulentes, ſub ejus ultro ſigna coiverunt, univerſos ſecum campeſtres accolas incurſionibus prementes, cunctaque obvia ſternentes. Qua re audita Perſarum Rex, ut hujuſmodi incurſus arceret, comprimeretque latrocinia, ac tuti a Tamerlane intercluſi commeatus pateſcerent, ducem, quem ſibi fidum ac ſtrenuum putabat, ad eum capiendum, cum mille equitibus ablegavit; qui momento temporis, Araxe amne ſuperato, qua longum emenſus iter, in mare Caſpium ſe vertit, in Tamerlanis conſpectum ſe dedit: cui non ob id exterritus, conſiliique anceps Tamerlanes, ſed ſumma animi alacritate & audacia obviam progreſſus, tanta in agendo induſtria verbiſque accommodatis uſus dicitur, ut ſe ab omni periculo explicarit: quippe tantum abfuit, ut ipſum caperet, occideretque, ut ejus, jam conciliato animo, uteretur contubernio, ſubitoque has ſuis copiis adjiciens, & novis equitum alis comitatus, majori ſpe elatus, militumque audacia fretus, res novas moliri adortus ſit, longeque prioribus majora tentare. Evénit ſiquidem per id tempus, ut Perſarum regis germanus frater natu minor, dominandi ſtudio & cupiditate impulſus, debitam ei jure dominationem cœperit invidere; ob idque magnis copiis inſtructus, & adverſus fratrem acre bellum gerens, enixe dabat operam, ut ad

Anno Chriſti MCCC LXXVIII.

Cum Tamerlane omnis Scythici nominis gloria occidit, & quaſi ſepulta eſt.

Tamerlanes quâ occaſione ad invadendû Perſicum regnum invitatus ſit.

Incomparabilis animi ejus magnitudo.

Anno Chriſti

Tamerlanes regnum Perſicū affectat, & partim fraude, partim vi occupat.

ſe regnum transferret. Quod quidem animadvertens Tamerlanes, qui ad Perſidis imperium ſenſim aſpirabat, regnumque non obſcure affectabat, juniori fratri adhæſit, eique operam præſtitit. Præviderat namque, ipſum difficulter regiam vim ſuſtinere, poſſe abſque alieno præſidio, nec non fraterna arma exercere ſine magno cladis vitæque diſcrimine. & ex adverſo ſe voto minus potiri ſuo, ni alterius quo egebat auxilio, præſto eſſe cognoſceret. Proinde junctis aſſociatiſque viribus quas habebat, tanta animi alacritate ac ferocia in regias phalanges irrupit, ut, ingenti edita ſtrage, acieque pulſis ac devictis hoſtibus, victoriam glorioſus referret; qua reparata, Regem repente ſuſtulit, eoque ſublato, regnum germanus victor invaſit; qui, nullo diſſentiente, Rex factus, beneficii in ſe collati nequaquam immemor, Tamerlanem cunctis Perſicis copiis præfecit, ſummamque rerum ei credidit. Ipſe autem atroci vir ingenio, & verſipelli, nihilque penſi habens, ſi uſus popoſciſſet, nactus occaſionem, qua omni æmulatione vacuum ſibi Perſici imperii ſolium pararet, ſimulans ſe velle Regi novas ad ſuum imperium regiones adjungere, hoc

MCCCLXXVII.

maximo exercitu ſubnixus, Regem prodere, ſeditiones paſſim agitare cœpit, ac populos ad defectionem ſollicitare; miraque induſtria, ipſe inprimis initium faciens, cunctæ regiæ ditionis civitates ab Rege rebellarunt. Mox Tauriſium, Perſidis regiam, per Calderanos campos ire contendit, Regem ipſum vita ſimul & regno privaturus: in cujus cum perniciem cum aliquot ſuis fideliſſimis ducibus antea conjuraſſet, cum eo perveniſſet, nullis reſiſtentibus (Nam qui pauci & inermes multorum & armatorum impetum ſuſtinuerint?) regnum, vi ſibi ac fraude quæſitum, occupavit, regiamque ingreſſus, regem fruſtra gementem, ſuaſque perdite dolentem miſerias, atque ſibi ſuppliciter imminentem necem deprecantem, obtruncavit, filios morte affecit, &

Perſicā regiam ſtirpem exſcindit.

poſtremo quicquid ex cognatione regia ſupererat plane quaſi ab ſtirpe abſcidit, ut ad unum omnibus ſublatis regni æmulis, ſine metu regnare poſſet. Per hunc igitur modum aſtu regnum aſſecutus, ut militum inprimis benevolentiam & gratiam iniret, magno eos donativo proſecutus eſt; dein Perſide profectus, in Parthicam ſe recepit regionem, quo Saracenorum excurſiones ac latrocinia comprimeret. Tradunt Tamerlanem, corpore & moribus fuiſſe Carthaginienſi Hannibali quamſimilimum, quan-

tum ſcripta veterum edocent, oſtenduntque numiſmata; nempe ingenio callido, atroci, perfido; in reprimendis hominum latrociniis, caſtigandaque militum licentia, ſic ſævire ſolitum, ut metu pœnæ oculos, nedum manus, ab auro gazaque omni diripienda cohibere didiciſſent. Statura vero fuit procera, & eminenti, barbatus, latere, ac humeris & pectore, cæteriſque membris æqualis & congruens, integra valetudine, excepto altero pede, quo non perinde valebat, ſic ut inde claudicare ac deformiter incedere conſpiceretur, oris truculenti, atque obductæ ejus frontis oculi introrſus recedentes, præferocis animi ejus ſævitiam ſpirantes, intuentibus terrorem & formidinem incutiebant. Valida erat uſque adeo nervorum compage, ut validiſſimum quemque è Scythis in palæſtra proſterneret. Unde autem effectum ſit, ut claudicaverit, quemadmodum etiam idem a veteribus de Ageſilao traditum eſt, equidem non ita compertum habeo, cum ea de re auctores inter ſe varient. Sunt enim qui tradiderint, ipſum, dum in quodam prœlio non minus ſummi ducis, quam ſtrenui bellatoris partes ac munia exequitur, in pede vulneratum, indeque poſtea claudicare ſolitum. Alii vero ad aliam cauſam referunt, dicentes, cum jam eſſet adultus, atque per ætatem huic officio idoneus foret, deferentibus oppidanis, oppidanorum equorum curam ei demandatam. Tandem, cum in colloquium veniret cum reliquis ejus regionis paſtoribus, effeciſſe, ut inter ſe conjurarent, ſe velle furtis colligere opes, & mox ad alias provincias confugere; cumque furandi quam peritiſſimus eſſet, plurimos equos, maximamque jumentorum atque ovium copiam & immenſam multitudinem nactum fuiſſe. His adjiciunt, eum, ut pecoris ſtabulum intrare poſſet, conſcendiſſe murum, & cum animadverteret, ſe eſſe viſum a patrefamilias, confeſtim deſiliiſſe in terram, (ajunt enim in ea regione moris fuiſſe, ut jumenta & pecora altiſſimis muris circumdarentur, qui non citra ſummam difficultatem vitæque diſcrimen aſcendi poſſent) eoque caſu ſibi crus fregiſſe, atque hujuſmodi claudicationem proveniſſe. Et de hac quidem re hactenus dictum ſit. Quemadmodum autem huic in omnibus bellis fortuna plurimum arriſit & obſecuta eſt, adeo ut omnia fauſta & proſpera concesſerit, ita ſane in hoc plurimum adverſata, quod videlicet nullum ſuorum præclariſſimorum facinorum

Anno Chriſti

Forma corporis quæ fuerit Tamerlani.

MCCCLXXVIII.

Furtis ac latrociniis deditus fuiſſe dicitur.

Anno Chriſti

præconem nactus fuerit, qui ejus res geſtas pro dignitate explicaret, eaſque literis ac poſteritati committeret. Conſtaret ſiquidem, ipſum, bellica virtute, felicitate, rerumque geſtarum gloria & magnitudine neque Hannibali, aut Scipioni, neque Pyrrho & Alexandro Magno, nec denique ulli Græcorum aut Romanorum Cæſarum, qui a militaribus operibus laudem & commendationem retulerit, fuiſſe ſecundum: ſed horum plæroſque, etiam celebriores, adæquaſſe, aut longo intervallo poſt ſe reliquiſſe. Cæterum, ſicut olim de Spartanorum ſub Themiſtocle inſigni duce, gloria dictum eſt, ipſam, ſcilicet, cum eo altam ac educatam floruiſſe, & mox, eodem humanis rebus ſubtracto, extinctam & obliteratam, ita prorſus de hoc celeberrimo Scytharum Imperatore dici poteſt, cum præſertim filios reliquerit paternarum virtutum nulla ex parte æmulos, & inter ſe mutuis, ut conſtat, diſſidiis laborantes; quo ſane factum eſt, ut tantum imperium quam citiſſime evanuerit. Nam unaquæque provincia & regnum a Tamerlane ſubactum, ipſo mortuo, vel ad ſuos priores dominos & Principes rediit, vel ſibi novos aſcivit. Et in Perſia quidem ipſi Tamerlani ſucceſſit Aſſembeius, Haſuncaſan cognomento.

Magnificum Tamerlanis elogium.

MCCCLXXVIII. Ad res in Europa geſtas jam nunc redeundum eſt. In Anglia Richardus II. Rex rebus præfuit. Inter eum, & Galliarum regem Carolum VI. ejus nominis, induciæ annorum XXX. initæ ſunt, Iſabellâ, Caroli filiâ, Richardo deſponſatâ. Acerrimis inter eum, ob crudelitatem inprimis, qua in conſanguineos proximos ſævierat, & proceres nonnullos, odiis excitatis, ab his Henricus Lancaſtrius exul in Angliam vocatus ad regni faſtigium evehitur. Ille ergo reverſus Richardum in vincula conjicit, male geſtæ Reipublicæ accuſatum ſceptro & corona exuendum curat, & haud procul a Pontifracti arce trucidat; ignarus, quod haud pauca, quæ Annales omnium pene ubique gentium offerunt, exempla oſtendunt, in principe, a principe damnato aut capitali ſupplicio ſublato, principis & ſuccedentium omnium everti quaſi ſecuritatem ac exſcindi.

Richardus II. Angliæ Rex, ſuis invijus, regno ac vitâ exuitur.

Territus irruptionibus Turcarum Oriens Occidenti ſepulta quaſi jam & exſtincta Græcarum literarum ac ſapientiæ ſtudia reddidit. Ex Græcia quippe Emanuel Chryſoloras. Theodorus Gaza, Georgius Trapezuntius, & magno numero magnique

Græci in Italia reſtituunt Græcarũ literarũ ſtudia.

nomi-

nominis alii in Italiam venere. Ex quâ porro per reliquam Europam, Galliam inprimis & Germaniam, veteris Græcorum ſapientiæ ſtudia, ſimul cum linguâ, magnis incrementis propagata ſunt.

Anno Chriſti

Oriens, imperante Wenceſlao, Imperatorem Iohannem Palæologum, Andronici IV. filium, habuit. Hic filium primogenitum Andronicum accuſatum, tanquam cum Amurathis filio in patris exitium conſpiraret, calente in oculos aceto infuſo, uſu luminum privavit. Secundum natu filium, Emanuelem nomine, habuit. Andronicus, quamquam cæcus, ad Bajazetem profugit. Hujus ope regnum patri eripuit, eumque cum fratre Emanuele carceri incluſit. Emanuel mox elapſus, ejuſdem Bajazetis auxilio conſilioque, fratrem rurſus ſolio exturbavit. Pulſo Andronico Emanuel velut precarium a Bajazete imperium obtinuit, promiſſo ingenti annuo tributo, & jurisjurandi religione obſtrictus, auxiliares ſuas copias nunquam bellum gerenti Turcæ defuturas. Cæterum haud multo poſt idem Bajazetes, a Ioanne, Andronici filio, impulſus, bellum Emanueli Palæologo intulit, & Conſtantinopolim obſedit; ſed inexſpectatâ Tamerlanis, magni illius terrentiſque jam paſſim omnes, Scytharum ducis irruptione omittere cœpta coactus eſt. De quo jam ante ſatis ſuperque diximus. Pronunciare interim Turcis nunc licuit de Chriſtianis, quod olim Romanis ſub Tiberio, diſſidentibus inter ſe Germanis, quorum libertati & imperio illi inſidiabantur; DURET GENTIBUS SI NON AMOR NOSTRI, SALTEM ODIUM SUI.

Imperatores Orientis.

Res eorum inteſtinis diſcordiis fœda turbata & Turcis prodita.

Waldemaro III. aliis IV. dicto, Daniæ Rege, defuncto, filiæ ejus Margaretæ, procerum conſenſu, regnum Daniæ delatum eſt. Hæc cum rebus ſumma & virtute & laude aliquamdiu præfuiſſet, Olao filio fatis concedente, anno MCCCLXXXVII, Regina Norvegiæ, ac tandem, anno MCCCLXXXIX, Alberto Rege Sueciæ regno exuto, ejuſdem quoque ampliſſimi lateque & longe exporrecti regni Regina ac Princeps ſalutata eſt; non quod armorum vi illud ſubegerit, ſed excellentia virtutum ac claritudine benevolentiam procerum ac plebis paſſim ſibi conciliaverit. Continuatoris Helmoldi in MS. Hiſtoria hæc hac de Regina verba ſunt; *Margareta, Regina Daciæ*, ita enim tunc ſcribebant pro *Daniæ*, *quæ trium regnorum ſceptra gerebat, poſt obitum filii*

MCCCLXXXVII.

Daniæ, Sueciæ, & Norvegiæ regna unius Reginæ Margaretæ imperio ſubjiciuntur.

Anno Christi

ſui, Regis Olai, non habens in regno ſuo ſucceſſorem, de domo & ſtirpe Ducum Pomeraniæ, qui ejus cognati fuerant, unum in Regem Daciæ, Sueciæ & Norwegiæ, quem Ericum in coronatione nominavit, ſolemniter aſſumpſit; cum quo dictorum regnorum jura poſſidebat. Trium igitur horum ampliſſimorum potentiſſimorumque regnorum potita, eorum deinceps proſperitati, paci, & concordiæ nihil convenientius eſſe animum induxit, quam ſi poſthac unius principis nutu atque imperio adminiſtrarentur. Quod & ipſum quoque indictis Colmariæ Comitiis, obtinuit & imperravit; in quibus decretum, ut tria Daniæ, Norwegiæ, & Sueciæ regna, perpetuo nec ſolvendo pacis, ſocietatis ac fœderis vinculo conjuncta, (integris tamen nec confuſis uniuſcujuſque regni legibus ac receptis moribus) uni principi ſubeſſent ac parerent. Ejuſmodi felicitatem amplitudinemque imperii, nulli antea Danorum principum obtigiſſe conſtat. Hæc tamen regnorum unio vel conjunctio ſtabilis non manſit, variis animorum motibus, & hos ſequutis bellorum tempeſtatibus, turbata. Sic tamen tria ampliſſima & potentiſſima Septentrionis in Europa regna, imperante hac quaſi Amazone, nunc fuere conjuncta.

Tria in Europâ Septentrionis regna, Dania, Suecia, & Norwegia, unius Margareta imperio ſceptroque ſubjiciuntur.

Confecto autem hoc Colmariæ negotio, Regina Margareta, de ſucceſſore inprimis ſollicita, nihil æque agendum ſibi exiſtimavit, quam ut Ericus, ſororis Ingelburgis ex filia nepos, jam filius adoptatus, in trium horum regnorum adminiſtratione ſuccederet. Quod ipſum quoque omnium in Dania, Suecia, Norwegiaque procerum ac Senatorum conſenſu, impetravit. Sed hujus imperium non admodum diuturnum, nec proſperum aut quietum fuit. Tandem ergo & rebellionum quotidianarum, & frequentium Danos inter Suecoſque diſcordiarum, quibus tollendis impar erat, difficilis etiam arduæque trium regnorum adminiſtrationis tædio tactus, in Pomeraniam ſe recepit, ibidemque quidquid vitæ reliquum, remotus a publicis tantæque molis curis, in ſuavi quodam liberalique otio exegit.

Succedit ei Ericus, ſed tanto regendi oneri impar vitam pacemque privatâ regno præfert.

MCCCC. RUPERTUS, PALATINUS RHENI, IMP.

Ignavum, & imparem imperio Wenceſlaum RUPERTUS PALATINUS Princeps excepit, electo ab aliis Friderico Duce Brunſwicenſi, ſed a Moguntino, qui pro eo non pronuntiaverat, interfecto. Hic quoque hac de re magni illius Aventini verba audienda ſunt, quæ Annalium Bojorum Lib. VII. leguntur: *Anno orbis ab inferis liberat* 1400. *tres archimyſtæ Germaniæ, qui in*

Gallia

Gallia habitant, dignitatem Weneeſlao abrogant; Rupertum Præfectum prætorio Rheni, Bojorum legatum, pronepotem ex fratre Imp. Ludovici quarti Cæſaris Auguſti, rebus imponunt. Iſque Septembri in Bojariam Reginoburgium ſe contulit; ubi expeditionem Italicam meditatur, delectus agit, copias cogit. Poſteaquam paratum ſe ad eam rem videt, arma in Italiam movet; cum eo Stephanus Angiloſtadienſis, Erneſtus Auſtriacus, abavus Imperat. Caroli Maximi Auguſti, & Ferdinandi Auſtriæ reguli (qui eo die, quo hæc ſcripſi, Angiloſtadium, Auſtriam petiturus, venit) proficiſcuntur. Sed à Ioanne Galeacio Mediolanenſi, & à cæteris, qui nondum à Weneeſlao defecerant, profligati, domum cum ignominia redire coguntur. Decennii porro ejus imperium fuit. Neque ab eo quidquam geſtum eſt, dignum memoria Annalium. In Italiam profectus, ut Iohannem Galeacium, Ducem Mediolanenſem, totius Italiæ imperium ambitioſe affectantem, armis compeſceret, à Galeacio victus, a Papa & Florentinis, qui auxilia imploverant, deſertus, nihil profecit.

Anno Christi

Irrita Ruperti Imp. expeditio & irruptio in Italiam.

Eccleſia Romana, eo imperante, quaſi triceps, ut ita dixerim, fuit. Benedictum XIII. in Gallia, Gregorium XII. Romæ, cui defuncto ſurrogatus Alexander V. eſt, ſed qui 11. tantum menſes ſedit, itemque Romæ Iohannem XXIII. ſummos Præſules habuit. Quibus de motibus plura qui volent, eos conſulant, qui Romanorum Pontificum vitas reſque poſteris tradidere. Eadem quippe continuo diſſidia & mala ex ſupremâ illâ, ut volunt, ſacra ſede redeuntia, repetere, perſonis tantum ambientium, non autem fœdiſſimæ deteſtandæque omnibus ambitionis exemplis mutatis, legentium patientiâ abuti eſt. Et obvia omnibus eorum ſcripta ſunt, qui hæc Romanorum Præſulum certamina litteris prodidere. Certe nunquam alias turbata magis in Occidente vel Eccleſia vel Reſpublica fuit. Fuere quippe hac tempeſtate tres ſimul & Papæ & Cæſares. Hic quoque, ne quis de fide noſtra dubitet, ille fidei præclarus imprimis Aventinus audiendus eſt. Verba ejus ſunt Lib. VII. Annal. Bojorum. *Per idem tempus duo Pontificatui maximo incubabant. Cum crearentur, uterque ad omnia ſe deſcendere paratos, atque omnia pati Reipublicæ Chriſtianæ cauſa, promiſerant, jureque jurando caverant ut coirent, atque per colloquium controverſia hujuſcemodi componeretur. Verum avidiſſimi honoris tergiverſantur, populo Chriſtiano illudunt. Flamines igitur ab utroque deficiunt, Piſæ conventus agunt, utrique diras inferiaſque dicunt,*

MCCCC.

Romana Eccleſia quaſi triceps, per Pontificum & eos eligentiũ diſſidia.

Imperium quoque Occidentis nunc quaſi triceps, tribus illud ſibi vindicãtibus.

atque

Anno Chriſti MCCCC.

atque dignitatem abrogant, Alexandrum quintum ovili Romano imponunt. Is Ludovico Andium regulo, adverſus Ladiſlaum Vgrum, multorum periculo, regnum Neapolitanum tradit. Præterea Rupertus Cæſar, qui Gregorium duodecimum verum Paſtorem decernit eſſe rebus Chriſtiani gregis, Alexandrum veluti ſuppoſititium rejicit.

Ingens tumultus in Germania.

Rurſus tumultum in Germania maximum faſtus atque ambitio hujuſcemodi Paſtorum excitat. Rupertus & filii ejus Gregoriani erant; Mogontinus Archimyſtes, Albertus à Stauff Reginoburgenſis Pontifex, Alexandro ſtudebant, Ioannes Chattus partium Duodecimi, juſſu Cæſaris & filiorum ejus Ambergæ apud Noriſcos, & finitimis oppidis, ſacrificia publica, privata procurat; poſthabito Epiſcopo Reginoburgenſi, ſacerdotes ſufficit. Idem fit in Mogontina diœceſi. Iiſdemque diebus, cum latius flamma diſcordiæ pernicioſæ proſerperet, Alexander atque Rupertus Cæſar naturæ concedunt, anno ab orbe ſervato milleſimo quadringenteſimo decimo.

Iudocus Brandeburgenſis nonnullorũ ſuffragio ad imperii faſtigium evehitur.

Curiati principes Francofordiæ Cæſarea comitia habent. Mogontinus atque Agrippinenſis Archimyſtæ Iudocum Brandoburgenſis, atque Moravici limitis Præfectum, filium Ioannis: Treverorum vero Pontifex, & Ludovicus Præfectus prætorio Rheni filius Ruperti Cæſaris, Sigiſmundum regem Vgrorum, rebus imponunt, fuere itaque ea tempeſtate tres Cæſares, Wenceſlaus Rex Bojemiæ, frater ejus Sigiſmundus Rex Vngariæ, & horum patruelis Iudocus. Omnes pronepotes D. N. Imperatoris Hainrici ſeptimi Cæſaris Auguſti. Item tres de Pontificatu Maximo lethali ambitu diſceptabant.

Cæſares III.

Papæ III.

Ioannes Huſs & Hieronymus Pragẽſis corrupta & ambitioſe diffidẽti Eccleſia Romanæ ſe maſcule opponunt.

In tantoque rerum omnium tumultu, in Bojemia Ioannes Huſs (id eſt Anſer) Theologus, cum Hieronymo, aliiſque collegis, hinc occaſione licentiæ arrepta, fretus familiaritate & opibus Sophiæ reginæ ex Bojariæ regulis oriundæ, cui à ſacro piaculario erat, in avaritiam, faſtum, libidinem, communia mala ſacerdotum, quæ in proverbium vulgo venerant, & adhuc ſunt, graviter invidioſeque publice concionatur; vitia carpit, ſcelera arguit: nec a Pontificibus Maximis linguam protervam, petulantemque abſtinet; maledicta in eos congerit, Antichriſtos nuncupat. Eoſdemque Cæſari, ſicut cæteros Chriſtianos, ac Epiſcopos ſubjicit: rerum fluxarum, atque caducarum curam ſacerdotibus omnino adimit: omnem adminiſtrationem ad prophanos relegat: pleraque hujuſcemodi, favente regina equeſtrique ordine, licenter, ſive, ut ipſe putavit, libere diſſeruit

Iudocus, à nõnullis Cæſar ſalutatus, moritur.

Circa idem tempus Iudocus, dum Francofordiam petere parat, abſque liberis moritur; Brunnæ in templo Auguſtinianorum ſepelitur. Brandoburgium ad Sigiſmundum, Moravia ad Wenceſlaum redit. Et Francofordiæ rurſus Septemviri coëunt, Sigiſmundum denuo Cæſarem conſalutant, Romæ, Alexandro defuncto, Ioannes tertius

ac vicesimus ſufficitur. Arma in Ladiſlaum Campaniæ regem movet, copias ejus profligat. Ladiſlaus, recuperatis viribus, Romam infeſto exercitu contendit, urbe potitur primarius ſacerdos fuga ſibi conſulit, Florentiam commigrat. Cæterum ex confuſa fœde adeo; inordinatâque nunc temporis Eccleſia pariter ac Republica aliquis nobis rerum, quæ paulo fuſius & accuratius tradendæ ſunt, ordo ſeligendus eſt.

Anno Chriſti Ioannes XXIII. P. M.

Defuncto ergo Ruperto ſucceſſor datus eſt SIGISMUNDUS, REX UNGARIÆ, Caroli IV. ejus nominis Imperatoris filius.

M CCCC XI. SIGISMUNDUS, CAROLI IV. FILIUS IMP.

Inſignia ejus tempora ſunt & celebrato Conſtantienſi Concilio, & bello geſto contra Huſſitas. De utroque iccirco hic nobis dicendum eſt.

Conſtantienſe Concilium convocatum eſt anno Chriſti CIↃCCCCXIV, finitumque anno ejuſdem ſæculi decimo & octavo. Coactum id, & ut corrupti Cleri mores emendarentur, adverſus quos tamen vix quidquam decretum invenio, & ut horrenda Schiſmata Paparum, quæ continuo Eccleſiæ pacem nunc turbabant, alutari remedio ac conſilio poſthac prævenirentur, & ut Wiclefi, de quo jam ante diximus, & Ioannis Huſſi ac Hieronymi Pragenſis, pleraque Romanæ Eccleſiæ inſtituta ac dogmata mirâ conſtantiâ publice privatimque, ore ſcriptiſque, damnantium errores (ita errantes illi, & innocentiſſimorum hominum ſanguinem ſitientes, Patres Conſtantienſes loquuntur) damnarentur, &, ſi quidem id fieri poſſet, cum ipſis auctoribus tollerentur. Exigit a nobis hic rei magnitudo, ut de his paulo accuratius dicamus,

Conſtātienſe Concilium indicitur; & quâ de cauſſa indictum.

Manebat ergo adhuc gliſcebatque ſchiſma trium Pontificum Benedicti XIII. Gregorii XII. & Ioannis XXIII. & ex eorum ambitione, & ex eligentium diverſis ſtudiis factionibuſque exoitum. Cardinales in Piſana Synodo, duobus prioribus rejectis, Pontificatus ſummi honore Ioannem ornaverat. Cæterum eorum auctoritas cum a rejectis magna contumacia contemneretur, ſuadente & urgente Sigiſmundo Cæſare, a Concilio tandem petere remedium malo ac ſcandalis viſum eſt. Id ergo Conſtantiæ indictum eſt: ad quod cum Benedictus, Gregorius & Ioannes vocati eſſent, ſolus hic comparuit, & exuere ſe Pontificatu juſſus eſt. Gregorius per legatum omni jure ſe abdicavit.

Schiſma trium Romanorum Pontificum.

Anno Chriſti

Benedictus, ob contumaciam, ut hæreſiarcha, & pejurus, & pacis Eccleſiæ ac Reipublicæ turbator, publico Patrum decreto excommunicatus eſt. Tribus illis remotis Otho Columnius ſucceſſor datus, mutatoque, ut fit, nomine Martinus V. dictus eſt.

De reformandâ Eccleſiâ in Conſtātienſi Concilio agitur.

Porro ut Eccleſiæ paci poſthac conſuleretur, factum in eodem Conſtantienſi Concilio decretum eſt de reformanda, ut Conſtantienſes Patres loquuntur, Eccleſia, cujus Seſſione XL. hæc verba leguntur; *Sacroſancta generalis Synodus Conſtantienſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, ſtatuit & decernit, quod futurus Romanorum Pontifex, per Dei gratiam de proximo aſſumendus, cum hoc ſacro Concilio, vel deputandis per ſingulas nationes, debeat reformare Eccleſiam in capite, & curiam Romanam ſecundum æquitatem & bonum regimen Eccleſiæ, antequam hoc Concilium diſſolvatur, ſuper materiis articulorum alias per nationes in reformatorio oblatorum, qui ſequuntur. Primo de numero, qualitate & natione dominorum Cardinalium. Item, de reſervationibus ſedis Apoſtolicæ. Item, de annatis, communibus ſervitiis, & minutis. Item, de collationibus beneficiorum & gratiis expectativis. Item, de confirmationibus electionum. Item, de cauſis in Romana curia tractandis, vel non. Item, de appellationibus ad Romanam curiam. Item, de officiis Cancellariæ & Penitentiariæ. Item, de exemptionibus & incorporationibus tempore ſchiſmatis factis. Item, de Commendis. Item, de fructibus medii temporis. Item, de non alienandis bonis Romanæ Eccleſiæ. Item, propter quæ & quomodo Papa poſſit corrigi & deponi. Item, de extirpatione Symoniæ. Item, de diſpenſationibus. Item, de proviſione Papæ & Cardinalium. Item, de indulgentiis. Item, de decimis. Hoc adjecto, quod facta per nationes deputatione prædicta, liceat aliis de licentia Papæ libere ad propria remeare.*

MCCCC XI.

Vt & de forma ac modo eligendi Papam.

Conditum & quoddam quaſi tunc S. C. eſt, de forma & modo eligendi Papam. Eâdem Seſſione hæc eâ de re verba aut decreta leguntur: *Ad laudem, gloriam, & honorem omnipotentis Dei & ad pacem, & unionem univerſalis Eccleſiæ, ac totius populi Chriſtiani; Vt electio futuri Romani & ſummi Pontificis proxime celebranda firmiori auctoritate & plurium roboretur aſſenſu, & ne attento ſtatu Eccleſiæ ſuper dicta electione in poſterum ulla retractio ullusve ſcrupulus in mentibus hominum reſideat, ſed ex illa ſequatur unio certa, vera, pleniſſima & perfecta fidelium, Sacroſancta Synodus Conſtantienſis, communi utilitate penſata, de ſpeciali & expreſſo conſenſu & voluntate concordi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, in eâdem Synodo perſonaliter exiſtentium, & collegii*

eorun-

eorundem, ac omnium nationum præſentis Concilii, ordinat, ſtatuit, & decernit; quod hac vice duntaxat ad eligendum Romanum & ſummum Pontificem una cum Cardinalibus ſex Prælati, vel aliæ honorabiles perſonæ Eccleſiaſticæ, in ſacris Ordinibus conſtitutæ, de qualibet natione, in eadem Synodo pro tunc exiſtentes, quos ſeu quas quælibet ipſarum nationum pro ſe ad hoc infra decem dies duxerit eligendas, ipſis Cardinalibus adjungantur. Quibus omnibus eadem Synodus eligendi Romanum Pontificem, ſecundum formam hic expreſſam, quatenus opus eſt, tribuit poteſtatem, videlicet quod ille abſque ulla exceptione ab univerſali Eccleſia Romana Pontifex habeatur, qui à duabus partibus Cardinalium, in conclavi exiſtentium, & à cujuſlibet nationis duabus partibus eiſdem Cardinalibus adjungendorum, & tunc adjunctorum, electus fuerit & receptus; quodque non valeat electio, nec electus pro ſummo Pontifice habeatur, niſi duæ partes cum Cardinalibus ad eligendum adjungendorum, & tunc adjunctorum, conſentiant & conſenſerint in Romanum Pontificem eligendum. Statuit inſuper, ordinat, & decernit, quod vota quorumcunque in electione hujuſmodi emittenda ſint nulla, niſi, ut præmittitur, duæ partes Cardinalium, & duæ partes cujuſlibet nationis adjungendorum, & tunc adjunctorum prædictorum, præſentialiter, ſeu per acceſſionem, in unum concurrant. Hoc etiam adjecto, quod Prælati & alii cum Cardinalibus ipſis ad electionem hujuſmodi adjungendi, & tunc adjuncti, omnes & ſingulas conſtitutiones Apoſtolicas, etiam pœnales, circa electionem Romani Pontificis editas, atque conſuetudines obſervari conſuetas, quemadmedum ipſi Cardinales obſervare teneantur, & ad illorum obſervantiam aſtringantur. Teneantur inſuper jurare, & jurent dicti electores, & Cardinales, & alii, antequam ad electionem procedant, quod in hujuſmodi electionis negotio attendant, quid eis imminebit cum de creatione agitur Vicarii Jeſu Chriſti, ſucceſſoris beati Petri, univerſalis rectoris Eccleſiæ, gregis Dominici Directoris, puris & ſinceris mentibus; & quantum credant publicæ utilitati univerſalis Eccleſiæ proficere, omni cujuſcunque nationis perſonę vel alio inordinato affectu, odio, gratia, vel favore, abjectis procedent: ut eorum miniſterio de utili & idoneo univerſali Eccleſię Paſtore provideatur. Ordinat inſuper, ſtatuit, & decernit eadem ſancta Synodus, quod infra decem dies, ex nunc continue numerandos, quos decem dies omnibus & ſingulis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus præſentibus, & abſentibus, ac cæteris electoribus ſupradictis, attenta Romanæ Eccleſiæ notoria vacatione, ad intrandum conclave in hac civitate Conſtantienſi, in majori domo communitatis ejuſdem civitatis, ad hoc

Anno Chriſti

Ordo modusq; eligendi Papam in Conſtātienſi Concilio præſcriptus.

M CCCC X I.

Anno Christi

hoc jam ordinata, præfigit & aſſignat, præfati electores Cardinales & alii ſupradicti intrent ipſum conclave ad electionem hujuſmodi celebrandam, cæteraque faciendum, obſervandum & proſequendum, quemadmodum in cæteris, præter præmiſſa de Cardinalibus & aliis, in electione Romani Pontificis jura ſtatuunt, & decernunt; quæ omnia, præmiſſis obſervatis, vult eadem ſancta Synodus in ſuo robore permanere. Hanc autem formam & hunc modum electionis approbat, ordinat, ſtatuit ac decernit pro hac vice. Et ad omnem ſcrupulum ſubmovendum eadem ſancta Synodus omnes & ſingulos in eadem Synodo præſentes, & venturos, qui eidem Synodo adhærebunt, ad omnes actus legitimos in eadem Synodo agendos, active & paſſive, quatenus opus eſt, habilitat & habiles eſſe declarat, cæteris ejuſdem Concilii decretis ſemper ſalvis. ſupplens omnes defectus, ſi qui forſitan intervenerint in præmiſſis Apoſtolicis etiam & generalibus Conciliis editis, & aliis Conſtitutionibus non obſtantibus quibuſcunque. Quibus decretis ſic lectis, Dominus Hoſtienſis, hujuſmodi Seſſionis Præſidens, ipſius Synodi nomine reſpondit; Placet.

Ordo modusq; eligendi Papam in Conſtātienſi Concilio præſcriptus.

M CCCC X I. *Anno à nativitate Domini* CIↃCCCCXVII. *Indictione decima, die vero Lunæ, octava menſis Novembris, fuit tenta Seſſio generalis in majori Eccleſia Conſtantienſi; pro cujus Seſſionis introductione reverendiſſimus Pater Dominus Guilielmus, tituli Sancti Marci, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyter Cardinalis, miſſam de Spiritu Sancto, ſereniſſimo Principe Domino Sigiſmundo Romanorum rege cum inſigniis regalibus interveniente, devotè celebravit. Et miſſa finita Dominus Iacobus Epiſcopus Laudenſis ſolennem fecit ſermonem ad Synodum, aſſumens pro themate; Eligite meliorem. Reverendiſſimus vero Pater Dominus Ioannes Epiſcopus Hoſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, huic Seſſioni præſedit. Letaniis igitur lectis aliiſque in Seſſionibus legi ſolitis, cum Euangelio ſecundum Iohannem; Si diligitis me, mandata mea ſervate; dominus Petrus de Lomburga, Licentiatus in Decretis, ſtans in ambone ſolito, quandam Conſtitutionem felicis recordationis Clementis Papæ Sexti, & alia quæ ſequuntur legit hujuſmodi ſub tenore.*

Cōſtitutio Clementis Papæ Sexti, de modo Papam eligendi à Cardinalibus, repetita in Concilio Conſtantienſi ac recitata.

CONSTITUTIO CLEMENTIS PAPÆ SEXTI SUPER MODO ET FORMA TENENDIS SUPER VICTUALIBUS CARDINALIUM IN CONCLAVI EXISTENTIUM.

„ Clemens Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, ad perpetuam

„rei

Anno Christi

,,rei memoriam. Licet Conſtitutione a fe. me. Gregorio Papa
,,decimo, prædeceſſore noſtro, ſuper electione Romani Ponti-
,,ficis edita in Concilio Lugdunenſi, inter cætera caveatur ex-
,,preſſe; quod ſi eundem Pontificem in civitate, in qua cum
,,ſua curia reſidebit, diem claudere contingat extremum, Car-
,,dinales in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat, omnes
,,conveniant: & in eo ſinguli ſingulis tantummodo, niſi illi
,,quibus ex patenti neceſſitate duo permittuntur haberi, con-
,,tenti ſervientibus, clericis vel laicis, prout elegerint; unum
,,conclave, nullo intermedio pariete vel alio velamine, inha-
,,bitent in communi; & quod diebus certis non facta provi-
,,ſione de Paſtore decurſis, panis, vinum, & aqua tantum eiſ-
,,dem Cardinalibus, donec ſubſequatur proviſio, miniſtretur:
,,quia tamen, ſicut frequenti multorum aſſertione, & in Cardi-
,,nalatu conſtitutorum, percepimus, nonnulli ex Cardinalibus in
,,obſervatione conſtitutionis ipſius gravati alias nimium exti-
,,terunt, multique ex ipſis duos in conclavi prædicto habue-
,,rint ſervientes, non abſque ſcrupulo conſcientiæ propter am-
,,biguitatem dictorum verborum, videlicet, quibus ex patenti
,,neceſſitate duo permittuntur haberi, in dicta Conſtitutione,
,,ut præmittitur, contentorum; nos providere ſuper his cupien-
,,tes, ex his & certis aliis cauſis rationabilibus, quæ noſtrum
,,ad id animum induxerunt, rigorem Conſtitutionis ipſius, &
,,etiam ad fratrum noſtrorum ſupplicationem, in his providi-
,,mus temperandum, auctoritate Apoſtolica ſtatuentes; quod
,,Cardinales, poſtquam Conclave hujuſmodi ſeu clauſuram pro
,,dicti celebranda electione intraverint, ſinguli duos ſervien-
,,tes tantum, clericos vel laicos, prout duxerint eligendos, ac
,,etiam ſinguli præter panem, vinum, & aquam, in prandio
,,vinum, & in cœna duntaxat unum ferculum carnium, unius
,,ſpeciei tantummodo, aut piſcium, ſeu ovorum, cum uno po-
,,tagio, de piſcibus vel carnibus principaliter non confecto, &
,,decentibus ſalſamentis, habere valeant, ultra carnes ſalitas,
,,& herbas crudas, ac caſeum, fructus ſive electuaria; ex qui-
,,bus tamen nullum ſpecialiter ferculum conficiatur, niſi ad con-
,,dimentum fieret vel ſaporem; nullus vero eorum de alterius
,,ferculo veſci poſſit. Liceat etiam eis, ex decentia honeſtatis,
,,habere in clauſura hujuſmodi, cum in lectis cauſa quieſcendi vel

Conſtitutio Clementis Papæ Sexti de modo Papam eligendi à Cardinalibus, repetita in Concilio Conſtātienſi ac recitata.

M CCCC X I.

Anno Chriſti MCCCCXI.

„dormiendi eſſe voluerint, duntaxat intermedia ſeu velamina „ſimplicium tantummodo cortinarum, prædicta & felicis recor- „dationis Clementis Papæ Quinti, prædeceſſoris noſtri, & aliis „conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis, quibus per hoc in aliis „derogare nolumus, non obſtantibus quibuſcunque. Nulli „ergo omnino liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis & vo- „luntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis „autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omni- „potentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, „ſe noverit incurſurum. Datum Avione. VIII. Idus Decem- „bris, Pontificatus noſtri anno decimo.

CAPITULA JURANDA PER ELECTORES ROMANI PONTIFICIS ET CUSTODES CONCLAVIS.

Capitula juranda per Electores Romani Pontificis & cuſtodes conclavis.

Iſta ſunt quæ Cardinales & alii Electores Romani Pontificis in Concilio generali Conſtantienſi obſervare, & cuſtodes jurare & facere obſervari tenentur, & ad quæ non ultra compelli poſſunt per cuſtodes conclavis.

Primo, quod infra decem dies à die jam lati per Concilium decreti intrent conclave: videlicet hodie die Lunæ, octava menſis Novembris, infra occaſum ſolis.

Secundo, quod quilibet non habeat ultra duos ſervientes clericos vel laicos, quos duxerit eligendos. Et ſimiliter permittantur duos habere per conſtitutionem Clementis VI. licet in Conſtitutione, Ubi majus, *non liceret habere duos niſi ex patenti neceſſitate.*

Tertio, quod in conclavi ſimul inhabitent, nullo medio pariete vel alio velamine, niſi quando dormient vel quieſcent, & tunc licet habere intermedia ſeu velamina dumtaxat ſimplicium cortinarum: quæ cortinæ conceduntur per dictam conſtitutionem Clementis VI.

Quarto, ita claudatur conclave, reſervato aditu ad ſecretam cameram, quod nullus, poſtquam incluſi fuerint, intrare valeat vel exire, nullus ad eoſdem electores aditus pateat vel facultas ſecrete loquendi aliquid cum eis: nec ipſi aliquos ad ſe venientes admittant, niſi de conſenſu omnium aliqui pro his, quæ ad electionem pertinent, vocarentur.

Quinto, quod nulli liceat ad ipſos electores nuncium vel ſcripturam mittere.

Sexto, quod in ipſo conclavi competens ſit feneſtra, per quam electoribus & ſervitoribus vitæ neceſſaria miniſtrentur; per quam tamen nulli patere poſſit acceſſus.

Septi-

*Septimo, quod in ſingulis diebus, poſtquam conclave intraverint, præter panem, vinum & aquam, in prandio unum dumtaxat * carnium, unius ſpeciei tantum, aut piſcium, ſeu ovorum, cum uno potagio de piſcibus ſeu carnibus principaliter non confecto, & decentibus ſalſamentis habere valeant ultra carnes ſalitas, & herbas crudas ac caſeum, fructus, ſeu electuaria, ex quibus nullum ſpecialiter ferculum conficiatur, niſi ad condimentum fieret vel ad ſaporem. Et in iſtis cibis reſtringitur per Clemen. VI. Conſtitutio,* Ubi majus, *pro tribus primis diebus, quibus nulla ciborum erat limitatio, & pro ſequentibus moderatur.*

Anno Chriſti

* Deeſt vox; *ferculum.*

Octavo, quod eſt de mente Conſtitutionis, Ubi majus, *per Clementinam,* Ne Roman. *quod nullus intrare compellitur conclave, niſi omnes recuſarent: quia tunc cogendi ſunt.*

Capitula juranda per Electores Romani Pontificis & cuſtodes conclavis.

Nono, quod volentibus exire permittitur: ſed, ſi omnes exirent Papa non electo, reintrare compellantur, niſi quos excuſat infirmitas: ſed qui ſine cauſa infirmitatis exiverit amplius non admittitur, niſi omnes, ut præmittitur, exirent.

Decimo, quod exiens pro cauſa infirmitatis, ac etiam abſentes, ſi ſupervenerint re integra, videlicet antequam de Papa ſit proviſum, admittantur in conclavi in ſtatu in quo erit electionis.

Cuſtodes conclavis jurent, quod præmiſſa omnia ſine fraude & dolo inviolabiliter faciant obſervari: neque Cardinales & alios electores ultra præmiſſa coartabunt, nec permittent per alios coartari. M CCCC XI.

Hæc adverſus Paparum aut Antipaparum, ut eos nonnulli vocant, & ad Papatus faſtigium per ſcelus omne ac nefas contendentium ambitum in Conſtantienſi Concilio decreta ſunt.

In eodem Concilio dogmata, quæ Bohemis & accolis populis Ioannes Huſſius, & Hieronymus Pragenſis, ingentis viri ac cæleſtiſſimi animi, tradiderant, tanquam hæretica, & blaſphema, & Papæ Eccleſiæque Romanæ auctoritatem omnem evertentia, ita damnata ſunt, ut mox & doctores ipſi, nec ſane aliud ob crimen, quam quod obtorto velut collo retrahere a fuga Euangelicam veritatem, incorruptamque eam offerre ſuis ac ſiſtere, incredibili conſtantia, ſpretis omnium atrociſſimorum ſuppliciorum terroribus, pro virili niterentur, veri haud dubie & Chriſtiani & invicti athletæ, ad rogi ſupplicium damnarentur.

Huſſii & Hieronymi Pragenſis dogmata in Concilio Conſtantienſi damnantur.

In Bohemorum Martyrologiis hæc de utroque ſanctiſſimo innocentiſſimoque heroë annotata inveniq, quæ magna, qualia

haud

Anno Christi

haud dubie iſta ſunt, exempla conquirentibus æſtimantibuſq; non ingrata futura confido. Anno MCCCXCII. fundatum fuit a „Cive quodam Pragenſi, Mulhaymio, Academiæ dedicandum „Sacelli nomine juſtæ capacitatis Templum Bethlem dictum: „in quod primus prædicator introductus fuit M. Stephanus de „Colonia: huic autem anno MCCCC. demortuo, ſucceſſor datus „M. Iohannes Hus Academiæ Profeſſor, vir inculpatæ vitæ, ze„loque inſignis.

Acta & finis Ioannis Huſſi & Hieronymi Pragenſis, nobiliſſimorum Martyrum, ex Martyrologio Bohemorum.

„Hic, cum jampridem omnes Ordines diſſolutos eſſe, nemi„nemque officium facere, Regem, Epiſcopum, civem, cle„rum, nobilem, tantum avaritiam, ſuperbiam, ebrietatem, „luxum, & peſſima quæque ſectari animadverteret; tanquam „divinitus data ſibi occaſione publica illa peccata publice oppu„gnare aggreſſus eſt. Et quamdiu quidem in ſæculares tela vibra„bat, tam diu a Theologis magni habitus fuit, tanquam cujus „ore Spiritus Sanctus loqueretur: ut vero in eos ipſos quoque „detonare cœpit, mox animis mutatis, furere eum, & a Diabolo „agitari, clamabant.

MCCCCXI. „Primas de eo querelas ſcribunt a magnatum quibuſdam ad „Regem (Wenceſlaum illum, quem Papa, bullas ſuas per Bo„hemiam exſequi nolentem, & hæreticos ultra voluntatem ſuam „tolerantem, Germaniæ Principibus ut ignavum & Imperio in„utilem, exoſum, hiſtoriis autem tantum non infamem, reddi„dit) delatas fuiſſe, poſtulatumque illi turbulentis ejuſmodi con„cionibus interdici. Sed Archiepiſcopus Alobramus id fieri poſſe negavit, *quoniam Huſſus ad vera loquendum, ſine perſonarum reſpectu, ſeſe in ordinatione ſua juramento obſtrinxiſſet.*

„Cum autem anno ſequente idem Huſſus Spiritualium avari„tiam, luxum, ſacrilegiaque multo acrius fuiſſet adortus, & Ar„chiepiſcopus a Rege idem quod antea magnates, peteret, reſpondit Rex: *Fieri id non poſſe. Huſſum enim ad vera loquendum ſine perſonarum reſpectu juramento obſtrictum eſſe.* Ita nimirum Deo „ipſo molitiones adverſus virum ſanctum, tanquam futurum „organon ſuum, jam tum diſſipante.

„Redierat eodem anno MCCCC ex Anglia Hieronymus „Pragenſis, Wicleſi ſcripta ſecum ferens, quæ in complurium „venerunt manus, variiſque excepta ſunt judiciis; aliis quidem „ea approbantibus (inter quos vel præcipuus fuit Huſſus) aliis

„im-

„improbantibus damnantibuſque, præſertim Academicis; quos „ex variis gentibus confluxiſſe tunc, conſtat.

Anno Chriſti

„Anno MCCCCIV. duo Angli, Theologiæ Baccalaurei, Iacobus quidam, & Conradus Candelburgius, Pragam venerunt, alboque Academiæ inſcripti, publice controverſias de Papæ primatu, ſimilibuſque, movere cœperunt, paulo poſt „tamen publico interdicto id facere prohibiti. Illi igitur, ut „quod hominibus non licebat, liceret parietibus, in cænaculo „habitationis ſuæ, hoſpite conſentiente, depingi curant, altera „quidem parte paſſionis Chriſti hiſtoriam, ex oppoſito autem „pompam aulæ Papalis Cardinaliumque. Cujus picturæ cum „Iohannes Hus in Concionibus faceret mentionem, tanquam „veræ Chriſti & Antichriſti Antitheſeos, confluebat eo ſubinde „populus, ſpectandi cauſa.

Acta & finis Ioannis Huſſi & Hieronymi Pragenſis, nobiliſſimorum Martyrum, ex Martyrologio Bohemorum.

„Anno MCCCCVIII. XXIV Maji, *à* XL *Magiſtris, infinitoque Baccalaureorum numero, Wicleſi articuli denuo examinati & condemnati ſunt;* interdictumque ſub bannizationis pœna, ne quiſquam eos docere præſumeret. Iohannes Hus, cum Academicos Germanos tanto conatu Papæ partes propugnare videret, „ad retundendam iſtorum inſolentiam aliquid tentandum ratus, „peroravit in magna utriuſque gentis frequentia (in Carolino „Collegio) *Bohemis, ut indigenis, deberi votorum pluralitatem, non* „*Germanis, ut extraneis.* Etſi enim Carolus ab inſtitutione Gymnaſii exteris tres voces in ferendis ſuffragiis, Bohemis quartam „conceſſiſſet: id tamen ob paucitatem tunc Bohemorum, qui „literis operam darent, factum eſſe: poſtremo autem diplomate „ſatis eum mentem explicaſſe ſuam, nempe *ut mos Pariſienſis* „*Academiæ ſervaretur.* Jam autem conſtare ſatis, in Gallia extraneos ſuffragio ſimplici, domeſticos triplici perfungi.

MCCCCXI.

„Irati ob hoc Germani ad Regem Wenceſlaum provocant, „faciuntque idem Bohemi. Sed Rex cauſæ deciſione ultra annum protracta, tandem *pro Bohemis enuntiat*, Anno MCCCCIX. „XXVII Sept. Quâ ignominiâ (ut interpretabantur) affecti „Germani, Pragam deſerunt, & in vicinam Miſniam delati, „Lipſienſi Erphordienſique Scholis fundandis dant occaſionem: „Bohemis interim per vota M. Ioh. Huſſum Rectorem creantibus.

„Monachi hoc modo a Rege & Academia deſerti, Archie-

Anno Christi

„piſcopum, Sbinconem de Haſenburk, ineruditum homi-
„nem, inſtigant, obtinentque, ut, Anno MCCCCX. XVI Julii,
„Iohannis Wiclefi libri denuo condemnati, ignique addicti fue-
„rint. Exuſta igitur ſunt, Ænea Sylvio teſte, ſupra ducenta vo-
„lumina, pulcherrime conſcripta, bullis aureis tegumentiſque
„pretioſis ornata. Exſtant Bohemici rythmi tunc a quodam è
MCCCC. XI. „plebe compoſiti, quibus Alphabetarius ille (nam literas de-
„mum Archiepiſcopus factus diſcebat) librorum cenſor falsè
„perſtringitur. Huſſus vero eo tempore & tractatum ſcripſit,
„*De libris Hæreticorum legendis;* & actum inſtituit ſingularem *pro*
„*defenſione Ioh. Wicleſi de Trinitate Sancta*, quem & ipſum com-
„buſſerant.

Acta & finis Ioannis Huſſi & Hieronymi Pragenſis, nobiliſſimorum Martyrum, ex Martyrologio Bohemorum.

„Anno MCCCCXI. cum Papa Iohannes XXIII. contra
„Neapolitanum Regem claſſicum canens, indulgentias iis, qui
„pro Eccleſia arma induerent, diſtribueret, quidamque ejuſmodi
„nugivendulus Pragam appuliſſet, publiceque de cathedris Cru-
„ciata illa promulgaretur, factum eſt, ut tribus in templis re-
„perti ſint qui palam obloquerentur; aſſeverantes *Papam Roma-*
num Antichriſtum eſſe oportere, qui adverſus Chriſtianos crucem decer-
nat, & in mutua bella concitet. Comprehenſi tres illi, Martinus
„Krzidelko, Iohannes Hudec, & Staniſlaus Polak ſutor, in
„carcerem ducuntur: pro quibus utut Academia populuſque in-
„tercederet, producti tamen in forum & præcipitato proceſſu
„gladio percuſſi ſunt. Quod ut percrebuit, accurrentes Acade-
„mici corpora ſuſtulerunt, ſolennique proceſſione cantantes:
Iſti ſunt ſancti qui pro Teſtamento Dei corpora tradiderunt: ad Tem-
„plum Bethlehemiticum tranſtulerunt, ſepeliveruntque.

„Poſtridie Huſſus adverſus ſuperſtitioſas illas Indulgentias
„Theſes ad diſputandum propoſuit, publiceque cum M. Hiero-
„nymo (qui tam ſtrenue in Schola, quam Huſſus in Eccleſia,
„errores impugnabat) illarum vanitatem oſtendit. Cum vero
„iſte nihilominus impudenter pergeret, Studioſorum cohors im-
„petu facto bullas ei eripiunt, quendamque è medio ſui mere-
„tricio habitu indutum carro imponunt, bullis pectora exor-
„nant, circumvehunt, acclamant: Meretrice interim blandiſſi-
„mis verbis & geſtibus circumfuſam turbam ſibi alliciente, be-
„nedictioneſque diſtribuente. Tandem in medio foro bullas o-
„mnes, cum multis Papalibus & Prælatorum literis, comburunt.

„Inte-

,, Interim Papa Huſſum Romam vocat: qui cum (ſuadente Academia Proceribuſque) non compareret, Papa Iohannes ,,XXIII. Anno MCCCCXII. in Junio, *interdictum mittit de non celebranda Pragæ miſſa ob præſentiam contumacis prævaricatoris* ,,*Huſſi*. Ibi Magiſtratus furere, vulgus in contraria ſtudia ſcindi, ,,omnia æſtuare turbarique, ut Huſſus videt, Praga ultro excedit, ,,oppidatimque verbum Dei docet, uſque ad tempus quo Con- ,,ſtantiam reddendæ de doctrina ſua rationis cauſa evocatur, ,,Cæſareis de ſalvo conductu literis munitus. Ubi qualiter a Ro- ,,manæ Synagogæ Conciliabulo exceptus tractatuſque fuerit, jam ,,dictum eſt: nempe quod Anno MCCCCXV. VI Julii Huſſus, ,,Hieronymus vero MCCCCXVI. Maji XXX. combuſti ſint. Errores (ita enim veritatis ſimplicitatiſque & innocentiæ Chriſtianæ hoſtes tunc loquebantur) iis iidem fere, qui Wiclefo, aut ſimiles, tributi ſunt. Quos in præcedentibus traditos, repetere hic non eſt neceſſe.

Anno Christi

Acta & finis Ioannis Huſſii & Hieronymi Pragenſis, nobiliſſimorum Martyrum, ex Martyrologio Bohemorum.

Neque minus admiranda horum in excipiendo atrociſſimo ignis ſupplicio, quam tradendis veris Chriſtianæ religionis pietatiſque præceptis, pene incredibilis conſtantia & animi magnitudo fuit. Qua de re fuſe agunt Martyrologia; quæ cum in omnium manibus ſint, prolixiore narratione ſingula hic referre non eſt neceſſe. Extat & Poggii Florentini, oculati auritique teſtis, de Hieronymi Pragenſis extremis ad Leonardum Aretinum Epiſtola; ex qua, cum maximi in his faciendum ſit laudantis hoſtis teſtimonium, hæc modo hic nunc promam, quæ ſub finem leguntur; *Hieronymus*, inquit, *Pragenſis per Concilium hæreſis damnatus eſt, & igni combuſtus. Iucunda fronte, & alacri vultu ad exitum ſuum acceſsit: non ignem expavit, non tormenti genus, non mortis. Nullus unquam Stoicorum fuit tam conſtanti animo, tam forti mortem perpeſſus, quam iſte appetiſſe videtur. Cum veniſſet ad locum mortis, ſeipſum exuit veſtimentis. Tum procumbens, flexis genibus veneratus eſt palum, ad quem ligatus fuit. Primum funibus madentibus, tum catenâ, nudus ad palum conſtrictus fuit: ligna deinde circumpoſita, pectus tenus, non minuſcula, ſed groſſa, paleis interjectis. Flammâ adhibitâ canere cœpit hymnum quendam, quem fumus & ignis vix interrupit. Hoc maximum conſtantis animi ſignum: cum lictor ignem poſt tergum (ne id videret) injicere vellet:* Huc, *inquit*, accede, & in conſpectu accende ignem. Si enim illum timuiſſem, nunquam ad hunc locum

MCCCC XI.

In excipiendo ignis ſupplicio admiranda Huſſi & Pragenſis conſtantia.

Anno Chriſti

(quem fugiendi facultas erat) acceſſiſſem. *Hoc modo vir (præter fidem) egregius conſumptus eſt. Vidi hunc exitum, ſingulos actus perſpexi. Sive perfidiâ, ſive pertinaciâ hoc egerit, certè ex Philoſophiæ ſcholâ interitum viri deſcripſiſſes.* Hæc & alia, quæ de Hieronymo Poggii illa Epiſtola prodit, ſi vera ſint, ſicut nulla eſt ratio, quare vera eſſe negemus, oportet profectò fuiſſe eos inſigniter impudentes, qui Acta Concilii Conſtantienſis ediderε. In his enim legitur, Hieronymum, metu ſupplicii, retractaſſe, ut loquuntur illi, quæcumque hactenus adverſus corrupta dogmata & diſciplinam Eccleſiæ Romanæ docuerat.

Editorũ Concilii Conſtãtienſis Actorũ impudentia notatur.

Hæc fere omnia quæ de geſtis in Conſtantienſi Concilio rebus, aut ad eas pertinentibus, ex iis certe, velut fonte, profluentibus Huſſiticis bellis, hactenus commemoravimus, paucis complexus eſt Annalium Bojorum diligentiſſimus ſcriptor Aventinus; cujus verba, cum & nonnulla aliis mihique etiam hactenus indicta prodant, hic exhibenda ſunt. Ita autem ille; Sigiſmundus Cæſar omiſſo tumultu bellico ad pacis ſtudium animum adplicat. Ioannem Pontificem Maximum adpellat; ut multorum capitum

MCCCCXI. bellua è templo Dei tollatur, Conſtantiam Rhetiarum quondam, nunc vero Sueviæ urbem, totius orbis Chriſtiani optimateis literis evocat. Ibidem igitur Kalendis Novembribus anno Chriſtianæ libertatis MCCCCXIV. Eccleſiæ Latinæ frequentiſſimus Senatus undique coit; populus Chriſtianus in quinque curias diviſus eſt, Italicam, Hiſpanicam, Germanicam, Gallicanam, Anglicam. Ex quaque tribu ſex ſuffragiis delecti, penes quos foret arbitrium decernendi atq; cognoſcendi curialium conſilia cauſaſque, & ad collegas referendi poteſtas. Ioannes tertius atq; viceſimus excommunicatus eſt. Gregorius XII. ultro ſe abdicavit. Benedictus XIII. mordicus dignitatem, quoad vixit (antiquis victu & veſtitu parco ac parabili contentis onus ſine emolumento erat, ideo detrectabant) retinuit. Idcirco a Patribus conſcriptis, per omnium ſacerdotum religiones devotus, execratus eſt. Ioannes quoque quanto de faſtigio decidiſſet conſiderans, ope Frederici Auſtriaci Atheſini fugam init, Schafhuſium, deinde Friburgum, Briſacumque Priſcorum urbes petit. Sigiſmundus Fridericum caſtellis, quæ in Rhetia, Suevia, Gallia poſſidebat, mulctat. Suitones Cæſaris juſſu finitimas regiones occupant, & adhuc poſſident. Friderico itaque ad obſequium vi redacto, Ioannes ex fuga re-

Actorum accuratum ex Aventino breviarium.

tractus, Conſtantiam deducitur, tribu ſacerdotum ex Concilii decreto movetur; inde in vincula conjicitur, Cæſari deditur. Ab eo Ludovico, Præfecto prætorio Rheni, Regulo Bojorum, traditur, captivus Haidelbergam deducitur. Inde ab Ottone fratre Ludovici, itidem Bojorum Præſide, Manhaimium transfertur, arcta cuſtodia ſervatur. Poſt hæc millibus drachmarum auri quadraginta Martino quinto, ſucceſſori ſuo, venundatur, Florentiamque deductus, è medio ſublatus nuſquam comparuit, nono Kalendas Januarias. Hocque Epigrammate dodecaſticho ſe de fortuna, ut perhibent, vindicavit: *Anno Christi* *M cccc x i.*

Qui modo ſummus eram, gaudens de nomine, Præſul,
Triſtis & abjectus nunc mea fata gemo.
Excelſus ſolio nuper verſabar in alto,
Cunctaque gens pedibus oſcula prona dabat,
Nunc ego pœnarum fundo devolvor in imo,
Et vultum informem quemque videre piget.
Omnibus è terris aurum mihi ſponte ferebant,
Sed nec Gaza juvat, nec quis amicus adeſt.
Sic variat fortuna vices, adverſa ſecundis
Subdit, & ambiguo numine ludit atrox.
Cedat in exemplum cunctis, quos gloria tollit;
Vertice de ſummo mox ego Papa ruo.

Papa Ioannes Martino V. Papæ, ſucceſſori ſuo, venditur, venditusque è medio tollitur. Ejuſdem de adverſâ ſibi ac novercante fortuna querela.

Iiſdem diebus Ioannes Huſſius, & Hieronymus crimine irreligioſitatis condemnati more majorum comburuntur. Bojemi duce Jano de Troſenaw (quem Ziſcum, id eſt cæcum, quod luſcus foret, nuncupant) templa, cœnobia, collegia, amplius quingenta atque quinquaginta, ſubſcribente Conrado Archiepiſcopo Pragenſi, invadunt, diripiunt, incendunt: Monachos, Sacerdotes, Muſtas, item Flaminicas, & Sacerdotiſſas contrucidant, in ignemque conjiciunt. In Bojaria Reginoburgi quoque Ulricus de Vahendres, & Hainricus Ratgeb, Sacerdotes urbis, quod Huſſios veritatis aſſertores fuiſſe, vitia duntaxat faſtuoſorum flaminum, Pontificumque increpaſſe, injuriaque adfectos eſſe, publice concionarentur, provocantes ad tribunal Chriſti, igne concremati ſunt.

Bellum ergo a Sigiſmundo adverſus Huſſitas geſtum, unde & vulgo Huſſiticum dicitur, quod attinet, cauſſa ejus non alia fuit, quam ſupplicium de Ioanne Huſſo & Pragenſi ſumptum,

Bellum Huſſiticum dictum, à Sigiſmundo geſtum.

Anno Christi

cujus jam meminimus, ſpretis rejectiſque omnibus Bohemorum precibus ac legationibus, ut ſanctiſſimis innocentiſſimiſque viris parceretur; ut & Bohemia omnis, velut fœdiſſimæ hæreſios mater ac alumna, ad ferrum, & ignem & excidium damnata: Non exſaturati hoſtes, inquit Anonymus ſcriptor Perſecutionum Ec-,,cleſiæ Bohemicæ, duorum ſanguine adverſarii, mox de tota de-,,lenda gente, ſanguinolenta agitarunt conſilia. Cum enim pri-,,marii Bohemiæ Proceres, numero LVIII, totius communita-,,tis nomine, literas ſuis ſubſcriptas manibus & firmatas ſigillis; ,,ad Concilium dediſſent, querentes & expoſtulantes, *Paſtorem ſuum, virum innocentem, pium, ſanctum fidelemque veritatis doctorem, injuſte condemnatum eſſe:* (dabantur MCCCCXVI. II Se-,,ptemb. Pragæ) Synodus illis non reſpondit: ſicut nec Moraviæ ,,Proceribus, peculiaribus literis ſimilia queſtis. Sed ad alios, ,,quos Romanis ſuperſtitionibus adhuc dementatos, inque præ-,,eminentia conſtitutos ſciebant (nominatim, Iohannem de ,,Michelſberga, Alſæum Skopek de Dubba, Albertum de Kol-,,ditz, &c.) ſcripſerunt Concilii Patres: orantes & obteſtantes,

MCCCCXI. ,,haberent ſibi Romanam Catholicam Eccleſiam commendatam; ,,Conciliique legato, Iohanni Litomyſleno Epiſcopo, in oppri-,,mendis hæreſi hæreticiſque, adjutores eſſent. Datæ erant Con-,,ſtantiæ anno MCCCCXVII. XXII Martii.

,, Ita Bohemis a Concilio in diſſidia mutua armatis, conten-,,tiones, rixæ, odiaque exacuebantur indies magis magiſque.

Sacrificulorum inſigne odium in Huſſitas.

,,Promulgabant ſacrificuli è cathedris in Huſſitas excommunica-,,tionem, eoſdemque diris devovebant: utque omni ratione ,,exoſos redderent, mendacibus quibuſdam ſignis uſi ſunt. Inter ,,alia, oblinebant cereorum elychnia luto, cumque flamma eouſ-,,que ceram depaſcens luti humiditate exſtingueretur, clamita-,,bant in mediis illis exſecrationibus; Miraculis, ecce, oſtendere ,,Deum teterrimos illos hæreticos qui luce fruantur indignos ,,eſſe. Pellebant itaque eoſdem communitatibus, & perſeque-,,bantur omnimodo: etiam templa per vim eripientes, ubicun-,,que poterant. Quæ res anno MCCCCXIX. XXX Julii, Pragæ ,,tantum dedit tumultum, ut a concitata plebe XII. antiquæ ,,Pragæ Senatores, cum Prætore civico, per feneſtras prætoriæ ,,domus præcipitati, haſtarumque cuſpidibus excepti fuerint.

,, Electus a Synodo novus Pontifex Martinus V. blandis qui-

,,dem

„dem Conſtantia A. MCCCCXVIII. datis literis, *Bohemos ad renunciandum Wicleficis Huſsiticiſque erroribus invitabat: poſt tamen* A. MCCCCXX, *Excommunicatione adverſus eoſdem Florentiæ publicata, Cæſarem, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Præfectos, Civitates & Reſpublicas, ad arma contra eoſdem invitans & incitans, per vulnera Chriſti, perque ſalutem cujuſque orabat, vellent viribus conjunctis eos aggredi. ſacrilegamque & maledictam gentem ex-* „*terminare penitus;* ubi & ſceleſtiſſimo cuique, qui modo vel „unum Bohemum occidiſſet, omnium peccatorum remiſſio pro„mittebatur. *Anno Chriſti* *Excommunicationis fulmen in Bohemos immiſſum.*

„ Hoc incentivo Sigiſmundus Cæſar inflammatus, tota cum „Germania viciniſque Regnis, miniſtrum ſe Antichriſtianæ ty„rannidi præbuit; moxque eodem anno valido cum exercitu Bo„hemiam ingreſſus, eam bellis in decimum tertium annum „continuatis, fatigavit. Atque hæc bella Huſſitica dicta ſunt: „de quibus Æneas Sylvius ſcripſit, *Plus admirationis quam fidei* „*habitura apud poſteros:* quia nullo prorſus ſucceſſu ab illorum par„te, geſta ſunt, Ziſca Bohemorum duce, & ſucceſſoribus ejus, „ſemper ſuperantibus. *Sigiſmundi Cæſaris aliorumque bella adverſus Huſſitas.* MCCCCXI.

„ Sed & Bohemorum res domi confuſiſſimæ erant, cum qui„dam a Cæſare & Papa ſtarent, alii Calicem (inde Calixtini dicti) „defenderent, in mutuas cædes valide inflammati, cum horribili „immanitate.

Dux ergo Huſſitarum ac militiæ Imperator Ioannes Ziſca lectus eſt, ita ſuis dictus, quod luſcus eſſet, vir domi nobilis, & militarium rerum inprimis gnarus. Condidit arcem, *Tabor* appellatam, in Bojemia, ut ad eam refugium velut quoddam ac receptus eſſet Huſſitis, qui propterea & alio celebrique vulgo & Annalibus nomine *Taboritæ* ſunt appellati. *Huſſitarũ Dux Ioannes Ziſca.* *Huſſitæ quare & Taboritæ dicti ſint.*

De adverſâ, quæ in hoc innocentibus illato bello, Cæſari Sigiſmundo oblata eſt, fortunâ his inſerenda haud dubie Annalibus ſunt Andreæ, Reginoburgenſis Myſtæ, verba, quæ Lib. Annall. Bojorum Aventini VII. leguntur. *Mortuo,* inquit, *Wenceſlao Cæſare, Bojemorum rege, fratre Sigiſmundi, bellum Huſiis indicitur. Hainricus Landskutenſis, Wilhelmus, Albertus tertius, avus noſtrorum principum, Bojorum rectores, cum rerum Romanarum præſide, cum flaminibus, legatis, Pontificibus maximis, minoribus, Regibus, Ducibus, Princi-* *Bellum à Sigiſmundo Huſſitis illatum, eidẽ adverſum fuit.* *Andreæ Epiſcopi Reginoburgenſis eã de re verba.*

Anno Christi MCCCCXX.

pibus, Tetrarchis, Dynaſtis, Civibus, Equitibus, arma in Bojemiam undique Hercynio ſaltu cinctam immani exercitu, qui ducenta millia exceſſiſſe fertur, movent. Pragam gentis caput obſident. Legi literas Hainrici Landshutenſis, quas ad Albertum à Preyſingen vicarium (ut adpellat) ſuum, & Conradum Geſter ſcribam (ita enim, non, uti nunc mos, Cancellarium, Magiſtrum Epiſtolarum vocat) dedit. Quarum æra hæc eſt, Datum feria tertia ante Margaritæ in campis, ſive, ut ego Romanè loquar, caſtris Pragæ, Anno Chriſti MCCCCXX. Quinquies Bojemiam intravimus, quinquies copiis, impedimentis, tormentis, carris, machinis, armis, annona, commeatu, ſupellectile, inſtrumentis bellicis, calonibus amiſſis, pleriſque occiſis, multis in fuga obtritis, necdum viſo hoſte, turpiter terga, neſcio quo fato iniquo, vertimus. Quippe Bojemi adjuti auxiliaribus Lituanorum atque Polonorum copiis non ſolum patriam, religionemque ſuam fortiter tutati ſunt, ſed finitimas quoque regiones, Bojorum, Francorum, Turogorum, Miſnenſium crebris incurſationibus infeſtas reddiderunt, cuncta cæde, flamma compleverunt. In Bojaria Septentrionali Waldſaxen, Walderſpach monaſteria, templa cum Monachis, & ſacerdotibus combuſſerunt: villas, vicos, caſas igne concremarunt: urbes, oppida, caſtella obſederunt, vi expugnarunt; vici, arces formidine eorum nondum viſorum deſertæ. Imperatorem Sigiſmundum, Pontificem Romanum, Concilium Baſileenſe ad iniquas pacis conditiones coëgerunt. Metu illorum Reginoburgenſes pontem lapideum, quo Bojariam Bojemiæ conterminam contingit, foſſa, muris, propugnaculo, turribus, diruta ædicula, & ſacello divæ Catharinæ, atque ædificiis Xenodochii, communiunt. Vrbem de integro firmant, foſſam purgant, mœnibus utrinque ſubſtruunt: muros, turres reficiunt. Atque iſthoc bello maximo apparatu inſtructi, univerſis amiſſis, graviter adtriti ſunt, &, ſicut adhuc rumore jactatur, inde infelicitatis ſuæ initium hauſere, ſubinde indies magis atque magis paulatim afflicti, & tandem ad ſummam egeſtatem redacti, nunc omnium civitatum Germaniæ, quæ quondam prima fuit, poſtrema eſt. Hæc diligenter & accuratè Andreas Reginoburgenſis, myſta Aurelianus, literis & memoriæ commendavit; idcirco eundem cives ſui Titum Livium cenſent.

Inſignes eorum clades, qui in Huſſitas arma moverunt; eorumque copiæ quinquies ad internecionem magnis præliis in Bohemia deletæ.

Baſileenſis Concilii, cum obiter in iis, quæ jam exhibuimus, mentio facta ſit, paulo accuratius hic de eo dicendum videtur. Decretum in Synodo Conſtantienſi erat, ſancitumque, ut decimo quoque anno, Aventini verba ſunt, legitimus univerſi orbis Chriſtiani Senatus

Baſileenſe Concilium, & quâ de cauſa indictum, ac quid in eo decretum.

cogeretur. Baſileæ Kalend. Octolribus Patres atque miniſtri Chriſtianæ pietatis frequentes coëunt. Cæſar eo cum Duce Bojorum Guilielmo pergit; eum propugnatorem atque curatorem Sacroſancti cœtus conſtituit. Ipſe in Italiam abit. Biennio pacandæ Italiæ intentus fuit. Tandem Romæ ab Eugenio Pont. Max. inauguratus ſolemnibus ſacris, Imperatoris prænomen accepit.

Anno Chriſti M CCCC XI.

In Conſtātienſi placuit, ut, decimo quovis anno redeunte, Chriſtiani orbis Senatus conveniret.

Baſileenſis iſtius Concilii initium incidit in annum Domini M CCCC XXXII. Eugenius Papa, ejus nominis IV. indixit. Is anno Domini M CCCC XXXI. ſucceſſit Martino quinto, cujus Martini Papæ juſſu congregata eſt Synodus Baſileenſis, quæ etiam Generalis dicitur. Cui præſedit Martini ac ſedis Apoſtolicæ legatus Julianus, R. E. titulo Sancti Angeli, Diaconus Cardinalis. Quo in munere illum Eugenius Papa confirmavit, ut conſtat ex ejus literis, & inſertis Seſſioni primæ illius Concilii, datis anno Dom. M CCCC XXXI. ſecundo Kal. Junii, Pontificatus Eugenii anno primo. In hoc Concilio Baſileenſi declaratum eſt, Papam eſſe infra Concilium, Seſſ. 2. Deinde, ortâ inter Concilium & Papam Eugenium diſſenſione, Papa a Concilio exauctoratus eſt, ſuffecto Amedæo, qui dictus eſt Felix Quintus. Exſtat decretum illius exauctorationis in actis Concilii Baſileenſis, Seſſione trigeſima quarta; ubi Concilium in Gabrielem illum, dictum Eugenium Papam quartum, fert ſententiam definitivam, pronuncians, decernens, & declarans eum fuiſſe, & eſſe (verba ſunt decreti) notorium & manifeſtum contumacem, unitatis & pacis Eccleſiæ Dei perturbatorem notorium, univerſalis Eccleſiæ ſcandalizatorem, notorium Simoniacum, perjurum, incorrigibilem, ſchiſmaticum, a fide devium, pertinacem hæreticum, &c. ac propterea eum a Papatu & Romano Pontificio deponit. Huic Synodali decreto non paruit Eugenius, ſed, gliſcente inter Concilium & illum diſcordia, tranſtulit ſeu transferre ſe dicebat Synodum in alium locum. Ipſe enim cum ſuis ſequacibus, licet reclamante Concilio Baſileenſi, conventiculum coëgit Ferrariam: ut patet ex Concilii Baſileenſis Seſſione XXXII. XXXV. XXXVIII. XXXIX. De electione vero Amedæi, Ducis Sabaudiæ, qui poſtea Felix Quintus dictus eſt, legere eſt in actis ejuſdem Concilii, Seſſ. XXXIX. & Seſſ. XL. Poſtea Eugenius ſedem Concilii delegit Florentiam; ubi celebratum eſt Concilium pro unitione Græcorum cum Latina Eccleſia, ſed abſque optato eventu. Decreverat autem Sy-

Baſileenſe Concilium indicitur.

De Eugenio IV. Papa Rom. ejuſque exauctoratione, & electione Amedæi, narratio hiſtorica.

Eugenii crimina. A fide devius, pertinax, hæreticus.

Concil. Florent.

ſnno hriſti nodus Baſileenſis celebrandum cum Græcis Concilium, non illo, ſed alio in loco; ut patet ex Seſſ. xxv. & xxxii. Hæc paucis ita perſtringit Forbeſius.

onſti- tutio Ba- ſileenſis oncilii e non lven is Papæ omano Anna- is.

In Baſileenſi illo Concilio Patribus conſcriptis placuit, de non ſolvendis poſthac Papæ Romano *Annatis*, quas vocant, quibus rapax illud Pontificium ærarium mirum in modum hactenus augebatur, hujuſmodi decretum facere, quod Seſſione xxii legitur; *Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis in Spiritu Sancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans. Ad perpetuam rei memoriam, in nomine Spiritus paracleti, ſtatuit hæc Sancta Synodus: Quod tam in Curia Romana, quam alibi, pro, ſeu in conformatione electionum, admiſſione poſtulationum, præſentationum proviſione, collatione, diſpoſitione, electione, poſtulatione, præſentatione, etiam à laicis facienda, inſtitutione, inſtallatione, & inveſtitura, de Eccleſiis etiam Cathedralibus & Metropolitanis, Monaſteriis, dignitatibus, beneficiis, officiiſque Eccleſiaſticis quibuſcunque, nec non Ordinibus, ſacra & benedictione ac pallio, de cætero nihil penitus ante vel poſt exigatur ratione literarum, bullæ, ſigilli, annotarum, communium & minutorum ſervitiorum, primorum*

Mcccc xi. *fructuum, deportatuum, aut ſub quocunque alio titulo, colore vel nomine, prætextu cujuſcunque conſuetudinis, privilegii vel ſtatuti, aut alia quavis cauſa vel occaſione, directe, vel indirecte; ſolum Scriptoribus, Abbreviatoribuſque & Regiſtratoribus literarum ſeu minutarum pro ipſorum labore competenti ſalario perſolvendo. Huic autem ſacro Canoni ſi quis exigendo, dando, vel promittendo contraire præſumpſerit, pœnam incurrat adverſus Simoniacos inflictam; ac in ipſis dignitatibus, & beneficiis taliter obtentis, nullum jus aut titulum acquirat; obligationes quoque, promiſſiones, cenſuræ, ac mandata, & quicquid in præjudicium decreti hujus ſaluberrimi fieri contingent, nullas obtinere vires atque irrita cenſeantur. Et ſi, quod abſit, Romanus Pontifex, qui præ cæteris univerſalium Conciliorum exequi & Canones debet, adverſus hanc ſanctionem aliquid faciendo, Eccleſiam ſcandalizet, generali Concilio deferatur. Cæteri vero pro modo culpæ, juxta Canonicas ſanctiones, per ſuos Superiores digna ultione puniantur.*

De Annatis, earumque origine & uſu, & quo-

Annatæ autem, ſive ͜ , ut medii ævi ſcriptores nonnulli loquuntur, Annates, ſunt, quomodo eas nobiliſſimus doctiſſimuſque Henricus Spelmannus in Gloſſario deſcribit, Eccleſiaſticarum poſſeſſionum primitiæ, quas Clerus Romanus ſummo Pontifici pendit: Anglicanus, Regi. Platina in Bonifacio IX. *Tum*

vero

vero, hoc eſt annum circiter MCCCC, *Bonifacius Vicecomitum potentiam veritus, ſive augendæ ditionis Eccleſiaſticæ cupidus, Annatarum uſum beneficiis Eccleſiaſticis primus impoſuit, ac conditione: ut qui beneficium conſequeretur, dimidium annui proventus fiſco Apoſtolico perſolveret. Sunt tamen qui hoc inventum Ioanni XXII aſcribant. Hanc autem conſuetudinem omnes admiſere, præter Anglos: qui id de ſolis Epiſcopatibus conceſſere: in cæteris beneficiis non adeo.* Certe Walſingamius in An. Dom. MCCCXVI. rem excogitatam fuiſſe indicat a Ioanne XXII. ipſiſque Anglicanis beneficiis quodammodo impoſitam. *Summus,* inquit, *Pontifex Ioan. XXII. reſervavit cameræ ſuæ primos fructus beneficiorum omnium in Anglia, per triennium vacantium.* Et Trivettus, author antiquior, ipſique Iohanni æqualis: *Retint,* ait, *à li les primers frutz des Egliſes vacanz deins les treis anz.* Quoti vero hi fuerint, aut quo ſucceſſu, conſcripti, nobis aliter haud liquet: ſi non, quod Ranulfus Ciſtrenſis Author item coætaneus, Papam refert hoc commento vim ingentem pecuniæ coëgiſſe. Id certiſſimum eſt, Annates hodie fiſco pendi non tantum ex Epiſcopatibus, verum etiam ex Beneficiis quibuſlibet Eccleſiaſticis annui valoris x. marcarum, vicariiſque x. lib. nec minores ſane quam unius anni fructus integros, juxta tabulas Regias æſtimandos. Has autem regii cenſus incremento contulit Senatuſconſultum, An. XXVI. Henr. VIII. quum, exuto Papa, Rex cænobiorum moliretur excidium, ſacratiſque ſpoliis trophæum regium inſigniret.

Anno Chriſti modo iis aucta mirum in modum Romanæ opes.

MCCCC XI.

Me ut liberem, Polydorum audi, de Inventione rerum, Lib. VIII, Cap. II. *Ceterum, nullum inventum majores Romano Pontifici cumulavit opes, quam Annatarum, quas vocant, uſus, qui omnino multo antiquior eſt, quam recentiores quidam ſcriptores ſuſpicantur: & Annatas, more ſuo, appellant primos fructus unius anni ſacerdotii vacantis, aut dimidiam eorum partem. Sanè hoc vectigal jampridem, cum Romanus Pontifex non habuerit tot poſſeſsiones, quot nunc habet, & cum oportuerit pro dignitate, pro officio, multos magnoſque facere ſumptus, paulatim impoſitum fuit ſacerdotiis vacantibus, quæ ille conferret. De qua quidem re, ut gravi, ſæpe reclamatum fuiſſe teſtatur Henricus Hoſtienſis, qui cum Alexandro quarto Pontifice vixit, ſic, ut Franciſc. Zabarella tradat poſthac in Concilio Vienneſi, quod Clemens quintus indixit, qui factus eſt Pontifex anno ſalutis humanæ MCCCV. agitatum fuiſſe, ut eo depoſito Annatarum onere, vigeſima pars vectigalium ſacerdotalium penderetur quot-*

Polydori eâ de re & narratio, & judicium.

Anno Chriſti

annis Romano Pontifici, & id quidem fruſtra. Quare Pontifex Annatas in ſua naſſa retinuit, ut ne indidem exire poſſent. Atque hæc omnia in commentariis in Caput, Inter cætera, De officio Ordinarii, ſcripta leges. Et mox: *At onus illud Annatarum ab initio omnes generatim populi ſubire minus recuſarunt, extra Anglos, qui ſuis minoribus ſacerdotiis, quando ea Pontifex dabat, id ſervitutis imponendum non cenſuerunt. Nam Romanus Pontifex minorum quoque ſacerdotiorum aliarum gentium, quæ ipſe confert, dimidiam capit vectigalium unius anni partem, ſi pluris viginti quatuor aureis æſtimentur.* Vide Apoſtolos & Reſponſionem, data per nationem Gallicam DD. Cardinalibus, &c. *De Annatis non ſolvendis:* quod integro libello agitatum inter opera Nicolai Clemangii editum.

MCCCCXI.

Decretum Pariſienſis Curiæ de non ſolvendis Papæ Romano Annatis.

Porro, (nam hoc quoque hic cum præcedentibus conjungendum eſt) Baſileenſis illius Concilii, immanem Romanorum Pontificum avaritiam frænantis, auctoritatem ac ſententiam ſequuta Pariſienſis Parlamenti Curia, anno hujus ſæculi MCCCCLXVI: hoc SC. condidit.

,, CAROLUS DEI GRATIA FRANCORUM REX, UNIVERSIS ,,præſentes literas inſpecturis Salutem: Notum facimus; quod ,,cum nuper pro parte quamplurimorum, numero grandi, regni ,,noſtri Prælatorum, Pariſiis tunc exiſtentium; nec non filiæ ,,noſtræ dilectæ Univerſitatis Studii Pariſienſis nobis queruloſe ,,fuiſſet expoſitum; Quod Eccleſiæ noſtrorum prædicti regni & ,,Delphinatus Vienenſis pro magnitudine gravium exactionum ,,& onerum, eiſdem Eccleſiis tam per Benedictum Papam XIII. ,,quam ſuos anteceſſores, contra communis diſpoſitionem juris, ,,impoſitarum, oppreſſæ atque in tantum gravatæ hactenus fuerant & erant, quod eædem in magnam pauperiem ac ruinam ,,corruebant, & in deſolationem undequaque vergebant, niſi per ,,nos de remedio ſublevarentur. Finantiæ etiam ſuper iiſdem Ec-,,cleſiis exactæ de eodem regno noſtro in magnum & irreparabile ,,Reip. regni ejuſdem noſtri præjudicium exportabantur a nobis, ,,quibus Eccleſiam, præſertim ſupradictorum Regni & Delphi-,,natus noſtrorum, ab omni oppreſſione præſervare incumbebat, ,,& unde ſpecialiter aſtricti & obligati Deo creatori noſtro ratio-,,nem eramus reddituri, humiliter ſupplicando, quatenus Ec-,,cleſiis memoratis, ſuper præmiſſis exactionibus & gravamini-,,bus, eas ceſſare faciendo, providere dignaremur; ut miniſtri &

,,aliæ

Anno Christi

„aliæ Eccleſiæ perſonæ divinis inſiſtentes & famulantes, vivere, „Eccleſias ſibi commiſſas regere, earum ædificia in bono & de- „centi ſtatu tenere, alioſque actus, ſuam profeſſionem, & funda- „torum ſuorum diſpoſitionem concernentes, exercere valerent. „Et ob hoc nonnulli & plures de noſtro Magno Concilio ad vi- „dendum, & deliberandum ſuper his, & aliis Eccleſiam præ- „dictam tangentibus, quid rationabiliter fieri poſſet & deberet, „dudum commiſſi ac deputati, aliqua nobis ſuper dictis exactio- „nibus referenda vidiſſent & adviſaſſent, ſeu deliberaſſent: quia „tamen Prælatis & Filiæ noſtræ præfatis videbatur dictam delibe- „rationem largius declarandam fore; iidem Prælati & Filia no- „ſtra aliquas declarationes, & additiones cum deliberatione & „adviſamento ſupradictorum noſtrorum conſiliariorum fecis- „ſent: eaſque noſtræ Parlamenti Curiæ, cum nominibus dicto- „rum noſtrorum conſiliariorum, qui dictæ deliberationi præ- „ſentes affuerant, in quadam ſchedula ſub noſtro contraſigillo „miſiſſemus; & per literas noſtras patentes eidem Curiæ noſtræ „mandaſſemus, &, eidem poteſtatem & authoritatem impartien- „do, expreſſe injunxiſſemus, quatenus ad eandem Curiam ad- „vocatis & accerſitis de noſtro prædicto Magno Concilio, & Re- „queſtis noſtri hoſpitii, tot & talibus, prout eidem Curiæ noſtræ „bonum videretur: ipſa noſtra Curia, Eccleſiæ prædictorum „regni & Delphinatus noſtrorum, ſuper contentis in dicta ſche- „dula provideret, ſecundum quod nobis eſſe faciendum conſu- „leret: prout hæc & alia latius & luculentius ex ipſarum noſtra- „rum ſerie ac tenore literarum liquebant: Conſtitutis propter „hoc in eadem noſtra Curia procuratoribus, noſtro generali, „nec non chariſſimi patrui noſtri Ducis Eituricenſis, & ipſa „Filia noſtra, Univerſitate Pariſienſi, pro parte ejuſdem Filiæ no- „ſtræ ſub his verbis Apoſtolicis: *Subtrahatis vos ab omni fratre am- „bulante inordinate:* propoſitum fuit, quod Sacroſancta mater no- „ſtra Eccleſia, entium ad inſtar naturalium & politicorum, ma- „crocoſmi videlicet, & microcoſmi; qui ſunt major & minor „mundus in pondere, numero, & menſura a ſummo creatore „(Philoſophis atteſtantibus) & conditore dirigi debeat atq; regi „in ordine: quorum elementis quatuor primam diſtribuerat ma- „teriam idem creator omnium in ſuam grandem naturæ portio- „nem, eorum cuilibet totaliter conferendo quantum alteri; &

Decretum Pariſienſis Curiæ de non ſolvendis Papæ Romano Annatis.

M CCCC XI.

Anno Chriſti

,,iiſdem ex ſe invicem, viciſſitudinem ſui alimenti & ſuſtenta-
,,menti referendo: adeo ut quod unum ipſorum ſub Æquinoctiali
,,vel polo per alterius converſionem deperdidiſſet, de alio reci-
,,pere & ſibi reſtaurare ipſius naturæ munere, & inſtinctu, &
,,increatæ ſapientiæ providentia, dignoſceretur. Sic Regalis, ſic
,,Ariſtocratiæ, ſic Democratiæ politiarum, * nullius quarum
,,rectorum nutrimentum ſeu ipſorum majorem partem omnium
,,ſubjectorum aut inferiorum abſorbere ullus unquam ſufficeret:
,,quemadmodum microcoſmo, ſi ad exceſſum alterum mem-
,,brorum alimoniam cæteris egentibus ſumeret, unde corpus
,,ipſum in languorem & exinationem vergere contingeret, me-
,,dio quodam ſubſtractivo ſeu reſtrictivo hujuſmodi ſuperabun-
,,danti membro eſſet occurrendum. Sed Benedictus ſupradictus
,,neque modum, neque pondus, neque menſuram, in Eccleſia
,,& Eccleſiæ ſubjectis obſervare conſueverat: quin magis ipſos
,,jugis & ſervitutibus inportabilibus; a nonnullis defunctorum
,,ſucceſſoribus ſpolia auferendo; ab aliis Prælaturarum & benefi-
,,ciorum Eccleſiaſticorum vacantias extorquendo; a quibuſdam
,,exigendo Arreragia tanquam debita præteritorum & incognito-
,,rum temporum a beneficiatis ſuorum, quæ de novo obtinebant
,,beneficiorum: primam expetendo & percipiendo Annatam ab
,,his, qui tempore ſubtractionis obedientiæ dudum ſibi per nos
,,& Clerum regni ac Delphinatus noſtrorum prædictorum factæ,
,,ad Prælaturas ſeu dignitates, aut alia Eccleſiaſtica beneficia pro-
,,moti fuerant, fructus (quos dictæ ſubtractionis tempore male
,,perceptos fuiſſe dicebat) recipere enitendo, & procurationes
,,capiendo, Prælatis, Archidiaconis & aliis Ordinariis pro vi-
,,ſitatione debitas: aliiſque exactionibus ac extorſionibus inde-
,,bitis adegerat, affecerat, & contorſerat, adigebat, afficiebat,
,,& contorquebat: contra jura non tam Chriſticolarum quam
,,Ethnicorum quorumcunque: apud quos, & ab omni tempore,
,,Clerum & ab omni munere & ſervitute fuiſſe liberum com-
,,pertum erat. Eos enim non ancillæ filios, ſed liberæ, qua li-
,,bertate Chriſtus eos liberaverat, teſte Apoſtolo, ipſoſque ſub
,,his abhortante verbis: *State, & nolite iterum jugo ſervitutis conti-*
,,*neri.* Nam (ut eadem noſtra Filia dicebat) in politia ſæculari
,,quis principem tam a nobili quam ignobili Annatas primas om-
,,nium hæreditariorum aliquem quocunq; titulo tranſlatorum,

Decretum Pariſienſis Curiæ de non ſolvendis Papæ Romano Annatis.

M CCCC XI.

,,exci-

Anno Christi

„excipere & extorquere ſatagentem. non tyrannum aut ſuæ poli-
„tiæ everſorem, cenſeret: & talem rectorem ſuſtinere valeret?
„Quanto minus erat idem Benedictus, qui miniſter, & non do-
„minus Eccleſiæ ab Euangelica veritate aſſerebatur, primarum
„Annatarum fructus ſibi tyrannice approprians beneficiorum,
„tolerandus? Illud parvipendens Samuëlis, in Regum Libro po-
„pulum alloquentis, & dicentis: *Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem alicujus tulerim, vel aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſquam munus accepi, & reſtituam vobis? Ac dixerunt: Non es calumniatus, neque oppreſſiſti nos, neque tuliſti de manu alicujus quippiam.* Exemplo tamen
„cujus inſtrui, & terminis rationalibus contentari, non exactioni
„& concuſſioni pecuniarum tyrannicis inhiare debebat: Euange-
„lio exhortante: *Neminem concutere, neque calumniam facere, & contentum eſſe debere ſtipendiis.* Ipſius Apoſtoli exemplo, in Apoſtolo-
„rum Actibus dicentis: *Argentum & aurum nullius concupivi, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. Ego,* inquit Apoſtolus, *ſcio quoniam poſt diſceſſum meum intrabunt ad vos lupi rapaces, non parcentes gregi.* Quam
„rapacitatem ſpiritu Prophetico clare proponebat prænuntiaſſe
„ipſa Filia noſtra, Prophetam Ezechielem, ſuis iſtis verbis:
Facti ſunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem, eo quod non erat paſtor. Neque enim quæſiverunt paſtores gregem meum, ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant. Propterea, inquit Dominus, *ceſſare eos faciam, ut ultra non paſcant gregem meum; & liberabo gregem meum ab ore eorum, & non erit eis ultra in eſcam.*
„Ex qua clarum eſt prophetia, domino Benedicto ſupradicto,
„qui tanta confuſione & inordinatione, cupiditate, debacchaba-
„tur, ſubtractionem nedum finantiarum ſupradictarum ſibi fieri
„debere, ſed plenariam, quamvis alias & dudum ſibi factam &
„jure & facto durare ac tenere cenſeret, & in eadem ſe permanere
„profitebatur eadem Filia noſtra: Ex eo præſertim, quod reſtitutio-
„nem obedientiæ per nos eidem Benedicto factam nullam eſſe, quę
„ſub conditione non impleta & ſub cauſa, cujus nullus ſequebatur
„effectus, factam, prout per ſchedulas quaſdam in ipſa reſtitutione
„contentas, apparere dicebat: Eccleſiæ etiam Regni ac Delphina-
„tus noſtrorum prædictorum authoritate dictam reſtitutionem mi-
„nime factam, &, per conſequens, ipſam ſubtractionem durare,

Decretum Pariſienſis Curiæ de non ſolvendis Papæ Romano Annatis.

MCCCC XI.

„ſeu

Anno Christi

,,ſeu ipſam aut ſaltem dictarum pecuniarum & finantiarum eidem ,,Benedicto fieri debere, cum idem Benedictus ad deſtruendam ,,Eccleſiaſticam poteſtatem, non hominis (Apoſtolo teſte) contra ,,ſanctæ Synodi authoritatem, definientis, nullum Epiſcopum ,,expetere debere aurum & argentum a parentibus, vel Clericis, ,,vel Monachis qui ſub eo ſunt, & Gregorii, Bernhardi, & alio- ,,rum ſanctorum Patrum; imo Euangelii authoritatem, dictas ,,finantias in Eccleſiæ prædictæ ſubverſionem & exitium extor- ,,queret. Eandem autem ſubtractionem per eandem noſtram Cu- ,,riam & Prælatorum, & dictæ Filiæ noſtræ Concilio faciendam ,,eſſe dicebat eadem Filia noſtra, exemplo regis Joas, qui Con- ,,cilio Jojadæ Sacerdotis pecuniis ad templi reparationem deſti- ,,natis; quibus Sacerdotes ſui temporis abutebantur, manum ,,appoſuerat, & earum partem ad neceſſitatem divinis famulan- ,,tium, partem ad mercedem latomorum, & partem in archi- ,,tectorum ſalarium partiebatur. Unde dictum in ipſius laudem ,,prodierat; *Quod Rex Ioas rectum fecerat coram Domino, cunctis die- ,,bus, quibus eum docuerat Iojada Sacerdos.* Per quem eadem Filia no- ,,ſtra ſummos Doctores intelligi dicebat. Et quod ejuſdem Ec- ,,cleſiæ oppreſſioni providere, nobis aut eidem Curiæ noſtræ, ,,incumberet, & authoritate, & naturali ratione, & proprii juris- ,,jurandi debito, & anteceſſorum noſtrorum exemplo apparere, ,,eadem Filia noſtra oſtendebat Ambroſii in Lib. de Patriarchis ,,neceſſitatem defenſionis Eccleſiarum Regi pertinere, aſſerentis. ,,Recto præterea rationis dictamine, quo gentes etiam quæ le- ,,gem non habent, eidem Benedicto dictarum finantiarum ex- ,,actionem eſſe ſubtrahendam definirent, ad quod proprii vin- ,,culum juramenti noſtræ coronationis, in qua unicuique de Præ- ,,latis & Eccleſiis ſibi commiſſis Canonicum privilegium & ju- ,,ſtitiam ſervare, & defenſionem, pro poſſe, contra oppreſſores ,,adhibere promiſeramus, nos adigebat ac ſpecialiter aſtringebat. ,,In exemplum erant Rex Joas prædictus, prædeceſſoreſque no- ,,ſtri temporibus Bonifacii, Clementis, Gregorii, & aliorum ,,quondam ſummorum Pontificum. Per hujuſmodi enim injuſtas ,,exactiones piæ fundatorum beneficiorum fraudabantur inten- ,,tiones, & a ſua ſalute & gloria defunctorum animæ morabun- ,,tur captivæ: Quod ſi eorum hoſtes & veritatis ſuppreſſores, ,,hanc perſequutionem & inobedientiam eſſe prætenderent, cum

Decretum Parisienſis Curiæ de non ſolvendis Papæ Romano Annatis.

MCCCC XI.

„*Deo magis quam hominibus eſſet obediendum*, hæc hominum vani-
„loquia (Papa Pelagio aſſerente) nos nequaquam retardare de-
„berent. *Errant*, inquit, *hujuſmodi rumoris fabulatores. Non perſequitur qui malum jam factum punit, aut prohibet, ne fiat: ſed diligit.*
„Ex quibus conformiter ad ſui thematis verba, eadem Filia no-
„ſtra requirendo concludebat, quatenus ſubtractio fieret eidem
„Benedicto obedientiæ, aut ſaltem dictarum finantiarum & pe-
„cuniarum exactionis: quodq; pecuniæ in manibus collectorum
„aut ſubcollectorum exiſtentes, in noſtra arreſtentur manu, &
„his quibus eidem Benedicto aliquid occaſione prædictorum de-
„bere imponebatur, ne ſolverent; inhiberetur. Procuratoribus,
„generali noſtro, ac dicti noſtri patrui, ſub excuſatione proteſtan-
„tibus, ſe non affectionis inordinatæ libidine aliquid dicere velle,
„& ſe ſi notæ aut reprehenſionis dignum aliquid dicerent, debitæ
„correctioni ſubmittentes, ac ulterius proponentes, quod Eccle-
„ſiæ fuerant & erant per Principes temporales fundatæ ac dotatæ,
„quarum dos ſeu patrimonium authoritate capi nequiebat aut de-
„bebat. Licet enim Conſtantinus Eccleſiæ Romanæ ſedis præe-
„minentiam, quam ſibi dari Conſtantinopolitana, Alexandrina-
„que, & aliæ nonnullæ Eccleſiæ, contendebant, tribuiſſet; ratio-
„que ſuaderet, & vellet ut Prælati qui fidem publicarent, divi-
„nis inſiſterent, Eccleſiaſtica frequentarent officia, & Sacramenta
„miniſtrarent, neceſſaria referrent ſui ſtatus & vitæ, non tamen
„ipſi exactiones imponerent, nulla præſertim urgente neceſſita-
„te. Nam Archiepiſcopos (quo nomine Romanæ urbis Epi-
„ſcopum Scriptura nuncupat) ſuper ſuis ſuffraganeis ſeu eorum
„ſubjectis exactiones imponere jura vetabant. Quod ſi Eccleſia
„Romana, cæterarum caput, & principalis exiſtens, ut ſunt ſæ-
„culi varietates & viciſſitudines temporum, & mentium, &
„animorum malitia, in aut à ſuo (quod majus & auctius regno
„noſtro poſſidebat) patrimonio, ſorte aliqua diſturbabatur,
„quo minus ipſo libere uteretur, cæteras monere debebat Ec-
„cleſias, excitare, adhortari & requirere de ſubſidio charita-
„tivo, quod eidem Eccleſiæ Romanæ annui poſſet ac deberet,
„cum tamen Concilio, moderamine, & juſta cauſa, abſque
„præjudicio, culpa non præcedente, durante neceſſitate, ac de
„conſenſu & benignitate Principum, Patronorum, & alio-
„rum Prælatorum, & non cum gravamine aſſiduo & indiſtincto

Anno Christi

Decretum Pariſienſis Curiæ de non ſolvendis Papæ Romano Annatis.

Mcccc x i.

Anno Christi

,,cæterarum Eccleſiarum, quas utique, & præſertim horum
,,noſtrorum Regni & Delphinatus, ſupradictus Benedictus paſ-
,,ſim, & Phariſæorum more, qui decimas indifferenter de plan-
,,tulis, herbis, baccis, & omnis generis fructibus extorquebant,
,,cum gravi compulſione, ſubſidiis & exactionibus inſolitis, &
,,contra libertates Eccleſiæ, exagitabat & premebat; quibus cum
,,ſæcularis juſtitia Eccleſiaſticæ ſubſidio & juvamini ſemper fuiſ-
,,ſet (alterum enim alterius ſemper egebat auxilio) neceſſitas oc-
,,curſandum impellebat, ſuadebat æquitas, exigebat ratio, ac to-
,,tius clamor populi injungebat. Intereſſeque præterea noſtrum
,,huic ruinæ impendens nos ſtimulabat, ne venerabilium hujus
,,noſtri regni Eccleſiarum, tanto charitatis ardore extructarum,
,,& quarum fundatores & auctores dicebamur, tam miſera, tam
,,flebilis & tam neglecta ſurriperet deſtructio exempliſque in-
,,ſtrueremur egregiis Theodoſii, Honorii, Conſtantini, Caroli
,,Magni, aliorumque anteceſſorum, qui corruptelis contra Eccle-
,,ſiam ipſam quandoque attentatis ſolerter obviaverant, ac ſuc-
,,currerant liberaliter. Subſidium autem, quod Eccleſiæ eidem
,,conferre poteramus & debebamus, erat eidem Benedicto in
,,hujuſmodi abuſionibus non obedire, obedientiamque ſubtra-
,,here. In quo nullatenus, juxta B. Thomæ de Aquino, & alio-
,,rum Eccleſiæ doctorum autenticorum, doctrinam peccabamus.
,,Ex quibus, aliis pluribus aſtructis rationibus, concludebant ac
,,requirebant, quatenus eadem Curia noſtra juxta noſtras man-
,,datorias literas inhibendo dicti Benedicti officiariis, ne quas
,,ratione præmiſſorum exigerent in dictis regno & Delphinatu
,,noſtris pecunias, ac exactas, & penes eoſdem officiarios exi-
,,ſtentes, arreſtari uſque ad Prælatorum congregationem facien-
,,dam provideret. Pro parte Benedicti & ſuæ Cameræ officia-
,,riorum ab adverſo extitit requirendo propoſitum; Quod cum
,,materia præagitata grandis & alta jura ſedis Romanæ (cujus erat
,,ipſe Benedictus caput) ſuamque Cameram & antiqua devetia
,,ſua ac Cardinales concerneret, & tangeret, iidemque Bene-
,,dictus & Cardinales nullo in eadem noſtra Curia procuratore
,,fulcirentur, quo cauſa præſens deduci, foveri poſſet, aut de-
,,fenſari, & Prælati noſtri regni ad proximum Omnium Sancto-
,,rum feſtum congregandi dicerentur (in cujus temporis interſti-
,,tio nullum vertebatur periculum) eadem noſtra Curia ſuperſe-

Decretum Pariſienſis Curiæ de non ſolvendis Papæ Romano Annatu.

M CCCC XI.

,,dere

Anno Chriſti

„dere vellet, prout tenebatur. Præfata Filia noſtra in contrarium „proponente, ac dicente, quod radix pro parte ipſius Benedicti „propoſitorum invalida cenſeri debebat, eo quod eadem Filia „noſtra proceſſum ſubire ordinarium non intendebat, ſed ſibi ab „ipſa noſtra Curia proviſionem fieri, quam abſque mora referre „debebat. Nam quantuſcunque eſſet Papa ſeu Prælatus, non erat „ſuus, ſed omnis ejus poteſtas ſive dignitas, & alius cujuſlibet, ma„gis Eccleſiæ, quam perſonæ. De jure igitur Benedicto, ſive Ec„cleſiæ Romanæ, faciendum erat, quod ad profectum pertinere „videbatur Eccleſiæ, & non in ipſius præjudicium, teſte Apo„ſtolo, Eccleſiæ ſuppoſita ſub his compellante verbis: *Templum Dei eſtis vos, & Spiritus Sanctus habitat in vobis: ſi quis illud viola verit, diſperdit illum Dominus.* Subdit: *Non glorietur quis in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt, ſive Cephas, ſive Paulus, ſive Apollo.* „Pecuniæ autem, ſive financiæ, quas idem Benedictus exigebat, „non ad Eccleſiæ profectum, ſed ipſius & animarum tendebant „interitum, cujus interitus & præſentis horrendi ſchiſmatis erant „medium & fomes. Quare a nobis, & eadem noſtra Curia (qui„bus juſtitiam miniſtrare erat neceſſe) hujuſmodi mortiferæ pe„ſtilentiæ non tam rejiciendæ, quam penitus, & abſque ulla mora, „tollendæ erant, cum & unumquemque, jure gentium, gladium „de manu interfectoris confeſtim eruere, & vim vi repellendo „interficere liceret: Ex his prout ſupra, requirendo dictis noſtro „& patrui noſtri Procuratoribus ſuam requeſtam fieri requiren„tibus, attento quod per notorias exactiones ſæpe dictas, Reſpu„blica ex defectu prædicationum & ſubjectorum, viſitationum „& correctionum, & alias, ut ſupra, multipliciter contra ſacro„rum Canonum inſtitutiones gravabatur, quodque querelas ſuas, „non proceſſum iniuri, ſed remedio aut proviſioni innitentes, „intentabant, nec erat qui contrarium opponeret; ad hoc, &, ut „ſupra, concludentibus Officiariis ipſius Benedicti in contrarium „contendentibus, & ut negotium abſque præcipitatione protela„retur, quantum pro abſentibus ſupplicari fas erat, prout ſupra, „inſtantibus, ne quicquam innovaretur requirendo concludenti„bus: Tandem, auditis hinc inde ad plenum partibus antedictis, „in omnibus quæ dicere ac proponere circa præmiſſa voluerunt, „& in arreſto appunctatis, congregatis igitur eiſdem noſtræ Cu„riæ noſtri Parlamenti cameris, convocatiſque, & aſtantibus in

Decretum Pariſienſis Curiæ de non ſolvendis Papæ Romano Annatis.

M cccc xi.

Anno Christi

Decretum Parisienſis Curiæ de non ſolvendis Papæ Romano Annatis.

MCCCCXI.

„notabili numero de gentibus noſtri magni Concilii, ac viſis „ſupradictis literis & ſchedula, conſideratis inſuper & attentis „diligenter, & cum magna & longa deliberatione, omnibus circa „hæc attendendis & conſiderandis. & quæ eandem noſtram „Curiam in hac parte poterant & debebant movere, per præfatæ Curiæ noſtræ arreſtum prædictis obtemperando literis, „per eandem Filiam noſtram a nobis impetratis, dictum fuit; „Quod dictus Benedictus & Officiarii ſui ceſſabunt in noſtris „regno & Delphinatu ab exactionibus Annatarum, primarum, „fructuum, & emolumentorum, Prælaturarum, & aliorum „beneficiorum quorumcunque vacantium, ſeu quæ vacaverunt, „aut vacabunt, tam pro primis Annatis, quam etiam fructuum „& emolumentorum, quæ tempore ſubtractionis alias eidem „Benedicto factæ & vacationis Prælaturarum, dignitatum, & „aliorum beneficiorum obvenerunt, ſeu obveniunt qualitercunque, nec non procurationum pro viſitationibus debitarum & „arreragiorum quorumcunque ratione præmiſſorum, vel aliarum exactionum debitarum; ipſaſque procurationes poterunt „Prælati, Archidiaconi, & alii ordinarii, quando ipſos ſuos „ſubjectos viſitare contigerit, & elevare. Ceſſabunt etiam Cardinales & Camerarius Collegii a perceptione illius partis, quam „in vacationibus Prælaturarum pro primis Annatis, vel alias, „ante præſens arreſtum percipiebant, & arreragiorum quorumcunque occaſione præmiſſa debitorum. Et ſi aliquid ex his, „quæ levata ſeu exacta fuerunt, occaſione prædictorum, apud „collectores ſeu ſubcollectores, aut alios quoſcunque exiſtit ſeu „remanet ſub manu noſtra, arreſtabitur, & id arreſtavit & arreſtat ipſa Curia noſtra. Ipſiſque, ne aliquid eidem Benedicto ſeu „hoc cuiquam alteri tradant, aut ſolvant, inhibebitur & inhibet „etiam eadem Curia noſtra. Et per idem arreſtum eadem Curia „noſtra ordinavit, & ordinat; quod excommunicationis ſententia, præmiſſorum occaſione, illigati relaxabuntur, & hæc quouſque alias per eandem Curiam noſtram extiterit ſuper præmiſſis ordinatum. In cujus rei teſtimonium præſentibus literis „noſtrum juſſimus apponi ſigillum. Datum Pariſiis in Parlamento noſtro, die XI Septembr. Anno Domini MCCCCLXVI. „& regni noſtri XXVI.

Alia atque alia a Romanæ Eccleſiæ ſupremo Præſule indicta

Con-

Concilia (niſi eadem forte dicenda ſint, loco tantum mutata) hic nobis offeruntur. Florentinum enim, quod Generale XVIII. Romanæ Eccleſiæ dediti ſcriptores vocant, nunc celebratum eſt. Florentinum, inquit Angelus Rocha in Bibliothecâ Vaticana, Romæ editâ, Concilium Ferrariæ inchoatum, Florentiæ abſolutum eſt, cui Eugenius IV. præſedit anno Domini M CCCC-XXXVIII. ſub Sigiſmundo Imperatore, præſentibus Joſepho Conſtantinopolitano Patriarcha, qui Florentiæ obiit, & Ioanne Paleologo Orientis Imperatore, necnon Cardinalibus, multiſque Epiſcopis tum Græcis, tum Latinis, Abbatibus, Monachis, & Cruceſignatis. *Anno Chriſti* *Concilium Ferrariæ inchoatū Florentiæ finitum.*

Hoc in Concilio primùm inter Græcos, & Latinos diſputatum fuit de proceſſione Spiritus Sancti, definitumque fuit, explicationem verborum illam, *Filioque procedit*, veritatis declarandæ cauſa in Concilio Lugdunenſi II. urgente neceſſitate, & rationabiliter quidem in Symbolo fuiſſe appoſitam. Secundo, de igne Purgatorii. Tertio, de Papæ primatu. Quarto, de Chriſti corpore in azymo, ſive fermentato veraciter conficiendo: ſacerdoteſque in altero ipſum Domini corpus conficere debere, unumquemque ſcilicet juxta ſuæ Eccleſiæ ſive Occidentalis, ſive Orientalis conſuetudinem. Quinto, de panis tranſubſtantiatione in Euchariſtiæ Sacramento. Græca tandem Eccleſia cum Romana convenit: Armenique & Indi ſacramentum Confirmationis recipientes unitatem fidei reintegrarunt, ut Inſcriptio, quæ infra legitur, in hanc verborum formulam docet: *In eo de Latinorum & Græcorū controverſiis actum.* M CCCC XI.

EUGENIO IV. PONTIFICE, GRÆCI, ARMENI, ÆTHIOPES AD FIDEI UNITATEM REDEUNT. *Superba inſcriptio, quæ Romæ in Bibliothecâ Vaticana legitur.*

Sed quoniam Beſſarion Trapezuntius, Archiepiſcopus Nicænus, & Iſidorus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, doctiſſimi Græcorum in Latinis perinde ac Græcis litteris, hoc in Concilio concordiæ Eccleſiæ utriuſque fuerunt auctores, in Cardinalium collegium cooptati ſunt.

Hoc in Concilio ſanctorum Thomæ Aquinatis, & Bonaventuræ doctrina non ſemel citatur, & laudatur.

Nec ſilentio prætereundum cenſeo quod Ioſepho Conſtantinopolitano Patriarchæ accidit. Hic enim, dum ultima Seſſio agebatur, poſt cœnam in penetrale domus, ſcribendi cauſa, ſeſe

Anno Christi recipiens, tremore, atque animi languore affectus, ſubita morte occubuit. Quo in tranſitu pro ſuæ fidei Catholicæ teſtimonio reliquit chirographum, in quo Pontificem Romanum, tamquam verum Ieſu Chriſti Vicarium, & Sancti Petri ſucceſſorem, in univerſo orbe tenere primatum, animarumque Purgatorium eſſe,
Mcccc xl. confeſſus eſt: quæ omnia ad illud uſque tempus fuerat inficiatus. Hinc unus ad lævam, alter vero ad dextram Concilii cernuntur in ſuggeſtu: quorum alter Concilii Decreta, alter vero Confeſſionem Joſephi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani de igne Purgatorii deque primatu Petri, ſcriptis mandatam, promulgare repræſentantur.

Angelus Rocha, & Eccleſiæ Romanæ mendax ſuperbia notantur. Hæc de Concilio iſto, quod Florentinum vocant, Angelus ille Rocha. Cæterum ſuperba illa, quam in Bibliotheca Vaticana legi dicit, DE GRÆCIS, ARMENIS, ÆTHIOPIBUS AD FIDEI UNITATEM cum Romana Eccleſia redeuntibus, mendax omnis & falſa eſt. Conſtat quippe, neque omnes Græcos aſſenſum Romanæ Eccleſiæ dogmatibus aut præceptis præbuiſſe, neque cum iis, qui forte aſſenſum præbuerant, conſenſiſſe. Auctor Narrationis (ita enim loquitur) Conciliorum, *Concilium*, inquit, Gabrielis Prateoli verbis præmiſſis, *Florentinum celebratum eſt primum Ferrariæ, præſente Palæologo Imperatore Græcorum, & Patriarcha Conſtantinopolitano, cum aliis Orientalis Eccleſiæ Pontificibus, Abbatibus, Monachis & Cruce ſignatis. Attamen incoatum non potuit abſolvi propter ingruentem peſtem, & tranſlatum eſt ab Eugenio Florentiam, ubi & abſolutum eſt. Celebratum eſt autem per* XXV *Seſſiones, quarum* XVI *habitæ ſunt Ferrariæ, reliquæ vero Florentiæ. In quibus omnibus diſputatum eſt inter Latinos & Græcos: Primum de proceſſione*
Capita controverſiarum inter Eccleſiæ Romanæ ac Græcæ Præſules. *Spiritus Sancti à Filio, & an rite facta fuerit à Latinis ea additio in Symbolo, Filioque procedit, &c.* II. *De igne Purgatorio.* III. *De Papæ primatu.* IV. *De azymo & fermentato pane.* V. *De panis in Eucharistia tranſmutatione. Quæ tamen diſputatio tantam contentionem inter utroſque & Latinos & Græcos peperit, ut ab ea diſputatione coacti fuerint ceſſare; & ita res citra ullam controverſiam inter eos tractata eſt. Coactum eſt hoc Concilium A.* 1432. Cæterum cenſor addit. *Patet Eugenium ad impediendum Concilium Baſileenſe hanc inſtituiſſe Synodum, in qua manifeſta ſigna Antichriſti ſe exhibent. Nam* I, *Imperator à ſummo Pontifice contendere cœpit, ut Reges ac Duces cæteroſque Chriſtianorum Principes convocaret.* II. *Pontifex volentem Imperatorem genu flectere non*

quidem permiſit, ut Magiſtratum honorare videretur, ſed tantum dextram ei oſculandam dedit, ipſumque Imperatorem infra ſe a ſiniſtra ſibi aſſidere voluit. III. *Statim initio Synodi contentio orta fuit, quo ordine ſedes eſſent collocandæ. Nam ſummus Pontifex dextrum ſibi vindicavit, Imperatorem cum Patriarcha & Orientalibus ad ſiniſtram eſſe voluit. Imperator vero ſuperiorem locum ſibi jure dandum exiſtimavit. Obtinuit Pontificis inſolentia, ut oſtenderetur filius perditionis. Extat hæc Synodus cum omnibus orationibus in ea habitis Græce, quam me bis tantum memini vidiſſe: ſemel in Bibliotheca ampliſſimorum Mæcenatum meorum Amſtelodamenſium; ſecundo in Bibliotheca doctiſſimi & piiſſimi IC. & Advocati D. Borelii Zelandi, Hagæ Comitis. Græci Purgatorium & Papæ Primatum in Græciam reverſi iterum abnegarunt, admoniti à Marco Epiſcopo Epheſi. Vide Platinam, Volaterranum, Nauclerum, & Criſpinum de Statu Eccleſiæ.* *Anno Chriſti*

Imperante Sigiſmundo magnis civilium bellorum tempeſtatibus res Galliæ concuſſa ac commota eſt. Carolus, tradit hæc ac ſcribit Aventinus Annalium Bojorum Lib. VII. nominis ſextus, Rex Francus, nonnunquam mentis alienatæ valetudine laborabat. Quamobrem duæ ſectæ rem Gallicanam dilacerabant, Aureliana atque Burgundiana: hujus caput Ioannes Burgundionum, illius Carolus Aurelianorum regulus, uterque Regis patruelis erat. Rex & Regina, frater ejus Ludovicus Angiloſtadienſis, qui tum temporis in Galliis habitabat, atque adeo omnes purpurati, item Delphinus (ita ſucceſſorem & hæredem Regiæ majeſtatis nuncupant) Aurelianis rebus ſtudebant. Lutetia Pariſiorum, caput regni, ad partes Burgundionum pronior erat. Petrus Eſarus Pariſiorum Prætor, in ſocietatem laniis Pariſianis, quod ſanguinarii eſſent, ſoli arma ferrent, accitis, authore Burgundo, cives Aureliano faventeis, locupletiſſimum quemque, in vincula conjicit. Deinde, bonis eorum publicatis, in crucem agit. Carolus Aurelianus ultum ſuos pergit. Ioannes quoque Burgundus advolat, uterque cum infeſto intentoque exercitu Lutetiam contendit. Burgundus in urbem recipitur: iſque Carolum Regem cum uxore, liberis, Delphino, & Ludovico Angiloſtadienſi, & cætero famulitio aulico, in poteſtatem redigit, legeſque dat regi. Lanii quoque eo authore, diſſimulante tamen, concitato tumultu in aulam irrumpunt, purpuratos omnes, quorum quidem nomina ſcripta habebant, in quibus & Ludovicus Bojus, frater Reginæ,

M CCCC XI.

Gallia magnis civilium bellorum tempeſtatibus concutitur Ejus motus origo.

Factiones in eâ duæ, Aureliana & Burgunda.

erat,

Anno Christi

erat, capiunt, ad ſupplicia depoſcunt, in vincula conjiciunt. Delphinus fidem atque opem Burgundi implorat. Atque hic quoſdam, quemadmodum libuit laniis, ad ſe receptos in ſuas ædes deducit. Poſthæc, Delphino clanculum evocante, Aurelianus atque Dux Borbonius ſocer Ludovici Angiloſtadienſis in urbem cum exercitu admittuntur. Burgundus domum in Germaniam inferiorem redit. Lanii omnes in caſtella, quæ Burgundo parebant, diffugiunt. Efarus ſuperior ſecuri percutitur. Ludovicus Bojus, item alii, ab imminente nece eripiuntur. Factum id Anno Chriſti milleſimo quarto centeſimo decimo tertio, die Lunæ ante Urbani feſtum. Carolus ſubinde Rex arma in Burgundum movet, Attrebatium civitatem Metacum, in Pictonum regione finitimam Ambianorum Samarobrigæ, Tornacenſibus, Cameracenſibus, obſidet. Guilielmus Dux Bojus Bataviæ, Hannoniæ regulus, utriſque, ſicuti conſtat, ſanguine, & affinitate junctus, Margarita conjunx ejus ſoror Burgundi, caduceatores intercedunt, diſſidentes in gratiam redigunt. Rex ſoluta obſidione Lutetiam Pariſiorum redit.

M CCCC XI.

Huſſitis integer uſus S. Cœnæ conceditur, & ſic utcunque placantur.

Cum in locum Ziſcæ, peſte extincti, novum ſibi militiæ imperatorem, Procopium nomine, Huſſitæ legiſſent, ejuſque ductu crebras graveſque in Miſniam, Voitlandiam, Franconiam, vicinaſque ditiones, facerent irruptiones, condito in Concilio Baſileenſi decreto, ut integer Huſſitis Cœnæ ſacræ uſus permitteretur, mitiores facti ſunt, minuſque turbarum dare cœperunt. Et haud ita multo poſt a nobilibus Bohemis diſſidentes, belloque cum iis commiſſi & prœlio tandem victi, cum ſuis ducibus etiam vires amiſere. Sic demum tota Bohemia rediit ad Sigiſmundum Imper. eumque Regem agnovit. Neque tamen Huſſiticorum omnium motuum hic finis, tantum potentiæ, factus eſt.

Bello civili mox inter ſe commiſſi & attriti in gratiam cum Sigiſmundo redeunt.

Id quoque dicendum ego hic habeo, imperante Sigiſmundo, nobiliſſimas Secundæ Germaniæ, aut Belgii, ditiones, quæ Bavarorum erant, Burgundis Principibus, a quibus dein ad Auſtriacos devolutæ ſunt, hæreditario velut quodam jure traditas fuiſſe. Quæ hac de re Aventinus Lib. Annalium Bojorum VII. prodidit, hic reddenda ſunt; In Belgicam, inquit, Secundam Germaniamque inferiorem, qua Boiis Principibus parebant, graviſſimæ armorum procellæ incubuere.

Nobiliſſima Germania Secunda, aut Belgica ditiones, quâ occaſione Burgundorum imperio ſubjecta.

„Se-

Anno Chriſti

„Sequor autem annales Georgii, reguli Bojorum ditiſſimi, quos
„ejus juſſu Fridericus Maurkirchet, magiſter Epiſtolarum,
„& Pontifex Batavenſis, Jureconſultus, ex Batavia inſula in Boja-
„riam detulit, & ego apud Tegernſche reperi. Guilielmus igitur
„ſecundus, nepos Imperatoris Ludovici quarti, Hannoniæ, Hol-
„landiæ, Selandiæ, Friſiæ, Bojariæ regulus, ex Margareta Bur-
„gunda, *filia Philippi primi Burgundionum atque Flandriæ
„Præfecti, ſorore Ioannis, amita Philippi ſecundi, unicam
„filiam Iacobam tulit, quam nuptum dedit Ioanni Delphino, filio
„Caroli ſexti, Galliæ Italicæ rectoris. Is æræ Chriſtianæ anno
„M CCCC XVII. octavo Idus Aprilis, qui tum quartus dies ante
„Paſchalia erat, abſque liberis decedit. Iacoba ad patrem Gui-
„lielmum revertitur, qui eodem anno pridie Kalendas Julii ex
„hac vita migrat. Tum Iacoba, ejus mater Margareta & Ioan-
„nes, patruus Iacobæ, Pontifex Leodienſium deſignatus, de
„principatu vi & armis diſceptare incipiunt. Ioannes confeſtim
„ſacerdotio cedit; Pontificatum Leodienſem Conſtantienſibus
„patribus reddit. Deinde liberûm procreandorum cauſa, neptem
„Imperatoris Sigiſmundi, ex fratre Ioanne de Lauſnitz, uxorem
„ducit, & Durotracum in Hollandiam migrat. Hæc nomina
„fuerunt factionum, quæ exortæ fuerunt bello inter Margare-
„tam, & Guilielmum filium Comitem Oſtervanenſem, excitato.
„Nam Hoſchoſæi fovebant partes Margaritæ, quarum Principes
„ſe profitebantur Bredenrodii, Cabellavi vero Guilielmo adhæ-
„rebant, quorum primarii erant Egmondani. Hi atque Cabel-
„lavii primi omnium exoſi muliebre Imperium, in verba Ioan-
„nis jurant; ſubinde cæteras urbes in partes ſuas trahere nitun-
„tur. At Hochoſæi Margaretæ, Iacobæque addicti, qui fœmi-
„nis dominantibus ſe principatum obtenturos ſperabant, Ioanni
„rebellant, auſpiciis Margaretæ atque Iacobæ arma ſumunt,
„belligerantur, Ioannem finibus exigere moliuntur. At ille ar-
„ces, oppida adverſariorum expugnat, diruit, vicos diripit,
„agros urit. Hochoſæi quoque, freti potentia muliebri, vires co-
„gunt; eos qui rebus Ioannis ſtudebant, ferro, flamma atterunt.
„Dum itaque omnia civili bello, cognatis armis flagrant, Phi-
„lippus Burgundus, abavus Imperatoris Caroli Maximi Cæſa-
„ris Auguſti (intelligit Aventinus Carolum V. ejus nominis)
„ſorore Ioannis, amita Iacobæ genitus, Margaretæ ex fratre

**Nobiliſſima Germaniæ Secundæ, aut Belgicæ ditiones quâ occaſione Burgundorum imperio ſubjectæ.*

M CCCC X I.

Atrocis Factionis Hoexiorum & Cabeliaviorum in Hollandia Zelandiaque origo.

Anno Christi

,,nepos, Iacobæ amitinus, pronior partibus fœmineis; has ad
,,ſe in Flandriam evocat. Iacobam Ioanni Brabantino, patrueli
,,ſuo, quamvis & ipſi amitini forent, indulgente tamen Rom.
,,Epiſcopo, connubio jungit; Hagæque in Hollandia, inſequenti
,,anno pridie Nonas Aprilis, magnificè, regio luxu, nuptiæ fiunt.
,,Plerique omnes finitimi principes, & antiſtites interfuerunt;
,,in verbaque Brabantini, perluſtrantis uxorias regiones, Hol-
,,landi, Hannonii, Selandi, Friſii jurare jubentur. Itidem Ia-
,,cobæ mariti regna peragranti Brabantini, Limpurgii, ſe in ejus
,,poteſtate futuros, dant fidem. Inter hæc Ioannes Bojus nihil
,,hoſtile; Durotraci ſe continet. At Hochoſæorum ſuaſu Ioan-
,,nes, & Iacoba conjuges, collecto maximo exercitu, Bojum hiſce
,,finibus exigere contendunt; eundem Durotraci arcta obſidione
,,ſeptimo Kalend. Julii claudunt. Ioannes fortiter urbem tuta-
,,tur, crebris eruptionibus diu noctuque, ubi minime rebantur,
,,hoſtes fatigat, permultos occidit, pleroſque captivos in ur-
,,bem abducit. Obſidentium quam obſeſſorum durior erat for-
,,tuna; optimus quiſque ac maxime ſtrenuus oppetiit. Hiſce
,,malis coactus Brabantinus VI. atque quadrageſimo die, multis
,,ſuorum amiſſis, pluribus captis, obſidionem ſolvit. Bojus
,,continuo erumpit; abeuntium agmina invadit, cædit, fundit.
,,Poſtea Roterodamum, patriam Eraſmi illius, qui noſtro ſæculo
,,ſacrarum literarum majeſtatem aſſerit, & eloquentiſſimus o-
,,mnium cenſetur, oppugnat, in ditionem redigit; cæde, incen-
,,diis univerſa complet. Hoſtes par pari referentes idem facti-
,,tant; ferro, flamma cuncta vaſtant. Invicem multa data acce-
,,ptaque utrinque damna; Batavia crudeliſſime devaſtata eſt. Phi-
,,lippus Burgundus, atque Flandriæ dynaſta, utriuſque ſanguini
,,conjunctiſſimus (nam Bojus ejus avunculus, & Brabantinus
,,patruelis, Iacoba amitina, Margareta amita erant) inducias fa-
,,cit, controverſiam dirimit, pacem componit. Hannoniam
,,Brabantino atque Iacobæ: Bojo vero Hollandos, Selandos, Fri-
,,ſios addicit, Worckhemii, pridie Kalendas Martias, anno ab re-
,,ſtituta ſalute milleſimo quadringenteſimo undeviceſimo. Poſt
,,hæc Ioannes, collectis viribus, avitum, paternumque regnum
,,luſtrat; ſacramenta ſibi univerſos, ſicuti hæredi legitimo, dicere
,,jubet. Brabantinus cum conjuge Bruxellas revertitur. Hochoſæi
,,Bojo dicto audientes non erant, devincti beneficiis Margaretæ

Magni terroris in Hollandiâ, nunc temporis, motus ac factiones.

M CCCC XI.

„Ioanni adverſabantur. Odium certaminibus ortum non facile „deponitur; nec ſimultas definit, dum aut metus, aut adverſarii „felicitas durat. Invido quoque oculi dolent, ubi alios plus va„lere cernunt. Has ob cauſas Hochoſei, aliique pacis turbato„res, qui primum ambibant locum, quod ipſis ſub Bojo adipiſci „non licebat, profugi Batavia, ad Margaretham, Iacobamque, „ſe Bruxellas conferunt; Guilielmum de Gorckhem, decurionem „equeſtrem, quo potiſſimum authore pax inter principes conve„nerat, apparentem, ante cubiculum Brabantini, quaſi Domi„narum ſuarum proditorem, contrucidant. Cæde perpetrata in „Hollandiam, Trajectum fuga elabuntur; quoſcunque poſſunt „fraude, dolo, blanditiis, pollicitationibus, pecunia, ſibi conci„liant; factionis opes auſpiciis Margarethæ, conjugis Guiliel„mi, parentiſque Iacobæ, confirmant. Nec deſtitere, donec „quaſdam urbes, præcipue Lidios, a Bojo deficere perſuaſere; „moxque omnia tumultu, & armis confunduntur; ima ſummis „miſcentur; Ioanni Batavo a popularibus ſuis bellum indicitur. „Iique coactis copiis, Lidios, ſylvam luporum patriæ, obſidet. „Maxima pars civium fugam capeſſit; cæteri deditionem faciunt. „Eodem tempore Hochoſæi oppidum Divæ Gertrudis expugnant, „eoque vi potiuntur. Ioannes eo caſtra movet, oppido ad ob„ſequium, & in cineres redacto, arcem obſidet, eamque ſeptimo „obſidionis menſe, ſextodecimo Kalendas Octobris, Brabantino „pacis conditiones ferente, recipit, orbe ab inferis liberato „Anno M CCCCXXII. Quo etiam, tertiodecimo Kalendas De„cembris, noctu, ſubito Oceanus; ventis fluctus & procellas „tollentibus, inundavit, univerſam Suithollandiam aquis operuit; „pecora ſimul, & homines interiere; pagi, tribuſque Eccle„ſiaſticæ (quas Parochias nominant & nuncupantur) amplius „ſeptuaginta cum templis, collegiis, monaſteriis, ſacerdotibus, „una cum monachis, unda obruti ſunt. Nihilominus Hochoſæi, „cæteri exules, atque profugi, amici Iacobæ, cum primum lo„cum, ut deſiderabant, occupare, atque tueri, nec diſcordias „ſerere inter principes non poſſent, in alia pleraque omnia de„ſcendunt; fallacia fallaciam trudunt. Tandem, ex compoſito, „Iacobæ ad aures (ut ſunt mulierum variæ atque mutabiles vo„luntates) crebro atque ſecreto obganniunt; Ipſam cum marito „ſanguinis vinculo quam arctiſſimo conjunctam eſſe. Proinde

Anno Chriſti

Magni terroris in Hollandiá, nunc temporis, motus ac factiones.

M CCCC XI.

Inundatio.

„ad-

Anno Chriſti

„adverſus leges Chriſtianas initum iſtuc matrimonium, inauſpi-
„catum, ac plane inceſtum eſſe, denique calamitoſum Reipubl.
„fore: Pontificem quidem Rom. indulgere, at Deum Opt. Max.
„non ſubſcripſiſſe, ajunt. Eadem apud Margaretam, matrem Ia-
„cobæ, repetunt. Quid plura? Mater filiaque (ita ſunt omnes mu-
„lieres natura religioſæ, & plus ſuperſtitione trahuntur quam
„conſilio reguntur) ſuperioribus conſultoribus fidem habent, il-
„lorumque ſuaſu Iacoba (quicquid illud fuit quod ei in marito
„diſplicuit) a Brabantino clam diſcedit; cum matre in Hanno-
„niam ſe confert; inde in Angliam navigat. Ubi ad eam profugo-
„rum, exulum, quos Bojus regno pepulerat, maximus numerus,
„item procerum quidam, quibus concordia damnoſa, & bellum
„utilius pace erat, brevi confluunt. Horum conſilio Iacoba Bra-
„bantinum conjugem abdicat; Hunofrido, Hainrici Regis An-
„gliorum germano, nubit; nuptias magnifico apparatu celebrat.
„Deinde cum novo nupto in Gallias navigat; Caleteſque petit;
„declinataq; Flandria in Hannoniam penetrat; juſſu matris Han-
„nonii in ejus verba, Hunofridique jurant. Brabantinus tam in-
„ſigni contumelia affectus, auxiliares copias a Philippo Burgun-
„do patruele, & Ioanne Batavo affine accerſit. Inter hæc Bojus
„a Ioanne Flieto, Præfecto aulæ ſuæ, quem Iacoba auro corrupe-
„rat, veneno appetitur, octavoque Idus Januarias, anno Chriſti
„M CCCC XXIV. è medio tollitur, Hagæque ſepelitur in templo
„Dominicanorum. Ioannes, a quo toxico ſublatum principem
„rumor erat, in vincula conjicitur, parricidii condemnatur, in
„quatuorque partes more majorum diſſecatur. In Bojaria eo-
„dem tempore Georgius Epiſcopus Bataveuſis ex hac vita migrat,
„Duo eliguntur, Leonardus de Laiming, & Hainricus Flock;
„uterque Pontificatum ambiunt; Eberhardum de Neuhauſen
„Archiepiſcopum Saliſburgenſem, arbitrum capiunt, utrum Epi-
„ſcopum cenſeat, ratum eſſe, dant fidem. Hainricus, fretus ami-
„citia Archimyſtæ, qui eum ante Chiemenſi Pontificatu donarat,
„ſolus Saliſburgium cum pauciſſimis advocatis venit, ſed ſpe
„ſua fruſtratus eſt. Nam Leonardus illuc Hainricum Landſhuten-
„ſem deduxit; prece, precio Archiepiſcopum ſuum fecit, ab
„eoque Epiſcopus vocatur, Bataviaque potitur. Porro, Albertus
„Auſtriacus, ad quem ſe Hainricus contulit, repugnat; cuncta
„infra Anaſum occupat. Poſt annos octodecim Fridericus

Atrox Factionis Hoexiorum & Cabeliaviorum in Hollandia Zelandiaque origo.

M CCCC XI.

„Truch-

Anno Chriſti

„Truchſeſſius archimyſtes Bojorum litem componit. Leonar-„dus,quem plurimum Æneas Sylvius commendat,cum Auſtriaco „in gratiam redit. In Germania inferiore Brabantinus, & Bur-„gundus Hunofridum Hannonia pellunt; ipſe Burgundum ad „ſingulare certamen provocat, atque in Angliam revertitur. Ac-„cepit Philippus conditionem, ſed die conſtituto Anglus præ-„ſto non fuit. Poſt hæc Ioannes Brabantinus cum legatis Philippi „patruelis ſui, deducentibus illum Cabellavis, cæteriſque ur-„bibus (quæ Boii rebus faverant) ad Batavos tranſitum facit; „paſſim ab omnibus ſicuti maritus Iacobæ recipitur. Deinde „in Hannoniam, ubi Bergii Iacoba cum matre degebat, co-„pias transfert; urbem obſidet, oppugnat. Philippus Burgun-„dus intercedit; cum Margareta amita ſua matre Iacobæ pacis „conditiones dicit. Hannonia Brabantino redditur. Iacoba a „Burgundo amitino ſuo in Flandriam Gandavum deducitur, ut „ibi regiam vitam, donec animus mariti placaretur, duceret. „Ipſa veniam crebro poſtulat; ſexum, ætatem, animum mu-„liebrem, conſultorum malitiam, excuſat: per ſuperos omnes „obteſtatur maritum, ut ſecum in gratiam redeat, atque conju-„gem obſequentiſſimam recipiat: verum ſurdo fabula narraba-„tur, & verba fiebant mortuo. Quippe Brabantinus animum „obfirmarat; penitus aures precibus clauſerat; ei, quæ ſe de-„ſeruiſſet, reconciliari ullo pacto pertinaciſſime recuſabat. Dum „hæc fiunt, Philippus Burgundus, cædem paternam ulturus, „in Francia Italica bellum gerebat. Iacoba nacta occaſionem, „ſumpto virili cultu, duobus duntaxat comitibus veſperi urbe, „nemine advertente, egreditur; equos pernicitatis expertæ „ad hunc caſum paratos inſidet: diu noctuque fugam non in-„termittit, in Hollandiamque incolumis penetrat; ibi quæ ſit, „fatetur, veſtem muliebrem reſumit. Hoc ubi rumore diſſipa-„tum eſt, eam Burgundi ſervitutem evaſiſſe, proceres, cives, „quorum animis necdum reverentia, memoria, beneficia avi, „patriſque exceſſerant, convolant, adventum gratulantur, ſal-„vam âdveniſſe gaudent: Hochoſæi quam maximo poſſunt ap-„paratu excipiunt; Goudam, Aldowathroſque deducunt, cives „in ejus verba jurant. Iacoba Hunofridum maritum ex An-„glia evocat; ſe potiri primariis urbibus, cætera facile cogi „poſſe ad obſequium, aperit. Ille quidem auxiliares copias

Atroci Factionis Hoexiorum & Cabelaviorum in Hollandia Zelandiaque origo.

MCCCC XI.

Anno Chriſti

,,mittit, ſe vero in Anglia continet. Philippus certior de hiſce
,,omnibus factus literis eorum, qui ejus partibus favebant,
,,utcunque compoſitis rebus Gallicis, domum properat; ex-
,,ercitu infeſto atque intento in Hollandiam contendit. An-
,,glos, qui ſuppetias Iacobæ ferebant, ſuperat, profligat Idi-
,,bus Januarii. Iacoba rurſus collectis viribus, accito auxilio a
,,Trajectenſibus, Hochoſæis Herulam * obſidet. Burgundiani apud
,,Lidios obſeſſis operam laturi coëunt. Quod ubi per explorato-
,,res Iacoba cognovit, obſidionem ſolvit, venientibus inſidias
,,juxta vicum Alphen, in ripa Rheni, proxime Lidios, ponit, ad
,,liberandam Herulam properantes de improviſo invadit; Belga-
,,rum, & Gallorum maximum numerum occidit; ducem copia-
,,rum, commilitoneſque in fugam vertit; victoria potitur pridie
,,Kalendas Maji. Quingenti equites, Burgundionum quoque
,,electiſſimi, eo prœlio cæſi ſunt. Lidiorum primarii quinque
,,atque octoginta interierunt. Iacoba admodum paucos deſide-
,,ravit; famaque victoriæ uſa, graviter hoſtes affligit, agros va-
,,ſtat, villas ſuccendit, vicos diripit; cæde, ferro impune in
,,adverſarios debacchatur. Burgundiani rurſus vires recuperant,
,,Herulami, Lidii, * Amoſterodami ſocia agmina conjungunt; in
,,ſuperiore vico Alphe juxta Rhenum caſtra faciunt; Iacobam
,,Batavia expellere in animum inducunt. Illa cum ſuis intrepide
,,obviam pergit, manus cum hoſtibus conſerit, a prima luce
,,ad veſperam continenter decertat, hoſtes in fugam conjicit, uni-
,,verſis ſignis adverſariorum potitur: victrixque victorem exer-
,,citum cum ingenti præda Gaudam deducit; fortunamque ple-
,,rique ſecuti, a Burgundo Brabantinoque deficiunt; diverſæ fa-
,,ctionis vires graviter opprimunt. Moritur tum Ioannes Bra-
,,bantinus. Hunofridus quoque, Iacoba repudiata, aliam uxo-
,,rem in Anglia ducit. Iacoba utroque marito vidua, interceden-
,,tibus amicis, cum Philippo Burgundo, amitino ſuo, qui cum
,,exercitu in Hollandiam hiſce diebus conceſſerat, paciſcitur.
,,Hannonia, Hollandia, Selandia, Friſia, avitum, paternum-
,,que regnum, et aſſe Iacobæ permittitur atque reſtituitur. Verum
,,ipſa dat fidem, ſe minime gentium abſque conſilio, & con-
,,ſenſu Burgundi nupturam. Ita pax, atque ſumma tranquillitas
,,civibus mutuo congratulantibus redit: exploſa diſcordiæ mala,
,,belli furiæ exactæ ſunt. Iacoba ſex annos quiete paternos avi-

,,toſque

* Harlemum, celeberrimam Hollandiæ civitatem, intelligit.

MCCCC XI.

* *Lidios* paſſim Aventinus vocat, qui Leidenſes, aut Lugdunenſes Batavi vulgo jam appellantur.

Finis motuū.

Anno Christi

,,roſque gubernavit principatus. Verum, ſicuti otio laſcivia
,,gliſcere ſolet, & omnes homines a labore proclives ſunt ad li-
,,bidinem, animum, inconſulto amitino, ad nuptias impare ap-
,,plicat; clam Franconi Borſilio, capite minori, nubit. Quod ubi
,,Philippus, incertum quo pacto, reſcivit, diſſimulata adventus
,,ſui cauſa, quaſi officii gratia, & pietatis ergo, amitinam viſum
,,in Hollandiam pergit, Julioque menſe Hagæ ab Iacoba beni-
,,gne ſimul & magnifico, apparatu excipitur. Conviviis dies
,,compluſculos, ſaltitando, ludendo, conſumunt. Porro, juſſu
,,Burgundi, occulte Franconi intercipitur; occulte captivus in
,,Flandriam, ignorante univerſa Iacoba, deportatur. Poſthæc con-
,,tinuo Philippus domum redit. Tum demum Iacoba cognoſcit,
,,Franconem in vincula conjectum, captivum abductum ad Flan-
,,dros arctiſſima cuſtodia detineri. Quem ut carcere atque vin-
,,culis liberaret, Hannonia, Selandia, Hollandia, Friſia, avitis
,,paterniſque bonis cedit: ea univerſa Philippo Burgundo tradit.
,,Ideo Franco è cuſtodia dimiſſus ad Batavos redit; ſolenni ritu
,,Iacobam uxorem ducit; nuptias in oppido, quod Inſulam Divi
,,Martini vocant, celebrat. Cæterum Philippus, perinde ac juſtus
,,& legitimus hæres, nempe pronepos Imperatoris Ludovici
,,quarti Cæſaris Auguſti, nepos Alberti, atque Guilielmi Bojo-
,,rum, amitinus Iacobæ, ea præſente, ab omnibus civitatibus
,,Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, Friſiæ accipitur, quieteque
,,hos ducatus poſſedit. Cæterum Franconi, Iacobæque quaſdam
,,præfecturas precario conceſſit, ſumptuſque præbuit. Et, in-
,,terjecto deinde triennio, Iacoba ægritudine contabuit, ex hac-
,,que vita migravit anno Chriſti MCCCCXXXVI. ſeptimo Idus
,,Octobris, ſepulta Hagæ, in Prætoriano templo, juxta avum
,,ſuum Albertum, regulum Bojorum tetrarchamque Hannoniæ,
,,Selandiæ, Hollandiæ, dynaſtam Friſiæ. Hæque omnes regio-
,,nes, ignavia Bojorum, in manus Burgundionum, & deinceps,
,,mea memoria, Auſtriacorum devenere. Nihil humanorum ſta-
,,bile, atque certum exiſtit. Regna quoque non ſolum commu-
,,tantur, ſed & intereunt, &, quaſi pila, ſurſum fatis jactantur.
,,Regio autem Bojariæ ſecundæ, quæ ab oſtiis Alemanni cum
,,Hiſtro utrinque ad confluentes ejuſdem, atque Iliſſi, & Oeni
,,amnium, excurrit, & Batavis addicta fuit, & ipſa a pluribus pe-
,,tita candidatis, cauſaque inteſtinæ diſcordiæ fuit. Quatuor

Propter impar Iacobæ conjugium novorū motuum turbarumque in Belgio origo.

MCCCCXI.

Iacobæ exceſſus.

Ignaviâ Bojorum nobiliſſimæ Belgii ditiones in ditionem Burgundorum rediguntur.

,,patrue-

Anno Chriſti

M CCCC XI.

,,patrueles competitores fuere, quinque annos jure diſceptarunt. ,,Inferioris Germaniæ autem, Galliæ Belgicæ ſecundæ locupletiſſimas regiones, quaſi vero hæredes non eſſent, neglexere. ,,Quantula portio, pro qua tot annos, crebris conventibus diverſis locis actis, decertarunt, ad illas?

Res Galliæ variè turbatæ ac cōmotæ. Motuum origo.

Hac eâdem certe, quâ imperium Sigiſmundus habuit, tempeſtate, ea rerum in Gallia mutatio facta eſt, ut Anglorum Rex ad Gallici regni ſolium fuerit evectus. Res autem ita ſe habet: Anno MCCCCXX. Carolus Rex Galliæ, Catharinâ filiâ Henrico Angliæ Regi deſponſatâ, eundem ſignatis Trecenſi in oppido tabulis, dictoque ſacramento, atque Salicæ legis auctoritate rejectâ, Gallici regni hæredem inſtituit. Biennio poſt moritur Rex Anglorum Henricus, eique ejuſdem nominis filius ſuccedit. Paulo poſt & Carolus VI. Galliarum Rex, fato concedit. Hinc inter Anglos Galloſque exorta magni terroris diſſidia de legitimo Gallici regni hærede, adeoque permixta utriuſque regni in Anglicano, ut loquuntur, ſcuto inſignia ſunt. Quare & hodieque Magnæ Britanniæ Reges, titulo Regum Franciæ utuntur. In Breviario Hiſt. Horatii Turſelini, Lib. x. hæc eâ de re verba leguntur: Eadem tempeſtate inſania Caroli Regis Franci regnum conceſſit Anglis. Ioannes Burgundiæ Dux adverſus Comitis Armeniaci dominatum a Regina imploratus, Pariſiis captis, Regem ipſum in ſuam redegerat poteſtatem. Jamque regnum omne ad Burgundionem inclinabat, cum is per ſpeciem colloquii fide data, acceptaque a Delphino Regis filio interficitur. Igitur Philippus Ducis filius hæreſque, rei indignitate motus, urbem regiam, Regem, Reginamque cum Catharina filia, Henrico Angliæ Regi tradit. Protinus Catharina, patre annuente, qui nec regni, nec mentis potens erat, Anglo Regi nubit his legibus, ut ad Regis Franci generum liberoſve ex Catharina genitos regnum Franciæ, Rege mortuo, perveniret. Ita Caroli inſani morte Franciæ regnum ab Anglis occupatum anno ejus ſæculi ferme xx; regni tamen jus ac titulus penes Carolum Delphinum manſit.

Henricus, Angliæ Rex, Galliæ Regni hæres ſcribitur.

Galliæ regnum Rex Angliæ occupat.

Cæterum divina providentia Francicam rem mira prorſus ratione reſtituit. Joanna erat virgo Lotharinga viriles animos gerens: hæc divinitus inſtincta impetratis a Carolo Rege copiis Aureliani obſidionem ſolvit. Victricia inde arma circumferens circumjecta oppida, & Rhemos capit. Cæterum in Pariſiorum

oppu-

oppugnatione cum vulnus accepiſſet, a Burgundione circumventa, & ab Anglo Rege cremata eſt, majore inferentis, quam ſubeuntis ſupplicium probro. Quippe illa & vixerat ſecunda integritatis & innocentiæ fama, & moriens facile ac proclive Regi bellum ac victoriam tradidit. Itaque Rex, pace cum Burgundiæ Duce facta, per eum amiſſas urbes, oppidaque de Anglis recepit; reſtitutus in regnum ejuſdem ope, cujus opera fuerat dejectus. Adde & iſta, quæ apud Joannem Iſacium Pontanum Lib. Rerum Gelricarum I X. leguntur: His, inquit, diebus qualis quamque deploratus univerſæ Galliæ ſtatus eſſet, ex eo poteſt intelligi, quod ejus diſtrictus fere præcipuos tum Angli tenerent; & Carolus ipſe, Galliarum Rex, Philippi Burgundiæ Ducis (cujus patrem Ioannem Intrepidum, ut ante meminimus, interfici fecerat, ob interemptum ab eodem Intrepido Ludovicum Aurelianum, Mariæ Harcuriæ, Gelriæ Duciſſæ, parentem, patruum ſuum) non opem modo adverſus Anglos implorandam haberet, ſed necem quoque ejuſdem Intrepidi ſibi ab eodem Burgundo condonari, ſubmiſſe rogitarit. Et accedebat iſtis Aureliæ ab Anglis prætcrea arctiſſima obſidio: Et quod, eâ expugnatâ, ſtatuerat Rex cum omni theſauro, uxore & liberis in Hiſpaniam ad Caſtellæ regem ſuppetias petitum proficiſci: ſed, ecce, dum ſubſidio accurrere Burgundus cunctatur, ob Anglicum, inter alia, fœdus, accidit hoc ipſo tempore, quod nullo non ævo ſit memorabile, Ioannam ſcilicet quampiam, nec alio notam nomine, puellam ruſticam, vaccas, oves & boves paſcere domi ſolitam, in apricum prodiiſſe, quæ a Deo ſe Carolo Regi in auxilium miſſam diceret. Hæc in regis procerumque ejus conſpectum admiſſa, tam præſenti animo ac prudenter cauſam ſui adventus expoſuit, ut ſtatim aliquot equitum alis præficeretur: &, quod regiorum præfectorum hucuſque nullus potuerat, invitis Anglis, cum dicto equitatu Aureliam intrat, ac cives, ad extremam penè redactos inediam, commeatu juvat. Ac mox erumpens cum præſidiariis, ac inſtar viri armata equo inſidens, inter primos pugnam ciet. Tria caſtella opportunis locis ab Anglis erecta expugnat, omnibuſque, qui intus erant, jugulatis, tandem relinquere obſidionem Anglos cogit. Quâ victoriâ fidem penes regem nacta, eundem in Rhêmos ducit. Ubi ſacro eum oleo, veterum Francorum more, eodem hoc anno inungi facit. Cæterum adverſam mox heroïcis virtutibus

Anno Christi

Gallia regnum Rex Angliæ occupat.

M cccc x I.

Anno Chriſti MCCCC XI.

Ioanna, puella ruſtica, Galliæ liberatrix. Gallorum imperio Anglos mirâ virtute & felicitate exuit. Mox ab Anglis capta ad rogi ſupplicium damnatur.

fortunam ingentis illa animi puella, aut Amazon, experta eſt. Quippe a Philippo Burgundo Compendio, quæ urbs eſt Picardiæ nobilis, (Compengam vulgo vocant) obſeſſo Joanna quingentis comitata equitibus auxilio obſeſſis accurrit; ſed multis utrinque vulneratis ac cadentibus, retrocedere denique coacta eſt: Cumque inter poſtremos pugnans, cæteris recedendi locum faceret, è ſigno militari ac veſte, quam ſupra arma ferebat, agnita, a robuſto equite, qui veſtem apprehenderat, equo detrahitur, &, quamvis Franci extrema vi pro ea liberanda decertarent, pulſi tamen, dedere ſe Ioanna cogitur: deductaque Moringium, magno cum Francorum dolore, Anglorum vero gaudio, arctæ cuſtodiæ eſt tradita. Ubi aliquamdiu cum eſſet detenta, circa Kalend. Junii anni hujus, de quo agimus, in foro Rothomagenſi publice eſt exuſta, odio magis itaque, quod ab ignobili puella tot clades viri bello illuſtres accepiſſent, quam quod aliquid tam diro ſævoque ſupplicio dignum commiſiſſet. Quamvis Angli, ut aliquid prætexerent, veneficia ei objicerent, quodque ope cacodæmonum bella tractaſſet. Ita loquitur Aventinus.

Nobiliſſimæ Typographicæ artis prima in Hollandia initia.

Si ulla inventorum gloria celebranda ſint tempora, profecto iſta ſunt, quorum res jam tradimus. Hæc enim peperiſſe veluti Artem Typographicam, eruditionis omnis liberalem cuſtodem ac alumnam, conſtat. Magnum tamen inter indagatores harum aliarumque ejuſmodi originum de inventore certamen eſt, aliis eum Moguntinum, aliis Argentoratenſem, in ſuperiore Germania, aliis Harlemenſem Hollandum prodentibus. Ego, omnibus partium ſtudiis, ut oportet, poſtpoſitis, pro Harlemenſi pronunciare & audeo & debeo; ſicut & ſingulari libro eximius amicus ille noſter, & Polyhiſtor, Petrus Scriverius, jam pridem pronunciavit. Multos, ſcio ego, debita nobis compertæque hic veritati fides hoſtes habet, Moguntinos inprimis & Argentoratenſes in ſuperiore Germania: cæterum ea in medium, non quidem multa, ſed tamen exceptione omni majora, quædam teſtimonia pro noſtra & aliorum, idem ſentientium, hac ſententia & prodidimus & jam prodemus, ut in eamdem non poſſit non quivis concedere; niſi forte ſit, qui aut quævis a vero diverſa ab aliis, & magno numero, (nam plures plerumque ſunt qui ut ipſi falluntur & ſic quoque ipſi plures fallunt) tradita, ſtatim pro certo compertis habet; aut, invita veritate, placere homi-

Anno Christi

nibus conſtituit; aut denique, debitam optima fide, & de qua ambigere merito non licet, narratis rebus, & quidem a fide digniſſimis, fidem non vult habere; adeoque falſa ſibi mavult, quam vera obtrudi.

Pro Moguntinis alii pronunciant; inprimis Bernhardus Mallincrotius.

Moguntinorum hac in re cauſam poſtremus omnium, & poſt multos alios, ſed multo quam alii & accuratius & diligentius, ſingulari elegantiſſimoque libro agere aggreſſus eſt Bernhardus Mallincrotius; vir & rarâ generis ac imaginum nobilitate, & virtute omni, incomparabili inprimis humanitate, qua & nos, etiam ex quo diſſentire hac in cauſſa cœpimus, merito devinctos ſibi habet, & rarâ eruditione illuſtris, omnique laude major. Ægre ego ab eo viro diſſentio; diſſentire tamen & hoc loco, & hac in re ab eo audeo, cum habeam compertum, nihil æque ei curæ ac ſtudio eſſe, quam ex diſſentientium, & doctiſſimos quoſque ac accuratiſſimos facile circumvenientium, tricis explicatam, neque ullo obſcuram fuco, agnoſcere veritatem. Diſſentire ergo hic a tanto & viro & amico non audeo tantum, ſed & debeo; neque tamen aliis, quam olim, indutus tectuſque armis, cum adoleſcens admodum, & pene puer, Hollandiæ urbium Deſcriptionem in vulgus darem.

M CCCC X I.

Adducendi ergo velut in campum hic quoque & domeſtici, & externi, & ſinguli omni exceptione majores, teſtes ſunt.

Teſtimonia pro Hollandis certiſſimæ fidei eis opponuntur, inprimis Hadriani Iunii.

Primum Hadrianus Junius ſe offert, Hornanus Hollandus, adeoque auritus, & prope oculatus rei geſtæ teſtis. Tali autem nemo in cauſæ ejuſmodi, qualis hæc eſt, cognitione, fidem denegat.

Verba ejus ſunt, ubi in Bataviæ veteris illa parte, quæ nunc Hollandia dicitur, celeberrimam non uno, ſed hoc potiſſimum, nomine civitatem Harlemum deſcribit, poſt ſingularem fidei in narrandis ſingulis ſignificationem; *Habitavit*, inquit, *ante annos centum duo de triginta, Harlemi in ædibus ſatis ſplendidis (ut documento eſſe poteſt fabrica, quæ in hunc uſque diem perſtat integra) foro imminentibus è regione Palatii Regalis, Laurentius Ioannes, cognomento Ædituus Cuſtoſve (quod tunc opimum & honorificum munus, familia eo nomine clara, hereditario jure poſſidebat) is ipſe qui nunc laudem inventæ artis Typographicæ redivivam juſtis vindiciis ac ſacramentis repetit, ab aliis nefarie poſſeſſam & occupatam, ſummo jure omnium triumphorum laurea majore donandus. Is forte in ſuburbano nemore ſpatiatus (ut ſolent ſumpto cibo aut feſtis diebus cives qui otio abundant) cœpit faginos cortices prin-*

Anno Chriſti

cipio in literarum typos conformaſſet, quibus inverſa ratione ſigillatim chartæ impreſſis, verſiculum unum atque alterum animi gratia ducebat, nepotibus, generi ſui liberis, exemplo futurum. Quod ubi feliciter ſucceſſerat, cœpit animo altiore (ut erat ingenio magno & ſubacto) agitare, primumque omnium atramenti ſcriptorii genus glutinoſius, tenaciuſque, quod vulgare lituras trahere experiretur, cum genero ſuo Thoma Petro, qui quaternos liberos reliquit, omnes ferme conſulari dignitate functos (quod eo dico ut artem in familia honeſta & ingenua, haud ſervili, natam intelligant omnes) excogitavit; inde etiam pinaces totas figuratas additis characteribus expreſſit. Quo in genere vidi ab ipſo excuſa adverſaria, operarum rudimentum, paginis ſolum adverſis, haud opiſtographis. Is liber erat vernaculo ſermone ab authore conſcriptus Anonymo titulum præferens: Speculum noſtræ ſalutis. In quibus id obſervatum fuerat inter prima artis incunabula (ut nunquam ulla ſimul & reperta & abſoluta eſt) uti paginæ adverſæ glutino commiſſæ cohæreſcerent, ne illæ ipſæ vacuæ deformitatem afferrent. Poſtea faginas formas plumbeis mutavit; has deinceps ſtanneas fecit, quo ſolidior minuſque flexilis eſſet materia, durabiliorque. E quorum typorum reliquiis quæ ſuperfuerant conflata Oenophora vetuſtiora adhuc hodie viſuntur in Laurentianis illis, quas dixi, ædibus in forum proſpectantibus, habitatis poſtea à ſuo pronepote Gerardo Thoma, quem honoris cauſa nomino, cive claro, ante paucos hos annos vita defuncto ſene. Faventibus, ut fit, invento novo, ſtudiis hominum, cum nova merx, nunquam antea viſa, emptores undique exciret, cum uberrimo quæſtu crevit ſimul artis amor, crevit miniſterium, additi familiæ operarum miniſtri, prima mali labes. quos inter Ioannes quidam ſive is (ut fert ſuſpicio) Fauſtus fuerit, ominoſo cognomine, hero ſuo infidus & infauſtus, ſive alius eo nomine, non magnopere laboro, quod ſilentium umbras inquietare nolim contagione conſcientiæ quondam, dum viverent, tactas. Is ad operas excuſorias ſacramento ductus, poſtquam & artem jungendorum characterum fuſilium, typorum peritiam, quæque alia eam ad rem ſpectant, percalluiſſe ſibi viſus eſt, captato oportuno tempore, quo non potuit magis idoneum inveniri, ipſa nocte, quæ Chriſti natalitiis ſolennis eſt, qua cuncti promiſcue luſtralibus ſacris operari ſolent, choragium omne typorum involat, inſtrumentorum herilium ei artificio comparatorum ſupellectilem convaſat, deinde cum fure domo ſe proripit. Amſtelodamum principio adit, inde Coloniam Agrippinam, donec Moguntiacum perventum eſt, ceu ad aſyli aram, ubi quaſi extra telorum jactum (quod dicitur) poſitus tuto degeret, ſuorumque furtorum, aperta officina, fructum uberem meteret. Nimirum

Teſtimonia pro Hollandis certiſſima fidei opponuntur Moguntinis, inprimis Hadriani Iunii.

M CCCC XI.

Anno Chriſti

mirum ex ea intra vertentis anni ſpatium ad annum à Chriſto nato c I ↄ. c c c c x l i i. *ipſis iis typis, quibus Harlemi Laurentius fuerat uſus, prodiiſſe in lucem certum eſt, Alexandri Galli Doctrinale, quæ Grammatica celeberrimo tunc in uſu erat, cum Petri Hiſpani tractatibus, prima fœtura. Iſta ſunt ferme quæ à ſenibus annoſis fide dignis, & qui tradita de manu in manum quaſi ardentem tædam in decurſu acceperant olim, intellexi, & alios eadem referentes atteſtanteſque comperi. Memini narraſſe mihi Nicolaum Galium, pueritiæ meæ formatorem, hominem ferrea memoria & longa canitie venerabilem, quod puer non ſemel audierit, Cornelium quendam Bibliopegum ac ſenio gravem, nec octogenario minorem (qui in eadem Officina ſubminiſtrum egerat) tanta animi contentione ac fervore commemorantem rei geſtæ ſeriem, inventi (ut ab Socero acceperat) rationem, rudis artis polituram & incrementum, aliaque id genus, ut invito quoque, præ rei indignitate lacrymæ erumperent, quoties de plagio inciderat mentio: tum vero ob ereptam furto gloriam ſic ira excandeſcere ſolere ſenem, ut etiam lictoris exemplum cum fuiſſe editurum in plagiarium appareret, ſi vita illi ſuperfuiſſet: tum devovere conſuevisſe diris ultricibus ſacrilegum caput, nocteſque illas damnare atque execrari, quas una cum ſcelere illo, communi in cubili per aliquot menſes exegiſſet. Quæ non diſſonant à verbis Quirini Talſii Coſ. eadem fere ex ore librarii ejuſdem ſe olim accepiſſe, mihi confeſſi. Ita dictare me compulit cupiditas & ſtudium defendendæ veritatis, quamvis illa odium ſui plerumque parere ſoleat: in qua tuenda potius, quam ut deſerere vadimonium velim, ad ſuſcipiendum odium paratior ſim ac promptior.*

Teſtimonia pro Hollandis certiſſima fidei opponuntur Moguntinis, inprimis Hadriani Iunii.

M cccc x l.

Tabella recitata eſt. At vero nemo, niſi cui livore corruptum judicium eſt, aut tam luculentum teſtimonium temere rejecerit, aut in eo facile quid reprehenderit, aut luculentius merito deſideraverit. Quid enim? Niſi oculis, niſi auribus, niſi ſuæ cuique conſcientiæ, niſi acceptis a majoribus, & in publica dignitate poſitis, niſi horum omnium præſidiis ſuffulto, & ab invidentia ac adulatione alieno ſcriptori ſit fides, fruſtra hanc, quæ, ut auctores juris loquuntur, facti eſt, quæſtionem pertractamus. Sed & laborat omnium Annalium fides, niſi iſtis, veluti principiis, innitatur. Quæ viderit, quæ audiverit, ſe tradere, in præfatione ad cæleſtem Hiſtoriam divinus ſcriptor teſtatur. Quis autem Cornelium illum Tacitum (quantum vero ſcriptorem?) neſcit? Qui, *Nobis quoque modo traditum non occultare in animo fuit*, Annal. xv. *Audire me memini ex ſenioribus*, Annal. iii. Et poſt

 paullo,

Anno Christi

Iunii ſententia confirmatur.

paullo, *Neque occulere debui narratum ab iis, qui noſtram ad juventam duraverunt.* Eſt enim id quaſi vivum & ſpirans quoddam Annalium genus, quod memoriæ ſenum infixum, & ab his juventæ traditum, fidem ſcribentium neceſſario inſtruit & antecedit. Atque ita inſtructum nemo quaſi in jus vocat, niſi cui aut nulla ejuſmodi rerum monumenta, aut pro veris falſa tantum & incerta probantur. A qua mente averſus eſt, quiſquis ſanam habet. Accedunt laudati olim nobis Annalium Colonienſium auctor, & Mariangelus Accurſius; hic Italus, ille Germanus; uterque exterus Hollandis & peregrinus. Sed quid iſti? Primum omnium librorum in Hollandia excuſum. Quis iſte? Donatus. Quomodo? In tabula inciſa. Quid vero de Moguntinis? Hoc eos promovendæ artis unicum inſtar habuiſſe, id primum eos ſequutos rudimentum. Et hæc quidem tam eadem ac concordi adſeveratione, ut, quanquam alius alterius teſtimonii ignarus, alter alterum videatur quaſi interpretari. Et, quod amplius eſt, hæc ab iis diſcrtim prodita ſunt ea tempeſtate, qua primum ornatam & excultam hanc artem fuiſſe, a nemine dubitatur. Quid vero amplius merito flagitemus? O vim & magnum præſidium veritatis! Cujus cauſa hæc, velut publica, & venerandæ auctoritatis, inſtrumenta inſcribimus huic loco, & veritati, velut aram, dedicamus. Ita igitur Colonienſium rerum graviſſimus author: *Ars hæc Typographica, ſumme æſtimanda, inventa omnium primo in Germaniæ urbe Moguntia eſt, ad Rhenum, circa annum Domini noſtri* M C C C C X L. *& ab eo anno, donec ſcriberetur* M C C C C L. *inventioni ejus eorumque quæ ad illam pertinent, opera impenſa fuit. Eoque anno, qui Iubilæus fuit, cæptum fuit libros imprimere, primuſque qui excuderetur liber, Biblia fuere Latina, impreſſaque ea ſunt ſcriptura grandiori, quali hodie Miſſalia ſolent inprimi. Quamvis autem, ut præmittitur, Moguntiæ ars hæc inventa fuerit eo modo, qui nunc temporis communiter uſurpatur, prima tamen ejus præfiguratio (ſeu ſimulachrum) ex Donatis Hollandiæ reperta & deſumpta fuit, qui ibi ante id tempus excuſi fuere: eque illis principium prædictæ artis depromptum eſt. At poſterior hæc inventio priori, quoad artificium & ſubtilitatem, longe præſtantior fuit, indieſque ad majorem excellentiam perducitur. Author quidam, Omnibonus dictus, ſcribit in præfatione Quintiliano præfixa, ac preterea in aliis libris ſuis: Gallum aliquem, nomine Iohannem Ienſſon, omnium primo inſigne hoc artificium reperiſſe. Sed is in illo manifeſti erroris convincitur. Adhuc enim in vivis*

Teſtimonio etiam exterorum.

M CCCC XI.

Ut Colonienſium rerum vetuſti & coævi ſcriptoris.

Anno Chriſti

ſuperſunt, qui teſtari poſſunt, Jam tunc Venetiis libros impreſſos fuiſſe, priuſquam Nicolaus Ienſon eo delatus eſſet, ibique typos effingere & præparare cœpiſſet. Sed primus Typographiæ inventor civis fuit Moguntinus, Argentinâ oriundus, cui nomen erat, Iohannes Guttenberch. Moguntia autem dicta ars primo Coloniam delata eſt, poſt Argentinam, ac deinceps Venetias. Initium ac progreſſum ſæpius memorati artificii ex honorabilis magiſtri Vlrici Zel, Hannovienſis, narrantis ore cognovi, qui etiam nunc hoc MCCCCXLIX. *anno Coloniæ Typographum agit, eoque auctore hæc ars Coloniam propagata eſt. Reperiuntur ſcioli aliquot, qui dicant, dudum ante hæc tempora typorum operâ libros excuſos eſſe, qui tamen & ſe & alios decipiunt. Nullibi enim terrarum libri eo tempore excuſi reperiuntur. Præterea plurimi libri veteres interciderunt, eo quod magno numero deſcribi non poſſent: exempli cauſſa, maxima pars operum Titi Livii, libri Ciceronis de Repub. & libri Hiſtoriarum Plinii de bellis Romanorum cum Germanis.* Nec minus certum eſt, aut minoris ponderis, Mariangeli Accurſii teſtimonium. quod ex Angelo Rocha alibi depromptum, hic iterum, inſtituti cauſſa, repetemus; qui ex Eremitarum S. Auguſtini Ordine Theologiæ doctor, ac dein Epiſcopus Tagaſtenſis, ſub quinto Sixto, Bibliothecam Vaticanam luculento opere vulgavit. Ita autem Rocha: *Ars Typographica in Europa anno ſalutis noſtræ* MCCCCXLII. *inventa fuit, ut Polydoro placet, à Iohanne Gutenbergio, natione Teutonico, equeſtri dignitate viro, ſicut ab ejus civibus audiviſſe ſe ait, in oppido Germaniæ, quam Mogontiam Latine dicunt, vulgari vero ſermone Maints. Decimo ſexto deinde anno, qui fuit Salutis humanæ* MCCCCLVIII, *quidam nomine Conradus, eodem Polydoro teſte, homo itidem Germanus, Romam primo in Italiam attulit; quam deinde Nicolaus Ienſon Gallus, mirum in modum illuſtravit. Hæc Polydorus. Volaterranus autem duos fratres Alemannos in Italiam advexiſſe impreſſoriam artem, & anno ab orbe redempto* MCCCCLXV, *Romæ inſtituiſſe, & libros Sancti patris Auguſtini de Civitate Dei, & Lactantii Firmiani inſtitutiones, primum impreſſiſſe affirmat. Alii ejuſdem Auguſtini Confeſſiones primum impreſſas fuiſſe ajunt. Sunt qui velint hujus artis inventores fuiſſe Ioannem Fauſtum & Ioannem Schoefferum anno Dominicæ Incarnationis* MCCCCXL. *deinde à Ioanne Gutenbergio illam illuſtratam fuiſſe in Germania; anno vero* MCCCCLX, *à Conrado item Germano Romam, à Sixto autem Ruſſinger, Argentinate, Neapolim advectam, & in Italia ab Aldo ſeniore illuſtriorem fuiſse redditam, & à Nicolao Ienſon Gallo in Galliam fuiſse abſportatam. Sed in tot ſcriptorum controverſia*

MCCCCXL.

Accedit teſtimonium Mariangeli Accurſii Itali, ex Angeli Rocha Bibliothecâ Vaticanâ, non obvio cuivis opere.

appo-

Anno Chriſti MCCCCXI.

apponere libet, quod manu Mariangeli Accurſii exaratum in prima Donati Grammatici pagina inveni. Aldus enim junior, vir quidem eruditus, & in antiquorum monumentis indagandis accuratiſſimus, oſtendit mihi librum Donati ex membranis confectum & impreſſum, in cujus priori pagina hæc ſcripta leguntur:

Accedit teſtimonium Mariangeli Accurſii, Itali, ex Angeli Rocha Bibliothecâ Vaticanâ, non obvio cuivis operâ.

JOANNES FAUST, CIVIS MOGUNTINUS, AVUS MATERNUS JOANNIS SCHOEFFER, PRIMUS EXCOGITAVIT IMPRIMENDI ARTEM TYPIS ÆREIS: QUOS DEINDE PLUMBEOS INVENIT, MULTAQUE AD POLIENDAM ARTEM ADDIDIT EJUS FILIUS, PETRUS SCHOEFFER. IMPRESSUS EST AUTEM HIC DONATUS ET CONFESSIONALIA PRIMO OMNIUM ANNO CIↃCCCCL. ADMONITUS CERTE FUIT EX DONATO HOLLANDIÆ, PRIUS IMPRESSO IN TABULA INCISA.

Hæc ibi. Ubi etiam à latere eadem manu ſcripta leguntur; Hæc ſcripſit Mariangelus Accurſius. *Hic liber eſt Grammatica Donati. Non parum autem, quantum ad ordinem pertinet, ab ea diſtans, qua in Italia uti ſolemus. Imo principium eſt aſſimile Grammaticæ Inſtitutioni Guarini, qui ab eo multa accepiſſe judicatur. Hujus codicis typi, & minutus imprimendi modus, rudem illam inventionem præ ſe ferunt.* Certi iſti, & omni exceptione majores, teſtes ſunt; de mente tamen dubitatur. Quæ tam certa & pro cauſſa noſtra eſt, quam certum ac indubitatum in ſcirpo nodum eos quærere voluiſſe, qui ſiniſtris & diſtortis, & ab inſtituto auctorum alienis interpretationibus, integritatem ejus vexare ſunt aggreſſi. Cur enim aliud urget Mallincrotius. Uterque dicit, primos in Hollandia libros impreſſos, ut loquitur Mariangelus; excuſos, ut ex interpretatione hujus, ſcriptor Colonienſis. Uterque meminit Donatorum. Uterque eâ in re Moguntinos poſtponit. Uterque addit, a Moguntinis ex Hollandia petitum ejus artis primum rudimentum. Quidni igitur victas det manus, & uterque idem ſentiamus? Nam inter Hollandos ſolorum Harlemenſium, inter hos unius Laurentii Coſteri, id decus, ea claritudo eſt. Plura hac de re qui volet, adeat, ſi tanti ſint, ac conſulat, quæ ante aliquot annos, libro ſingulari de Typographicæ artis inventione ac inventoribus diſſeruimus. Ad alia enim hic nobis jam accedendum eſt.

Oriens

Oriens Imperatorem Iohannem Palæologum habuit, ſed imparem rebus gerendis, aut ignavum. Contra vero in Turcico regno clari magnitudine geſtarum rerum illuſtreſque ſunt Mahometes I. ejuſque filius & ſucceſſor, Amurathes II. Mahometes Walachos aſperrimo bello attrivit, &, converſis in Aſiam armis, quæ Tamerlanes occupaverat recepit. Sedes illi imperii fuit Adrianopolis, Thraciæ caput; prælioque Sigiſmundum Imperatorem in campis Columbacenis ſuperavit. Amurathes multo felicior patre fuit. Græcos bello adortus eſt, qui Muſtapham patruum ejus, ex cuſtodia dimiſſum, copiis ſuis præfecere; ſed victi ſunt; captuſque Muſtapha in poteſtatem Amurathis venit, & trucidatus eſt. Græci dein, poſt petitam pacem, nec impetratam, collectis novis copiis præficiunt fratrem Amurathis. Cœpit hic Niceam, Bithyniæ urbem, ſed in eâ mox oppreſſus ab Amurathe per proditionem ſimili ſupplicio vitam finiit. Hoc rerum ſucceſſu auctus animo ac ſpe Amurathes, inſtandumque fortunæ ratus, vim belli omnem in Græcos convertit, eâ felicitate, ut in deditionem acceperit Thraciæ urbes, quæ Byzantino Imperatori adhuc erant reliquæ. Mox Theſſalonicam cepit, aliaſque Græciæ regiones.

Anno Chriſti Orientis Imp.

Turcarū Reges.

Eorum ſedes Adrianopolis.

Res maxime geſtæ ab Amurathe II.

Mcccc xl.

Fuit hac tempeſtate magnus egregiorum ingeniorum proventus. Inter quæ illud Vallæ Laurentii inprimis eluxit; qui præter humaniorum literarum elegantiam, prope exſtinctam & ignotam, velut poſtliminio revocatam, quod elegantiſſimi ejus de elegantia ſermonis Romani libri reſtantur, Theologiæ & Juris quoque ſtudio ſerio ſe dedit. Utramque enim diſciplinam neglectim & illotis impuriſque manibus ſua ætate tractari obſervabat. Quo factum, ut cum multa intelligeret, quæ ignorabant illi, qui in utriuſque profeſſione ætatem triverant, & ſupra omnes ſibi excellere videbantur, plurimos in ſe hoſtes concitaverit. Juris-conſultus quidam, ut ſibi videbatur, titulo ſaltem talis aut ſolo nomine, Vallam aliquando acerbe increpuit, quod, ut ſutor ultra crepidam, humaniorum literarum cultu haud contentus falcem mitteret in meſſem alienam, & juris Romani peritiam aliquam ſibi arrogaret. Ecce autem hominis improbitatem. (hæc enim hic nobis tradenda ſunt, ut quam infeſta magnorum hominum virtutibus hæc tempora fuerint, intelligatur) Proponit is Vallæ locum ex Juſtinianeo Codice, *De Finibus regundis*; cujus initium

Magnus illuſtriū ingeniorum proventus.

Laurentius Valla, & ejus elogium.

Anno Christi

eſt; *Quinque pedum præſcriptione ſummota.* Quem obſcuriſſimum, & a nemine ejus ætatis Juriſconſultorum intellectum, imo depoſitum eſſe, conſtabat. Tum Valla, *Quid vero,* inquit, *improbius, quam velle damnare me, ut nihil juris intelligentem, quia locum aut nulli aut vix ulli intellectum non expoſuerim? Debuiſſe illum proponi non ei, qui aliquid juris ſe intelligere diceret, ſed ei, qui omnia.* Interim tamen illuſtravit, ut antiqui moris Romani erat peritiſſimus. Poſt quæ, aliâ è Jure Quæſtione petita, adverſarium ad ſilentium adegit. Nam cum de Jure Uſucapionum ex Duodecim tabulis nonnihil rogaret, in eas anguſtias eumdem illum ſuum adverſarium adduxit, ut hic in conclave, velut furens, ſe recepetit, atque ex eo tempore, homo, vindictæ cupidiſſimus, odio plus quam Vatiniano Vallam fuerit proſequutus, vitæque ejus inſidiatus. Sed ut Theologorum & ſanctior magiſque neceſſaria diſciplina eſt, & auctoritas major, ita cum eorum quoque ignorantia & putidiſſimis ineptiis commiſſus, vitam ac omnes fortunas ſuas in ultimum pene diſcrimen adduxit. Cum enim Neapoli ageret, pro concione verba faciebat forte Antonius Betontinus, Ordinis Minorum, inſignis in dicendo latrator. Hic cum illis diebus, quos Quadrageſimales vocant, frequentius apud populum peroraret, forte fortuna Valla intervenit, cum in explicatione Apoſtolici Symboli verſaretur, doceretque Petrum dixiſſe, *Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem;* Andream vero; *Factorem cœli & terræ;* & reliqua reliquos deinceps Apoſtolos. Finem dicendi cum feciſſet Monachus, interrogat Valla Angelillum Campanum, qui proximus ſederat, virum & doctum & gravem, Regique a ſecretis, nunquid uſpiam ſic conditum Symbolum fuiſſe, legiſſet. Ille, Se vero nuſquam; nec unquam audiſſe, niſi ex eodem Monacho, Hieronymum non Stridonenſem fuiſſe, ſed Romanum. Itaque hominem adire conſtituêre. Rogant, quis tradiderit, Hieronymum fuiſſe Romanum. Tum ille; *Multi tradunt; ſed quis negat?* Primum hominis ſtultitiam riſu Valla excepit, quaſi alius deberet oſtendere, qui negaret, & non ipſe, qui hoc affirmaverat, &, quis traderet, rogabatur; dein reſpondit; *Hieronymus ipſe non ſe Romanum dicit, ſed Pannonium aut Dalmatam ex oppido Stridone. Alii,* inquit alter, *Romanum fuiſſe ajunt, alii Dalmatam.* Egregia tergiverſatio; quaſi alii melius noſſent natale Hieronymi ſolum, quam ipſe Hieronymus; aut potius quaſi ulli

Laurentius Valla, humaniorum elegantiorumq; literarum reſtaurator, inſignia merita & elogium.

M CCCC XI.

alii hoc dicerent; quos, ſi qui eſſent, nominare debebat. Valla, cognita hominis imperitiâ & improbitate, ultra noluit inſtare. Dein de Symbolo Apoſtolico quæſitum, quo auctore docuiſſet membratim illud & partim ab Apoſtolis Eccleſiæ fuiſſe traditum. Ibi ille ſtatim, ut promptiſſimi fere oris ſunt omnium ignari & imperiti; *Doctores*, inquit, *Eccleſiæ*. Qui illi eſſent, & ut teſtimonia produceret, rogatus, jam reſpondiſſe ſe dixit, vehementerque in Vallam, velut impium hominem & Chriſtianæ rei Eccleſiæque hoſtem, exorſus eſt ſtomachari. Et proximis diebus, in concione publica, graviſſimis contumeliis in nomen ejus ac famam eſt graſſatus. Nec prius deſtitit, quam Rex, de re omni certior factus, Matthæum Malleferatum, Juriſconſultum, ad hominem objurgandum, caſtigandamque maledicentiſſimi oris petulantiam mitteret. Valla, tanquam ad diſputandum provocatus, quæcunque in ſe carpi damnarique acceperat, publico programmate in primario urbis templo propoſuit, contra quoſvis defendenda. Convocat pleroſque è nobilitate Neapolitana, ut pugnæ interſint, & inprimis Regis filium Ferdinandum. Placuit mox in ampliſſimo aulæ conclavi, quod ea de cauſa aulæis ſtatim & edito ſuggeſtu ornatum, in omnium conſpectu, inſtituere pulcherrimum hoc certamen, cujus exſpectatione doctorum animi erant arrecti. Adverſarii interim ſolliciti, trepidi, diſcurſantes, haud obſcura ignavi timoris indicia præ ſe ferebant. Itaque cum Rege egerunt, ne quid majorum turbarum oriretur, neve quid Romanæ Eccleſiæ auctoritati decederet, ut Vallam juberet ab indicta diſputatione ſuperſedere. Regis igitur auctoritate ac conſilio retentus, ut ſcirent, qui conventuri erant, non futurum certamen, & riſui ludibrioque omnium adverſarios exponeret, affixit valvis hoc diſtichon;

Rex pacis, miſerans ſternendas Marte phalanges,
Victoris cupidum continuit gladium.

Qua contumelia multo jam magis accenſi turbatique adverſarii, nihil eorum intermiſere, quibus fieret ut aut ad perpetuum carcerem Valla damnaretur, aut capitis ſupplicio libertatem dicendi expiaret. Itaque ad vicarium Archiepiſcopi vocatur. Valla, etſi aliquid, non tamen tantum inſidiarum ſuſpicatus, ad hominem pergit, ſine advocatis; amicis etiam, quos magnæ in aula auctoritatis & plurimos habebat, non conſultis. Ubi condicta hora

Anno Christi

Valla de receptâ nunc Theologia emendanda cogitat, eâq; de cauſa in ultimû prope diſcrimen adducitur.

M CCCC XI.

Anno Chriſti

Valla de receptâ nunc Theologiæ emendanda cogitat, eâq; de cauſa in ultimū propè diſcrimen adducitur.

ſe ſiſtit, ecce, videt è Pontificibus & omnis Ordinis Monachis conſcriptum coactumque frequentiſſimum Senatum. Ibi Frater quidam, Prædicatorum Ordinis, quem Inquiſitorem dicebant, percunctatur; Quid de Symbolo ſentiret, & an non ab Apoſtolis id conditum ſignatumque ſtatueret? Ille, ſe ſentire, ajebat, non ab Apoſtolis illud compoſitum, ſed a Synodo Nicæna. Ibi tum alter, Id hæreticum eſſe, exclamat. Valla, graviſſima ſibi argumenta eſſe, teſtatus eſt, quare ita ſentiret. Prolatæ etiam tunc ſunt Epiſtolæ, in quibus Decreta Pontificum cum a corrupta lectione nonnullis in locis eſſent Vallæ induſtria ac ſtudio purgata, adeoque emendata, tamen ea ſic impugnari, & velut graviſſimum & ultricibus flammis expiandum crimen, objiciebant. Valla, quo iniquiſſimorum hominum effugeret improbitatem, præſentiſſimumque diſcrimen; De his omnibus idem ſe ſentire, quod Eccleſia, identidem affirmabat. Cumque acriter adverſarii urgerent, ut quæ a ſe ſcripta ac dicta erant ſtatim revocaret; *Cur non potius*, inquit Valla, *vos docetis, eſſe revocanda? An mavultis oris mei, quam animi emendationem? Quo enim pacto ego emendem, niſi id quod ore fateor, animo etiam ſentiam? Et quomodo ex animo ſentiam, niſi ſententiam, quam ut veriſſimam hactenus tutor, vos falſi convincatis?* Tum Aleſanus Epiſcopus, ejuſdem Ordinis, manus ei injecit: *Et tibi*, inquit, *homo ſceleſtiſſime, ſuperbia hic deponenda eſt.* Quod cum cæteri tacite improbarent; *De his omnibus*, inquit denuo Valla, *idem ſentio quod mater Eccleſia.* Tum idem Aleſanus; *Quid*, rogat, *ſtatuis de decem Prædicamentis? Etiamne*, excipit Valla, *decem Prædicamenta ad fidem ſpectant, ſicuti decem divinæ legis præcepta? Quidni*, inquit Aleſanus, *ad fidem iſta pertineant? An ignoras ex illo dogmate Dialecticorum, de ſenſu diviſo & compoſito, graviſſimas in Theologia controverſias explicari?* Cum ei quidam adſentirentur, pauci diſſentirent; *Age*, inquit Valla, *rem compendii faciamus: etſi iſta mater Eccleſia ignoret, tamen idem de illis credo, quod mater Eccleſia.* Volentem Aleſanum ad alias ineptias, & ſeveriorem in Vallam ſententiam, progredi, reliqui continuere. Jam enim & quidam procerum acceſſerant, qui ſe ab rege, qui iſta audiſſet, miſſos ſignificabant, ut Vallam adverſus injurias inſidiaſque omnes tuerentur. Atque ita vir optimus doctiſſimuſque, pudendarumque ineptiarum, quarum in Eccleſia & Scholis nunc erat principatus, hoſtis acerrimus, evaſit. Longum nimis eſſet ſimilia multa alia, quæ-

M CCCC XL.

que

que horum ſunt temporum, huc conferre. Interim ex iis, quæ jam prodidimus, liquet abunde, jam proxime etiam ante Lutheri tempora non defuiſſe præclara ingenia, quibus Romanæ Eccleſiæ doctorum deliria, ineptiæ, ac ſordes diſplicerent. *Anno Chriſti*

Fato jam functum Sigiſmundum gener ejus ALBERTUS II. AUSTRIACUS, in imperio excepit. At biennii tantum, aut vix, ejus imperium fuit. MCCCCXXXVIII. ALBERTUS II. AUSTRIACUS IMP.

Idem ei annus & Imperium, & duo ampliſſima regna, Bohemicum & Hungaricum dedit. Sed ad Bohemicum difficilem aditum Huſſitæ fecere. De quibus jam diximus. Vix alia, quæ quidem ad inſtitutum noſtrum faciunt, dicenda hic nobis de eo offeruntur. In Hungariam profectus, ut ſe ſiſteret reſiſteretque, Turcæ Amurathi, in itinere, quod res ipſa oſtendit, (quamquam alii alia tradiderint) æſtu afflictus nimio, peponumque forte uſu nimio, vivere deſiit.

Quæ forte eo imperante cœpta in nervum, ut ajunt, ſuccedente Frederico tertio, Duce Auſtriaco, erupere, mox opportunius dicentur, hujus tempora udituro.

Alberto igitur Auſtriaco FREDERICUS III. AUSTRIACUS, propinquus, ſucceſſor datus eſt; imperiumque ejus, raro, & fere inaudito exemplo, annorum trium ſupra quinquaginta fuit. MCCCCXL. FREDERICUS III. AUSTRIACUS IMP.

De inteſtinis quaſi & civilibus multis ab eo geſtis bellis multa dicere hic, nobis non eſt propoſitum. Ea enim plerumque prodere hic eſt animus, ex quibus inſignes regnorum aut imperiorum exortæ ſunt mutationes.

Fuit ergo huic (nam id noſtri hic, ut diximus, inſtituti eſt) Frederico bellum cum Carolo Burgundiæ Duce, cujus vitam nobis deſcriptam reliquit Cominæus. Hujus belli cauſa fuit dominandi libido in Carolo; qui in congreſſu Trevirenſi petiit ab Imperatore, ut ſe Vicarium imperatorium crearet. Et præterea Archiepiſcopatum Colonienſem ad ſe trahere quum ſtuderet, & Noveſium urbem infra Coloniam obſideret, Imperator ex officio defenſionem urbis ſuſcipiens copias coëgit, quibus Albertum Marchionem Brandeburgicum ducem præfecit. Bellum fuit annuum, quod per colloquium Imperatoris cum Carolo tandem eſt finitum. Pax proclamata eſt anno Chriſti MCCCCLXXV, & in eam

Bellum inter Fredericum Imp. & Carolū Audacē, Burgundiæ Ducem; quod occaſionē præbuit matrimonio inter Maximilianum Frederici filium, & Mariam Caroli filiam unicam.

 ſen-

Anno Christi MCCCC XL

Auſtriæ & Burgundiæ conjunctio.

ſententiam ſancita, ut Caroli unica filia deſponderetur Maximiliano Imperatoris filio cum omnibus Caroli provinciis. Hinc orta eſt conjunctio Auſtriæ & Burgundiæ. Infeſta ejuſdem ac Chriſtiano nomini prope ultima tempora fuere, tam propter Romanorum Pontificum ſchiſmata, quam inſignem cladem Varnenſem. De ſingulis ordine hic dicemus. Romanæ Eccleſiæ Pontifices fuerunt Felix V, Nicolaus V, Calliſtus III, Pius II, Paulus II, Sixtus IV, Innocentius VIII. Frederici Imperatoris hortatu Felix V Pontificatu ſe exuit, ut ſchiſma peſtiferum ex Eccleſia tolleretur. Plane enim inquietus erat Eugenius, ut Annales tradunt. Nicolaus V. ab An. Chriſti MCCCCXLVII, ſedit annos VIII, & ſcribitur Pontificatum oblatum invitus ſuſcepiſſe. Literarum & literatorum ſummus fautor & Mœcenas; unde factum ut ad eum tanquam ad portum confugerint multi eruditione clari viri, ut Georgius Trapezuntius, Georgius Valla, Demetrius Græcus, Nicolaus Perottus, & alii, quorum opera multi autores è tenebris eruti & luce illuſtrati ſunt, & ex Græco in Latinum ſermonem converſi; ex quo non parum felicitatis literata Reſp. eſt adepta. Celebravit hic Nicolaus V. jubileum anno Chriſti MCCCCL, in quo homines circiter CC in ponte S. Angeli conculcati & oppreſſi ſunt, multi etiam in flumen præcipitati perierunt. Calliſtus III ſedit annos III, & inſtituit feſtum Transfigurationis Chriſti in monte Thabor, de quo Matth. XVII. Voluit autem Calliſtus in hoc feſto celebrari memoriam partæ victoriæ ad Belgradum. Pius II, antea dictus Æneas Sylvius, ab anno Chriſti MCCCCLVIII. ſedit annos VI. In Baſileenſi Concilio ex ſcriba factus eſt Secretarius Imperatoris, inde Epiſcopus, deinde Cardinalis & tandem Pontifex. Quas turbas dederit in Imperio per excommunicationem Dieterici Archiepiſcopi Moguntini & ſubſtitutionem Adolphi Naſſavienſis, ſatis notum eſt. Privatus quædam ſcripſit, quæ Pontifex factus damnavit, unde ſcomma de eo jactatum eſt; Quod Æneas probavit, Pius damnavit. Fertur autor diſtichi illius notiſſimi; Non audet Stygius Pluto tentare quod audet Effrenis Monachus, plenaque fraudis anus. Paulus II ab anno Chriſti MCCCCLXIV ſedit annos VII, homo flagitioſus & ingluviei deditus, literarum & literatorum oſor. Sixtus IV ab anno Chriſti MCCCCLXXI ſedit annos XIII. Primus cum religione arma conjunxit,

Septem Papæ. Felix V. Nicolaus V. literarũ & literatorum fautor eximius.

Iubileum multis fatale.

Calliſtus III autor feſti Transfigurationis Chriſti.

Pius II antea dictus Æneas Sylvius.

Paulus II.

Sixtus IV.

& ex-

& expeditiones contra Florentinos, Venetos, Ferdinandum Siciliæ regem, & alios ſuſcepit. Annum Jubileum a quinquageſimo ad vigeſimum quintum traduxit, & anno MCCCCLXXV celebravit. Sordide avarus fuit, & inter lenones, qui lupanaria ædificabant, non ultimus. Ex lupanaribus quæſtum fecit meretricium pro locupletando ærario. Tribus anni menſibus calidioribus Junio, Julio & Auguſto coitum maſculinum permiſit, ut Baleus refert, apud quem plura eaque memorabilia invenies, lib. VI.

Anno Chriſti MCCCCXL.

Iubileum reducitur ad annum XXV.

In Orientali imperio poſt Ioannem Palæologum Conſtantinus Palæologus ultimus imperare cœpit anno Chriſti MCCCCL, & imperavit annos III. Ante imperium ſæpe fortiter cum Turcis conflixit in Peloponeſo & Theſſalia; ſed cum Amurathes Heracleam expugnaſſet, animo fractus ad pacis conditiones, quas victor tuliſſet, ſupplex ſeſe obtulit. Fuit hic Conſtantinus ultimus ex Imperatoribus Græcis ſeu Orientalibus. Anno enim III imperii urbs Conſtantinopolis a Mahomete II, Turcorum Imperatore, poſt obſidionem dierum LIV expugnata & capta eſt menſe Majo anni MCCCCLIII. Et ab hoc porro tempore reges Turcici titulo Imperatoris uti cœperunt, & Orientale imperium a Romano abſciſſum in Turcicam poteſtatem devenit, cum a tempore Conſtantini M. ſtetiſſet annos MCXXIII. Hæc paucis ita perſtrinximus, Guthberletum ſequuti.

Conſtãtinus Palæologus, ultimus Orientis Imperator.

Conſtantinopolis capitur à Mahomete II.

Finis Imperii Orientalis.

Cæterum de Chriſtianorum clade Varnenſi paulo pluribus dicenda hic nobis quædam offeruntur, præſertim ex Flori Polonici elegantiſſimo, nobiſque amiciſſimo, auctore, Joachimo Paſtorio, ſive Hirtenio.

Fatis concedente Uladiſlao major natu filius, patri cognominis, nonum vix annum exceſſerat. Nec dubitavère tamen majoris Poloniæ Ordines puero regnum decernere. Cæteros ſeu ætas Uladiſlai, ſeu quod alteri his inſciis Regem creaverant, æmulatio ipſa ſtimulavit, ut contradicerent acrius. Sed hi rationibus tandem & numero victi conquieviſſe videbantur, reſque in eo erat, ut diadema Uladiſlao imponeretur, cum denuo in Comitiis ipſis coorti cœptæ Regis inaugurationi intercedere cœperunt. Orto deinde diſſidio, regni Mareſchalcus Ioannes Oleſnicius finem impoſuit, juſſis qui pro Uladiſlao nitebantur, ad dextram concedere, reliquis ad ſiniſtram. Dextram elegère plerique etiam ex turbidis: cæteri ſociorum diſceſſione deſolati vel ſponte cede-

Clades Varnenſis.

bant,

Anno Christi

bant, vel paucitate ſuâ contemnebantur. Ita regia quidem inſignia Uladiſlao tunc delata; juramenti tamen ætatis teneritudini gratia facta eſt: ſpondentibus Sophiâ matre & procerum nonnullis, juraturum ſimul ut per ætatem capeſſendo Imperio foret idoneus. Nam tum quidem ſpecies nomenque principatus penes Uladiſlaum, vis apud Satrapas erat, qui ſinguli ſingulis Palatinatibus præfecti, Proviſorum nomine, publica regni negotia tractabant. Sed hæc dignitas adultiore paulo Rege exolevit, contumacibus Polonis ad imperia eorum, quos haud ſuperiores cæteris ſors naſcendi feciſſet.

Clades Chriſtianorum Varnenſis.

Primo omnium auſpiciis Uladiſlai, adhuc adoleſcentis, ſedata lis eſt, quæ inter ſacerdotes & Ordinem equeſtrem diu agitata tum vehementius exarſerat. Inde publicæ etiam ſecuritati conſultum, pacto fœdere cum Cruciferis, perpetuo adhuc hactenus Poloniæ infeſtis.

His pacatis, bello prope alii Regem Bohemi involvêre. Qui mortuo Sigiſmundo, Rege ſuo, in partes ſeceſſerant, aliis Caſimirum Uladiſlai Poloni fratrem, aliis Albertum Auſtriacum, quem generum & ſucceſſorem ſibi ut in Imperio, ſic in Bohemico Ungaricoque Regno Sigiſmundus voluerat, in Regem petentibus. Perſuaſere è Polonis quidam Caſimiro, ut oblatum regnum capeſſeret; ibantque aſſertum illud Sendivoius Oſtrorogius, & Ioannes Tencinius, ille Poſnanienſis, hic Sendomirienſis Palatini. Sed Albertus, Pragâ celeriter occupatâ, conatus æmuli ſui prævertendo intervertit.

M CCCC XL.

Sub idem tempus cum Tartaris quoque infeliciter pugnatum eſt. Qui Podoliam ingreſſi nobilitatem ad arma concitam, & loco iniquo deprehenſam, magna ſtrage ceciderunt, duce ipſo Bucacio interfecto. Inter cæſos jacuiſſe tum fertur Ioannes Ulodecus, vulnere invalidus, vivens tamen & tam inexpugnabili ad doloris ſenſum conſtantia, ut barbarus ſaucio digitum cum annulo auferret; vivere tamen ipſum non ſentiret.

Inſigne conſtantiæ in Polono duce exemplũ.

Negaverat fratri Regis Bohemiam fortuna. Eadem in Regem ipſum tanto liberalior Ungarico cum ſceptro auxit. Orbum hoc erat rectore poſt mortem Alberti Imperatoris, terrebaturque circumſonantibus undique Turcarum armis. Sed qui regnum illud Uladiſlao delatum ibant, non illico, ut ſperaverant, promptum hunc repperêre. Unius clavi tractatione didicerat

Regi Polonorum Ungariæ regnum offertur.

jam,

jam, quam arduum foret binos regendi onus. Nec ignorabat, inſtare Turcam Ungaris, ſimulque cum purpurâ ſagum induendum fore. Verſanti hæc ſecum affertur, Elizabetham Reginam poſthumum ex Alberto peperiſſe. Hoc magis cunctabatur. Tandem, poſt longas deliberationes, legatorum precibus victus, itineri ſe accingit, ingreſſuſque magno ac ſplendido comitatu Ungariam, Budam occupat. Interim vero alibi Ladiſlaum (hoc enim nomen poſthumo illi inditum) ambitioſa pro filio quadrimeſtri mater regio inſigni curaverat redimiri. Quod audiens Uladiſlaus gravi ſermone Ungaros alloquitur, invitis ſe ac diſcordibus imperaturum negans, nec videri velle alii præripuiſſe regnum, cui in univerſum excuſari maluerit. Jubet illos conſulere ſibi; ſe paratum redire ad ſuos. Magis etiam accendit hæc Regis moderatio ſtudia procerum, qui vocandi ejus autores fuerant. Itaque demonſtrata innocentia ſua, cui fœmineus ambitus fraudi eſſe non debeat, perſuadent Uladiſlao, ut detractum de calvaria S. Stephani diadema (quia alterum Regina præripuerat) imponi ſibi pateretur. Lætis, ut fermè fit, ad nova imperia Ungaris, Rex ipſe nunquam ſecure egit, ſuperſtite æmula Elizabetha; cum qua magna Ungariæ pars in ipſum conſpiraverat. Nec ab armis temperatum eſt, abutente illa arcium quarundam præſidio ad laceſſendum Regem: hoc, Hunniade miniſtro, & accitis è Polonia auxiliis aliquoties ſe, non ſine clade adverſæ partis, vindicante. Sed tandem, interponente ſe legato Pontificis Juliano, pax inter illos coitura videbatur, niſi ſubſequuta Elizabethæ mors continuandum negotium reliquiſſet iis, qui Ladiſlai amorem præferentes, alendo diſcidio ſuum negotium agebant.

Anno Christi

Regi Polonorum Ungaria regnum offertur.

M CCCC X L.

Interim Amurathes etiam, Turcarum Imperator, Ungarorum uſus diſcordiis, Belogradum premere obſidione cœperat. Nec mitigatus legatione regis tributum inſuper imperare Ungaris audebat. Ita decretum in Turcas bellum. Ad quod Poloni quoque manus ſuas obtulerunt. Primum prœlium ad Moravam flumen commiſſum eſt. In quo Turcæ, ab Hunniade intempeſta nocte profligati, ad triginta hominum millia feruntur deſideraſſe. Paulo poſt ad Macedoniæ fines cum Carambejo, Aſiæ Præfecto, congreſſus Rex, ipſum Carambejum cepit, exercitumque ejus in montes compulit. Regi hæc victoria tanto glorioſior fuit, quod non citra proprium ipſi ſanguinem conſtiterat. Diſtulit

Anno Chriſti

ſine mora per orbem Chriſtianum victorias iſtas fama; & mox undique confluebant a principibus, ipſoque etiam Conſtantinopolitano Imperatore, Ioanne Palæologo, & Pontifice legati, qui fortunam Uladiſlao gratulati ad ſimilia eundem adhortarentur.

At ſinceriſſime omnium Poloni Regis ſui triumphis lætabantur, miſſiſque legatis, qui gaudium teſtarentur, ſimul orabant, ut parceret inpoſterum ſe Remque publicam in caſum dare: meminiſſetque tandem reviſere aliquando Poloniam, malè jampridem deſiderium ipſius ferentem. Inter tot feſtas gratulantium voces venêre etiam ab Amurathe Oratores, ſpecie Carambeii redimendi, reveta pacem petituri. Perterruerant enim tyrannum concurrentium ad arma paſſim Chriſtianorum Principum minæ. Sed tunc tamen in pacem perpetuam conveniri non potuit. Induciæ decem annorum pactæ ſunt.

Turca, pacem petenti, decem annorum induciæ dantur.

Solutus Europæorum Principum metu Amurathes potentiam omnem ſuam in Carmanos, populum Aſiaticum verterat. quâ occaſione excitati Veneti, Imperatorque ipſe Conſtantinopolitanus, miſſis nunciis ad reſumendum in Turcas bellum Uladiſlaum hortantur. Aderat & a Pontifice legatus, qui religione datæ Amurathi fidei cunctantem ſolveret. Non diu tantis perſuaſionibus repugnavit Uladiſlaus, juvenili adhuc impetu calens. nec fortunæ mores edoctus, quæ adulatrix ſæpius quam vere amica ſpe magnarum rerum illectos mortales in exitium ſubinde præcipitat.

Mcccc xl.

Chriſtianorũ inſignis perfidia.

Contractis igitur undique, quos habebat, vel colligere raptim poterat, exercitibus medio Septembri, Segedino movet Danubiumque trajicit. Nicopolin Bulgariæ metropolin ingreſſo Dracula Palatinus Moldaviæ Tranſalpinæ occurrit, anniſuſque regem a propoſito dimovere, cum obſtinatum ſentiret, IV millia militum offert, Duce filio ſuo gloriæ Regis militaturo. Interim Amurathen quoque inſtantis ab Ungaris belli fama ex Aſiâ revocaverat; octoginta millium exercitu, teſte Jovio, inſtructum: ventumque erat utrinque ad Varnum oppidum, obſcurum tum, hodie clade regis ſimul & ſua nominatiſſimum. Ibi Hunniades, Rege ex ulcere cruris laborante, aciem inſtruit: datumque dextrum cornu Tranſalpinis, Juliano Pontificis legato, & Bobricio Polono equiti, viro fortiſſimo, & recenti tum facinore claro, quod paulo ante Petreſſi oppidi hoſtilis muros primus aſcenderat.

Inſignis Chriſtianorum clades ad Varnũ.

Sini-

Siniſtrum ipſe ſibi Hunniades ſumpſit, Rege cum ſuis medium aciei occupante. Progreſſi ſic ad 11 millia paſſuum Regii hoſtem per tres horas præſtolantur. Interim mora torpeſcere animi cœperant, & coorta etiam forte tempeſtate ſigna turbine atque imbre raptabantur. Veniens tandem hoſtis in dextrum cornu Regii exercitus invehitur. Nec id diu reſtitit, equis ad aſpectum odoremque camelorum territis, & mox fugam ſtragemque late ſpargentibus. Felicius partes ſuas Rex & Hunniades tuebantur, repulſoque hinc hoſte, cum ad defendendos alibi ſuos procurriſſent, ibi quoque ſimili fortuna utebantur. Jamque fuſus erat omnis penè Turcarum equitatus. Janizeri ſupererant, robur hoſtilis exercitus, quibus & Amurathis ipſius præſentia animum addebat. In hos incautius invectus Uladiſlaus fortunam priorum ſucceſſuum omnem corrupit. Quippe repente illic flos victoris exercitus velut voragine abſumptus periit. Ipſe Uladiſlaus circumventus undique ab hoſtibus & mox equo ſuffoſſo delapſus, priuſquam occumberet, magnam circa ſe ſtragem edidit, ut vitæ prodigus, ita mortis ſuæ vindex. Tali exitu commiſſum eſt prælium toto orbe decantatiſſimum, & tum cæſorum utrinque numero (nam Regiorum ad IX. Turcarum XXX millia cecidiſſe feruntur) tum principis laudatiſſimi cæde luctuoſum. Ad quam ut Chriſtianus olim orbis ingemuit, ita moveri hodieque Principes debent, ut ſervare fidem meminerint, cuicunque data fuerit, etiam infideli.

Anno Chriſti

Inſignis Chriſtianorum clades ad Varnii.

M CCCC X L.

In Turcico regno Amurathes Servia potitus, cum jam Ungaria propter Uladiſlaum Polonum ad Ungariæ regnum evocatum inteſtinis arderet diſcordiis, tentavit oppugnationem Belgradi, quod alias dicitur Alba Græca, ſed infeliciter. Amiſit enim in foſſis ad 10000 hominum, & poſt ſeptem menſes, cum exercitus laboraret fame, & minitaretur defectionem, re infecta & cum dedecore obſidionem ſolvit anno Chriſti M CCCC X L. Sequenti anno Turcarum exercitus, cujus dux fuit Meſites Begus, a Ioanne Hunniade una cum Duce ejuſque filio feliciter cæditur & profligatur, in quo prælio Turcarum 20000, Ungarorum 3000 deſiderata ſunt. Poſtea ab eodem Hunniade alter Amurathis Baſſa Abedines, Europæ Beglerbegus, ſuperiorem cladem ultutus in Tranſſilvania prælio fuſus & ſuperatus eſt, cæſis 30000 Turcarum & 5000 captis. Ipſe etiam Abedines occubuit. Hoc Hunniadis

Amurathes Ungariæ bellum infert infeliciter.

Ioannes Hunniades feliciter pugnat contra Turcas.

Anno Christi MCCCCXL.

Amurathes deſperabundus redintegrat bellum contra Vngaros.

Amurathes, bello Aſiatico coactus, pacem impetrat ab Vladiſlao Poloniæ & Vngariæ Rege.

Pax inter Amurathem & Vladiſlaum; qua violata peperit cladem Varnenſem.

Vladiſlaus Papa Eugenii inſtinctu fit perfidus.

ſucceſſu irritatus Amurathes bellum Ungaricum totis viribus urgere cœpit & perſequi; quum antea de morte ſibi conſciſcenda ex deſperatione conſilium habuiſſet; ſed conſiliis Halibæi Baſſæ rurſus confirmatus aliam inivit belli gerendi rationem, ut cunctando conatus Hunniadis eluderet. Ladiſlaus, Poloniæ & Ungariæ Rex, hoc animadvertens, contentus aliquot victoriarum gloria, exercitum, licet reclamante Hunniade, reduxit triumphabundus Belgradum, oſtentans inter prædas captivum Carambegum Baſſam, cujus ſucceſſor erat Halibeius. Verum hujus victoriæ potiſſimus autor erat Ioannes Hunniades, quem Ladiſlaus fecerat Tranſſilvaniæ Waywodam & Præfectum ſeu Præſidem. Interea Caramannus Ciliciæ Princeps, cognita Amurathis infelicitate, Turcarum provincias in Aſia, nempe Pontum & Bithyniam, invadit. Quare Amurathes ſentiens ſe non ſufficere utrique hoſti, & Europæum hoſtem magis reformidans quam Aſiaticum, legatos miſit ad Ladiſlaum, petituros pacem iis conditionibus quas vellet victor. Ladiſlaus non difficulter aſſenſit, & pactis conditionibus pax concluſa eſt in decennium & jurejurando ſancita. Quid fit? Amurathe vix ex Europa in Aſiam regreſſo, Ladiſlaus pacis leges violat inſtinctu Pontificis Eugenii & conſiliis *Juliani* Cardinalis, quod Pontifici liceret, juramenta hoſtibus Chriſtiani nominis præſtita reſcindere. Ladiſlaus juramento ſe ſolutum ratus inſtaurat bellum, caſtrorum cura Hunniadi commiſſa. Fiunt irruptiones in Turcarum agros, &, peragrata Walachia & Bulgaria, Ladiſlaus venit ad Varnam Bulgariæ oppidum, ubi morbo detentus ſubſtitit. Amurathes re comperta mox omiſſo Caramanno ad Helleſpontum reverſus Aſiaticas copias reducit, & ſumma celeritate contra Ladiſlaum adhuc ad Varnam hærentem & nihil tale opinantem caſtra poſuit. Deventum eſt ad pugnam. Chriſtianam aciem ſtruxit Ioannes Hunniades ſatis provide. Certatum eſt totos dies noctesque tres, tanto utrinque ardore, ut cæſorum ſanguine campi ſtagnarint. Victoria primo ad Chriſtianos inclinare viſa eſt, diſturbatis Turcarum ordinibus, ſed antiſtitibus hoſtem fugientem inconſultius, relicta ſua ſtatione, proſecutis aditus patefactus eſt ad nudatos Chriſtianorum ordines; quo immiſſi Turcarum ſagittarii ordines ruptos diſſiparunt, & reliquum exercitum circumfuſis legionibus undique concluſerunt.

Amurathes copias ſuas ex Aſia reducit in Vngariam. Pugna Varnenſis.

Vla-

Uladiſlaus ex equo letaliter ſauciato prolapſus multis vulneribus confoſſus eſt, ſuæque perfidiæ pœnas luit. Julianus Cardinalis, rupti fœderis autor, nudus repertus eſt in via, multis vulneribus ſaucius. Antiſtites in paludibus ſuffocati. Hunniades vix evaſit; quem Deus texit ut Ungariæ ſupereſſet, & turbatas res conſtitueret, ut factum eſt. De numero cæſorum non exactè conſtat. Illud exploratum eſt, longè plures ex Turcarum acie cecidiſſe, ut Amurathes interrogatus, cur poſt victoriam nulla lætitiæ ſigna ederet, reſpondiſſe dicatur: Nollem hoc modo ſæpius vincere. Hæc eſt celebrata illa clades Varnenſis, quæ accidit in profeſto Martini, nempe die x. Novemb. Anni MCCCCXLIV. Cæterum Amurathes tanta victoria elatus, ut Græcos, a quibus Uladiſlaum animatum eſſe nôrat, ulciſceretur, recta Peloponeſum petiit; ubi captis direptiſque aliquot oppidis exercitum in hyberna reduxit. Anno ſequenti bellum Epiroticum cœpiſſe Græci referunt, quod a Georgio Caſtrioto Scanderbego, Amurathis alumno, geſtum eſt. Paternum regnum aſtu Amurathi ablatum mira fortitudine defendit, & ſeptem Ottomannici nominis Baſſas ad ſe opprimendum miſſos acie devicit, & tota Epiro depulit. Fertur aliquando tanta animi commotione pugnaſſe, ut præ ira ſanguis è labris eruperit. Tandem Amurathem ipſum cum ingentibus copiis & mirifico tormentorum bellicorum apparatu Crojæ urbis oppugnationem tentantem, ſed maximis detrimentis affectum, coëgit obſidionem ſolvere. Amurathes quum ex voto regno ſeſe abdicaſſet, & rerum gubernacula Hali purpurato Mahometis filii nutricio commendaſſet, mox è vita ſolitaria revocatur ad arma ab Hunniade & Scanderbego. Ille enim Varnenſem cladem vindicare ſtudebat; hic vero digreſſum ab obſidione proſequutus, Macedoniam omnem ſubegerat, & Boſnenſibus, Raſciis ac Illyricis ſuos Deſpotas reddiderat, ejectis Turcicis præſidiis. Quum vero nihil ex ſententia perficere poſſet Amurathes, jam ſenex adeo acerbum ex animi dolore concepit morbum, ut è caſtris Hadrianopolin delatus deliranti ſimilis vitam finierit, quum Mahometen filium regni hæredem conſtituiſſet, ea tamen lege, ſi perpetuus & inexorabilis Chriſtiani nominis hoſtis foret. Obiit hic Amurathes anno Chriſti MCCCCXLIX, vel, ut alii ſcribunt, anno MCCCCLI. Succeſſit igitur Amurathi filius Mahometes II, octavus Turcarum Rex, qui regnum ſuum a par-

Anno Chriſti MCCCCXL.

Uladiſlai interitus, & clades Varnenſis.

Amurathes poſt victoriã Varnenſem petit Peloponeſum.

Epiroticum bellum inter Amurathẽ & Georgium Scanderbegum, Ioannis Caſtrioti filiũ.

Scanderbegi fortitudo & felicitas.

Amurathis obitus.

Mahometes II.

Anno Christi M CCCC XL.

ricidiis eſt auſpicatus. Nam fratrem Turſinem infantem per Moſen Baſſam multa vi aquæ obrutum ſuffocavit, & alterum fratrem Calepinu, jamm ſextum menſem agentem, ſtrangulavit. Fuit etiam inexplebilis avaritiæ homo. Cœpit regnare An. Chriſti M CCCC LI, & regnavit annos XXX. Inſignis fuit ejus profanitas & crudelitas, & prodigioſis immanis audaciæ ſucceſſibus omnes ante ſe Ottomannicos Principes vicit. Conſtantinopolin terra marique expugnavit, & cæſo Conſtantino Palæologo, antiquiſſimum Orientis imperium evertit anno Chriſti M CCCC LIII, cum antea Athenas, omnium artium inventrices, ſolo æquaſſet. Exinde oppugnationem Belgradi tentavit tertio poſt captam Conſtantinopolin anno, ſed infeliciter. Cum enim Ioannem Hunniadem continuis duorum dierum præliis exercuiſſet, accepto in pectore ſub læva papilla vulnere exanimis concidit, & caſtris ab hoſtibus exutus, amiſſis 40000 hominum, & machinis bellicis, fuga vitam conſervavit. Traditum eſt, oculum Mahometis haſta fuiſſe trajectum, idque vulnus prælio & obſidioni finem dediſſe. Paulo poſt hanc pugnam Hunniades obiit. Jam vero Mahometes Ægei maris inſulas claſſe erat invaſurus, niſi retractus fuiſſet ab Uſumcaſſano, Perſarum Rege, qui ad Mahometen legatos miſit dona adferentes è theſauris Perſicis deprompta tanquam victoriæ præmia, & flagitantes ut Mahometes Trapezunte & Cappadocia abſtineret, quod hæ regiones dotalitio nomine ad ſe pertinerent. Barbarus impatienter ferens, leges ſibi ab inferiore ferri, ſumma cum celeritate contra Uſumcaſſanum caſtra fixit, ſed bis victus tertia vice multitudine tormentorum, quorum fragorem Perſæ ferre non poterant, victor evaſit ut Uſumcaſſanus recedere cogeretur. Deinde Synopen & Trapezuntem occupavit, ſuoque imperio adjunxit, Davide Comneno Rege cum duobus filiis cæſo & capto. Claſſem quoque miſit in inſulam Mitylenen, quæ & Leſbos dicitur, eamque cæſo Cataluſio principe & urbe prope deleta occupavit, omnemque fermè inſulanorum multitudinem Conſtantinopolim tanquam in Coloniam abduxit. Draculam Walachorum Principem adortus in magnum diſcrimen venit, magnamque exercitus partem amiſit. Deinde Myſiam & Illyrium aggreſſus Stephanum Boſnæ regem urbe Jaiza totoque regno ejecit & occidit anno M CCCC LXIX. Sed Matthias

Mahometes parricida, avarus, ſed in bello felix.

Mahometes, capta Conſtãtinopoli, Imperium Orientale ad ſe transfert.

Athenæ everſæ.

Mahometes Belgradum infeliciter oppugnat.

Ioannis Hunniadis obitus.

Bellum inter Mahometẽ, & Vſumcaſſanum Perſam.

Matthias Hunniades recuperat à Mahomete regnum Boſnenſe.

Hun-

Hunniades Ioannis filius Ungariæ regnum adeptus Boſnenſe regnum Mahomete expulſo recuperavit. Eubœam quoque inſulam Mahometes Venetis eripuit, & metropolin illius Chalcidem ſolo æquavit, in qua urbe horribiliter ſævitum eſt, edicente tyranno, ne ullus qui viceſimum annum attigiſſet ſervaretur. Finitis induciis quas cum Scanderbego pepigerat ad oppugnationem Crojæ & Scodræ urbium in Albania rediit, quas etiam perdomuit, Scanderbego patria ejecto; qui in Italiam literis Pontificum accitus, quum oſtendiſſet Turcicæ potentiæ niſi viribus totius Europæ conſentientibus reſiſti non poſſe, nihil deinceps priſtina laude dignum geſſit, ſed cum Lyſſi eſſet ad Drillum amnem, febre correptus è vivis exceſſit anno Chriſti MCCCCLXVI, cum jam annos XXIV Turcicam rabiem a vaſtatione Epiri & Ungariæ cohibuiſſet. Mahometes igitur jam Hunniadis & Scanderbegi metu liberatus totius orbis imperium ſibi promittebat, ſed in Aſiatica profectione apud Nicomediam colicis doloribus correptus, tridui cruciatu ultimum vitæ diem clauſit anno Chriſti MCCCCLXXXI, magno Chriſtianæ Reipublicæ commodo. Succeſſorem habuit filium Bajazetum II, qui cœpit imperare anno Chriſti MCCCCLXXXI, & imperavit annos XXXII, videlicet uſque ad annum Chriſti MDXIII. Sine ſanguine non eſt auſpicatus imperium. Fratrem habuit Gemem, quem alii vocant Zemem, alii Zizimum; hunc quum prælio viciſſet, ejus liberos necavit. Præterea Achmeti Baſſæ, per quem imperium adverſus fratrem obtinuerat, gratiam laqueo reddidit, ut ejus theſauris potiretur. Inteſtino bello liberatus, quanquam natura a bellis eſſet alienior, ad humaniora ſtudia pronior, more tamen majorum agere voluit, & tertio ſui principatus anno Walachiam ſubegit. Exinde bellum in Aſiam contra Caitbejum Ægypti Sultanum tranſtulit, ſed infelici eventu. Quum enim 100000 Turcarum in aciem eſſent educta, vix tertiam partem a prælio ſuperfuiſſe memorant. Abſtinuit ab Aſia deinceps Bajazetes, ad motus Perſicos rurſus & ad Europæa bella reverſus. Dyrrachio expugnato, per Cadum Baſſam, Illyricorum, Ungarorum & Croatorum conjunctas copias, quarum præcipui duces fuere Emericus Drancenus & Bernhardinus Frangepanus, in apertis Liburniæ campis, quæ Croatia eſt, cecidit, ita ut 5077 Chriſtianorum, ex hoſtibus vero circiter 1000 occubuerint. In hujus ſtragis

Anno Chriſti MCCCCXL.

Mahometes Eubœam Venetis eripit.

Scänderbegus, patria ejectus, febri extinguitur.

Mahometis obitus ex colicis doloribus.

Bajazetes II.

Anno Christi

Chriſtianorum teſtimonium juſſu Baſſæ cæſorum cadaveribus capita & naſi abſciſſis & Conſtantinopolim tranſmiſſi ſunt, anno Chriſti M C C C C X C I I I. Hæc eâ de re Guthberletus. Cæterum de capta expugnataque a Turcis Conſtantinopoli paullo accuratius hic nobis ex Chriſtophoro Richerio, dicendum eſt. Verba ejus ſunt;

Conſtantinopolis à Turcis capta & expugnata.

Makometes ſingulari vir fuit ingenio ac conſilio. Huic, poſt adeptum patris Amurathu imperium, cum partæ à majoribus facultates non ſufficerent, & novis idcirco rebus ſtuderet, ea via (excitata ſui nobili exiſtimatione) parentum ſuorum exempla non adæquaturum ſe modo confidens, ſed etiam longe ſuperaturum, animum continuo ad occupandam Conſtantinopolim adjunxit. Ejus conſilii hæ præſertim cauſæ fuerunt: Inſcripturum ſe temere atque injuria Græciæ Imperatorem perſpicue videbat, ipſa Conſtantinopoli, Imperii ſede, in ipſius poteſtate nondum conſtituta. Intelligebat præterea ingentem ſibi nominis gloriam apud omnes nationes conciliatum iri; magnum etiam timorem ſui collectum atque expectationem: ſi vixdum pubertate egreſſus, urbem tantæ famæ ac potentiæ expugnaſſet, ſuæque ditioni adjeciſſet. Et eo certe id magis conabatur, quod in ejuſmodi ex-
M CCCC X L. *pugnationem majores ſuos diligentem ſæpius operam navaſſe audierat: re tamen infecta ſingulos illinc ridiculos diſceſſiſſe. Inita itaque ſubductaque id genus ratione, & communicato cum perpaucis conſilio, atque adeo excogitata falſa occaſione, quare id faceret, multam fabrorum manum incredibili celeritate convocat, ac in fauces Boſphori Thracii, haud procul Conſtantinopoli, in ſubitum novæ arcis ædificium educit. Cui quidem operi fine mature impoſito, validum quoque præſidium, & tormenta, & annonam, & res denique ad cuſtodiam ejus neceſſarias, diligenter adhibuit. Tum ſine ulla belli indictione, religione initi à majoribus fœderis pro nihilo habita, violato pariter dictæ in ſtabilem pacem fidei ſacramento, ut qui omnia ſibi præ ſuo commodo poſt eſſe duceret, ad Conſtantinopolim citius opinione cum infeſtiſſimis copiis acceſſit. Et ſubito populata miſere calamitoſeque vexata omni vicinia, terra, non longe à muro, caſtra metatur; mari vero violenta oppugnatione urbem laceſſere incipit. Subolfecerat pridem Græcus Imperator, & cæteri etiam Græciæ Principes, iſti Makometis apparatus quorſum tenderent: & magno ideo metu commoti, quod ſeſe impotentiores ſcirent, qui tanto impetui reſiſterent, mature legatos in Europam dimiſerant, qui Romanorum Pontifici atque Imperatori, reliquis ſimiliter Chriſtianiſſimi regibus ac Principibus viris, Græciæ calamitatem una cum communi Chriſtianorum periculo exponerent, & oportunum, ſi poſſent, auxilium*

impe-

impetrarent. Mahometes evocata hoc medio tempore ex omni ſuo imperio multitudine hominum incredibili, & commeatu muralibuſque tormentis in immenſum comparatis, mari terraque hoſtes circumſepſerat: atque oppoſitis muro machinis, felicem conatuum ſuorum eventum expectabat. Atque ut in cives improviſus irrumperet, frequenteis cuniculos, & non paucos ſubterraneos receſsus in mœnia, curaverat effodiendos. Ut vero miles haud difficulter hoſti ſe ſiſteret, nihilominus in loco editiore dum confligeret, moraretur, hincque facilius, cum ſors poſtularet, ſummum murum ſcalis admotis ſuperaret, è continente foſſâ valde profundâ & eminenti vallo urbem cinxerat. Qua autem murus, Peram verſus, mari alluitur, pontem paſſuum circiter 2000. ſingulari artificio fecerat, & pleraſque huic turres ſuperimpoſuerat, è quibus copiæ, hujuſcemodi induſtria mœnibus altiores redditæ, civitatem è ſublimi vexarent. cum apparatu adeo terribili Mahometes plurium dierum ſpatio, erepta civibus omni quieſcendi facultate, urbem continenter affligebat. At oppidani civitatis conjurati extrema quæque paſſuros, quam in impii hoſtis manus devenient, animoſe, alacriter & obſtinate pugnando quodvis periculum ſubibant. Sed tandem Mahometes, cum de muro ſubſtratum tantum crederet, quantum ad introducendum militem, & cives expugnandos ſufficere arbitrabatur, & jamjam triumphum ante victoriam emeret, per præcones denuntiat expugnationem in craſtinum, qui fuit Kalend. Maji dies VI. *Anni à Chriſto nato* MCCCCLII, *Caroli Francorum Regis ſeptimi* XXXIII. *Et ideo præſto eſſe ſingulos jubet, & urbem, tanquam intra triduum in manus venturam, omnibus in direptionem promittit. Eo propinqui conflictus præconio exhilaratus eſt exercitus: quiſque pro ſe ea, quæ ad ſtrenue præliandum opus erant, conquirebat. Nec de tanto numero fuit, qui eo die cibum caperet (homines adeo expetunt, quæ ſibi jucunda ſunt) ſed præparandis omnes rebus pugnæ neceſſariis vigilanter incumbebant. Deinde vero poſt occaſum ſolis, ut primum ſtellæ elucere incipiunt, converſi ad epulas & pocula ſinguli diverſa inter ſe convivia celebrare, alius poculis alium invitare, & conſanguinei convenire ac coëpulari. Tum cœna id genus in multam noctem producta, quietem feſſis corporibus impartituri, abitionem parant. In ea complecti ſeſe ac deoſculari, & multa interim ſermonibus alii ab aliis quaſi nunquam poſterius collocuturi diſcedere. E diverſo, cognita Mahometis acerba ſanctione, atque hoſtili proſpecto apparatu, Sacerdotes & quotquot intus erant ſacrificuli elatis ex adyto virorum ſanctorum reliquiis, Chriſti quoque Opt. Max. in crucem acti, nec non Mariæ virginis Sacroſanctæ productis ſignis, evocato adhæc omni populo, viris, fœ-*

Anno Chriſti

Conſtantinopolis à Turcis capta & expugnata.

MCCCC XL.

Anno Chriſti

minis, majoribus natu ac minoribus, certatim ſupplicationes facere, urbem colluſtrare, ædem quamlibet oratum adire, flere ſuppliciter, divinum implorare auxilium, laude, piis cantionibus, lachrymis, voluntaria mulcta, cibi præſentis abſtinentia miſericordiam ſui provocare. Denique cum adveſperaſceret, cœna mediocriter refecti, in aſſignatum ſibi quiſque locum defendendum conceſſerunt. Muri denſitas eximia erat, nec quarumvis urbium muris ejuſdem cedebat altitudo. De ea tamen aliquid paſſim vetuſtas corroſerat, & pinnæ Græcorum negligentia propugnaculaque varie ſubruta erant. Verum ſpes erat magnæ defenſionis in pomœrio, quod quidem cumulatis ubique aggeribus & murali munitione ſatis ad pugnandum potens apparebat. In eo, pariter ut in muro, advigilabat frequens miles, ut hoſtem, quoties irruptionem moliretur, valide intrepideque coërceret. Eſt Conſtantinopolis figura prope triangulari. Ejus partes duæ, quæ mari alluuntur, mœnibus cinctæ ſunt claſſi adverſariæ ſuſtinendæ. Quod ſupereſt, continentem verſus, ultra murum & pomœrium foſſa circumdatum eſt profunda admodum ac patenti. Tertia noctis vigilia, Barbari manifeſtæ prædæ aviditate orbi antelucano oppoſiti, dato ſigno oppugnationem aggrediuntur. Quod ubi oppidani animadvertunt, alacriter obſiſtere, ſaxa ſagittaſque ſuperne jaculari, hoſtem inſultantem totis viribus propellere ac ſubmovere. Tenebræ in cauſa fuerunt, quare utrique unde impeterentur ignari, hi graviſſime vulnerarentur, illi magno ſuo detrimento è ſuis pluteis ad oppugnandum egreſſi, confertim occumberent. Cum paulo poſt diluxiſſet, Mahometes eo cum ſuis omnibus copiis acceſſit. Tum convocatis ad ſeſe legatis præfectiſque militaribus præcipit ut uno eodemque tempore, ne Græcis mutuo ſe auxilio juvare liceret, in Peram ac Conſtantinopolim periculum belli intendant. Præſcribit demum certam cuilibet muri portionem, quo ſingulis in præſcripti ſibi ſpatii expugnationem intentis, omnium virtus, induſtriaque militaris, qualis eſſet, appareret: & æmulatione gloriæ ad ineundum prælium nemo non incitaretur. Similis fuit navalis pugnæ deſcriptio. Ac cum imperaſſet unumquemque eadem hora in aſſignato ſibi loco conſiſtere, provehendas ad murum ligneas arces curat: è quibus milites cum hoſtibus, operis ſublimitate æquales facti, facilius atque aſperius contenderent. Tum ſigno cupientibus dato, ſtudet primum ſuperſtites mœnium pinnas & ſpeculas omnes murali machinatione proſternere, eo nempe conſilio præreptam eſſe volebat inimicis proſpiciendi, quid foris ageretur, facultatem. Deinde lituis, cornibus, ac tubis toto exercitu crepantibus, ſuis animum facit, ac prælium inſtaurat. Turcæ facta teſtudine, quæ in ſuum corticem abdita ſibi ad quamlibet ferendam injuriam affabre

Conſtantinopolis à Turcis capta & expugnata.

MCCCCXL.

vide-

videtur munita, ſcutis, clypeiſque ſuppoſiti, ſcalis muro inhærentibus, magna vi atque audacia in ſummum murum conſcendere. Græci ex oppoſito certatim ſaxa in conſcendentes deturbare, ignem cum ſulphure obtrudere, ſordes affatim profundere, flammantes lanceas offerre, tela omnis generis objicere, longuriis ſcalas ſubvertere, ſubeuntes præcipitare. Ad extremum, continuata è ſublimi hujuſcemodi propugnatione, nemine civium fruſtra laborante, Turcis cumulate decidentibus, vulneratis, mortuis, labefactatis, diſſipatiſque omnium clypeis, cum Mahomete longe aliter, quam ſperarat, agebatur. Et jam plerique oppugnantium, poſito invadendi hoſtis ardore, pedem retrahebant. Eo Mahometes fractos ſuos cum animadverteret, ocyus accurrit, & nominatim modo hunc, modo illum, ſtrenuos potiſſimum ac pugnaces compellando ad prælium inſtaurandum hortatur. Poſtremo efficit nobilis Imp. ut perſuaſi nonnulli ejus minis, alii precibus ac pollicitis, omnes reſumpto animo oppugnationem redintegrarent, multo acerbiore, quam ante, ſævitia. Ad muri itaque ſuperandum faſtigium intenti, partim in mutua comitum doſſuariorum terga inſilire, & ex haſtis muro affixis pendere: partim ſcutis operti, ſcalis viam corripere: & apprehenſis una manu haſtilibus, alteram ſummis mœnibus applicare, ac in culmen eorum ad hoſtem pervadere conari. Ac quanquam à fortiſſimis civibus innumeri ſaxis, igne, pice fervefacta, atque haſtis propulſi, in terram præcipites agerentur, in eorum tamen locum novi continuo ſuccedebant. Ea de cauſa Mahometes, ſuis perpetua novorum ſubrogatione recreatis, & continuato ea diſciplina impetu, ne tantillum quidem reſpirandi ſpatium hoſtibus permittebat, adeo ut numero pugnantium deſtitutos, univerſis viribus brevi exhauriri, ac languore paulo poſt confectos ad internecionem cædi oporteret. Sed quod Turcas imprimis deterruit, atque ita perturbavit, ut omnem vincendi animum expavefacti amitterent, hoc fuit: Ianus quidam Iuſtinianus è Liguria, homo apud ſuos nobilitate, gratia & fortunis potens, Conſtantinopoli fortè tum fuit cum obſideretur. Hic ſuam ſortem non meliore loco eſſe quam reliquorum, qui obſidebantur, arbitratus, ſibique non minus ex uſu eſſe quam cæteris, ſi civitas integra conſervaretur, in defenſionem ejus una cum reliquis arma ſumpſit. In quibus ea fortitudine ſe geſſit atque prudentia, ut ipſi ſervatæ hucuſque urbis, communiſque ſalutis gloriam ſinguli facile deferrent. Accidit ut inter pugnandum cum irrumpenti hoſti fronte adverſa obſiſteret, telo ſuorum infeliciter in hoſtem miſſo, graviter incautus vulneraretur. Cruoris extemplo è dorſi vulnere manantis abundantiam intuitus, nolens, ut demum prædicabat, commilitonibus perturbationi interpellationique eſſe, ſi quempiam eorum accer-

Anno Christi

Conſtantinopolis à Turcis capta & expugnata.

M CCCC XL.

Iani Iuſtiniani Liguris egregia virtus.

Anno Chriſti

ſitum medicum dimitteret, clanculum ſe prælio ſubduxit. Cujus diſceſſu renunciato Conſtantinus Imperator in ejus abſentia periculum urbis collocans, & ſalutem in præſentia, relictus in ardentiſſimo conflictu duce, ſtatariis militibus, abſentem ipſemet revocatum conceſſit. Ad quem cum perveniſſet, orare atque obſecrare ne prælium intermittat, inſtare ut redeat, hoc ſe Imperatorem exorare ſinat, efflagitare. Verum ille, cum nullis precibus flecteretur, quin iter ſuum inſiſteret, eadem tamen conditione portis exceſſit, ut ubi primum medicatione refectus foret, in ſtationes propere reverteretur. Obſeratæ tum erant fores, quibus pomœrio egreſſuris via patebat: quod ea præſertim ratione cautum fuerat, ut prærepta certantibus abeundi facultate, id unum ſibi proponerent, ibi aut vincendum eſſe fortiter, aut viriliter moriendum; eaque de cauſa audacius alacriuſque decertarent. Exitus ut Iano patuit, iis ſimul qui hoſtem à muro coërcebant animi cecidere. Videre erat alios ſenſim loco cedere ac dilabi, alios pugnæ ſegnius intendere, ſingulos debilitatione atque abjectione animi collanguere, omnes, ſibi deſperantes, averſos in fugam præſentem incumbere.

Conſtantinopolis à Turcis capta & expugnata.

M CCCC XL.

Ea re cognita Præfecti Turcarum, confirmatis animis, iterata cohortatione ſuos quiſque denuo longe majori quam ante audacia in murum incitant. Hi officii memores, & ducum ſuorum benevolentiam aucupati, certatim in expugnationem proruunt. Pars ruinis, projecturiſque mœnium, quas dura machinatio patrarat, innitentes, ſummum murum involare: pars ſcalis ſe promoventes faſtigio inſiſtere, in pomœrium deſilire, hoſtes inde abigere incipiunt. Irrumpentibus eum in modum Turcis Græci magna trepidatione in fugam verſi: qua Iuſtinianus exiverat, eo omnes, ſalutis ſuæ cauſa erupturi, confugiunt. Sed Imperator Conſtantinus ut ſuos fugere intuetur, ſui officii ac dignitatis oblitus, nec ejus, quod tantum principem decebat, ſatis memor, eſſe ſcilicet imperatorium, ſuis fuſis pulchram vulneribus mortem oppetere, terga quoque ipſe dat, & præceps recta in portam poſt ſuos fertur. Ob cujus anguſtiam, cum ipſa confertim effugientium multitudine offenſus, atque indiſcriminatim abeuntium impetu ſuccuſſus, humi procubuiſſet, miſerrime proculcatus interiit. At in tanto propugnatorum numero, qui nuper afflictæ urbi præſidio erant, duo ſolum reperti ſunt, qui ſalute religioni ac famæ poſtpoſitâ, viriliter ad extremum pugnando, ſtrenuorum hoſtium gladiis configi atque internecari, quam fugere maluerunt. Eorum unus Græcus erat, Theophilus Palæologus; alter Ianus quidam, natione Dalmata, ſervus conditione. Qui quidem è conflictu fugiſſe viro cuilibet quantæ ſit turpitudini ac dehoneſta-

mento

mento ſecum reputantes, inimicam irruptionem ſoli tantiſper ſuſtinuerunt, dum turba innumera circumventi, non tam victi quam vincendo fatigati, cæſis ſua manu permultis, ipſi denique, promiſcue in ſtragem hoſtilem nervis deficientibus prolabentes, expirarunt. Iuſtinianus vero percepta hoſtium victoria Faram continuo diffugit: mox illinc, haud ſatis confirmatus, Chium inſulam Ioniæ adnavigat: ubi aut vi vulneris, aut dolore confectus, quod importune prælio exceſſiſſet, paucis diebus comparata primum nominis gloria incredibili orbatus, animam egit. Vno certè felix futurus, ſi in armis egregius propugnator ad muros Conſtantinopolitanos mori potuiſſet. Anno Christi

In Turcarum concurſu in patentem portam atque introitu, profligati diſſipatique ſunt ex Græcis ac Latinis devoti circiter octingenti. Superato interea muro, armati pauci eos cives, qui prohibendæ irruptionis cauſa portam inſiſtebant, ſaxis ac ſagittis è loco ſuperiore impetitos propellunt. Eâ Turcæ in urbem hoſtilem admiſſi, & de loco hominum opumque pleniſſimo triumphantes, trucidatis immaniter quoſcunque in armis repererunt, ad direptionem convertuntur. Immenſus erat eorum numerus. Singuli prædæ inprimis ac ſtupris libidinoſè crudeliterque inferendis immorantes, nulli prorſus (ut natura feri inhumanique ſunt) neque ætati neque ſexui parcere. Stupra cædibus, cædes ſtupris commiſcere: imbelles ac decrepitos ſenes in ſervitutem adigere. Adultos maſculos æque ac fœminas, genere obſcuriores, magno ludibrio in vincula conjicere: vinctos ad pecorum ſimilitudinem præ ſe cogere. Quod ſi in virginem, aut quamlibet aliam forma egregia fœminam, ſeu jucundum aſpectu maſculum incidiſſent, multis ad eos potiundos concurrentibus, gravis interim pugna oriebatur. Similis erat ratio prædæ ſplendidioris ſacræ pariter ac profanæ: ad quam præoccupandam tam conferti proruebant, ut ejus nomine orta ſociali diſſenſione, non pauci mutuis illatis vulneribus interciderent. Cumque ejuſmodi exercitus, ex diverſis locis, nationibus, moribus ac linguis conflatus Conſtantinopoli triduum in populi vexatione fortunarumque omnium expilatione conſumpſiſſet, nullum tam inſigne piaculum fuit quod non à quoquam magna licentia patraretur. Nec tum magnifico Iuſtiniani Imperatoris operi ita caveri potuit, ut non ornamentis, quæ ibi & aurea erant & argentea ſupra numerum, quolibet etiam alio ſplendore penitus ſpoliaretur: & omni deinde ſpurcitia inquinatum, ex auguſtiſſimo Sophiæ templo nequiſſimum muliercularum lupanar, ex æde ſanctiſſima viliſſimum equorum ſtabulum redderetur. Neque adeo fanis cæteris adytiſque minor vis allata. Nam raptæ ex his virorum Sanctorum reliquiæ, Conſtantinopolis à Turcis capta & expugnata. M CCCC XL.

 de-

Anno Chriſti

detracta quantumvis humili theca vel emblemate, in populares vias, in colluviem, in fœdiſſimas cloacas, abjectæ, non hominibus modo impiis, ſed & brutis animalibus, & canibus, & porcis dabantur conculcandæ. Et Chriſti Opt. Max. Servatoris aut Sancti ſigna cujuſpiam, vel cœno publico immerſa, vel ſecuri aliove id genus inſtrumento diſciſſa ſordebant. Eig ſtulis demum in equuleum dedtis, ad æraria cum publica tum privata, quæ metus hoſtium in terram defoderat, ab invitis ediſcenda, dictu incredibile eſt, quantam vim auri atque argenti, & ſupellectilis, artificio miræ eruerint. Quæ opes utinam in munitiones defenſioni urbis neceſſarias collatæ fuiſſent! Dominis fortaſſe ac patriæ ſalutem attuliſſent. Sed tum in confeſſo fuit commune avaris hominibus malum: qui ſuo cum opus eſt uti neſciunt, ſed immenſis divitiarum cumulis inhærentes, inopia miſeri diſtorquentur ac pereunt. Cæterum, cum in tertium diem continuaretur direptio, nihil penitus urbi pridem feliciſſimæ atque opulentiſſimæ reliqui fuit, præter indignam civium captivorum ſervitutem. Ad quam vitæ ſupplicio deponendam, cum vincti in hoſtilia caſtra pertracti fuiſſent, Mahometes, condicto primum Baſſis ac Præfectis ſuis ex more lauto convivio, ſingulis cibo ac vino ingurgitatis, quaſi qui animum quoque eorum expleturus eſſet in effundendo Chriſtianorum hominum ſanguine, captivos ad ſe duci imperat, & cædi, ex mandato, & membratim diſſecari præſens intuetur. Ex civibus cum Ricelucas quidam, qui domi inter ſuos primas ſemper apud Conſtantinum tenuerat, coram ad cruentam cædem ſtaret, jugulato in ejus conſpectu ex filiis ejus natu majore, venuſtiore altero Mahometi ad libidinem reſervato, laqueo ipſe extinguendus permittitur. Pari crudelitate cum peregrinis agi cœptum eſt: quibus aut mori proximum fuit, aut quam citiſſime multa pecunia vitam redimere. Minimo ſervatus eſt Iſiodorus Ruentenus Cardinalis, qui Conſtantinopolim multo ante obſidionem à Romano Pontifice Nicolao quinto legatus miſſus, in expugnatione urbis ſumpto habitu viliſſimo, cum in militis ſtipendiarii manum deveniſſet, Turca ſortis captivi neſcius, hominem, numeratis Aſpris non multis, qui nummus Turcis familiaris eſt, liberum facit. Poſtremo expugnata Conſtantinopoli, præſidium Peræ, quod ex Liguribus erat, armis continuo depoſitis, legatos ad Mahometem mittit, qui & locum ultro offerant, & deditionem veniamque exorent. Pollicetur id quidem præſtitus: ſed non ita multo poſt cum omnibus copiis in Peram hoſtiliter irrumpit, & ſtatim, publica fide violata, populari, vexare, vaſtare, pueros vendere, matronas abducere, ſenes vincire, juvenes interficere, nulli omnino neque ætati neque ſexui parcere, fana, palatia, domos, muros, omnia

Conſtantinopolis à Turcis capta & expugnata.

M CCCC XL.

ſolo

ſolo æquare aggreditur. Pacata eum in modum Græcia, bonam exercitus partem in certum temporis ſpatium exauthorat: ipſe cum iis, quos ad cuſtodiam ſui & præſidium urbis retinuerat, Conſtantinopolim in novam imperii ſedem triumphator pacatiſſimus recedit. *Anno Chriſti*

Hæc ille de captâ expugnatâque a Turcis Conſtantinopoli. Priuſquam vero ad alia progrediar, operæ prætium fore exiſtimavi, ſi hoc loco ex Petri Bizari Lib. IX. Rerum Perſicarum, ſubjungerem Confeſſionem Fidei, quam Gennadius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, poſt captam primum a Turcis urbem, ipſi Mahometi flagitanti exhibuit. Interrogatus enim ab Amera Sultano Mechemet: Quid creditis vos Chriſtiani? Reſpondit in hunc modum: MCCCC XL.

Chriſtiana Græcorũ fidei Confeſſio exhibita Mahometi II.

„ Credimus, quod Deus eſt conditor omnium, quæcunque „ſunt, ex nihilo, ut eſſent: & quod neque corpus eſt, neque „corpus habet, ſed vivit intelligibiliter. Et eſt mens optima, & „perfectiſſima, & ſapientiſſima. Incompoſitus eſt, carens prin- „cipio, nec habens finem. Eſt in mundo, & ſupra mundum: „non eſt in ullo loco, & eſt in omni loco. Hæ ſunt proprietates „Dei, per quas ſeparatur à creaturis, & aliæ ſimiles.

„ Eſt ſapiens, & bonus, & verus, & quaſcunque præſtantias „habent ipſius opera ex parte, ipſe habet ſolus, & excelſiore „modo: atque illas ipſas perfectiones habent creaturæ, quia ipſe „dat eas creaturis ſuis; & quia bonus eſt, etiam ipſius creaturæ „bonæ ſunt; quia ſapiens, ſapientes: quia verus, veræ, & quæ- „cunque ſimiliter: niſi quod Deus principe loco habet ea, crea- „turæ per participationem.

„ Credimus, quod in Deo ſunt aliæ tres proprietates, quæ „ſunt quemadmodum principia & fontes omnium aliarum pro- „prietatum ipſius; & per has tres proprietates vivit Deus ſem- „piterne in ſeipſo, & antequam ab ipſo crearetur mundus; & „per ipſas condidit mundum, & per ipſas gubernat eum. Atque „has tres proprietates appellamus tres hypoſtaſes: & quia hæ „tres proprietates non dividunt unam & ſimpliciſſimam ſubſtan- „tiam Dei, propterea eſt Deus, & cum proprietatibus his, & „unus Deus, & non ſunt tres Dii.

„ Credimus, quod ex natura Dei oriuntur verbum & ſpiri- „tus, quemadmodum ab igni lumen & calor: & quemadmo- „dum ignis, etiam ſi non ſit, quod illuſtretur & calefiat ab ipſo,

„tamen

Anno Christi

„tamen ipſe ignis ſemper habet lumen & calorem, & emittit „lumen & calorem; ſic & antequam conderetur mundus, erant „Verbum & Spiritus, efficacitates Dei naturales, quoniam Deus „mens eſt, ut ante dictum fuit: atque hæc tria, Mens, Verbum, „& Spiritus, unus eſt Deus, quemadmodum anima hominis eſt „mens, & verbum intelligibile, & voluntas intelligibilis, & „tamen hæc tria revera ſecundum ſubſtantiam una ſunt anima. „Præterea Verbum Dei nominamus ſapientiam Dei, & poten„tiam, & filium ejus, quia eſt ſoboles naturæ ejus: & quem„admodum ſobolem naturæ hominis nominamus filium homi„nis, & quemadmodum cogitatio animæ ejus, ita etiam in „divinis hiſce. Præterea nominamus voluntatem Dei, ſpiritum „Dei & dilectionem: ipſam vero mentem nominamus patrem; „quia ipſe eſt ingenitus & cauſæ expers, cauſa vero Filii & Spi„ritus. Quia igitur Deus non intelligit tantum creaturas ſuas, „ſed magis intelligit & novit ſeipſum, & propterea habet ver„bum & ſapientiam, per quam intelligit ſeipſum proprie; ſimi„liter neque vult & diligit tantum opera ſua Deus, ſed vult & „diligit ſeipſum multo magis: ideo ſempiterne prograediuntur „ex Deo Verbum & Spiritus ipſius, & ſempiterne ſunt in ipſo „atque hæc duo cum Deo unus ſunt Deus. Credimus, quod „Deus per Verbum ſapientiæ & potentiæ ſuæ condidit mundum, „& per Spiritum bonæ voluntatis ſuæ & dilectionis providet, & „gubernat, & movet omnem naturam in mundo ad bonum, ſe„cundum ordinem cujuſque naturæ: & propter hoc credimus, „quod quando voluit Deus per ſolam miſericordiam ſuam con„vertere homines a deceptione dæmonum & cultu idolorum; „(quoniam, præterquam in exiguo loco Iudæorum, in quo „adorabatur & credebatur unus Deus ex lege Moyſis, reliquus „univerſus terrarum orbis venerabatur creaturas male, & mul„tos Deos, qui tamen nulli ſunt, loco unius & veri, & vitam „degebant ſecundum proprias quiſque cupiditates, & non ſecun„dum Dei legem:) tunc fecit Deus hujuſmodi inſtaurationem „hominum per Verbum & per Sanctum Spiritum ſuum, & pro„pterea Verbum Dei induit humanam naturam, ut tanquam „homo cum hominibus verſaretur, tanquam vero Verbum Dei „& ſapientia, doceret homines credere in unum & verum „Deum, & vitam inſtituere ſecundum legem, quam ipſe dedit:

Christiana Græcorũ fidei Confeſſio exhibita Mahometi II.

M CCCC XL.

„atque

„atque iterum ut homo, ut daret ſuæ vitæ rationem exemplum „doctrinæ ſuæ: primus enim ipſe ſervavit legem, quam dedit „hominibus: tanquam Verbum Dei & potentia, poſſet inſtau„rare pulcherrimum bonum, quod vellet, ſiquidem fieri non „poterat, ut unius hominis potentia orbis terrarum convertere„tur ad Deum. Atque ita per Verbum ſeminavit veritatem omni„potens & inviſibilis Deus in Hieruſalem: per Spiritum autem „ſuum illuſtravit & confirmavit Apoſtolos ſuos, ut ſererent ipſi „veritatem per univerſum mundum: & ut contemnerent mortem „per dilectionem Dei, qui ipſos miſerat, & per dilectionem „ſalutis mundi, ſecundum exemplum Ieſu, qui ultro mortuus eſt „ſecundum id, quod humanum erat, ut ſervaretur mundus. Sic „credimus nos unum Deum in Trinitate, Patrem, Filium, & „Spiritum Sanctum, quemadmodum nos docuit Dominus no„ſter Ieſus. Et ſiquidem eſt verus, credimus, quod eſt & ipſa „veritas: atque diſcipuli ejus ita largius nos docuerunt: ita in„telligimus * & a potentia ſapientiæ.

Anno Chriſti

Chriſtianæ Græcorũ fidei Confeſſio exhibita Mahometi, II.

„Credimus, quod Verbum Dei & homo, quem induit Ver„bum Dei, eſt Chriſtus; & quod vita Chriſti in carne ipſius „erat vita hominis ſanctiſſimi, ſed ſapientia potentiæ & operum „ejus, erat Dei potentia.

Mcccc xl.

„Credimus, quod quemadmodum anima & corpus eſt unus „homo, ita Verbum Dei ab una parte, & ab alia parte anima & „corpus, ſunt ſemper duæ naturæ diſtinctæ perfectæ in uno ho„mine. Sic & humanitas & Deitas ſunt in Chriſto diſtinctæ na„turæ perfectæ: ſecundum hypoſtaſin tantum & perſonaliter uni„tæ: & neque Verbum Dei mutatum eſt in carnem, aut animam „Chriſti, neque caro Chriſti, aut anima ejus converſa in Ver„bum Dei: ſed erat, & eſt in Chriſto poſt mirificentiſſimam „diſpenſationem illam, Dei Verbum, Verbum Dei; humanitas, „humanitas: & quod non accepit humanitas verbi Chriſti Deita„tatem, ſed Deitas Verbi Dei aſſumpſit humanam naturam, quæ „conſiſtit in eo, quod aſſumpta eſt. Quodcunque eſt in Deo, na„turaliter Deus eſt, quia non eſt in Deo accidens: ac propterea „intelligibile Verbum Dei Deum nominamus & credimus; & „quia hoc Verbum Dei erat in Chriſto, propterea Chriſtum „Deum & hominem confitemur: hominem propter animam & „corpus; Deum propter Verbum, quod in ipſo eſt, Dei.

Anno Christi

„ Credimus, quod verbum Dei eſt in Chriſto, & in mundo, „& in cœlo, & in Deo, & in Patre; idcirco verbum Dei eſt infinitum, quemadmodum & Deus eſt infinitus, generans ipſum, „hoc eſt, cogitans; & infinitam potentiam habet. Verum in „Deo ſecundum alium modum, & in Chriſto ſecundum alium, „& in mundo ſecundum alium.

Chriſtiana Græcorũ fidei Confeſſio exhibita Mahometi II.

„ Credimus, quod cum Deus communicat bonitatem ſuam „& gratiam creaturæ alicui, nequicquam ipſi decedit, ſed magis „magnificatur: quoniam ex virtute creaturarum excelſitas Dei „manifeſtatur: & quanto præſtantior efficitur creatura, majore „communicatione bonitatis ipſius, tanto magis bonitas Dei & „dilectio erga homines, & potentia oſtenditur. Quapropter „bonitas Dei & dilectio erga homines magis magnificata eſt ex „eo, quod ipſe Deus cum omnipotentia ſua in Ieſum Chriſtum „venit, quam quod miſit in Prophetas unam ſuam gratiam, „aut duas, atque in alium Prophetam minorem, in alium „majorem.

M CCCC XL.

„ Credimus, quod Chriſtus crucifixus & mortuus eſt propria „voluntate, propter multas & magnas utilitates, ad quas explicandas multis verbis opus foret: atque omnia hæc ſecundum „id quod humanum in eo erat, ſuſtinuit. Namque Verbum „Dei neque crucifigitur, neque moritur, neque reſurgit: quinimmo excitat ipſos mortuos, quemadmodum & excitavit carnem, quam geſtabat.

„Credimus, quod Chriſtus cum reſurrexiſſet aſſumptus fuit in „cœlos, & iterum venturus erit cum gloria, ut judicet mundum.

„ Credimus, quod animæ hominum ſunt immortales, & quod „corpora ſanctorum reſurgent incorruptibilia, lucida, agilia, „neque cibi indiga, neque potus, neque veſtimenti, neque alius „cujuſpiam corporeæ voluptatis: & quod animæ atque corpora „eorum, qui bene crediderunt, & bene vitam egerunt, migrabunt in Paradiſum; impœnitentium vero, improborum, & „infidelium, in ſupplicium: & quod Paradiſus ſanctorum & „fruitio in cœlo; ſupplicium vero improborum in terra: & quod „fruitio ſanctorum nihil aliud eſt, quam quod perficientur ejuſmodi animæ ad cognitionem, & tunc contemplabuntur myſteria Dei, quæ nunc non agnoſcunt, niſi per fidem ſolam:

„ Quamobrem autem neceſſe erat verbum Dei & Deum incar-

„nari,

„nari, ſunt neceſſariæ & multæ rationes, &, cum erit neceſſe, „parati ſumus eas reddere: poſt vero illas rationes certificant „nos de veritate fidei noſtræ ſeptem. *Anno Chriſti*

I. Quia prædixerunt Prophetæ Iudæorum, quos nos acceptamus, Ieſum, & quæcunque fecit, & quæcunque facta ſunt, „& quæcunque fecerunt deinceps diſcipuli ejus ipſius potentiæ: „ſimiliter prædixerunt & oracula Græcorum conceſſione Dei, „& Aſtronomi Perſarum, & Græcorum, idque cum prædicatione Ieſu. *Chriſtiana Græcorũ fidei Confeſſio exhibita Mahometi II.*

II. Quia Scripturæ fidei noſtræ conſonant in omnibus; quod „qui ea ſcripſerunt, habuerint unum doctorem, gratiam Dei. „Hoc enim niſi eſſet, in aliquibus diſſonarent.

III. Quia acceptaverunt talem fidem, licet novam & admirabilem, homines magno ſtudio ubique gentium, cumque multis „periculis: neque ſolum privati, ſed etiam prudentes & ſapientes: ac propterea everſa eſt perfecte deceptio dæmonum.

IV. Quia fides hæc nihil continet impoſſibile, neq; minus ſibi „inter ſe congruum, neque corporale, ſed omnia ſpiritualia: „& eſt via ducens animas hominum in dilectionem Dei, & futuræ æternæ vitæ. *M CCCC XL.*

V. Quia quotquot acceptarunt hanc fidem & vitam, egerunt „cum virtute ſecundum legem Chriſti, acceperunt magna dona „à Deo, & virtutes fecerunt multas; quod non eveniſſet, ſi hæc „fides eſſet falſa.

VI. Quia quæcunque dicunt aliqui adverſus fidem hanc, facile ſolvere poſſumus, & cum bona ratione & liquida.

VII. Quia cum fide hac bellum geſſerunt multis ſuppliciis & „cædibus Reges orbis terrarum per quamplurima ſæcula, qui „multos Deos habebant, neque quicquam profecerunt, ſed vicit „fides, & manet in hodiernum diem; & ubi venerit Dominus, „inveniet ipſam: & niſi eſſet fides hæc de voluntate Dei, everſa „tum fuiſſet facile. Ipſi Domino noſtro Ieſu, Deo vero, gloria, Amen.

„Hæc nos de fide noſtra breviter aſſeveramus. Tranſlata autem hæc ipſa fuerunt ex Græco idiomate in Arabum linguam „ab Achomad Kadde Berrhœenſi, nato patre Machumet, Tzelepe ſcriba.

Cum etiam Scanderbegi & Uſumcaſſani res, certe maximæ

Anno Christi

ampliſſimæque, horum ſint temporum, de utriuſque origine & fortuna fuſius quædam tradere ego hic debeo.

De Scanderbego fuſius paulo & accuratius diſſeritur.

Scanderbegum quod ſpectat, exſtant de ejus vita rebuſque geſtis Commentarii Marini Barletii Scodrenſis Sacerdotis, quem ſequemur. Poſt antiquatam Turcarum imperii gloriam, & abolitum penè Ottomanicum nomen, ſuperato in finibus Armeniæ Bajazete ſeniore, Scytharum armis, Amurathes, nepos ex ejus liberis, qui, ita forſan poſcentibus fatis, ſervati Græcorum levitate tot Chriſtianorum futuris malis fuere, poſt multas ſuorum contentiones, & domeſticum effuſum ſanguinem, primus avorum regnum feliciter obtinuit, reſtituit fortunam, & viribus auctis Turcarum nomen formidabilius, quam antea unquam fuerat, effecit. Tamen dum nunc in Aſiaticis rebus firmandis, nunc in perſequendis Græciæ populis, & extorquendo eorum imperio, occupatur, aliquot annis abſtinere a Macedonia, & finitimis regionibus eſt coactus. Per id tempus in Epiro inter cæteros regulos principeſque ſatis nobile nomen Ioannis Caſtrioti, tum cæterarum urbium, tum Croiæ præcipue imperio erat. Et quia

M CCCC X L. neque latere penitus Scanderbegi genus æquum duco, neque omnem avorum ejus ſeriem perſcribere in animo eſt, illud unum

Ejus majores.

attigiſſe contentus ero, auctores gentis Caſtriotæ ex Æmathia nobili ortu fluxiſſe, imperitaſſeque pari gloria fortunaque in Epiro. Eos omnes (ut jam orſus ſum) Ioannes prudentia, gravitate, ac animi invicti magnitudine, cæteriſque deinceps virtutibus, atque egregio etiam (ſi quid ad rem facit) corporis decore facile ſuperavit. Uxori Voiſavæ nomen erat; non indignam eo viro tum pater nobiliſſimus Tribalorum princeps, tum forma moreſque ac inſignis ſupra muliebre ingenium animus faciebant. Poteſt & a prole illi, a quâ merito commendari fœminæ conſueverunt, non minor fortaſſe fieri acceſſio laudis. Novem nam-

Parentes.

que liberos peperiſſe educaſſeque narratur, quinque fœminas, Maram, Iellam, Angelimam, Ulaicam & Mamizam; mares reliquos, Repoſitum ſcilicet, Staniſam, Conſtantinum, & Georgium. Minimus natu Georgius fuit, cui poſtmodum apud Barbaros Scanderbego nomen inditum eſt. Sed antequam progrediar ulterius, omittendum non cenſeo, quod vel prodigiis ipſis oſtenſum, & a pleriſque vaticinatum de hominis gloria accepi; licet id antiquis ſimillimum fabulis aſpernaturos plurimos non

igno-

ignorem. Ferunt enim quod cum concepiſſet eum mater, ſerpentem ſe enixam ejus magnitudinis ſomniaverit, qui totam ferme operiens Epirum caput inter Turcarum fines protenderet, & cruentis faucibus eos abſorberet, caudam vero teneret in mari inter Chriſtianos, & Veneti maxime imperii terminos. Narratum id ſibi Ioannes, cum non ejus generis res eſſet, quam extis ullis ſcrutaretur, vel Apollinem exigeret interpretem, ingenti lætitia ſolatus uxorem, naſciturum ex ea virum ominatus facile eſt, clarum bello, factiſque, qui Turcarum ſimul hoſtis acerrimus, idemque dux feliciſſimus, & Chriſtianæ fidei propugnator, ac Veneti cultor imperii perpetuus exiſteret. Nihil fefellit ſe, vel alios ſollicitus parens, ſed aucta magis eſt vaticinio fides puero nato. Namque aliud pulchrius longe clariuſque bellici decoris ſignum in dextero infantis brachio viſum, forma enſis ita expreſſa, ut manu facta videretur. Infans deinde protinus cum paſſa eſt ætas, ad arma, & arcus reptavit, atque in ipſis puerilis ætatis rudimentis id ſpecimen præbuit ſui, ut ſatis cuique futuræ virtutis dilucerent indicia. Is poſt hæc indies viſebatur in adoleſcente vitæ cultus, ea morum elegantia, & Chriſtianæ fidei promiſſa religio quædam, ut omnium in ſe ora oculoſque converteret. Unum parentes, unum fratres, unum cæteri illius regionis homines cum tacita admiratione ſuſpiciebant; de eo omnes ſermones, & læta ubique vulgi murmura erant, velut rarum illud ea ætas ſpecimen protuliſſet. Nam ad ea præſagia naturæ gratia quoque quædam corporiſque ſpecies, quæ condit omnia, non deerat. Sed non ex tam fœlici (ut ita dixerim) palmite fructus ullos colligere ſollicitis parentum votis fata conceſſere. Nam quum impoſito Græcis jugo Amurathes in Macedoniam convertiſſet ſigna, eamque ſatis longo afflictam bello contriviſſet, Ioannes diutino defeſſus bello, ac longo exhauſtus incommodis, pacem ab eo petere coactus ea lege imperravit, ut obſides filios omnes traderet. Vix poterant ſervitus major, aut funeſtiora, & fœdiora vincula parentibus injici. Quod enim pacis, quod imperii eo pacto ſervati ſolatium parentibus ſupereſſe poterat? Tamen quid non miſera vitæ cupido, & regni ſollicitus amor timidis mortalibus ſuadet? Maluere infelices ſenes cruentiſſimi hoſtis fidem ſequi, & tot ſimul ſe pignoribus exuere, quam diutius collabentis jam fortunæ ruinam expectare; Datus

Anno Christi

Scanderbegi virtutum & magnitudinis præſagia.

Scanderbegi educatio.

M CCCC XL.

Egregia corporis ejus ſpecies.

Anno Christi MCCCCXL.

Scanderbegus cum fratribus, Ottomanno obſes à patre traditur.

Contra fidem patri datam circumciditur.

Scanderbegi nominis origo.

proinde cum fratribus Georgius eſt; qui præ cæteris nimis multum ſecum privati, publicique luctus tulit. Sed non ideo patrem concepta jampridem de filio ſpes deſeruit, multis oſculis amplexibuſque in eum præcipue prolapſus, ac deorum fidem appellans, ne inanem expectationem ſuam redderet, a ſe dimiſit. Atque aliquis ex vulgo longævam vitam virileſque annos precatus puero, domeſticum ſibi hoſtem incendiumque educaturum Amurathem dixit. Deducti ad Ottomanum adoleſcentuli primam perfidiam ejus in eo ſenſere, quod abjecta, quæ eorum parentibus præſtita erat, fide, circumcidi Mahometano ritu illico juſſi ſunt. Epirenſibus varia nomina, prioribus mutatis, indita ſunt, ex conſuetudine gentis. Georgius, ſeu caſu, ſeu quod nobilior inter cæteros indoles egregium neſcio quid præ ſe ferre videbatur, Scanderbeg appellatus. Idem quod apud nos, Alexander dominus. Maxima lætitia ea res apud Amurathem celebrata, ut facere apud nos vulgo ſolent, cum aliquem ex Judaicis ſordibus emergentem ad lucem, & ad ſalutem redire vident. Decreta ſunt eis copioſa honorificaque alimenta; ſed Scanderbegum præcipue, cum indoles ipſa, tum ætas (vixdum enim nonum attigerat annum) tyranno conciliabat. Præceptores (ut aptior eſt ea ad diſcendum ætas) varii generis non negati. Brevi itaque temporis ſpatio promptum ad omnia ingenium linguam literaſque Turcicas, Arabicas, Græcas, Italicas, Illyricas didicit. Creſcentibus vero paulatim cum ætate viribus, adoleſcentem illa unica inceſſit libido, nullum ſane genus bellicæ virtutis intentatum tranſire, ac nunc gladio, nunc arcu, jaculoque, tum eques, tum pedes, incredibilia prope omnia promptiſſimi corporis experimenta edere, audere aliquid ſemper majus annis. Et priuſquam vis ipſa membrorum ferociam æquaret animi, ac nondum pares bellicis ſudoribus ſpiritus viderentur, amor fuit, vario certaminum genere æquales quotidie provocando crebris ſpectaculis favorem ſibi apud omnium animos principiſque præcipue ipſius conciliare, & ſemper aliquid ferre laudis, ac jam inde viam ad futurum decus, & alimenta ad famam præſtruere. Mox ingentibus lacertis confirmata jam ætate ardua quæque fortiſſimi viri munia obire; pati famem, ſitim, algorem, æſtus, vigilias, quibus ex rebus aſſidua exercitatione optimum profecto ſe ad omnem militiam brevi præſtitit. Quare non paſſus Amurathes diutius pri-

vatum eum apud ſe verſari, Sanzachi inſignibus primum decoravit. Gradus autem is eſt dignitatis apud Turcas ſecundus poſt Baſſas; major tamen minorque auctoritas ineſt officio, prout latius ei jus liberalitas ipſa principis tribuit. Scanderbeg igitur tunc quinque equitum millibus præpoſitus fuit. Cæteri quoque fratres iiſdem ornati dignitatibus, atque ad varia munia, & bellorum neceſſitates, in diverſas partes miſſi, ſatis nominis quotidie promerebantur. Cæterum is non multo poſt, vixdum octavum & decimum egreſſus annum, in Aſiam, juſſu tyranni, profectus, ac cæterorum ſigna lætiſſimis ſecutus initiis, ibi prima belli auſpicia ſumpſit, & hoſtili cruore avidam jampridem tinxit dexteram. Tum ibi conflatis aliis (ut fieri ſolet) & aliis bellis, pluribus expeditionibus cum copiis ſuis ſemper interfuit, & victor cum ſociis ad Ottomanum reverſus eſt; quibus in expeditionibus opera ſemper ejus, virtus fortunaque præcipue tum privatim, tum publice laudata; omne victoriæ decus, omnis eventus belli ad eum aſſeveranter relatus; de duce exercitus quaſi non facta mentione, ſoli ei triumphum ac victi gloriam hoſtis militaris favor, clamor adjudicavit. Nondum invaſerat tyrannum æmula virtutis invidia; & licet tum ingenium, tum fortuna hominis obnoxia ei eſſet malo, conciliabat tamen favorem potius apud omnium animos ſibi rudis, atque ſimplex, & ſicut cupida ita non avara gloriæ adoleſcentia. Honoratus itaque verbis doniſque egregie eſt ab Amurathe. Paulum quietis datum homini, & (ut nunquam Turcis bella deſunt) nunciati ſunt novi motus ex Aſia; electus ad id certo decreto, & ſine variatione, Scanderbegus, delataque ad eum totius exercitus ſumma, ac imperatoriis faſcibus, ob res priore bello bene geſtas, decoratus. Ad quod delatus bellum, fuſis pari celeritate fortunaque hoſtibus, priorem gloriam omnem facile ſuperavit. Nam præter ingentia militum teſtimonia, alia quoque certiora longe ſuæ gloriæ & fortunæ monumenta ad Ottomanum attulit, captivorum magnum numerum, cæſorum hoſtium ſpolia, ac ſigna militaria complura, cæteraque bellica inſtrumenta uſque ad abuſum. Exercitus præterea ita integer, ac penè illæſus reductus eſt, ut victi quidem apparerent, in victoribus autem nulla concertationis veſtigia cernerentur. Admirationi magis ferme prudentia ejus fuit Amurathi, quam rerum tam felix ſucceſſus; cum is non ſolius laus, ſed cum fortuna

Anno Chriſti M CCCC XL.

Scãderbegus à Turcarum Imperatore ad maximas dignitates evehitur.

Prima bellorum ejus & inſignia in Aſia rudimenta.

Altera ejus magni terroris, neque minoris felicitatis expeditio in Aſiam.

quo-

Anno Christi

quoque communis eſſet; prudentiæ vero atque conſilii fructum ſolum ſibi ingenium vendicaret. Proinde auctis ſtipendiis copiiſque miſſus denuo ad ea ipſa loca ac relegatus quaſi eſt, donec quoſdam populos urbeſque ſubegiſſet tyranno. Sed nunquam vel fefellit, vel diſtulit fortuna ullum deſiderium juvenis. Expeditis ex animi ſententia omnibus, atq; imperio Ottomanico latius etiam quam injunctum fuerat ampliato, famam jam ſibi ingentem apud exteras etiam gentes peperit. Reverſo Adrianopolim, cum foris ſublatus eſſet, hoſtis domi non defuit. Venerat namque ex Scythia quidam ferox magis & inſanus, quam fortis bellator, qui familiam omnem tyranni provocabat, ſi quis ferro ſecum vellet decernere. Genus vero certaminis id propoſuerat, ut in anguſto loco nudi ambo relicti ſingulis tantum gladiis fortunam experirentur. Ceperat tam ſtolidum conſilium Barbarus, vel quod prodigus vitæ & ſanguinis ſui eſſet, vel ea fortaſſe inani ſpe, quod nullum tam ancipitem impendentis periculi ſortem petiturum credebat. Indeque & laudem eam ſe & præmia ſine certamine laturum ſperabat. Nam propoſuerat non indigna quoque munera victori Amurathes; ut illorum ſaltem ſpe excitaretur aliquis; cum nudæ tantum gloriæ fructus ſegnius alliciat homines. Omnes tamen tam funeſtum decus, præmiaque eodem terrore aſpernabantur. Sed ſurgens ſtupentibus ſingulis plenus animi Epirenſis: Non incruentus, inquit, Scytha hæc præmia laudemque domum feres; aut honoratior me occiſo, & iis quoque ſpoliis onuſtior ibis. Agedum igitur: accipe tam diu quæſitum hoſtem. Licet accommodatius feris beſtiis hoc certaminis genus ſperni a fortibus viris, ſalvo pudore, & poſſit & debeat. Verumtamen liceat ſemel & mihi hoc contemnere. Quippe cum par membrorum & ſanguinis ſervandi ratio tibi eſſe debuerit; ſed nihil vilius eſt homini quærenti laudem; donabo proinde hoc & ipſe cruoris hodie Amurathi ſociiſque. Scytha nihil territus ferocioribus adhuc verbis injicere pavorem ei conabatur, puerum appellans. Adhuc enim in annis pubertatis erat, neque dum hiſpida prorſus lanugo grata ora exaſperaverat. Tum deducti ad tyrannum ingenti clamore vulgi ſunt, & aſſignatus, ut petierat Barbarus, certamini locus. Depoſita ocius ambo veſte, ultimiſque tunicis, nudi proſilientes in medium, novo genere ſpectaculi omnium oculos hauſere. Et

Scanderbegus auget Ottomanicum imperium.

M CCCC X L.

Singulare ejus cum Scytha certamen.

quam-

Anno Chriſti

quamvis fiduciam ingentem vultu verbiſque oſtenderet Caſtriotus, ingens tamen cura mixto dolore ſpectantium animos inceſſit. Et ſimul ætas, ſimul pulchritudo ipſa corporis, ac decor membrorum ſubjectus oculis, multum & pietatis, & favoris excitaverant. Statura celſa, proceraque, brachia in homine pulchriora non viſa, collum robuſtum obſtipumque, quod laudatur in Athletis, humerorum mira latitudo, color candidus, latente velut purpura ſuffuſus. Aſpectus oculorum non torvus, non vanus, ſed gratiſſimus. Adjuvabant hæc multum cæteras virtutes, atque animi bona augere videbantur. Intrepidi acceptis brevibus gladiis (non enim longiores loci anguſtia patiebatur) ingreſſi locum ac ibi dimiſſi ſunt maximo populi ſilentio. Non conſilio ullo ibi, non multum animo, ſed impigra quadam, & veloci dextera agendum erat. Erecti ad ictus ambo, Scytha prior incubuit in hoſtem, & punctim intenſo ferro ilia ejus petiit. Scanderbegus toto maxime corpore inflexus, ac velut in arcum deductus, & læva ſimul apprehendens Barbari dexteram, ictum inhibuit, & adacto cæſim gladio guttur illi cum ſingulis arteriis impigre abſcidit. Balbutiente adhuc lingua ille collapſus humi locum ferme totum corporis mole complevit. Sublatus repente ab his, qui ſpectaculo aderant, & accurrentes regii juvenem illæſum inviolatumque læti ad Amurathem producunt. Caput cæſi hoſtis cruentis ipſe manibus tyranno alacer obtulit. Præmia invitus accepit. Quum non argenti, aurive cauſa, ſed domeſtici decoris tuendi, & reprimendæ barbaricæ arrogantiæ ſuſceptum ſibi id oneris diceret. Magis itaque ea modeſtia acuebat in ſe ſtudia. Et quod apud ſui generis homines plus nimio eniteſcens virtus parturiebat invidiæ, liberalitas naturæ & dexteritas ipſa ingenii amovebat. Moritur interea in Epiro Ioannes pater. Auditum id a Scanderbego. Qui quamvis (ut par erat) acerbiſſime lugubre nuntium percepiſſet, non tamen apertis lachrymis, aut manifeſto dolore occultum animi ſenſum indicavit; cum Amurathem vere patrem & principem appellaret. Tyrannus velut ſucceſſor regni nihil moratus, validiſſimum præſidium ad Crojam & alia oppida occupanda miſit. Sicque facile arrepta locorum omnium incruenta fuit poſſeſſio, cum neque exhauſtæ populorum vires idoneæ ad tuendam libertatem eſſent, neque negare poſſent Ottomano jus in rebus Ioannis, filios ejus omnes

Scanderbegus ſingulari certamine Scytham vincit.

M cccc x l.

Patris ejus exceſſus.

Eâ occaſione Turcarũ Imperator Epiri civitates invadit & occupat.

Anno Christi MCCCCXL.

apud ſe habenti, quos idcirco, ut arbitror, acceperat, ut vacans demum ſine hærede ſceptrum ad eum devolveretur. Voiſavæ, quæ viro ſuperſtes cum Mamiza filia domi ſola ex ejus infelicis regni reliquiis reſtabat, in Æmathia agri neſcio quid ad alimenta & ſuſtentationem anilis ſpiritus aſſignatum juſſu tyranni. Hanc, ante adventum filii in Epirum, ſenio confectam obiiſſe, quidam narrant, relicta filia, quæ fratri reduci atque victori eâdem virginitatis conſtantiâ innupta ſervata ab eodem poſtea viro tradita & reſtituta omni priſtinæ dignitati eſt. Diſſimulavit hæc omnia ferox juvenis, pari animo atque dolorem ex morte patris diſſimulaverat. Amurathes ſatis conjectans moleſtiſſimum id ei & fratribus apud ſe degentibus viſurum, utpote qui debitum ſibi imperium non iniquis votis tacite expectarent, perfidiam ſuam ſecutus, fratres primum Scanderbegi, ut fama eſt, occulte ſtructis inſidiis veneno abſumptos ſuſtulit è medio. Deinde ad Scanderbegum converſus multa verſabat animo, quo modo & eo viro, quo tanquam Alcide ad ardua quæque & difficillima obeunda utebatur, imperium ſuum non exueret, & eo ſe onere atque ſuſpicione levaret. Quare illum ad ſe vocatum fertur longo ſermone, & pluribus verbis ad id ipſum appoſitis, ſolatus, tum ob patris mortem, tum miſerabiliorem fratrum fortunam; obtuliſſeque regnum avitum, vel ditius longe imperium in Aſia, quando ſui juris eſſe vellet; rogaſſe tamen, ut nondum ſe relinqueret in ea præſertim mole bellorum. Parata maxima quæque ei apud ſe fore, quæ vel gloriam, vel fortunam condant humanam. Cognita fraude, juvenis non minori conſilio vultuque verbis accommodato ſic Amurathi reſpondiſſe dicitur; Vivunt in te fratres mihi, vivit Ioannes pater, ſupreme regum, ac indulgentiſſime Amurathes. Neque, dum ita mihi apud te eſſe licebit, ullum vel patriæ deſiderium, vel regnandi libido, animum inceſſet meum. Itaque, licet cogas hodie me ad hæc munera, vel verius onera, accipienda, libenter accipio ingentem animi tui munificentiam, amplector gratiſſimi principis liberalitatem. Sub hujus tamen umbra capitis vivere nunc certa ſtat ſententia. Vix tum forte mutaturus conſilium, cum emerita bello atque inutilis ſenecta invictum ab hac cupiditate revocabit animum: Aptior ad militiæ ſubeunda onera, quam ad imperii pondus ſuſtinendum, hæc eſt ætas; aptior gladio, quam ſceptro dextera.

Amurathis, Turcarū Imperatoris, adverſus Scanderbegum, & ejus fratres, inſignes inſidiæ.

Quam-

Quamobrem da hoſtem nobis, Amurathes, ut lætiores virtute noſtra partum, quam te dante, regnum accipiamus. Lætus audivit eum tyrannus, & tum etiam atque etiam augens promiſſa, ſpe ingentiore credulum onerare ſtuduit. Cœpit jam inde latentem morbum, atque erumpens paulatim malum, ſentire Epirenſis, & licet omnia ſumma ratione diſſimularet, diligens tamen vitæ ſuæ cuſtos eſt factus. Et quo magis timebat regem, eo plus conciliare ſibi multitudinem atque militum animos ſtudebat. Semper tamen aliquo bello occupatus, alimenta quotidie ad famam, ſed non minora ad invidiam, addebat. Nam non potuit ita elaborata ingenii modeſtia, & quotidianis obſequiis perfidiæ humanæ vias occludere, ut hoſtes ſibi tandem virtus ipſa non pareret. Namque exciti Purpuratorum nonnulli, cum tantam indolem creſcentis indies peregrinæ virtutis æquo animo ferre non poſſent, ubi promptiorem aliquantulum ad credendum videre Amurathem, occultis ſermonibus apud eum aſſidue criminabantur, hominem affirmantes ex nimia largitione in multitudinem, & ambitione popularis favoris, potentiam illum ſibi aſtruere, ſuſpectumque dicentes in aula merito id ingenii ſpecimen eſſe debere. Facile cuncta perſuaſa tyranno; præſertim quod de largitione vera omnia dicebantur, & ſenectus ipſa, ſuapte natura timida, cætera ſtudioſe in pejus interpretebatur, ut non de Epiro tantum, ſed ipſa ſumma imperii tacitus quidam ſuboriretur timor; menſque forſitan ipſa propriis ſceleribus obruta, & regni male quæſiti ſollicitus amor, cuncta, inter ipſos etiam domeſticos penates, infida atque infeſta reputabat. Quare, aucta ea ſuſpicione odiſſe ex occulto cœpit, & intentior invigilare, ſi quo efficere poſſet modo ut eum clam de medio tolleret. Non quod deeſſet ſcelerato conſilio licentia, & poteſtas omnia patrandi; ſed nec cauſa hominis perdendi, nec ulla ſubeſſet ratio. Verebatur aperta vi immeritum opprimere, cum tam acceptum videret omnibus, ne & plurium aliorum animos ab ſe alienaret, & eo peſſimo exemplo in poſterum externæ virtuti ſuum clauderet regnum, qua maxime ſemper Ottomanicum creverat imperium. Sed per id tempus orta alia majora negotia foris eas domeſticas ſuſpiciones exhauſere. Decretum namque bellum eſt in Georgium Myſiæ principem; Deſpotem Serviæ vulgo appellant. Non invitus tyrannus id onus ad Scanderbegum detulit, vel quod nullius

Anno Chriſti

Scanderbegi artes, quibus militum aliorumque ſtudia ſibi conciliavit.

MCCCCXL.

Anno Christi

opera feliciore in rebus ſuis utebatur, vel videns adeo militiæ cupidum, & promptum ad pericula, ſperabat aliquo hoſtili caſu, quem multiplicem offerunt bella, plane caſurum. Facto itaque delectu Caſtriotus in Myſios profectus eſt; præter morem ſuum iniquior tum aliquantulum Chriſtianis fuit, ne, ſi tergiverſando oblata victoriæ occaſione in eum hoſtem uſus non fuiſſet, fomenta ad ſuſpicionem præberet Amurathi, inclinato jampridem ad omnia credenda illius animo, quem maxime conciliare ſibi ſtudebat, donec pulchra aliqua opportunitas effugii affulſiſſet ſibi. Itaque ſæpius Deſpotem bello fudit, & victor Adrianopolim eſt reverſus. Rurſuſque, cum idem Deſpotes recuperatis viribus cornua erigere cœpiſſet, denuo exercitu aucto miſſus adverſus eundem Caſtriotus, ſuperatum prœlio fugatumque pluribus caſtellis exuit, ac militem multa hoſtili gaza divitem reduxit. Sedato foris tumultu ſenex in auctorem ipſum victoriæ otiique eodem ſcelerati propoſiti tenore converſus eſt. Hinc audio ingentibus præmiis propoſitis multa ſingularia per id temporis certamina edixiſſe, cum ſatis ſciret Scanderbegum nihil unquam detrectaturum, ut ita periculis eum exponeret omnibus. Sed hæc conſilia ſicut impia, ita vana, irritaque apparuerunt. Nam cum plures tum ex domeſticis, tum externarum gentium viri fortiſſimi ad eam præmiorum & gloriæ ſpem accenſi indies confluerent, conſurgerentque; hic ſemper maximo animo, nec minore fortuna, ſingulis ſeſe obtulit, & velut fatalis quidam victor, ſuprema omnium admiratione, atque favore, & præmia & laudes ſolus reportavit. Uni tamen Ottomano tanta viri virtus, quæ vel hoſtis ſævos atque ſuperbos animos fregiſſet, nunquam aliquid poterat clementiæ inurere; quin magis quotidie, creſcente ſuſpicione ejus animus irritabatur, excandeſcebatque perſeverantius ad quærendum aliud tacitæ ultionis genus. Sed cur tam credulus ipſe, inanes has ultiones Amurathis & ſtolida conſilia, Scanderbegique contra providentiam, vane ſequor, & non ad Deum potius unico verbo ſervati ſalutem hominis refero? Hic profecto mentem ademit tyranno. Hic bellorum impedimenta, & novos ex Myſia motus; hic demum Hungarorum arma excitavit, ne devotum Chriſtianæ dignitati caput tam fœde extingueretur, ut priſca aliquando libertas illa reſurgeret in Epiro. Nam ſi nulla fuiſſet hic divini Numinis ratio, compos certe ſuæ

Amurathes inſidias ſtruit Scanderbego.

M CCCC XL.

Hic ſingulari Dei providentia ſervatur.

ſententiæ Ottomanus extitiſſet. An deerant mille alii necis modi, quibus, pręter minimam ſeditionis ſuſpicionem, eum potuiſſet circumvenire? Ubi venena, ubi inſidiæ, ubi confictæ criminationes, regum arma, erant? Caſtriotus his inſidiis paulatim detectis, cum difficile videretur, ſi diutius manſiſſet apud tyrannum, tot laqueos devitare, decrevit tandem paterni regni virtute aliqua & ingenio vendicandi, conſilium expedire (id quod olim non immemor libertatis animus concoquebat) tacite occaſionem quærens, ut Amurathe relicto in optatam tam diu patriam ſe recipere poſſet, ubi ingenti ſtudio, ac omnium votis expectabatur. Sed nulli unquam mortalium ea conſilia ſua patefecit; non verbo, non indicio ullo tacitum ejus deſiderium a quopiam eſt deprehenſum; licet & plures ibi eſſent maxime Epirotici generis, quibus propter familiariſſimam vitæ conſuetudinem non injuria fidere potuiſſet; & poſt Ioannis patris mortem excici tum fama ejus, tum cupiditate amiſſæ libertatis recuperandæ, aliqui ad ipſum diverſis temporibus ab Optimatibus Epiri mitterentur, offerentes facultatem, occaſionemque, adjuvantibus populis, extorquendi paternum imperium ab Amurathe. Conſcius tamen ipſe humanæ levitatis, & magnitudinem periculi perpendens, prudenter diſſimulabat. Præſertim, quod facilem cæterarum rerum poſſeſſionem ratus, de Croja recuperanda, cujus præcipua erat ſollicitudo, anceps animi erat. In ea enim validiſſimum præſidium impoſuerat tyrannus, ut neque armis, aut vi ulla, ſed præclara aliqua arte ingenioque vendicari poſſet. Eſt enim Croja Epirenſis imperii caput, in excelſa & prærupta montis crepidine ſita, invia undique & inacceſſa pene; adeoque inſigni naturæ ope munita, ut præter famem reliquum omnem hoſtilem furorem facile poſſit contemnere. Quare Scanderbegus, ſi quando tentaretur, laudabat omnium voluntatem, & non abolitam ex pectoribus gentis memoriam libertatis. Sed magnas vires Amurathis dicebat, neque durum imperium; non eſſe excitandos ſtolide motus ad quos non ſufficiant vires, neque curandum de tam momentanea poſſeſſione libertatis, ut poſtmodum non in eandem ſervitutem, quæ ſatis tolerabilis erat, detruderentur, ſed in graviora longe vincula compingerentur, & victimarum more ab indignato ex ea rebellione tyranno poſtea jugularentur. Et inter cætera conſolans ſemper eos, quantum gratia ipſe poſſet,

Anno Chriſti

Scanderbegus clam ad repetendum paternum imperium ab Epirotis invitatur.

M CCCC XL.

Rara & ſingularis ejus prudentia.

Anno Chriſti

& auctoritate apud Amurathem id acturum ſe pollicebatur, ut, quoad rei natura pateretur, lene id eis jugum atque moderatiſſimum illius imperium efficeretur. Ita prudentiſſime & illis, & ſibi uſquequaque conſulebat, exſpectabatque quotidie, ac ſtruebat tacite ſibi occaſionem ad erumpendum, non alio certe ſimilitudinis modo, quam ſi quiſpiam concluſus ſeditionem in urbe & conſternationem rerum omnium tacitis votis expoſcat, ut converſis eo in caſu ad id incendium extinguendum civibus, ipſe diffractis vinculis pariter & cupitam tam diu libertatem vendicet, & duras prætoris ſecures effugiat. Neque tamen diu fortuna deſiderium ejus fruſtrata eſt. Deſpotes namque Myſiæ, de quo alibi diximus, interea, partim rebellantibus ſuis ab Amurathe, partim vicinorum armis & opera amicorum adjutus, nunc ejectis, nunc cæſis quibuſdam Turcarum præſidiis, priſtinum ſtatum recuperaverat. Oromanus itaque acriter in eum accenſus, non amplius rem per alios, vel duces, vel exercitus gerendam ratus, ipſe, delectu ingenti habito, ad opprimendum Georgium & exuendum regno contendit. Et æque facile, ut conceperat, ex animi ſententia peregit omnia. Nam impar tyranni viribus Deſpotes, primo fermè impetu præſidiis omnibus nudatus, confugiens ad Hungaros, relicto imperio, illi incruentus ceſſit. Scanderbegi conſilio, operaque in ea expeditione potiſſimum uſum fuiſſe Amurathem, dicunt; quoniam, pluribus antea bellis ibi feliciter geſtis, locorum & regionis peritior erat; ſed nulla tum uſquam voti ſui explendi occaſio homini affulſit. In propinquo tamen aderat; quia vix Adrianopolim reverſus Amurathes dimiſerat exercitum, cum alii motus increbreſcere ab Hungaris, & alia vis periculi inſtare cœpere. Cum Deſpotæ fortuna, Juliano Cardinale Sancti Angeli agente, quem ad id ipſum Eugenius Pontifex miſerat, Uladiſlaum regem ad arma excitaſſet, ut eum in regnum Myſiæ reponeret; Tyrannus, eo audito, inſtauratis impigre copiis, LXXX hominum millia confecit, &, non exſpectans eorum adventum in Myſiam, Baſſam Romaniæ & Scanderbegum cum XX millibus in Hungariam maxima celeritate venienti occurſuros præmiſit. Ipſe de more cum reliquo robore exercitus, & impedimentis eſt ſecutus. Chriſtianæ quoque copiæ tum numero, tum militum, ducumque virtute inſignes, erant XXXV armatorum millia. Hunniades præterea ille, Iancus vulgo dictus, in-

Illuſtrium à Scanderbego geſtarum rerum initia & magnitudo.

M CCCC XL.

gentis

gentis nominis bellator, cujus vel ſolo nomine victos ſæpius Turcas audivimus. Repreſſerat tamen illud ferociam hominum, quod, deficiente pane, cum frumento cocto veſcerentur milites, major pars illorum ægritudine ſubita fuerit oppreſſa, exorto ex eo genere cibarii immodico quodam ventris profluvio. Advolans igitur ocius Baſſa non longe a Morava flumine caſtra metatus eſt. Impatiens ejus rei Hunniades ſpeculatores primum occulte, ad contemplanda ſingula, & perſcrutanda de Amurathis adventu, miſit. Ubi de numero copiarum, & tyranni conſiliis, certum judicium tulit, cum x. millibus ex toto exercitu ſuo, utilibus ad arma electis, relicto in caſtris rege Morava ſuperato, maximo impetu contra Barbarum proceſſit. Ille animi dubius primo retroceſſit aliquantulum, mox, paucitate contempta, expectato Hunniade, pugnam iniit. Scanderbegus contemplatus tempus, quo initum jampridem conſilium deſideriumque ex animi ſententia exolveret, ſummo ſtudio cladem Turcis procurabat. Et primum cum legionibus ipſe ſuis paulatim hoſti cedere, atque terga dare cœpit. Deinceps aliis eo exemplo metum incutere, ac fugam quandam ſuadere. Baſſa quoque, concepto inde timore, vel quod præter morem tam peritum militiæ virum ad fugam magis, quam ad pugnam paratum videret, vel proditum ſe ab eo crederet, ſegnius intulit pedem. Ex quo Hungari, creſcente, ut fit, ex alieno metu audacia, haud magna cum re, ac incruenti fermè hoſtem fuderunt, profligaruntque. Turcæ, relictis impedimentis, pallidi, ſine ordine, ſine ſignis, nullo ducum, nullo ſociorum reſpectu, fuga, qua ſola poterant, ſe ſervabant. Hunniades victoriam ſecutus finem cædi non fecit, donec quippiam ſuperfuit reliquiarum; Strages ubique, & omnia pavoris, ac tumultus plena erant, præſertim in direptione ipſa caſtrorum. Unus ex Satrapis tyranni, magnæ vir auctoritatis, vivus captus; cæterorum quatuor millia; Baſſa vix cum paucis evaſit. Tum Scanderbegus, qui ſedulus obibat omnia, communicata ante re cum amicis, inter quos & Ameſa nepos fuit, egregiæ indolis adoleſcens, quem Repoſius, poſtea Caraguſius dictus a Turcis, ante inſidias Otomani uxore ducta, ſuſceperat. Ubi inclinatam Turcarum fortunam, & ſtratas ſuorum acies vidit, aſſecutus ſcribam auricularium Baſſæ, quem ad id ſumma ratione obſervabat, apprehenſum hoſtili animo conjecit in vincula, ab eoque confeſtim, mortis timore, nihil

Anno Chriſti M CCCC X L.

Hunniades egregiam de Turcis victoriam reportat.

quic-

Anno Christi

M CCCC XL.

quicquam recuſante, fallaces literas ad Crojæ magiſtratum extorſit, quibus jubebatur nomine Amurathis Scanderbego, novo præfecto deſignato, præfecturam, & urbis curam omnem tradere; aliaque multa ſcribendo addita, quæ probabili quadam ratione rem fulcirent, & ad credendum magis invitarent. Litteris exaratis ſcriba repente cum cæteris comitibus fugæ obtruncatur, quo diutius ea res lateret Amurathem. Neque in eos tantum ſævitum, ſed quotquot tum in Caſtrioti ditionem venere omnes necati. Ita ille exercitus penè ad internecionem cæſus eſt. Nam qui militarem furorem ſubterfugére, in incolarum poſtea manus incerta fuga delapſi, eodem fato ſunt abſumpti. Milites plures Epirotici generis, qui in eo prœlio fuere, ubi id factum Scanderbegi audierunt, ut palantes ex fuga hac illac oberrabant, tum hoſtem fugiendi cauſa, tum patriæ præcipue deſiderio tacti, circa eum ſe collegerunt, factumque ſubito eſt trecentorum non ignobile agmen. Hunniades victor cum ſuis, ingentibus ſpoliis onuſtus, ad ſocios ſe recepit. Non omittam hoc loco, quod multi dicunt, Scanderbegum ea conſilia communicaſſe cum Hungaris, Hunniademque prius de ſingulis latenter per nuncios ab eo inſtructum, atque accerſitum maximo ſtudio cum copiis. Quicquid extiterit, ut pro comperto non habeo, ita haudquaquam magnopere affirmare contendo. Id autem crediderim, omnia ſumma ratione acta, cum alioquin rei eventus, non iniquus ſæpenumero conſiliorum judex, huic ſuffragetur ſententiæ. Cæterum in præſentia relicta paulisper Hungaria, dum tanti fama mali, & ejus cladis nuncius graditur ad Amurathem, in Epirum revertamur. Expleta igitur hinc inde ira, & exolutis votis omnibus Caſtriotus victor non ignobili & ipſe præda ornato magis, quam onerato milite, cum agmine ſuorum inde maximis itineribus diſcedens ſeptimo die Debram ſuperiorem pervenit. Locus autem is eſt in finibus Tribalorum, LXX millibus paſſuum diſtans a Croja, celebris multum apud Epirotas, eo quod fortiſſimos viros gignat. Fide præterea, & multis rebus egregie geſtis pro Ioannis patris imperio, dum is ab Ottomano vexaretur, Scanderbego non ignobilis gratiſſimuſque erat. Urbem aliam vel caſtellum non habet præter Sfetigradum in limitibus ipſis ad Macedoniæ oram; ſed tum per valles, tum per montes, nullis ſeptos muris, circumfuſi incolæ ſolo munimento naturali locorum ab injuriis

Scanderbegus quibus artibus paternum Epiri imperium recuperaverit.

ho-

hoſtium ſeſe tutantur. Primo itaque hic conſtitit Caſtriotus, neq; ulterius procedere illi viſum eſt, donec quædam quæ in rem ſuam erant, ordinaſſet. Accerſitis igitur ad ſe maximo ſilentio optimatibus quibuſdam loci (nam noctem quoque ad adventum ſuum obſervaverat, ut exactius celaret omnia) apertis ſuis conſiliis hominibus, ſingula ex animi ſententia peregit. Nemo autem (ut perhibent) tunc repertus fuit, qui vel timore Ottomani, vel tam audacis facti diffidentia, vel ita (ut fit) proprio ſuadente ingenio de poſtulatis ejus aliquid demeret; quin potius & tamdiu tractum deſiderium, & ingens viri fama per tot annos percepta &, quod maximum erat, præcipuum libertatis ſtudium, cum mirum in modum ſingulorum animis conciliaverat. Circumfuſi igitur omnes in ipſum contentione quadam, nunc feſtivi & geſtientes, nunc manantibus ex nimio gaudio per ora lachrymis, hi manus, hi faciem, caputque, hi pedes, ac totum deinceps corpus longis amplexibus deoſculabantur, gratulantes jam inde fortunæ, gaudentes imperio, nominiq; Epirotico, ac ſpes extendentes ſuas, ſimulque ei corpora, filios, animas, & ſi quid melius in anima latet tradentes, devoventes. Res ab eo geſtas compendio in præcedentibus perſtrinximus.

Anno Chriſti MCCCCXL.

Extremà exceſſumque Scanderbegi quod attinet, hæc de iis tradit idem, cujus jam meminimus, Marinus Barletius, Scodrenſis. Verba ejus ſunt Lib. XIII. Extremo vitæ tempore Scanderbegus numeroſum exercitum coëgit, ut ad expugnandam urbem Valmorum proficiſceretur, nuper a Muhamethe extructam. Morbo tamen gravi implicitum (proh dura fati potentia!) ab ea expeditione eum fortuna ſubtraxit. Nam, cum univerſam provinciam ad recenſenda capita obequitaſſet, & Lyſſum tandem perveniſſet (Ea enim urbs Veneto imperio parens Scanderbego peculiaris & percara erat) ut ibi ſocios, & confœderatos ad Concilium congregaret, in gravem incidit febrem; unde, morbo indies invaleſcente, magis timens ſibi, & jam extremum vitæ tempus adventaſſe ratus, omnes ſocios, & principes, qui ad eum venerant, convocari juſſit; præterea Venetorum etiam legatos, quibuſcum maxima erat neceſſitudine atque benivolentia devinctus, ut & duces ſuos, & caſtrorum præfectos. Omneſque ſic benigne alloquutus eſt;

Scanderbegi exceſſus ac finis.

Anno Chriſti

Summam veramque virtutem atque religionem, P. optimi voſque Commilitones amantiſſ. eſſe arbitror Deum ſummum, optimumque, imprimis juſte, ſančte, pièque venerari, colere, obſervare, dehinc patriam, Remque publ. in qua natus quiſque educatuſque eſt, non amare ſolum, tutari, ſemperque præ oculis habere, ſed etiam ad ſanguinem uſque protegere, atque conſervare. His enim omnibus, qui hoc faciunt, proprium in cœlo locum definivere ſapientes; quæ quidem omnia quam ſemper mihi cordi fuerint, ad eaque omni ingenio, totiſque viribus contenderim, Deum imprimis, voſque optimos mihi teſtes adduco. Jam trigeſimus peračtus eſt annus, Commilitones mei, quod impias atque nefarias Amurathis Turcarum Principis manus evaſi, & in regnum meum avitum, ac paternum confugi. Ex quo bella aſſidua, cum pro rei totius noſtræ tutela, tum Chriſtianæ Reipub. dignitate, adverſus perfidam gentem, & Ottomanam rabiem geſſi ſemper, atque ſuſtinui. Omniaque, propitio Deo, fauſte, feliciter, & ex animi ſententia ceſſerunt nobis, nec vičtum unquam juſta acie, aut profligatum me Principem & Commilitonem veſtrum, ſed vičtorem ſemper hoſtium (liceat hoc & mihi dicere) excepiſtis, neque memini unquam me præterquam ſemel ſagitta in pede dextero a Barbaro quodam ičtum fuiſſe. Quem illico in totius exercitus conſpečtu obtruncavi, caputque ejus cruentum ante pedes veſtros projeci. Alias quidem nunquam (ut noſtis) membra hæc, corpuſque meum tot bellis, tot periculis expoſitum vel ferrum hoſtile ſenſit, vel vulnere aliquo indoluit. Nunc vero (ſic rerum humanarum ordine procedente) revoluto tertio & ſexageſimo ætatis meæ anno, jam in ſenium vergens; Ecce, ô ſocii, ecce Commilitones chariſſ. morbo gravi correptus, & totus naturali virtute, & robore deſtitutus, jam jam deficio. Sentio jam, Commilitones mei, ſentio inquam, divina ſic jubente providentia, qua cunčta conſtare regique non immerito fatemur, depoſita fragili hac, mortalique ſarcina ad alia loca concedendum, vitæq; hujus brevitatem, atq; ærumnas cum bonis quæ vera ſunt commutandum eſſe mihi; neque cogitatio me hæc, aut neceſſitas potius (Deum teſtor) aliquo modo perturbat. Non invitus jugum hoc ſubeo, quod naſcentibus nobis fata dedere. Nihil dolendum eſt, nihil ingemiſcendum quod præter legem non patimur. At ea ſumus lege nati, ut omnes in hac mortalitatis

Scanderbegi morientis maſcula Oratio.

M CCCC XL.

neceſ-

neceſſitate poſiti ſimus. Scio autem; quod omnibus neceſſe eſt, id nec miſerum eſſe uni poteſt. Reddenda eſt tandem terra terræ, obtemperandum naturæ, reſtituenda æterna hæc, immortaliſque anima, cœleſtiſque ſpiritus illi, qui tradidit, commodavitque nobis. Neque tamen hanc moriendi ſortem idcirco ita æquo nunc animo ſubeo, amplector, ô Socii, & Commilitones dulciſſimi, quo pericula illa fugiam, labores evitem, ærumnis me abſtraham, in quibus hucuſque pro Chriſtianæ Reipublicæ dignitate & fide annos omnes expoſui, & vitam peregi. Quippe cum & plura, & majora ſemper, pro ea ſubire paratus ſim. Sed video, video jam hanc eſſe divini numinis voluntatem; ſentio Deum, clareque perſpicio, cui omnino eſt parendum, mihi ex hac terrena fæce, ac infelici ergaſtulo tandem recedendum. Satis præterea naturæ indulſi, vixi jam ſatis, & quem dederat curſum fortuna peregi. Verum antequam & ſpiritus me, & vos ipſe deſeram, atque relinquam, illud occurrit imprimis, de quo vos compellandos, ac commonendos putavi, ut ſolitus ſum ſemper, dum per melioris ætatis annos integrum fuit mihi, ut Chriſtianæ Reipublicæ ac Catholicæ fidei ſalutem, atque dignitatem, ſicut pro ea hucuſque, vivente me, tanto omnium Chriſtianorum Principum favore, & admiratione ad extremum uſque ſpiritum elaboraſtis, inſudatis, ita inpoſterum mortuo quoque unam ſemper in animis, unam præ oculis habeatis. Habebitis autem, mihi credite, facillima ſemper omnia vobis, feliciſſimaque, ſi primum mutuam inter vos pacem, & concordiam; qua vel minima quæque maxima fiunt, fidemque atque benevolentiam invicem ſervetis; omniaque ſemper infra commune bonum, & utilitatem publicam ducetis. Nullum eſt enim tam potens, validumque imperium, quod non corruat quandoque, atque dilabatur, ubi mutuis odiis atque diſſidiis præbeas locum, ubi privatam utilitatem, propriumque commodum publico bono anteponas. At vero ſi concordes invicem, & conjuncti eritis, neque hoſtis ullus, neque adverſarii impetus obeſſe poterit vobis, regna, imperiaque veſtra durabunt ſemper, permanebunt; populos, gentes, uxores, liberos, fortunaſque veſtras, in quiete, & felicitate perpetua collocabitis; non Ottomani rabiem, non Barbarorum furorem timere poteritis; non doli ejus, artes, vel inſidiæ adverſus vos quicquam proficient; qui ut vos, vireſque veſtras ſeparet

Anno Christi

Scanderbegi morientis maſcula Oratio.

M CCCC XL.

Anno Christi

atque ſejungat, dies noctesque molitur, atque laborat; quo veſtrûm unumquemque ita ſeorſum, ſingulatimque oppreſſum, ex animi ſui voto deleat, atque evertat. Præter hæc, Socii, & milites fortiſſimi, Ioannem filium meum quo majore poſſum ſtudio, diligentia, cura commendo vobis, fideique atque virtuti veſtræ dedo atque trado; qui propter ætatem infirmus, & balbutiens ferè adhuc, neque ad prævidendam, neque ad propulſandam calamitatem eſt ſatis idoneus; ne feræ, & rabidæ tigrides eum devorent, atq; dilanient; ne Mahumethes perfidus, & communis hoſtis illum, regnumque ejus opprimat, (ob quod ſemper anxius eſt, & ei rabido atque cruento ore omni tempore inſidiatur. Et obtinebit (proh dolor!) obtinebit, opprimet miſellum, ni virtus veſtra, armaque eum protexerint, atque conſervaverint. Quam primum enim ſentiet truculentiſſimus tyrannus me ab humanis ademptum, non ſtabit vel temporis momento; advolabit quam ociſſime tanquam rabida bellua, ut tot mala, tot clades, tot injurias a patre acceptas in parvulo, infelicique filio ulciſcatur, atque reſarciat, edatque in eo (heu me miſerum!) omnia efferatiſſimi animi, atque crudelitatis exempla. Amplectimini igitur, Socii, & Commilitones amantiſſimi, rem & imperium ejus ex fide, ea diligentia, qua ipſe cuncta commoda, & ornamenta veſtra (ſi vera fateri velitis) omni vitæ meæ tempore ſum amplexus; qui non mihi vixi ſolum, ſed vobis omnibus, liberiſque veſtris. Itaque laboravi, inſudavi, ut neque dies, neque noctes a laboribus, & vigiliis ceſſarem. Non otio, non quieti ſuperfuit mihi tempus aliquod in univerſa vita. Non locus certus, non tempus cibi, ſomnive ſumendi fuit unquam; noctes pares diebus inſomnes ducebam; cura, & incolumitas regni, & imperii veſtri non minus cordi mihi, quam propria erat. In quos (Deum teſtor) ut nunc ſaltem, poſtquam in hunc incidi ſermonem, animum meum aperiam vobis, nihil unquam fraudis, nihil doli aut feci, aut machinatus ſum; voſque non ut milites, ſatellites, aut miniſtros, ſed ut ſocios, & fratres ſemper habui, & dilexi. Nemo veſtrûm a me unquam (quod meminerim) non modo manu violatus, ſed ne verbo quidem inclementiore appellatus. In caſtrenſi cura, & labore, in militari officio, in excubiis, in vigiliis nunquam vobis inferior eram, ſed tanquam unus ex commilitonibus me habebam, & facta mea

Scanderbegi morientis maſcula Oratio.

M CCCC XL.

non

non dicta ſequi volebam, nec diſciplinam modo, ſed exemplum à me peti. Nullum unquam laborem, nullum diſcrimen, aut periculum recuſabam, ſive aliqua ſimulatione, aut tergiverſatione fugiebam. In hoſte aggrediendo (abſit invidia verbo) inter primos verſabar, è prœlio, & pugna cum ultimis redibam, exuvias, & hoſtium ſpolia, prædaſque Barbarorum vobis imprimis impertiebar, dividebamque; nihil mihi ex his retinebam; regnum, imperium, fortunas, mea denique omnia communia faciebam vobis; nihilproprium erat mihi, aut certum, nihil diviſum a vobis, nihil ſeparatum. Nunc, Commilitones chariſſimi, ecce morior, ecce vos deſero. Quare rogo omnes, obſecroque, ut hanc fidem, benevolentiam, charitatem, quam in me vos vel nullo temporis momento deſiderare potuiſtis, in Ioannem filium, regnum & imperium ejus, ultro exhibeatis, atque impendatis; quem ego effigiem, atque imaginem meam, vicarium pro me vobis do, dicoque. His dictis continuo ad ſe filium ſuum advocans ſic blandis verbis commonendo eum alloquitur; Fili mi Ioannes, fili mi, ecce jam morior, & te infantulum, ac tenellum relinquo. Equidem tibi ego regnum, & imperium trado firmum, & ſtabile, ſi bonus eris; ſi vero malus, debile, & imbecille. Stude igitur, Fili mi, enitere, ut bonitatem, & virtutem ſolam rebus cæteris omnibus anteponas; his enim & teipſum conſervabis, & regnum, atque imperium tuum, non tranquillum ſolum & quietum efficies, ſed augebis quotidie, in majus provehes, atque illuſtrabis. Verum quia nunc per ætatem impotens es, Fili, neque idoneus ſatis ad habenas imperii tui ſuſcipiendas; præterea ſunt hoſtes undique tibi, ſunt feræ peſſimæ, quæ te continuo devorare, atq; dilaniare ſtudent. (Eſtenim Mahumethes ille tyrannus communis omnium Chriſtianorum hoſtis, qui, ſi modo, Fili mi, ita parvulus, & infirmus paterni regni tui curam ſuſcipias te omnino opprimet, atque evertet) Ideo, anime mi, quamprimum oculos paternos contexeris atque compreſſeris, & corpus meum tumulo tradideris, confeſtim cum matre tua in Dauniam trajicito, & ad urbes, civitateſque tuas quam mature properato; ibique uſque ad puberes annos moram trahito, quoad imperio tuo regendo, gubernandoque idoneus effecieris. Poſtquam vero adoleveris, Venetum adeas imperium, ut tibi regni tui aviti, & paterni ſceptrum reddat, atque reſtituat; ſub cujus nunc tutela,

Anno Christi

Scanderbegi morientis maſcula Oratio.

M CCCC X L.

Anno Christi

atque regimine, illud relinquo, fideique committo, ut curam illius gerat, ab hoſte protegat, tibique ſervet. Manent enim ſic inter me & Venetos fœdera, ſic leges, pacta, & conditiones initæ ſunt, ut regnum tuum ab hoſtibus & inimicis tueantur, tibique ſervent, atque in eo te, cum aptus ad id muneris fueris, reponant. De quorum fide, & diligentia in rebus tuis nihil dubito, cum ſoli ſint Veneti inter cæteros Chriſtianos Principes (pace omnium dixerim) qui cum gravitate, prudentia, & rerum geſtarum magnitudine nemini cedant, tum fidei maxime & bonitatis præſtantia imprimis amandi, obſervandique ſunt; quod ego toto imperii mei & vitæ tempore, in omni actionum genere, tantis rerum experimentis, unus melius, quam alius quiſpiam cognovi, comprobavi, & expertus ſum. Qui & ſocii mihi ac confœderati, locoque charorum parentum ſemper fuere; eoſdem tibi igitur, fili, parentes, eoſdem principes, eoſdem tutores relinquo; ab eorum monitis, conſiliis, præceptis, nunquam diſcedas. Soli ſunt Veneti patres juſtiſſimi, ſanctiſſimi, Catholicæ fidei, & religionis tutores aſſidui, pupillorum, viduarum & omnium imbecillium, ac miſerarum perſonarum protectores. Adeo præterea chariſſimi mihi, ut res eorum & imperium, curæ mihi, cordique perinde atque meum ſemper extiterit. Tanta noſtra in eos fides, & benevolentia, ut urbium, civitatumque ſuarum jus, atque arbitrium in manu mea omni tempore reliquerint, commiſerintque. Eaſque ita (propitio Deo) dum licuit mihi, maxima ſemper felicitate tutatus ſum, & ex animi eorum ſententia conſervavi. Itaque, fili mi, tutus eſto, & ſub eorum umbra atque tutela ſecurus vivito. Ad eoſque, cum ætas tua patietur, hilaris & intrepidus accede, quia in ſedem te vel cupide reponent. Urbes, civitateſque, regnum, & imperium perbenigne reddent tibi, atque reſtituent. In quo, ſi bonus & fidus eris, ab omni hoſtium vi, & impetu, ab armis & telis adverſariorum protegent te ſemper, illudque tibi incolume ſervabunt. Utpote qui principes potentiſſimi, ſapientiſſimi, terra, marique invictiſſimi, nullum ſocium ſibi fidum, nullum amicum deſerunt, aut deſtituunt; neminem fraudant, aut circumveniunt unquam. Cum vero, fili mi, in regnum tuum pacatum, & tranquillum reverſus fueris, illiuſque curam, & regimen ſuſceperis, juſtitiam imprimis cole, quæ omnium virtutum apprime eſt clariſſima.

Scanderbegi morientis maſcula Oratio.

M CCCC X L.

Æqui-

Æquitatem ſerva, faciei pauperis, divitis & potentis nullo habito diſcrimine; partium jus omne æqua lance, ac examine perpende. In omnibus modeſtia, & temperantia utare, regnum tuum amicitia vallato, ſtabilitoque. Nam neque theſauri, neque exercitus ſunt præſidia regni, verum amici, quos neque armis, neque auro habere queas; officio, & fide parantur; quare extat divina illa Philippi patris in Alexandrum regem objurgatio; Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam ſpem induxit, ut eos fideles tibi futuros exiſtimares, quos pecunia ad amorem tui pellexiſti? Charitate iſtud præſtatur. Veluti enim terra iſta hunc ſolem, quem videmus, maxime deſiderat; ita vita humana amicitia plurimum indiget. Comparabis igitur, fili, cuncta hæc, comparabis (mihi crede) devincies tibi, obligabis omne hominum genus ſi præcepta mea ſervaveris. Cum ſola quippe humanitas, ſola beneficentia ſit, quæ Deo gratæ, hominibus acceptæ, tutæ ubique, & extra periculum poſitæ mirabiles in omnium animis ſui amores generant, & cæteras facile ſuperant virtutes, ac longo poſt ſe intervallo relinquunt. Solæ vel ſingulari ſapientum teſtimonio, atque conſenſu, cum omni hominum genere, tum principibus maxime neceſſariæ. Habent enim omnium ingenia in ſua manu, poſſident omnium animos in ſua poteſtate. In arduis demum, & adverſis fortis eſto, fili. In ſecundis vero, & proſperis ferentem fortunam virtute moderaberis, atque domabis, mollis quietis, atque effœminati otii impatiens, quantum fieri poſſit. Inde enim mala omnia proveniunt; fomes omnium malorum otium eſt. Milites tuos ignavia, vel deſidia tabeſcere non permittas. Sed laboribus, vigiliis, ſudoribus aſſiduis exerce; eos tamen non ut miniſtros, ſed ut ſocios, & commilitones tractes. In caſtrenſique labore, & cura militari, non Imperatorem te tantum, verum etiam militem exhibeas. Delitias maxime abhorre, luxuriam fuge, quibus fortiſſimi etiam, & robuſtiſſimi viri molles, effœminatique fiunt; ſeveritatem quoque nimiam, & crudelitatem, quæ propria ferarum eſt, evitato. In laboribus patiens, & periculis intrepidus eſto. Rerum viciſſitudinem, & varietatem, fortitudine atque prudentia moderare; moleſtiorem fortunam ita feras, ut celato diſſimulatoque vulnere, nihil habeat hoſtis, quod de te glorietur, nihil quod calamitati tuæ inſultet. Quid enim minus eſt conſtantis & recti Imperatoris, quam cujus animi motum vultus detegit?

Anno Chriſti MCCCCXL.

Scanderbegi morientis maſcula Oratio.

Anno Chriſti

Barbarorum inſidias præter cætera, in quibus maxime hujuſcemodi hominum genus verſatur, ut fugias ſemper, præ oculis habe; fuge perfidiam, fuge dolos perfidæ gentis; contemne amicitiam, abominare ſocietatem, & benevolentiam nefandiſſimi tyranni; ſperne munera, blandirias, & promiſſa ejus, ne dum allicere cupit, & incautum te opprimat, & in æterna mala detrudat. Ideo conſiliarios tibi notos, fidos, charos omni tempore adhibeas. Hæc ſunt, lux mea, Fili mi, præcepta, & inſtituta, quæ ipſe a parente meo, haud pœnitendo magiſtro, accepi, & didici, quibus delectatus ſum ſemper. His me inſtruxi, his edocui, his ætatem, & vitam omnem formavi. Ex his denique fructus maximos cepi. Igitur ut ea nunc tu quoque te ipſum doceas, amplectaris, imbibas, obſerves, te maxime hortor, admoneo, & (ſi pateris) parens, parens inquam, rogo, oro, obſecroque. Cum hæc Scanderbegus dixiſſet, interea rumor ingens per univerſam urbem excitatur; tumultuſque repens ex agris allatus pro nuncio fuit; Turcas jam adeſſe, agros vicinos percurriſſe incendiſſeque. Quo audito Scanderbegus, etſi in lecto gravi laboraret morbo, tamen animum illum priſtinum & invictum, ſpiritus illos vivaces & Martiales comprimere, aut cohibere nequivit; cum è lecto aſſurgens membris jam vacillantibus, & tremebundis arma, clypeumque ſuum peteret, & equum ſibi ſterni juberet; ita vegetum ingenium in vivido pectore vigebat. Sed cum membra ejus jam viribus, & vigore ſuo deſtituta debilitataque fluitarent, (Heu, bone Deus, quis eſt tam excelſus & ſublimis, quis tam ſtrenuus etiam & fortis, non dicam humilis, & debilis ac imbecillis, qui mortem effugere poſſit?) procidens in lectum, ad milites converſus, hæc verba edidit; Egredimini, egredimini, milites, in hoſtes, & Barbaros; præite, præite me, quia vos ſtatim ſequar. Quorum nonnulli equites urbem egreſſi ad caſtra Barbarorum pervenerunt. Qui Scodrenſem agrum deprædati, juxta torrentem qui Clirus dicitur prope urbem Scodræ caſtra metati erant. Venerat enim Ahamathius Præfectus cum XV millibus ad agrum Scodrenſem depopulandum: quos ut Barbari viderunt, Scanderbegum adeſſe arbitrati, continuo undique caſtris tumultuantibus trepidantibuſque, relicta maxima parte prædæ, per aſpera, & ferè invia nocturno tempore aufugerunt. Erat enim menſis Januarii, niveſque totam tellurem

Scanderbegi morientis maſcula Oratio.

M CCCC X L.

Inſignis in moriente animi vigor.

coope-

cooperuerant. Qui cum per ardua, & montium cacumina tranſirent, a regulis & incolis, qui ea loca inhabitabant, oppreſſi ſunt; qui funeſtam eis populationem, & cruentam prædam fecerunt. Nam plures fuere capti, multi cæſi, prædam ferè omnem amiſerunt. Scanderbegus vero, eadem nocte qua Turcaicus & Barbarus exercitus aufugit, poſt ſacram Confeſſionis pœnitentiam, cæteraque Eccleſiaſtica Sacramenta qua decet veneratione percepta, continuo ſe animumque ſuum Deo maximo tradens, decimoſexto Kalend. Februarias anno Domini MCCCCLXVI. extremum diem ſuum obiit. Fertur igitur Scanderbegus tres & LX annos natus, XXIV ſui imperii anno, è vita migraſſe; auſpicatus eſt autem Scanderbegus prima auſpicia imperii ſui quarto Kalend. Decembris anno ejuſdem Domini MCCCCXLIII. Quem Lechas Duchaginus, regulus Epirota, de quo alibi mentio facta eſt, cum mortuum conclamari audiſſet, in publicum ſe proripuit, mœſtoque vultu, & voce confuſa barbamque ſibi evellens & capillos; Concurrite, concurrite, inquit, Reguli omnes & Principes Albani; hodie clauſtra Epiri & Macedoniæ perfracta ſunt; hodie præſidia & mœnia noſtra corruerunt; hodie robur omne, & vires noſtræ defecerunt; hodie ſedes & imperia noſtra collapſa ſunt; hodie omnis ſpes noſtra cum hoc homine penitus extincta eſt. Hæc de Scanderbego, rerumque ab eo geſtarum magnitudine ac fine Marinus Barletius.

Anno Chriſti

Scanderbegi vita imperiique finis & exceſſus.

Mcccc XL. *& aliquot ſeqq.*

Uſſumcaſſanum quod ſpectat, hæc de eo, ex Perſarum Annalibus deprompta, prodenda ego hic habeo. Cum Mahometes, Turcarum Imperator, inſtructa magni terroris claſſe, maris Ægei inſulas ſuæ ſubjicere ditioni conſtituiſſet, ab hoc eum conſilio ac conatu avertit & quaſi avocavit *Vſumcaſanus ex Aſſimbeia Turcica ſtirpe, Cappadociæ, Armeniæ, & vicinarum aliquot regionum dominus. Hunc Bajazetes eum bello perſecutus Armenia expuliſſet, ipſe ad Tamerlanem, Scytharum ac Perſarum Regem, confugit, & cum patre Caſane illius caſtra ſecutus eſt, & poſt, patre in dominatum ſuum reſtituto, apud heredes Tamerlanis & nepotes, utrumque Tzochien, magnis fidei, gratitudinis, ac virtutis argumentis editis, eorumdem auxilio, defuncto patre, Armeniæ partem obtinuit, modiciſque copiis, ut erat excelſi animi, ſæpe fudit hoſtes innumeros, & ad regnum Perſarum aſpiravit. Tzaniſes autem, qui Perſas, pulſo Tamerlani nepos Tzochio filio Tzochiis, regebat, hominis incrementa mirum in modum ſuſpecta habens, per legatos ipſum*

Aſſimbeius Vſumcaſanus quomodo ad Perſarum Imperium devenerit.

Anno Christi

monuit, ambitioni tandem ut finem poneret, contentuſque tranquille vivere, quam aliorum tentare vires malit, ni hoſtis Perſarum declarari velit. Hac legatione irritatus Vſumcaſſanus, legatos provincia excedere jubet. Tzaniſes in ipſum ingentem exercitum ducit. Is vero, tametſi opibus & militum numero longe inferior, ſtrenue tamen ac fortiter cum hoſte congreſſus, illum in acie ſuperavit, & hoc modo, pulſis Tartaris, Perſarum imperium ad Turcas venit; nec parvas poſt victorias de Sagataianis, quibus præerat Buſeckus, anno M CCCC LXX. retulit Caſanus. Sunt vero qui memoriæ tradiderunt, ea tempeſtate regnaſſe in Perſia Malaonchrem, ſive, ut alii vocant, Demirum, aut Geunſam, ex vetuſta proſapia Gempſæ, magni apud Parthos Sultani, quem Vſumcaſanus bello devicerit, eaque ratione Perſarum regnum invaſerit. At prior ſententia veritati magis conſentanea videtur, cum certo conſtet, Tamyrem, regno Perſico potitum eſſe. Fieri autem poteſt, ut alius fuerit princeps in Perſia, aut Parthia, qui cum Tzaniſe, aut ipſius filiis, eodem tempore contendebat. Vſumcaſanus igitur, nec regia ſtirpe ſatus, nec amplis opibus ſubnixus, licet ex nobiliſſima familia oriundus, ad ſummam potentiam propria virtute, ac jure belli pervenit: utque in ea ſeſe magis conſtabiliret, cum Davide Comneno Trapezuntis Imperatore inito fœdere, affinitatem contraxit, ejuſque filiam Deſpinam in matrimonium duxit. Poſthæc legatos miſit ad Mahometen, afferentes dona ampliſſima, deprompta ex theſauris Perſicis ad oſtentanda victoriæ præmia, qui flagitarent, ut abſtineret Trapezunte, & Cappadocia, quas ſibi regiones dotalitio nomine vendicaret. Nuper enim Amaſiæ præfectus, facta in Cappadociam irruptione, Trapezuntem terruerat. Turca, impatienter ferens & leges ſibi ferri, & quaſi inſultari in calamitate recenti ab inferiore domino, ſimulque offenſus novi regis felicitate & gloria, belli apparatum omnem terra marique in Aſiam, nulla mora interpoſita, tranſtulit, premiſſaque parte claſſis in Pontum, & Synopem verſus Trapezuntem, ipſe cum terreſtri exercitu ſecutus, incredibili celeritate Aſia cum pervolitata, opinione omnium citius contra Vſumcaſanum caſtra fixit. Vbi Vſumcaſanus bino, & utroque acerrimo conflictu, ſemel ad Euphraten, pugnante Amurathe Baſſa, Græco homine, olim Imperatoris Conſtantinopolitani conſanguineo, qui in eo prælio victus concidit; item Mahomete ipſo, pro caſtris Turcicas vires vehementer attrivit: ſed, dum tertio ſummi certaminis fortunam periclitatur ad Arſengam, multitudine tormentorum obrutus, infelici exitu ſuperiores victorias corrupit. Nam, cum exercitus Perſicus inſolito fragore diſploſarum bombardarum atque violentia turbatus non conſiſteret, recipere ſeſe Vſumcaſanus coactus eſt, amiſſo filio

Quomodo Perſarum imperium ad Turcas delatum ſit.

M CCCC XL. & aliquot ſeqq.

Vſumcaſani legatio ad Mahometem.

Prælium inter Mahometem & Vſumcaſanum.

Zemalde,

Anno Chriſti M CCCC X L. & aliquot ſeqq.

Zemalde, ſeu Ezeimeld, ut alii vocant, qui ænea glande trajectus occubuit. Vſumcaſanus, ubi fortunam prorſus in Mahometis partes inclinaſſe animadvertit, ex prælio, quod quidem ante meridiem incboatum, ferme uſque ad Solis occaſum continuavit, cum parte copiarum, quæ ſupererant, aufugiens, Tauriſium incolumis revertitur; eumque mox alter filius, nomine Vngkermaumet, ſubſecutus eſt, & confeſtim ſeſe in montes recepit, nihil auſus interea movere, quamdiu Mahometes in Perſia ſubſiſteret. Turcæ Perſarum caſtra invadunt, omniaque impedimenta diripiunt, nec ultra hoſtes perſequi auſi ſunt. Fuit victoria hæc ſatis ſpecioſa: ſed Turcis multo calamitoſior, quam Perſis. Apud quoſdam ſcriptum reperio, eo die, ex Ottomannico exercitu ad quatuordecim, & nonnulli etiam aſſerunt, ad quadraginta millia; ex Perſico, ad decem millia, nec amplius, deſiderata. Regias copias in hac expeditione fuiſſe armatorum trecenta & quinquaginta millia: Ottomanni vero exercitum trecenta & viginti millia explevisse. Mahometes, quoniam hoſtem caſtris atque impedimentis exuerat, ejus ceſſionem pro victoriæ confeſſione interpretatus, mox Synopen, Provinciæ caput, omnemque Paphlagoniam ſubegit. Trapezuntem, regiam ſedem, terra marique infeſtiſſime oppugnatam, cepit, potitus & theſauris regiis, atque ipſo Rege Davide Comneno, filiiſque duobus, & filia; quam poſtea in ſuum cubiculum accerſivit, & Calo Iohanne patruele, quos præmiſſos Byzantium ad triumphum deinceps quam crudeliſſime interemit, exciſa cum his tota Comnenorum ſtirpe, circiter annum Chriſti ſupra milleſimum quadringenteſimum, quinquageſimum nonum; regnumque illud, & univerſam Colchidis regionem, cum redegiſſet in formam provinciæ, Pyrameno Caramanno eodem victoriæ curſu debellato, Ciliciam ademit. Nec poſt tam inſignem victoriam Mahometes ab armis quievit. Quin potius, reverſus Byzantium, ea claſſe, quam priore anno in Propontide pararat, Lemnum & Leſbum inſulas expugnavit, Mitylene urbe prope deleta, & tota inſulanorum multitudine Byzantium, velut in alteram coloniam, abducta. Nicolaum Cataluſium, Leſbi Principem, patricium Genuenſem, immaniter trucidavit. Metellinum hodie inſulam appellant, olim Genuenſium, nunc Turcarum. Cæterum, quas deinde adverſus Draculam, Valachrorum Principem, Boſnenſes, Illyricos, & Venetos, expeditiones ſuſceperit, quove exitu illæ terminatæ ſint, avidus lector ex aliorum ſcriptis facile haurire poterit. Pace poſtremo cum ipſis Venetis firmata, mox uno eodemque tempore, tres expeditiones ſuſcepit. Meſithen purpuratum è gente Palæologa, ad oppugnandam Rhodum cum valida claſſe præmiſit. Acomathem Baſſam juſſit trajicere in Italiam ad occupandum cum urbe

Perſarum caſtra à Turcis direpta.

Imperiũ Trapezuntis everſum.

Comnena familia extinguitur à Mahomete.

Cilicia ab eodem occupata.

Cataluſii à Mahomete deleti.

Rhodus à Turcis fruſtra tentata.

Anno Christi MCCCCXI. & aliquot ſeqq.

Hydruntum à Turcis expugnatum.

Sixtus, Pontifex Romanus, de Româ deſerendâ, ob Turcarum irruptiones, cogitat.

Mahometis obitus & ingenium.

Roma imperium Occidentis; & ipſe tranſiit in Aſiam. Harum expeditionum is fuit exitus, ut Meſitkes, poſt multas & cruentas, ſed irritas, oppugnationes, trucidatis ſuorum circiter novem millibus, & quindecim millibus vulneratis, ab oppugnatione, quæ undenonaginta dies duravit, Petro Daluſanto pro Chriſtianis pugnante, cum ſummo dedecore ac detrimento claſſem reduxerit. De hac Rhodiana oppugnatione Gulielmus Caruſinus, Rhodiorum Magiſtri, ut vocant, Cancellarius, & Bernardus de Breidenach Commentarios diligentiſſime conſcripſerunt. Acomatkes, ex Aulone in Salentinos transvectus, Hydrum, ſive Hydruntum (utroque enim modo à Plinio dicitur) Apuliæ civitatem, in ipſis Italiæ finibus ſitam, poſt unius anni & aliquot menſium atrocem atque horrendam obſidionem, vi expugnavit, ibique nullum crudelitatis aut immanitatis exemplum prætermiſit. Tantaque protinus tota Apulia, vel potius univerſa Italia, conſternatione ac terrore concuſſa eſt, ut multi mortales de ea deſerenda, utpote de qua tum omnino actum videretur, conſilium inirent: & ipſe quidem Pontifex Sixtus, rerum aliarum omnium oblitus, ſed ſui memor, fugam ex urbe adornavit. Hæc clades incidit in annum ejuſdem ævi octogeſimum primum, quo Mahometes, in Aſiatica profectione apud Nicomediam repentino coli dolore correptus, extremum vitæ diem, tridui cruciatu, feſtinata morte clauſit, anno ætatis quinquageſimo tertio, ſive, ut nonnullis placet, quinquageſimo octavo, regni triceſimo ſecundo, v Non. Maji, magno Reipublicæ Chriſtianæ commodo. Nam præſidia Turcica, quæ tenebant Hydruntum, ab Italis ope Matthiæ Corvini obſeſſa, ubi mortem ſui Principis cognoviſſent, non expectato reditu Acomathis, qui viginti quinque millia Turcarum adducebat, inchoatum victoriæ curſum proſecutus; illa ergo, pacta cum obſidentibus de urbis deditione, & ſua incolumitate, Hydruntum reliquerunt. Ita tunc Italia hoc tanto diſcrimine liberata eſt, ſimulque Chriſtianus orbis hoc immaniſſimo tyranno; qui, poſt Byzantii expugnationem, Trapezuntinum imperium, Aſiæ minoris regna pene duodecim, viginti Provincias, & ducentas urbes Chriſtianis ademit. Incremento tantæ felicitatis inflatus, Magnus Turcorum Imperator ex rerum geſtarum magnitudine appellari voluit; jamque ad totius orbis imperium aſpirabat.

De eodem Uſſumcaſano habent iidem Bizari Perſicarum rerum Annales ſtatim ſub initium Lib. x. Conſtat ex Orientalium rerum ſcriptoribus Anno humanæ ſalutis ſupra milleſimum duconteſimum octogeſimo, ſeptem principes viros regna inter ſe compartitos, ex quibus deinde quatuor præcipue familiæ, reliquis

oppreſſis, ſupremum imperium ſibi vendicatint, nempe Aſſimbeios, Candeloros, Caramannos, Ottomannos; exque Aſſimbeiis natum eſſe Uſumcaſſanum, qui præfectus Armeniæ majori, ab indigenis patrio idiomate Diarbec vocatæ, cum Malonchre Partho, ſive, ut alii volunt, Tzaniſe Turcarum Rege conflixit, eoque in acie trucidato, Perſide potitus eſt. Hæc autem vox Uſumcaſani magnum ſonat virum, ſeu Heroëm aliquem. Ubi jam vero, ſublatis æmulis, Perſarum imperium adeptus eſt, mira ejus proferendi cupidine ac ſtudio inflammatus, Syriam & Ægyptum invadere conſtituerat: ſed Calixtus Pontifex ad eum oratores miſit, multiſque rationibus adhortatus eſt, ut bellum in Turcas verteret. Circa idem ferme tempus, etiam Veneti, poſt Eubœam inſulam amiſſam, Catarinum Zenum, virum patricium, & equeſtris ordinis, ac eximiis animi corporiſque dotibus inſignem, ad eundem ablegarunt, qui publico nomine apud eum legationis munere fungeretur, ac enixe operam daret, ut inter ipſum, & Venetam Rempublicam fœdus ac ſocietas coiret. Nec ſane incaſſum res mota eſt, mox fœdere utrimque inito & confirmato. Perſa deinde quatuor præſtantes viros, quorum nomina fuerunt Azimamet, Morat, Nicolaus, & Cheſarſa, ad præfatum Pontificem ac Venetos expedivit, qui eos admonerent, ſuum Principem ad opprimendum Ottomannum in expeditione eſſe, & jam ejus duces cum haud contemnendis copiis Armeniam minorem, Ottomanno ſubditam, invaſiſſe, necnon Tocatum, validiſſimam urbem ejuſdem regionis, & nonnulla alia oppida cepiſſe: ad hæc ſubjicerent; Perſas equis & viris ſatis ſuperque abundare. Hos etiam haſta, enſe, ac ſagittis, ad pugnam idoneos; cæterum reliqui inſtrumenti bellici ignaros atque expertes eſſe; proinde ab eis majora tormenta & militares machinas ad expugnandas urbes, & ad ſummovendum eminus hoſtem neceſſarias, poſtularent. Quod niſi ea quoque parte, qua Ottomannus maxime abundare dicebatur, a ſociis & confœderatis juvaretur, fieri non poſſe, ut tuto ac feliciter cum hoſte confligeret. Veneti, & Perſica legatione, & literis Catarini Zeni, ſui apud Regem oratoris, commoti, ac perſuaſi, magnum numerum tormentorum cujuſvis generis pararunt. Vaſa etiam ex auro & argento convivalia, Pariſini operis, egregie cælata, multum panni lanei tenuiſſimi, multum ſerici, vermiculo tincti, au-

Anno Chriſti M CCCC X L. *& aliquot ſeqq.*

Uſumcaſanus Perſicum regnum invadit.

Calixti Rom. Pont. & Venetorum legatio miſſa ad Uſumcaſanum.

Fœdus inter Venetos & Regem Perſarum. Ejuſdem legatio ad Venetos, & Rom. Pont.

Anno Christi

roque intertexti, ad regium uſum, omnia Regi Perſarum dono daturi. Præterea centum juvenes, qui bellica tormenta exercerent, delegerunt, iiſque Thomam, ex Imola oppido Flaminiæ, quod olim Forum Cornelii dicebatur, oriundum, præfecerunt. Poſtremo, ad hæc Regi deferenda, oratorem deſignarunt virum itidem patricii ordinis, Joſephum Barbarum, non minus ætate, quam prudentia & conſilio gravem, ac Perſici idiomatis neutiquam ignarum. Tum omnia parata in tres naves magnas imponunt, quæ, etſi remis aguntur, onerariæ potius, quam actuariæ dicendæ ſunt. Habent enim Veneti hujus generis naves multas, quas, rerum commutandarum gratia, ad multas Provincias quotannis mittere conſueverunt. Quibus paratis, Orator Venetiis ſolvit, ac Cyprum appulit, ut illinc commode, cum Uſumcaſanus ad maritima Ciliciæ aut Syriæ veniſſet, dona ei offerret. Fama enim divulgarat, proxima æſtate Regem ad ea loca profecturum eſſe. Deinde, ex Senatus decreto, injunctum eſt Petro Mocenico, Venetæ claſſis navarcho, ut ad omnia Uſumcaſani mandata præſto eſſet, quæque maxime cordi Regi fore exiſtimaret, cæteris rebus poſthabitis, ſummo ſtudio ac diligentia procuraret. Mahumetes interea, non ſolum fama excitus, ſed per exploratores de magnitudine copiarum, & de adventu Regis Perſarum plane edoctus, ultra non eſſe ſibi ceſſandum ratus, bello ſe inſtruere, atque hoſti quam primum occurrere ſtatuit. Proinde collecto ingenti exercitu, rebuſque omnibus ad tantum prœlium gerendum neceſſariis, probe diſpoſitis ac præparatis, illum ex Thracia in Aſiam trajecit. Ipſe etiam, prius Byzantii valido præſidio cum minore filio relicto, armatas copias ad occurrendum hoſti ſubſequitur. Quis autem fuerit hujus expeditionis exitus, & quonam eventu utrinque armis dimicatum ſit, anno videlicet ſupra milleſimum quadringenteſimum quinquageſimo ſeptimo, alio loco a nobis demonſtratum eſt. Anno ejuſdem ævi ſeptuageſimo ſecundo, Uſumcaſſanus iterum cum eodem hoſte commiſſo prœlio, felici Marte conflixit, multaque oppida & urbes illi ademit, quod maximum ac æternum nomen ipſi Aſſimbeio in Orientis partibus peperit. Rurſus, proximo anno, levibus prœliis, ad tria millia ex Mahometis exercitu fudit. Cæterum inſequenti æſtate, longe aliam fortunam expertus eſt ad Euphratem fluvium, ſive, ut alii volunt, juxta Tabendam, quæ hodie Toccata dicitur,

M CCCC XL. & aliquot ſeqq.

Varii conflictus inter Ottomannum & Perſas.

in

in campis Anſerinis, ubi, conflictu habito cum parte adverſa, victus eſt, & ex ſuis, ad ſex, ſive, ut aliis placet, octo millia & octingentos amiſit. Ex quibus Mahometes domum rediens, in ſingulis locis, ubi ſtativa habuit, quingentos eorum per medium ſecari juſſit, & inſepultos abigi atque diſpergi, totamque Armeniorum regionem hoc atroci & horribili funerum ſpectaculo implevit, maximum terrorem ubique incutiens. Memoriæ proditum eſt, Mahometem, ſimul atque accepit de fœdere percuſſo inter ipſum Aſſimbeium ac Venetos, eum, legatione miſſa, plurimum obteſtatum eſſe, ne Turcarum Imperatorem novo bello impediret, quo minus Chriſtianum nomen deleret: quod ſi nulla re alia moveretur, communis fidei neceſſitudo tanti apud eum eſſe deberet, ut non modo non interpellaret tam pulchrum negotium, ſed enixius etiam juvaret. His autem ſic fuiſſe reſponſum; Mahometem, quem ipſi ſequerentur, id in primis lege ſanxiſſe, ut, quæ ſemel promiſſa eſſent, ex fide ſervarentur: ſe Romano Pontifici, Venetoque nomini pollicitum, ſanxiſſeque in id fœdus, ut Turcas terra & mari perſequeretur: annixurum proinde ſe totis imperii viribus, ut ſibi fidem conſtare, omnes intelligerent, quam alienæ genti fœdere obſtrinxiſſet: atque ita oratores dimiſſos.

Anno Chriſti M CCCC XL. *& aliquot ſeqq.*

Proxime expoſuimus, Joſephum Barbarum a Venetis cum muralibus machinis, multoque bellico apparatu in Perſidem ablegatum: ſed, dum is in Ciliciam appulſus, longiorem moram traheret, conflictus exortus eſt, priuſquam Perſa ex his militaribus præſidiis quicquam fructus ac emolumenti percipere potuiſſet. Præcipua vero cauſa hujus atrociſſimi belli fuit potiſſimum propter regnum Ciliciæ, quod uterque omnibus ſtudiis atque artibus affectabat. Hæc regio antiquitus dicta Cilicia eſt: ſed poſtea fuit appellata Caramania, a quodam Regulo Arabe, cui nomen fuit Caramano; ex quo, longa ſucceſſione rectaque linea multi prodierunt, eorumque poſtremus fuit Turvanus, qui genuit ſeptem liberos, inter quos, ut fit, regnandi cupiditate ac æmulatione exorta diſcordia, & commiſſo prœlio, quinque illorum interfecti ſunt, & duo ſuperſtites manſere, videlicet Abrainus, & Pirametus; quorum prior, clientum atque amicorum auxilio ſubnixus, regnum occupavit, & alter Byzantium ad Mahometen confugit, a quo benigne exceptus, & mili-

Præcipua cauſa belli inter Uſumcaſanū & Mahometem.

Caramania, olim Cilicia, unde appellata.

taribus

Anno Chriſti

Prœliū inter duos fratres Caramanos.

taribus auxiliis inſtructus, fratri bellum intulit, eo quidem ſucceſſu, ut, poſt longum atroxque certamen commiſſum anno ſupra milleſimum quadringenteſimum ſexageſimo ſeptimo, inter Caraſar, & Æſſar, ejus regionis municipia, Pirametus ſuperior extiterit. Abrainus, dum ſibi fuga ſalutem parat, equo excuſſus, ruptoque pectore, ſtatim expiravit. Pirametus potitus victoria, biennium duntaxat pacifice imperavit. Cum enim inter Turcas moris ſit, antiqua conſuetudine recepti, ut omnes Dynaſtæ ac Reguli Ottomannico imperio ſubditi, ſaltem ſemel in anno, honoris atque humilis obſequii gratia, Turcarum regem adeant, eique honoraria quiſque, prout ſunt reditus & dignitates, exhibeant, ipſique viciſſim a Turcico Imperatore nequaquam indonati abeant, ipſe utrunque facere neglexit. Parvo tempore interjecto, cum Mahometes illius operam in bello, quod adverſus Chriſtianos gerebat, petiiſſet, nihil prorſus obtinuit, adeo ut his rebus graviſſime indignatus, ſtatim arma in illum verterit, & magnam partem ſui regni ademerit: eique Muſtapham Celebinum, ſuum filium ſecundogenitum præfecit, cui etiam, pro majori tutela ac ſecuritate, validum præſidium reliquit, & quotannis aliquem præfectum cum ſupplemento ad eum miſit, ut reliquam partem ejus regionis occuparet. Pirametus, cum ſe viribus ac robore militari longe inferiorem eſſe animadverteret, ubi nonnulla oppida & arces firmis præſidiis communiviſſet, in Perſiam ad Uſumcaſanum confugit: a quo liberaliter atque amanter exceptus, brevi exercitum, in quo erant quadraginta millia hominum armatorum, duce Iuſufo, viro admodum ſtrenuo ac in bellicis operibus exercitato, impetravit. Quibus copiis fretus, mox, feſtinatis itineribus ad urbem, ab indigenis patrio ſermone Toccatum appellatam, pervenit, omniaque ferro & igne depopulatus, cuncta horribiliter devaſtavit. Circa idem tempus erat in Cilicia Mahometis filius, quem conſtat illuc miſſum a patre una cum Agmato purpurato ad expugnandas urbes & loca munitiora, quæ adhuc Pirameti imperium agnoſcebant. Cum hoc igitur paulo poſt congreſſus, primo feliciter pugnavit: ſed tandem, commutata fortuna, victoria ad Turcas inclinavit, in eoque prœlio, præter multos utrinque vulneratos atque interfectos, captus eſt Perſarum dux, & plerique alii proceres atque illuſtres viri. Pirametus, omnibus caſtris ac impedimentis exutus, fuga

Mos Turcarum.

M CCCC X L. & aliquot ſeqq.

Pirametus confugit in Perſiam.

Mahometis victoria adverſus Pirametum.

ſibi

ſibi conſuluit, & in Perſiam reverſus eſt. At Conſtantinopoli propter hanc victoriam plurima lætitiæ ſigna paſſim edita fuerunt, & Mahometes ſuo filio & decurionibus ac primipilarium præfectis, ob rem proſpere ac feliciter geſtam, ampliſſima dona miſit, quo, ad reliqua perficienda, tanto alacriores redderentur. *Anno Chriſti*

Inter hæc Veneti, ut Regis animum confirmarent, ſimulque ipſum ad novas expeditiones incitarent, anno ejuſdem ſæculi ſeptuageſimo tertio, Ambroſium Contarenum, virum cum à generis nobilitate, tum a ſingulari prudentia, conſilii rectitudine, cæteriſque virtutibus quam maxime commendatum, oratorem deſtinarunt. Et hæc quidem tertia Venetorum legatio extitit. Porro hi omnes a Rege Perſarum benigniſſime atque humaniſſime excepti fuère, inprimis vero Catarinus Zenus, qui partim ob ingenii dexteritatem atque ſolertiam, partim etiam propter affinitatem, quæ illi cum regina Perſarum intercedebat, in ſummam ipſius Regis familiaritatem devenerat. Siquidem David Calojoannes, Imperator Trapezuntius, præter Deſpinam, quæ nupſit Uſumcaſſano; ea tamen conditione, ut, cum eſſet Chriſtiana, eandem religionem ſibi profiteri liceret, quod quidem Rex ipſe ut ſe facturum receperat, ſic etiam re ipſa fideliſſime præſtitit, adeo ſane, ut quamvis uterque diverſis cultibus Deum coleret, religionis tamen diverſitas, raro quodam exemplo, conjugalem benevolentiam & charitatem nulla ex parte imminuerit; habuit aliam filiam, quæ locata fuit in matrimonium Nicolao Creſpo, Duci maris Ægæi, ex qua ſuſtulit quinque fœmellas, quæ ubi adoleviſſent, totidem Venetis patricii Ordinis; & in ea Republica opibus ac dignitate tunc maxime florentibus, matrimonio conjunctæ ſunt. quarum primam duxit uxorem N. Cornarius, ex qua deinde nata eſt Cyprii regina, & Georgius Cornarius. Secunda, nomine Lucretia, nupſit in familia Priuli; & tertia, quæ dicta eſt Violantes, Catarino Zeno, cujus hic mentionem facimus. Hic, tandem peracta legatione, & ab eo Rege amanter atque honorifice dimiſſus, nomine ejuſdem Regis aliam legationem apud Caſimirum Poloniæ, & Matthiam Corvinum Hungariæ Reges obivit, ut eos viciſſim ad opes ac ſuppetias ferendas incitaret, eaque fideliter ac ſedulo expleta, in patriam ceu poſtliminio rediit, ubi

Venetorum nova legatio ad Uſumcaſſanum.

M CCCC XL. & aliquot ſeqq.

Anno Christi M CCCC XL *& aliquot ſeqq.*

à Senatu, atque univerſis civibus maximo applauſu ac ſummis honoribus exceptus eſt.

Uſumcaſſani victoria, ac potentia.

Uſumcaſſanus, præter bella quæ geſſit cum Ottomanno, expugnavit etiam Satochum nepotem magni Tamerlanis, qui apud mare Caſpium Sarmocantem urbem proximam Amazonibus tenebat: Hienſelem, Babyloniæ Regem, cum toto exercitu ſuperavit; Ægypti Sultanum in latiſſima planitie juxta Orpham civitatem acerrimo prœlio devicit, eumque ob formidinem ad fœdus ineundum compulit. Ad hæc, Cappadoces, Armenos, Georgianos, Meſopotamios, finitimoſque populos omnes ſubegit; eratque dominus Perſarum, Parthorum ac Medorum, & ferme totius Orientis, ejuſque nomen per univerſum terrarum orbem longe lateque inclaruerat. Dum vero contra Ottomannum novam expeditionem molitur, Unghermaumet ejus filius, juvenis præcelſi ſpiritus, utque paternarum virtutum, ſic etiam ejuſdem imperii æmulus, a patre defecit, ejuſque defectionis præcipua cauſa Curdi, qui montanas regiones incolunt, extitére. Hi enim Uſumcaſſano parum faventes, ut inter ipſum ac ejus filium mutuæ ſimultates ac diſcordiæ orirentur, per omnia loca paſſim divulgarunt, Regem vita defunctum eſſe. Proinde cum his rumoribus Unghermaumet faciles aures adhibuiſſet (quippe qui ad imperium totis animis anhelabat) confeſtim, cum ex his militaribus cohortibus, quas ſibi pater, pro Bagadet, olim Babyloniæ, ſimulque finitimæ provinciæ, quam vulgo Bierberam vocant, tutela atque præſidio aſſignarat, tum etiam ex Curdis, quorum ingens multitudo ad eum confluxerat, juſtum exercitum coëgit, & mox urbem, ab incolis Seram appellatam, & ſitam in finibus Perſiæ, occupavit. Quo audito, Uſumcaſſanus, nulla mora interpoſita, cum ſuis prætorianis militibus verſus civitatem, cui nomen eſt Leras, feſtinatis itineribus contendit. Hæc ubi Unghermaumeti nuntiata ſunt, & Curdorum perfidiam, & ſuam levitatem ac præcipitem ambitionem ſummopere deteſtatus, urbe egreſſus eſt, & per quoſdam proceres viros, quibus patrem favete intelligebat, ut ipſi reconciliaretur, omni ope ac ſtudio ſibi annitendum eſſe conſtituerat. Cæterum, cum intelligeret, patrem infenſiſſimo in ſe animo eſſe, ac proditionem vereretur, mutata priori ſententia, primo ad Bajazetem, Turcarum Regis filium, qui præerat finibus Perſarum, & mox ab eo

Unghermaumet, Uſumcaſſani filius, à patre deficiēs, invadit regnum Perſarum.

Idem confugit Byzantium.

impe-

impetrato diplomate, Conſtantinopolim ad ipſum Mahometem conceſſit, a quo perbenigne exceptus, brevi poſt, hujus ope atque armis adjutus, in paternam provinciam, cui nomen eſt Sanga, Ottomannicæ ditioni conterminam, cum exercitu profectus eſt, atque inde crebris excurſionibus paternum imperios devaſtare incepit. Rex, tametſi ad illius conatus reprimendos aliquot turmas, & militares cohortes expediviſſet, nunquam tamen vultu ac verbis præ ſe tulit, quod tantas injurias ulciſci vellet, quin potius & in publicis & privatis colloquiis ajebat, ſibi hæc moleſtiſſima eſſe, maximumque dolorem afferre; adeo ut non multo poſt ſimularet, ſe in hujuſmodi morbum incidiſſe, unde nulla ſpes revaleſcendi foret. Atque ita ſenſim una cum his, quos ſibi aut beneficiis, aut aliqua alia ratione obſtrinxerat, in ſecretiorem locum ſecedens, eo rem deduxit, ut ab ipſis per univerſam Perſiam, ac etiam Ottomannicam ditionem publicaretur, Regem graviſſime decumbere, ac tandem ſupremum diem obiiſſe. Statim itaque primores ac Satrapæ per fideles internuntios Unghermaumetem de Regis obitu certiorem faciunt, eumque adhortantur atque orant; ne ullo modo differret profectionem in Perſiam, ſed quamprimum ſeſe itineri accingens, Tauriſium veniret, ut Rex Perſarum inauguraretur, priuſquam Calul & Iacuppus, ejus fratres, bellica virtute ipſo longe inferiores, regnum invaderent; utque dolus occultior eſſet, omniſque ſuſpicio removeretur, in ipſa urbe regia, Regis manibus publice parentatum eſt, & funeralia ſolenni pompa magniſque ſumptibus peracta. Igitur miſer ac infelix Unghermaumet, adverſis fatis agitatus, ſive potius pertractus, ſimulque oblitus, ſe paulo ante ob nimiam credulitatem eo redactum fuiſſe, ut omnibus fortunis exutus, extorris ac profugus, inimici opem atque auxilium implorare cogeretur, rem ita ſe habere ſibi omnino perſuadens, tanta celeritate in Perſiam feſtinavit, ut intra exigui temporis intervallum ad urbem Tauriſium perveniret, ibique ſtatim percunctatus de his proceribus, qui ei paternum interitum ſignificaverant, & futuri regni haud dubiam ſpem præbuerant, ab iiſdem tanto ſilentio ad patrem perductus eſt, ut infortunatus juvenis tunc demum ſe prorſus deluſum ac deceptum animadverteret, cum in patris conſpectu eſſet, & coram eo ſiſteretur. Qui, poſtquam filium acerrimis verbis ac minis increpaſſet, mox illum in vincula con-

Anno Chriſti

M CCCC XL. *& aliquot ſeqq.*

Stratagema.

Unghermaumet captus à patre interficitur.

Anno Chriſti M CCCC XL. & aliquot ſeqq.

Vſumcaſſani obitus.

jici juſſit; & paulo poſt miſerrime trucidatus juſtiſſimas ſuæ præcipitis ambitionis ac levitatis pœnas perſolvit, dum paternum imperium rapere magis quam expectare voluit. Poſt hujus mortem arma Ottomannica ad tempus quievére, cum etiam Perſarum Rex deinceps ab omni alia expeditione ſuperſederet, donec tandem ſenio confectus, nec minus annis, quam gloria & rerum geſtarum magnitudine onuſtus, placido exitu vitam terminavit, anno Salutis ſupra milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimo octavo, ætatis circiter octavo & ſeptuageſimo, eâ nocte, quæ præcedit feſtum trium Magorum, quod Epiphaniam vocant. Fuit decora proceritate, vi corporis, licet gracilis, admodum inſignis: forma principe viro digna, liberalis præterea, magnanimus, fortis, prudens, bellicoſus, viſuque & auditu juxta venerabilis. Succeſſorem reliquit Iacuppum cognomento Chiorzeinal, quæ vox Perſico idiomate ſonat, unius oculi luce privatum. Hæc de Uſumcaſſani rebus ac fine ex Bizarianis Perſicis Annalibus prodidiſſe hic, ſuffecerit.

Iacuppus Rex Perſarum.

Ladiſlaus Poſthumus Vngariæ Rex.

Ladiſlaus Polonus Iagellonis filius etiam Vngariæ Rex.

Io. Hunniades regni Vngarici adminiſtrator.

Merentur & Ioannis Hunniadæ, natione Walachi, egregia virtus, ac merita in Rempubl. Chriſtianam plane inſignia, ut & de iis quoque paulo accuratius diligentiuſque hic diſſeramus. Ladiſlaus ergo Alberti Imp. filius poſthumus, Ungariæ & Bohemiæ Rex, infantulus, cum nondum quartum menſem impleviſſet, coronatur Rex Ungarorum anno Chriſti MCCCCXL, & poſtea à matre in Auſtriam cum corona Ungarica ad Fredericum III Imp. ut conſanguineum, nutriendus & conſervandus mittitur. Interim Ladiſlaus Polonus, Jagellonis filius, etiam coronatur Rex Ungariæ, & huic Ungari antea coronam obtulerant, unde & factum ut per dies vitæ regnum retinuerit uſque ad annum Chriſti MCCCCXLV, quo in clade Varnenſi occumbens locum in regno Ungariæ fecit Ladiſlao Poſthumo, quintum ætatis annum agenti. Quum autem per ætatem regno eſſet immaturus, de Gubernatore Ungariæ eligendo agitatum eſt, & omnium conſenſu Ioannes Hunniades, dictus Corvinus a paterno pago in quo natus fuit, tradita Reipublicæ ſumma, Ungariæ Gubernator aut Prorex eſt pronunciatus. Hoc modo Ungariæ regnum ad legitimum hæredem Ladiſlaum rediit. Porro fuit hic Ioannes Hunniades natione Walachus ſeu Semidacus, Tranſſilvaniæ Waywoda, humili loco na-

Ioannes Hunniades, obſcuro genere natus, Turcarum domitor.

Anno Chriſti MCCCCXL. *& aliquot ſeqq.*

tus, ſed animo magno ac excelſo præditus, ducum omnium, qui cum Turcis arma contulerunt, illo tempore clariſſimus; qui adverſus duos audaciſſimos ac feliciſſimos Turcicos tyrannos Amurathen & Mahometen divina ope Ungariam defendit, unde & fulmineus terror Turcarum dictus fuit. In Varnenſi bello non fuit adeo felix propter Ladiſlai regis injuſta & perfida arma. In cæteris multa uſus eſt felicitate, ut ſupra quoque indicavimus. Placide obiit Hunniades, quamvis non ſine ſuſpicione veneni, ab Ulrico Ciliæ Comite, quem æmulum in aula habebat, propinati, anno Chriſti MCCCCLVI, relictis duobus filiis Ladiſlao & Matthia, quorum ille Ulricum Ciliæ Comitem, eo quod apertum odium cum patre exercuerat, obtruncavit; ob quam necem juſſu Ladiſlai Poſthumi regis ipſe & frater Matthias in carcerem conjecti ſunt, & tertio die poſt Ladiſlaus Comitis percuſſor annum agens XXIV. in urbe Buda capitis ſupplicio eſt affectus anno MCCCCLVII, frater vero Matthias in vinculis fuit retentus. Eodem anno Ladiſlaus Ungariæ & Bohemiæ Rex dum ſponſam expectat, Caroli Galliæ regis filiam, in ipſo nuptiarum apparatu Pragæ, non ſine veneni ſuſpicione, moritur annum agens XVIII. Matthias Hunniades ex Vienna ductus qua die Rex Ladiſlaus obiit Pragam venit traditus in poteſtatem Podiebracii, & dum hic hæret miſer, apud Budam ab Ungaris gubernator eligitur, nec multo poſt Rex Ungariæ deſignatur anno Chriſti MCCCCLVIII, & poſtea anno regni VI, qui eſt annus Chriſti MCCCCLXVI, poſteaquam Fredericus Imp. Ungaris petentibus reddidiſſet coronam, quam jam per annos XXIV ſibi retinuerat, Matthias Hunniades, alias Corvinus, Rex Ungariæ eſt coronatus. Contra Matthiam ab aliis eligitur Fredericus Imp. qui etiam regnum ad ſe delatum accepit. Ex quo grave bellum eſt exortum, ut ſupra meminimus. Potuiſſet Matthias præclaram operam navare contra Turcam, ſi ab inteſtinis bellis abſtinuiſſet.

Io. Hunniadis obitus, & filii.

Ladiſlaus Hũniades ob cadem in Vlrico Ciliano patratam capite plectitur.

Matthias Hunniades in vinculis tenetur.

Ladiſlaus Poſthumus in ipſo nuptiarum apparatu moritur.

Bohemiæ Rex, (utar & hic quoque verbis Guthberleti) poſt Uladiſlai obitum anno Chriſti MCCCCLVIII. deſignatus eſt Georgius Podiebracius, ſeu Bojebracius, cujus majores è ſtirpe Comitum Niddanorum, ſanguinis Germanici, tranſierunt in Bo-

Matthias Hunniades ex carcere evehitur ad regnum Vngariæ. Contra Matthiam Rex Vngariæ eligitur Frid. Imp. Inde bellum. Matthiæ obitus. Vladiſlaus II. Rex Vngariæ. Georgius Podiebracius Rex Bohemiæ, egregius Huſſitarum Dux & defenſor.

Anno Christi MCCCCXL. *& aliquot ſeqq.*

hemiam Frederico II. imperante. Ejus & filiorum conſtantia ac fortitudo in ſincera religione (fuerunt enim Huſſitæ) in hiſtoriis valdè commendatur contra Pontificii anathematis exſecrationes, unde multorum odiis & immenſis periculis fuerunt expoſiti. Sed cum agnitam veritatem conſtanter retinerent ac profiterentur, a Deo protecti ſunt, ut pulſis hoſtibus regnum tutarentur. Cæterum hic Georgius Podiebracius Ungaris reddidit Matthiam Hunniadem, non ſolum detractis catenis, ſed inſuper in certiſſimum amicitiæ pignus filia deſponſata ac tradita, ut hoc beneficio Ungaros cum Bohemis ſociaret. Sed inſtinctu Pontificis Romani malam retulit gratiam Matthias, quum ſe ad arma Podiebracio inferenda impelli paſſus eſt, ſed ſibi infelicia, Pontifex enim quum videret regni Bohemici titulum in Podiebracium Huſſitarum patronum tranſlatum, bellum accendit inter Matthiam & hunc, & hujus ſucceſſorem Ladiſlaum Polonum. Sed Matthias aliquoties a Podiebracii filio Henrico Duce cæſus & profligatus eſt. Alter Podiebracii filius fuit Victorinus, qui obſeſſum Viennæ Imperatorem a civibus liberavit. Pro quo officio Imperator ambos hoſce Duces creavit; & quidem ab Henrico defluxit ſtirps Ducum Munſterbergenſium. Mortuus eſt Podiebracius ex hydrope. & in regno Bohemiæ ei ſucceſſit Uladiſlaus Caſimiri regis Poloniæ primogenitus filius anno Chriſti MCCCCLXXI. qui poſt obitum Matthiæ Hunniadis anno Chriſti MCCCCXC. factus eſt Rex Ungariæ.

Galli pergunt ſeſe Anglorum jugo ſubtrahere. Anno enim MCCCCL. Normanniam Anglis eripiunt, quam illi annos XXX obtinuerant. Biennio poſt Aquitaniam quoque recipiunt, quam ante annos CCXCX. Henricus II. Anglus dorali jure poſſeſſam acceperat. Anno MCCCCLXI. Carolo VII ſucceſſit filius Ludovicus XI, & regnavit annos XXIII. Hujus res geſtas cum Carolo Burgundiæ Duce copioſe deſcribit Philippus Cominæus, eques Argentonius. Carolo Burgundo, qui dictus eſt Audax, ſive Bellator ad Nanceium oppidum anno MCCCCLXXVII. miſere occiſo, Ludovicus XI. Gallus Flandriam & Burgundiam occupat. Filium ſuum Carolum VIII noluit plus Latini ſermonis addiſcere quam hæc quinque verba: Qui neſcit diſſimulare, neſcit

Podiebracius Ungaris reddit Matthiam Hunniadem. Matthias Hunniades instinctu Papa ingratus eſt in Podiebracium. Henricus & Victorinus filii Podiebracii. Podiebracii obitus. Vladiſlaus Polonus ſuccedit Podiebracio, & poſt Matthiam Hunniadem fit Rex Ungariæ. Galli expellunt Anglos. Ludovicus XI Galliæ Rex. Ludovicus XI. poſt obitum Caroli Burgundi occupat Flandriam & Burgundiam.

ſcit regnare. Admodum invitus eſt mortuus, &, ut remedium aliquod contra mortem tentaret, ſacrum liquorem cœlitus olim Clodovæo Remis miſſum, virgam item Aaronis, & victoriæ crucem Carolo Magno divinitus datam, ut fert opinio, afferendam ſibi curavit, ſed fruſtra. Mortuus eſt anno Chriſti MCCCCLXXXIII, eique ſucceſſit Carolus VIII filius, qui regnavit annos XIV. Hujus res geſtas deſcripſit Cominæus lib. de bello Neapolitano.

Anno Chriſti MCCCCXL. & aliquot ſeqq. Ludovico XI. ſuccedit filius Carolus VIII.

In Anglia moritur Rex Henricus VI. eodem anno quo in Gallia obiit Carolus VII, videlicet anno Chriſti MCCCCLXI. Ambo idem habuerunt regni ſui initium & eundem finem. Succeſſorem habuit Henricus VI in Anglia Eduardum IV, qui ab anno MCCCCLXI, regnavit annos XXIII. Ejus ſoror Margareta nupſit Carolo Audaci Burgundiæ Duci. Quare & ipſe Eduardus Carolo Burgundo contra Ludovicum XI, Gallum magnum exercitum miſit. Obiit anno MCCCCLXXXIII, quo eodem anno in Gallia obiit Ludovicus XI, Rex. Succeſſit in Angliæ regno Eduardus V. ſed regnavit menſes II, Gloceſtrenſis patrui proditione necatus. Succeſſit Richardus III, qui ab anno MCCCCLXXXIV. regnavit annos II, regni principibus propter tyrannidem exoſus. Quare ab Henrico Richemondiæ comite, qui exul in Gallia revocabatur, acie victus & occiſus eſt. Hic Henricus deinde in regnum ſucceſſit, hujus nominis VII, & ab anno Chriſti MCCCCLXXXVI, regnavit annos XXIV.

Eduardus IV, Rex Angliæ.

Eduardus V.

Richardus III.

Henricus VII.

In Italia magnæ fuerunt contentiones de Ducatu Mediolanenſi, quæ tandem aditum ad hunc patefecerunt Franciſco Sfortiæ mercenario militi, nato ex Attendula familia ignobili quidem, ſed honeſta; qui uxorem habuit Blancam filiam notham Philippi Mariæ, filii Ioannis Galeacii Vicecomitis, quem Ducem creavit Wenceſlaus Imp. Philippus Maria ſororem habuit Valentinam, quam pater Ioannes Galeacius uxorem dederat Ludovico Aurelianenſi, Caroli V. Galliæ regis filio, hac conditione, ut ſi fratribus novæ nuptæ nulla ſoboles legitima ſuperſtes eſſet, Valentinæ filii ut legitimi ſucceſſores Inſubrum principatu potirentur. Quum igitur hæres maſculus deeſſet, de jure ſucceſſionis multi contendebant. Carolus Aurelianenſis, qui Ludovico patre Pariſiis, inſidiis Ioannis Burgundi, interempto Valentinæ matris jus hæreditate exceperat, ſanguinis neceſſitatem prætendebat. Alphonſus

Contentiones de Ducatu Mediolanenſi. Franciſcus Sfortia. Philippus Maria.

Arragonius, is qui Neapolin occupavit, teſtamento Ducatum ſibi vendicabat, quod contra Venetos Mediolanum defendiſſet, indeque a Philippo hæres ſcriptus eſſet. Franciſcus Sfortia urgebat jus hæreditarium conjugis Blancæ, filiæ nothæ Philippi. Accedebant etiam Veneti, qui certa ſpe Ducatum Mediolanenſem ſibi deſpondebant. Sed contra hos Sfortia, a Mediolanenſibus conductus, armis & fame urbem perdomuit, & receptis oppidis reliquis principatum ſibi ſubjecit ac ſtabilivit. Atque ita Franciſcus Sfortia mortuo ſocero Philippo Maria Ducatum Mediolanenſem invaſit, & poſt mortem ſuam reliquit filios Galeacium & Ludovicum cognomento Morum. Galeacius, præmatura morte abreptus, filii ſui Ioannis Galeacii tutelam committebat fratri Ludovico. Sed hic inſana regnandi cupiditate incenſus Ioannem Galeacium, jam ex Iſabella Aragonia patrem Franciſci & Bonæ liberorum, nulla habita ratione ſanguinis, tabifico veneno interfecit, quo ille paulatim conſumptus eſt. Hoc facinus non ſolum ipſi Moro, verum etiam toti Italiæ fuit funeſtum. Arragonii enim pro Ioanne arma parabant, Morus vero evocabat in auxilium Carolum VIII Galliæ regem, jam ante totis viribus in Aragonios bellum meditantem ad perſequenda domus Andegavenſis jura. Apulia quoque ſuis motibus valdè fuit agitata dum de regno Neapolitano graviſſima inter ſe bella geſſerunt Arragonii & Andegavenſes, illi ex Hiſpania, hi ex Gallia. Res ita habet. Tempore Ruperti Imperatoris variis modis inter ſe propter Pontificias factiones digladiabantur Itali, quibus aliæ quoque gentes ſeſe permiſcebant. Imperator Rupertus omnia deſperata videns, Italiæ res amplius curare noluit. Quum vero ipſi Pontifices Italicas & Gallicas factiones alerent, Ladiſlaus Rex Neapolitanus, qui videri volebat favere Gregorio XII, Romam, incertis ſtudiis fluctuantem, & multa alia Pontificis oppida oppreſſit. Contra hunc prodiit Ludovicus Andegavenſis, excitus literis Pontificis ſpe potiundi regni Neapolitani, & urbem Romam, depulſo Ladiſlao, Alexandro V. Pontifici reſtituit. Sed redit ad arma Ladiſlaus, & repreſſis auxiliaribus Gallorum copiis Romam iterum capit, & plurima Pontificiæ ditionis oppida ſibi ſubigit, quæ etiam ad mortem uſque retinuit. Moriens regnum Neapolitanum

Anno Christi MCCCCXL. & aliquot ſeqq.

Franciſcus Sfortia occupat Ducatum Mediolanenſem.

Fr. Sfortiæ filii Galeacius & Ludovicus Morus.

Ludovicus Morus perfidus in fratris Galeacii filium Ioannem.

Arragonii Ludovici Mori injuriam ac perfidiam vindicare parant.

Bellum Caroli VIII. Galli contra Arragonios. Ioanna ſoror Ladiſlai, regis Neapolitani, hereditate adipiſcitur regnum Neapolitanum.

reli-

reliquit ſorori Ioannæ, damnatæ libidinis fœminæ. Hæc nupſerat primo Geldriæ Duci, deinde Iacobo Comiti de Marca. Ex neutro marito gravida facta metuit ne a Pontifice & Andegavenſibus regno ſpoliaretur. Idcirco ut potentiores amicos ſibi compararet, repudiato marito Iacobo Alphonſum Ferdinandi regis Arragoniæ filium adoptavit. Fuit hic Ferdinandus filius Ioannis regis Caſtellæ, qui diſſidentibus inter ſe Arragoniis de rege, cum plures regnum appeterent, delectorum Ordinum ſuffragiis cæteris prælatus Tarraconenſe regnum & paulo poſt Siculum, Rege Martino ex Arragoniis ultimo defuncto, obtinuit. Alphonſus igitur, ut erat laudatiſſimus Princeps, cum mulieris mores improbaret, & hæc ſe ab illo contemni ſuſpicaretur, etiam repudiatus eſt, & in ejus locum accerſitus natu maximus Ludovici Andegavenſis filius patri ſucceſſit; cui mortuo ſurrogatus eſt frater Renatus. Inde graviſſima bella ſecuta ſunt, in quibus alternante fortuna nunc Arragonii, nunc Andegavenſes Neapoli potiti ſunt. Renatus ſine ſobole ex hac vita diſcedens inſtituit hæredem Ludovicum XI Galliæ regem, Caroli VIII patrem. Sed noluit hic ſeſe huic negotio committere priuſquam regnum Galliæ ſuo filio tutum tradidiſſet. Alphonſus moritur anno LXV, anno Chriſti MCCCCLVIII, & regnum Arragonicum ac Siculum relinquit fratri Ioanni. Neapolitanum vero Ferdinando filio notho, cui Carolus VIII bellum movit. Sed dum bellum parat Carolus, moritur Ferdinandus anno Chriſti MCCCCXCII, relictis filiis Alphonſo ſucceſſore & Frederico, atque ex Alphonſo nepote Ferdinando. Sed Ioannes Arragonius Alphonſi frater regnum Siculum Ferdinando filio ex ſecunda conjuge genito tradidit, & eidem ſororem Henrici regis Caſtellæ matrimonio junxit. Per hoc matrimonium Ferdinandus utriuſque Hiſpaniæ ulterioris & citerioris regna cum regno Siculo conjunxit, illiſque mox bellica ſua virtute duo alia, Granatenſe & Neapolitanum adjecit, quæ univerſa in Carolum V Imp. ex filia nepotem tranſtulit. Porro Ferdinandus cognomento Catholicus, Caroli V. Imp. avus maternus, partem Beticæ quam Granatam vocant, ſeu regnum Granatenſe, a Mauris multis jam annis occupatam, opera Conſalvi Magni, ex Aquilaria Cordubenſi familia oriundi, recepit, pulſiſque Saracenis & Mahometica ſuperſtitione abolita templa Chriſtianæ religioni condidit, unde Catholici cognomen-

Anno Chriſti MCCCCXL. & aliquot ſeqq.

Ioanna Alphonſum Ferdinandi Caſtellæ regis filium adoptat, quem deinde mox repudiat.

Ioanna adoptat filium Ludovici Andegavĕſis.

Ludovicus XI, Galliæ Rex inſtituitur hæres regni Neapolitani.

Carolus VIII, Galliæ Rex bellum movet Ferdinando filio notho Alphonſi.

Ferdinandus Catholicus Ca-

Anno Christi MCCCCXL. *& aliquot ſeqq.*

roli V. Imp. avus maternus.

Itinera, ac via ad Novas inſulas, Novumque quaſi orbem, navigantium Hiſpanorũ induſtria & felicitate, Europæis aperiuntur.

Veneti capiunt inſulam Cyprũ.

Cypri regnum Venetorum imperio ſubjicitur.

tum adeptus eſt. Accidit hoc anno Chriſti MCCCCXCII, quo, opera regis Hiſpaniarum, a Chriſtophoro Columbo Genuenſi Novæ inſulæ repertæ ſunt, quas poſtea Rex Hiſpaniæ coli & frequentari juſſit.

Veneti circa hæc tempora inſulam Cyprum adepti ſunt hac occaſione. Ioannes Rex Cypri ex pellice ſuſceperat filium nothum Iacobum, ex legitima conjuge filiam Carolottam, cui maritum quæſivit Ludovicum Sabaudienſem, promiſſo regno dotis loco. Poſt mortem Ioannis ſoceri cum Ludovicus in regnum evocatus cunctaretur, regnum præripit Iacobus filius nothus, & auxiliis Ægyptiis inſtructus Ludovicum regno ejicit. Ut autem tutior eſſet in regno Iacobus, Venetorum ſocietate ſeſe munivit, in uxorem petendo Catarinam Marci Cornelii Veneti filiam, quam Senatus filiam adoptatam, ut aditum ad Cyprum ſibi patefaceret, ei collocavit. Sed Iacobus non diu poſt nuptias ſuperſtes conjugem gravidam Senatui Veneto commendavit, quæ enixa filium, ſed mox defunctum, repetita patria, regnum Senatui Veneto conceſſit. Sed altius quædam repetenda ſunt.

Frederico III. ad imperii clavum ſedente, Cypri regnum Veneto imperio adjectum eſt, Ann. CIƆCCCCLXXXVII. Qua de re in Breviario Annalium Venetorum Baptiſtæ Veri verba ſunt: Cyprus, felix quondam inſula, inter majores mediterranei maris locum ſibi vendicat. Hæc Græcis ab Richardo Britanniarum Rege erepta, cum Europæi Principes ad Sacrum bellum confluerent, Guidoni Luſiniano Gallo tradita eſt. Hujus poſteri per annos propemodum trecentos regnum in Inſulâ obtinuerant, ſed variis ſubinde fortunæ caſibus agitati, Janus prælio navali cum Ægyptiis commiſſo in poteſtatem Barbarorum venit, qui tandem, ut ſe à captivitate redimeret, ingenti auri vi, & annui ſolutione tributi ab Soldano victore inſulam cum adminiſtratione recepit. Huic Ioannes filius iiſdem legibus ſucceſſit; qui ex Helena Palæologa conjuge unicam ſuſcepit filiam, nomine Carlottam, Ludovico, Allobrogum Ducis Ludovici ſecundo genito, deſponſatam: ex concubina Iacobum habuit, quem adhuc juvenem Nicoſienſi Archiepiſcopatui deſtinavit. Ioanne mortuo ſine aliis liberis, Allobrox in ſpem novi Regni erectus, Cyprum uxorio nomine ſibi poſtulabat. Cyprii Iacobum, nulla ejuſdem regni lege imperio prohibitum, depoſcebant patri ſuc-

ceſſo-

ceſſorem. Inter diſſidentes non leve exarſit bellum. Verum cum Iacobus ægre Allobrogem depellere poſſet, ad Soldanum profugit, cujus tributaria erat inſula: ab eo exceptus impetrat libero jure totius regni adminiſtrationem: reverſuſque cum auxiliis competitorem, & ſocios tota Cypro exturbat. Ita Iacobus pacatæ Inſulæ Rex ſalutatus: in uxorem poſtea ſibi delegit Catharinam Marci Cornelii patricii Veneti filiam, a Republica quoque filiali ſolennitate adoptatam per Nicolaum Marcellum ejus temporis Principem. Tandem vita exceſſurus Rex fœtam conjugem cum poſthuma prole Regni hæredem ſupremis tabulis reliquit: atque interim tutelæ, ac Veneti Senatus patrocinio commendavit. Porro defuncto Rege, continuo repentinis tumultibus inſula vexari cœpta: & primo eam turbavit Iacobus apud Ferdinandum Neapolis Regem Orator, dum ſe acturum pollicetur, ut notho ſui Regis filio pariter filia Iacobi ſpuria nuptui, atque adeo dotali nomine Cyprus Aragonio daretur. Placuit regiæ cupiditati conſilium, &, ut promiſſa implerentur, illico in Cyprum cum armatis triremibus remittit Legatum. Hujus adventu in Reginam, ejuſque familiares oritur conjuratio, qua illius patruus cumprimis Andreas Cornelius opprimitur. Sceleri additur poſtea violentia, coacta Regina, ut ad Petrum Mocenicum, ſub id temporis Venetæ claſſis Imperatorem, ſcriberet, Cornelium denegato præſidiariis ſtipendio ſublatum; eodem nomine ad Senatum decreti Oratores. Cæterum in hac rerum perturbatione ratas nuptias legatus paciſcitur: interim fraudis per occultos nuncios certior redditus Mocenicus, è veſtigio Victorem Superantium cum ſelectis navibus præmittit. His auxiliis exhilaratur Regina, ac in priſtinam quietem, ſecuritatemque traducitur; quia expoſitis ad Tamaſſum copiis jam indictum perduellibus bellum videbatur. Sic illi armorum fama, claſſiſque conſpectu perterriti ſe mulctant voluntario exilio, & Cypro optata pax reſtituitur. Hoc pacto excitatas turbas compeſcuit Venetus anno MCCCCLXXI. Sed ne amplius, aut tam facile emergerent conſpirationes, annitente Regina, deſtinavit, veluti Præfectum Inſulæ, eundem Superantium; & ſic integris ſexdecim annis Cyprus manſit incolumis, ac omni metu ſecura: quo demum tempore, quia ferebatur Bajazethus Turcarum Imperator inſulæ animum adjeciſſe, timeri cœptum eſt, atque tum major injectus timor, cum idem barba-

Anno Christi

Cypri regnum Venetorum imperio ſubjicitur.

MCCCCXL. & aliquot ſeqq.

Anno Christi

M CCCC XL. *& aliquot ſeqq.*

rus comparata valida claſſe, in proxima maria ducenda, ab Senatu commodum Cypri appulſum petiiſſet. Verum Patrum conſtantia omnem metum excuſſit. Negatus eſt enim Barbaro acceſſus, novaque claſſis inſtructa, ac Franciſco Priolo demandata Inſulæ propugnatio. At quoniam ab externo non ſolum hoſte, ſed etiam a domeſtico timendum erat. (adhuc enim remanſerant, qui Aragoniis, Allobrogibuſque faverent) ex Senatuſconſulto Georgius Cornelius, Reginæ frater, Cyprum navigat, ei perſuaſurus, ut permiſſa Reipublicæ Regni ſui gubernatione, ipſa, tum parvulo filio orbata, vellet in patriam tranſire, tutius victura in natali ſolo, quam in rebelli Inſula, tamque remota, & circumdata ab immaniſſimis hoſtibus. Illa fraternas adhortationes lubens admiſit. Venetiaſque ſubeunti totus Senatus fit obvius, qui nihil ad ſummos honores, & vere regios in ea excipienda, colendaque omiſit. Mortua tandem Regina, Cyprus in Venetam provinciam redacta eſt.

Dania ſceptrū ad illuſtriſſimamOldenburgicam familiam, in qua hodieque manet, tranſit.

Hac eâdem tempeſtate ad illuſtriſſimam Oldenburgicam familiam, in qua hodieque manet, Daniæ ſceptrum devolutum eſt. Admonet autem id hic nos, ut Emmianam, ſicut & alibi, diligentiam ſequuti, Danorum tempora & reges quodam velut compendio tandem hoc loco tradamus.

Daniæ Regum ſeries & tempora.

Danorum res, ut cæterorum terras Septentrionales colentium, Suecorum, Norwegiorum, Finnorum, quos omnes prior ætas florente Francorum imperio Normannos appellavit, pervetuſtæ fuêre, ſi Saxoni Grammatico habenda fides, qui ante annos plus minus CCCC antiquitates gentis in literas miſit. Is igitur à Dano quodam Humbli filio res Danicas auſpicatur, quem aliquot ſæculis capite æræ Chriſtianæ anteriorem fuiſſe memorat. Sed prima quæque ab ipſo expoſita vix tantam merentur fidem, quantam Homeri Ilias. Sub Frothone vero II. ejus nominis rege Danico, cujus res prolixe toto libro V. deſcribit, Fridlevi filio, Chriſtum ait in terris natum: de quo Frothone merito dubites, an unquam vixerit. Poſt quem longam rurſus regum ſeriem texuit non abſimilem forte ei, quam in tabulis ſuis Manetho Ægyptius repræſentavit non ſolum diluvio univerſali ſub Nohâ, ſed mundo quoque condito antiquiorem. Nec ante fabulas vendere deſiit, quam ſub finem libri VIII. ad Gotricum pervenit Gormonis filium, Carolo Magno imperatori coævum,

quem Gotricum Godefridum Francici annales nominant. Is Carolo Magno bellum inferens evaſtatâ primum Saxoniâ, deinde Friſiâ oppreſsâ & tributo ſubjectâ, demum anno Chriſti DCCCX, dum rurſum ad bellum Germanicum ſe accingit, non procul Albi fluv. à ſatellite ſuo peremptus eſt. Eum excepit filius Olaus: & hunc Hemmingus Ludovico Pio Imp. Caroli M. filio amicitiâ conjunctus. Poſt hunc Syvardus Ring patre Norwegio & matre Danâ, Gotrici filiâ, natus, & æmulus ejus Ringo Syvardi ejuſdem conſobrinus, qui mutuo conflictu colliſi ſimul feruntur periiſſe in Norwegia. Deinde Regnerus Syvardi filius, cujus acta & amores & vitæ exitum, velut Herculis alicujus aut Achillis Danici, Poëtæ inſtar, prolixe decantat idem autor Libro IX; & contra hunc excitatus à Scanis & Iutis æmulus Haraldus, domi armis minor ſubſidia quærens ad eundem Ludovicum Pium Imp. Caroli M. filium in Germaniam venit, ab eoque perſuaſus, ut obtineret facilius, quod quærebat, Moguntiæ cum conjuge & magna Danorum multitudine per ſacrum lavacrum Chriſtianiſmo primus omnium Daniæ regum initiari ſe ſivit anno æræ Chriſtianæ DCCCXXVI. Verum cum fortunâ non adſpirante recuperare regnum non poſſet, rediit ad vomitum, & in exilio apud Ruſtros Friſios conſenuit. Regnero in carcere Hybernico tetrâ morte perempto, regnum ejus in Dania filius obtinuit Syvardus, & Syvardum ſecutus eſt Ericus ex ipſo natus, ab Anſcario præſule Bremenſi baptiſmo ablutus: cui conjux neptis Haraldi regis ex filio Guthormo Canutum peperit, in regum numero inprimis celebrem, Chriſtianum quidem, ſed ante acceptum baptiſmum, quem expetierat, mortuum. Canuto genitus Froto Rex fortis ac felix, Frothone Gormo cognomine Anglicus, Gormone Haraldus, Haraldo III. junior; omnes reges Daniæ. Gormoni huic III. uxor fuit Thira Æthelredi regis Angliæ filia Chriſtiana, cum ipſe idololatra eſſet, & Chriſtianorum perſecutor vehemens. Hic filium ſucceſſorem reliquit Haraldum ejus nominis VI: qui ab Ottone I Imp. armis ſuperatus, ejuſdem ſtudio cum filio Suenone baptiſmo admotus eſt circiter annum Chriſti MCCCCXLVIII, cumque regnaſſet annos L, demum anno æræ Chriſtianæ MCCCCLXXX, fatis ceſſit. Sueno poſt baptiſmum Suenotto à ſuſceptore Ottone Imp. dictus, à patre vivente rebus gerendis admotus abjectâ religione Chriſtianâ patri ſeni regnum & vitam ademit.

Anno Chriſti.

Daniæ Regum ſeries & tempora.

MCCCCXL. *& alirqui ſeqq.*

Anno Chriſti

Verum bello Slavico ad Julinum captus, & paulo poſt regno reſtitutus Angliam invaſit regnante tum illic Ethelredo principe, inerte, eamque graviſſime afflictam ſibi parere coëgit. Ante mortem autem ad Chriſtum rediit, obiitque regni anno XXIV, Chriſti MIV. Succeſſorem accepit filium Canutum II, regem inclytum, non Daniâ ſolum, ſed Angliâ quoque & Norwegiâ, & Wandaliâ victricibus armis potitum, defunctum tandem in Gallia fluente anno Chriſtiano MXXXVI. Poſt quem Canutus III, ex ipſo genitus Daniam & Angliam retinuit, quoad vixit: Norwegiam ex pacto reliquit Magno, Olai quondam regis filio: qui ex eodem pacto ipſi mortuo anno Chriſti MXLV, ſucceſſit in Dania, Anglis, abjecto jugo Danico fortitudine Haraldi Godovino nati, ad Eduardum regiæ ſtirpis principem regnum ſuum deferentibus. Sic Daniæ ſceptrum ad alienigenam Norwegum pervenit poſt Gotrici mortem, qui Carolo M. bellum intulit, anno CCXXXV. Magno autem brevi ſine prole defuncto idem in Suenonem tranſlatum eſt, Canuti magni filiâ, Ulfone, ignobili Sueco, ſed belli artibus eximio, editum, exemplum fallacis & variantis fortunæ, quem iſtius ævi homines intra breve tempus felicem, miſerum, regem viderunt. Hic prole maſcula dives (IX enim filii ejus à Saxone memorantur virilem ætatem adepti) cum deceſſiſſet anno Chriſtiano MLXXIV, Haraldum natu maximum non ultra biennium ſibi ſuperſtitem, deinde Canutum IV. cognomento Sanctum, victimæ inſtar, ad aram in templo Orthoniano ab inimicis occiſum poſt decennale regnum: poſt hunc Olaum III. totidem annos ſceptro potitum, poſt Olaum Ericum IV. expiandis ſtupris ſuis Romam & Hieroſolymam profectum, & in Cypro mortuum, demum ex ceſſione ſpontaneâ Ubbonis, fratris Germani, in quem procerum & populi ſuffragia collimabant, Nicolaum, omnes ex ſe natos filios, ſucceſſores habuit. Quorum poſtremo filius quidem fuit Magnus Sueciæ regno potitus vivo adhuc parente: ſed commiſſo fœdiſſimo parricidio in innocentem patruelem ſuum Canutum, Erico rege natum, Sleſwici ducem, Sclavorum Obotritarum regem beneficio Lotharii Saxonis Imp renunciatum, principem longè optimum & regiâ fortunâ dignum; commeruit, ut & Dani eum proſcriberent, & Sueci rejicerent, aliumque hominem abjectæ conditionis ipſi ſurrogarent, & pater ob filii facinus in graviſſimum Procerum

Dania Regum ſeries & tempora.

MCCCCXL. *& aliquot ſeqq.*

ſuo-

ſuorum odium incideret. Quæ occaſio fuit Erico, interempti Canuti fratri conſanguineo, ultionem fraternæ necis profitenti, quanquam ex adulterio genito, arma corripiendi contra patruum, & eum regno ac vitâ ſpoliandi. Occiſus Nicolaus eſt Sleſwici ab oppidanis ob Canuti cædem ei infeſtis, cum annus Chriſtianus ageretur MCXXXV. Ericus regnum rapuit excluſo fratre Haraldo natu majore, ex pellicatu quoque, non autem ex adulterio editus, & poſt quadriennium indignâ cæde in ipſo tribunali peremptus ſucceſſorem nactus eſt Ericum VI, ſorore ſuâ natum: & hic ſceptro poſito, ſumptâque cucullâ locum dedit Suenoni III, Erici prioris filio, tunc ex ephebis egreſſo, quem regio diademate ornavit Fredericus I Imperator Merſburgi in comitiis. Verum Sueno inter æmulos agnatos vix regnum tenere potuit. Quorum maximus Waldemarus, Canuti Sleſwicenſis per ſcelus patruelis occiſi filius, jam tum Jutiæ dux audiens, ipſum in prælio cecidit, anno Chriſti MCLVII, regnumque libentiſſimis Ordinibus ob gratam memoriam patris in ſe vertit, amiciſſimus, quamdiu vixit, Frederico I Imp. & ab eodem amatus, hoſtis vero perpetuus Wandalorum ad mare Balticum habitantium: mortuus anno Chriſti MCLXXXII, hærede regni relicto filio Canuto VI. Sub hoc Canuto vixit & ſcripſit præcipuus gentis Danicæ hiſtoricus Saxo Grammaticus Sialandus, & ejuſdem res prolixo ſtilo eſt executus. Eum in regno ſecutus eſt frater Waldemarus, qui ante regnum initum, cum Sleſwici Dux eſſet, anno Chriſti MCC, Lubecam & Hamburgum in poteſtatem redegit. Rex vero factus Revaliam Livoniæ condidit: reliquo tempore infelicior contra hoſtes anno tandem MCCXLI, ex hac vitâ abiit. Poſt hunc tres filii ordine alius poſt alium ſceptro Danico potiti, Ericus VII, Abel cæſus à Friſiis, Chriſtophorus à Comitibus Holſatiæ in prœlio captus & Hamburgi cuſtoditus. Ex qua cuſtodia tandem ſolutâ ingenti pecuniæ ſummâ liberatus paulò poſt moriens Ericum VIII in regno ſucceſſorem reliquit, qui à ſuis interemptus Ericum IX filium regni hæredem accepit. Qui cum regnaſſet annos XXXV, nec legitimam ſobolem maſculam reliquiſſet, frater ejus Chriſtophorus II, ad ſceptrum pervenit anno Chriſti MCCCXXI: ejuſque poſt annos XII mortui locum tenuit filius Waldemarus IV, regno potitus totos annos XLIV; bellis contra civitates Wandalicas infelix; ſobole vero

Anno Chriſti

Daniæ Regum ſeries & tempora.

MCCCCXL. & aliquot ſeqq.

tum II, Ditmarſiæ debellatorem, ex quo natus eſt Chriſtianus IV. Chriſtianum IV, poſt plurimorum annorum regnum fato nuper functum, deque ſuis optime meritum, Fredericus filius, nominis III. ſequutus eſt, qui Danorum Norwagorumque rebus hodie præeſt feliciſſime.

Anno Christi Mcccc XL. *& aliquot ſeqq.*

Multum & his temporibus celebritatis gloriæque accedit ab Europæorum, inprimis Luſitanorum, navigationibus in ditiſſimas regiones ac inſulas, hactenus aut inacceſſas, aut ignotas, in novum certe quaſi quendam Orbem, quem Americanum nunc vocant. Non patitur ejus rei magnitudo ſilentio ſeſe hic tranſmitti. Itaque vela, ut ſic dicam, narrationi nos quoque hic pandamus, ductumque Luſitanorum, Oroſii, & Petri Ciezæ, Indicarum rerum diligentiſſimorum ſcriptorum, ſequamur. Paulo autem altius quædam eorum verbis ac fide repetenda ſunt. *Ioannes primus, Portugalliæ Rex, maximam claſſem inſtruxit, qua Septam urbem Mauritaniæ munitiſſimam, in ora maritima Gaditani freti ſitam, expugnavit. Inde fuit oblata occaſio Luſitanis, qui in illius urbis præſidio conſtituti fuerant, armis latius evagandi. Henricus deinde Ioannis filius, claſſes ædificavit, quibus Africæ littora, & eas Mauritaniæ regiones, quæ extra fretum ad Auſtrum pertinent, infeſtas redderet. Itaque, teſte Tarapha, varias inſulas ab hominibus nunquam habitatas invenit: inter quas ea, quæ vulgo Madera nuncupatur, & ſaccaro proferendo eſt aptiſſima. In hanc & multas alias novos primus induxit colonos ex Luſitania Inſulam vero S. Georgii de Picho, Flandris habitandam dedit. Deinde, cupiditate incenſus terras ignotas explorandi, dedit operam, ut ii, quos claſſibus præficiebat, multo longius progrederentur. Quo ſtudio factum eſt, ut non ſolum bona pars Africæ, quæ ad AEthiopiam pertinebat, verum & inſulæ permultæ in Oceano ſub Imperium Luſitaniæ redigerentur. Eo ſub ann. Salutis* MCCCCLX *mortuo, Rex Alfonſus, Odoardi Regis, qui fuerat Henrici frater, filius, ob bella graviſſima nihil ulterius potuit explorare. At ſub Ioanne II. Alfonſi filio, Luſitanorum claſſes maximam partem AEthiopiæ perluſtravere: & extra æquinoctialem circulum evecti, cum eſſent à conſpectu Septentrionis remotiſſimi, alia ſidera in cœlo notarunt, ad quæ curſum dirigerent. Iam cum quilibet alium navigationis longitudine ſuperare contenderet, factum eſt, ut inciderent in promontorium, quo nullum unquam majus in terris apparuit, longitudine triginta & novem graduum, qui efficiunt ſupra duo millia & ſeptingenta milliaria: ab Ortu vero latus illius multo longius eſt. In eo ſuperando tantis tempeſtatibus jactati*

Europæorum, inprimis Luſitanorũ, & Hiſp. in quemdam quaſi NOVUM ORBEM *ſive Americã, navigationes.*

Anno Christi

* Vox Belgis etiam uſitata, *Stormen.*

M CCCC X L *& aliquot ſeqq.*

Europaeorum, inprimis Luſitanorũ in quemdam quaſi Novum Orbem, ſive Americã, navigationes.

ſunt, ut ſæpenumero omnem ſpem ſalutis abjicerent. Quo factum eſt, ut Tormentoſum illud promontorium appellarent, à Tormenta, hoc eſt, tempeſtate adverſa. Reverſi cum Ioanni hujus promontorii ſitum & longitudinem demonſtrarent, tanta lætitia affectus eſt, ut exiſtimaret eſſe ſibi jam aditum in Indiam patefactum: & quaſi felicis eventus augurio commotus, promontorium illud Bonæ ſpei nominari juſſit. Homines interim partim Hebræos, partim Chriſtianos, Alexandriam miſit, inde in Æthiopiam, quæ ſupra Ægyptum eſt, & in Indiam, ut qua ratione commodius ille curſus, poſt illum promontorii flexum, in Indiam confici poſſet, intelligerent. Sed hos illius conatus mors oppreſſit. Emanuel, qui ei ſucceſſit, multis licet diſſuadentibus, motus Ioannis conſilio, quo illum juvenem admonuerat, ut pro virtutis inſigni, quod regiis inſignibus adjungeret, ſphæram, in qua eſſent cæleſtis regionis circuli deſcripti, geſtaret (quaſi prævideret futurum, ut Emanuelis, quem jam ut hæredem intuebatur, operâ, incognita ſidera, ultimæque Solis orientis & occidentis regiones explorarentur) claſſem inſtruxit quatuor navium. Navi prætoriæ Vaſcus Gama præfectus erat, alteri Paulus Gama ejus frater, tertiæ Nicolaus Coëlius: quartæ, quæ commeatus ſupplementum convehebat, Gundiſſalvus Nonius. Aberat Olyſſippone littus quatuor paſſuum millia templum religioſum. In id Gama pridie illius diei, quo erat navem conſcenſurus, ſe recepit, ut noctem cum religioſis hominibus in precibus & votis conſumeret. Sequenti die ab omnibus in ſcaphas deductus, alacriter in navem conſcendit, VII Id. Iulii, anno à Chriſto nato* M CCCCXCVII. *Curſum ad Fortunatas inſulas direxit: deinde Inſulam Sancti Iacobi, quæ reſpicit Æthiopiam, luſtravit. Inde navigationem Solis ortum verſus inſtituit, donec terram conſpicatus eſt, & ad eam continuo naves appellere juſſit: in magnumque ſinum ingreſſus eſt. Quibuſcunque terris inſiſteret, mores gentis & inſtituta perdiſcere ſtudebat: propterea nunquam à terra procul abſcedebat, illius ſitum & fertilitatem conſiderans. Dabat inſuper negotium certis hominibus, ut aliquem ex illis, qui regionem eam colebant, vel aſtu, vel vi caperent, ex quo poſſet id, quod volebat, cognoſcere. Ad illum perducti homines (quorum linguam nemo ex illius comitatu, qui multas Æthiopiæ linguas noverant, intellexit) fuêre benigne excepti, atque veſtiti, & muneribus, quibus capiebantur, allecti, ut alios ad noſtros perducerent. Munera fuêre tintinnabula, & vitrei globuli, & alia ejuſmodi. Erant in ejus claſſe decem homines capite damnati, quibus fuerat ea lege vita conceſſa, ut quibuſcunque in locis à Gama relicti fuiſſent, regiones luſtrarent, hominumque mores & inſtituta cognoſcerent. Vt ſolennes dies cadebant, qui erant Divorum memoriæ conſecrati, ita*

Anno Chriſti M CCCC XL. & aliquot ſeqq.

nomina terris, & inſulis, & fluminibus incognitis, quæ diebus illis primum viderant, imponebant. Columnas lapideas, in quibus erat Crux cum Emanuëlis inſignibus inciſa, in iis portubus erigebat, quos ad Chriſtiani nominis gloriam, & ad Regis clariſſimi monimenta diutius conſervanda, magis oportunos Judicabat: & ad eam rem mult e columnæ ejuſmodi fuerant navibus illis impoſitæ. Calecutium uſque-penetravit, & in Olyſſipponenſem portum rediit anno M CCCC XCIX. *Poſt hæc Emanuel claſſem* XIII *navium ann.* M D. *mille & quingentos milites habentem, Petro Alvaro Caprali commiſit, eique præcepit, ut, quoad fieri poſſet, amicitiam cum Calecutii rege firmaret, ab eoque peteret facultatem arcis prope urbem ædificandæ, qua Luſitani poſſent vitam ab hoſtium immanitate tueri, & ſine ullo periculo negotiari. Si recuſaret, bellum inferre minime dubitaret. Miſit una quinque Monachos religionis opinione præſtantes, qui Franciſci mores & inſtituta ſequuntur, ut Luſitanis ſacra miniſtrarent. Eundem curſum, quem Gama, tenuit, donec ad Inſulam S. Iacobi pervenit. Cum vero ulterius progrederetur, ſedata tempeſtate, Occaſum verſus navigavit, & in terram incognitam deſcendens (quam Sanctæ Crucis nomine celebrari voluit: nunc Braſiliam appellant) columnam marmoream collocari juſſit, & Gaſparem Lemium in Portugalliam remiſit, qui Emanueli de hujus terræ ſitu nunciaret. Inde profectus, tempeſtate quatuor naves amiſit. Calecutium petiit. Regis perfidia accepta damna gravioribus damnis rependit, Arabum mercatorum æmulatione. Domum rediit pridie Kal. Aug. anno* M D I. *Miſerat autem eodem anno Rex Emanuel in Indiam aliam claſſem t ium navium, cui præerat Ioannes Noviusi, quod confideret in ea claſſe, cum qua Capralis anno proximo miſſus fuerat, ſatis præſidii fore vel ad pacem cum Calecutii Rege conſtituendam, vel ad ſpiritus Regis inſolentis & elati comprimendos. Sed cum è Caprali cognoviſſet inſidias, quibus circumventus fuerat, anno ſequente miſit rurſus Vaſcum Gamam in Indiam cum claſſe decem navium. Aliam præterea claſſem inſtrui præcepit, cui Vincentius Soderius præerat, ut teneret Indicum mare, bellumque Saracenis, qui in Indiam navigabant, inferret. Aliam inſuper claſſem quinque navium comparari juſſit, cui Stephanum Gamam, Vaſci Gamæ fratrem patruelem, præfecit, qui Kalendis Aprilis ejuſdem anni Olyſſippone profectus, eundem curſum tenuit. Anno* M D III. *rurſum ſex naves in Indiam miſit: tribus Alfonſum Albuquercium, aliis Franciſcum Albuquercium illius fratrem patruelem præfecit. Aliam claſſem Gundiſſalvo Coëlio commiſit, qui Braſiliam perluſtraret. Sed navigandi in regionem parum cognitam imperitia factum eſt, ut Coëlius ex ſex navibus quatuor vadis alliſas amiſerit, atque*

Europæorum, inprimis Luſitanorū. in quemdam quaſi Novum Orbem, ſive Americā, navigationes.

Anno Chriſti M CCCC XL *& aliquot ſeqq.*

duas tantum, plenas illis rubris lignis, quæ tellus paſſim fert, & pſittacis atque ſimiis, in patriam reduxerit.

Chriſtophori Columbi, NOVI ORBIS *inventoris, quem Colonū vocant alii, elogium.*

Europaeorum, inprimis Luſitanorū, & Hiſp. in quemdam quaſi NOVUM ORBEM, *ſive Americā, navigationes.*

Navis quædam in Oceano Atlantico, neſcio quo curſum inſtituens, vi tempeſtatis obortæ à vento Subſolano graviſſime furente, ad terram ignotam, nec ullis cognitam Coſmographiæ libris, violenter rejecta eſt. Gubernator ejus navis, quem alii Andeluſitum, alii Luſitanum mercatorem fuiſſe volunt, cum tribus aut quatuor ſociis fame & penuria fractis, vix tandem ad inſulam Maderam in mari Luſitanico appulit. Habitabat id temporis in illa inſula Chriſtophorus quidam Colonus (quem alii Columbum nominant) non magnæ fortunæ, ſed acris ingenii vir, Coſmographus ſolertiſſimus, natione Ligur, qui tabulas nauticas ex Luſitanorum navigationibus emendandi ſtudio in Luſitaniam profectus, & uxore ex inſula Madera ducta, eo commigraverat. Ad hunc naufragus ille gubernator, auctarium Coſmographicum ſymboli loco afferens, ſolus (nam ſocii in ipſo ſtatim portu obierant) divertit. Sed cum & ſibi mortem ingruere ſentiret, ſcripturas quaſdam Coſmographicas, ac totam mortiferi illius itineris rationem, & incognitarum terrarum, ad quas rejectus fuerat, delineationem, Colono in manus tradidit, & quam hactenus celaverat rem, metu mortis omnem aperuit. Quo facto, ſtatim animam efflavit. Colonus igitur jam alta ſpirans, animum ſerio erigere cœpit ad ea, quæ diu ante animo volverat, ut ſcilicet quæreret divitem Marci Poli Cipangum atque Antipodum terram, & Platonis Atlanticam. E veſtigio ergo fratrem Bartholomæum Colonum expedit ad Angliæ regem Henricum VII, cujus regnum ea tempeſtate & pacatum erat & opulentum, ut exponeret, ſi ſibi naves & facultates darentur, effecturum ſe, ut novis & auriferis regionibus repertis, Angliæ regnum omnium regnorum totius Europæ florentiſſimum redderetur. Sed paſſus hic repulſam, idem apud Luſitanum Alphonſum V. tentat. At vero quia hic Meridionales Africæ oras bello laceſſebat, & jam viam ſternere Calecutium verſus incipiebat, miſer Colonus tantum hic, quantum illic impetravit. Tertio rem tentans apud Ferdinandum Catholicum & Elizabetham reges Caſtilonenſes & Aragonios, id temporis bello Granatenſi impeditos; tandem ſuperatis Mauris, ac tota expulſis Hiſpania, retulit quod voluit. Dantur a rege ſedecim millia ducatorum, datur & claſſis, ſed trium duntaxat navium: dantur in comitatum homines 120. Hic tam parvus apparatus tantas tamque inauditas poſtea res, quantæ hodie de Indis conſtant, excitavit. Colonus cum exigua claſſe mari ſe exponens vaſtiſſimo, ex Hiſpaniis ſolvens, anno à Chriſto nato M CCCC XCII, III Nonas Auguſt. ad inſulas Fortunatas, quas Canarias dicunt, pervenit. Hinc progreſſo iter aliquot dierum, tanta

gra-

graminis per mare fluitantis ubertas claſſi occurrit,& tandem totam circumſepſit, ut tanquam in pratis herba virentibus navigare viderentur. Quare tum etiam magis, quæ de ſubmerſa Atlantica apud Platonem legerat, vera eſſe, ut credidit, ſic timuit. Nihilominus gramineum tandem mare ſuperans, poſt multa pericula, poſt duram toleratam famem, vix tandem cum ſuis in incognitas, quas quærebat, regiones, nuda, barbara, & inermi gente habitatas, ſed auri divites, appulit, triginta trium dierum navigatione occiduum ſemper ſolem ſecutus. Cum ex indigenis rogaret de ſua, quam ſemper ſomniaverat, Cipango, indicaverunt regionem vocatam Cibao. Ecce iterum, alluſio nominis, quod caſu contigerat, id ut ratione eveniſſe putaret, effecit. Statim naves duas (nam tertia ſcopulis illiſa perierat) auro, gemmis, x. Indis hominibus, gallipavis multis, pſittacis varii coloris, & aliis multis barbaris rebus onerat, ac tandem anno exacto, triumphabundus ad regem Catholicum revertitur. Rex lætari, ac magno honore Colonum afficere: adeo ut mox eum Admirantis Indiarum honorificentiſſimo titulo decoratum, diplomate expedito, duodecima parte omnis emolumenti, quod ex profectione Indorumque ſubactione redundaret, donaverit, & cum claſſe majori eo unde redierat, è veſtigio remiſerit: Alexander VI. Pp pro ſua auctoritate Hiſpanis Privilegium dedit, Peruanæ terræ ſive Occidentalis Indiæ occupandæ. Ergo Colonus quater in Indias navigavit, Hiſpaniolam inſulam occupavit, quater rediit. Obiit in Hiſpanis anno Salutis M D VI. *Creſcentibus deinceps magis atque magis apud novos Indos Hiſpanorum rebus, alii atque alii ſpe divitiarum incitati, aliquid novi aggredi meditabantur. Atque hoc imprimis memorabile & inſigne fuit inceptum, quod Ferdinandus quidam Magellanus, natione Luſitanus, cui fretum Magellanicum una navigatione ſimul & immortalem gloriam, & mortem attulit, tentare auſus eſt. Is enim Caroli V. Imperatoris munificentia excitus, à ſuo Rege deficiens, ad hunc confugit, perſuadens Regi Catholico, ſi ſibi nummi & naves darentur, non antea à navigatione ſe deſtiturum, quam aut moreretur, aut fretum aliquod inveniret, qua occidentem verſus compendioſiore via, quam qua Luſitani navigarent (nam hi navigando in Orientem tendunt) ad inſulas Moluccas, omnibus aromatum ſpeciebus fœtas, diverſiſſimo itinere, aditum patefaceret. Rex & huic quinque navium claſſem, commeatum, armamenta,* 223 *homines in comitatum ſuppeditat. Anno à Chriſto nato* M D X I X. *mari vaſto ſe committit, ad tractum Peruanum curſum dirigens, inde meridiem verſus littora legens, poſt acerbas quaſdam clades, amiſſa una navi, & altera invito eo ad Hiſpaniam redeunte, fretum, quod cogitarat, invenit, & poſt* 27 *diem, ex quo ſinum intrarat, in aper-*

Anno Christi M CCCC XL. *& aliquot ſeqq.*

Europæorum, inprimis Luſitanorũ, & Hiſp. in quendam quaſi NOVUM ORBEM, *ſive Americã, navigationes.*

Ferdinandi Magellani elogium.

Anno Chriſti MCCCC XL. *& aliquot ſeqq.*

Europaeorum, inprimis Luſitanorũ, in quemdam quaſi Novum Orbem, ſive Americã, navigationes.

tiſſimum Oceanum evectus, inde ad Moluccas occaſum verſus deflectens, in diverſas, nunquam viſas, lectas aut auditas inſulas incidit. Quibus dum bellum inferre conatur, confoſſus & dilaceratus à Barbaris, multis quoque ex ſuis deſideratis, gloria quae tanto facinori debebatur, frui non potuit. Nihilo tamen ſegnius, qui ſupererant ſocii iter inſtitutum proſequuntur, & ad Moluccas perveniunt. Atque hinc tertia nave ob remigum defectum cremata, duabus refectis, quarum alteri Trinitatis, alteri Victoriae nomen erat, non quâ venerant redire, ſed totum mundum circumire volentes, ab Oriente in Occidentem rectâ procurrunt. Et Trinitas quidem in novum orbem properans, ut ibi reficeretur, in Luſitanorum venit poteſtatem. Victoria vero Luſitanis elapſa, cum XVIII *vectoribus, quibus praeerat Ioannes Sebaſtianus à Cano, poſt enavigata duodecies mille milliaria noſtratia, poſt ſexies ſine leſione tranſmiſſam torridam zonam, tertio tandem anno, quam ex Hiſpaniis ſolverant, eodem cum maxima Regis Catholici voluptate redierunt, cum diem unum in Kalendario anticipaſſent: nam diem illi Mercurii putabant eſſe, cum dies eſſet Iovis. Sebaſtianus à rege arma gentilitia obtinuit, Orbem terrarum, hoc addito ſymbolo,* HIC PRIMUS GEOMETRES.

Uberrimus illuſtrium ingeniorum proventus.

Haec etiam tempora magno uberrimoque illuſtrium ingeniorum proventu inſignia ſunt. Baptiſta enim Mantuanus, Hermolaus Barbarus, Politianus Angelus, Rudolphus Agricola Friſius, Picus Mirandulanus, & alii magno numero, claruere. Obvia paſſim ſunt eorum hominum elogia, ac iccirco pluribus hic de iis dicendum haud videtur. De eo inprimis homine dicendum hic nobis nonnihil eſt, cujus Angelus Politianus meminit Lib. Epiſtolarum IV. Epiſt. VIII. ad Franciſcum Caſam. Accepi, inquit, epiſtolam tuam, qua mihi ſignificas allatum iſtuc eſſe de machinula automato, quae ſit nuper a Laurentio quodam Florentino conſtructa, in qua ſyderum curſus cum coeli ratione congruens explicetur. Aiſque te cupere, ut quoniam famae fides derogetur, ego ad te de ea ſcribam. Si quid comperti habeam, geram tibi morem. Et quamvis longo intervallo id opus ruri agens haud aſpexi; tamen ejus vel quae forma ſit, vel ratio, vel uſus, quantum conſequi memoria potero, breviter exponam. Quae ſi tibi explicatio paulo videatur obſcurior, non noſtrae omnino orationi, ſed ipſius etiam rei, qua de agitur, ſubtilitati, atque adeo novitati velim attribuas. Columella eſt quadrata, quae pyramidos modo in acutum deſinens faſtigiatur,

Machinula admirãde, in qua ſyderum curſus cum coeli ratione congruens explicatur, inventio, & deſcriptio.

Anno Christi MCCCCXL. *& aliquot ſeqq.*

„altitudinis, ferè trium cubitorum. Supra eam pro capitello planus „orbis eſt aheneus, auro & coloribus diſtinctus, & in cujus altera „parte omnis ſyderum errantium curſus explicetur, cujus eſt di„menſio cubitali brevior, rotuliſque intrinſecus denticularis agi„tur, circulo immobili ſummum complectente marginem, qua„tuor & viginti horarum ſpatiis diſtincto. Intraque eum in ſum„mo verſatili orbe, ſigna duodecim ſuis diſcernuntur gradibus. „Interius orbiculi octo pari fermè inter ſe magnitudine viſun„tur. Ex iis duo medium obtinent punctum, alter ſcilicet alteri „infixus, ſic ut inferior majuſculus Solem, ſuperior Lunam re„præſentet. A Sole radius ad circulum pertingens, in ipſo qui„dem horas, in ſignifero vero menſes, dies, graduumque nu„merum, verumque & medium (quod ajunt) Solis motum pa„riter indicat. A Luna item ſtylus prodit, ipſius horarum index, „quæ ſcilicet inferius in limbo ipſo majoris orbiculi deſignan„tur, perque lunaris epicyclii tranſiens centrum, ſigniferumque „contingens, medium ſui ſyderis declarat motum: alteri idem „indidem exoriens, lunatiſque centrum corporis, hoc eſt, epi„cyclii oram ſecans, verum ejus locum manifeſtat. Quo fit, ut „& tarditas celeritaſque & motus, curſuſque omnis, & coitus „item, pleniluniaque viſantur. Circum hos orbiculi ſex, quo„rum unus, quem *Draconis caput caudamque* vocant, Solis pariter „Lunæque defectus inſinuat. Reliqui planetis attributi. Quorum „à ſingulis binæ eminent cuſpides motuum indices, perinde at„que in Luna oſtendimus. Sed ei retro quoque gradiuntur, quod „nequaquam in luna uſu venit, utpote cujus in contrarium fe„ratur epicyclios. Ita & conjunctionum, & receſſuum, & la„titudinum ratio in ſingulis manifeſta. Eſt præterea limbus alius, „ſigniferi inſtar, ſex illos quos dixi planetarum orbiculos ſuper„nè ſecans, unde & orientium gradus ſignorum, & dierum „ſpatia, hoc eſt, quota ſol hora exoriatur, apparet. A quibus „ſinguli planetæ orbiculis deferuntur, & viciſſim interdiu qui„dem ad Orientem, noctu vero ad Occaſum commeant. Contra „orbis ipſe ampliſſimus noctu ad Orientem, interdiu ad Occi„dentem, quatuor & viginti horarum ſpatio planetas torquet. „Quæ ſcilicet omnia cum cœlo congruere ipſo, & ratio con„vincit, & peritiſſimus quiſque conſentit. Nec eſt quod mire„ris, incredibilia hæc videri permultis. Quippe (ut eſt apud

Machinulæ admirandæ, in qua ſyderum curſus cum cœli ratione congruens explicatur, inventio & deſcriptio.

„quen-

Anno Christi

,,quendam) *Tarda ſolet magnis rebus inęſſe fides.* Vix ipſi, inquit, ocu-
,,lis credimus, cum hæc quottidie intuemur. Atque adeo cum
,,legerem aliquando tale quiddam fabricatum Archimedem Sy-
,,racuſanum, vacillabat etiam in tanto authore fides. Quam planè
,,hic noſter abſolvit. Et ipſo quidem opere laus omnis inferior
,,eſt; neque enim aliter laudari pro dignitate poteſt, niſi ut omnem
,,illi laudem eſſe imparē fateamur. Ipſum certe artificem dubium
,,eſt, morumne & probitatis, candoriſque & ſanctitatis, an in-
,,genii magis cauſa admiremur, ſic ut & cœlitus demiſſum, & in
,,cœlo ipſo cœlum didiciſſe exiſtimemus.

M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.* *Auſtriacorum potentiæ in Belgio origo.* MAXIMILIANUS I. AUSTRIACUS, IMP.

Fredericum tertium MAXIMILIANUS I. filius in Imperio excepit; & ad clavum Imperii ſedit uſque ad annum Chriſtianum MDXIX. Uxorem is patre vivente duxit Caroli Audacis, Burgundiæ Ducis, Belgarumque Principis, filiam, & hæredem unicam, Mariam. Hac quaſi via in Auſtriacorum familiam nobiliſſimi Burgundiæ & Belgii principatus tranſiere.

Ad ea autem tandem, Deo juvante, hic delati ſumus tempora, quorum res & notiores in vulgus ſunt, & accurate traditæ in plurium Annalibus, iiſque cuivis obviis, offeruntur. Itaque, ut ſperamus, legentium exſpectationi non defuiſſe videbimur, ſi deinceps quædam, compendio perſtringamus, quibuſdam interim, minus cuivis forte, aut non accurate ſatis cognitis, ubi id quidem neceſſe erit, fuſius largiuſque traditis.

Maximiliani balbuties conversa in facundiam.

Fuit Maximilianus filius Frederici III Imp. ex Leonora Eduardi Portugalliæ regis filia, natus anno Chriſti MCCCCLIX. Ab infantia tanta difficultate verba pronunciabat, ut pleriſque ferè mutus videretur. Eam tamen in perfectiore ætate conſecutus eſt facundiam, ut magnæ omnibus eſſet admirationi, cum præter vernaculam linguam in Latinis, Gallicis & Italicis eſſet promptus & expeditus. Præceptore uſus eſt infelice Petro Engelberto, homine indocto & aſpero, de quo poſtea dicere ſolitus eſt: Si nunc præceptor meus viveret, ego eum docerem qua ratione pueri inſtituendi eſſet.

Maximiliani conjux Maria Burgunda.

Anno ætatis XVIII qui fuit annus Chriſti MCCCCLXXVII uxorem duxit Mariam filiam Caroli Burgundi, qui cognomento dictus eſt Audax, ex quo conjugio Burgundici Ducatus hæreditas ad ipſum delata eſt. Vixit cum ea quinquennium. Quo exacto cum equo lapſa fracto femore tractationem loci affecti per verecundiam refugeret, obiit. Poſtea alteram duxit

conjugem Blancam Galeacii Mediolanenſis principis filiam. In regem Romanorum ſuffragiis Electorum electus eſt anno Chriſti MCCCCLXXXVI, ubi in publica renunciatione patrem Fredericum largiſſimas lacrymas profudiſſe tradunt; de quo varia fuerunt ſapientum judicia. Cumque inter alias animi dotes ab Electoribus etiam facundia commendaretur, reſpondiſſe ajunt patrem; Quam facundus ſit, neſcio, ſed, cum annum attigiſſet duodecimum, ipſum aut ſtultum aut mutum fore ſubveritus ſum. Privata ejus vita inculpata fuit, quam in humanioribus literis & pietatis exercitiis tranſegit; inprimis verò Mathematico & Hiſtorico ſtudio fuit delectatus, unde Cuſpiniano, Nauclero, Peutingero, & Iacobo Manlio cauſam præbuit, ut integram hiſtoriarum ſeriem contexerent. Hinc invitati & confirmati alii principes non minore cura hiſtoriarum cognitionem expetiverunt, & eo deducti ſunt, ut publicas ſcholas aperuerint. Ut autem minus litium in Imperio eſſet, & juſtitia in dirimendis controverſiis rectius obſervaretur, in Comitiis Wormatienſibus anno Chriſti MCCCCXCV, ſupremum Cameræ imperialis judicium Spirenſe conſtituit & ordinavit, ut certa quaſi officina eſſet, ad quam, tanquam Amphictyonum judicium, omnes graves cauſſæ deferrentur & decidentur. Bella geſſit plurima, eaque difficilima. Vivo patre prima tirocinia fecit in bellis Belgicis & Sicambricis, quorum initia parum fuerunt læta. Brugenſes enim biennio poſt electionem captum & contumelioſe habitum indigna ſuorum ſupplicia ipſum ſpectare coëgerunt. Belli hujus occaſio hæc fuit. Ludovicus XI Galliæ Rex Burgundiæ Ducatum & Arteſiæ partem, ditionis quondam Caroli Burgundi, ad ſe rapuerat. Itaque Maximilianus hortatu uxoris Mariæ prima belli auſpicia orſus Ludovicum regem bello aggreditur, idque ſatis feliciter, ſiquidem uno die 20000 Francorum parvo exercitu fudit & hoſtem caſtris exuit anno MCCCCLXXXVII. Paucos etiam ante menſes tota Geldria potitus erat. Parta hac victoria Ludovici regis filio Carolo Margaretam filiam deſpondit, atque ita vicinum hoſtem ſibi amicum reddidit. Uxore Maria mortua mutatur Maximiliani fortuna. Nam Philippum filium primogenitum, in ſuam tutelam invito patre acceperunt Flandri, & Margareta unica filia jam in Galliam erat abducta. Cum autem ipſe Maximilianus filii ſui tutorem agere inſtituiſſet, omnes ferè provinciæ, quas ab uxore in dotem acceperat,

Anno Chriſti

Altera conjux Blanca.

Maximilianus fit Rex Romanorū.

Maximiliani privata vita.

Supremæ Spirenſis curia origo.

MCCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

Bellum inter Maximilianū & Ludovicū XI Galliæ regem, quod finitur matrimonio.

Maximiliani fortuna mutatur.

Anno Christi

Maximilianus Brugis captus, à patre liberatus.

ab eo alienatæ ſunt. Hanc injuriam Maximilianus ulturus Brugis a ſubditis ſuis captus eſt, & in domo cujuſdam Pharmacopœæ cuſtoditus. Nobiliores vero ejus aulici in ejus conſpectu a furente plebe capite truncati ſunt. Per novem menſes in captivitate detentus fuit, & tandem a patre Frederico, qui expeditionem contra Flandros ſuſcepit Duce Alberto Saxone, liberatus, ſeditionis autoribus capite plexis & provinciis recuperatis. Poſtea anno Chriſti MCCCCLXXXIX, cum Dux Britanniæ Franciſcus unicam ſuam filiam Annam una cum Ducatu Maximiliano deſpondiſſet, & proceres Angliæ eam per Galliam jam ad ſponſum adducerent, Galliæ Rex Carolus VIII, qui Ducatum illum ſibi deberi putabat, ſponſam contra datam fidem, propter jus ſucceſſionis, intercepit & ſibi conjunxit. Margaretam vero Maximiliani filiam, quam diu pro ſponſa habuerat, patri remiſit. Hinc cum magnum metueretur bellum, Fredericus Maximiliani pater & Comes Palatinus & Helvetii miſſis legatis interceſſerunt, ut res ad tranſactionem deduceretur. Hæc peracta ſunt a Maximiliano dum pater Fredericus adhuc in vivis eſſet. Cœpit Maximilianus poſt obitum patris ſolus imperare anno Chriſti MCCCCXCIV, & imperavit annos XXV, nempe uſque ad annum Chriſti MDXIX. Interea temporis multis quoque & variis bellis fuit implicatus, quæ omnia fuerunt neceſſaria, exceptis illis ad quæ Pontificio fœdere fuit compulſus. Poſteaque a morte Matthiæ Hunniadis, Ungariæ regis, occupatas ab illo urbes Auſtriacas recepit: & minori negotio totum Ungariæ regnum perdomuiſſet, niſi placuiſſet ex pacto id concedere Uladiſlao Bohemiæ regi procerum ſuffragiis expetito, retento ſolo ſucceſſionis jure, ut, deficiente maſcula ſobole Uladiſlai, in ſuos id poſteros devolveretur. In Italicis bellis, quæ admodum funeſta & gravia fuerunt, inimicam crebrius quam propitiam fortunam expertus eſt, omnibus quæ occuparat iterum ademptis, ut tandem copiis in Longobardiam remiſſis ipſe ſubſecutus in Germaniam redierit. Helveticum bellum Maximiliano etiam graviſſimum extitit tunc temporis cum in Geldria bellum gereret anno Chriſti MCCCCXCIX. Helvetiis, partæ libertatis conditiones & detractas domui Auſtriacæ provincias pertinaciſſime tuentibus, Maximilianus ſummis viribus ſeſe opponebat: ſed quod intentabat non aſſequebatur ob gentis ferociam, quæ proſperitate victoriarum magis intumeſcebat. Octies dimi-

Maximiliano eripitur ſponſa Anna Britannica.

MCCCCXCIV. & alii quot ſeqq.

Maximiliani imperium.

Contentio de regno Vngariæ poſt obitū Matthiæ Hunniadis.

Italica bella Maximiliano infelicia.

Helveticum bellum Maximiliano adverſum.

catum eſt majore Maximiliani, quam hoſtium clade, & tandem Baſileæ tranſactione hoc bellum eſt compoſitum, in quo ſupra 20000 hominum abſumpta ſunt. Sic una Helvetia totius imperii impetum ſuſtinuit. Helvetico bello compoſito ad Bavaricum devenit Imperator, quod anno M D IV. cœptum & confectum eſt. Hujus belli cauſſa hæc fuit. Philippus Palatinus Elector nuptias filiæ Georgii Divitis, Bavariæ Ducis, filio ſuo Ruperto conciliaverat, cui Georgius ſocer ex pacto dotis loco, præter omnem aliam ſplendidiſſimam ſupellectilem, legavit etiam eam Bavariæ partem, quam ex hæreditate tenebat. Cum autem teſtamentum hoc non ſolum contra leges Imperii eſſet ſcriptum, ſed etiam in fraudem Alberti Bavariæ Ducis, & hic querelam inſtitueret apud Imperatorem, noluit Imperator ut teſtamentum eſſet ratum. Poſt Georgii mortem Rupertus gener cum hæreditatem eſſet aditurus, ei ſeſe oppoſuit Albertus. Interpoſuit ſuam autoritatem Imperator, ut certis conditionibus litem dirimeret. Quas cum pertinaciter recuſaret Philippus Palatinus Elector, & ob hanc cauſam ab Imperatore proſcriberetur, bellum hinc ortum eſt, in quo fermè contrita fuit Palatina familia, & Rupertus una cum conjuge veneno ſublatus. Tandem pax quaſi facta eſt inter Imperatorem & Philippum Palatinum, operam ſuam gnaviter adhibente Frederico Saxoniæ Electore, ut Palatinus ſupplex veniam impetraret. Bavarico bello finito aliud in Italia exortum eſt contra Venetos, quorum potentia eo uſque excreverat, ut jam viderentur totius Italiæ domini, cum ex aliorum ruina ſuam ditionem amplificaſſent. Hic faſtus ut retunderetur, Julii Pontificis conſilium fuit, communi auxilio & conjunctis armis repetenda eſſe quæ Veneti Imperio ademiſſent. Conſpirarunt Cæſar Maximilianus, qui ad hoc bellum eo facilius fuit impulſus, quod Veneti ipſi, Romam coronationis gratia profecturo, tutum tranſitum denegaſſent, Julius Pontifex, Ludovicus XII Galliæ Rex, Ferdinandus Hiſpanus, Alphonſus Ferrarienſis. Confœderatio facta eſt Cameraci anno M D VIII, & fuit hoc bellum decennale. Memorabile eſt quod referunt de Rodolpho Principe Anhaltino ex ſtirpe Aſcania, qui fuit a partibus Maximiliani. Hic receptis Vincentia, Verona & Patavio, cum a Bartholomæo Liviano, Venetorum Duce, circumventus eſſet, ut elabi non poſſe videretur, Livianus, quaſi jam in manibus victoriam haberet, Venetos ad

Anno Chriſti

Bavaricum bellum.

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

Bellum contra Venetos.

Conſpiratio contra Venetos.

Livianus Venetorum Dux triumphat ante victoriam.

Anno Christi MCCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

ſpectandam Germanorum lanienam voluptatis gratia evocavit. Sed Anhaltinus ita pugnavit ut Veneto exercitu provida irruptione, ſed impetu vehementi, diſſipato & conciſo victoriam reportarit glorioſiſſimam, & Imperatori Vincentiam, Veronam & Patavium recuperarit. Quę tamen urbes, Anhaltino veneno extincto, ad Venetos perfidè redierunt. Sed & Galliæ Rex, devictis Venetis & capto Liviano, Cremonenſes, Bergomates & Brixianos in ditionem accepit, Julius Pontifex Ariminum, Faventiam, Cerviam & Ravennam. Fracta Venetorum potentia pacem a Julio Pontifice ſupplices petiverunt & impetrarunt ea conditione, ſi Galli & Germani tota Italia exturbentur. Imperat Pontifex Alphonſo Ferrarienſi ut arma deponeret, ſed fruſtra. Perſtitit enim in fide & amicitia Gallorum, Gallis viciſſim ei auxilium præſtantibus. Adimitur Pontifici Bononia; quare Pontifex in furorem actus ad arma rurſus concitavit fermè totam Europam. Evibratur in Ludovicum Gallum anathematis fulmen. Quod tamen ille contempſit. Conjunguntur cum Pontifice Veneti, Helvetii, Ferdinandus Hiſpanus, & Henricus Angliæ Rex, qui a tergo Galliam invaſit ut Ludovicum domi retineret. Committitur prœlium ad Ravennam tanto pugnantium ardore ut Galli victores maximam partem Pontificii exercitus trucidarint, anno MDXII. Ceciderunt in Pontificis exercitu 16000. Occubuit etiam ipſe Gallorum Dux Gaſto Foſſejus, ſorore Ludovici genitus. Imperator audito hujus prælii nuncio ſuas copias a Gallo abduxit, & fœdere cum Anglo & Hiſpano inito Gallum domi novo bello implicavit; ex quo Pontifex Bononiam recepit, Maximilianus Sfortia in Mediolanenſem principatum rediit, & Medicei Florentia iterum potiti ſunt. Videre hic licet incertam fœderum fidem & temerariorum bellorum triſtes eventus. Sed ne ſic quidem Italia tranquilla eſſe potuit. Nam ſucceſſor Julii Leo X. Pontifex Sfortiæ Placentiam & Parmam extorſit, ut ſcilicet Pontificium imperium proferret. Ludovicus vero Gallus & Ferdinandus Hiſpanus mutatis voluntatibus & pace occulte facta ut neuter alterum impediret, hoc egerunt, ut Hiſpanus Cantabriæ regnum confirmaret, Gallus Mediolanum repeteret. Anno Chriſti MDXVIII, Cæſar Comitia Auguſtæ celebravit præſentibus cunctis Electoribus, in quibus de bello Turcico actum eſt. Selymus enim Sultanorum

Venetorum potentia atteritur.

Iulius II Pontifex movet bellum contra Ludovicum XII, Galliæ regem.

Leo X, Papa contra Sfortiã.

Pactum inter Gallum & Hiſpanum.

Comitia Auguſtana in quibus de bello Turcico, aliiſque actum.

regno deſtructo regibus orbis Chriſtiani magnum terrorem incuſſerat. Commendavit & nepotem Carolum Principibus, ut ſe mortuo, ejus in electione rationem haberent. Actum etiam eſt de Lutheri negotio, & ſcripſit Maximilianus ad Pontificem, ut malo in Eccleſia naſcenti maturè remedium quæreret; ſe ſua opera ipſi non defuturum. Auguſta profectus Oenipontem, febre correptus eſt, & cum transferri ſe Velſam curaſſet, accedente ex virium reſolutione alvi profluvio, exſpiravit anno Chriſti M D X I X, die X I I Januarii, anno ætatis L I X, imperii X X V. Uxores habuit duas, primam Mariam Caroli Audacis, Burgundiæ Ducis, filiam unicam, cujus matrimonii occaſione Burgundica domus ad Auſtriacam familiam tranſiit. Ex hac Maria ſuſcepit filium Philippum, qui uxorem duxit Ioannam Ferdinandi Hiſpani filiam, & ſic Hiſpaniæ Rex factus eſt; ſed vivo patre Maximiliano & ſocero Ferdinando in vivis eſſe deſiit cum eſſet annorum X X V I I I, relictis ex conjuge duobus filiis Carolo & Ferdinando, & filiabus quatuor. Suſcepit etiam Maximilianus Imp. ex eadem Maria conjuge filiam Margaretam, connubiis infelicem. Deſponſata enim Carolo V I I I Galliæ regi, & in aula Francica educata, ubi ſponſus adoleviſſet, repudiata & patri remiſſa eſt, propterea quod Carolus animum adjeciſſet ad Annam Boloniam, Franciſci ultimi Britanniæ Ducis unicam filiam, & hæredem, quam etiam, licet Maximiliano Imperatori promiſſam, & jam ad ſponſum deducendam, in itinere rapuit, & in Galliam ſecum traduxit, ut ſcilicet hac ratione jus ſucceſſionis in Britanniæ Ducatu ſibi acquireret, ut alibi alii meminere. Poſtea hæc Margareta nupſit Carolo, Arragoniæ Principi, qui ante nuptias obiit. Tertio Philippo Sabaudo, ſed fortuna non meliore. Altera Maximiliani conjunx fuit Blanca Maria, Galeacii Mediolanenſis filia, Ioannis Galeacii ſoror, ex qua nulla ei ſoboles nata eſt. Notanda hæc ſunt ut intelligatur, quo pacto Ducatus Burgundiæ, & regna Hiſpanum, Siculum, & Neapolitanum domui Auſtriacæ ſint acquiſita.

Anno Chriſti M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

Maximiliani obitus.

Burgundica domus quomodo ad Auſtriacam tranſierit.

Philippus, Maximiliani filius, Rex Hiſpaniæ ex matrimonio factus mox obiit, relictis filiis Carolo & Ferdinando.

Margareta Maximiliani filia connubiis infelix.

Exſtat & legitur hodieque Oeniponte, in Aula nova, Maximiliani hujus Epitaphium, quod cum velut breviarium quoddam ſit geſtarum ab eo rerum, inter ſchedas noſtras repertum hoc loco exhibendum judicavimus.

Anno Christi

IMPERATORI CÆS. MAXIMILIANO, PIO, FELICI, AUGUSTO, PRINCIPI TUM PACIS, TUM BELLI ARTIBUS OMNIUM ÆTATIS SUÆ REGUM LONGE CLARISSIMO; SUB CUIUS FELICI IMPERIO INCLITA GERMANIA, DULCISSIMA IPSIUS PATRIA, TAM ARMIS, QUAM LITTERARUM STUDIIS, PLUS QUAM ANTEHAC FLORERE, CAPUTQUE SUPER ALIAS NATIONES EXTOLLERE COEPIT. CUIUS INSIGNIA FACTA, TABELLIS INFERIORIBUS, QUAMVIS SUB COMPENDIO, EXPRESSA CONSPICIUNTUR.

Breviarium rerum à Maximiliano Imp. geſtarum.

IMPERATOR CÆSAR FERDINANDUS, PIUS, FELIX, AUGUSTUS, AVO PATERNO PLUS QUAM COLENDO AC BENEMERITO, PIETATIS ATQUE GRATITUDINIS ERGO P.

NATUS EST XXVII. MARTII. ANNO DOMINI CCCC. LIX. ANNO DOMINI M. D. XIX. XI. MENSIS JANUARII.

Tabularum inſcriptiones & hiſtoriarum deſcriptiones ſunt ſequentes:

Mcccc xciv. *& aliquot ſeqq.*

I.

Matrimonio cum Maria potentiſſimi Burgundionum Ducis Caroli filia contracto, opulentiſſimæ Belgarum Sequanorumque ditiones Auſtriacæ domui adjectæ.

II.

Fuſo ad Guynegatam vicum Gallorum, qui ex triginta millibus hominum conſtabat, exercitu, magna pars Hannoniæ, una cum Imperiali urbe Cameraco, recepta.

III.

Atrebatum, Arteſiæ metropolis, quæ antea Gallorum armis ceſſerat, egregio ſtratagemate per nocturnas inſidias, deceptis hoſtium cuſtodiis, in poteſtatem redacta.

IV.

Vivente adhuc patre Frederico III Imperatore, à Sacri Rom. Imperii Electoribus in regem Rom. unanimiter electus, ac paulo poſt Aquiſgrani, adhibitis rite ceremoniis, coronatus.

V.

Junctis cum patruele Sigiſmundo armis Roveretum oppidum expugnatum, ac Venetorum copiæ una cum duce Roberto Sanſeverino ad vicum Collianum deletæ.

VI.

Vniverſa inferioris Auſtriæ provincia, quæ una cum metropoli Vienna in poteſtatem Matthiæ Corvini, incluti Hungariæ regis, devenerat, intra trium menſium ſpatium recuperata. *Anno Chriſti*

VII.

Alba Regalis, urbs nobiliſſima, in qua reges Hungariæ & inaugurari & ſepeliri ſolent, valido exercitu cincta & expugnata, ingenſque illi regno terror illatus.

VIII.

Facta cum Carolo octavo, Gallorum rege, pace, Margareta filia una cum opulentiſſimis Burgundiæ ac Arteſiæ Comitatibus, ante tempus à Ludovico XI occupatis, recepta. *Breviarium rerum à Maximiliano Imp. geſtarum.*

IX.

Turcarum ingens multitudo, quæ in Croatia & Sclavonia cuncta ferro & igne vaſtaverat, ſolius ipſius auſpiciis, ac aliorum ope nequicquam implorata, inde ejecta.

X.

Fœdus cum Alexandro VI Pontifice Maximo, Senatu Veneto, ac Ludovico Sfortia initum, quo mediante Carolus VIII Gallorum Rex, regnum Neapolitanum, à ſe ſubjugatum, deſerere ac domum redire coactus. M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

XI.

Ducta in matrimonium Blanca Maria, principis Mediolani filia, receptoque à Lud. Sfortia fidei juramento, Ducatus Mediolani ad Imperii obedientiam ſine ſanguine reductus.

XII.

Conciliatis inter filium ſuum Philippum, ac inclytorum regum Ferdinandi & Eliſabethæ filiam Ioannam nuptiis, ad ampliſſimorum Hiſpaniæ regnorum ſucceſſionem aditus poſteris ipſius apertus.

XIII.

Bohemi, qui ſororium ipſius Albertum Bavariæ Ducem mercede conducti oppugnatum advenerant, memorabili prælio, prope urbem Ratiſbonam, plurimis illorum interfectis, ſuperati.

XIV.

Kueſſtainio & Geroltzeckio, munitiſſimis arcibus, expugnatis, ſeptenæ inſignes Præfecturæ ditioni Auſtriacæ partim adjectæ, partim quaſi poſtliminio quodam reſtitutæ.

XV.

Arnhemio, quod primarium Geldriæ oppidum eſt, capto Carolo, Duce

Anno Chriſti

Geldriæ, qui Gallorum partes ſecutus rebus in inferiori Germania novandis ſemper ſtuduerat, pax ſupplici data.

XVI.

Percuſſo cum Iulio XI. Pontifice Maximo ac Hiſpaniarum & Galliæ regibus fœdere, Veneti tota propemodum continenti, quam in Italia poſſidebant, depulſi, & ad ſummam rerum deſperationem adacti.

XVII.

Breviarium rerum à Maximiliano Imp. geſtarum.

Inſignes Venetorum urbes, Patavium, Verona, Vicentia, una cum magna Fori Iulii parte, in poteſtatem redactæ; Brixia vero auxiliaribus Gallorum armis expugnata.

XVIII.

Societate cum Iulio Pontifice & pagis Helvetiorum contracta, Galli penitus Italia ejecti, Maximilianuſque Sfortia, tot jam annis exul, paterno Inſubriæ principatui reſtitutus.

XIX.

Iunctis cum Henrico VIII, Anglorum rege, viribus, iterum ad vicum Guynegatam, locum antiqua Cæſaris victoria fatalem, inſigni prælio profligatus Gallorum exercitus.

MCCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

XX.

Terouana Morinorum exciſa, Tornacum vero, priſca bellicoſi ac fortiſſimi Nerviorum populi gloriâ inſignis civitas, poſt levem oppugnationem in fidem accepta.

XXI.

Bartholomæus Livianus, excelſi nominis Dux, cum ingenti Venetarum copiarum apparatu à parva Cæſareanorum militum Germanorum ac Hiſpanorum manu prope Vicentiam fuſus & fugatus.

XXII.

Maranum oppidum aſtu captum, obſidentibuſque id paulo poſt Venetis, eruptione inde facta, cum Paulo Manfronno, & Balthaſare Scipione, acerrimis hoſtium ducibus, feliciter pugnatum.

XXIII.

Conventu cum Hungariæ ac Poloniæ regibus Viennæ habito, contractiſque hinc inde matrimoniis, nepotibus ipſius via acquirendis ampliſſimis Hungariæ ac Bohemiæ regnis ſtrata.

XXIV.

Vrbs Verona opera Marci Antonii Columnæ, ſubmiſſiſque per Guilielmum Roggendorffium commeatu & ſubſidiis, adverſus immenſam vim oppugnantium Gallorum & Venetorum ſtrenue defenſa eſt.

Anno Chriſti

Inſignia inprimis hæc tempora ſunt magnorum illuſtriumque ingeniorum, inprimis Eraſmi Roterodami, & Martini Lutheri exortu; quorum uterque animo maximo; & auſu prope incredibili, Scholas & Eccleſias Chriſtianas quaſi purgare, & Monachorum incomparabili nunc inſcitiæ ineptiiſque bellum inferre, & quidem feliciſſime, aggreſſus eſt. Erat autem hæc ætas, qua inaudita hactenus omnium & linguarum & bonarum artium ignorantia non amabatur tantum, ſed & colebatur. Vix quidquam jam reliquum erat veteris aut caſtigatæ illius diſciplinæ, aut ſapientiæ ac doctrinæ. Monachorum inſcitiæ imperium ubique erat & principatus. Sacra omnia & profana cum neſcirent, omnium tamen ſcientiam ambitioſe ſibi arrogabant. Ignorantia, fœda ſuperſtitio, ambones, ſubſellia, & tribunalia ubique occupabant. Monſtra indies majora alebat edebatque non jam Africa, ſed Europa. Herculeo auſu & cœleſtiſſimo quodam, ut ille loquitur, inſtinctu opus fuit, ut debellarentur; ut Eccleſiæ, ut ingeniorum palæſtris, honos ſuus, & laudatiſſimis veterum ſcriptorum monumentis lux tandem ac dies redderentur. Duo magni illi, quorum jam meminimus, viri haud dubie reddidere.

Inſignia hæc tempora illuſtrium ingeniorum, inprimis ERASMI, & LUTHERI, *exortu.*

MCCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

Eraſmum quod attinet, Roterodami natus eſt anno MCCCCLXVII. Patrem habuit Gerardum Sevenbergenſem, matrem Margaretam, Petri Medici filiam. Pater, cui uxorem ducere per parentes non licebat, ſacris initiatus eſt; tantæque in dicendis concionibus facundiæ fuiſſe perhibetur, ut *Praet* vulgo nominaretur. Deſiderius Eraſmus prima ſtudiorum tyrocinia Trajecti, & deinde Daventriæ, egit. Parentibus mortuis, Canonicis Regularibus in Syon prope Delfos in diſciplinam traditur. Unde in Steynenſe ejus Ordinis prope Goudam cœnobium conceſſit; ubi præter humaniorum literarum, quas ſub Cornelio Aurelio gnaviter proſequebatur, pingendi artem etiam addidicit. Imago Chriſti crucifixi, ab Eraſmo depicta, olim in Cornelii Muſii Delfenſis Muſæo videbatur, cum hac ſubſcriptione:

Eraſmi vita, merita, & elogium.

Hæc Deſiderius, ne ſpernas, pinxit Eraſmus;
Olim in Steynæo quando latebat agro.

Mox curſu ſtudiorum abſoluto, ſcriptiſque in vulgus editis tantam eruditionis & virtutis famam eſt conſecutus, ut a Regibus & Principibus in Germaniam, Italiam, Angliam, aliaſque Europæ

Anno Chriſti

regiones magnis præmiis ſit evocatus. Eruditionis & diligentiæ fuit inexhauſtæ. Tantum egregiorum librorum condidit, ut merito de ipſo, quod olim de Togatorum doctiſſimo, dici poſſit; tantum eum ſcripſiſſe ut nihil videatur potuiſſe legere, tantum legiſſe, ut nihil videatur potuiſſe ſcribere. Sed continere me non poſſum quin Franciſci Irenici elogium ex Lib. II. Cap. XXXVIII. Germaniæ Exegeſeos petitum his attexam. Utriuſque linguæ du-

Eraſmi vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

,,catus Eraſmo procul omni dubio conſenſu eruditorum delatus
,,eſt; quem virtute dicendi, in quâ eminentiſſimus eſt, pauci pri-
,,ſcorum ſuperaverunt. Tot enim in uno illo viro diſciplinarum
,,divitiæ, & ſingulari huic tot ſcientiarum ſpecies exuberant,
,,quot diverſæ hominibus diverſis conceſſæ fuerunt; ut plures ho-
,,mines unus Eraſmus, ob pluralitatem curarum, ſubiiſſe videa-
,,tur. Et, quod longe pulcherrimum eſt, nullius diſciplinæ præ-
,,ſtantia, ob felicitatem alterius, in illo inclinatur, nec quod uni
,,impenditur, alteri derogatur; verum pari ſemper trutina libra-
,,tum per ſe unumquodque, ac ſi homini ſingulari contigiſſet,

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

,,valet, ac meretur. Inter recentiores paucos continet ille acceſ-
,,ſores, pauciores τῶν ὁμόφρονας, pauciſſimos aut nullos ſupe-
,,riores. Facultatem ille, quam pauci attigerunt, arripuit, fuci
,,omnis impatientem, ac profuſioris lenocinii penitus negligen-
,,tem; verum adeo liberam, expolitam, adeo abſolutam, ut hæc
,,ſemper ſuo tenore profluens, ſuo curſu nitatur, ac feſtivitate ejus
,,in lectoris animum deſcendens, oppugnantes ducat, commo-
,,veat. Hujus numeri ſemper ſibi ſimiles, pares ac integri, pro-
,,vehuntur, lectorem invitant, invitatum detinent, detentum æter-
,,no vinculo ſibi devinciunt. Stylus vero ejus eſt tam effuſus, can-
,,didus, luculentus, ita proprius, ut κατ' ὀνοματοποιΐαν cuilibet ma-
,,teriæ verba adeo accommodet, ita cuilibet rei ſuam reddat di-
,,gnitatem, ut ad fingendam orationi venerem, nemo magis aptior,
,,nemo promtior eo habeatur. Ego puerorum ingeniis tunc pre-
,,tium affuturum putarem, ut ſi Veneri Eraſmicæ traderentur, pe-
,,nituſque dederentur, ad quæcunque ſtudia alenda comptiores
,,efficerentur. Tanta enim in Eraſmo meo, imo veſtro, emi-
,,nentia virtutis oratoriæ ſurgit, ut tam in foro, quam ludis litte-
,,rariis probaretur, nec juvenum nec ſenum ingenia formidaret.

Eraſmus, a Maria Hungarorum regina in Brabantiam evocatus, anno MDXXXVI, magno publici egregii damno, vitam cum

morte commutavit, annos natus LXX. Nemini eruditorum epitaphia plura ſcripta ſunt, quam iſti. Vitam ejus Beatus Rhenanus, ſcriptorum ſyllabum Conradus Coclenius & Hadrianus Barlandûs, vorſa ille, hic proſa oratione, conſignarunt. Monumentum poſitum ipſi Baſileæ, & ſtatua ærea Roterodami in foro; cum hac inſcriptione;

Eraſmi vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

ERASMUS. NATUS
ROTERODAMI
OCTOB. XXVIII.
ANNO M. IV^C. LXVII
OBIIT BASILEÆ
XII JULII, ANNO
M. D. XXXVI.

Epitaphium ejus hoc legitur Baſileæ;

MCCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

CHRISTO SERVATORI S.
DES. ERASMO ROTERODAMO,
VIRO

OMNIBUS MODIS MAXIMO, CUIUS INCOMPARABILEM IN OMNI DISCIPLINARUM GENERE ERUDITIONEM, PARI CONJUNCTAM PRUDENTIA, POSTERI ET ADMIRABUNTUR ET PRÆDICABUNT; BONIFACIUS AMERBACHIÛS, HIE. FROBENIUS, NIC. EPISCOPIUS, HÆREDES ET NUNCUPATI SUPREMÆ SUÆ VOLUNTATIS VINDICES, PATRONO OPTIMO NON MEMORIÆ, QUAM IMMORTALEM SIBI EDITIS LUCUBRATIONIBUS COMPARAVIT, IIS TANTISPER DUM ORBIS TERRARUM STABIT SUPERFUTURO, AC ERUDITIS UBIQUE GENTIUM COLLOQUUTURO, SED CORPORIS MORTALIS, QUO RECONDITUM SIT, ERGO HOC SAXUM POSUERE.

MORTUUS EST 4. EID. JUL.
JAM SEPTUAGENARIUS ANN. A CHRISTO NATO
M. D. XXXVI.

Anno Chriſti

Admirandam ſtupendamque viri eruditionem maxima illius ætatis aliorum inſcitia arguit. Quos eruditos & ſapientes illa habuit, Eraſmus fecit.

De Martino etiam Luthero, Heroë incomparabili, nunc dicendum eſt. Dicemus autem optimâ fide, ſequuturi Philippi Melanthonis, oculati & auriti plerorumque teſtis, viri & doctiſſimi & candidiſſimi, & modeſtiſſimi, auctoritatem, cujus Hiſtoria de vita & actis Lutheri in Bibliotheca noſtra exſtat. Ita autem illa habet;

Lutheri vita; merita, & elogium.

„ Vetus familia eſt, & late propagata mediocrium hominum, „cognomine Luther, in ditione inclytorum Comitum Mansfel„denſium. Parentes vero Martini Lutheri primum in oppido „Iſleben, ubi Martinus Lutherus natus eſt, domicilium habue„runt, deinde migrarunt in oppidum Mansfeld, ubi pater Ioan„nes Lutherus & Magiſtratus geſſit, & propter integritatem o„mnibus bonis viris cariſſimus fuit.

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

„ In matre Margareta, conjuge Ioannis Lutheri, cum cæteræ „erant virtutes honeſtæ matronæ convenientes, tum vero præci„pue lucebant pudicitia, timor Dei, & invocatio, intuebanturque in eam cæteræ honeſtæ mulieres, ut in exemplar virtutum. „Hæc mihi aliquoties interroganti de tempore, quo filius natus „eſt, reſpondit, diem & horam ſe certo meminiſſe, ſed de anno „dubitare. Adfirmabat autem natum eſſe die decimo Novem„bris, nocte poſt horam undecimam, ac nomen Martini attribu„tum infanti, quod dies proximus, quo infans per baptiſmum „Eccleſiæ Dei inſertus eſt, Martino dicatus fuiſſet. Sed frater „ejus Iacobus, vir honeſtus & integer, opinionem familiæ de æta„te fratris hanc fuiſſe dicebat, natum eſſe anno a natali Chriſti „MCCCCLXXXIII.

„ Poſtquam ætas doctrinæ capax fuit, parentes filium Marti„num ad agnitionem & timorem Dei, & aliarum virtutum offi„cia domeſtica inſtitutione diligenter adſuefecerunt, &, ut eſt „conſuetudo honeſtorum hominum, curaverunt ut literas diſce„ret: geſtavitque in ludum literarium adhuc parvulum Georgii „Æmilii pater, qui cum adhuc vivat, teſtis hujus narrationis eſſe „poteſt.

„ Florebant autem eo tempore Scholæ Grammaticæ in Saxo„nicis urbibus mediocriter; quare cum Martinus ingreſſus eſſet

„an-

„annum quartum decimum, una cum Ioanne Reineck, cujus „poſtea virtus fuit excellens, & virtute parta autoritas in his „regionibus magna, Magdeburgum miſſus eſt, fuitque mutuà „benevolentia inter hos duos, Lutherum & Reineckum, ſemper „eximia, ſeu ab aliquo naturæ conſenſu, ſeu ab illa puerilium „ſtudiorum ſocietate orta; nec tamen diutius anno manſit Lu„therus Magdeburgi. *Anno Chriſti*

„Deinde in ſchola Iſennacenſi quadriennio audivit præce„ptorem rectius & dexterius tradentem Grammaticen, quam „alibi tradebatur: nam hujus ingenium memini a Luthero lau„dari. In eam autem urbem miſſus eſt, quod mater in iis locis, „honeſta & veteri familia nata fuerat. Hic abſolvit Grammaticum „ſtudium. Cumque & vis ingenii acerrima eſſet, & imprimis ad „eloquentiam idonea, celeriter æqualibus ſuis præcurrit, & ver„bis & copia ſermonis in loquendo, & in ſcribenda ſoluta ora„tione, & verſibus cæteros adoleſcentes, qui una diſcebant, fa„cile vicit. *Lutheri vita, merita, & elogium.*

„Deguſtata igitur literarum dulcedine, natura flagrans cupidi„tate diſcendi, appetit Academiam, tanquam fontem omnium „doctrinarum. Et omnes artes ordine percipere tanta vis inge„nii potuiſſet, ſi doctores idoneos inveniſſet, & fortaſſis ad le„niendam vehementiam naturæ mitiora ſtudia veræ Philoſophiæ, „& cura formandæ orationis profuiſſent; ſed incidit Erphordiæ „in ejus ætatis Dialecticen ſatis ſpinoſam, quam, cum ſagacitate „ingenii præceptionum cauſas & fontes melius quam cæteri per„ſpiceret, cito arripuit. *M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.*

„Cumque mens avida doctrinæ plura & meliora requireret, „legit ipſe pleraque veterum Latinorum ſcriptorum monumenta, „Ciceronis, Virgilii, Livii, & aliorum. Hæc legebat, non ut „pueri, verba tantum excerpentes, ſed ut humanæ vitæ doctri„nam, aut imagines. Quare & conſilia horum ſcriptorum & ſen„tentias propius aſpiciebat, & ut erat memoria fideli & firma, „pleraque ei lecta & audita in conſpectu & ob oculos erant. „Sic igitur in juventute eminebat, ut toti Academiæ Lutheri in„genium admirationi eſſet.

„Ornatus igitur gradu Magiſterii Philoſophici, cum natus „eſſet annum XX. de conſilio propinquorum, quia hanc tantam „vim ingenii & facundiam judicabant in lucem & ad Rempubl.

 „edu-

Anno Christi

,,educendam eſſe, inchoat Juris ſtudium. Sed brevi poſt, cum natus eſſet annum unum & viceſimum, ſubito præter parentum & propinquorum opinionem, venit ad Collegium Monachorum Auguſtinianorum Erphordiæ, ſeque recipi petit. Receptus jam non ſolum acerrimo ſtudio doctrinam Eccleſiæ diſcit, ſed etiam ſumma diſciplinæ ſeveritate ſe ipſe regit, & omnibus exercitiis lectionum, diſputationum, jejuniorum, precum, omnes longe ſuperat. Erat autem natura, quæ ſæpe miratus ſum, in corpore nec parvo, nec imbecilli, valde modici cibi & potus. Vidi continuis quatuor diebus, cum quidem recte valeret, prorſus nihil edentem aut bibentem; vidi ſæpe alias multis diebus quotidie exiguo pane & halece contentum eſſe.

Lutheri vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

,,Occaſio autem ingrediendi illud vitæ genus, quod pietati & ſtudiis doctrinæ de Deo exiſtimavit eſſe convenientius, hæc fuit; ut ipſe narrabat, & ut multi norunt. Sæpe enim cogitantem attentius de ira Dei, aut de mirandis pœnarum exemplis, ſubito tanti terrores concutiebant, ut penè exanimaretur. Ac vidi ipſe, cum in quadam doctrinæ diſputatione propter intentionem conſternatus, in vicino cubiculo ſe in lectum collocavit, ubi hanc ſententiam crebro repetitam miſcuit invocationi, Concluſit omnes ſub peccatum, ut omnium miſereatur. Hos terrores ſeu primum, ſeu acerrimos ſenſit eo anno, cum ſodalem, neſcio quo caſu interfectum, amiſiſſet.

MCCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

,,Non igitur paupertas, ſed ſtudium pietatis eum in illud vitæ Monaſticæ genus induxit. In quo etſi doctrinam in ſcholis uſitatam quotidie diſcebat, & Sententiarios legebat, & in diſputationibus publicis labyrinthos, aliis inextricabiles, diſerte multis admirantibus, explicabat, tamen, quia in eo vitæ genere non famam ingenii, ſed alimenta pietatis quærebat, hæc ſtudia tanquam parerga tractabat, & facile arripiebat illas Scholaſticas methodos. Interea fontes doctrinæ cœleſtis avide legebat ipſe, ſcilicet ſcripta Prophetica & Apoſtolica, ut mentem ſuam de Dei voluntate erudiret, & firmis teſtimoniis aleret timorem & fidem. Hoc ſtudium ut magis expeteret, illis ſuis doloribus & pavoribus movebatur.

,,Et ſenis cujuſdam ſermonibus in Auguſtiniano Collegio Erphordiæ ſæpe ſe confirmatum eſſe narrabat; cui cum conſternationes ſuas exponeret, audivit eum de fide multa diſſerentem,

Anno Christi

,,ſeque deductum ajebat ad Symbolum, in quo dicitur: Credo ,,remiſſionem peccatorum. Hunc articulum ſic ille interpretatus ,,erat; non ſolum in genere credendum eſſe; aliquibus remitti, ut ,,& dæmones credunt Davidi aut Petro remitti, ſed mandatum ,,Dei eſſe, ut ſinguli hominum remitti nobis peccata credamus. ,,Et hanc interpretationem confirmatam dicebat Bernardi dicto, ,,monſtratumque locum in concione de Annunciatione, ubi hæc ,,ſunt verba: Sed adde ut credas & hoc, quod per ipſum peccata ,,TIBI donantur. Hoc eſt teſtimonium quod perhibet Spiritus ,,Sanctus in corde tuo, dicens: Remiſſa ſunt tibi peccata tua. Sic ,,enim arbitratur Apoſtolus, Gratis juſtificari hominem per ,,fidem.

Lutheri vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

,,Hac ſe voce non ſolum confirmatum eſſe Lutherus dicebat, ,,ſed commonefactum etiam de tota Pauli ſententia, qui toties in-,,culcat hoc dictum; Fide juſtificamur. De quo, cum multorum ,,expoſitiones legiſſet, tunc & ex hujus ſermonibus & ſuæ mentis ,,conſolatione animadvertiſſe, interpretationum, quæ tunc in ,,manibus erant, vanitatem. Paulatim legenti & conferenti dicta ,,& exempla, in Prophetis & Apoſtolis recitata, & in quotidiana ,,invocatione excitanti fidem, plus lucis acceſſit.

M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

,,Tunc & Auguſtini libros legere cœpit; ubi & in Pſalmorum ,,enarratione, & in libro de Spiritu & litera, multas perſpicuas ,,ſententias reperit, quæ confirmabant hanc de fide doctrinam, & ,,conſolationem, quæ in ipſius pectore accenſa erat. Nec tamen ,,prorſus reliquit Sententiarios. Gabrielem & Cameracenſem ,,penè ad verbum memoriter recitare poterat. Diu multumque ,,legit ſcripta Occami. Hujus acumen anteferebat Thomæ & ,,Scoto. Diligenter & Gerſonem legerat. Sed omnia Auguſtini ,,monumenta & ſæpe legerat, & optime meminerat.

,,Hoc acerrimum ſtudium inchoavit Erphordiæ, in cujus ur-,,bis Collegio Auguſtiniano commoratus eſt annos quatuor.

,,Eo autem tempore, quia reverendus vir Staupicius, qui ex-,,ordia Academiæ Wittebergenſis adjuverat, ſtudium Theologi-,,cum in recenti Academia excitare cupiebat, cum ingenium & ,,eruditionem Lutheri conſideraſſet, traducit eum Wittebergam ,,anno M D VIII. cum jam ageret annum viceſimum ſextum. Hic ,,inter quotidiana exercitia Scholæ & concionum, magis etiam ,,lucere ejus ingenium cœpit. Cumque eum attente audirent

,,viri

Anno Christi

„viri ſapientes, Doctor Martinus Mellerſtadius & alii. Sæpe „dixit Mellerſtadius, tantam eſſe vim ingenii in hoc viro, ut „plane præſagiret mutaturum eſſe vulgare doctrinæ genus, quod „tunc in ſcholis unicum tradebatur.

„Hic primum Dialecticen & Phyſicen Ariſtotelis enarravit. „Interea tamen ſuum illud ſtudium legendi ſcripta Theologica „non omittens. Poſt triennium Romam profectus propter Mo„nachorum controverſias, cum eodem anno reverſus eſſet, uſi„tato more ſcholarum, Duce Saxoniæ Electore Frederico præ„bente ſumptus, ornatus eſt gradu Doctorum, ut uſitate loqui„mur. Audierat enim concionantem, & vim ingenii, & nervos „orationis, ac rerum bonitatem expoſitarum in concionibus, „admiratus fuerat. Et, ut quadam quaſi maturitate judicii videas „gradum ei Doctorum attributum eſſe, ſcias fuiſſe eum annum „ætatis Lutheri tricesſimum. Ipſe narrabat, ſibi admodum defu„gienti & recuſanti mandatum eſſe a Staupicio, ut hoc gradu or„nari ſe fineret; cumque per jocum dixiſſe, multum negotio„rum Deo jam in Eccleſia fore, ad quæ ipſius uſurus eſſet opera. „Cui voci, etſi joco tunc emiſſa eſt, tamen eventus reſpondit, ut „multa præcedunt mutationes præſagia.

Lutheri vita, merita, & elogium.

M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

„Poſtea enarrare Epiſtolam ad Romanos cœpit, deinde Pſal„mos. Hæc ſcripta ſic illuſtravit, ut, poſt longam & obſcuram „noctem, nova doctrinæ lux oriri videretur, omnium piorum „& prudentum judicio. Hic monſtravit Legis & Euangelii diſcri„men, hic refutavit errorem, qui tunc in ſcholis & concionibus „regnabat, qui docet, mereri homines remiſſionem peccatorum „propriis operibus, & homines coram Deo juſtos eſſe diſcipli„na, ut Phariſæi docuerunt. Revocavit igitur Lutherus homi„num mentes ad filium Dei, & ut Baptiſta monſtravit Agnum „Dei, qui tulit peccata noſtra, oſtendit, gratis propter filium „Dei remitti peccata, & quidem oportere id beneficium fide ac„cipi. Illuſtravit & cæteras partes doctrinæ Eccleſiaſticæ.

„Hæc ei exordia rerum optimarum magnam autoritatem cir„cumdederunt, præſertim cum mores congruerent cum oratio„ne docentis, videreturque oratio non in labris naſci, ſed in „pectore. Hæc vitæ admiratio magnas efficit inclinationes in „animis auditorum, ut veteres etiam dixerint, σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, „κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος. Quare poſtea, cum quoſdam

receptos

„receptos ritus mutaret, honeſti viri, qui eum norant, minus „vehementer adverſati ſunt, eique propter autoritatem, quam & „rerum bonarum illuſtratione, & ſanctitate morum antea pepererat, in iis ſententiis adſenſerunt, quibus magno cum dolore „videbant orbem terrarum diſtrahi.

Anno Chriſti

„Nec Lutherus tunc in ritibus quidquam mutabat, imo tetricus diſciplinæ cuſtos inter ſuos erat, nec miſcuerat aliquid opi„nionum horridiorum. Sed illam communem & prorſus ne„ceſſariam doctrinam omnibus magis magiſque illuſtrabat, de „pœnitentia, de remiſſione peccatorum, de fide, de veris con„ſolationibus in cruce. Hujus doctrinæ dulcedine pii omnes „valde capiebantur. Et eruditis gratum erat, quaſi ex tenebris, „carcere, ſquallore educi Chriſtum, Prophetas, Apoſtolos, con„ſpici diſcrimen Legis & Euangelii, promiſſionum Legis, & „promiſſionis Euangelicæ, Philoſophiæ & Euangelii (quod certe „non extabat in Thoma, Scoto, & ſimilibus) Juſtitiæ ſpiritualis „& rerum politicarum.

Lutheri vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

„Accedebat huc, quod Eraſmi ſcriptis jam invitata erant ju„ventutis ſtudia ad Latinæ & Græcæ linguæ cognitionem; quare „monſtrato jam dulciore genere doctrinæ, multi bonis & libera„libus ingeniis præditi, abhorrere a barbarica & ſophiſtica do„ctrina Monachorum incipiebant.

M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

„Ipſe etiam Lutherus Græcæ & Hebraicæ linguæ ſtudiis ſe „dedere cœpit, ut, cognita ſermonis proprietate & phraſi, & hau„ſta ex fontibus doctrina, dexterius judicare poſſet.

„In hoc curſu cum eſſet Lutherus, circumferuntur venales „Indulgentiæ in his regionibus a Tecelio Dominicano, impuden„tiſſimo ſycophanta, cujus impiis & nefariis concionibus irrita„tus Lutherus, ſtudio pietatis ardens, edidit Propoſitiones de In„dulgentiis, quæ in primo Tomo monumentorum ipſius extant; „& has publice templo, quod arci Wittebergenſi contiguum eſt, „affixit pridie feſti Omnium Sanctorum, anno M D XVII. Hic „Tecelius, nihil ſui diſſimilis, ac ſperans etiam gratiam ſe apud „Romanum Pontificem initurum eſſe, ſuum Senatum convocat, „Monachos aliquot & Theologos, ſophiſtica ſua utcunque leviter „tinctos; hos componere aliquid jubet adverſus Lutherum. Ipſe „interea, ne eſſet κωφὸν πρόσωπον, non jam conciones, ſed ful„mina in Lutherum torquet; vociferatur ubique hunc Hære-

Indulgentiæ venales circumferuntur, quibus Lutherus magno animo & auſu ſe opponit.

Anno Chriſti

,,ticum rogo perdendum eſſe; propoſitiones etiam Lutheri & ,,concionem de Indulgentiis publice conjicit in flammas. Hi fu- ,,tores Tecelii & ejus ſatellitum imponunt neceſſitatem Luthero, ,,de rebus iiſdem copioſius diſſerendi, & tuendæ veritatis.

,,Hæc initia fuerunt hujus controverſiæ, in qua Lutherus nihil ,,adhuc ſuſpicans aut ſomnians de futura mutatione rituum, ne ,,quidem ipſas Indulgentias prorſus abjiciebat, ſed tantum mode- ,,rationem flagitabat. Quare falſo eum calumniantur, qui a plau- ,,ſibili cauſa exorſum dicunt, ut poſtea mutaret Rempubl. & vel ,,ſibi vel aliis potentiam quæreret. Ac tantum abeſt, ut ab auli- ,,cis ſubornatus aut incitatus ſit, ſicut ſcripſit Dux Brunſwicen- ,,ſis, ut doluerit etiam Dux Fredericus moveri certamina, longe ,,proſpiciens, quanquam exordium eſſet à re plauſibili, tamen ,,paulatim latius vagaturam eſſe hanc flammam, ut de Lite apud ,,Homerum dicitur:

Lutheri vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

Parva metu primo, mox ſeſe attollit in auras.

,,Cumque unus omnium noſtræ ætatis principum Fredericus ,,& tranquillitatis publicæ amantiſſimus fuerit, & minime ,,πλεονεκτικὸς, maximeque ſolitus ſit referre conſilia ad commu- ,,nem ſalutem orbis terrarum, ut ex multis rebus intelligi poteſt, ,,nec incitator Luthero, nec adplauſor fuit, ſuumque dolorem ,,ſæpe ſignificavit, quem aſſidue circumtulit, metuens diſcordias ,,majores.

M cccc xciv. *& aliquot ſeqq.*

,,Sed vir ſapiens, & non tantum prophana judicia ſequens, ,,quæ tenera initia omnium mutationum celerrime opprimi ju- ,,bent, ſed etiam normam divinam in conſilium adhibens, quæ ,,jubet audiri Euangelium, & vetat agnitæ veritati adverſari, ac ,,blaſphemiam vocat, horribiliter damnatam a Deo, pertinaciam ,,veritati adverſantem, fecit, quod multi alii pii & ſapientes fe- ,,cerunt, Deo ceſſit, ſtudioſe legit ea quæ ſcribebantur, & ea ,,quæ judicavit vera eſſe, delere non voluit.

,,Scio etiam ſæpe eum ſciſcitatum de rebus ipſis eruditorum ,,& ſapientum ſententias, & in eo Conventu, quem in urbe A- ,,grippina Colonia egit Imper. Carolus V. poſt coronationem, ,,Eraſmum Roterodamum amanter oraſſe, ut libere diceret, num ,,errare Lutherum in iis controverſiis judicaret, de quibus præci- ,,pue diſſeruiſſet. Ibi Eraſmus plane dixit, Recte ſentire Lutherum, ,,ſed lenitatem ſe in eo deſiderare. Qua de re graviſſime poſtea

,,Dux

„Dux Fredericus ad Lutherum ſcribens, valde eum hortatus eſt, „ut ſtyli aſperitatem moderaretur. *Anno Chriſti*

„Conſtat etiam Lutherum Cardinali Cajetano promiſſurum „fuiſſe ſilentium, ſi adverſariis etiam ſilentium indiceretur. Qua „ex re perſpicue intelligi poteſt, tunc quidem nondum eum „decreviſſe, alia ſe deinceps moturum eſſe certamina, ſed tran„quillitatis cupidum fuiſſe, & paulatim ad alias materias per„tractum eſſe, undique laceſſentibus eum indoctis ſcriptoribus.

Lutheri vita, merita, & elogium, & purgatæ tandem Religionis origo,

„Secutæ ſunt igitur Diſputationes de diſcrimine Legum divi„narum & humanarum, de tetra prophanatione Cœnæ Domini „in venditione & applicatione ejus pro aliis. Hic explicanda „tota Sacrificii ratio fuit, & oſtendendus uſus Sacramentorum. „Cumque jam audirent homines pii in Monaſteriis, fugienda „eſſe idola, diſcedere ex impia ſervitute cœperunt.

„Addidit igitur Lutherus ad explicationem doctrinæ de pœni„tentia, de remiſſione peccatorum, de fide, de indulgentiis, de„inde & has materias, diſcrimen Legum divinarum & humana„rum, & doctrinam de uſu Cœnæ Domini, & aliorum Sacra„mentorum, & de Votis. Et hæc fuerunt præcipua certamina. „Quæſtionem de Romani Epiſcopi poteſtate Eccius movit, non „aliam ob cauſam, niſi ut accenderet Pontificis & Regum odia „adverſus eum.

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

„Symbola vero, Apoſtolicum, Nicenum & Athanaſianum pu„riſſime retinuit; deinde in ritibus & traditionibus humanis quid „& cur mutandum ſit, ſatis copioſe in multis ſcriptis exponit. „Et quid retineri voluerit, & quam formam doctrinæ & admi„niſtrationis Sacramentorum probaverit, liquet ex Confeſſione, „quam Dux Saxoniæ Elector Ioannes, & Princeps Philippus „Landgravius Cattorum, &c. in Conventu Auguſtano Imper. „Carolo V. anno MDXXX. exhibuerunt. Liquet idem ex ipſis „Eccleſiæ ritibus in hac urbe, & ex doctrina, quam ſonat Eccleſia „noſtra, cujus ſumma in Confeſſione perſpicue comprehenſa „eſt. Quod ideo recito, ut non ſolum conſiderent pii, quos er„rores taxaverit, quæ idola ſuſtulerit Lutherus, ſed etiam ſciant „complexum eſſe univerſam doctrinam Eccleſiæ neceſſariam, & „puritatem in ritibus reſtituiſſe, & piis exempla inſtaurandarum „Eccleſiarum monſtraſſe. Ac utile eſt, poſteritatem ſcire, quid „probarit Lutherus.

Anno Chriſti M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

Carolſtadius, & alii, receptos jam in Eccleſia, nec tamen Apoſtolicos, ritus, mutant.

Lutheri vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

„ Illud commemorare hoc loco nolo, qui primi publice præ-„buerint utramq; partem Cœnæ Domini, qui primi omiſerint pri-„vatas Miſſas, ubi deſerta primum ſint Monaſteria. Nam Luthe-„rus de his materiis ante Conventum, qui fuit in urbe Vangio-„num anno M D XXI. tantum pauca diſputaverat. Ritus non mu-„tavit ipſe, ſed eo abſente Carolſtadius & alii ritus mutarunt. „Cumque quædam tumultuoſius feciſſet Carolſtadius, rediens „Lutherus, quid probaret aut non probaret, editis ſuæ ſententiæ „perſpicuis teſtimoniis, declaravit:

„ Scimus politicos viros vehementer deteſtari omnes muta-„tiones; & fatendum eſt, diſcordiis, etiam propter juſtiſſimas cau-„ſas motis, in hac triſti confuſione vitæ humanæ ſemper aliquid „mali miſceri. Sed tamen in Eccleſia neceſſe eſt anteferri man-„datum Dei omnibus rebus humanis. Æternus Pater hanc vocem „de Filio edidit; Hic eſt Filius meus dilectus, hunc audite. Et „minitatur æternam iram blaſphemis, hoc eſt, iis, qui agnitam „veritatem delere conantur. Quare pium & neceſſarium officium „fuit Lutheri, præſertim cum Eccleſiam Dei doceret, taxare per-„nicioſos errores, quos homines Epicurei etiam nova impuden-„tia cumulabant, & auditores recte docenti aſſentiri neceſſe fuit. „Si vero mutatio odioſa eſt, ſi in diſcordia multa ſunt incommo-„da, ut eſſe multa magno cum dolore cernimus, culpa eſt tum „illorum, qui initio errores ſparſerunt, tum horum, qui nunc „eos diabolico odio tuentur.

„ Hæc non modo eo commemoro, ut Lutherum & ejus au-„ditores defendam, ſed etiam ut piæ mentes hoc tempore & ad „poſteritatem cogitent, qualis ſit & ſemper fuerit veræ Eccleſiæ „Dei gubernatio, quomodo Deus ſibi voce Evangelii æternam „Eccleſiam ex hac maſſa peccati, hoc eſt, ex magna hominum „colluvie excerpat, inter quos lucet Evangelium, ut ſcintilla in „tenebris. Ut Phariſæorum tempore tamen Zacharias, Eliſabeth, „Maria, & alii multi veræ doctrinæ cuſtodes fuerunt; ita etiam „ante hæc tempora multi fuerunt, recte invocantes Deum, alii „magis, alii minus perſpicue tenentes Evangelii doctrinam. Ta-„lis fuit & ille ſenex, de quo dixi, qui Lutherum conflictantem „pavoribus ſæpe erexit, eique aliquo modo monſtrator fuit do-„ctrinæ de fide. Ita, ut ſervet Deus deinceps in multis lucem „Evangelii, ardentibus votis precemur, ſicut Eſaias pro ſuis au-

„dito-

„ditoribus precatur, Obſigna legem in diſcipulis meis. Deinde „hæc commemoratio oſtendit fucatas ſuperſtitiones non eſſe „durabiles, ſed evelli divinitus. Hæc cum ſit cauſa mutationum, „cavendum eſt, ne errores in Eccleſia doceantur. *Anno Christi*

„ Sed redeo ad Lutherum. Ut initio ſine privata cupiditate in „hanc cauſam ingreſſus eſt, ita etſi fuit natura ardens & iracunda, „tamen ſemper ſui muneris memor, tantum docendo prœliatus „eſt; ac vetuit arma ſumi, ſapienterque diſtinxit officia toto genere „diverſa, Epiſcopi docentis Eccleſiam Dei, & Magiſtratuum, „qui gladio coërcent certorum locorum multitudinem.

Lutheri vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

„ Quare cum aliquoties diabolus, qui ſcandalis diſſipare Ec„cleſiam & contumelia Deum adficere ſtudet, &, ut eſt ἐπιχαιρέκακος, voluptatem capit ex hominum miſerorum errori„bus & exitio, inflammaſſet ſeditioſa ingenia ad excitandos tu„multus, ut Monetarium & ſimiles, acerrime illos furores da„mnavit, & dignitatem ac vincula omnia politici ordinis non „ſolum ornavit, ſed etiam munivit. Cum autem apud me co„gito, quam multi magni viri in Eccleſia ſæpe in hac re halluci„nati ſint, plane ſtatuo, non ſola humana diligentia, ſed etiam „divina luce pectus ejus gubernatum eſſe, ut intra ſui muneris „metas tam conſtanter manſerit.

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

„ Execrabatur igitur non ſolum hujus ætatis ſeditioſos Docto„res, Monetarium & Anabaptiſtas, ſed etiam eos Epiſcopos urbis „Romæ, qui audaciſſime impudentiſſimeque Decretis conditis „affirmarunt, Petro non tantum Euangelii docendi munus man„datum eſſe, ſed etiam imperia politica tradita eſſe:

„ Denique erat hortator omnibus, ut quæ Dei ſunt, Deo da„rent, quæ Cæſaris, Cæſari, id eſt, ut vera pœnitentia, veræ „doctrinæ agnitione & propagatione, vera invocatione, & „bonæ conſcientiæ officiis Deum colerent. Suæ vero politiæ „quiſque in omnibus civilibus officiis reverenter propter Deum „obtemperaret. Ac talis quidem Lutherus ipſe fuit, quæ Dei „ſunt Deo dedit, recte docuit, Deum recte invocavit, habuit & „alias virtutes neceſſarias in homine, qui placet Deo. Deinde „in politica conſuetudine conſtantiſſime vitavit omnia ſeditioſa „conſilia. Has virtutes tanta eſſe judico decora, ut alia majora „in hac vita expeti non poſſint.

A motibus civilibus & ſeditionibus abhorret.

„ Et quanquam ipſius viri virtus etiam laude digna eſt, qui

Anno Chriſti

,,Dei donis reverenter uſus eſt, tamen præcipue Deo gratias agi ,,neceſſe eſt, quod per eum reſtituit nobis Euangelii lucem; & ipſius ,,doctrinæ memoria retinenda & propaganda eſt. Nec moveor ,,clamoribus Epicureorum aut hypocritarum, qui aut rident aut ,,damnant manifeſtam veritatem, ſed vere ſtatuo, conſenſum per-,,petuum eſſe Catholicæ Eccleſiæ hanc ipſam doctrinæ vocem, ,,quæ ſonat in Eccleſiis noſtris, & hujus doctrinæ agnitione ne-,,ceſſario regendam eſſe invocationem & vitam. Denique hanc ,,ipſam eſſe doctrinam, de qua filius Dei inquit: Si quis diligit ,,me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ,,veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus. Loquor ,,enim de ſumma doctrinæ, ut in Eccleſiis noſtris a piis & erudi-,,tis intelligitur & explicatur. Nam etiamſi alii magis, alii minus ,,proprie & concinne interdum aliquid explicent, aut alius alio ,,horridius interdum loquatur, tamen de rebus in ſumma inter ,,pios & eruditos conſenſus eſt.

Lutheri vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

,,Ac mihi ſæpe multumque cogitanti, de omnium temporum ,,doctrina, inde uſque ab Apoſtolis, poſt primam puritatem ſecu-,,tæ videntur mutationes doctrinæ inſignes quatuor. Origenica ,,ætas, etſi aliqui fuerint recte ſentientes, qualem fuiſſe Metho-,,dium arbitror, qui deliramenta Origenis improbavit, tamen ,,in animis multitudinis inflexit Euangelium ad Philoſophiam, ,,hoc eſt, offudit hanc perſuaſionem, mediocrem rationis diſci-,,plinam mereri remiſſionem peccatorum, & eſſe juſtitiam, de qua ,,diceretur; Juſtus ex fide ſua vivet. Hæc ætas pene amiſit totum ,,diſcrimen Legis & Euangelii, & ſermonem Apoſtolicum dedi-,,dicit; non enim retinuit nativam ſignificationem vocabulorum ,,literæ, ſpiritus, juſtitiæ, fidei. Et amiſſa verborum proprietate, ,,quæ rerum notæ ſunt, alias confingi res neceſſe eſt. Ex his ſemi-,,nibus ortus eſt Pelagii error, qui late vagatus eſt. Itaque cum ,,Apoſtoli puram doctrinam ſeu limpidos & ſaluberrimos fontes ,,Eccleſiæ dediſſent, multum infudit cœni Origenes.

Quatuor inſignes, poſt Apoſtolorum tempora, in Eccleſia Chriſtiana mutationes.

,,Hujus ætatis errores ut emendarentur, ſaltem aliqua ex parte, ,,Auguſtinum Deus excitavit. Hic mediocriter fontes repurga-,,vit; nec dubito, ſi hic judex eſſet controverſiarum hujus ætatis, ,,habituros nos eum prorſus ὁμόψηφον. Certe de remiſſione ,,gratuita, de juſtitia fidei, de uſu Sacramentorum, de adiapho-,,ris expreſſe nobiſcum ſentit. Etſi autem alibi magis, alibi minus

„diſerte ſeu proprie exponit quod vult, tamen ſi lector cando-„rem & dexteritatem in judicando ad eum adferet, ſentire eum „nobiſcum agnoſcet. Quod enim adverſarii noſtri interdum ſen-„tentias ex eo decerptas contra nos citant, & ad patres magno „clamore provocant, id non faciunt veritatis & antiquitatis ſtu-„dio, ſed ſycophantice præſentibus idolis autoritatem veterum „prætexunt, quibus hæc idola poſtremæ ætatis adhuc ignota „erant.

Anno Chriſti

Lutheri vita, merita, & elogium, & purgata tandem Religionis origo.

„Sed ſemina ſuperſtitionum tamen in illa Patrum ætate exti-„tiſſe adparet. Ideo & de votis quædam conſtituit Auguſtinus, „etſi de his quoque minus horride loquatur quam cæteri. Sem-„per autem aliquid ineptiarum ſingulis etiam bonis aſpergunt „contagia ſuæ ætatis, quia ut patriæ, ita præſentibus ritibus fave-„mus, quibus innutriti ſumus; veriſſimumque illud eſt Euripidis, „πᾶν σύντροφον γλυκύ. Utinam vero omnes, qui Auguſtinum „ſequi ſe jactitant, perpetuam ſententiam, &, ut ita dicam, pectus „Auguſtini referrent, non tantum mutila dicta calumnioſe de-„torquerent ad ſuas opiniones!

„Ac reſtituta lux Auguſtini ſcriptis poſteritati profuit; nam „deinde Proſper, Maximus, Hugo, & aliqui ſimiles, qui ſtudia „gubernarunt uſque ad Bernardi ætatem, propemodum Augu-„ſtini normam ſequuntur. Interea tamen, creſcentibus imperiis „& opibus Epiſcoporum, ſecuta eſt velut Gygantum ætas; pro-„phani homines & indocti regnarunt in Eccleſia, quorum aliqui „aulæ Romanæ artibus aut forenſi doctrina exculti fuerunt.

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

„Exorti ſunt igitur Dominicani & Franciſcani, qui cum vide-„rent luxum & opes Epiſcoporum, & prophanos mores deteſta-„rentur, modeſtiorem vitam inſtituerunt, ſeque quaſi diſciplinæ „carceribus incluſerunt. Sed primum inſcitia ſuperſtitiones auxit; „deinde cum viderent hominum ſtudia in Scholis ad ſolam fo-„renſem doctrinam converti, quod Romæ jam lites multis auge-„rent autoritatem & opes, ipſi revocare homines ad Theologica „ſtudia conati ſunt, ſed conſilium defuit. Albertus, & ſimiles, „qui dediti fuerant Ariſtotelis doctrinæ, transformare Eccleſiæ „doctrinam in Philoſophiam cœperunt. Et hæc quarta ætas non „tantum cœnum, ſed inſuper venena, id eſt, opiniones proban-„tes manifeſta idola, in fontes Euangelicos infudit. Tantum la-„byrinthorum & falſarum opinionum eſt in Thoma, Scoto, &

Quatuor inſignes, poſt Apoſtolorum tempora, in Eccleſia Chriſtiana mutationes.

„ſimi-

Anno Christi M CCCC XCIV. *& ali. quot ſeqq.*

„ſimilibus, ut ſemper ſaniores Theologi deſideraverint aliud ge-„nus doctrinæ & planius & purius.

„ Nec ſine inſigni impudentia dici poteſt, non fuiſſe opus ejus „doctrinæ mutatione, cum manifeſtum ſit, magnam partem ſo-„phiſmatum in illis diſputationibus ne ab iis quidem intelligi, „qui in eo doctrinæ genere conſenuerunt. Deinde aperte confir-„mantur εἰδωλομανίαι, ubi docent applicationes ſacrificii ex „opere operato, ubi ſtatuarum invocationes excuſant, ubi ne-„gant gratis remitti peccata fide, ubi ex cæremoniis humanis „carnificinam faciunt conſcientiarum.

Motuū & turbarum in Suecia, ob mutationes Principum, origo.

Ea, qua imperio Maximilianus præfuit, tempeſtate, varie Suedorum res paxque domi turbata eſt, ob Principum inprimis mutationes. Admonet ea res, ut & hic quoque, quod & alibi in aliis a nobis factum eſt, compendio quodam Suedorum tempora Regeſque exhibeamus.

Suedorū Principes & tempora quodam velut breviario exhibentur.

Succiæ regnum perantiquum eſt, cum Dania ſæpe conjunctum, ſæpius ſeparatim ſibi conſulens, & regem rectoremve ſuæ gentis habens. Reges multi a Saxone Sialandico memorantur ante tempora Gotrici Dani, Carolo Magno Imperatori coævi, nec pauci eo poſteriores: ſed illorum tempora ab eodem non contexuntur. Ex iis Magnus, genere Danus, Nicolai Daniæ regis filius, ob nefariam cædem patruelis ſui Canuti, ducis Sleſwici, cum inviſum ſe omnibus bonis feciſſet, a Suecis deſertus & regno excluſus fuit, tempore Lotharii Saxonis Imp. cujus ſe clientem erat profeſſus. Regnum vero Sueci tradiderunt Suerconi cuidam Sueco, & is ſucceſſorem habuit Carolum. Poſt quem regnavit Ericus X, cognomento Sanctus; a quo ferunt magnificum templum Upſalienſe, toto regno celeberrimum, inaugurationi regum ſolenne, eſſe extructum; Finlandiam, quæ Ruſſis parere ſolebat, Sueciæ adjunctam, imperante in Germania Conrado III, Suevo. Rex imprimis inclytus apud Suecos: quanquam a Saxone Grammatico, quod mirari liceat, cujus ætatem videtur attigiſſe, nulla ipſius fiat mentio. Succeſſiſſe huic Sueci tradunt Canutum filium, quem Saxo nominat, & Canuto Ericum XI, Waldemari II Daniæ regis generum, ex Canuto natum, & huic rurſum filium Ericum XII, quem Balbum vocarunt. Quo ſine prole mortuo, circa annum Chriſti M CC XXII, ad Waldemarum, ex ſorore ejus & Byrgero, Oſtgothiæ duce,

natum,

natum, ajunt ſceptrum eſſe devolutum, Stocholmiæ conditorem: ejus peregrè profecti, religionis ergo, locum invaſiſſe fratrem Magnum, patrem Byrgeri, qui eidem ſucceſſit, hominis nefarii; qui ob nequitiam a fratribus duobus Erico & Waldemaro in cuſtodiam datus, & ab iiſdem, ſancitâ præteritorum oblivione, in integrum reſtitutus, deinde eoſdem ipſos ad epulas invitatos per carnificem gladio dicitur juſſiſſe feriri: atque hoc ob facinus atrox ferunt Ordines Proceresque regni, juſtâ irâ incenſos, ipſo per fugam forte elapſo, regnum Magno, patrueli illius, Erici filio, adhuc puero, dediſſe. Byrgerus autem, dum ſceptrum tenuit, ut Annales produnt, & Viburgum Finlandiæ contra Ruſſos conſtruxit, & Careliam, ad Mare Glaciale jacentem, Sueciæ adjecit. Magnus rerum potitus in Sueciâ, & Norwegiam quoque adeptus, cum vitiorum mancipium ſe feciſſet, invifus Suecis factus, & ab iis deſertus, atque ab Alberto principe Megalopolitano, ſororis ſuæ filio, quem regni Ordines vocarant, Sueciâ pulſus anno Chriſtiano MCCCLXIII, Norwegiam, in quam ſe recepit, Haquino ex ſe nato reliquit. Huic Haquino nupta fuit Margareta, Danica illa Semiramis, Waldemari III. Danorum regis filia. Ea in poteſtatem ſuam redacto Alberto Megalopolitano, in Suecia regnante, anno MCCCLXXXVIII cum filio Erico ſucceſſore deſtinato regnum Sueciæ duobus reliquis regnis adjecit. Verum, Margaretâ anno MCCCCXII mortuâ, Suecia ab hærede & ſucceſſore ejus Erico Pomerano, ob non ſervata pacta, poſt aliquot annos defecit, & ſeorſim ſibi conſuluit, & demum Carolum Canuti Weſtgotum, Finlandiæ tum temporis Præfectum, totius regni gubernatorem conſtituit: ac nihilominus, manente Caroli honore & munere, Chriſtophorum Palatinum, a Danis & Norwegiis jam dudum ad regnum vocatum, omnia prolixè pollicitum, regem admiſit anno MCCCCXLII. Chriſtophoro vero defuncto, & Chriſtiano Oldenburgio a Danis & Norwegiis ei ſurrogato, Suecì Carolum eundem regem deſignarunt; ſed, exortis in regno diſſidiis & factionibus, fugato ab adverſariis Carolo, Chriſtianum, Danis & Norwegiis imperantem, regem ſibi cooptarunt anno Chriſti MCCCCLVII. Hoc autem contra pacta conventa peregrinos præfectos ipſis imponente, ideoque poſt ſeptennium abjecto, Carolo revocato ſceptrum reddiderunt. Quo poſt ſexennium è vivis ſublato, Stenoni Sturio, ex ſorore uterina

Anno Chriſti

Suedorũ Principes & tempora quodam velut breviario exhibentur.

MCCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

Anno Christi

Caroli nato, ad Ericum Sanctum regem una cum Carolomaternum genus referenti, regni gubernationem ſine nomine regio commendarunt, heroi à Suecis maxime laudato. Verum gubernationem ejus turbarunt factiones inteſtinæ ab æmulis motæ, & Ioannes Daniæ ac Norwegiæ Rex, a factioſis ad capeſſendum etiam hoc regnum vocatus. qui, cedente Stenone, in throno regio collocatus eſt Stocholmiæ anno MCCCCXCVII vergente. Sed cum pactis quibuſdam ad regni libertatem pertinentibus, uſus pravo quorundam conſilio, non ſtetiſſet, ex voluntate Procerum Steno ſummum regimen cum Senatoribus regni in ſe recepit circa annum M D. retinuitque quoad vixit. Ei vero ſub finem anni M D III mortuo ſuffectus eſt anno proximo Suanto Sturius, & Suantoni poſt octennium exſtincto filius ejus Steno junior. Cujus gubernationem & vitam abrupit fœda tempeſtas ex Chriſtierno Daniæ & Norwegiæ rege, Ioannis filio, tyranno immaniſſimo, cum annus ſurgeret M D XX. Qui cum regno initiatus eodem anno in ipſis regni auſpiciis, inauditâ & deteſtabili perfidiâ, ac tyrannide pluſquam immani, regni proceres magno numero cum magnâ nobilitatis parte, & haud parvâ plebejorum hominum multitudine, manibus carnificum crudeliter ſuſtuliſſet è medio, poſt biennium ac quadrimeſtre regno hoc rurſum excidit: & in tyranni hujus locum ſurrogatus eſt Guſtavus Erici, perantiquo & illuſtri genere equeſtri ex Trolliorum familia natus, cui avia ſoror Stenonis Sturii ſenioris, Gubernatoris regni, abavia mater Caroli regis fuerat. Is difficili bello profligatâ Chriſtierni conſpirantiumque tyrannide, ſolemnibus in Comitiis rogatus ab omnibus Ordinibus, regnum iniit menſe Junio anni M D XXIII. ſibique & poſteris ſuis pacto ſolemni firmavit, princeps verè inſignis, ſapientiâ & virtute regiâ magnus, pater patriæ, regnique novus inſtaurator & velut conditor. Regnavit annos XXXVIII. Succeſſit ei Ericus filius, ejus nominis XIV, anno Chriſtiano M D LX. Et huic ob crudelitatem atque amentiam amoto, & in cuſtodiam dato, ſurrogatus eſt poſt octennium frater conſanguineus Ioannes III: qui moriens anno M D LXXXVII hæredem & ſucceſſorem reliquit Sigiſmundum, Poloniæ Sueciæque regem. Sed ob neglectas regni leges, & pacta jurata, Sueciæ regnum ei ademptum anno M D XCIX, & Carolo patruo traditum eſt. A quo ad filium ejus, Guſtavum Adolfum Magnum,

Suedorũ Principes & tempora quodam velut breviario exhibentur.

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

regnum

regnum devolutum eſt. Principem ut aliis maximis rebus, ita neceſſario in Germania bello, feliciſſime geſtis, inclytum. qui ſolus, quod de Alexandro Magno ille olim pronunciavit, fortuna major, ſucceſſus ejus ampliſſimos provocavit ut ſtrenuus, æquiparavit ut meritus, ut melior ſuperavit. Is, cum in cruento ad Luzenam prœlio, anno cIↃIↃcxxxii, victor cecidiſſet, Chriſtinam filiam hæredem regni habuit. quæ inchoatum a Patre bellum, & pari felicitate geſtum, Pace tandem, incomparabili exemplo, extinxit: excelſi Heroinà animi, quæ, ut de aliis omnibus, quæ propriæ Principum ſunt, virtutibus nihil hic nunc dicam, omni diſciplinarum & litterarum genere ornatiſſima, ſapientiam & ſapientiæ magiſtros, quod hac ætate rarum, maximo in pretio habet, promovet, fovetque liberaliter. Regnat illa hodieque, regnabitque diu, ſi bonorum votis Deus faveat, quam feliciſſime.

Anno Chriſti Mcccc xciv: *& aliquot ſeqq.*

Chriſtinæ, Suedorum Reginæ, feliciſſime hodie regnantis, elogium.

Maximæ hac tempeſtate rerum imperiique mutationes in Italia Gallis oblatæ ſunt, nunquam alias tam varie ſe mutante ac vertente iis in oris Gallorum fortunâ, quarum obiter ſupra facta eſt mentio, ſed de quibus accuratius hic jam eſt dicendum. Carolus octavus, Galliæ Rex, Florentiam ingreditur, ibique ſtatum Reipublicæ mutat, & poſtea regnum Neapolitanum occupat, idque ſumma celeritate & propemodum ſine ulla militum jactura. Neapolitani enim longa & dura tyrannide Ferdinandi & Alphonſi regum defeſſi maxima cum lætitia Carolum exceperunt. Cum vero Galli petulantius agerent, & nobilitatem, quæ Andegavenſium partibus ſtuduerat, indigne tractarent, ipſe etiam Rex Carolus, nulla habita ratione Neapolitanæ nobilitatis, omnia munia ac dignitates Gallis tribueret, quorum nonnulli mala fide rem adminiſtrabant, graviſſime nobiles ſunt offenſi, & cæteros ad defectionem impulerunt, ita ut Carolus mox regno illo exciderit, quod totum cum Sicilia ad Ferdinandum Catholicum Caroli V. Imp. avum pervenit, auxilio Conſalvi Magni, cujus virtute Ferdinandus etiam Maurorum regnis everſis omnem Hiſpaniam uno imperio complexus eſt. Obiit Carolus anno Chriſti MCCCCXCVII, eique in regno ſucceſſit Ludovicus XII, dux Aurelianus, qui regnavit annos XVII. Occupavit Ludovicus

Carolus VIII Galliæ Rex.

Carolus occupat regnum Neapolitanum.

Carolus ſua culpa excidit regno Neapolitano, quod transfertur ad Ferdinandū Catholicum Hiſpanum.

Ludovicus XII, Rex Galliæ.

Ludovicus idem occupat Mediolanum ejecto duce Ludovico Sfortiâ.

Anno Christi MCCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

Ludovicus XII Gallus relativ Inſubria principatũ adipiſcitur.

Iulius II, Papa exturbare Gallos Italia conatur.

Franciſcus I Valeſius Galliæ Rex.

anno M D. Mediolanum, duce ejus Ludovico Sfortia profligato, qui tamen poſt ſex menſes ejectis Gallis Mediolanum recepit. Sed Ludovicus Gallus Sfortiam iterum armis oppugnat, cædit, & captum ſecum in Galliam abducit, ubi carceri incluſus miſerè periit. Ita Ludovicus XII Inſubrum principatum adeptus a Maximiliano Sfortia conceſſionis tabulas arte elicuit, ut ipſe & gener ejus ex Claudia filia Franciſcus Angoliſmorum princeps, qui poſt eum regnavit, liberique demum ejus, poſteri ac ſucceſſores beneficiario jure Mediolani duces eſſent. Huic conventioni Julius II Pontifex ſeſe oppoſuit, ut ſcilicet Gallos ex Italia ejiceret, & perfecit ut Maximilianus Helveticis & Venetis armis in paternum principatum reſtitueretur, quem tenuit uſque ad Franciſci regis adventum, qui Maximilianum intra arcem ad deditionem compulit. Obiit Ludovicus XII, anno M D X V, & ſucceſſorem habuit generum Franciſcum Valeſium Angoliſmorum ducem, qui gubernationem ab Italico bello auſpicatus eſt. Regnavit annos XXXII. Primo ſtatim anno Helvetios Maximilianum Sfortiam propugnantes prœlio vincit memorabili, quod biduum duraſſe dicitur, Parmam ac Placentiam Pontifici adimit, & capto ac in Galliam tranſmiſſo Maximiliano poſſeſſionem principatus Mediolanenſis ſtabilivit.

Ad majorem tam inſignis Hiſtoriæ lucem faciunt ſequentes publicæ tabulæ, quas ex Bibliotheca noſtra depromptas hic exhibere, operæ pretium duximus. Ita autem illæ habent;

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Pateat univerſis, quod anno Incarnationis ejuſdem milleſimo quingenteſimo, die Veneris ſancta, qua celebrem ipſius Domini paſſionem commemoramus, quæ fuit decima ſeptima Aprilis, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini noſtri Alexandri, divina providentia Papæ octavi anno nono, in urbe Mediolani quamplures Nobiles, & cives ipſius, urbis nomine Nobilium, & totius populi Mediolanenſium, adierunt Illuſtriſsimum & Reverendiſsimum Dominum, Dominum Georgium de Ambaſia, tituli Sancti Sixti, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyterum Cardinalem, Archiepiſcopum Rhotomagenſem, Chriſtianiſſimi & invictiſſimi Domini noſtri Ludovici, ejuſdem nominis duodecimi, Francorum, Siciliæ, & Ieruſalem Regis, Ducisque Mediolani, &c. Locumtenentem generalem. Et humiliter ſuæ Reverendiſſimæ & Illuſtriſſimæ Dominationi expoſuerunt, quod ex quo univerſa multitudo populi non poterat ſic facile convenire in arce,

in qua ipſe Reverendiſſimus Dominus hoſpitio receptus erat, & agnoſcentes quod ferè omnes deliquerant, multi in committendo, plurimi in omittendo, erga præfatam Chriſtianiſſimam Majeſtatem, deviando ſuperioribus diebus ab ipſius fidelitate, ad quam tenebantur, tanquam ſuo vero & naturali Domino, & Duci, & ad quam proprio ſacramento ſe aſtrinxerant. Et poſteaquam beneficio Dei, & clementia ipſius Chriſtianiſſimi Regis, atque bonitate ejuſdem Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini, digni facti eſſent præſentia ipſius Reverendiſſimi Domini, & admiſſi ut audirentur, tum pro exoneratione ſuæ conſcientiæ in foro poli, tum etiam ut ſatisfacerent in aliqua parte erroribus perpetratis, propoſuerunt palam & publicè veniam & gratiam exorare. Propterea humiliter ſupplicaverunt eidem Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Cardinali, ut dignaretur ſe transferre ad Palatium prope Eccleſiam cathedralem, quæ nuncupatur Curia vetus, & ibi benignè audire ſuas humiles preces.

Anno Christi

Mediolanenſes à Rege Galliarum, à quo defecerãt, veniam ſupplices petunt.

Qui præfatus Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus preces prædictas admiſit, ſicque ad dictum Palatium ſe contulit, comitatus ab Illuſtribus, Reverendis, Magnificis, Spectabilibus, Nobilibuſque viris, videlicet Petro, Epiſcopo Lucionenſi, Cancellario Mediolani, & Præſide, &c. Atque ibi Michaël Tonſus juſſu populi & civium univerſorum nomine hanc dixit Orationem.

MCCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

Michaëlis Tonſi pro Mediolanenſibus Oratio.

Inter alias civitates Italiæ; nemo eſt qui dubitet Mediolanum multis de cauſis principatum obtinere, quando illi dominatur juſtus & legitimus Princeps, ſicuti ſemper maximo deſiderio optimus quiſque patriæ civis concupivit. Cujus voti cum compotes facti eſſemus ſuperioribus diebus, dum Chriſtianiſſimus Rex, Dux noſter, ſuum hunc Ducatum recuperavit, (quo quidem neque major, neque melior Princeps nobis dari poterat) & quanquam jure & merito in fidelitate, ad quam illi ſervandam, etiam ſacramento nos ipſi aſtrinxeramus, noſtri fuiſſet officii perſeverare, quandoquidem ejus clementiſſima Majeſtas benigne nos ſuſcepit, tamque liberaliter tractavit, ut cives civitati, civitatemque civibus reſtitutam verè nobis dicendum eſſet, cum inter Hiſtoricos conſtet Mediolanum, omnemque Inſubriam, Gallorum unam penè coloniam fuiſſe; id quod vel ex hoc facile colligimus, quod univerſum hunc tractum, Galliam Ciſalpinam adhuc nuncupamus,) tamen, proh dolor! victi fragilitate ſenſus, ſecuti ſumus auctores & principes factionis, deviando cum eis a fide præfati Chriſtianiſſimi Regis, eo gravius delinquentes,

Anno Christi

Nullam ſibi rebellandi juſtam cauſſam fuiſſe Mediolanenſes ipſi fatentur.

gravioribuſque ſuppliciis afficiendi, quod nulla nobis cauſa rebellandi relicta erat, cum neque Regia Majeſtas, neque ii, quos huic ſuo Ducatui adminiſtrando præfecerat, ullam nobis cauſam præbuerant. Nam quantum ad Reverendum Epiſcopum Lucionenſem attinet, qui juri reddendo præpoſitus erat; non eſt in quo reprehendi poſſit, qui nos æque ac filios & foveret & humaniſſime tractaret. Illuſtris vero Dominus Ioannes Trivultius, ita in nos juſtus æquuſque fuit, eoque amore nos omnes ſine ullo perſonarum diſcrimine eſt proſecutus, ut Bruti & Torquati juſtitiam imitatus, qui propriis filiis cum deliquiſſent non pepercerunt, ſeverius in ſuos, quam in alienos animadverterit. In quibus & aliis clariſſimis virtutibus a majoribus ſuis minime degeneravit, qui patriam hanc ſuam maxime coluerunt. Non deerat Reverendi Epiſcopi Comenſis pietas, & omnis Trivultiorum familiæ in concives ſuos ſingularis humanitas. Summa profecto fuit ſapientia Illuſtris Ioannis Iacobi. Nam cum illi perſpectum eſſet, quoſdam eſſe in civitate ſeditioſos, quos præcavère deberet, voluit eos beneficiis conciliare, etſi ingrati & duræ cervicis homines a pravo propoſito ſuo non deſiſtentes, rebellionem contra Chriſtianiſſimum Regem conati ſunt, atque effecerunt. Potuiſſet profecto ipſe Ioannes Iacobus eorum conatus meritis ſuppliciis coërcere. Sed quia ſine civitatis excidio, & civium ſanguine, id fieri non poterat, ut civitatem integram Chriſtianiſſimo Regi, ut ſui erat officii, conſervaret, maluit ex urbe diſcedere, & cum aliis Regiis militibus in caſtra ſe recipere. Quò prudentiſſimo fortique conſilio effectum eſt, ut ad glorioſas victorias, & eas quidem innumerabiles, quæ regibus Franciæ ex diverſis hoſtibus contigerunt, hæc quoque aliis minime inferior accederet, in qua Ludovicus Sfortia hoſtis, & qui partibus ipſius ſtudebant, cum toto exercitu victi captique eſſent. Captus præterea Ipſius frater Aſcanius Cardinalis, cum omnibus qui fœdiſſima fuga patriam relinquentes, potentiſſimas Regis Franciæ manus evadere fruſtra tentabant. Verum ut miſera hæc urbs a periculo eriperetur, quod ei ob rebellionem imminebat, Deus optimus maximuſque Regium ſpiritum excitavit, ut tu, Reverendiſſime ac Illuſtriſſime Præſul, cum pleniſſima poteſtate ad nos mitteretis; cujus bonitate atq; ingenita clementia factum eſt, ut (quod ſummis precibus principes civitatis, & in primis Reverendus Epiſcopus Comenſis

M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

con-

contendebant,) trecentis millibus Scutorum ad reparandam corrigendamque partem impenſarum, quas culpa noſtra Regia Majeſtas fecerat, direptionem, cædem, captivitatem, cæteramque licentiam militarem Mediolanenſes evaſerint. Quæ quidem mulcta & pœna non tota ſtatim repræſentetur, verum centum millia Kalendis Maji proximi numerentur, reliqua temporibus, & modis, quos Reverendiſſimus Cardinalis conſtituet, ac declarabit. Sicque tanti Præſulis clementia, Concives mei, pœnas, quas merito luere debebamus, evaſimus. Quo quidem beneficio illi excluduntur, qui rebellionis auctores extiterunt, omneſque ejuſdem conſcii & participes, ante diem incluſive, qua illuſtris Ioannes Iacobus in arcem Mediolani ſe recepit. *Anno Chriſti*

Reſtat, Reverendiſſime & Illuſtriſſime Domine, ut nomine hujus populi aliquid a Reverendiſſima Dominatione tua deprecer; id quod fretus humanitate tua, facere non dubitabo. *Mediolanenſiū, qui à Gallo defecerant, ſupplex Oratio.*

Et primum cum ad conſpectum Regiæ Majeſtatis Reverendiſſima tua Dominatio redierit, velit de hoc populo illud conſtantiſſime polliceri, eum in fide & devotione ſuæ Regiæ Majeſtatis permanſurum, neque aliquid attentaturum, quod contra ſtatum & honorem ipſius aliquo modo exiſtat, futurumque exemplo beatiſſimi Petri Apoſtoli longe fideliorem, qui negato redemptore, eam egit pœnitentiam, ut a Domino receptus, erga illum in fide ferventior fuerit. Cujus nomine ego ſupplex, & flexis genibus, veniam & indulgentiam a veſtra Reverendiſſima & Illuſtriſſima Dominatione, hîc pro Chriſtianiſſimo Rege agente, obſecro, atque oro, pro rebellione nuper perpetrata præter conſuetudinem Mediolanenſium. *M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.*

Petit deinde ſimiliter ſupplex, ut interceſſione tua, Regia Majeſtas ingenita clementia dignetur remittere ſummam illam ducentorum millium Scutorum, quæ ſi nobis ſolvenda eſſet, vel univerſa, vel pars, intolerabilibus incommodis hæc civitas afficeretur. Nam & mercimonia ceſſarent, & artificia, (qui hujus ſtatus firmiſſimi ſunt nervi, & ejus certiſſima vectigalia,) filiæ innuptæ jacerent, & filii noſtri nullis poſſent honeſtis & conſuetis artibus erudiri. Ceſſarent præterea quam plurima, quæ ad ornatum ipſius urbis pertinent, ſine quibus ejus penè excidium conſequeretur. Regium enim eſt ſubditos ſuos ditare potius, quam depauperare.

Pre-

Anno Chriſti

Precatur præterea, milites ex Mediolanenſi agro revocentur, ut fructus colligi ſervarique poſſint, quibus tam cives, quam Chriſtianiſſimi Regis, & Ducis noſtri amici ſuſtententur, ac perfruantur.

Ad hæc, ut unusquiſque ad ſuum reſtituatur Officium.

Supplicum Mediolanenſium ad Chriſtianiſſimi Galliarum Regis legatum Oratio.

Et, ſtante Chriſtianiſſimi Regis prudenti ſententia, non ignoſcendi auctoribus & principibus conjurationis, iis ſaltem ignoſcatur, qui participes fuerunt. Nam cum rebelles primores eſſent civitatis, quibus reliqui reverentiam exhiberent, metu hoc reverentiali (qui tollit libertatem conſenſus,) excuſandi ſunt.

Demum ſummis precibus hic populus contendit, ut, ex quo abſunt Cardinalis Aſcanius, & ii qui illum ſecuti ſunt, velit Regia Majeſtas eam operam adhibere, ne quandoque poſſint tumultum in civitate & regione aliquem excitare, poſſintque ſubditi Majeſtatis ſuæ in pace & quiete, cujus quidem ſunt cupidiſſimi, & ſe, & fortunas ſuas conſervare. Id quod ſi factum fuerit, non eſt quod de fide Mediolanenſium erga ſuam Majeſtatem vereatur,

M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

quando idem eſt omnibus animus, eadem mens, illi in perpetuum fideliſſime ſerviendi. Fiet præterea omnium diſcordiarum, civiliumque factionum oblivio.

Quarum ſupplicum noſtrarum deprecationum ſi compotes nos fecerit Reverendiſſima & Illuſtriſſima Dominatio veſtra, (id quod certiſſime ſperamus,) & ſi fecerit, quod tam generoſum, & antiqua nobilitate virum, tamque ſublimi dignitate ornatum decet, ſuæque ingenitæ bonitati, & ſolitæ clementiæ maxime eſt accommodatum, erit Deo acceptiſſimum, & huic populo nullis unquam temporibus abolendum. Qui immortalibus his beneficiis tibi devinctus, gratam eorum memoriam non in papyro, aut pergamenis, ſed in marmore ſculptam conſcribi curabit, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Chriſtianiſſimæ Majeſtatis Regiæ, ac veſtræ Illuſtriſſimæ ac Reverendiſſimæ Dominationis, cui populus Mediolanenſis, & ego, humillime flexis genibus iterum nos commendamus. *Qua Propoſitione facta, & conſultatione habita, juſſit idem Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis, Magnificum utriuſque Iuris Doctorem, Dominum Michaëlem Ricium, Regium Conſiliarium, propoſitæ propoſitioni ſuo nomine reſpondere; qui aſcendens idem pulpitum, in hanc ſententiam locutus eſt.* Miſertus eſt Dominus ſuper Niniven civitatem, eo quod pœnitentiam egit

in

in cinere, & cilicio. Preces veſtras, Mediolanenſes, quas non minus humiliter, quam eleganter, ut par erat, porrexiſtis, benigne accepit Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis, non pro facinoris gravitate; ſed pro clementia Chriſtianiſſimi Regis; & ut Ducis veſtri clementia magis eluceſcat, duxit gravitatem atrocitatemque criminis paucis demonſtrare. Ac maxime decere exiſtimavit, ut ego ipſe qui ad fidelitatem Chriſtianiſsimo Regi, & Duci Mediolani ſervandam, ejus juſſu, quo die fidelitatis ſacramentum juraviſtis, hortatus ſum, infidelitatem veſtram accuſarem.

Anno Chriſti

Supplicum Mediolanēſium ad Chriſtianiſſimi Galliarum Regis legatum Oratio, & ad eam Reſponſum.

Si dignæ vobis pro demeritis pœnæ luendæ eſſent, ô Mediolanenſes, ita vobiſcum agendum eſſet, ſicut Romanos narrant Hiſtorici cum Samnitibus egiſſe, quos ob ſimilem perfidiam tam ſeverè puniverunt, ut Samnium in ipſo Samnio requireretur. Si Attilam, Gothorum Regem, vindicem veſtra haberet rebellio, in multa ſæcula veſtræ urbis diruta mœnia vindictam, ſicut & hodie Roma nondum reſtituta, atteſtarentur. Si ex memoria veſtra non excidiſſet, quam acerbis ſuppliciis majores veſtri & a Carolo Francorum Rege, Romanorumque Imperatore, & a Frederico primo quoque Romanorum Imperatore affecti fuiſſent, non tam facile ac temere a fide Chriſtianiſsimi Regis defeciſſetis. Quid enim deteſtabilius excogitari potuit, quam Mediolanenſes Francorum Regi, legitimo in hoc Ducatu ſucceſſori, fidem fefelliſſe? Nam ſive Mediolani originem repetimus, eam a Gallis fuiſſe vos ipſi etiam per Oratorem veſtrum nunc faſſi eſtis, ſive ſucceſſionis jura revolvimus, Regem Chriſtianiſsimum ex libera ortum, alterum ex ancilla, & vos ipſi jam ſciebatis. Propter quod non ſolum legibus divinis, atque ſæcularibus, quæ a Catholicis conditæ ſunt, ſed Lycurgi etiam inſtitutis, ab ipſo rerum primordio populus iſte obſequiis legitimo ſuo Principi obſtringebatur. Denique ſi beneficia, quæ Chriſtianiſsimus Rex Mediolanenſibus contulit, in memoriam revocaſſetis, nonne ingratitudinem veſtram quam graviſsimam fuiſſe cognoviſſetis? Is enim neque ambitionis ſtudio, neque regni, (quod illi latiſſimum eſt,) amplianɗi cupiditate, ſed ut ſuos Mediolanenſes a tyrannide eriperet, maximis ſumptibus ex Gallia in Italiam exercitum tranſmiſit. Ipſe quoque nullis, neque propriis, neque regni ſui parcendo periculis, venire non dubitavit, atque ejecto tyranno, partaque

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

Anno Chriſti

uppli- umMe- iolanē- ſum ad Chri- ſtianiſſi- ni Gal- larum Regis le- atum Oratio.

M CCCC XCIV. *& ali quot ſeqq.*

victoria, tantum tributi vobis imperavit, quantum ad præſidium, conſervationemque veſtram non ſufficiebat, quinimo ex ipſa Gallia ad militum ſtipendia huc pecuniæ erant advehendæ. Juſtitiam, quæ ab Inſubria diu exulaverat, per viros integerrimos ad vos revocatam videbatis. Matrimoniorum, & commerciorum libertatem ita reſtitutam, ut omnibus jam liceret, (quod antea nefas fuerat,) ſua non ſolum dicere, ſed etiam oſtentare. Vexationibus prorſus omnibus vos liberaverat. Ultro vos præterea illi fidelitatis ſacramento obſtrinxiſtis. Sed, proh dolor! nonnulli etiam dum jurarent, de rebellione cogitabant, in quam tandem omnes, non tam temerè, quam perfidè incurriſtis, obliti ſalutis æternæ, obliti honoris, obliti periculorum, in quæ urbem hanc, & totam regionem conjeciſtis. Defeciſtis a legitimo ſucceſſore, & juſto Principe, ad tyrannum iniquiſſimum. Dereliquiſtis primum inter Chriſtianos Regem, ut privatum, & humilis conditionis hominem ſequeremini. Egeno, ac puſillanimo, potentiſſimum ac magnanimum Regem commutaſtis. Et quanquam ingenium, neque lingua ſuppetant, ad veſtri facinoris acerbitatem increpandam, perſuadeo tamen mihi conſcientiam veſtram, culpæ longe majoris vos ipſos condemnare, quam lingua mea accuſare deteſtarique poſſit. Quid admiſeritis, res ipſa declarat. Hominem ab exilio recepiſtis, qui nihil potius duxit, quam templa Divûm, hæreditates, ac omnes fortunas veſtras expilare. Nec immerito. Erat enim, (quod de Cambyſe Perſarum Rege legimus,) difficile, ut is parceret ſuis, qui contemptu religionis graſſatus etiam in Deos fuiſſet. Et quamvis in hujus delicti genere plures ſint gradus, nullus tamen eſt, in quo ſe quiſpiam excuſare poſſit: cum potuiſſet populus Mediolanenſis conjuratis, ſi voluiſſet, reſiſtere. Quis enim tot tamque clara in Ludovicum Sfortiam amoris ſigna defenderet? virorum & pecuniarum præſtita ſubſidia, publicas præterea ſupplicationes, atque lætitias? Cum tamen planè videatis, invaſori quem admiſiſtis, Deum non faviſſe. Ecce enim anguſto clauditur muro, quem paulo ante Mediolanum non capiebat, ſervit qui modo Mediolanenſibus imperabat.

Verum ingratitudo veſtra, Mediolanenſes, miſericordiæ Chriſtianiſſimi Regis fontem non exſiccavit. Summa bonitas hujus Reverendiſſimi Patris, tenentis locum ipſius, veſtram omnem

ſuperat

ſuperat culpam. Sed accedit maxime ad veniam impetrandam, hujus celeberrimi diei, quo memoriam Dominicæ paſſionis, noſtræque redemptionis celebramus, occaſio. Propter quod ignoſcit Chriſtianiſſimus Rex, & Reverendiſſimus ac Illuſtriſſimus hic Cardinalis, tenens locum ipſius, civibus, & populo Mediolanenſi; iis duntaxat exceptis, qui vel factionis auctores, vel participes ante ſecundum diem Februarii, quo civitas publice rebellavit, extiterunt. Donat vitam & bona civibus, & populo Mediolanenſi, eoſque tutos a violentiis reddit, & direptionibus. Hortor tamen vos Mediolanenſes, ut fidem, quam Chriſtianiſſimo Regi promiſiſtis, ita inviolabilem ſervetis, ut ne minima quidem appareat perfidiæ ſuſpicio: ne tanto gravior ſit pœna, quanto majorem hodie eſtis veniam conſecuti. Nam ſi in fide Chriſtianiſſimi Regis, & Ducis veſtri, ac ſucceſſorum ejus perſeverabitis, erit profecto Mediolanum inter cæteras Italiæ civitates, ut dixiſtis, primaria.

Anno Chriſti

Supplicum Mediolanẽſium ad Chriſtianiſſimi Galliarum Regis legatum Oratio.

Quibus dictis, univerſus populus gratias egit, parvulique & infantes pueri, & puellæ, veſtibus albis induti, cum cruce, aliiſque divinis inſignibus, ac ramis arborum, ante ora ejuſdem Reverendiſſimi Domini Cardinalis proceſſerunt: multi miſericordiam acclamantes, plurimi divina ſubſidia deprecantes.

M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

Helvetiorum Reſpubl. bello adverſus Maximilianum ſtrenue ac feliciter geſto, & in tuto tandem res ſuas jam locavit, eaſdemque haud ſpernendis auxit incrementis. Jubet ejus Reipublicæ celebritas, ut quædam paullo altius, Emmianam hic quoque ſequuti diligentiam, dicamus; cum quibus & conjungi illa poſſunt, quæ ſupra alibi de primis ejus gentis liberatoribus fuſius tradebamus. Helvetiorum res proximis ſæculis illuſtres & validæ fuêre: quas expoſuêre viri magni in Helvetia nati, eâque curâ & ſtudio optime de patria ſua ſunt meriti. Nos tempora eorum notabimus breviter, & miſſis antiquioribus tantum ea dicemus, quæ ab initio fœderis pro libertate percuſſi fluxêre. Occaſionem primo fœderi feriundo dedêre ambitio Alberti Auſtriaci Imp. ex familia Habſpurgica, & præfectorum ejus inſolentia ac aſperitas, in veram tyrannidem degenerans. Id namque quærebatur, ut populus relicto jure ſuo, quo ſolum Imperatorem, velut imperii præſidem ac rectorem, nec quenquam alium, principem aut dominum agnoſcebat, in clientelam ſe daret domui Habſpur-

Celeberrima Helvetiorum Reſpub. incrementa.

Anno Chriſti gicæ ſive Auſtriacæ. Quod cum blanditiis obtineri ab eo non poſſet, tentata res eſt per imperia aſpera & crudelia. Quæ cum ferre homines liberioris ingenii non poſſent, conſpirarunt inter ſe pauci primum de tyrannide depellendâ. Primi fuere viri tres, rus ſuum colentes, in quos præcipue, velut autoritatem inter vicinos habentes, inſolentia ac injuria præfectorum, libidini Imperatoris inſervientium, incurrerant. Hi pluribus paulatim clam ſibi adjunctis ex tribus pagis, Suitiis, Uriis, Underwaldiis, & re quam maxime ſecreto habitâ, anno æræ Chriſtianæ MCCCVIII ſurgente, ipſis Kalendis Januariis, Præfectorum, & eorum, quos ſciebant libertatis ſuæ hoſtes eſſe, arces omnes per eoſdem pagos cervicibus ſuis imminentes conſilio magis quam armatâ vi ceperunt, dimiſſiſque quos in iis deprehenderant, diruerunt. Tum tres pagi per legatos ſuos coëuntes conſenſu publico poſtridie Kalendarum fœdus de tuenda libertate ſanciverunt, in annos x. Deinde cum res poſcere videretur (infeſtabantur enim fœderati a vicinis, qui Auſtriacis parebant, quorum magnæ per Helvetiam opes erant) anno MCCCXV cæſis paulo ante ad Morgartum in finibus Suitiorum Leopoldi Auſtriaci copiis, & aliis apud Underwaldios eodem penè tempore fuſis fugatiſque, multis etiam interfectis, fœdus aliud inter ſe inierunt in perpetuum, ſignatum Brunnæ die VII Decemb. Hoc univerſæ ſocietatis Helveticæ, quæ deinceps maxima accepit incrementa, tenue fuit initium. Fœderis caput fuit, DEFENSIO LIBERTATIS contra oppreſſores, ſalvo cuiq; jure ſuo publico privatoque. Omnis pactio ſine conſenſu ſociorum communi cum exterorum quoquam prohibita. Judicia more ſolito ſancta ut ſint, & vim ſuam habeant, ſtatutum. Huic fœderi deinde ſe junxêre Lucernates, qui oppidum habitant ad Ruſam fluv. è lacu exeuntem ſubalpinum, offenſi gravibus injuriis Auſtriacorum, in quorum ditione tunc erant; quæ injuriæ ad minuenda eorum publica jura ac immunitates pertinebant. Facta hæc conjunctio anno MCCCXXXII menſe Novembri. Poſt hos eidem ſocietati ſe addidêre Tigurini anno MCCCLI, menſe Aprili, civitas perantiqua & inclyta & potens in Helvetia ad amœnum & ſpatioſum lacum civitati cognominem, quâ Limagus fluv. è lacu erumpit, in Rhenum ſe effuſurus. Hoc vero ut facerent, periculo ſuo commoti ſunt. Nam cum ante annos circiter XVII exortâ fortè inter cives & magiſtratum diſcordiâ

Celerrima Helvetiorum Reipub. incrementa.

M CCCC XCIV. *& aliquot ſeqq.*

forma Reip. in urbe mutata eſſet, poteſtate a paucis optimatibus, qui Oligarchiam amabant, ad plures, qui è tribubus per ſuffragia eligebantur, tranſlatâ, offenſi illi, qui cedere poteſtate cogebantur, & ob crimen inſuper ad pendendam civitati mulctam poſcebantur, relictâ urbe in exilium conceſſerant, & magnam procerum ac nobilitatis vicinæ partem contra patriam concitaverant, bellumque commoverant. Deinde cum apertâ vi proficere ſe parum vidiſſent ad dolos verſi, cum conjuratis, alia omnia ſimulantibus, in urbem ſe receperant, ut deſtinatâ horâ noctis, de qua convenerant inter ſe, cum oppidanis conſilii ſecreti ſociis, trucidatis qui in magiſtratu erant, Rempubl. invaderent. Sed re ad conſulem per indicium delata, ea ipſa nocte, quâ cædes erat facienda, repente vocatis ad arma civibus, duce conſule, pugnâque nocturnâ in urbe coortâ, malum in ipſos erat verſum. Qui evaſerant, aut urbem ingreſſi non erant, foris rurſum armis commotis, & pluribus in partes tractis, in quibus Habſpurgii Comites erant, & denique Auſtriacis etiam concitatis, bellum gravius parabant. In hoc igitur diſcrimine ut ſe ſocietate munirent, fœdus cum Suitiis, Uriis, Underwaldiis, Lucernatibus inierunt, honoriſque cauſa ob potentiam & libertatem vetuſtam, cedentibus ultro cæteris, primum inter ſocios locum accepere. Mox vero excepit eos bellum ex Alberto Auſtriæ Duce: idque male compoſitum recruduit eodem anno, & Glaronenſes fœderi eidem vergente jam anno adjecit: quemadmodum & anno ſequente MCCCLII, menſe Junio, Tuginos, Tigurinis & Suitiis confines, oppidum modicum colentes ad lacum amœnum, per quem maxime a Suitiis dirimuntur, Auſtriis parere ſolitos. Tum rurſum Tigurum magno exercitu admoto obſeſſum ab eodem Alberto, obſidioque poſt menſem, operâ intercedentium, pactione ſoluta. Factum anni illius mediâ æſtate. Poſt Tuginos ad fœdus idem venêre Bernates anno MCCCLIII, pridie Non. Martii, quorum urbs recens quidem, ante annos nimirum CLXII a Bartholdo Zaringenſi primum condita, ſed omnium, quæ in Helvetia ſunt hodie potentiſsima, & tutiſsimo loco ad Arulam fluv. ſita, cujus fluxu propemodum cingitur, uno tantum latere anguſto excepto, per quod cum reliqua regione conjungitur ſpecie peninſulæ. Sed fœdus a Bernatibus cum tribus tantum pagis primis ictum fuit diſerte, ſic tamen, ut tacitè Tigurini & Lucernates quoque

Anno Chriſti

Celeberrima Helvetiorum Reipub. incrementa.

MCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

Anno Christi

pactis implicarentur. Deinde per aliquot annos gravia bella ſecuta ſunt, & Tigurum anno MCCCLIV tertium ab Alberto Auſtriæ principe, obſidio difficili, juvante eum ipſo Imperatore Carolo IV, preſſum: multa, quæ ſolvendo fœderi eſſent, tum ab Imperatore tum ab aliis tentata, fœdus in diſcrimen adductum, & penè peremptum: grave prœlium anno æræ Chriſtianæ MCCCLXXXVI a fœderatis commiſſum ad Sempachium in finibus Lucernenſium contra Auſtriacos, & eorum ſocios, in quo ipſe belli Dux Leopoldus, Auſtriæ Princeps, Alberti filius, cum maximo nobilitatis numero cecidit VII Eid. Julii. Hac fortunâ fœdus firmatum, licet varia bella contra fœderatos reſurgerent non ab Auſtriacis ſolum, ſed etiam ab aliis; & arma quoque ſocialia cum ſummo diſcrimine in ſe verſa, reliquis fœderatis contra Tigurinos commotis Tigurum ipſum obſeſſum, ab Helvetiis cæteris graviſsimo prœlio decertatum ad Baſileam contra Ludovicum Galliæ regis filium, numeroſiſsimas copias ducentem ad diſsipandum Concilium Baſileenſe, quo ipſi quidem occubuêre, cum pauci numero eſſent, ſed hoſtis vim ita fregêre, ut is ſe ſine mora, nullâ re amplius tentatâ, in Galliam recipere cogeretur. Fuitque bellum hoc ſociale diuturnum, ſed tandem tamen ſarta concordia. Rurſum commota arma Auſtriaca a Sigiſmundo Principe, quæ deſiêre in bellum Burgundicum, omnium longe graviſsimum, quo ter intra vertentem annum ab Helvetiis confœderatis aperto Marte victus, fuſus, fugatus eſt, & maximis cladibus affectus Carolus Burgundiæ utriuſque, & totius Belgicæ a Friſiis uſque in Picardos Princeps potentiſsimus & bellicoſiſsimus, ad Granſonium, Moratum, Nanceium: quorum prœliorum poſtremo ipſe quoque ſuper ingenti ſtrage ſuorum occubuit. Id commiſſum in Lotharingia initio anni MCCCCLXXVII ipſis nonis Januarii die Dominicâ: priora anno præcedente MCCCCLXXXVI in Helvetia poſtridie Kalend. April. & XII Kal. Julii. Secutaque anno MCCCCLXXVIII victoria illuſtris de Duce Mediolanenſi in Lepontiis, parta medio menſe Novembri. Et hactenus octo tantum pagi, quos ſic nuncupant, in fœdere Helvetico fuére, qui vulgo *Veteres* ſunt vocati, a quibus hæc gloria parata. Cum vero ſimultas ex æmulatione, & iniquâ, ut quidam exiſtimabant, prædæ Burgundicæ ampliſsimæ diviſione extitiſſet inter pagos quatuor vicatim habitatos, & totidem oppidanos, atque hi ſocie-

Celeberrima Helvetiorum Reipub. incrementa.

MCCCXCIV. & aliquot ſeqq.

tate duorum oppidorum aliorum, Salodori & Friburgi, quos fœdus commune non includebat, ſe muniviſſent, atque hine major quoque diſcordia inter eoſdem eſſet orta, tandem ad eam ſopiendam anno MCCCCLXXXI in colloquio Stantiano apud Underwaldios convenit, ut Salodorii & Friburgii communi fœderi adſcriberentur. Ita ex VIII pagis fœderatis X. facti ſunt non ſine fremitu domus Auſtriacæ, in cujus clientela ad id uſque tempus a multis annis Friburgum fuerat, cum Salodorum in numero civitatum liberarum imperii Germanici, ut prius Tigurum, hactenus fuiſſet. Tum repetita & confirmata fœdera omnia priora, & contracta in fœdus unum, quod ex loco Stantianum eſt vocatum. Iterumque bella varia geſta poſt hoc fœdus contra Mediolanenſes, Venetos, Auſtriacos, Suevos, quod difficillimum fuit, ad defendendam libertatem ſuſceptum finitumque anno MCCCCXCIX, in quod, autore Cæſare Maximiliano, multi principes, multæ civitates Germaniæ conſpiraverant. Sed vicit etiam tum fortitudo & fortuna Helvetiorum multis prœliis ſuperior, uno ſolum non magno ſuperata: paxque meliore conditione horum quam hoſtium facta: integra libertas fœderatis, cum omnibus locis bello occupatis, relicta. Poſt quæ anno MDI ampliſſima civitas imperii Baſilea ad Rhenum Helvetiis vicina, ut ſe contra inſidias & injurias vicinæ nobilitatis, & exulum ſuorum tutam ſiſteret, item Scaphuſia ſupra Baſileam, ad eundem Rhenum Tigurinorum finibus propinqua, & ipſa in numero civitatum imperii, ſed Baſilea multo minor, metuens ſibi ab Auſtriacis, in quorum ditione olim fuerat, fœderi Helvetico quoque acceſſere: numeruſque pagorum liberorum binario rurſum ampliatus, ut cenſerentur omnes XII. Demum, poſt graviſſima bella ab hoc tempore in Italia, & Gallia potiſſimum geſta, primum pro Galliæ Rege, deinde contra eundem pro Sfortiis, Mediolani principibus, quibus prior gentis gloria plurimum aucta fuit, maxime prœlio atroci ad Novariam commiſſo, & exercitu validiſſimo in Burgundiam traducto, Divioneque obſeſſa, Abbatiſcellani, populus Alpinus, jam ante liber poſt imperium Abbatis Gallenſis, cui olim paruerat, excuſſum, anno MDXIII in fœderis ſocietatem admiſſi fuêre: numeratique abhinc pagi XIII; nec deinceps ad præſens tempus pagorum numerus auctus.

Anno Chriſti

Celeberrima Helvetiorum Reipub. incrementa.

MCCCCXCIV. *& aliquot ſeqq.*

Mame-

Anno Christi Mameluchorum hac tempeſtate (factum id anno M D XVIII.) funditus in Ægypto everſum eſt & deletum imperium, quod conditione ſervi, ſed numero jam mirum in modum aucti, olim invaſerant, Ægypto a Selymo Turcarum Imperatore præſtantiſſimo feliciſſimoque, una cum aliis aliquot nobiliſſimis Orientis ditionibus occupatâ. De Mameluchorum nominis origine, & primo in Ægyptum adventu, in præcedentibus uberius diſſeruimus.

Mameluchorum in Ægypto imperii finis.

Magni motus, inſigneſque mutationes in Perſia, cujus imperiū Hiſmaël Sophy invadit.

Neque prætereundum, hoc eodem Maximiliano Cæſare imperante inſignem in Perſiâ rerum, aut potius imperantis domus, factam eſſe mutationem. A Jacuppi quippe, Uſumcaſſani, cujus & ſuo loco jam meminimus, filii morte, quæ incidit in annum M CCCCLXXXV. fluctuarunt aliquandiu Orientis res, intraque paucos annos reges varios habuerunt, imperii omnes breviſſimi, excepto uno Ruſtano, tyranno potius immani, quam rege, qui ſeptennium regnando complevit. Poſtremo Hiſmaël Sophy extitit, gente Perſa, ſtirpe nobilis, è vetuſto genere regio, religione Mahometanus ſectæ ejus, quæ Halis doctrinam profitebatur: quo duce Perſæ ſeſe cœperunt rurſus movere circiter annum æræ noſtræ M CCCCXCVIII, fortunâque ſecundante Hiſmaëlem regem creatum, ſubactis vicinis provinciis Orientis, dominum conſtituerunt, priſtinamque majorum poteſtatem ac gloriam recuperarunt. Hiſmaëli ſucceſſit Tamaſus filius, non ſegnis Turcarum hoſtis, qui vivendo & regnando ad annum M D LXXVI pervenit, filioſque potentiæ ſuæ hæredes reliquit. E quibus Hiſmaël II ſecundogenitus annum & menſes ſex regnum tenuit poſt patrem: eique a ſuis occiſo ſurrogatus primogenitus Mahomethes Hodabendes, qui gravi & diuturno bello geſto cum Amurathe III Turcarum principe, paceque reddita, obiit anno æræ noſtræ M D LXXXVI, regnumque iniit hujus filius Abas Mitiſes; quem deinde alii aliquot in imperio excepere.

M CCCC XCIV. & aliquot ſeqq.

Caroli

CAROLI V.

ET

SEQUENTIUM

IMPERATORVM

TEMPORA, AC RES GESTÆ,

Uſque ad Annum cIɔ Iɔ cL.

CAROLI V.

ET

SEQUENTIUM IMPERATORUM TEMPORA,

ac Res geſtæ,

Uſque ad Annum CIↃ IↃ CL.

DE CAROLO V. Cæſare, maximo illo, & longe lateque victore, nunc dicendum eſt. Res ab eo geſtæ multæ magnæque ſunt; ampliſſimumque ejus imperium variiſque agitatum motibus, annorumque XXXIX. fuit. *An. Chr.* MDXIX.

CAROL. V. IMPER.

Cum de eligendo eo in Electorum Comitiis ageretur, variis ſententiis certatum eſt. Erant enim qui alium, Galliarum inprimis Regem, ad hoc faſtigium volebant promotum. Et maximopere tunc, id ut fieret, Gallus urgebat. Operæ pretium erit diligentiſſimi viri, Georgii Sabini, hac omni de re verba hic reddere. Cum, inquit, Maximilianus exemptus eſſet rebus humanis, & magno in luctu eſſet Germania, exteri reges, quaſi cuſtode publicæ pacis à ſtatione remoto, in tanta occaſione rei bene gerendæ non ceſſandum ſibi eſſe ducebant. Alibi Selymus Turcarum Imperator, pacato regno in Syria & Ægypto, magna felicitate adjecit animum ad Pannonias occupandas: eamque in rem omni cura & ſtudio incumbebat. Alibi Gallus Mediolanum, nemine jam adverſante, tenens, & elatus clariſſima victoria, cum triennio ante ingentes copias Helvetiorum profligaſſet, habere ſe occaſionem optatam arbitrabatur, decus ac nomen Imperii ad Gallos transferendi, & recuperandi regni Neopolitani, quod aditum in Italiam & eam partem teneret, quæ quaſi domicilium fuiſſet Imperatorum. Itaque repente novas res moliri cœpit: conſcribit exercitus, fœdera cum Burgundis diſſolvit, facit nova cum iis, quorum ſibi profuturam amicitiam exiſtimabat. Et inprimis pontificem Leonem X. ſibi adjungere ſtudet, ut petentem Imperium adjuvet. Flagitat etiam ſibi titulum Imperatoris

De eligendo, poſt exceſſum Maximiliani, Imperatore Electorum conſultatio.

Moguntinus,ut deliberationem auſpicaretur, hanc ad collegas orationem habuit. Vt in publico ſacro vota fecimus,ut Deus gubernet conſilia noſtra de re omnium maxima, videlicet de eligendo Imperatore; ita nunc, poſtquam auſpicato ad hanc difficillimam deliberationem inchoandam, inter ipſas aras,congreſſi ſumus, iterum precor Deum optimum maximum, ut mentes noſtras regat,ad retinendam inter nos concordiam: & flectat, ad eligendum Principem ſalutarem univerſo Imperio Romano, ac præcipue utilem Eccleſiæ Chriſtianæ. Nec dubito quin vos omnes magna ſolicitudine & pietate, aſſiduis votis idem à Deo petatis. Nulla enim difficilior deliberatio de ulla re humana incidere poteſt, quam de Imperatore eligendo. Nam cæteri Reges non ſuſtinent hoc ingens onus externa regna propugnandi. Noſter Imperator eligitur, ut ſit Dux publici conſilii inter omnes Reges: ut propugnet Italiam: ut tranquillitatem Eccleſiæ præcipue cuſtodiat. Itaque cum tantarum rerum cura Imperatori commiſſa ſit, non,ut in cæteris regnis, naſcuntur ſucceſſores, ſed graviſſimo conſilio conſtitutum eſt, ut judicio atque autoritate noſtri collegii quæratur ſucceſſor, qui molem tantarum rerum ſuſtinere poſſit. Equidem agnoſco huic tam difficili deliberationi nullam humanam ſapientiam parem eſſe: ſed me in his curis præcipue hæc conſolatio erigit, quod cum imperia divinitus conſtituta ſint,non dubitem,& noſtrum collegium à Deo gubernari:qui,ſi nos legibus noſtris obtemperabimus, ſi pietatem, fidem, & diligentiam, quantum proſpici hominum mentibus poteſt, præſtiterimus; aſpiraturus eſt conſiliis noſtris, ut electio ſit fauſta ac felix patriæ, ac univerſo nomini Chriſtiano. Deinde,ea quæ in tali Senatu & ſummo Concilio orbis terrarum requiri poſſunt, video in vobis eſſe: rerum uſum, ſapientiam, pietatem erga Deum, fidem erga Rempublicam, ſtudium tranquillitatis communis. Cumque præcipue nobis concordia opus ſit, declaraſtis ea in re aliqua ex parte voluntatem veſtram,quod ſine contumacia omnes in tempore conveniſtis. Quamobrem vobis publico nomine gratias ago. Et modo jusjurandum dediſtis, cum in cæteris articulis obtemperaturos vos eſſe legibus, tum vero in eo qui ad retinendam communem tranquillitatem præcipue pertinet, ut illi,qui plurium ſuffragiis Rex creatus & renunciatus fuerit, omnes obediant. Quare ſatis proviſum eſt jurejurando, ne qua publica in Imperio diſcordia oriatur. Hic aditus ad cauſam noſtram, bonam mihi ſpem facit de cæteris, quæ reſtant agenda.

Anno Chriſti

Moguntini Electoris de eligendo Imperatore oratio.

M D XIX.

Sed

Anno Chriſti

Moguntini Electoris de eligendo Imperatore oratio.

Sed tamen, ut magis muniatur concordia, duxi initio vos cohortandos eſſe, ut, priuſquam in ſuffragium itur, inter nos re diſputata, demus operam, ut omnium ſuffragia conſentiant. Multa in hac natione bella civilia, plena crudelitatis, & perniciosa toti orbi terrarum, & antequam Concilium Electorum conſtitutum eſt, & poſtea, propter ſucceſſionem aut ſuffragiorum diſſimilitudinem in electione, exarſerunt. Ludovico Pio filius Lotharius conatus eſt regnum eripere. Capto patre poſtea Lotharius conflixit cum fratribus, tam atrociter, ut in eo prælio Francorum vires adeo afflictæ ſint, ut poſtea decus imperii tueri non potuerint. Saxones deinde rerum potiti ſunt, quos exercuerunt aſperrimæ ſeditiones. Adverſus Henricum primum dux Bavariæ Arnoldus bellum movit, quod tamen moderatione Henrici cito ſedatum eſt. Sequens bellum, quod Lotharingus movit adverſus Othonem, ut Francico nomini Imperium reſtitueret, annos duravit ſex: eſtque Germania fœde igne ac ferro vaſtata, donec ad extremum in acie interfectus Lotharingus pertinaciæ ſuæ pœnas dedit. Othonis ſecundi tempore Galli armis conati ſunt ad ſe transferre Imperium. Othoni tertio eripere conati ſunt Imperium Henricus Bavarus, & quidam Romæ Creſcentius. Hæc certamina ut caveret ad poſteritatem Otho tertius, graviſſimo conſilio & comprobante Romano Pontifice, collegium Electorum inſtituit: cujus collegii ſapientia & fide jam annos quingentos Imperii poſſeſſio in hac natione retinetur. Quod non modo Germanico nomini glorioſum eſt, ſed etiam toti Europæ multis modis ſalutare fuit. Sæpe enim noſtri Imperatores ex Italia barbaros depulerunt, & pernitioſas mutationes magna virtute prohibuerunt: Sed tamen aliquoties contentio de regno graviſſime afflixit Germaniam atq; Italiam. Adverſus Henricum IV. virum fortem & impigrum, multi Principes in Germania atque Italia conſpirarunt: qui Rodolpho, duci Saxonum & Suevorum, tribuerunt nomen Regium. In hoc bello cum eſſent duæ fortiſſimæ nationes conjunctæ, Saxonica & Suevica, nec poſſet Henricus ſine acerrimis dimicationibus dignitatem ſuam propugnare; ita ab utriſque dilacerata eſt patria, nunquam ut poſtea priſtinam majeſtatem recuperaverit Imperium noſtrum. Dum enim civilibus bellis domi conflictamur, interea Galli bonam Belgicæ partem & Sequanos invaſerunt. Denique, multis ubique præſidiis atque ornamentis amiſſis, poſtea cæteris nationibus opem ferre non potuimus, ut antea,

MDXIX.

nec

nec regibus aliis formidabiles fuimus, ut olim. Poteſt & inde æſtimari, quam funeſtum & luctuoſum bellum patriæ fuerit, quod in eo non ſolum multi prophani Principes interfecti ſint, Rodulphus dux Sueviæ, Otho dux Saxoniæ, & Gerardus Lotharii pater, Egbertus Marchio Miſnenſis, ſed etiam trucidati ſint aliquot Epiſcopi, quos religio adverſus bellorum injurias defendere debebat. Sunt enim occiſi Epiſcopi, Magdeburgenſis & VVormatienſis. Ad hæc mala acceſſit & perturbatio religionum, & ſchiſma. Secutum eſt aliud bellum, ortum ex diſſimilitudine ſuffragiorum in electione, inter Conradum Suevum, & Lotharium Saxonem: quod, poſtquam multæ urbes in Imperio vi captæ ſunt autoritate divi Bernhardi ſedatum eſt. Exarſit multo crudelius bellum inter Philippum & Othonem IV. propter Electorum diſcordiam. Aliquot prœliis victus Otho fugit ex Germania in Angliam. Poſtea adverſus Fridericum II. à quibuſdam electus eſt Henricus Landgravius Thuringiæ, qui in obſidione Vlmæ ex vulnere periit. Secutum eſt interregnum, quod duravit annos ferme octodecim: in quo nonnulli Electores accerſiverunt in Germaniam ad Imperium Richardum, fratrem regis Britanniæ. Interea cum ſine rege eſſet Reſp. non ſolum defecerunt in Italia civitates, ſed etiam in contemptum venit apud omnes Germanica natio. Aliquanto poſt, diſſenſio in electione Ludovici Bavari & Friderici Auſtriaci bellum ingens excitavit, quorum alter Bohemos, alter Hungarica auxilia in Germaniam adduxit. Ita utrinque à Barbaris Germania crudeliter vaſtata eſt. Deinde adverſus Ludovicum electus eſt Carolus Lucemburgenſis. Neque hæc electio habuit omnium ſuffragia, & ſtatim nonnulli ex Electoribus expetiverunt Eduardum Angliæ regem; alii deinde Comitem Suarceburgenſem. Toties inciderunt certamina in hac natione de ſucceſſione, quibus & domi majeſtas Imperii graviter concuſſa eſt, & interea foris neglecta eſt Reſpublica. Dum enim occupati ſumus civilibus bellis, aut fracti domeſticis cladibus, non potuimus reprimere Turcas: quorum potentia, nemine obſiſtente, quantum creverit, videtis. Tot igitur exemplis triſtiſſimis moniti, pertinaciſſime tueri concordiam debemus: præſertim hoc tempore, cum Turcæ nobis bellum denuncient: comminantur ſe non modo Imperium, ſed libertatem & religionem erepturos eſſe. Etſi autem jurejurando veſtro proſpectum eſt, ne qua ſeditio oriatur, etiamſi ſuffragia non conſentirent: tamen vos ipſi intelligitis, plurimum referre, ut

Anno Chriſti M D XIX.

Moguntini Electoris de eligendo Imperatore oratio.

Anno Chriſti

Moguntini Electoris de eligendo Imperatore oratio.

prorſus conſentiant ſuffragia. Nam quamlibet levis diſſenſio, tamen multas in Rebuspublicis deliberationes impedit: & ſæpe horribiles motus parit. Nec deſunt, qui captant omnes occaſiones diſtrahendæ Germaniæ in diverſas partes. Multum autem ad illos deterrendos, profuturus eſt conſenſus noſter. Plurimum etiam afferet momenti, ad voluntates Principum ac populi Germaniæ ad noſtram ſententiam adjungendas. Cogitate omnium Regum ac Principum oculos in nos eſſe conjectos: qui non modo de eo, quiſquis electus fuerit, ſed de nobis etiam, judicium facient, an gravitatem tantam præſtiterimus, quanta in hoc ſummo Concilio orbis terrarum requiritur, an ſaluti orbis terrarum conſulere voluerimus, aut privatis cupiditatibus morem geſſerimus. Et nos quidem non modo hominum judicia, ſed multo magis Deum, teſtem atque arbitrum harum noſtrarum cogitationum, vereri decet; qui cum Imperia conſtituerit ad defenſionem pacis, juris, & religionum, nequaquam vult ea diſcordiis non neceſſariis labefactari, aut diſſipari. Nec dubium eſt, cultum Deo gratiſſimum eſſe ſtudium concordiæ publicæ, præſertim quæ ad Imperiorum conſervationem pertinet. Quam opinionem, etſi omnibus hominibus oportuit infixam eſſe, tamen viros Principes ita amplecti decet, ut in publicis conſiliis nunquam ab ea deflectant, ut omnes deliberationes atque actiones referant ad communem concordiam retinendam. Ego quidem mori malim, quam autor eſſe publicæ inter Electores diſcordiæ. Quare ſententiam meam, re diſputata, libenter cum veſtra conjungam, ut conſentientibus ſuffragiis, id quod optimum erit, Deo adjuvante, ſtatuamus. Velim igitur prius nos de univerſa Republica colloqui, quam in ſuffragia eatur. Eſt enim diſputandum etiam, quarum rerum curam Imperatorem maxime ſuſcipere velimus: quas Imperii partes ſanari initio neceſſe ſit: quomodo conſtituenda judicia in Imperio, & pax munienda ſit. Et ſunt alia multa, de quibus expedit noſtras opiniones conferre. Locus impoſuit mihi neceſſitatem dicendi, & inchoandæ hujus deliberationis. Cæterum meum judicium non ante fero, voſque, pro excellenti ſapientia & gravitate veſtra ſcio venire huc paratos & meditatos. Quare ſententias veſtras, audire maxime cupio: voſque rogo, ut orationem meam, profectam ab animo & amante Reipublicæ, & de vobis amanter & honorifice ſentiente, boni conſulatis. Etſi autem fortaſſe non neceſſaria fuit hæc cohortatio (Novi enim voluntates veſtras, ac ſæpe comperi vos concordiæ publicæ cupidiſ-

MDXIX.

ſimos

Anno Chriſti

mos eſſe, & multa nos fœdera conjungunt, cognatio, ſocietas religionis, & hujus noſtri ampliſſimi Collegii, tamen huic tempori videbatur apta hæc oratio. Nunc enim toti orbi terrarum maxime opus eſt noſtro conſenſu.

Hæc cum dixiſſet Moguntinus, congreſſi reliqui Electores, breviter colloquuntur, & cum adhortationem de retinenda concordia in tanto publico periculo, gratiſſimam ſibi fuiſſe, oſtendunt: tum vero ſapientiam Moguntini laudant, quod & dux publici conſenſus eſſet, & monſtraret viam, qua diſſentio caveretur, ſeque omnes profitentur aſſentiri dictæ à Moguntino ſententiæ, & ſummo ſtudio daturos operam, ne ſuffragia diſcrepent. Hæc jubent communi nomine omnium dici à Ioachimo I. Marchione, cui libenter has dicendi partes tribuebant cæteri Principes, propter excellentem eloquentiam. Erat enim tum quidem ea virtus & gravitas Principum, ut ſine invidia ſingulis concederentur ſuæ laudes, nec parum ad communem ſalutem tum quidem profuit, quod adhuc privatim magna inter ſe benevolentia devincti erant, quam & Reipublicæ cauſa diligenter tuebantur; & quia veteri Germanorum more ſentiebant bona fide amicitias colendas eſſe. Et erat ea magnitudo animi non ſolum, ut privatas ſimultates nullas afferendas eſſe ad publica Concilia ducerent: ſed etiam ut nullas admitterent in animos adverſus cognatos, præſertim in Republica conjunctos. Sed ab hac virtute quantum degeneraverit ſequens ætas, non libet hoc loco commemorare. Videmus enim in multis magnis Rebuspublicis Conſilia privatis odiis impediri. Sed redeo ad hiſtoriam. cum Ioachimus Marchio, Moguntini frater, dixiſſet communi omnium nomine, aſſentiri omnes dictæ ſententiæ, ut prorogato die ſuffragationis, poſtridie ad deliberationem conveniant: interea venerant Moguntiam legati Caroli Archiducis Auſtriæ & Burgundiæ, & regis Hiſpaniæ, Matthæus Epiſcopus Gurcenſis Cardinalis, Fridericus Comes Palatinus Dux Bavariæ, Caſimirus Marchio Brandeburgenſis, Henricus Comes Naſſavenſis, & his adjuncti conſiliarii aliquot. Hi nomine regis Caroli modeſte petebant, ut ejus in electione ratio haberetur: quoniam & indole ad virtutem egregia eſſet, & religionem ac juſtitiam ſummo ſtudio coleret. Natura vero à crudelitate, & ab obſcœnis libidinibus abhorreret: & jam ſpecimen dediſſet induſtriæ, fortitudinis, & felicitatis ſuæ in occupandis Hiſpaniæ regnis. Cumque de ejus ingenio ſpes eſſet optima,

Electores, ſepoſitis omnibus ſimultatibus paci publicæ ſtudent.

MDXIX.

Carolus Auſtriacus miſſis legatis petit ut ſui ratio in electione habeatur.

Anno Christi

Franciſcus etiam Galliarũ Rex, miſſis legatis, petit ut ſui ratio in Electione habeatur.

pollicebantur potentiam, qua cæteris Principibus antecelleret, futuram eſſe præſidio Germaniæ, & univerſo nomini Chriſtiano. Admonebant etiam Electores, à Maximiliano Imperatore, nepotem ipſis commendatum eſſe, cujus memoria ipſis, propter excellentem ejus virtutem & ſapientiam, gratiſſima eſſet. Tanta autem in Maximiliano gravitas fuit, tantus amor patriæ & communis ſalutis, ut niſi probaſſet ingenium nepotis, & judicaſſet profuturam orbi terrarum electionem ipſius, non fuerit eum commendaturus Electoribus. Hæc cum Legati Auſtriaci Electoribus ſignificaſſent, poſtea Moguntiæ cum ſumma modeſtia eventum electionis expectabant: nulla præſidia comparabant, ne quid contra Electorum libertatem in interregno moliri viderentur. Erant & Confluentiæ Gallici Legati, qui privatim ingentibus promiſſis, animos non Electorum tantum, ſed etiam aliorum Principum, & civitatum, conciliare regi Franciſco conabantur: diſputabantque, nihil contra leges facturos Electores, ſi Francorum regem deſignarent Imperatorem, quod Francorum reges à Germanica ſtirpe orti ſint. Addebant, olim tantam fuiſſe conjunctionem utriuſque gentis Gallicæ & Germanicæ, non ut diſtractæ in duo regna fuerint, ſed velut unum regnum ſub iiſdem ſignis, ſub eodem rege Francorum, ſocia arma geſſerint: domi iiſdem legibus, eodem jure, gubernatæ ſint: eamque conjunctionem primum glorioſam fuiſſe Germanico nomini. Deinde etiam ſalutarem univerſæ Europæ ac præcipue Eccleſiæ. Nam Imperii decus initio partum utriuſque nationis virtute, poſtea Germanos, quaſi uſucapione retentum, poſſediſſe. Quantum vero profuerit conjunctio Galliæ & Germaniæ initio, inde æſtimari poſſe, quod cum Italiam alibi Saraceni popularentur, alibi vero Longobardi, non contenti finibus ſuis, Romam ipſam, arcem & caput Chriſtiani nominis in Europa, in barbaricam ſervitutem redigere conarentur; diu quaſſatæ Italiæ hæc una res, videlicet conjunctio Galliæ & Germaniæ, optatam pacem attulerit: quæ duravit annos fere centum, quoad familia Pipini & Caroli Imperium tenuit. Defenſas eſſe, aut certe pacatas communiter, & alias regiones in Europa: Saracenos ex Hiſpania effuſos in Galliam, fuiſſe repreſſos, liberatam Germaniam terrore Hunnorum. Sed ſi unquam, nunc maxime optandam eſſe conjunctionem Galliæ & Germaniæ, ad reprimendam barbariem Turcicam. Tenere autem regem Franciſcum etiam bonam Italiæ partem, & habere ſtudia reliquorum Italorum. Semper Gallicos

MDXIX.

reges

reges Romanam ſedem ſingulari pietate veneratos eſſe. Quare & erga regem Franciſcum, & Gallicum nomen, optimam eſſe hoc tempore Romani Pontificis voluntatem; nec vero aliam ullam oſtendi poſſe expeditam rationem belli adverſus Turcicam nationem gerendi, quam ſi communibus opibus Italiæ, Galliæ, & Germaniæ res ſuſcipiatur. Has regiones propter oportunitatem locorum, propter copias & exercitus, etiam antea viſas eſſe inprimis idoneas, ad hoc bellum gerendum. Nam & Sigiſmundi Imperatoris tempore, exercitum contractum fuiſſe ex Italis, Gallis, & Germanis. Ad hæc quod claſſem ita inſtructam habeat Gallia, ut ſi Veneta claſſis adjuncta fuerit, non dubium ſit, mari toto, quæ velint littora, quas oras, inſulas, portus, tuto petere & oppugnare poſſent. Porro ſi tanto bello Dux quærendus eſſet, Rempublicam ipſam flagitaturam eſſe regem Franciſcum: Quia non ſolum autoritate reliquos Principes anteiret, ſed etiam uſu & peritia rei militaris. Nec deeſſe ejus virtuti felicitatem. Quantas enim res geſſiſſet, dum recuperaret Inſubriam, omnibus notum eſſe: quanta felicitate maximas hoſtium copias profligaſſet: quoties toto triennio dimicaſſet acie. In his rebus cum felicitas ejus conſpici potuerit: tum vero virtus, magnitudo conſilii atque animi, laborum tolerantia, diligentia in omnibus rebus providendis, quæ ad Imperatoris curam pertinent, tanta fuerit, ut peritiſſimorum confeſſione nemo ei Ducum hoc tempore anteferendus ſit. Etenim quod hoc bellum non tantum auſpiciis ipſius, ſed etiam conſiliis & ductu geſtum fuerit: ipſe loca caſtris ceperit, intentus fuerit in occaſiones pugnandi: providerit, ut non hoſtis arbitrio, ſed ſuo dimicaret: rationem inierit, quarum areium oppugnatio tentanda eſſet, ubi hoſtis elici poſſet. Quia vero in Imperatoribus non minus felicitas, quam fortitudo ſpectanda ſit, hactenus Deum faviſſe incœptis regis Franciſci: & in ſpem omnes adduci, propter cæteras ejus virtutes hanc felicitatem diuturnam fore. At nihil eſſe, quod Germanici Principes, accerſito rege Galliæ metuant veteri ſuæ libertati, cum & rex ſua voluntate leges & inſtituta majorum libenter obſervet: & Electoribus permiſſurus ſit, ut conditiones ferant, quas eum in accipiendo Imperio ſervare velint. Quia rex non aliam ob cauſam petat Imperium, niſi quod toti nomini Chriſtiano hanc Galliæ, Germaniæque conjunctionem, maxime profuturam eſſe judicet. Quæ conjunctio non eſſet diuturna & ſtabilis futura, ſi alterutri nationi libertas eriperetur. Eamque ob rem

Anno Chriſti.

Legatorum Galliæ pro Franciſco Rege ad Electores oratio.

M D XIX.

Anno Christi

promittebatur, regem non collocaturum eſſe Gallica præſidia in Germania, ſed Germanicos exercitus ſuo ſtipendio conducturum eſſe, quibus de conſilio Principum, duces Germanici, quorum virtus & fides probata eſſet, præficerentur. Oſtendebatur etiam, quas commoditates allatura paulatim eſſet Principibus hæc nationum conjunctio, cum rex etiam Gallicis ditionibus donaturus eſſet Germaniæ Principes: ſicut olim ſub Carolo Magno, aliqui Principes tenuiſſent amplos Principatus in utroque regno. Hæc fere ſumma fuit Gallicæ orationis, cui erat adjecta adhortatio, ut Electores non amitterent hanc occaſionem conjungendæ Germaniæ cum Gallia, quod ea res Germanis eſſet futura glorioſa, qui hac virium acceſſione facta, multo eſſent futuri ad res maximas gerendas inſtructiores. Et quod ad defenſionem Europæ, & ad Chriſtiani orbis tranquillitatem, nihil hac conjunctione poſſet utilius cogitari ac reperiri. Recitatis legatorum literis, breviter reſponderunt Electores: Gratam ſibi eſſe benevolentiam Regum erga nomen Germanicum, ſed de electione ſe, Deo adjuvante, optima fide facturos eſſe id, quod poſtularent leges, & inſtituta majorum, & religio jurisjurandi, quod dediſſent. Miſerat autem Gallus paulo ante Legatos in Helvetiam, petieratq; indici conventum, quod pro veteri amicitia, quæ Helvetiis fuit cum Gallico regno, quædam ad utilitatem Europæ pertinentia, ad ipſos referre cuperet. Indicto conventu, expoſuerant Legati, regem Franciſcum re deliberata cum ſummis Principibus Chriſtianis, adhortatione etiam quorundam, quorum præcipua ſit autoritas & voluntas erga Rempublicam Chriſtianam optima, conſtituiſſe, petere ab Electoribus, ut deſignetur Romanus Imperator. Commemorant, nihil vi, nihil per ſeditionem facturum eſſe contra Germanorum libertatem, ſed Electorum ſuffragiis, & autoritati Pontificiæ rem permiſſurum eſſe. Sed ad hoc conſilium initio adjungendos duxiſſe Helvetios, ut ſi Electorum ſuffragiis fuerit electus, ipſi non adverſentur, ſed potius ſint in partibus, & hanc electionem una defendant. Quod ut faciant, non modo vetus cum Gallis amicitia, mutuis utriuſque gentis beneficiis confirmata, eos hortetur: ſed etiam ſalus totius Chriſtiani orbis. Quia hæc petitio præcipue hanc ob cauſam inſtituta ſit, quod ad pacem in Europa conſtituendam, & ad depellendos Turcas, nihil cogitari accomodatius poſſit, quam conjunctio Italiæ, Galliæ & Germaniæ: quæ ſi procederet, bellum terra marique adverſus Turcas, rex moturus

Legatorũ Galliæ pro Franciſco Rege ad Electores oratio.

Reſponſum Electorum.

MDXIX.

Legati à Gallo ad Helvetios mittuntur.

turus

turus eſſet. Eſt autem Helvetiæ ſitus opportunus, primum ad Italiæ tranquillitatem defendendam, deinde ad expeditiones in vicina Italiæ loca ſuſcipiendas. Itaque ferebant, Regem adjuncturum eſſe Gallico equitatui Helveticum peditem, idque robur ac nervos Chriſtiani exercitus fore. Non enim dubitabat rex libenter venturos in ſocietatem periculi generoſos Helvetiorum ſpiritus: quia nulla ætate juſtius, aut magis neceſſarium bellum unquam geſtum ſit. Depellendus eſt à noſtris cervicibus hoſtis, qui non de gloria Imperii, ut veteres Monarchæ, bella gerit, ſed ut religionem Chriſtianam deleat, ut univerſam diſciplinam civilem, ut jura matrimoniorum tollat, ut ad ſtupra noſtras conjuges ac liberos rapiat, liberandæ ſunt hac miſerrima ſervitute gentes vicinæ, quæ nobiſcum religione, & aliis multis fœderibus antea conjunctæ fuerunt. Hæ ſunt cauſæ graves & juſtæ viris fortibus arma capiendi. Quare non dubitare ſe ajebant, quin Helvetii hujus militiæ decus maxime expeterent. Cum autem electio illa his tantis rebus gerendis opportunitatem allatura eſſet, debere Helvetios quoque ſuis ſtudiis ac ſignificatione voluntatis, eam adjuvare. Poſtremo pollicebantur, regem, ſi eligeretur, gentis Helveticæ libertatem nulla in re labefacturum eſſe, ſed potius confirmaturum, & multa additurum eſſe commoda, atque ornamenta, ſi Helvetiorum virtus & fortitudo non eſſet communi ſaluti nominis Chriſtiani defutura.

Anno Chriſti

Legati à Gallo ad Helvetios mittuntur.

M D XIX.

Hæc cum Gallici Legati commemoraſſent, quanquam privatim multos ingenti pecunia & novis largitionibus obligatos tenebant; tamen honeſti viri delecti ex civitatibus modeſte reſponderunt. Se non impedituros libertatem Principum Electorum, nec ſignificatione aliqua voluntatis ſuæ, aut terrore ullo, præbituros occaſionem turbandæ tranquillitatis Germaniæ, quam agnoſcerent patriam. Deinde, cum nominatim Helvetico fœdere exceperint Romanam Eccleſiam, & Romanum Imperium, profitebantur ſe nihil contra Romani Imperii Majeſtatem facturos eſſe. Pertinet autem ad Majeſtatem libertas Principum Electorum. Ita Gallis dimiſſis, ſcribunt Helvetii literas ad ſingulos Electores, in quibus commemorant, ſe ſcire quam vehementer ambiat Gallus Imperium, & quod multorum animos ea de re ſolicitet. Narrant etiam, quæ apud ipſos petiverit, quidque ipſi reſponderint. Deinde exponunt, ſe defugere omnia conſilia, quæ videantur eſſe contra Germaniæ tranquillitatem. Et negant ſe ulla in re libertatem Principum Electorum

Helvetii reſpondent ſe nec debere, nec velle impedire Principũ Electorum Imperii in eligendo libertatem.

Anno Chriſti

impedituros eſſe. Adjiciunt dehortationem, ne ad Gallos transferatur Romani Imperii decus, neve moveantur Principes opibus aut viribus Gallicis, quia adhuc in Germanica natione tantum ſit conſilii, & virium, ut nihil opus ſit exteros Reges accerſere. Poſtremo hortantur, ut aliquis eligatur ex Germaniæ Principibus, & pollicentur, ſua arma non defutura eſſe defendendæ tranquillitati Germaniæ. Scribunt & ad Leonem X. Romanum Pontificem, & petunt, ne ſit auctor Electoribus eligendi regis Franciſci, quod Gallorum dominatio in Germania paritura eſſet ingentia bella, & futura exitioſa utrique nationi. Nec impliciti Galli Germanicis bellis, Italiam defenſuri eſſent, aut alias res utiles nomini Chriſtiano moturi. Ad has literas Romanus Pontifex reſpondens, narrat in fœderibus, quæ Romana ſedes habeat cum regibus Neopolitanis, cautum eſſe, ne quis ſimul Romanum Imperium teneat. Cum autem ſibi Romanæ ſedis privilegia religioſe & ſumma ope tuenda ſint, ea de re certiores factos eſſe Electores, ne quid fieret contra libertatem & commodū Romanæ ſedis. Quod autem alium quendam Principem evehendum eſſe ad faſtigium Romani Imperii magis ſenſerit, adductum ſe non privata benevolentia, ſed certo judicio, quod cognoverit eum excellenti ingenio, induſtria, & magnitudine animi præditum eſſe, & cupere potentiam ſuam ad communem ſalutem conferre. Hanc excuſationem ſcripſit ad Helvetios Leo Pontifex, omiſſis regum nominibus. Etſi autem intellexerant Electores, quæ omnium Regum ubique terrarum vel ſtudia eſſent, vel expectatio de hac electione, & quo ſingulorum voluntates inclinatæ eſſent; ipſi tamen ſumma cum gravitate cavebant, ne ad ullum inflectere ſe quiſquam videretur, ante ſuffragationem. Nemo ullas aluit factiones, nemo paravit ſui ſuffragii defenſores, ſed integris animis convenerunt in colloquium Electores, è quibus Moguntinus unus omnium graviſſimum onus ſuſtinebat. Nam cum primus ſententiam dicturus eſſet, laborandum ei fuit, non modo ut ſuffragio ſuo aliquem nominaret, ſed etiam cauſas ſuæ ſuffragationis exponeret, ut reliquos ad ſuam ſententiam adjungeret. Itaque prius cum Friderico duce Saxoniæ de univerſa Republica Chriſtiana, & omnibus Imperii Germanici partibus colloquitur. Et his congreſſibus totas impertit noctes: ac re diligenter diſputata, huic oſtendit, maxime è Republica ſibi videri ut Carolus Archidux Auſtriæ eligatur. Idem cum videretur duci Saxoniæ, jubet eum conſtanter in ſententia manere, ut conſenſu ſuo

Helvetii & Leo X. Papa electionem Franciſci Regis omnino diſſuadent.

M D XIX.

dubi-

dubitantes invitarent, & repugnantes vincerent. Cum igitur conſtituto die ad deliberationem Electores in Curiam Francofordiæ (quæ dicitur Romana) conveniſſent, Moguntinus bene paratus, orationem habuit in hanc ſententiam. Non dubito equidem, Principem orbi terrarum divinitus dari: tamen cum noſtra ſuffragatio requiratur, primum oro Deum optimum Maximum, ut mentes noſtras gubernet: deinde cenſeo nobis quoque diligentiam & fidem præſtandam eſſe, ut quantum à nobis provideri poteſt, maxime idoneum eligamus, qua in re primum habenda eſt ratio legum noſtrarum, & jurisjurandi. Et quoniam hic congreſſus inſtitutus eſt, non ut ſuffragia feramus, ſed ut libere colloquamur, cum de univerſa Republica, tum de electione, dicam quid mihi maxime videatur è Republica eſſe. Etſi autem mirifice angor animo, de eventu electionis; tamen hæc res nonnihil levat animum meum cura, quod antea polliciti eſtis, vos non commiſſuros eſſe, ut ſuffragia diſſentiant. Diſputabo igitur liberius, voſque ut idem faciatis, adhortor. Deinde collatis opinionibus ſine privatis affectibus, ut decet Principes, quorum ſapientiæ & virtuti res omnium maxima commendata eſt: unam ſententiam eligemus, quæ videbitur utiliſſima univerſæ Reipublicæ Chriſtianæ. Exiſtimo vos omnes de tribus ſententiis diſputare: an rex Galliæ ſit ad Imperium accerſendus, aut Carolus rex Hiſpaniæ: an vero ſatius ſit, aliquem eligere ex cæteris Germaniæ Principibus, qui virtute & potentia aliis antecellere videatur. De his omnibus exponam breviter meam opinionem. De Gallo, arbitror nos impediri noſtris legibus & jurejurando. Eſt enim diſerte conſtitutum, ne extero, ſed Germanico Principi Imperium commendemus, ne hoc tantum decus ad exteras nationes transferatur: & non modo Germania veniat in ſervitutem, ſed etiam in Italia, aut ſtatu Eccleſiæ, mutatio ſequatur. Nec vero dubium eſt, regem Gallicum eſſe peregrinum Principem, & eo appetere hoc faſtigium, ut ad ſuos transferat: ſicut idem majores ipſius ſæpe armis ad ſe retrahere conati ſunt. Nec ſine acerrimis dimicationibus, Carolus Craſſus, & Othones, poſſeſſionem Imperii in Germania retinuerunt. Quod autem aliqui referant vetuſtam originem Francorum regum ad Germanos, hæc leviora ſunt, quam ut Principes, tanta ſapientia & gravitate præditos, movere debeant. Conſtitutio poſtulat talem eligi, qui vere ſit hæres alicujus ditionis, quæ huic noſtro Imperio paret. Alioqui ſi illæ veteres fabulæ Gallis patrocinantur, perinde pote-

Anno Chriſti

Moguntini Electoris altera de eligendo Imperatore oratio graviſſima.

M D XIX.

runt

Anno Christi

runt à Turcis Troiam repetere, atque à nobis Imperium : quia perhibent ſe ab Hectoris filio ortos eſſe. Cum igitur conſtet, excludi Gallicum regem conſtitutione publica, quam jurati in electione ſequimur, nihil opus eſt longa diſputatione. Quanquam, etiamſi natio nihil impediret, diſſuaderem hanc electionem. Primum enim in Germaniam adducendus erit Gallus. Quantum ea in re periculi erit, cum exercitus peregrinus diſtribuetur per urbes Imperii? An ſuperbiam & libidines equitum Gallicorum civitates ferent? Sed aliud impendet gravius malum. Veniet inimicus Carolo, quod ne cui dubium ſit, jam bellum denunciatum eſt: antiqua fœdera Burgundionum & Gallorum reſciſſa. Bellum etiam Neapoli inferre decrevit. Itaque cum detrectabunt Imperium Gallorum Auſtriaci & Belgæ, & habebunt alii aliorum Principum ſtudia, atque auxilia, videbitis arſuram civili bello univerſam Germaniam. Porro cum alia nobis proſpicienda ſunt, tum hoc natura primum eſt, ne noſtra electio civile bellum in Germania accendat. Iam ſi Gallum elegerimus, oportebit nos ſuffragia noſtra tueri. Vbi ſi incidet diſcordia cum Auſtriacis, num arma geremus ad opprimendam domum Auſtriæ? Nec nos vetus neceſſitudo, nec ſanguinis conjunctio, nec merita & nobilitas domus Auſtriacæ, denique non Maximiliani manes à tanto ſcelere deterrebunt? Deinde oppreſſis Auſtriacis, an putatis libertatem cæteris Principibus in tuto fore? Vt Mediolanum non reddet unquam Germanis, ita ubi poterit, Gallorum potentiam augebit. Nihil me illa magnifica promiſſa movent, quæ audiſtis. Non pacta, non leges plus valent, quam iracundia, ſuperbia, ambitio victoris. Scimus Gallum in patria, quam natura amare debebat, quoſdam jam Principatus rapuiſſe : brevique orbatam videbitis Principibus univerſam Galliam. Eſt omnino Gallus excelſo animo præditus, ſed nimis cupidus Monarchiæ. Nos autem niſi Ariſtocratiam Principum in Germania omni conſilio, omnibus viribus ac nervis tuebimur, male conſulemus univerſæ poſteritati. Minus etiam movent me, illa glorioſa promiſſa de bello Turcis inferendo. Equidem agnoſco conjunctionem Germaniæ, Italiæ, & Galliæ, magnum ac ſalutare præſidium Europæ eſſe, ſi quis teneret pacatas & obedientes. Sed Gallus nihil gerere adverſus Turcas, aut volet, aut poterit: niſi prius domitis in Germania Belgis, in Italia vero recuperata Neapoli. Has ad res armare Gallum, hoc eſt, ad crudele bellum in ipſo imperio excitandum, noſtra autoritas nequaquam

Moguntini Electoris altera de eligendo Imperatore oratio graviſſima.

M D XIX.

debet.

debet. Nec eſt, quod mihi quiſquam objiciat, vaticinari me de rebus ambiguis. Ego vero certa & explorata commemoro. Iam enim, ut dixi, bellum denunciatum eſt, conſcripti exercitus: quos tamen fama noſtræ electionis, ſi alius fuerit electus, facile reprimet. Quare ut finiam hanc diſputationem, primum lege & juramento impediri nos cenſeo, ne regem Gallicum Franciſcum ad Imperii faſtigium evehamus: deinde etiam, ſi eligere eum liceret, cenſeo id non eſſe è Republica, ſed futurum exitiale Germaniæ, & fortaſſis univerſæ Europæ. Quare profiteor, me ſuffragio meo nequaquam accerſere Gallum ad Imperium. Reſtant duæ deliberationis partes, an Carolus ſit eligendus, aut alius quiſpiam Germanicus Princeps. Hæc deliberatio multo mihi difficilior eſt. Nam de Carolo, opinor pleroſque veſtrûm, propter multas graves cauſas, dubitare, quæ etiam meum animum non leviter movent. Primum Hiſpania longe diſſita eſt à Germania; quod ut libertati noſtræ tutius videtur, ita, ſi Carolum detinebunt Hiſpaniæ, interea ſine præſidio, & ſine cuſtode publicæ tranquillitatis, erit Germania. Et vel Turcici belli cauſa, vel propter domeſticos Principum tumultus, neceſſitas publica flagitat, ut velut in ſtatione adſit Imperator. Quid, ſi etiam ſubito de Imperio, aut de religione, exarſerit aliqua ſeditio? Equidem perhorreſco, cogitans quantum tunc habitura ſit periculi hæc natio, abſente Imperatore. Fateor hujus periculi cogitatione angi animum meum. Aliud levius eſt, ſed tamen non contemnendum. Si enim iratus aliquando in Germaniam veniret, & Hiſpanos adduceret, libertas noſtra non eſſet in tuto. Fortaſſis & Hiſpani difficulter nobis reſtituent Imperii decus, poſtquam ſemel in hanc poſſeſſionem venerint: præſertim cum aditum ad Italiam eis patefaciat. Et cum ſuo ſanguine recuperabunt Mediolanum, non ſine certamine inde nobis ceſſuri ſunt. Videretur igitur tutius, omiſſis exteris Regibus, eligere aliquem, prudentia, juſtitia, fortitudine, & fide præſtantem virum, ex reliquis noſtris Principibus, ut ſæpe majores noſtri fecerunt: qui plerunque virtutem in electione magis ſpectaſſe, quam potentiam videntur. Agnoſco id quidem, ſed tunc populi Germaniæ minus erant contumaces. Facile erat, ut dicitur in Proverbio, imperiū in bonis. Nunc autem quid fieret, ſi electo Imperatore infirmo, nec Belgæ, nec Auſtriaci parerent? Et, ut futurū non dubito, ſi bellum inter duos reges, Gallicum & Hiſpanicum, in Belgio, aut in Italia orietur, an Imperator, velut otioſus ſpectator, ſineret

Anno Chriſti

Moguntini Electoris altera de eligendo Imperatore oratio graviſſima.

M D XIX.

Anno Chriſti

duas exteras nationes diripere bonam Imperii partem. Quid, quod ipſi Principes Germaniæ, ut nunc ſunt mores, ſpreto ſuo Imperatore, alii ſe cum Auſtriacis, alii cum Gallis conjungunt? Ut igitur lepores dicuntur fruſtra concionati leonibus, ita ſedebit noſter Imperator, velut lepus, edicta componens leonibus, videlicet iſtis Regibus, quæ edicta derideant omnes exteræ nationes. Minus periculi fuit, cum regnaret Fridericus III. & tamen dedecori nobis fuit, tunc Burgundum ferre ſigna per bonam Germaniæ partem; Philippum Mariam impune graſſari in Italia: alibi etiam circumſederi Imperatorem in ipſa Auſtria: nec ſeſe Bohemicis auxiliis liberari. Poſtremo ab Hungaris pelli Auſtria, & ejici ex ſuis laribus; cum quidem ea ætate haberet conjunctos Principes, meum avum Marchionem Albertum, fortem & ſapientem virum, & Albertum Saxoniæ ducem. Quid nunc fieret, cum exteri Reges haberent alii alios Principes ſtipendiis obligatos? Et quam multæ cauſæ incidere poſſunt, vel Principibus, vel Civitatibus detrectandæ obedientiæ? Videntur etiam de religione impendere horribiles tumultus. Sunt enim ſemina jam ſparſa de Indulgentiis, de poteſtate Pontificia, de autoritate Eccleſiaſticarum traditionum: quæ, etiamſi adhuc ſanabilia exiſtimentur, tamen paulo poſt, magnam mutationem univerſæ Eccleſiæ afferent. Nullum enim doctrinæ genus majore applauſu exceptum eſt, quam hoc. Et quotidie plura dogmata moventur. Irritantur ingeniaterociſſimarum gentium in Germania, Saxonia & Helvetia. Nec poterit ſine Synodo tranquillitas Eccleſiæ reſtitui. Quæ autem erit infirmi Imperatoris autoritas, vel in petenda Synodo, vel in defendenda? præſertim ſi cæteri Reges adverſabuntur. Nihil enim de Turcicis bellis dicam, etſi noſtrum eſt, non modo de defendendis finibus noſtris, ſed etiam de liberanda Græcia cogitare. Quam ad rem opus eſt multarum nationum copiis, & viribus; quas contrahere Imperator, ſi parum habeat autoritatis, non poterit. Hęc, atque alia multa, meum animum adducunt, ut in hac electione potentiæ rationem ducendam eſſe judicem; niſi Imperatorem velimus habere, qui titulum & umbram Imperii, ſine autoritate, ſine viribus gerat. Itaque antefero Carolum Archiducem Auſtriæ cæteris Germaniæ Principibus: & incommoda, quæ ex illius electione colligi poſſunt, leviora judico omnibus, quæ alterius cujuſquam electionem ſecutura eſſent. Primum, origo eſt vere Germanica: nec dici poteſt, nos re transferre Imperium ad exteros, titulo tenus Principem ha-

Moguntenus Electoris altera de eligendo Imperatore oratio graviſſima.

M D XIX.

bere

bere Germanicum. Poſſidet enim in Germania ditiones plurimas, quæ parent noſtro Imperio: & quarum aliquæ antea pepererunt Imperatores. Nec credibile eſt, hoc animo eſſe Carolum erga patriam, ut velit Auſtriam, aut Belgas, opprimi ſervitute ab ulla extera natione. Ergo de origine Caroli nulla diſputatione opus eſt. Et, ſi quis ſcrupulus eſt, ne transferatur Imperium ad exteros, habemus ſolemnem formulam jurisjurandi: juxta quam fidem dabit Carolus, ſe non labefacturum, aut mutaturum jura electionis noſtræ, & Imperii ſtatum. Cum igitur & origine vere ſit Germanus, & tempora flagitent potentem Imperatorem, cenſeo Carolum Auſtriacum evehendum eſſe ad Imperii faſtigium. Quod ipſum tamen non facerem, niſi indoles ejus nobis nota & probata eſſet.

Anno Chriſti

Electoris Trevirenſis de eligendo Imperatore ſententia & oratio.

Hæc, & quædam alia, inprimis de magnitudine animi ac potentiæ Caroli, cum dixiſſet Moguntinus, & hortaretur cæteros, ut ſuo quiſque ordine exponeret ſuam deliberationem, congreſſi alii, ac pauca collocuti, Trevirum jubent dicere, qui pollebat ingenio, doctrina & uſu rerum. Nam & Romæ in judiciis & negotiis publicis diu verſatus fuerat. Et in Germania propter domeſticam adminiſtrationem & dexteritatem in publicis negotiis, vel Imperii, vel aliorum Principum, magnam prudentiæ laudem erat conſecutus. Nec ulli ex noſtris Principibus res Gallicæ erant notiores. Is, quia in privatis congreſſibus aliquoties oppugnaverat Caroli electionem, videbatur paratus ad dicendum venire. Cæteri, ut liberius ſuam ſententiam exponerent, initio audiendum eum eſſe cenſuerunt. Sic igitur exorſus eſt. M D XIX.

Audio in hac ipſa urbe, cum patres veſtri ad eligendum Maximilianum conveniſſent, adfuiſſe vatem, qui dixerit, ultimum Germanicorum Imperatorum fore Maximilianum. Cumque initio fabulam, ſine certo autore natam, exiſtimarent, diligenter inquiri autorem juſſerunt. Quem cum ad ſe vocaſſent, & ex moribus & ſermonibus hominis, judicarent non temere eum has fatidicas voces edere, valde hoc vaticinium admirati ſunt, multaque de poſteritate, mutatione Germaniæ, collocuti feruntur. Meminit hæc ſine dubio dux Saxoniæ Fridericus, qui tunc una cum patre Erneſto adfuit. Propemodum autem reſpondet illi prædictioni eventus. Audivi enim attente eloquentiſſimum Principem Moguntinum; qui cum diligentiſſime collegerit omnia, quæ nobis in hac deliberatione proſpicienda ſunt, tamen ad extremum hoc cenſet utiliſſimum eſſe orbi terra-

Anno Chriſti

rum,ut peregrinum Imperatorem accerſamus. Id ſi fatale eſt,fruſtra repugnamus. Sed illud miror, cur ipſe Hiſpanum anteferat Gallo. Qua in re primum mihi deploranda eſt Germaniæ conditio. Nihil nobis externis præſidiis, nihil peregrinis ducibus opus eſſet, ſi majorum ſuorum virtutem noſtræ ætatis Principes imitari vellent. Otium & ſervitutem quærimus, dum externum Principem adducimus. An putatis, aut avos veſtros, Albertum Marchionem, aut Fridericum Palatinum, aut Albertum Saxonem, fuiſſe unquam externum Dominum adducturos? Ipſi militabant, res gerebant. Nec unquam exercitus, pecunia, arma, noſtris defuerunt, quandocunque vel mediocres duces habuerunt. Verum omitto querelam. Si omnino peregrinus Imperator habendus eſt, cauſæ ſunt plurimæ, quare Gallicus rex anteponendus ſit omnibus. Ac, priuſquam dicam hujus mei judicii rationes, primum de lege & jurejurando diſputabo, unde exorſus eſt Moguntinus. Opinor majores noſtros hac lege cavere voluiſſe, ne Germania amitteret Imperii decus, eoque peregrinos Reges eligi noluerunt, hoc eſt tales,qui non haberent in Germania domicilium: ne externa natio paulatim uſu caperet imperium. Hæc ſi eſt voluntas legis,nihilo magis licebit Hiſpanum eligere,quam Gallum. Hiſpanicus rex longius à nobis abeſt. Et natio ipſa dominationis cupida & bellicoſa, poſtea ſibi Imperium extorqueri non ſinet, ut poſtea iterum dicendum erit. Et, ſi hoc ſatis eſt cauſæ, cur Carolum eligamus, quia tenet quaſdam ditiones ad Imperium pertinentes, valeat idem in Gallo, qui Mediolanum, & regnum Arelatenſe, veterem noſtrorum Imperatorum ſedem, in poteſtate ſua habet. Denique prorſus ita ſentio, quod ad electionem attinet, non minus eligi peregrinum Imperatorem electo Hiſpanico, quam Gallico rege: etiamſi aliqua ſubtili interpretatione jam inſeritur Hiſpanus Germaniæ; eamque totam deliberationem in utranque partem diſputari poſſe judico: & penes nos declarationem legis eſſe ſentio. Quærendum igitur eſt, utrum ſit utilus. Ego cum cogito illam auream ætatem noſtri Imperii, cum eſſent conjunctæ, Francorum temporibus, Germania & Gallia; ac reputo quantum ea conjunctio ad tranquillitatem univerſæ Europæ contulerit, mirabiliter afficior, nosque beatos ducerem, ſi eum ſtatum reſtituere poſſemus. Divinitus autem nunc oblata eſt occaſio ejus rei efficiendæ. Quare nihil dubito vos adhortari,omni ſtudio, ut occaſione utamini. Nec ab hoc meo judicio diſcrepat Italia. Idem optare ſcio Romanum

Electoris Trevirenſis de eligendo Imperatore ſententia & oratio.

MDXIX.

Pro Gallo pronunciat.

Ponti-

Pontificem, Venetos, Italiæ Principes, ac civitates omnes. Cum tot judicia congruere videatis hominum ſapientiſſimorum, nolite exiſtimare leves cauſas eſſe, cur idem tanto conſenſu probent, & omnibus votis expetant omnes. Gallica gens ut eſt vere cognata Germanis, ita opinionibus, ac moribus, liberalitate, clementia, pietate, literarum cultura, Germanis ſimillima eſt. Et, quod conſtat, una eſt exterarum nationum maxime amans noſtrorum hominum: ut veſtigia quædam cognationum in hac ipſa benevolentia agnoſci poſſint. Vicinia vero quam eſt opportuna ad defenſionem utriuſque regionis, ſi quis ſubitus tumultus inciderit? Nec ad Italiæ pacem tuendam reperiri utilius conſilium poteſt, conjunctione harum duarum gentium: quarum utraque exercitus ingentes equitum ac peditum conficere, & Gallia ſuppeditare belli nervos, videlicet ingentem vim pecuniæ, poteſt. Et quia non ſolum Germaniæ, ſed toti nomini Chriſtiano, in hac electione conſulere debemus, quærendum eſt præſidium adverſus Turcica arma. Cum enim teneant jam pacatam Aſiam, nihil dubium eſt rurſus in Europa bellum molituros eſſe. Invadent Pannoniam, & Italiam. In tali diſcrimine, quid erit optatius, quam Imperatorem habere inſtructum copiis ac viribus Germaniæ, & Galliæ? At contra, ut de ingeniis ac natura gentis Hiſpanicæ nihil dicam, quæ etiamſi eſt bellicoſa, tamen non tam viribus pugnat, quam arte. Itaque nulla magna res ab eis in Italia ſine auxiliis Germanicis geſta eſt. Sed cogitate, quam procul diſſita ſit; certe in ſubitis tumultibus non poterit nobis, vel Italiæ, vel Pannoniæ, opitulari. Patria eſt Caroli Auſtria; ne hanc quidem Hiſpani tuebuntur: &, ut volent, non poterunt. Non enim niſi exiguas copias domo mittunt, ejusque rei cauſa eſt, quod navigationibus Hiſpania exhauriatur: nec cœli noſtri gravitatem ſatis ferre poſſunt. Eſt & illud commodi; ſi cum Gallis militemus, veſtro ductu omnia gerentur: vos in gloriæ ſocietatem admittent Galli, etiamſi ſint glorioſi. At ubi cum Hiſpanis militabitis, illi vos tanquam mancipia regent: ipſi laboribus ac victoriis veſtris fruentur: præripient honores: præerunt Provinciis. Vos tum ſero deplorabitis ſervitutem veſtram. Sed gentium collationem omitto; de ipſa electione dicam. Tenet hoc tempore Gallus Mediolanum; qui ſi erit Imperator, ne cauſa quidem belli in Italia futura eſt. Nam quod Gallus exiſtimatur Neapolim petiturus, veſtra eum autoritas facile ad alias res utiliores avertet, ſi habebitis obligatum beneficio ve-

Anno Chriſti MDXIX.

Electoris Trevirenſis de eligendo Imperatore ſententia & oratio.

 ſtro.

Anno Chriſti

ſtro. A Belgis etiam abſtinebit, ſi quieſcant ipſi, ut facient certe, conterriti Germaniæ conſenſu,præſertim ſi non fuerint irritati. Nec ego velim illos irritari. Vicinos enim habuimus Belgas longo tempore, non ſocios Imperii. Noſtra edicta nihil morantur, noſtris periculis nihil afficiuntur. Suum quoddam regnum ibi habent, nihilo magis conjunctum cum Imperio, quam ſunt Angli aut Scoti. Quare, quod verentur aliqui futurum, ut Germania bello implicetur, ſi Belgæ non obtemperarent, qui Imperia noſtra multis jam ſæculis contemnunt, nihil periculi eſt; nullum ſine veſtro conſilio bellum Gallus movebit. Et quia Inſubriam tenet pacatam, & hoc tempore optime inſtructus eſt omnibus rebus ad bellum neceſſariis, unam hanc laudem, unum hoc decus petit, ut à noſtris cervicibus depellat Turcas; ut Selymum, ingentibus ſucceſſibus elatum,ac minitantem Italiæ exitium, adoriatur omnibus viribus. Quare nihil dubito polliceri, electionem Galli allaturam eſſe Germaniæ tranquillitatem, Pannoniæ atque Italiæ ſalutem. At contra,ſi elegerimus Hiſpanum, quam atrox bellum accendetis in Italia, ad recuperandum Mediolanum? Etſi autem incerti ſunt exitus bellorum, tamen,ut tandem ſit fortuna Imperii ſuperior, diu trahet bellum Hiſpanus, ut ſolet aſſiduitate vincere, non Achillæo more properans, ut totis viribus dimicet. Interea Italia vaſtabitur crudeliter. Nos,occupati rebus Italicis, Turcam non poterimus arcere. Hæc pericula neſcio cur extenuentur, quæ ad totum orbem terrarum pertinent, cum è regione tam diligenter colligantur & amplificentur pericula, quæ Galli electionem comitari videntur: quæ tamen & leviora & incerta ſunt. Illud certum eſt, Italiæ horribilem vaſtitatem denunciari electione Hiſpani: futurum etiam, ut Turcæ interea opprimant Pannonias. Nihil dicam de exitu belli Italici, in quo ſi Gallus vincet, tum vero appetet Neapolim, & fortaſſe Romæ coget Pontificem, ut noſtram electionem improbet. Qualem tragœdiam ea res paritura eſſet? Sed vincat Imperii fortuna, quid accidet? Hiſpani tenent Italiam, nunquam nobis redditURI. Novi eam gentem, cupidam dominationis. Polypi ſunt; quod ſemel prehenderunt, extorqueri ſibi non ſinunt. Et cum Italiæ poſſeſſione retinere Imperium haud dubie volent. Non divino equidem,ſed de rebus futuris conjecturas colligo probabiles. Nulla eſt tam ignava natio, quæ, ſi Italia potiretur, ultro ceſſura eſſet: tantum abeſt, ut genus hominum bellicoſum, gloriæ atque Imperii avidum, ceſſurum nobis exiſtimetis. Omnibus

Electoris Trevirenſis de eligendo Imperatore ſententia & oratio.

M D XIX.

Anno Chriſti

bus temporibus crevit hoc modo regnum, & populorum potentia. Carthaginenſes ſemel accerſiti in Siciliam, poſtea multis ſæculis depelli non potuerunt. Sed vetera omitto. Illi ipſi Turcæ, quos jam tantopere formidamus, poſtquam ſemel in Europam trajecerunt, accerſiti à Conſtantinopolitano Imperatore, progredi, non regredi, poſtea ſtatim conati ſunt. Ipſi Hiſpani infinitas ærumnas perferre maluerunt, quam deſerere Neapolim, quam accerſiti ſpecie ſocietatis, & Italorum ope adjuti, redegerunt in ſuam poteſtatem. Ita nunc invitati, adjuti à Germanis, potientur Mediolano. Quare cenſeo, non eſſe in Italiam adducendos Hiſpanos. De ipſorum Regum ingeniis pauca dicam. Etſi enim exiſtimo, indolem in Carolo ad juſtitiam & bonitatem eſſe dignam iſto genere; & audio, modeſtum ingenium eſſe, tamen ſi quis exiſtimet in adoleſcente conſpici poſſe eas virtutes, quæ in ſummo Principe orbis terrarum ac Duce præſtantiſſimo requiruntur, errat. Opus eſt orbi terrarum primum tali Principe, qui ſapientia & moderatione ſua emendet Eccleſiam. Sapienter enim Moguntinus de religione, & de impendentibus Eccleſiæ tumultibus locutus eſt, quorum ſparſa ſunt ſemina. Scio autem regem Franciſcum non modo ſingulari dexteritate ingenii, & prudentia in judicando præditum eſſe, ſed etiam de religione cum doctiſſimis hominibus multa ſolere diſputare, multa ipſum legere. Et intelliget hanc eſſe ſummam laudem magni Principis, ut non deſit recte conſtituendæ Eccleſiæ. Deinde hæc tempora requirunt Ducem peritum, acrem, & felicem in armis. Hac in re non indolem in Franciſco, ſed ſpectatam jam induſtriam prædicare poſſumus. Nemo enim Regum Gallicorum, aliquot ſæculis, res geſſit majores, & quidem exiguo tempore. Cumque vulgo tribuatur Gallis quædam animi mollities, quod inchoata negotia cito abjicere dicantur, ſi initio non reſponderit eorum ſpei eventus: hic rex conſtantiam ſuam in rebus gerendis declaravit; cumque diuturnum & varium bellum in Inſubria geſſerit, res tantas præcipue ſuis conſiliis gubernavit. Nec defuit ei fortuna. Nemo enim profligavit ulla memoria, inde uſque à Iulio, majores aut firmiores Helvetiorum exercitus. In his negotiis cum fortuna pene indulgens in eum fuerit, ſperandum eſt, & in poſterum ejus conſiliis Deum affuturum in Imperii pace tuenda, & in defenſione totius Reipublicæ Chriſtianæ. Quid igitur anteferemus adoleſcentem, cujus indoles nondum ſatis explorata eſt, huic Regi? cujus ſapientia, virtus, & felicitas, in toga

Electoris Trevirenſis de eligendo Imperatore ſententia & oratio.

M D X I X.

Anno Christi

in armis cognita eſt. Poſtremo addam hoc unum argumentum, quo etſi fatetur ſe moveri Moguntinus, tamen nos bene ſperare jubet. Nullis verbis dici poteſt, quantum periculi ſit, Imperatorem abeſſe extra Germaniam, & ita abeſſe, ut non ſtatim, cum opus eſt, accurrere poſſit. Quid fiet, ſi vel Turcæ ſubito irruptionem fecerint in Germaniam, vel ſeditiones aliquæ oriantur inter Principes? Vt in ſævis tempeſtatibus navis ſine gubernatore, ita Reſpublica ſine Imperatore, tali tempore ſervari non poteſt. Accedit aliud perpetuum incommodum: non aſpiciet res Germanicas ex propinquo. Itaque multa neſciet, multas falſas fabulas credet: levius afficietur noſtris rebus. Nullos habebit ſecum Principes Germaniæ, qui cum eo libere de Republ. loqui poſſint. Sedebit circumfuſus ab Hiſpanis, quorum de multis rebus judicia & voluntates à Germanis diſcrepant. Mittet edicta in Germaniam, nec cauſis, nec temporibus congruentia, quæ tranquillitatem perturbatura ſunt. Num hæc incommoda levia ducitis? Quid ſi ipſe etiam, incenſus artificiis aliquorum, veniat iratus in Germaniam, & adducat Hiſpanos? qui ut Campaniam, ut Apuliam inter ſe partiti ſunt, ita veſtras ditiones, prædam ſuam eſſe arbitrantur. Providendum eſt autem, ne talis aliquis error Germaniæ vaſtitatem & huic imperio interitum afferat. An illas majorum veſtrorum ſedes vultis Hiſpanorum colonias fieri? veſtros poſteros, à ſummis ortos Heroibus, venire in ſervitutem? & aboleri ornamenta Reipublicæ, à vobis ſapienter & ſancte inſtituta jura, judicia, diſciplinam? Hæc enim omnia in ſervitute mutantur. Sed de hac re plura dicere ominis cauſa nolo. Si igitur eſt habenda potentiæ ratio in electione, ut ego quoque arbitror, & fatale eſt horum regum alterum eligi, ego Gallum antefero: & nequaquam cenſeo Hiſpanum eligendum eſſe. Sed ſi lex impedit, ne Gallus accerſatur, magis etiam impediat, ne Hiſpanus eligatur, cum ejus electio, quantum proſpici humanitus poteſt, minime ſalutaris futura Germaniæ videatur; ac decurramus ad majorum noſtrorum exempla, & vere, non callida interpretatione, legem ſervemus; ac vere Germanicum Principem, qui non aliud domicilium, niſi in Germania habet, qui origine, ingenio, lingua, moribus Germanus eſt, eligamus. Nec me uſque adeo movet quod ait Moguntinus, leporem leonibus imperaturum eſſe; magis illud videndum, ne ciconiam ranis, ſeu corvis vulturem, præficiamus. Potentia Germaniæ ſatis magna eſt, ſi quem eligemus, qui virtute autoritatem ſibi comparare

Electoris Trevirenſis de eligendo Imperatore ſententia & oratio.

MDXIX.

pote-

poterit. Accepit hoc Imperium, & pene funditus collapſum, Rodolphus, mediocris Princeps, tantum propter virtutem electus: ac brevi ita erexit, ut regibus vicinis omnibus formidabilis eſſet. Audio Ludovicum regem Franciæ proximum, cum eſſent de Imperio Germanico ſermones, & quidā Maximilianum per jocum vocaſſet Conſulem Auguſtanū, ſignificans eū paucis civitatibus imperare, duriter increpuiſſe illū, & reſpondiſſe: Imo vero nequaquam Germanici Imperat. potentia contemnenda eſt; cum ille Conſul tympanum pulſat, tota Francia tremit. Honeſte Ludovicus: noluit enim in regum Majeſtatem jocos, aut convicia dici: ſed tamen illud etiam oſtendit ſe Maximilianum, propter virtutem, cuilibet potentiſſimorum regum parem ducere. Nec adeo videtur extincta eſſe virtus in familiis veſtris, nemo ut reperiri poſſit, hoc faſtigio dignus. Tres ſunt familiæ, Bavarica, Saxonica, & Marchica, quæ quadam mediocritate potentiæ autoritatem in Germania tueri poſſunt. Et ſunt in his aliquot Principes, qui ingeniis & virtute ſuſtinere magnitudinem hujus adminiſtrationis queunt. Ex his ſi quem elegerimus, conſentientibus ſuffragiis, eumque nos defenſuros eſſe oſtendemus, ut æquum eſt, omnes Principes & populi erunt in officio. Ut igitur habeat autoritatem, virtute opus eſt: ut accedant vires formidabiles exteris omnibus, una re opus eſt, videlicet Electorum conſenſu: quem inter nos quidem perpetuum ſpero futurum eſſe. Nemo eſt enim inter nos, qui ſibi potentiam aliquam quærat: quem ambitio, aut ulla cupiditas incitatura videatur adverſus communem imperii tranquillitatem. Tali ſapientia & gravitate præditos eſſe Electores, cum ſalutare eſt Reipublicæ, tum vero ad omnem poſteritatem Germaniæ glorioſum. Itaque mirifice delector recordatione hujus veſtræ virtutis. Omittamus igitur Hiſpanum, & virtute cum exteris certemus. Non quæramus alios qui nobis imperent otioſis. Nihil enim indignius eſt natis heroico genere, quam inertia fugitantium laborem, aliis concedere Imperii gloriam, & ſervitutem accerſere. Quoties in Germania mediocres Principes contraxerunt regios exercitus, & res præclaras geſſerunt? Fuit recens dux Saxoniæ, Albertus, qui ſuis ſumptibus magna ex parte bellum in Belgio geſſit. Quid? Ante hunc quantos exercitus ſæpe contraxit Marchio Albertus? Patri tuo, Friderice, duci Erneſto, bellum denunciarat rex Pannoniæ Mathias: quantas copias, quantum robur ex vicinis regio-

Anno Chriſti

Trevirenſis Electoris de eligendo Imperatore oratio graviſſima.

MDXIX.

Anno Chriſti

nibus ſubito contraxerunt, pater & patruus tuus? Itaque ceſſit vobis Pannonius ſine dimicatione; quod non feciſſet, ſi duorum fratrum ingenia & vires contempſiſſet. Quare non dubito poſſe iniri rationem electo Germanico Principe, ne ei vires, copiæ, arma deſint ad tuendam autoritatem domi & apud exteros. Expoſui meæ opinionis cauſas, non ut poſtulat magnitudo negotii: ſed ut in præſentia potui, maximeque cupio audire, quid judicent cæteri Electores, qui diu Imperii conſiliis interfuerunt. Qui Germaniæ ſtatum & vires, qui omnium Principum ingenia & facultates norunt, qui Maximiliani conſilia de rebus his meminerunt. Denique qui longum in adminiſtratione Imperii uſum habent, quorum cum audiero orationes, de tota re diligentius diſputare potero.

Electoris Trevirenſis de eligendo Imperatore ſententia & oratio.

Cum dicere deſiiſſet Trevir, taciti aliquandiu ſederunt Principes, tanquam defixis animis in cogitatione utriuſque orationis. Exaggerata enim magnitudine periculorum in utraque parte, quorundam animos nonnihil impulerat Trevir, ut ad illud decurrerent, ut omiſſis Regibus quærerent aliquem alium ex Germanicis Principibus. Sed hunc quærentes, animis magis etiam dubitabant. Jubent igitur tandem Fridericum Saxoniæ ducem, natu maximum, ſuam ſententiam exponere: qui pauca præfatus de lege, dixit: Interpretationem Treviri, ſubtiliorem eſſe, quam qua uti ipſos deceat. Additque non dubitandum eſſe, quin lex impediat Galli electionem; planum & illud eſſe, Carolum vere Germanicum Principem eſſe: & in Germania domicilium habere. Et opus eſſe his turbulentis temporibus Principe, qui autoritatem virtute & potentia tueri poſſit. Ideo ſe non dubitare quin omnibus anteferendus ſit Carolus Archidux Auſtriæ. Sed tamen prius conditiones quaſdam ei ferendas eſſe, ut in tuto ſit Germaniæ libertas, & ut pericula, de quibus diſputatum eſt, quantum provideri poteſt, caveantur. Eadem ſententia dicta eſt à cæteris Electoribus. Trevir cum videret omnium animos ad Carolum inclinare, agnoſcere ſe, inquit, Germaniæ fatum, & impendentem Imperii mutationem. Quanquam igitur non deſinit hortari, ut diligentius hæc res deliberaretur, tamen affirmat ſe publicæ concordiæ cauſa, ſuum ſuffragium cum illis conjuncturum eſſe. Hac acerrima contentione ejus diei in multam noctem producta, tandem ita diſcedunt, ut poſtridie conveniant de conditionibus deliberaturi, quas Caroli legatis propoſituri erant, qui Moguntiæ eventum expectabant,

MDXIX.

Fredericus, Dux Saxoniæ, pro Carolo pronunciat.

bant,

Anno Christi

bant. Fuit igitur de conditionibus illis poſtea per aliquot dies non minus contentionis: quæ præſcriptæ & Moguntiam ad Legatos miſſæ, cum eſſent receptæ, dies conſtituitur eundi in ſuffragium ſolenni more. Itaque rurſus ſacro publice facto, ingreſſi in ſacrarium interius templi divi Bartholomæi, ſuffragia ferunt hoc ordine. Cœtus Electorum reliquus interrogat Moguntinum, quem eligat Regem Romanorum & futurum Imperatorem: is reſpondet, ſe eligere Carolum Archiducem Auſtriæ. Deinde & Moguntinus reliquos interrogat. Hoc modo omnium conſentientibus ſuffragiis Carolus electus eſt Imperator. Deinde ſuffragia relata ſunt in literas, & confirmata ſingulorum ſigillis. Poſtea accerſita Nobilitate ac multitudine univerſa, publice facta eſt renunciatio.

Hæc fuſius paullo prolixiuſque de Caroli V. Cæſaris electione prodidimus, ut ex iis, cum id noſtri hic inſtituti ſit, qualis nunc principum rerumque Europæ ſtatus, qualiaque potentiſſimorum principum ſtudia quamque ambitioſæ nunc deſtinationes fuerint, propius accuratiuſque intelligeretur.

Cæterum ad res ab eo imperante geſtas, eaſq; magnas ſane magnique terroris, nunc nobis accedendum eſt. quæ tamen cum à plurimis Annalium auctoribus jam pridem ſint traditæ & cuivis obviæ, quodam quaſi compendio à nobis, Nicolaum Mameranum, Luceburgenſem, ſequutis perſtringentur, additis, quæ ab eo omiſſa, aut non cognita, deprehendemus. Philippus Maximiliani Cæſaris & Mariæ filius, Dux Auſtriæ, & Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Habſpurgi, Tyrolis, Flandriæ &c. in bonis literis liberaliter inſtitutus à Franciſco Busleidiano Lucemburgenſi, Archiepiſcopo Biſuntino: ſub quo tantum in literis & bonis moribus profecit, ut eximiæ ejus virtutes fama publica increbreſcerent, & apud maximos quoſq; Principes admirationi eſſe inciperent. Ob quas tã raras & ſingulares animi virtutes, eſt adſcitus Ferdinando Regi Hiſpaniarum, cui ex fama illa publica tantarum virtutum innotuerat, in Regna Caſtellæ, Legionis ac Granati gener. Ex cujus filia Joanna, illi matrimonio ſociata, ſex ſuſtulit liberos, CAROLUM, FERDINANDUM, LEONORAM, ISABELLAM, MARIAM, & CATHARINAM, de quibus in Genealogia Archiducum Auſtriæ diſſeritur plenius. Princeps qui ſummam pietatem, animique moderationem cum ſumma prudentia conjunctam habuit, publicamque utilitatem ac ſalutem ſemper privatæ prætulit. In fata conceſſit Burgi

M DXIX.

Rerum à Carolo V. geſtarum breviariũ Mamerani.

Anno Chriſti

in Hiſpania, XXV. Septembris. Anno MDVI, ſepultus Granati.

CAROLUS V. hujus Philippi Regis primogenitus, natus Gandavi in Flandria, Anno MD. die XXIV. Februarii, juvenis paternarum virtutum indefeſſus ubique æmulator tantus, ut eas non modo æquarit, verum etiam multis acceſſionibus & evidentibus ſuperarit. Electione Procerum Imperii, Avo Maximiliano ad Imperii Majeſtatem ac gubernacula adoleſcens decem & novem annorum ſuccedit, excitus ad Electionem Francofordiæ, Anno MDXIX. menſe Julio factam, per Fridericum Co. Pala. Ducem Bavariæ, Ludovici Co. Pala. Electoris fratrem, ab Imperio in Hiſpaniam ea de cauſa miſſum. Cum quo Carolus claſſe conſcenſa, Flandrico littori, ſalutato prius in tranſcurſu Henrico VIII. Rege Angliæ, applicuit: annoque proxime ſequenti, id eſt, XX. die XXI. Octobris Aquiſgrani coronatus eſt.

Rerum à Carolo V. geſtarum breviariũ Mamerani.

Comitiis deinde apud Wormatiam anno XXI. ſolutis, coacto maximo exercitu, ſub duobus Præfectis generalibus, Henrico videlicet Comite Naſſaviæ, & Franciſco, nobili à Sickingen, Franciſco Galliarum Regi, ſpe conſequendi Imperii per Electores fruſtrato, & ob id, ut ferunt, animo in Carolum ſibi prælatum exaſperato & indignabundo, Ducatum Lucemburgenſem opera & inſtigatu Roperti Com. ab Arnberga, fratris Erardi à Marca Cardi. Leodienſ. (qui Ropertus inextinguibile quoddam, qua de cauſa incertum, Carolo Cæſari odium circumtulit) hoſtilibus incurſionibus infeſtanti, occurrit: caſtriſque dicti Roperti munitiſſ. ſex in ditione Lucenburgenſi, Florichena, ſcilicet Miſanchurla, Longina, Florivilla, Soſſino & Eſdeno, partim vi, partim deditione captis, ſoloque æquatis: præterea Bullione, Ducatus titulo celebri, juris Epiſcopi Leodienſis ex venditione, capto, Maſerias ad Moſæ ripam in limitibus Franciæ ſimul & Lucemburgiæ oppidum, obſidione quinque ferme hebdomadarum, inertia & tepiditate ſupra dictorum duorum, ejus expeditionis præfectorum, fruſtra cinxit.

MDXIX.

Tum deinde Anno MDXXV, fatalem illam & nullis ante ſæculis ſimilem auditam, intra tres menſes de inopinato ſupra centena millia ad Rheni tractum ruſticorum, phanatico & vertiginoſo ſpiritu furentium, temeritateque in Eccleſiaſticæ & ſæcularis eminentiæ ſtatum debachantium, confuſam colluviem, Germanorum Principum auxiliis extinxit & protrivit.

Eodemque anno Gallum, Italiam cum potentiſſimo exercitu

ingreſſum, quo Mediolanum obſeſſum deditione accepit, ad Papiam, percelebrem Inſubrium ad Ticini ripam urbem, quam obſidione preſſerat XXIV. Martii, quæ Cæſari natalis eſt, effracto noctu horto ferino, in quo Gallus commuratus cum exercitu agebat, camiſiato ſuper arma milite, ad internoſcendum ſeſe mutuo, conſilio Georgii à Fronsberga, Germani Præfecti, peditum irruptione violenta inſtituta, effulminantibus ac detonantibus de inopinato in hoſtem per excïſum murum Cæſaris bombardis, caſtris exuit, copiiſq; ejus diſſipatis & fuſis, nimirum ubi triginta ſex Cæſareorũ millia profligarunt ac proſtraverunt centena Gallici exercitus millia, ipſum captum in Hiſpanias tranſmittit. Quem poſtea tamen dimiſſum Regno reſtituit, affinitateque ſibi eum, tradita illi ſorore ſua Leonora in uxorem, Anno MDXXIX. devinxit.

Anno Chriſti

Rerum à Carolo V. geſtarum breviariũ Mameranі.

Deinde An. MDXXVI. Iſabellam filiam Regis Portugal. XII. Martii, Hiſpali quam Sixiliam vulgus vocat, in Hiſpania, uxorem duxit.

Interim autem dum Cæſar Hiſpali nuptias contrahit, Anno XXVII. Roma per ejus exercitum, profligato jam Gallo, inſcio & nil tale mandante Cæſare, ſub Borbonio Duce, capta eſt & prædæ expoſita. Tum Cæſar ea, quâ ſemper in hoſtes utitur clementia, captum per militem, ipſum Clementem VII. Pont. qui Gallo, cum quo fœdus ante inierat, præſidia contra Cæſarem eo in bello miſerat, libere dimiſſum, priſtinæ dignitati & fortunæ reſtituit. M D XIX.

Poſt hæc Anno MDXXX. claſſe, qua paulo ante in Hiſpan. trajecerat, in Italiam reverſus, Genuæ, Liguriæ metropoli, prima Auguſti applicuit, Bononiamque adiit, ubi XXIV. Martii Imperii diademate à dicto Clemente VII. Pontifice inſignitur. Ibi Principum, Ordinumq; Imperii, diſcordiarum in Germania componendarum, ſed maxime religionis controverſiarum tollendarum gratia, conventu Auguſtæ Rheticæ ad primam futuri Maji indicto, ipſe menſe Aprili, relictis aliquot peditum millibus in obſidione Florentiæ, quod rebellis maneret, comitatus Laurentio Campeio Cardinale, ſedis Apoſtolicæ Legato, Italia egreſſus, in Germaniam rediit: primumque Majo menſe, Œniponte apud Ferdinandum fratrem, Regem Romanorum, tranſacto, Auguſtam Rheticam ad principum conventum XV. Junii ingreditur. Ubi cum Religio, in maxima licet Principum celeberrimaque frequentia, ob diverſa & diſcordantia præfracte ac pertinaciter ſentientes, componi in unionem non poſſet, publico mandavit edicto, veteres

Anno Chriſti

Religionis ritus, qui hactenus in uſu eſſent, in Romana Catholica Eccleſia retinendos, donec Synodo generali convocata, aliud decerneretur. Solutiſque tum Auguſtæ Comitiis, in Germaniam Belgicam deſcendit.

Unde poſtea Anno XXXII. in Germaniam ſuperiorem egreſſus, Ratiſponam una cum fratre ſuo Rege Romanorum, Martio menſe, intravit, ad Comitia, quæ illic agenda indixerat ſuper Religionis ſtatu ac negotio, quod ne tum quidem componi potuit: deinde ſuper præſidio contra Turcam mittendo, in quod unanimiter conſenſum eſt, miſſumque ab omnibus Principibus. Statim ipſum Solymannum Turcarum Cæſarem, Hungariam & Auſtriam cum ducentenorum millium copiis ad Viennam Auſtriæ uſque per Hungariam ingreſſum, utraque expulit. Sed adjuta erant hæc Germanorum præſidia ſexdecim millibus Hiſpanorum & Italorum, quos ex Italia, Hiſpaniaque Cæſar acciverat, ſub Præfectis Antonio de Leva, & Duce Mantuano; præterea multis militibus qui claſſe per Cæſarem diſpoſita, eum quoque hoſtem premerent. Nunquam majoribus viribus poſt Conſtantinum Magnum cum Turca congreſſum eſt.

Rerũ à Carolo V. geſtarum breviarium Mamerani.

M D XIX.

Inſuper anno M D XXXV. Cæſar Hiſpanorum conſcripto exercitu, Barcinonæque in Hiſpania nave cum eo conſcenſa, Majoricam, Minoricam, Sardiniamque inſulas ſublegens, Germanorum interim Italorumque copiis ex mandato Genua & Specie eodem navigio adventantibus, in Africam trajecit. Ubi Goleta munitiſſimo Ruffibarbi caſtro expugnato, Tunetum urbem, ex Carthaginis per Gothos & Vandalos quondam in campos redactæ ruinis conſtructam, capit. In qua multa captivorum Chriſtianorum millia liberat. Deinde, poſitis in caſtro præſidiis, naveque cum reliquis copiis conſcenſa, Italiam repetit, & Præpano primum applicat, inde Panormum, Meſſanam, Calabriamque præterlegendo viſens, Neapoli ultimam figit anchoram.

Inde anno M D XXXVI. Romam in Septimana ſancta ſub Paſcha venit: unde mox deinde Florentiam, Mediolanumque XVIII. Aprilis adiit: conſcriptiſque novis adhuc aliquot Italorum Germanorumque copiis, ad Gallo, Sabaudiam ingreſſo ac depopulanti, jamque Italiæ imminenti, occurrendum, Italia excedens, ad Maſſiliam in Provincia urbem, totum traducit exercitum. Ibi fere idem accidit Cæſari, quod in prima ejus contra Gallum ante

Maſe-

Maſerias expeditione, ut propter quorundam primariorum Ducum ejus exercitus tepiditatem, & nonnullam cum hoſte mutuam inter ſeſe intelligentiam, re ſerio non tentata, nihil ageretur, præter otia & temporis extractionem. Itaque Foro Julii oppido capto, maxima comeatus penuria exorta, profluviique alvi inter milites lue graſſante, & Gallo interim vires ſuas, ex Cæſareanorum lentitudine, non ſegniter contra ad augendum & opprimendum ſic affligi jam cœptum Cæſarem, augente, exercitus neceſſario dimiſſus eſt, illincque diſceſſum. Cæſar conſulto claſſe conſcenſa, Hiſpanias repetit.

Anno Christi

Rerum à Carolo V. geſtarum breviariũ Mamerani.

Eodem Anno xxxvi. dum in provincia terit otia Cæſar, Henricus Comes Naſſaviæ, maximis copiis & peditatus & equitatus, mandato Cæſaris conſcriptis, eundem Gallum ex Belgio adoritur, captiſque Hunicuria, Guiſa, & Bohodio oppidis, Peronam fruſtra bombardis & concutit, & oppugnat. Quare totus ille annus bellanti Cæſari ubiq; infauſtus extitit. Tantum autem terroris ex hoc Naſſaviano exercitu injectum Gallo erat, ut Pariſiorum urbem, M DXIX. incredibilibus impenſis, novis foſſis & propugnaculis, qua Belgium ſpectaret, extemporanea, ſed numeroſa manu, ſubito muniri curarit. Quæ tamen munitiones deinde, refrigeſcente metu, non valde utili ac provido conſilio, rurſum deſtructæ & in planum redactæ ſunt.

Rurſum Anno xxxvii. maximus exercitus, curante Regina Maria, Belgarum gubernatrice, Cæſare in Hiſpania exiſtente, contra Gallum (jam tum Arteſiam Martio menſe cum exercitu ingreſſum, ubi Heſdinum obſeſſum perfida deditione, & laqueo digna, accepit) ſub Maximiliano Comite Burenſi & Adriano Domino à Rœus, Præfectis generalibus, miſſus eſt: ſtatimque Sanpaulo oppido & caſtro munitiſſimo à Gallo occupato, & quatuor millibus peditum cum aliquot præterea equitum centuriis præſidiariis, munito, vi omnibus trucidatis, expugnato & cremato; Monſtrioloque bombardarum tonitru percuti cœpto, ingenti injecto pavore, deditione capto, civibusque omnibus cum uxoribus ſuis & liberis ſubito emigrare juſſis, igne vaſtato, Teroanæ Morinorum oppido in obſidionem fruſtraneam, xxvii. Junii admotus eſt. Nam poſt integri menſis cunctabundam & otioſam obſidionem, damnoſis factis induciis, exercitus tantus, inexpugnato oppido, dimiſſus eſt.

Anno Chriſti

Jam anno XXXVIII. Paulus III. Pontif. Cæſare ex Hiſpania, & Gallo ex Francia, ad Aquas Mortuas, oppidum ad Italiæ limites, vocatis, decennales inducias inter utrumque XVIII. Junii fecit. Tum Gallus prior Cæſarem in triremem ſuam adiit, ubi dexteris & oſculo pacis juncti, ſancitas à Pontifice inducias, ſacramento fidei firmarunt, Cæſarque deinde in terram deſcendens, regem in Aquis Mortuis oppido viciſſim adit: ubi noctem & diem cum hæſiſſet, valedicto Rege, in ſuam ſe triremem recipiens; Genuam una cum Pontifice tranſiit. Unde mox rurſum in Hiſpaniam ſe contulit.

Rerum à Carolo V. geſtarum breviariũ Mamerani.

Hinc anno XXXIX. per Franciam inſtituto itinere (ad id ab Rege invitatus & rogatus) in qua apud S. Sebaſtiani oppidum, juniorem Regis filium, Ducem Aurelianorum, honoris & officii gratia, ſibi obvium XXVI. Novembris habuit: ac mox ipſum Delphinum quoque cum proceribus regni: tandem apud Lochias oppidum X. Decembris ipſum Regem, una cum Leonora Regina, Regis uxore, Cæſaris ſorore: adiit & Lutetiam in principio Januarii

M DXIX. anno XL. ubi magnificentiſſime ab Rege exceptus & tractatus eſt: feſtoque trium Regum ibidem celebrato, per S. Quintinum, comitante ipſum & deducente huc uſque Rege, & inde per Cameracum, quouſque à dictis Regis filiis deductus eſt, in ſuam reverſus eſt Brabantiam.

Poſtea anno M D XLI. Cæſar ex Brabantia Ratiſponam ad indicta Comitia profectus; ubi cum paucitatem Principum Imperii videret, nec multos adfuturos intelligeret, ne tempus inaniter fruſtra expectando tereret, expeditionem in Africam adornavit, conſcriptoque milite, illinc in Italiam profectus, Genuæque nave conſcenſa, recta Majoricam curſum direxit: exercitu Germanorum, partimque Italorum, ex Speĉie & Luca eodem navigiis perveniente. Atque illinc trajiciens Africano littori ſub Algera oppido, quod petebatur, XII. Octobr. circa meridiem cum omni armatura, bellicoque apparatu applicuit, ſumma aëris mariſque tranquillitate. Juſſitque quamprimum omnem exercitum partim eodem die, partim ſequenti exponi in terram. Verum die tertio ad primam ſtatim lucem, ventorum obſcurus quidam fragor horribiliſque cooriri & incumbere pelago cœpit, præſagis futurorum exclamantibus undique nautis: ſubitoque & in momento omne cœlum & mare in tumultu immenſo extitit, tempeſtaſque infinita exorta, ſumma cum imis, & ima cum ſummis involvit. Fulmina, tonitrua,

contra-

contrarii venti, nimbi furentes, omnia ſimul incumbere: terra, marique immenſi horroris ac turbinis tempeſtas. Extremum mundi adeſſe diem populus clamitabat: nullæ tum anchoræ, nulli valuere rudentes. Hanc nulla poſſet lingua idoneis ſatis & copioſis explicare verbis. Et hoc erat nocentior, quod nullam ea maris pars tutam navium ſtationem, nullum portum haberet. In tantum fortuna favit, quod non vel in aperto mari ea nos tempeſtas (Mamerani, qui expeditioni interfuit, verba hæc ſunt) deprehendit, vel ſtatim ipſa, qua appulimus, aut altera die, antequam expoſiti omnes in littus eſſemus, incubuit. Et, nî in duobus ſumma Cæſaris providentia adfuiſſet, actum & tum quidem etiam de omnium ſalute fuiſſet: tum quod omnem exercitum ſtatim eadem diei parte, qua littori redditi ſumus, & tota die ſequenti cum nonnulla comeatus parte & paucis equis, & paucis bombardis campeſtribus exponi in terram curarat: tum quod montem, ad cujus radices Algera eſt, confeſtim ſine ulla procraſtinatione, abactis Mauris, qui eum ingenti multitudine inſederant, Hiſpano milite occuparat; caſtraque magna militari ſolertia ſic diſpoſuerat, ut Hiſpani montis ſuperiorem partem; mediam & circa radices Germani, inter quos ſua, pro more conſueto, & defigi tentoria curarat; imam ad mare planitiem, Itali tenerent. Hæc omnia maxima Cæſaris &, credo, divina providentia, prima poſt meridiem, & ſequenti ante meridiem die, ſine longa deliberatione, quæ præſentiſſimum haud dubie omnibus nobis exitium allatura erat, ſi longior ea fuiſſet, curata & ordinata ſunt. Mauri Numidæ commodiſſimam tantæ & tam inſignis tempeſtatis nacti opportunitatem, urgentiſſimam ex civitate ferme ad ipſa uſque Cæſaris tentoria impreſſionem fecere, Italis erumpentium metu & pavore in fugam depulſis, quos mox Germanorum occurſus à fuga trepidante repreſſit, & hoſtem, pertinaci incurſu intento, intra mœnia repulit.

Itaque naufragio oborto, Cæſar comeatu omni deſtitutus, & perdurante perpetua aëris intemperie, inque hyemem jam anni parte inclinante, caſtra ab urbe ad ſe, qui circiter milliare, Orientem verſus, juxta littus per objectum flumen, neceſſitate compulſus erat, removit, ad eum locum, ubi antiquam Algeram, aut aliam quandam civitatem olim fuiſſe, vetuſta indicant veſtigia, & magnæ ædificiorum, lapidumque moles atque ruinæ.

Anno Chriſti M D X I X. *& aliquot ſeqq.*

Rerum à Carolo V. geſtarum breviarium Mamerani.

Tempeſtas Algerenſis in littore Africa, Carolo V. ejuſq. copiis graviſſima oblata.

Inſignis Caroli V. mea difficultate providentia.

Movet caſtra.

Anno Christi MDXIX.

Rerum à Carolo V. geſtarum breviarium Mamerani.

Stratagema Mamerani, & inſignis animi ac conſtantia, in inſigni Cæſareorũ trepidatione, magnitudo, qui res ipſe à ſe geſtas ſic deſcripſit.

Hic, altera die, ſupra caſtra, verſus relictum jam opidum, amplius quam media via, quadringentos plures ex promiſcuo homines (ut hoc, exempli gratia, ad ſimiles caſus ſolertia & induſtria avertendos, obiter interim referam) inter quos & ipſe eram, qui ad navium in litus tempeſtate ejectarum fragmenta pro otio à meridie exploranda, num quis cibus fortè inveniri poſſet, excurrerant, interclusos inter caſtra & relictam jam civitatem, per Mauros de montibus decurrentes equites, ego ſolus ſubito invento ſtratagemate, a præſentiſſima quæ irruit internecione, ſalvos ſervavi: qui omnes ad unum uſque aut aquis, aut ferro periiſſemus. Et multi ante, quam in ordinem coëgiſſem, nimium perplexi, in fuga trepidantes, ab hoſtibus deprehenſi, in conſpectu noſtro multis transfixi ictibus ſunt; nonnulli in mare incurrentes, ut in fragmentis navium, quo non putarent hoſtem pertingere poſſe, ſalutem quærerent, fluctibus ſævientibus abrepti & involuti perierunt. In ſumma trepidatione, clamoreque omnium, fuga nuſquam ullâ patente, niſi aut in efferos à ſiniſtris furentis pelagi fluctus, aut in circumfuſum à fronte, à dextris, & à tergo, ſitientem jam ſanguinem noſtrum hoſtem: præcurri confeſtim, cum haſta, quæ mihi erat bipennis, quam vulgò hellebardam vocant, ante omnes, & à fuga undique letifera ingenti clamore, labore maximo, verberibuſque plurimis, nulli parcens, neminem reformidans, trepidantes & perplexos, dubioſque rerum, repreſſi, colliculumque vicinum arenoſum monſtrando, ſubitò ut occuparent, clamabam, in armiſque, quantum quiſque poſſet, parati perſiſterent, ad reſiſtendum potius & cum gloria moriendum (ſi cadendum forte eſſet, quod fore tamen, Deo adjuvante, nequaquam putarem) quam ad turpiter per fugam, quæ nuſquam tuta ulla pateret, ſeſe hoſtibus mactandos præberent: aut fluctibus maris in præſentaneam mortem ultro immergerent: Intellexerunt ſtatim nonnulli tum ex Germanis, tum ex Hiſpanis & Italis meum conſilium, & quid vellem: nec ſegnes, nec morantes, eveſtigio in collem convolant, moxque quidam ex Germanis peditibus, intellecto ſalubri conſilio, in reprimenda à fuga promiſcua turba, me tandem nonnihil adjuvat. Mulieres, pueroſque (nam dixi ex promiſcuo & milites & non milites hic fuiſſe, ejulantes verbis caſtigavi, & verberibus mulctavi, & quic-

quid

Anno Christi M D XIX.

Rerum à Carolo V. geſtarum breviarium Mamerani.

quid ad manus eſſet, vel navium fragmenta, conti, ſtipites, baculi, lapides, in manus arriperent, & in telum verterent, compuli. Nonnullos non audientes, nec ſalutem ſuam hic patari præ conſternatione intelligentes, etiam armatos milites, haſta audacter in illorum cervices inflicta, violenter repreſſi, ad reliquoſque in collem compuli. Quoſdam Hiſpanos, præda ex navibus onuſtos, quod ſtantes cum præda, eam de humeris, ut ad arma expediti eſſent, deponere nollent, in ſolum cum præda proſtravi; ac, cum quidam ex his graviter hoc ferret, eductum enſem mihi intentaret, à reliquis, qui ſalubre meum conſilium animadverterant, pene diſſectus eſt. Hic ego circumcurſitans, ordine ſuo ſingulos, prout arma quiſque in manibus haberet, diſpoſui. Labor tantus hic mihi extitit, ut totus, velut flumini immerſus, permaduerim. Aderant & equites hic ſeptem, equis inſidentes, quos ſub colliculum à dextris locavi: pedites bombardarios circiter ſexaginta fermè his junxi, quibus vetui, ne in advolantem hoſtem ejacularentur, niſi ſumma incumbente neceſſitate. Reliquos ſuper, & circum collem, juxta quod arma quiſque haberet, diſpoſui. Mulieribus & pueris, quos poſt collem verſum oppidum relictum collocavi, acerrime minabar, niſi a fuga temperarent, & incumbentem hoſtem, quo poſſent telo, ſtantes referirent, aut, ſi ejulatus ullos & clamores lamentabiles tollerent, me iſta haſta omnes interfecturum. Profuit increpatio. Nam trepidabant ad hæc verba, credebantque. Hanc ſolertiam animadvertentes Numidæ, qui circiter quinquaginta, aut paulo plures, de montibus equites deſcenderant, ingenti adhuc numero ſuper monte conſiſtente, minaciter quidem circumcurſitare, incurſionibus intentatis, verum ubi conſiſtere firmos nos, & in ordinem diſtinctos, nihilque moveri animadverterent, rurſum citato curſu in montes ſe proripiunt, ibique inter dumeta ſeſe claudunt, exſpectantes, ſi rurſum temerarii in fugam dilapſi, turbato ordine, ab invicem diſſiparemur, ut redeuntes in ea nos opprimant. Tunc demum maximus mihi, difficillimuſque labor incubuit, ut à fuga temerariam & improvidam multitudinem arcerem, ne, ea animadverſa, in nos vagos jam & diſſiparos, hoſtis irrueret. Hic itaque aliquandiu cum perſtitiſſemus, Numidaſque jam longius in montes progreſſos cognoſceremus, progredi pedetentim verſus caſtra, ſervato ordine indiſſipato, præambulans,

Stratagema Mamerani, & inſignis animi ac conſtantia, in inſigni Cæſareorũ trepidatione, magnitudo, qui res ipſe à ſe geſtas ſic deſcripſit.

Anno Chriſti

Rerum Carolo geſtarum breviarium Mameani.

bulans, ne quis contra faceret, permiſi: ubi ſi quem vel puerum, curſum in fugam intentare animadverti, ille mihi pœnas luebat: donec quatuor ſigna peditum Germanorum (nam jam res ea in caſtris Cæſari ſignificata erat, quemadmodum Maurorum incurſu intercluſi de vita periclitaremur) cum erectis & volantibus vexillis in occurſum juxta montis latus properantia, prope nos in pleno conſpectu haberemus. Tunc pro ſuo quemque arbitrio, qua divertere vellet, dimiſi. Sic ſæpe in aliis & gravioribus caſibus unius alicujus hominis ſtudioſa & diligens induſtria, ſolerſque & acutum ex tempore conſilium, multorum conſervat ſalutem.

MDXIX. *& aliquot ſeqq.*

Hic itaque (ut ad Cæſarem revertar) reſiduis collectis navibus, quæ a tempeſtate ſalvæ adhuc ſupereſſent, impoſitoque cum maxima difficultate, ob indeſinentem perpetuæ tempeſtatis rabiem, exercitu, omnique ad minimam uſque viliſſimamque perſonam, qui adeſſet vivo homine, remorantibus tantiſper cum bombardis in Maurorum, ſi quam forte intentarent incurſionem, omnibus, cum ipſomet Cæſare, triremibus, vela ventis conceſſit, & in puncto omnes a ſe invicem naves, vi tempeſtatis, quæ ſemper horrenda perſeverabat, ita aliæ alio disjectæ ſunt, ut nunquam fere una cum altera apparuerit. Suntque diverſo tandem littori in Hiſpania, Italiaque appulſæ. Cæſar primum Buſiam, Africæ inter Tunetum & Algeram, Cæſareanis præſidiis munitum oppidum & caſtrum, licet incendio totum vaſtatum, delatus, ubi & Gropaldi Galeon navis, in qua ipſe eram, applicuit: illincque Cæſar, poſt viginti & unum dies, quibus Buſiæ, ob ſæviſſimas perpetuo tempeſtates, hæſerat, ſolvens, Sardiniam, Majoricamque prærerlegens, tandem poſt Natalem Domini Valentiam in Hiſpania venit.

Horrenda tempeſtas & Cæſarē, & ejus exercitum, ab Africa littere diſcedentes, exercet.

Gallus Perpiniani oppidi obſidionem ſolvere à Cæſare cogitur.

Deinde Anno MDXLIII. Gallo Perpiniano oppido, quod obſederat, fugato, Cæſar Barcinonæ, numeroſa cum exercitu claſſe conſcenſa, in Italiam trajicit, non ſine ſalutata in tranſcurſu, exoneratis triremium, galeonumque crebrius ad portum bombardis, Maſſilia, juxta præternavigata, Genuam fine Aprilis venit. illincque per Inſubriam & Alpes, Spiram in Germania cum exercitu contendit; quo fine Maji pervenit: Unde, Auguſto menſe, præmiſſis per Rhenum flumen centum & novem grandibus bombardis, in Guilielmum Juliæ, Cliviæ, & Bergæ

ducem,

ducem, & tum, & ante, cum Gallo, abſente Cæſare ac pro mortuo, ſubmerſo ſcilicet in mari, jactato, Lucemburgum & Brabantiam infeſtantem, exercitum ducit: quo Andernaci & Bonnæ expoſito, Duræ oppido Juliæ, quondam Imperii, paulo ante in vim fortuitam foſſis, aggeribus & præſidiis munito, totum admovet. Quod ſtatim bombardarum jaculis pulſarum, deditione poſtulata, irriſa & negata, violenter irrumpentibus Hiſpanis peditibus, expugnat & occupat. Nec adhuc vulgo ejus ditionis verus Princeps aut Dux eſſe Cæſar credebatur, ſed commentitius & Calcearius, qui ipſi ſimilis eſſet (Tanta eſt vulgi, in perſuaſione ſemel admiſſa, pertinacia) niſi cum jam toto Juliacenſi Ducatu ſubacto, ipſorum principem in caſtris ante Venloam, oppidum Gelriæ, ſibi ſupplicem feciſſet. Tum, hoc impedimento ſublato, ſucciſoque, totum eum exercitum in Gallum, alterum belli caput, convertit: ductumque per Leodienſem & Brabanticam ditiones, Landricio Hannoniæ oppido a Gallo direpto & occupato obſidendo admovet, quod poſt longam, ſed non bene conſideratam Cæſaris & Angli ex uno tantum latere obſidionem, inoppugnatum tandem relinquitur.

Anno Chriſti

Rerum à Carolo V. geſtarum breviarium Mamerani.

Bellum in Glivia Ducem, Guilielmum.

Deinde in Gallum.

M D X I X. *& aliquot ſeqq.*

Poſt hæc, Cæſar, finitis Spiræ Principum Comitiis, ſubſidioque ab Imperio promiſſo, x Junii conſcriptum, in laceſſentem & Lucemburgum jam occupantem Gallum, exercitum Metas verſus ducit: illincque poſt redditum Lucemburgum, Campaniam Gallicam cum milite ingreditur. Et obiter Linio oppido capto, ad S. Deſiderii oppidum pergit, ubi caſtra ad ſeptimanas aliquot figit. Quod bombardarum globis graviter vexatum, per Hiſpanos & German. pedites fruſtra oppugnat: quod militem intus bellicoſum & perſtrenuum haberet, & qui potius mori glorioſe, quam deditionem facere meticuloſe, paratus eſſet. Hic virtute bellica clariſſimum Renatum, Arauſiæ Principem, Comitem Naſſavium, bombardæ jaculo in munitionibus ante machinas bellicas & excubias per humerum dextrum trajectum deſideravit, non ſine ingenti & Cæſaris & totius exercitus mœrore & luctu. De qua re uberius in ejus belli deſcriptione agitur. Tandem, tranſactione dedito oppido, Cæſar ulterius per Campaniam totum ducit exercitum: omniaque, præter Chalonem oppidum, in quod permunitum, ſelectiſſima & peditum & equitum præſidia Gallus immiſerat, oppida, incolis quidem, ſed non bonis, vacua

Spirenſia Comitia.

Renati Naſſavii Arauſionenſis Principis inſignis virtus & elogium.

obiter offendit: præterque omnem opinionem, etiam maximam celeberrimamque Sueſſionem civitatem. Tantum ſiquidem terroris tum Gallis injectum fuiſſe a Cæſare memorant, ut complures ex opulentioribus ipſa Lutetia, a qua itinere equeſtri vix ſeſquidiei aberamus, relictâ, in Aquitaniam uſque aufugerint. Ac tum Gallus miſſis legatis, pacis conditiones novas petivit, quas & obtinuit. Reverſus itaque Cæſar in Brabantiam, exercitum dimittit, cum Carolo duce Aurelianenſi, Regis Gall. filio, qui apud Crepium oppidum, poſt firmatas pacis conditiones, ad Cæſarem venerat.

ſuno Christi erum Carolo geſtamb bre iarium ſlamemi. *Pax inter Cæſarem & Gallum.*

Iam deinde anno XLV. Cæſar abſolutis VII Auguſti apud Wormatiam Comitiis, aliiſque Ratiſponæ ad futuram anni ſequentis æſtatem indictis, Brabantiam repetit: unde mox rurſum Octobri excurrit, Ratiſponam, ad aſſignata Comitia pergens. Hic cum perpauci Principes comparerent, ſubjectis proſcriptioni, hoc eſt, Anathemati & Banno Imperiali, Ioanne Frederico, Duce Saxoniæ, Electore; & Philippo, Comite provinciali Haſſiæ, ut inobedientibus, conſcripto exercitu, utrumque ſub obedientiæ jugum redigere decrevit. In quo, etſi non defuit ipſius propoſito & votis ſucceſſus, tamen cum civitates complures Imperii, ei ſe rei, præter opinionem Cæſaris, vires undique maximas conflantes, miſcerent; dictique duo cum potentiſſimis copiis tum ſuis tum Civitatum, tum aliorum quoque quorundam Principum, eo uſque fermè excurrerent, non potuit recta, ſicuti decreverat, vel in Saxoniam, vel in Haſſiam ducere militem: ſed coactus eſt concurrentibus mox in viciniis occurrere, bellumq; trahere, & exercitum juxta habere contra adventantis, ad oppreſſionem, hoſtis potentiam, Civitatumque armatam contra ſe manum, dictis duobus auxiliari ope porrectam.

M D X I X.

Bellum ejus in Saxoniæ Ducem Electorem Ioannem Fredericum, & Philippum, Comitem Landgravium Haſſiæ, Princi. pes & animoſos & conſtantiſſimos.

Hic tota æſtas, non ſæpe, nec longe variatis locis, juxta ſe invicem, utrimque minaciter quidem & inſidioſe, ſed ſine commiſſo & deſignato prælio tracta & trita eſt. Tandem eâ in hyemem vergente, non tulit brumalis & inhorreſcentis cæli inclementiam, neque perduravit in campis pars adverſa. Tum inſtaurata expeditio eſt: miſſo primum in veſtigia cum ſuo milite, Burano Comite: ſed captis prius majore ex parte deditione iis, quæ ſuppetias & auxilia Electori Saxoni & Haſſorum Principi in id bellum tuliſſent, civitatibus; quibus expeditis & ſub obedientiæ

fidem

fidem una cum Udalrico Duce Wittenbergenſi redactis, Saxoniam XXIV Martii ex Nurnberga cum exercitu ingreditur: Succurritque ipſi, VII Aprilis apud Ægram, Voitlandiæ oppidum, Ferdinandus, Rex Romanorum, frater, cum Hungarorum exercitu. Nec longe poſt, id eſt, XXIIII Aprilis, traducto per Albim fluv. equeſtri exercitu, fugientem ab altera ripa dictum Electorem Saxoniæ ad tria uſque milliaria ipſemet perſequitur, fuſiſque & diſſipatis ejus copiis, tam equeſtribus quam pedeſtribus, ipſum capit. *Anno Chriſti* *Rerum à Carolo V geſtarum breviarium Mamerani.*

Heſſum deinde XVIII Junii apud Hallas Saxoniæ, deditione ſupplicem accipit, & captivum detinet. Ex Saxonia deinde, confecto bello, ejuſque duobus capitibus captis, reverſus, Auguſtam Rheticam, convocatis ad nova ibidem Comitia Principibus Imperiique Ordinibus, XXIII Julii ingreditur. Ibi compoſitis & ordinatis bona ex parte Imperii, totiuſque Germaniæ in concordiam & tranquillitatem, annuo ſpatio, rebus; & Religione atque Eccleſiaſtico ſtatu, uſque ad futurum Concilium, promulgato concordibus omnium animis & votis ſuper ea re, & edito publice decreto, reformatis; ſenatuque urbis Auguſtanæ ſimul denovo, deductis quibuſdam ritibus, conſtituto & ordinato; & finitis ultima Iunii anno MDXLVIII, Comitiis. XIII Auguſti Auguſta diſcedens, eductis ſecum urbe præſidiis peditum, præter duo ſigna, ac dimiſſis, per Ulmam (in qua & ipſe novum Magiſtratum obiter ordinat, concionatoreſque edicto repugnantes, officio removet) & Spiram, Wormatiam, Moguntiam, Coloniam & Moſætrajectum, Bruxellam Brabantiæ revertitur XII Septembris. Hactenus ille Mameranus. *Saxoniæ Elector à Caſare Carolo V. capitur.* *MDXIX.*

Cæterum de quibuſdam accuratius hic dicendum eſt. Lutherus in Comitiis Wormatienſibus auditur, fidei ſuæ rationem reddit, præſentibus & Cæſare, & Principibus Imperii; ſed auditus damnatur. Admonet & tanti viri incomparabilis in confeſſione conſtantia, & momentum tantæ rei ac magnitudo, ut ex Actis, quæ vocant, horum Comitiorum, rem omnem paullo fuſius hic expromam, magni illius Philippi Melanthonis auctoritatem fidemque per omnia ſequutus. Cum Lutherus, inquit, ante triennium paradoxa quædam diſputanda propoſuiſſet Wittebergæ in Saxonia, Lutherus, adverſus tyrannidem Romani Epiſcopi, (quæ tamen interea a Pontificiis varie lacerata, damnata & ex- *Lutherus in Comitiis Wormatienſibus ſtrenue cauſſam ſuam agit & tuetur.*

Anno Chriſti

uſta fuerunt (a nullo tamen aut Scripturis aut rationibus convicta) cœpit res ad tumultum ſpectare, vulgo cauſam Euangelii adverſus Clericos tuente. Et ob id bonum videbatur, inſtigantibus Romanis legatis, ut ipſe Lutherus accerſeretur, fæciali à Cæſare & principibus dato. Accerſitur, venit, ac divertit in Curiam Rhodienſium Militum, ſeu, quos vocant, Teutonici Ordinis, ubi hoſpitio exceptus eſt, & a multis Comitibus, Baronibus, Equitibus auratis, Nobilibus, Sacrificis & prophanis in multam uſque noctem ſalutatus.

Lutherus in Comitiis Wormatienſibus ſtrenue cauſſam ſuam agit & tuetur.

Cæterum multis & adverſariæ partis, & aliis, adventus ejus prorſus præter opinionem acciderat. Nam etſi per nuncium Imperialem, & datis literis publicæ fidei, accerſitus erat, tamen quia paucis diebus, antequam veniret, publice & palam affixis literis ejus libri damnati erant, nemo exiſtimabat eum, hoc præjudicio condemnatum, adventurum eſſe. Et cum in vicino oppido Oppenheim, ubi primum hæc reſcivit Lutherus, ab amicis ejus deliberatio inſtitueretur, ac pleriq; conſulerent, ne ſe ipſe exponeret periculo, cum videret hæc principio contra datam fidem fieri, auditis omnibus, ipſe magno animo reſpondit: *Mihi vero, quia vocatus ſum, decretum & certum eſt ingredi in urbem, in nomine Domini Ieſu Chriſti, etiamſi ſcirem tot diabolos mihi oppoſitos, quot ſunt tegulæ in omnibus totius urbis tectis.*

M D X I X. *& aliquot ſeqq.*

Altero die poſt adventum ejus, feria quarta, vir nobilis, Magiſter Equitum Imperii, Ulricus de Pappenheim, a Cæſare miſſus, ante prandii tempus venit, indicans Doctori Martino Caroli Imperatoris mandatum, ut hora pomeridiana quarta, apud Cæſaream Majeſtatem, Principes Electores, Duces & reliquos Imperii Ordines ſeſe ſiſtat, auditurus ad quid accerſitus ſit. Quod Martinus, ut debuit, accepit.

Ac ſtatim poſt horam quartam auditam ejus diei, venit Ulricus de Pappenheim, & Caſparus Sturm, Fæcialis per Germanias Cæſareus, (quo caduceatore è Witteberga erat excitus, ac Wormatiam uſque deductus D. Martinus) qui ipſum evocatum comitabantur per hortum Curiæ Rhodienſium, in diverſorium Palatini Comitis. Et ne quid a turba pateretur, quæ in ſolitâ ad Cæſaream domum viâ magna fuit, per gradus quoſdam abditos in auditorium deductus eſt. Non tamen latuit multos, qui ab in-

greſſu vix vi prohibebantur. Plerique pergulas conſcenderunt, ſtudio videndi Lutherum. *Anno Chriſti*

Cum igitur ſtaret in conſpectu Cæſareæ Majeſtatis, Principum Electorum, & Ducum, omnium Imperii Ordinum, qui tum Cæſari adfuere, D. Martinus primum admonitus eſt ab Ulrico de Pappenheim, ne quid loqueretur, niſi rogatus.

Tum Cæſareæ Majeſtatis Orator, Ioannes Eck, Officialis generalis Epiſcopi Treverenſis, alta voce, primum Latine, deinde Germanice, juſſu Imperatoris, dixit & propoſuit eandem ſententiam, in hunc qui ſequitur modum. *Lutherus in Comitiis Wormatienſibus ſtrenue cauſſam ſuam agit & tuetur.*

Martine Luthere, Sacra & invicta Cæſarea Majeſtas, de conſilio omnium ſacri Romani Imperii Ordinum, ad ſolium Majeſtatis ſuæ huc vocari te juſſit, ut his duabus de cauſis te interrogarem: Primum, fatearis ne libros hos præſentes (faſce librorum ejuſdem Latine & Germanice ſcriptorum oſtenſo) qui tuo nomine prætitulati circumferuntur, tuos eſſe, illoſque pro tuis agnoſcas, nec ne? Deinde, an illos & eorundem contenta retractare & revocare, vel inhærere eiſdem potius & perſeverare velis?

Hic, priuſquam Lutherus reſponderet, Hieronymus Schurff, qui Doctori Martino additus adſtabat, exclamavit, *Intitulentur libri.* Hic Officialis Treverenſis, ex libris Martini Lutheri, eos qui Baſileæ ſimul ſunt excuſi, nominatim recitavit, inter quos etiam numerabantur Commentarii in Pſalterium, Libellus de bonis operibus, Commentarius in Dominicam Orationem, & præter hos alii libelli Chriſtiani, non contentioſi. MDXIX. *& aliquot ſeqq.*

Poſt hæc, & ad hæc, Martinus iſta reddidit Latine & Germanice:
A Cæſarea Majeſtate duo mihi proponuntur: Primum, an libros omnes nomen meum habentes pro meis agnoſcere velim? Secundum, an defendere, an vero quidquam reclamare velim ex iis, quæ hactenus per me ſcripta & edita ſunt? Ad quæ reſpondebo breviter, ut potero, & recte.

Primum, Libros jam nominatos non poſſum non amplecti pro meis, & eorum quidem nihil unquam negabo. Cæterum, quod ſequitur, ut exponam, an defendere pariter omnia, vel revocare velim, quia de fide eſt quæſtio & animarum ſalute, & quia divinum verbum concernit, quo nihil majus eſt, tam in cœlo quam in terra, quod nos merito revereri convenit omnes, temerarium ac juxta periculoſum fuerit, me quidquam incogitatum proferre, cum & minus quam pro re, & majus quam pro vero, non præmeditatus, aſſerere poſſim, quorum utrumque me in ſententiam adducet, quam Chriſtus tulit, cum ait: Qui me negaverit coram hominibus, negabo

Anno Chriſti

& ego eum coram Patre meo qui in cœlis eſt. Peto igitur hac de cauſa, & quidem ſuppliciter, à Cæſarea Majeſtate ſpatium deliberandi, ut citra divini verbi injuriam, & animæ meæ periculum interrogationi ſatisfaciam.

Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.

Ex eo Principum cœpit deliberatio, quam ita reddidit Officialis Treverenſis. *Etſi jam tu, Martine Luthere, ex mandato Cæſareo ſatis intelligere potueris, quare vocatus ſis, & ea de cauſa jam indignus, cui longior cogitandi mora detur, tamen ex ingenti clementia, Cæſarea Majeſtas diem unum indulget meditationi tuæ, ut cras hora eadem coram compareas, ea conditione, ne ſcriptam ſententiam tuam proponas, ſed verbis exequaris.*

Poſt hæc Martinus per Fæcialem redditus eſt hoſpitio ſuo. In qua re non eſt prætereundum, quod inter eundum ad audiendum Cæſaris mandatum, & cum jam eſſet in ipſo principum conſeſſu Lutherus, ab aliis alta voce commonebatur, ut eſſet forti animo, ut viriliter ageret, ne timeret eos, qui corpus tantum poſſent occidere, animam non poſſent; ſed potius metueret ſibi ab eo, qui poſſet & corpus & animam mittere in gehennam. Item; *Cum ſteteritis ante Reges, nolite cogitare quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, &c.*

M D X I X. *& aliquot ſeqq.*

Sequenti feria quinta, poſt quartam pomeridianam, venit Fæcialis, & Lutherum in Curiam Cæſaris perduxit, ubi propter Principum occupationes ad ſextam uſque manſit, magna hominum frequentia territus. Cumque conſeſſus factus eſſet, & D. Martinus aſtaret, prorupit Officialis in hæc verba:

Heſterno veſperi Cæſarea Majeſtas hanc horam tibi dixit, Martine Luthere, cum libros, quos heri recenſuimus, tuos eſſe palam agnoveris. Cæterum ad quæſtionem, an quidquam eorum irritum haberi velles, aut omnia probares quæ confiteris, deliberationem petiiſti, quæ nunc finem habet, etiamſi jure impetrare non debueris longius cogitandi ſpatium, qui tanto tempore ſciviſti, quare vocareris. Et fidei negotium tam certum omnibus eſſe conveniebat, ut quiſque quocunque tempore poſtulatus, rationem ejus certam & conſtantem reddere poſſit, nedum tu tantus & tam exercitatus Theologiæ Profeſſor. Age, tandem reſponde Cæſareæ poſtulationi, cujus benignitatem in impetrando cogitandi ſpatio ſenſiſti. Vis ne libros tuos agnitos omnes tueri? an vero quidquam retractare? Hæc Latine & Germanice ille dixit.

Reſpon-

Reſpondit Lutherus, & ipſe Latine & Germanice, quanquam ſuppliciter, non clamoſe, ac modeſte, non tamen ſine Chriſtiana animoſitate & conſtantia, & ita, ut optaverint adverſarii orationem & animum abjectiorem. Sed multo cupidiſſime expectarunt revocationem, cujus ſpem, expetito deliberandi ſpatio, nonnulli conceperant. *Anno Chriſti*

Sic autem reſpondit; *Sereniſſime Domine Imperator, Illuſtriſſimi Principes, Clementiſſimi Domini: Ad præfixum mihi heſterna veſpera terminum obediens compareo, per miſericordiam Dei obſecrans, Sereniſſima Majeſtas veſtra, Dominationesque veſtræ illuſtriſsimæ, dignentur cauſam hanc (ut ſpero) juſtitiæ & veritatis, clementer audire. Atque ſi per imperitiam meam vel dignos titulos cuiquam non dedero, vel quocunque modo in mores geſtuſque aulicos peccavero, benigniter ignoſcere, ut homini non in aulis, ſed in angulis Monachorum verſato, qui nihil aliud de me teſtari poſſum, quam ea ſimplicitate animi hactenus me docuiſſe & ſcripſiſſe, ut tantum gloriam Dei, & ſynceram fidelium Chriſti inſtitutionem ſpectarim.* *Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.*

Sereniſſime Imperator, Illuſtriſſimi Principes, Clementiſſimi Domini; Ad duos illos articulos heri per Majeſtatem veſtram mihi propoſitos, ſcilicet: An libellos recenſitos, & nomine meo evulgatos, agnoſcerem meos, & in his defendendis perſeverare aut revocare velim? Dedi paratum & planum meum reſponſum ſuper articulo priore, in quo adhuc perſiſto, perſiſtamque in æternum; eſſe videlicet eos libros meos, meoque nomine à me evulgatos, niſi forte interim acciderit, ut æmulorum vel aſtutia, vel ſapientia importuna quidquam in illis mutatum, aut depravate excerptum ſit. Nam aliud plane non agnoſco, niſi quod mei ſolius eſt, & à me ſolo ſcriptum, citra omnis cujuſvis induſtriæ interpretationem. M D X I X. *& aliquot ſeqq.*

Ad alterum vero reſponſurus, rogo, Sereniſſima Majeſtas veſtra, & Dominationes veſtræ, dignentur animum advertere, Libros meos non eſſe omnes ejuſdem generis. Sunt enim aliqui, in quibus pietatem fidei & morum adeo ſimpliciter & Euangelicè tractavi, ut ipſimet adverſarii cogantur eos confiteri utiles, innoxios, & plane dignos lectione Chriſtiana. Sed & Bulla, quanquam ſæva & crudelis, aliquot meos libros innoxios facit, licet & hos damnet, judicio prorſus monſtrifico. Si itaque hos revocare inciperem, obſecro, quid facerem, niſi quod unus ex omnibus mortalibus eam veritatem damnarem, quam amici & inimici pariter confitentur, ſolus omnium confeſſioni concordi reluctatus?

Alterum genus eſt, quod in Papatum & doctrinam Papiſtarum invehitur,

Anno Chriſti *tanquam in eos, qui ſuis & doctrinis & exemplis peſſimis, orbem Chriſtianum utroque malo, & ſpiritus & corporis, vaſtaverunt. Nam neque negare id, neque diſſimulare quiſquam poteſt, cum experientia omnium & univerſorum querimonia teſtes ſint, per leges Papæ, & doctrinas hominum, conſcientias fidelium miſerrime eſſe illaqueatas, vexatas & excarnificatas, tum res & ſubſtantias, præſertim in hac inclyta Germaniæ natione, incredibili tyrannide devoratas, devorarique adhuc ſine fine, indignisque modis: cum tamen ſuiſmet legibus ipſi caveant (ut Diſt. 9. & 25. q. 1. & 2.) Ut Papæ leges & doctrinæ Euangelio, aut Patrum Sententiis contrariæ, pro erroneis & reprobis habeantur.*

Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.

Si igitur & hos revocavero, nihil aliud præſtitero, quam ut tyrannidi robur adjecero, & tantæ impietati jam non feneſtras, ſed valvas aperuero, graſſaturæ latius & liberius, quam hactenus unquam auſa fuerit; & fiet hujus meæ revocationis teſtimonio, licentioſiſſimum impunitiſſimumque nequitiæ illorum regnum, miſero vulgo longe intolerabiliſſimum, & tamen roboratum & ſtabilitum; præſertim ſi jactatum fuerit, id à me factum autoritate Sereniſſimæ Majeſtatis veſtræ, totiuſque Romani imperii. Quantum ego, Deus bone, tum fuero operculum nequitiæ & tyrannidis!

M D X I X. *& aliquot ſeqq.*

Tertium genus eorum eſt, quos in aliquos privatos & ſingulares (ut vocant) perſonas ſcripſi, in eos ſcilicet, qui tyrannidem Romanam tueri, & pietatem a me doctam labefactare moliti ſunt. In hos confiteor me fuiſſe acerbiorem, quam pro religione aut profeſſione deceat: neque enim me Sanctum aliquem facio, neque de vita mea, ſed de doctrina Chriſti, diſputo.

Neque hos revocare mihi eſt integrum, quod ea revocatione iterum futurum ſit, ut tyrannis & impietas meo patrocinio regnent, & ſæviant in populum Dei violentius, quam unquam regnaverint.

Tamen quia homo ſum, & non Deus, alio patrocinio meis libellis adeſſe non poſſum, quam ipſe dominus meus Ieſus Chriſtus affuit ſuæ doctrinæ, qui cum coram Hanna de ſua doctrina fuiſſet interrogatus, & alapam a miniſtro accepiſſet, dixit: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. *Si Dominus ipſe, qui ſciebat ſeſe errare non poſſe, non detrectavit teſtimonium adverſus ſuam doctrinam audire, etiam a viliſſimo ſervo, quanto magis ego fæx, non niſi errare potens, debeo expetere & expectare, ſi quis teſtimonium reddere velit adverſus meam doctrinam?*

Itaque rogo per miſericordiam Dei, Sereniſſima Majeſtas veſtra, Illuſtriſſimæque dominationes veſtræ, aut quicunque tandem, vel ſummus vel

infimus poſſit, reddat teſtimonium, convincat errores, ſuperet Scripturis Propheticis & Apoſtolicis. Paratiſſimus enim ero, ſi edoctus fuero, quemcunque errorem revocare, eroque primus, qui libellos meos in ignem projiciam. *Anno Christi*

Ex his arbitror liquidum fieri, me ſatis curaſſe & ponderaſſe diſcrimina & pericula, ſeu ſtudia & diſſenſiones, meæ doctrinæ occaſione in orbe excitanda, de quibus heri graviter admonitus fui. Mihi plane omnium jucundiſſima facies iſta in rebus eſt, videre ob verbum Dei ſtudia & diſſenſiones fieri. Is enim eſt verbi curſus, caſus & eventus. Nam dicit; Non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem adverſus patrem, &c. *Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.*

Proinde cogitandum nobis eſt, quod Deus noſter ſit mirabilis & terribilis in conſiliis ſuis, ne forte id, quod tantis ſtudiis tentatur, ſi à damnato verbo Dei exordiamur, vergat poſtea potius in intolerabile malorum diluvium. Et, quod cavendum ſit, ne adoleſcentis hujus optimi Principis Caroli (in quo poſt Deum multa ſpes eſt) infelix & inauſpicatum fiat imperium.

Poſſem locupletius exemplis Scripturæ, de Pharaone, rege Babylonis, & regibus Iſraël, rem declarare, qui tum ſeſe maxime perdiderunt, cum ſapientiſsimis conſiliis ſua regna pacificare & ſtabilire ſtuduerunt; ipſe eſt enim qui comprehendit aſtutos in aſtutia ſua, & ſubvertit montes antequam cognoſcant. Itaque timere, Dei opus eſt. M D X I X. *& aliquot ſeqq.*

Non hæc dico, quod opus ſit mea vel doctrina vel admonitione tantis verticibus, ſed quod obſequium meæ Germaniæ debitum ſubtrahere non debuerim. Et his me Sereniſsimæ Majeſtati veſtræ, Dominationibuſque veſtris commendo, humiliter rogans, ne patiantur ſtudiis adverſariorum me ſibi ſine cauſa reddi inviſum.

His dictis, Orator imperii, increpabundo ſimilis, dixit; Eum non ad rem reſpondiſſe, nec deberi in quæſtionem vocari, quæ olim in Conciliis eſſent damnata & definita. Ideo ab eo peti ſimplex & non cornutum reſponſum: An velit revocare vel non?

Hic Lutherus: *Quando ergo Sereniſsima Majeſtas Veſtra, Dominationeſque Veſtræ ſimplex reſponſum petunt, dabo illud, neque cornutum neque dentatum, in hunc modum: Niſi convictus fuero teſtimoniis Scripturarum, aut ratione evidente (Nam neque Papæ, neque Conciliis ſolis credo, cum conſtet ea erraſſe ſæpius, & ſibi ipſis contradixiſſe) ſicut victus ſum Scripturis a me adductis, captaque eſt conſcientia in verbis Dei, revocare neque poſſum neque volo quidquam, cum contra conſcientiam agere neque tutum ſit neque integrum.*

. Orationem hanc a D. Martino habitam, in conſultationem deduxerunt principes. Examinatam convellere cœpit Officialis Treverenſis hoc modo;

Immodeſtius tu, Martine, reſpondiſti, quam tuam perſonam decebat, & adeo non ad propoſitum. Libros varie partiris, verum ita, ut ad interrogationem nihil faciant omnia. Quod ſi eos recantaſſes, in quibus errorum tuorum magna pars eſt, haud dubie Cæſarea Majeſt. & ingenita clementia reliquorum, qui boni ſunt, perſecutionem non toleraret. Atqui tu, quæ univerſale Conſtantienſe Concilium damnavit, ex univerſa Germanica natione congregatum, reſuſcitas, & per Scripturam vinci vis, in quo vehementer deliras. Quid enim attinet novam Diſputationem repetere de rebus per tot ſæcula ab Eccleſia & Concilio condemnatis? Niſi forte cuivis, de quocunque ratio reddenda eſt. Quod ſi ſemel pervicerit, ut Scripturis convincendus ſit, quicunque Conciliis & Eccleſiæ ſenſis contradicit, nihil habebimus in Chriſtianitate certum vel determinatum. Et hæc cauſa eſt, ob quam Cæſarea Majeſtas a te petit reſponſum ſimplex ac planum, aut negativum aut affirmativum. Num vis omnia tua pro catholicis tueri? An vero quidquam ex eis revocare?

MDXIX. & aliquot ſeqq. Ibi rogavit Martinus, Ne ſe contra conſcientiam, a Sanctis Scripturis captam & impeditam, ſine contradicentium manifeſtis argumentis, ad revocandum cogi pateretur Cæſarea Majeſt. Reſponſum quod petitur non cornutum, ſed ſimplex & rectum. Neque ſe aliud habere, quam quod ante quoque dediſſet. Niſi ſufficientibus argumentis, conſcientiam ab illis, quos ipſi vocant, erroribus captam, explicarent Adverſarii, nec ſe poſſe ex retibus abire, quibus eſſet involutus. Non protinus vera eſſe, quæcunque Concilia ſtatuerunt, imo erraſſe Concilia, & ſibiipſis ſæpe contraria definiiſſe, propterea non valere contradicentium argumentum. Se poſſe oſtendere, quod Concilia erraverint; revocare non poſſe, quod ſedulo palam expreſſum ſit in Scriptura.

Ad quæ nihil eſt reſponſum ab Officiali, niſi pauciſſimis, videlicet, quod oſtendi non poſſit, Concilium erraſſe. Martinus vero oſtendere ſe poſſe promiſit.

Cum jam autem tenebræ totum auditorium haberent, propterea ſuam quiſque domum abivère. Diſcedentem a Cæſarea Majeſt. & Tribunali, Hiſpanorum bona pars ronchis & ſubſannatione hominem Dei Lutherum longo rugitu proſecuti ſunt.

Feria ſexta poſt Miſericord. Domini, cum conveniſſent Principes,

cipes, Electores, Duces, & reliqui Ordines, qui conſultationibus adeſſe ſolent, ſcriptum hoc in Senatum miſit Cæſar: *Majores noſtri & ipſi Chriſtiani principes fuerunt, nihilominus Eccleſiæ Romanæ audientes, quam nunc D. Martinus Lutherus impugnat. Et quia ne latum quidem unguem ab erroribus diſcedere in animum induxit, non poſſumus nos cum decore à Majorum exemplo deſciſcere, in antiqua fide tuenda, & Romanæ Sedi auxiliam ferendo. Ipſum autem Martinum Lutherum & adhærentes, excommunicatione proſequemur, & ſi quæ aliæ patent ad extinguendum viæ. Datam tamen & aſcriptam fidem violare nolumus, imo daturi operam, ut ſalvus eo redeat, unde eſt accitus.*

Anno Chriſti

Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.

Hanc Imperatoris Caroli ſententiam verſaverunt Principes, Electores, Duces, Imperii Ordines feria ſexta per totum tempus pomeridianum, etiam Sabbatum integrum quod ſequebatur, ita quod Martinus adhuc reſponſum a Cæſarea Majeſtate nullum receperit.

Interea temporis viſus eſt & viſitatus a multis Principibus, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Nobilibus, Sacrificis, religioſis ac prophanis, ne quid dicam de vulgi numero. Hi curiam nunquam non obſederunt, nec videndo ſatiari potuerunt. Etiam ſchedulæ binæ fuerunt affixæ, una contra Doctorem Lutherum, altera, ut videbatur, pro Doctore. Tametſi a multis adeoque intelligentibus, doloſe ab inimicis putatur factum idipſum, ut occaſio eſſet reſcindendi dati ſalviconductus, quod non impigre quærebant Romani legati.

M D X X I. *& aliquot ſeqq.*

Feria ſecunda poſt Jubilate, ante cœnam, Archiepiſcopus Treverenſis renunciavit D. Martino, ut feria quarta ſequenti coram ipſo, hora ſexta ante prandium, compareret, loco iterum deſignando. Die S. Georgii ſub cœnam, rediit ad Lutherum is, qui erat a Sacris Archiepiſcopi Treverenſis, juſſu Principis ſui petens, ut poſtridie hora nuper deſignatâ in diverſorio Domini ſui adeſſet.

Feria quarta poſt Georgii natalem, dicto parens D. Martinus, diverſorium Archiepiſcopi Treverenſis ingreditur, adductus per Sacerdotem ejus, & Caduceatorem Cæſareum, proſequentibus eum, qui huc venientem è Saxonibus & Thuringis comitati ſunt, & aliquot aliis præterea amiciſſimis; ubi coram Archiepiſcopo Treverenſi, Marchione Joachimo Brandenburgenſi, Duce Georgio Saxoniæ, Auguſtenſi & Brandenburgenſi Epiſcopis, Magi-

ſtro

Anno Chriſti ſtro Teutonicorum Comite Georgio, Ioanne Bock Argentino, Werdheymero & Peutingero Doctoribus. Doctor Vehus a Sacris Marchionis Badenſis, dicere cœpit, & proteſtatus eſt; Non in hoc ipſum vocatum eſſe, ut tanquam in controverſia vel diſputatione cum ipſo conferrent, ſed ſolum ex Chriſtiana caritate & clementia quadam Principes a Cæſarea Majeſt. impetraſſe, ut liceret eis clementer & fraterne exhortari eum.

Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa. Deinde, ait, Concilia, tametſi diverſa ſtatuerint, non tamen ſtatuiſſe contraria. Quod ſi vel maxime erraſſent, ob id tamen non corruere eorum auctoritatem ſaltem adeo, ut quilibet ſuo ſenſu contra ea niti poſſet. Inferebat de Centurione & Zachæo multa, etiam de conſtitutionibus humanis, cæremoniis, ſtatutis, ea omnia affirmans ſancita ad reprimenda vitia, pro qualitate & viciſſitudine temporum, nec poſſe Eccleſiam carere conſtitutionibus humanis. Ex fructibus cognoſci arborem. Dici tamen ex legibus multa bona nata. Quod Conciliis S. Martinus, S. Nicolaus, & multi alii Sancti interfuerint.

MDXIX. *& aliquot ſeqq.* Deinde, quod ingentes motus & tumultus incredibiles excitaturi ſint libri ejus. Quod libello de Libertate Chriſtiana vulgus abutatur ad exuendum jugum, ad ſtabiliendam inobedientiam. Longe nunc ſecus habere, quam cum credentium cor unum & anima fuiſſet una; legibus ergo opus eſſe.

Præterea expendendum quoque, cum bona multa ſcripſiſſet, & proculdubio bono ſpiritu, ut de triplici juſtitia, & alia, diabolum hoc jam per inſidias occultas agere, ut omnia ejus opera in perpetuum damnentur. Nam ex his, quæ ultimo ſcripſerit, vere judicari, quemadmodum arbor non ex flore, ſed ex fructibus cognoſcatur.

Ibi addidit de Dæmonio meridiano, & negotio perambulante in tenebris, & ſagitta volante. Tota oratio fuit exhortatoria, locis Rhetoricis, honeſtatis, utilitatis legum, & è regione periculorum conſcientiæ, & ſalutis publicæ & privatæ, plena. Tum in principio, tum medio, tum calce identidem inculcans, hanc admonitionem propenſiſſima voluntate, & clementia quadam ſingulari a Principibus fieri. Claudens in epilogo minas addit, dicens, futurum, ut ſi in propoſito perſeveraret, Cæſar procedat, eum ex Imperio ejecturus, commonefaciens, ut hæc & reliqua cogitaret & expenderet.

Reſpondit D. Martinus: Clementiſſimi & Illuſtriſſimi Principes & Domini; Pro voluntate iſta clementiſſima & benigniſſima, ex qua hæc admonitio proficiſcitur, ago gratias quam humillime poſſum. Agnoſco enim me homuncionem longe viliorem eſſe, quam ut a tantis principibus ſim commonendus. *Anno Chriſti*

Deinde libere pronunciat; Se non omnia Concilia reprehendiſſe, ſed tantum Conſtantienſe, ob hoc potiſſimum, quod verbum Dei damnarit; quod patet in Articulo hoc Ioannis Hus ibi damnato; ECCLESIA CHRISTI EST UNIVERSITAS PRÆDESTINATORUM. Hunc Articulum damnaſſe Concilium Conſtantienſe, certum eſt, & ſic conſequenter hunc Articulum fidei noſtræ: CREDO ECCLESIAM SANCTAM CATHOLICAM. Ajebat igitur, ſe non recuſare, & vitam & ſanguinem impendere, modo eo non detrudatur, ut cogatur apertum Dei verbum revocare. Nam in hoc defendendo oportere Deo magis quam hominibus obedire. *Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.*

Neque ſe hic poſſe cavere ſcandalum fidei. Scandalum enim duplex eſſe, charitatis & fidei. Charitatis, quod in moribus & vita conſiſtit; Fidei vero ſeu doctrinæ, quod in verbo Dei conſiſtit; & hoc vitare ſe jam non poſſe; in ſua enim poteſtate non eſſe, ut Chriſtus non ſit petra ſcandali. Si oves Chriſti puro Euangelii pabulo paſcerentur, fides Chriſti vere prædicaretur, eſſentque boni ac pii Magiſtratus Eccleſiaſtici, qui fideliter officium ſuum facerent, non opus eſſe Eccleſiam onerare humanis traditionibus, &c. Se ſcire, obediendum eſſe Magiſtratibus & Poteſtatibus, etiam male & inique viventibus. Scire ſe, cedendum eſſe proprio ſenſui, idque ſe in ſuis ſcriptis docuiſſe, ſeque obedientiſſime præſtiturum hæc omnia, modo non adigatur verbum Dei negare. *M D X I X. & aliquot ſeqq.*

Secedente Doctore Martino, Principes colloquuntur, quidnam reſpondendum ſit homini? Revocatum igitur in triclinium, Doct. Badenſis repetiit priora, commonefaciens, ut ſua ſcripta judicio Cæſaris & Imperii ſubjiceret.

Reſpondit D. Martinus ſimpliciter & modeſte; Se neque pati, neque paſſurum, ut diceretur defugiſſe judicium Cæſaris, Procerum & Ordinum Imperii. Tantum enim abeſſe, ut eorum examen reformidet, ut vel a minimis quoque accuratiſſime ſua expendi permitteret, modo id fieret autoritate verbi divini & Sacræ

Anno Christi

Scripturæ. Verbum autem Dei tam apertum pro ſe eſſe, ut cedere nequeat, niſi verbo Dei meliora edoctus. Scribere enim S. Auguſtinum; Se didiciſſe hunc honorem ſolis libris illis habere, qui Canonici vocantur, ut veros credat; cæteris vero Doctoribus, quantalibet vel ſanctitate vel doctrina polleant, ita demum cedere, ſi vera ſcriberent. Ad hæc S. Paulum ad Theſſal. ſcripſiſſe: Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Et ad Galatas; Etiamſi Angelus è cœlo veniat, & aliud prædicet, anathema ſit. Itaque ei non credendum. Ideo & ſe ſuppliciter orare, ne conſcientiam ſuam vinculis Scripturæ & verbi divini alligatam, urgeant ad negandum tam clarum verbum Dei, utque ſe commendatum haberent, & præcipue apud Cæſaream Majeſt. efficerent, ne cogeretur contra conſcientiam in hac cauſa quidquam agere; alioqui ſe nihil non vel obſequentiſſime facturum.

Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.

Hæc dicentem interrogavit Marchio Brandeburgenſis Joachimus Elector; Num dixiſſet ſe non ceſſurum, niſi convictum Sacra Scriptura? Reſpondit D. Martinus; Etiam, Domine clementiſſime, vel rationibus clariſſimis, & evidentibus.

MDXIX. *& aliquot ſeqq.*

Ita ſoluto hoc conventu, Principibus reliquis in Curiam proficiſcentibus, Treverenſis Archiepiſcopus D. Martinum accivit in ſuum triclinium, adhibito Officiali ſuo Ioanne Eckio & Cochleo. D. Martino Luthero aſtabat D. Hieronymus Schurff, & Nicolaus Ambsdorffius. Ibi tum cœpit Officialis argumentari ut Sophiſta & Canoniſta, Papæ cauſam defendens; Ex Sacris literis ferè ſemper natas fuiſſe hæreſes, ut Arianam ex hoc Euangelii: Ioſeph non cognovit conjugem ſuam, donec pareret primogenitum ſuum. Dein progreſſus, ut niteretur convellere hanc propoſitionem: Eccleſiam Catholicam eſſe univerſitatem Sanctorum, auſus etiam ex lolio facere triticum, & ex corporum excrementis, membra. Hæc & ſimilia ridicula & futilia ab ipſo in medium prolata, D. Martinus, & D. Hieronymus Schurff perſtrinxerunt, modeſte tamen, veluti ad rem ipſam nihil facientia; nonnunquam inſtrepens & Ioannes Cochleus conabatur D. Luthero perſuadere, ut ab incœpto deſiſteret, & deinceps prorſus a ſcribendo & docendo abſtineret. Tandem digreſſi ſunt.

Sub veſperam ejuſdem diei, Treverenſis Archiepiſcopus nunciavit D. Martino, interprete Ambſdorffio, fidem publicam à Cæſare in biduum protractam, ut interim cum eo agere poſſet.

In

In hoc igitur poſtridie, Doctorem Peutingerum & Doctorem Badenſem, ad eum venturos, imo & ſeipſum cum eo acturum. *Anno Chriſti*

Feria igitur quinta, ipſa die Marci, ante meridiem, Peutingerus & Badenſis conati ſunt perſuadere D. Martino, ut ſimpliciter & abſolute Cæſari & Imperio permitteret judicium de ſcriptis ſuis.

Reſpondit; Se omnia & facturum & paſſurum, ſi modo Scripturæ Sanctæ niterentur autoritate: alioqui enim nihil minus commiſſurum, Nam Deum per Prophetam dixiſſe; Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus. Item; Maledictus qui confidit in homine. Vehementius urgentibus reſpondit; Nihil minus permittendum hominum judicio, quam verbum Dei. Ita abierunt, rogantes, ut deliberaret, meliora reſponſurus; a prandio ſe redituros. *Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.*

Poſt prandium reverſi, idem quod ante meridiem, fruſtra conati ſunt. Oraverunt, ut ſaltem Concilii futuri judicio ſua ſubmitteret. Hoc permiſit Lutherus; ſed hac conditione, ut decerptos ex libris ſuis articulos ipſi exhiberent Concilio ſubjiciendos; ita tamen, ut ſententiam de illis ferrent ex Scripturis, & teſtimoniis ejuſdem contrarium probarent. *M D X I X. & aliquot ſeqq.*

Illi itaque a D. Martino digreſſi, Archiepiſcopo Treverenſi dicunt; Martinum pollicitum eſſe, ſe ſua permiſſurum Concilio, in articulis nonnullis, interimque taciturum de iiſdem. Quod D. Martinus ne quidem cogitarat, ut qui neque monitis nec comminationibus ullis induci unquam potuerit, ut vel negare, vel hominum judicio ſubmittere vellet Libellos ſuos, quos claris & apertis Scripturæ teſtimoniis muniiſſet, niſi convinceretur ex ſacris Literis & evidentibus rationibus ſe erraſſe.

Accidit ergo, ſingulari Dei munere, ut Treverenſis Archiepiſcopus D. Martinum evocaret, eum coram auditurus. Ubi cum diverſum intellexiſſet, quam Peutingerus & Badenſis dixiſſent, affirmavit; Non magno redempturum, niſi audiviſſet eum: alioqui enim ſe ſtatim Cæſarem aditurum fuiſſe, dicturumque quæ retuliſſent Doctores.

Egit vero Treverenſis Archiepiſcopus clementiſſime cum D. Martino, primo, remotis omnibus arbitris, cum de Cæſaris & Imperii, tum de Concilii judicio. In quo colloquio D. Martinus nihil celavit Treverenſem, affirmans; Parum tutum fore, tan-

Anno Christi. tam rem illis permittere, qui ſub fide publica evocatum, novis mandatis aggreſſi, damnaſſent ſuam ſententiam, & Bullam Papæ approbaſſent.

Deinde admiſſo etiam amico, petivit Treverenſis Archiepiſcop. a D. Martino remedia, quibus huic cauſæ occurri poſſit. Reſpondit Lutherus; Meliora non eſſe remedia, quam de quibus Gamaliel Act. v. dixiſſet, teſte S. Luca; Si ex hominibus conſilium aut opus hoc eſt, diſſolvetur; ſi vero ex Deo eſt, diſſolvere non poteritis. Hoc poſſe Cæſarem & Imperii Ordines ſcribere ad Pontificem Romanum; ſe certo ſcire, ſi hoc ſuum propoſitum ex Deo non ſit, intra triennium, imo biennium, ſponte ſua periturum.

Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.

Dicenti Treverenſi, quid eſſet facturus, ſi decerperentur articuli Concilio ſubmittendi? Reſpondit Lutherus; Modo non ſint hi, quos Concilium Conſtantienſe damnaverit. Ait Treverenſis; Se vero timere, eos ipſos futuros. Atqui, inquit Lutherus, de ejuſmodi tacere neque poſſum neque volo, ut qui certus ſum, iis Decretis verbum Dei damnatum. Ideo vitam & caput potius amiſſurus ſum, quam tam clarum verbum Domini deſerturus.

M D X X I. *& aliquot ſeqq.*

Treverenſis videns D. Martinum Dei verbum judicio hominum nequaquam ſubmiſſurum, clementer eum dimiſit; rogantique ut curaret ſibi commeatum clementem a Cæſarea Majeſt. reſpondit: Se rem probe curaturum, & renunciaturum.

Neque ita multo poſt, Officialis Treverenſis, præſente Cancellario quondam Maximiliani, a Secretis Cæſaris, D. Martino in diverſorio ſuo, mandato Cæſaris dixit: Quia tam multipliciter a Cæſarea Majeſtate, Electoribus, Principibus, & Ordinibus Imperii fruſtra commonefactus, ad cor & unitatem noluerit redire, reliquum eſſe, ut Cæſar, ut Advocatus fidei Catholicæ, procedat. Ergo mandatum Cæſaris eſſe, ut intra viginti & unum dies hinc ad ſecuritatem redeat, ſub conductu publico, & libere ipſi ſervando; neque vel prædicando vel ſcribendo, in itinere populum commoveat.

Quo audito, D. Martinus modeſtiſſime reſpondit; Sicuti Domino placuit, ita factum eſt, Sit nomen Domini benedictum. Deinde addebat; Se ſupplicem, primum omnium Sereniſſimæ Cæſareæ Majeſt. Principibus, & reliquis Imperii Ordinibus gratias agere, quam poſſet maximas, pro tam benigna & clementi

audien-

Anno Chriſti

audientia, proque conductu libero & ſervato & ſervando. Neque enim ſe quidquam deſideraſſe in eis, niſi reformationem per Scripturam Sanctam, a ſe tantopere flagitatam. Alioqui pro Cæſarea Majeſtate & Imperio paſſurum omnia, vitam & mortem, famam & infamiam, nihilque ſibi prorſus reſervaturum, niſi unicum verbum Domini liberum, ad confitendum & teſtificandum illud: poſtremo, Cæſareæ Majeſtati, & toti Imperio ſe humillime tum commendans, tum ſubjiciens.

Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa.

Poſtridie igitur, hoc eſt, feria ſexta poſt Iubilate, die Aprilis viceſima ſexta, ſalutatis patronis & amicis, qui eum frequentiſſimi convenerant, ſumpto jentaculo hinc abiit, ad horam ante meridiem decimam, comitatus & ab iis, qui huc venientem proſecuti ſunt; quem Caſpar Sturm Caduceator poſt aliquot horas ſecutus, Oppenheimi invenit, proſecutus vocali mandato Cæſaris Caroli.

Henricus, Angliæ Rex, publico ſcripto Eccleſiam Romanam contra Lutherum tueri conatur. Inde ipſi & ſucceſſoribus datus eſt à Pontifice Romano titulus FIDEI DEFENSORUM.

Angliæ Reges quare dicti FIDEI DEFENSORES.

Franciſcus I. Gallus Carolo V. ſed adverſum ſibi, bellum indicit, ut eventus oſtendit. Cauſa belli ſola ambitio, & infinita longe lateque imperandi libido.

M D XXI.

Gallus Carolo Cæſari bellum indicit.

Rhodus à Solymanno Turca capitur; quare & Equites Rhodii Melitam transferuntur. Hæc origo nominis eſt, quo Melitenſes Maltenſesve hodie appellantur.

Carolus Borbonius, Comes Stabuli Franciæ, invitatus a Carolo V, deficit a Franciſco Gallo, eique tandem eripit Mediolanum. Hæc origo eſt Franciſco Sfortiæ, ejuſque hæredibus, principatus Mediolanenſis redditi.

M D XXII.

Equeſtris Melitenſium Ordinis origo.

Franciſcus I. a Cæſaris Ducibus memorabili ad Ticinum prœlio vincitur ac capitur. Anno autem proximo liberatus & dimiſſus eſt, ſed his legibus; Jus IN NEAPOLIM ET MEDIOLANUM FRANCI IN POSTERUM NULLUM SIBI ARROGANTO; COMITATU FLANDRIÆ CEDUNTO: DENIQUE DUCATUM BURGUNDIÆ DEDUNTO.

Sfortiæ in Principatu Mediolanenſi

Albertus, Marchio Brandenburgenſis, Magiſter ordinis Teutonici, deſerto Ordine, a Rege Poloniæ Dux Boruſſiæ creatur.

reſtituuntur. Franciſcus I. Gall. Rex à Cæſareis capitur. M D XXV. *Brandeburgenſium Marchionum principatus in Boruſſia origo.*

Anno Chriſti

Motuũ Mützerianorũ, ſive Anabaptiſtarum, in Germania origo.

Hæc origo eſt Ducatus Boruſſiæ, feudi Polonici Imperii, in Brandenburgenſi domo nunc adhuc manentis.

Thomas Muntzerus, titulo ſpecieque Religionis ac libertatis, concitat agreſtes plurimos in Germania, a quibus Magiſtratuum authoritas omnis ſtrenuè contemnitur. Hæc origo eſt motuum, quos dein majores gravioreſque ſed impares, Anabaptiſtæ in Germania excitavere.

M D XXVI.

Hungaria & Bohemia regna Auſtriacis oblata.

Clientẽ Turcarũ ſe facit Tranſſylvaniæ Waiwoda; & ſic via in Auſtriam iis Germaniãque aperta, & ab iiſdẽ Vienna obſeſſa.

Ludovico, Hungariæ & Bohemiæ Rege, mortuo, Rex utriuſque factus eſt Ferdinandus, Caroli V. frater. Ita duo ampliſſima hæc regna in Auſtriacorum quaſi manum tranſiere. Contra eum tamen a quibuſdam proceribus eligitur Ioannes de Sapolia, Tranſſylvaniæ Waywoda. Is ſe & principatum clientelari nomine ſubjicit Turcarum imperatori. Hæc origo eſt Tranſſylvaniæ Turcis factæ tributariæ, ſed & ſic viæ Turcis deinceps factæ in Auſtriam, & Germaniam. Nam & Vienna haud multo poſt ab iiſdem, ſed fruſtra, obſeſſa; cujus hiſtoriam obſidionis accurate deſcripſit nobiliſſimus Leonclavius, qui adeundus eſt, videnduſque in egregio opere, quod Pandectas rerum Turcicarum nominavit.

Luſitania regni ad Hiſpanos tandem aliquando devoluti origo.

Carolus V. in Hiſpania uxorem ducit Eliſabetham, Emanuelis Luſitaniæ Regis filiam. Hujus matrimonii titulo Regnum Luſitaniæ tandem Hiſpani deberi ſibi contenderunt, atque etiam occupavere, ut eventus oſtendit.

Bellum inter Carolum V. & Franciſcum I. Galliæ Regem. M D XXVII.

Franciſcus I. Gallus negat pactis cum Carolo V. initis ſe teneri, quippe vi coactum. Ideo init & fœdus cum Pontifice ac Venetis contra Cæſarem. Atque inde graviſſimum funeſtiſſimumque bellum in Italia.

Florentini Medicæos Principes ejiciunt. M D XXIX.

Clemente VII. Medicæo Papa a Caroli copiis iccirco Romæ obſeſſo, Florentini ſpernunt domi repudiantque Medicæorum potentiam, &, jugo excuſſo, reddunt ſibi libertatem, ſed haud diu manſuram.

Proteſtantium nominis in Germania origo.

Spiræ Comitia Imperii celebrantur. In iis gravia admodum magnique terroris decreta facta ſunt contra amplexos Religionem a Romanâ diverſam; & iccirco iis opponunt ſeſe nonnulli Imperii Principes, & ſolemni more proteſtantur. Hæc celebris illius manentiſque etiamnum PROTESTANTIUM nominis eſt origo.

Anno Chriſti MDXXX.

Principes Proteſtantes Germaniæ Smalcaldiæ conveniunt; & mutui auxilii, contra quorumvis vim ac injurias, cauſâ, ſolemni fœdere ſe obſervandis conſtanter ejus legibus obſtringunt. Hæc origo eſt celebris Fœderis, quod Smalcaldicum Germani dixere.

Eodem anno Comitia Imperii Auguſtæ celebrantur. In his iidem Proteſtantes Principes offerunt Fidei ſuæ, ſive Formulam, ſive Confeſſionem & breviarium. Hæc eſt CONFESSIONIS, quæ AUGUSTANA appellatur, origo.

Clemens VII. Papa reſtaurata cum Carolo V. pace, ejuſque copiis uſus, Florentiam expugnat: Alexandrum Medicæum ei præficit, dato titulo PERPETUI PRIORIS FLORENTINÆ REIP. Sic Florentinis recuperata nuper libertas plane periit.

Philibertus Chalonius, Princeps Arauſionenſis, moritur, dum Florentiam obſidet, liberis haud relictis. Is ſororem ſuam Claudiam in matrimonium dederat Henrico Naſſavio, Dillenburgi, & Bredæ Domino, natumque ex iis filium Renatum adoptaverat, hæredemque ſcripſerat. Hæc origo eſt antiquiſſimi Arauſionenſium Principatus ad Naſſovios devoluti, iiſdemque adhuc hodie feliciter manentis.

Dum Imperio Germanico ex Turca metus eſt, Pax Religionis à Romana diſſentientibus conceditur, donec controverſiæ de Religione exortæ in univerſali Concilio cognoſcerentur. Inde de ejus habendi & tempore, & loco, & modo, diverſæ in Italia ac Germania ſententiæ & Eccleſiaſticorum, & Principum fuere.

Mutata jam Religio in Germania, & haud dubie neceſſario mutata, occaſionem præbet fanaticis hominibus inferiorem Saxoniam, quam nunc vocant Weſtphaliam, invadendi, & metropolim ejus, Monaſterium, occupandi. Inde origo Regni, ſed brevis, Ioannis Leidenſis, opificio ſartoris, hominis ſine nomine ac tribu, & tamen auguſtum ſibi Regis nomen ſuperbe tribuentis, & ex non contemnendæ multitudinis aſſenſu impetrantis. Inde ingens domeſticorum in Germania motuum tempeſtas excitata. Sed de ſartore illo Rege, propter exempli novitatem terroremque, quædam paullo hic accuratius tradenda nobis ſunt.

Fœderis Smalcaldici Proteſtantiũ Germaniæ Principum origo.

Confeſſio Auguſtana Cæſari offertur.

Medicæi in Florentino principatu reſtituuntur.

Philibertus Chalonius, Princeps Arauſionēſis, moritur, hæredēque ampliſſimarum ditionum Henricũ Naſſavium habet. MDXXXII. *Pax Religionis in Germania.* MDXXXIV. *Fanatici aliquot Anabaptiſtæ Weſtphaliam invadunt, Monaſterium occupant, & Regem ſibi legunt Ioannem Leidenſem, ſartorem.*

Trade-

Anno Chriſti

Trademus autem oculati auritique teſtis fide. Eſt is Antonius Corvinus, cujus hac omni de re verba in Epiſtola ad Georgium Spalatium, quæ in Bibliotheca noſtra exſtat, leguntur. Seminarium horum, inquit, malorum, nempe quæ Anabaptiſtæ „tandem excitavere, Rullus quidam fuit, homo Batavus, ad per„fidiam, adque turbandas politicas rationes plane natus. Is quum „civitate paulo ante quam obſidione cingeretur excedens, alibi „perfidiæ ſuæ pœnas dediſſet, collegam habuit Rotmannum, „æque ſeditioſum, æque malum, æque perfidum. Hic adjutus „opera Knipperdollingi primum in clandeſtinis conventiculis „virus Anabaptiſmi ſerere cœpit: deinde cum ſeditioſiſſimum „quemque ſibi adjunxiſſet, ita ut ſe ab adverſariorum injuria fa„cile tutum arbitraretur futurum, cœpit propalam Anabaptiſ„mum profiteri, adeoque ciendis turbis ſtudere. Et dici non „poteſt, quoties poſt hæc in forum concurſum ſit, quoties ad ar„ma conclamatum, quoties ridiculæ ſeditioſorum voces, ad pœ„nitentiam cohortantium, ni venturam jam jam domini diem „experiri velint, exauditæ. Knipperdollingum ferunt ſæpe ve„luti Enthuſiaſmo percitum, per omnes civitatis vicos currere „ſolitum, adeoque obvium quemque adflando, iis verbis; Ac„cipe Spiritum Sanctum; allocutum eſſe. Quibus præſtigiis, quid „poſſet excogitari vel ſtultius vel ridiculum magis? Atque hæc „tragœdia eò proceſſit, ac progreſſa eſt, ut nec per illuſtriſſimi „principis noſtri Lantgravii legatos, (qui tamen antea turbatas „res inter Epiſcopum ac civitatem compoſuerant) nec aliarum „civitatum literis mitigari potuerit. Ubi tum prophetæ exorti, „civitate boni ejecti, aliena bona direpta, adeoque ea deſignata „ſunt, quæ ne Turcam quidem, quantumvis immitem ac bar„barum, apud ſuos toleraturum fuiſſe, credibile eſt. Quare ſub„lata omni reſipiſcentiæ ſpe, obſidio ſubſecuta eſt. Et cum pa„rum feliciter, bis atque iterum oppugnatio tentata eſſet, adeo„que civitas ipſa erectis caſtellis aliquot per gyrum corona cin„geretur, auſi ſunt aliud tentare facinus. Uſque adeo inſolentes „una atque altera victoria effecit. Nimirum Regem creavere, „penes quem rei ſummam eſſe voluerunt. Plerique a plebe crea„tum exiſtimant. Sed dixit ipſe mihi Rex, ſe a propheta quodam, „cui Deus eam rem per viſionem patefecerit, ad id faſtigii eve„ctum eſſe. Utcunque ſit, creatus, talem ſe geſſit, ut plane regio

Regni Ioannis Leidenſis, Hollandi, opificio ſartoris, origo & finis.

MDXXXIV.

„more,

„more, circa ipſum adminiſtrarentur omnia. Coronam ac diadema regium geſtabat, equo per urbem vehebatur, aureis calcaribus utens. Iter facientem duo pueri præcedebant, præter aliam ſatellitum turbam: quorum alter gladium, alter vetus teſtamentum portabat. Et pœna parata erat prætergredientibus non genuflectentibus. Aulam præfecturis ac officiis ita inſtituerat, ut, ſi natus rex fuiſſet, prudentius non potuerit. Fuit enim in excogitandis iis, quæ regalem pompam decebant, mirus artifex. Ad hæc patria lingua facundus, ſubdolus, fraudulentus & verſipellis. Reginam pari ſecum honore habebat; cui etiam cæteras uxores, ſive concubinas mavis, ſubjecerat ac parere jubebat. Unam ex iis, (erant autem numero quatuordecim) ſuapte manu, utpote earum rerum quæ ibi gerebantur contemptricem, adeoque tranſitionem ad hoſtes parantem, interfecit: idque in reginæ palatio, fortaſſis ut cæteris timor incuteretur. Quod facinus cum ego illi poſt perinde atque barbarum ac Scythicum objicerem, reſpondit, ſe, quicquid hujus fecerit, jubente atq; imperante propheta feciſſe. Pari crudelitate omnes, quotquot nefariis ejus vel conſiliis vel cœptis reclamare auſi ſunt, necari juſſit. Cujus rei teſtis adhuc eſt arbor tilia, haud ita procul a Canonicorum eccleſia, ad quam deligati, ac æneis tormentis transfixi ſunt. Addam ſtultitiæ quoddam ac temeritatis exemplum: Mulier quædam obſidionis tempore inventa eſt, quæ ſe Epiſcopo facturam polliceretur, quod Iudith Holoferni olim feciſſet; neque prius in urbem redituram, quam Epiſcopi caput una ſecum retuliſſet. Et non defuerunt, qui ſtultiſſimis promiſſis æque ſtulte fidem haberent, adeoque belle ornatam ad tantum facinus peragendum emittendam cenſerent. Sed ſtatim finem invenit tam inſignis temeritas, vel ſi mavis inſania. Deprehenſa enim crimen confeſſa, ac necata eſt. Hæc omnia, quanquam plus æquo & mala & inaudita fuerint antehac, tamen longe pejora adhuc deſignaturi haud dubie erant, ni tandem, miſerante Deo, & penuria rerum omnium laborare cœpiſſent, & per proditionem urbs ipſa capta fuiſſet. Capta autem eſt per Portam Crucis, profugo quodam Epiſcopi milites, aliquot interfectis cuſtodibus, in urbem ducente. Rex ipſe captus eſt, adque principem deductus. Captus eſt & Knipperdollingus una cum Krechtingo quodam, quia a conſiliis regi

Anno Christi

Regni Ioannis Leidenſis, Hollandi, opificio ſartoris, origo & finis.

M D XXXIV.

Anno Chriſti

,,fuerat. Cæterum, direpta urbe, tum primum, quanta rerum ,,omnium penuria laboratint, etiamſi perfugæ quoque ea de re ,,nonnihil antea indicaſſent, compertum eſt. Prorſus intoleranda ,,ac vehemens Sagunti fames fuit, cum a Pœnis obſidione pre- ,,meretur. Fuit & Hieroſolymis ingens fames, cum a Veſpa- ,,ſiano obſiderentur: at nihilo minorem ſenſere Anabaptiſtæ Mo- ,,naſterienſes. Vidi ipſe multos ibi libros, quorum detracta co- ,,ria victum miſeris ſuppeditarant, & eo inediæ poſtea ventum ,,eſt, ut nullum corii genus tam fuerit durum, quod non eſcu- ,,lentum illis factum ſit. Imo ſcio pueros quoque comeſos ibi ,,eſſe; id quod ab iis auditum mihi eſt, qui in reliquias quaſdam ,,capta urbe ejus rei teſtes inciderunt. Sed tamen tot tantiſque ,,malis adeo improbitas perditiſſimorum hominum imminuta ,,non eſt, ut nihilominus & choreas interdum duxerint, & ſpe- ,,ctacula ediderint, & omnia phana, omnes ædes ſacras deſtru- ,,xerint ac demoliti ſint. Imaginibus adeo infenſi fuere, ut etiam ,,pictarum in parietibus ac feneſtris facies, oculos, ac ora mi- ,,ſere fœdarint. Deditionis nulla unquam apud eos facta eſt men- ,,tio: prophetis nimirum obſidionis ſolutionem nunquam non ,,vaniſſime promittentibus. Ad Regem revertor, de quo certi ali- ,,quid ſignificari tibi poſtulas. Is poſt captam urbem, cum ſpe- ,,ctaculi vice huc atque illuc ductus eſſet, detruſus tandem eſt in ,,carcerem, non Monaſterii, ſed in arce quadam principis, ea- ,,que egregie munita, quam Bevergern vocant, Knipperdollingo ,,ac Krechtingo Horſtmariam miſſis, inque vincula conjectis. ,,Verum poſt, quo conſilio tamdiu in vinculis habiti ſint antea ,,quam mactarentur, id equidem ignoro, niſi forte divina bonitas ,,pœnitentiæ ac reſipiſcentiæ tempus iiſdem obtuliſſe exiſtimanda ,,eſt: certe multis verbis huc provocati ſunt. Cum Rege confli- ,,ctum alia cum Knipperdollingo ac Krechtingo lucta excepit, ,,qui ut neque caliditate, neque facundia Regi pares fuere, ita ,,majus tædium nobis peperere ac faſtidium. Et aptior futurus ,,Knipperdollingus ad gladiatorium munus erat, quam ad reli- ,,gionis controverſias tractandas. Porro ſi quis deſcriptionem ,,ejus hominis requirat, nihil de Catilina ſcripſit Saluſtius, quod ,,non in hunc quadret aptiſſime. Magna vi fuit & corporis & ani- ,,mi, ſed ingenio malo pravoque. Cui etiam ab adoleſcentia bel- ,,la inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia civilis, grata fuere, ſic-

Regni Joannis Leiden-ſis, Hol-landi, ſupplicio ſartoris, ligo & ...nis.

M D XXXIV.

,,que

„que juventutem ſuam exercuit. Animus audax, ſubdolus, va- *Anno Chriſti*
„rius, cujuſlibet rei ſimulator, & diſſimulator, alieni appetens,
„ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, nonnihil loquentiæ, ſa-
„pientiæ parum; vaſtus animus immoderata, incredibilia, ni-
„mis alta ſemper cupiebat. Cæterum poſt hoſce noſtros confli-
„ctus, non diu in vinculis habiti, ſed ſtatim Monaſterium, ma-
„ctandi videlicet, ducti ſunt. Altera poſt Agnetis dies ei negotio
„deſtinata eſt. Rex pridie quam mactaretur, interrogatus; Vellet-
„ne ſacerdotem ad ſe, cui peccata in aurem inſuſurraret, adduci
„an ſecus? reſpondit: A prudentis viri colloquio ac conſilio
„non abhorrere ſe, imo magni beneficii loco habiturum, ſi do-
„minum Ioannem a Siberg, principis ſacellanum, colloquii
„cauſa ad ſe admittant. Nihil hic petenti negatum. Protinus
„enim ut haberet, in cujus veluti ſinum omnes animi æſtus ef-
„funderet, is quem volebat miſſus eſt. Qui poſtea ad nos rever-
„ſus, miram fuiſſe miſeri hominis pœnitentiam renunciavit, adeo
„ut etiam ingenue confeſſus ſit: Si decies occidi poſſit, mortem
„certe decies meritum eſſe ſe. Et tamen induci non potuiſſe, uti
„errorem de baptiſmo ac humanitate Chriſti recantaret. Ante
„omnia hoc conqueſtum dicebat, Dolere ſibi vehementiſſime,
„quod illuſtriſſimi principis Lantgravii fideliſſimum conſilium,
„toties ac tam ſuperbe aſpernatus ſit, quem nunc tandem intelli-
„gat pio zelo, ſocia arma cum Epiſcopo contra furorem tum ſuum
„tum civitatis, cum omnis generis admonitiones aſpernati eſ-
„ſent, conjunxiſſe. Quod ſi præſens Lantgravius eſſet, ſuppli-
„citer ſe ejus delicti veniam oraturum, id quod nunc a Corvino
„ac Kymeo, quam primum in patriam redeant, fieri cupiat. Po-
„ſtero igitur die ad tribunal judicis ordine pertracti ſunt, adeoq;
„accuſati. Regem primo egere reum maxima flagitia ac facino-
„ra, quæ inficialem ſtatum haudquaquam admiſſura erant; quip-
„pe toti Germaniæ nota eidem objiciebantur; qui ſive ad deſpe-
„rationem actus, ſive mortis terroribus extra ſe raptus, Contra
„magiſtratum quidem peccaſſe ſe, reſpondit, ſed non contra
„Deum. Quaſi vero non eadem ratione & in Deum & in Dei
„ordinationem peccetur. Confeſſus tamen & Anabaptiſmum,
„& ſeditionis & læſæ majeſtatis crimen, morti adjudicatus eſt.
„Ad quem modum & in Knipperdollingum & Krechtingum,
„cum ob eadem crimina accuſarentur, neque inficiari quæ deſi-

Regni Ioannis Leiden-ſis, Hollandi, opificio ſartoris, origo & finis.

M D XXXIV.

Anno Chriſti

„gnarant, poſſent, lata mortis ſententia eſt. Rex omnium primus, cum ad ſupplicii locum, qui editior aliquanto a terra „extructus erat, duceretur, flexis genibus ac manibus compli-„catis, hæc tantum effatus; Pater in manus tuas commendo ſpi-„ritum meum, ad palum deligatus eſt. Poſt ignitis ac candentibus forcipibus aliquandiu excruciatus, ac enectus eſt, magno „certe ſacrificorum, quorum valde ferax ſemper fuit Monaſte-„rium, applauſu & lætitia. Cum animam egiſſet rex, ductus „ad idem ſupplicium eſt Knipperdollingus, qui tamen ad palum „deligatus, an aliquid locutus ſit, neſcio. Certe qui non tam „procul a ſupplicii loco aberant quam nos, dixiſſe eundem ferunt; „Deus propicius eſto mihi peccatori. Alias inter cruciatus per-„petuum ſilentium fuit. Poſtremo Krechtingus eodem ſuppli-„cii genere periit, quem adhibitis forcipibus, his, O pater, „O pater, exclamantem audivimus. Multos videre hic fuit, qui-„bus ſpectaculo hoc nihil jucundius accidere potuiſſet. At no-„bis ac aliis nobiſcum perpendentibus, quicquid factum hujus „ſit, propter peccata noſtra factum eſſe, haud ita jucundum fuit. „Equidem jure ac merito è medio ſublati ſunt: iſtud enim quis „ſanæ mentis non fateatur? Sed tamen interim noſtra quoque „peccata agnoſcere debemus nos, quorum & enormitatem & „magnitudinem Deus hiſce ceu flagellis ulciſci voluit. Cum hor-„rendum hoc, dignumque de facinoroſis hominibus ſumptum „eſſet ſupplicium, incluſi tandem ſunt ſinguli in ſingulas ſiſcel-„las, eaſque & ferreas & cancellatas, ita ut è longo & conſpici „& agnoſci poſſent. Ac poſt ad ſummitatem turris divi Lam-„berti adfixi. Non ſolum ideo ut perpetua harum rerum extet „memoria, verum etiam ut omnibus ſeditioſis exemplo ac terrori „ſint, ne quid tale vel tentent vel audeant in poſterum.

Regni Ioannis Leidenſis, Hollandi, opificio ſartoris, origo & finis.

M D XXXIV.

M D XXXV. *Mediolanenſis Ducatus ad Auſtriacos tranſit.*

Franciſco Sfortia, Mediolanenſium Duce, ſine liberis extincto, Carolus V. ſibi vindicat arrogatque Mediolanenſem Ducatum, & filio Philippo donat. Hinc adhuc hodie Mediolanum manet in Hiſpanorum poteſtate.

Ieſuitarum Societatis origo.

Celebris Societas Ieſuitarum, autore Ignatio Loyolâ, Hiſpano, inſtituitur, & anno hujus ſæculi XL. autoritate Pontificis Romani probatur ac ſolemniter confirmatur, magniſque mox longe lateque diffunditur incrementis.

Caro-

Primus Dux Florentiæ.

Carolus V. Alexandro Medicæo uxorem dat filiam notham Margaretam Auſtriam, & ſimul titulum Ducis. Hæc prima eſt eorum, qui eo jam nomine aut titulo ſalutantur, Ducum Florentinorum origo.

Genevenſis Reipubl. qualis hodie eſt, origo.

Genevenſes, per aliquot jam ſæcula, dominio Sabaudorum imperioque Principum obnoxii, libertatis ac Religionis cauſa à Sabaudo deficiunt, favente Gallo; & mox fœdere cum Bernatibus in Helvetia inito, res ſuas ſic ſatis in tuto locant. Hæc origo eſt modicæ quidem, ſed adverſus inſidias omnes conſtanter ſeſe tuentis hactenus Genevenſis Reipubl. libertatis.

Res maximæ à Solymāno Turca geſtæ in Oriente.

Solymannus Turca feliciter Perſis eripit Meſopotamiam, Aſſyriam, Babyloniam. Ita ſenſim in arctum magis magiſque à Turcis rediguntur res Perſarum.

M D XXXVI.

Diutius ſeſe differri hic magnus ille Ioannes Calvinus non patitur. Eſt enim annus hic inſignis docendi munere, quod & in Schola & in Eccleſia Genevenſi feliciſſime eſt aggreſſus.

Calvini vita, merita, & elogium, & purgatæ tandem Religionis Genevæ origo.

Natus eſt Ioannes Calvinus Novioduni, Veromanduorum oppido, Anno Chriſti M D IX. parentibus honeſtiſſimis. Tracta per litterarum & linguarum bonarumque artium ſtudia adoleſcentiâ, Sacro alicui Ordini, ut vocant, dedere filium pater initio deſtinaverat; neque ab eo conſilio filii animus abhorrebat. Sed hoc conſilium interrupit mutatus utriuſque animus. Patris quidem, quod Juriſprudentiam certius iter eſſe ad opes & honores videret; filii vero, quod a cognato quodam ſuo, Petro Roberto Olevitano, de vera & puriore Religione admonitus, legendis Sacris literis ſe tradere, a ſuperſtitionibus vero abhorrere, ac proinde ſeſe ab illis ſacris ſejungere cœpiſſet. In eo autem dum aſſiduus eſt ac totus, & apud nonnullos animi ſui de vera Religione ſententiam expromit, in ultimum prope diſcrimen adductus eſt. Sed imminentia ac quaſi præſentiſſima mala & ſingularis Dei providentia, & benignitas Reginæ Navarrenæ, unicæ Regis Franciſci ſororis, admirabili ingenio judicioque principis, & piis recteque ſentientibus tunc admodum faventis, vocato in aulam, & perhonorifice accepto, auditoque Calvino, avertere. Inde, Lutetia relicta, in agrum Santonicum migravit, & mox iterum Lutetiam rediit. Porro fuit annus XXXIV ſupra ſeſquimilleſimum horrenda in multos pios ſævitia inſignis, Gerardo Ruffo Sorbonico Magiſtro, ſed pietatis ſtudia magnopere tunc adju-

Anno Christi

vante, itemque Coraldo Auguſtiniani Ordinis, (qui unum & alterum jam annum favore Navarrenæ adjuti, negotium Chriſti in urbe plurimum promoverant) non modo ex pulpito deturbatis, ſed etiam in carcerem conjectis; & eo uſque inflammata faſcinati Franciſci regis ira ob ſchedas quaſdam adverſus Miſſam per urbem ſparſas, ipſiuſque regii cubiculi foribus affixas, ut publica decreta ſupplicatione, cui una cum liberis ſuis tribus nudo capite ardentem facem quaſi expiationis cauſa geſtans interfuit, quatuor urbis celebrioribus locis octonos Martyres vivos uſtulari juberet, atque adeo ſolenni jurejurando teſtaretur; *Se ne liberis quidem ſuis parſurum, ſi forte teterrimis illis, ut vocabat, hæreſibus eſſent infecti.* Ejuſmodi rerum ſtatum intuens Calvinus paulo poſtquam Aureliæ inſignem illum libellum edidiſſet, quem Pſychopannychian inſcripſit adverſus illorum errorem, qui dormire ſejunctas a corporibus animas errore a vetuſtiſſimis uſque ſæculis repetito docebant, ſecedere ex Gallia ſtatuit, eoque conſilio iter Baſileam verſus per Lotharingiam ingreſſus eſt. Baſileæ edere coactus eſt Chriſtianæ Religionis Inſtitutiones, quas vocant, operis longe maximi, & dein aucti, ampliſſimique rudimentum. Cum enim illam Franciſci regis carnificinam ægre ferrent Germani Principes qui Euangelio nomen dederant, & quorum ille tum amicitiam ambiebat, hoc unum ille velut remedium auctore Gulielmo Bellajo Langæo repererat, ut ſeſe nonniſi in Anabaptiſtas, pro verbo divino ſuum tantum Spiritum jactantes, & omnium Magiſtratuum contemptores animadvertiſſe diceret. Quod dedecus veræ Religioni inuſtum non ferens Calvinus, ejus edendi libri occaſionem arripuit, meo quidem judicio incomparabilis; addita excellenti ad Regem ipſum præfatione, quam ſi forte legiſſet ille, aut ego vehementer fallor, aut magnum eſſet illi meretrici Babylonicæ jam tum vulnus illatum. Erat enim ille Rex non quales eum ſunt conſecuti poſtea; ſed acerrimus rerum æſtimator, judicii ad dignoſcendum verum non parvi, eruditorum fautor, neque per ſe a nobis alienus. Sed illum hæc audire nedum legere neque populi Gallici, neque ipſius Regis peccata paſſa ſunt, quibus ira Dei jam tum propinqua imminebat. Edito hoc libro, ſuaque veluti præſtita patriæ fide, Calvinum viſendæ Ferrarienſis Ducis Ludovici XII, Francorum Regis filiæ, cujus tum pietas celebrabatur, ſimulque Italiæ veluti procul

Calvini vita, merita, & elogium, & purgatæ tandem Genevæ Religionis origo.

MDXXXVI.

falu-

ſalutandæ, deſiderium inceſſit. Illam igitur vidit, ſimulque, quantum hic illum facere præſens rerum ſtatus ſinebat, in vero pietatis ſtudio confirmavit, ut eum poſtea vivum ſemper unice dilexerit, ac nunc quoque ſuperſtes gratæ in defunctum memoriæ ſpecimen edat luculentum. Cæterum ex Italia, in cujus fines ſe ingreſſum eſſe dicere ſolebat ut inde exiret, in Galliam regreſſus, rebus ſuis omnibus ibi compoſitis, abductoque quem unicum ſuperſtitem habebat Ant. Calvino fratre, Baſileam vel Argentinam reverti cogitantem, interclusis aliis finibus, per Allobrogum fines iter inſtitutum proſequi bella coegerunt. Ita factum ut Genevam veniret, nihil ipſe quidem de illa urbe cogitans, ſed, ut mox apparuit, divinitus eo perductus. Erat enim in illam urbem paulo ante mirabiliter introductum Chriſti Euangelium duorum ſummorum virorum opera, Guillielmi Farelli Delphinatis, non, ut quidam commenti ſunt, ex cœnobio, ſed ex ſchola Iacobi Fabri Stapulenſis prodeuntis, & Petri Vireti Orbenſis ex agro Bernenſis ac Friburgenſis ditionis, quorum poſtea laboribus copioſiſſime Dominus benedixit. Eos igitur cum, ut inter bonos fieri ſolet, Calvinus tranſiens inviſiſſet, tum Farellus, ut erat plane vir ille Spiritu quodam heroico afflatus, multis cum verbis fruſtra obteſtatus, ut ſecum potius Genevæ laboraret, quam longius excurreret, nec ei facile Calvinus aſſentiretur, At ego tibi, inquit, ſtudia tua prætexenti denuntio Omnipotentis Dei nomine, futurum ut niſi in opus iſtud Domini nobiſcum incumbas, tibi non tam Chriſtum quam te ipſum quęrenti Dominus maledicat. Hac terribili denuntiatione territus Calvinus ſeſe Preſbyterii & Magiſtratus voluntati permiſit: quorum ſuffragiis, accedente plebis conſenſu, delectus non Concionator tantum (hoc autem primum recuſarat) ſed etiam Sacrarum literarum Doctor, quod unum admittebat, eſt deſignatus anno Domini M D XXXVI, menſe Auguſto. Atque idem hic annus inito inter duas civitates Bernam & Genevam arctiori fœdere, & Lauſannæ ad Chriſtum acceſſione, habita adverſus Pontificios libera diſputatione, cui Calvinus quoque interfuit, celebratus eſt. Tunc edita eſt a Calvino Chriſtianæ doctrinæ quædam veluti formula, vixdum emergenti è Papatus ſordibus Genevenſi Eccleſiæ accommodata. Addidit etiam Catechiſmum, non illum in quæſtiones & reſponſiones diſtributum, quem nunc habemus, ſed alium multo breviorem, præcipua Religionis capita

Anno Chriſti

Calvini vita, merita, & elogium, & purgata tandem Geneva Religionis origo.

M D XXXVI.

com-

Anno Chriſti

complexum. Aggreſſus deinde cum Farello & Coraldo, pleriſque ex collegis timiditate turbas fugientibus, nonnullis etiam, quæ maxima Calvini ſolicitudo fuit, clam opus Domini impedientibus, Eccleſiam componere, a civibus primum omnium contendit, ut coactus populus univerſus, ejurato palam Papatu, in Chriſtianam Religionem ac diſciplinam paucis capitibus comprehenſam juraret. Quod etſi non pauci recuſarent, ut in urbe vixdum ex Sabaudi Ducis retibus, & Antichriſti jugo liberata, & multis adhuc factionibus æſtuante, dedit tamen Dominus vigeſima Julii Anno MDXXXVI, ut palam, præeunte publico Scriba, a Senatu Populoque Genevenſi in Chriſtianæ Religionis ac diſciplinæ ſimul capita juraretur.

Calvini vita, merita, & elogium. & purgata tandem Religionis Genevæ origo.

Ita conſtitutâ emendatâque jam Eccleſia Genevenſi, plurimos & domi & foris ſibi hoſtes fecit; adeo ut & Genevâ, agentibus Syndicorum nonnullis, qui alio, quam quem præferebat Calvinus, Cœnam Domini celebrari modo pertendebant, (ſola autem, neque tantæ rei, controverſia erat de panis Azymi admittendo, aut repudiando uſu in Cœnæ Dominicæ adminiſtratione) cum duobus aliis collegis, viris optimis ſanctiſſimiſque, intra biduum excedere, & ſolum vertere cogeretur. Paruit Calvinus, & Argentinæ ſedem fixit, atque docendo ſcribendoque tantum & ibi profecit, ut & emendaſſe ibi quoque ac purgaſſe velutque fundaſſe Eccleſiam videretur. Cæterum anno MDXLI. Genevenſi ſuæ Eccleſiæ, magno bonorum omnium deſiderio, eſt redditus. Jam enim advenerat illud tempus, quo conſtituerat Dominus Genevenſis Eccleſiæ miſereri. Itaque eorum Syndicorum unus, quorum opera factum fuerat decretum, ut fidi paſtores ejicerentur, ita ſeſe in Reipublicæ adminiſtratione geſſit, ut ſeditionis reus, dum per feneſtram proripere ſe conatur, præceps ruens, ut erat ingenti corporis mole, ita ſeſe attriverit, ut intra paucos dies ex illo caſu ſit extinctus. Alter, homicidio perpetrato, capite multatus eſt. Reliqui duo, malæ etiam adminiſtratæ in quadam legatione Reipubl. accuſati, ſolum verterunt, ſuntque abſentes damnati. His veluti ſpumæ ſordibus ejectis, Civitas Farellum ſuum & Calvinum cœpit requirere. Ac cum de Farello recuperando a Neocomenſibus minimum ſpei affulgeret, enixe demum in Calvinum intenta, Argentinam Legati, adjuncta etiam Tigurinorum interceſſione, mittuntur, qui ab Argentinenſibus Calvinum repete-

MDXXXVI.

rant. Argentinenſes præbent ſe difficiles. Calvinus ipſe, quamvis quæ improborum quorundam culpa ſuſtinuerat, ipſius in Genevenſes animum nihil immutaſſent, tamen a turbis abhorrens, & quod Dominum videret miniſterio ſuo in Argentinenſi Eccleſia benedicere, plane ſe rediturum negare. Bucerus quoque & cæteri ægerrime ſe illum dimiſſuros teſtari. Inſtantibus tamen Genevenſibus, cenſuit tandem Bucerus illorum precibus eſſe ad tempus concedendum: quod tamen a Calvino non niſi interpoſita gravi divini judicii denuntiatione, & propoſito Ionæ exemplo, fuit impetratum. Hæc de ejus viri reſtitutâ confirmatâque in urbe Genevenſi ſede, dataque ei & in Eccleſia & in Scholâ cathedra, dicta nunc ſuffecerint. Qualis quamque aſſiduus in purganda ea Eccleſia, & ad ejus exemplum aliis, quam ſeverus & ſanctus veræ diſciplinæ Chriſtianæ inſtaurator, quam ſagax & ſolicitus in indagandis eludendiſque eorum artibus, qui laudatiſſimis deſtinationibus clam, palam obſtabant, quam diligens & aſſiduus, cum valetudinis perpetuo fere incommodo, in condendis totique Chriſtiano orbi offerendis iis monumentis, quæ hodieque a veri ſtudioſis avidiſſime, & hoſtibus quoque cum admiratione & ſtupore certatim leguntur, quantâ denique conſtantia & pericula omnia contempſerit, & feliciter, divina id volente providentia, feliciter ſuperaverit, notius eſt paſſim omnibus, quam ut iis de rebus virtutibuſque adeo inſignibus ac meritis plura nunc & ſingulatim dicere neceſſe habeamus. Singula accuratius tradita cognoſcere qui volent, adeant ejuſdem Bezæ, cujus jam meminimus, & in iis, quæ ſupra recitavimus, auctoritatem ſequuti ſumus, digniſſimum lectione Commentariolum, quem de Vita Calvini, rebuſque ab eo geſtis, diligentiſſime conſcripſit. Finis vitæ, multa poſt & inſignia merita, multas inter bonorum verique amantium acclamationes, multos & admirandos pulcherrimarum ac nunquam ſatis laudandarum deſtinationum ſucceſſus, multos etiam inter & graviſſimos hoſtes, quibus tamen omnibus major & ſuperior extitit, & ſingulari quadam vitæ morumque integritate, innocentiâ, ac ſanctitate, omnibus ſpectatis, tranſactæ, incidit in annum Domini noſtri M D LXIV.

Anno Chriſti M D XXXVI.

Calvini vita, merita, & elogium, & purgata tandem Geneva Religionis origo

Calvini exceſſus.

Solimannus Turca Orientalem Indiam vi armorum adit, inprimis commerciorum cauſa, quibus Luſitanos, Turcici nominis haud dubie hoſtes, jam frui dolebat.

Solimanni Turcæ irruptio in Orientalem Indiam.

Anno Christi

Cambajæ obſidio.

Inde celebris Cambajæ obſidio; ſed conſtanter feliciterque a Luſitanis defenſæ.

M D XXXVIII.

Agri Puteolani gravé incendium, & ex natura petita ejus cauſſa ac origo.

Incendio agri Puteolani in Italiâ inſignis hic annus fuit. Extat in Bibliotheca mea ea de clade, a natura data illatâque, epiſtola Simonis Portii Neapolitani, ad Petrum de Toleto, Regni Neapolitani Proregem, & militum Imperatorem, ex qua quædam decerpenda hic exiſtimavi. Vidiſti tu, inquit, conflagrationem, & univerſam Puteolorum regionem luſtraſti. Eſt ea vicina mari, aquis calidis, & lutoſo ſulfure abundans: montes habet a Septentrione & Meridie, qui ad mare uſque procurrunt, ubi cavernæ multæ & magnæ caloris vim plurimam cohibent. Fuit hæc regio biennio fere magnis terræmotibus agitata: ut nulla in ea ſupereſſet domus integra, nullum ædificium, quod non certam & proximam ruinam minaretur. At vero V & IV. Kal. Octob. perpetuis diebus, noctibuſque, terra commota eſt: mare paſſibus fere CC. receſſit. quo quidem loco & ingentem piſcium multitudinem accolæ capere, & aquæ dulces proſilire viſæ fuerunt. III tandem Kal. magnus terræ tractus, qui inter radices montis, quem Barbarum incolæ appellant, & mare juxta Avernum, jacet, ſeſe erigere videbatur, & montis ſubito naſcentis figuram imitari. Eo ipſo die, hora noctis II, iſte terræ cumulus, aperto veluti ore, magno cum fremitu, magnos ignes evomuit, pumiceſque & lapides, cineriſque fœdi tantam copiam, ut quæ adhuc extabant Puteolorum ædificia operuerit, herbas omnes texerit, arbores fregerit, pendentemque vindemiam ad ſextum uſque lapidem in cineres verterit, aves quoque, & nonnullas quadrupedes beſtias interemerit; fugientibus per tenebras Puteolanis cum natis, & uxoribus, & magno gemitu ejulatuque Neapolim ſeſe recipientibus. Qui quidem cinis ad LX fere paſſuum millia exhalationis vi projectus eſt, atque, quod mirum videri poteſt, prope voraginem, ſiccus; longe vero, lutoſus & humidus cecidit. Verum, quod omnem ſuperat admirationem, mons circum eam voraginem, ex pumicibus & cinere, pluſquam M. paſſuum altitudine una nocte congeſtus aſpicitur. In quo multa quidem inerant ſpiramenta, è quibus duo nunc ſuperſunt, alterum juxta littus, quod procurrit ad Avernum: alterum in ipſo montis medio. Averni magna pars operta cinere. Balnea illa tot ſæculis celebrata, quæque tot ægris ſalutem præſtabant, cinere ſepulta jacent. Durat & hoc

Mons ſubito naſci viſus.

Balnea Puteolana cinere obruta & everſa.

incen-

Anno Chriſti

incendium ad hanc uſque diem, cum aliqua tamen interpellatione: cujus ego jam, quod pollicitus ſum, cauſas naturæ convenientes, explicare tentabo. Quæ natura raro fiunt, non una ratione oriuntur, cum eorum quædam certis careant definitiſque cauſis, cujuſmodi ſunt quæ temere & caſu fiunt: alia vero non ſine certis cauſis, tametſi ea quoque raro eveniant. Hujus generis ſunt, luminarium defectus, igneæ exhalationes, terræmotus. Sed cum hoc, de quo agimus, incendium, poſt magnos fuerit terræmotus; de terræmotu prius pauca quædam dicenda ſunt, è quibus quæ ad hiatum pertinent, commodius explicabuntur. Sol in terram agens humidam, fumum ex ea quendam educit: qui ſi craſſior fuerit & humidior, vapor dicitur, & humida gignit, ut nubes, pluvias, aquaſque perennes. ſin ſiccior, quem exhalationem Ariſtoteles nuncupavit, ſicca gignit & arida. Fumus hic in terræ antris & cavernis genitus, aut inde totus effluit, aut totus coërcetur: vel partim quidem effluit, partim coërcetur. Si totus effluit, vi ſua propellit aërem & generat ventos: ſin coërcetur totus, vel a meatibus & rimis ac arentis terræ ſoliditate; vel a crebris imbribus, quibus terræ meatus occluduntur, vel a vicino mari, quod ſuo tum frigore tum fluctu, fumos illos in terræ viſcera repellit; tunc cum ignei ſint, & vi coërceantur, egreſſum motu velociſſimo quærentes, terram commovent, terræmotuſque efficiunt magnos. ſi vero partim egrediantur, partim ſub terras coërceantur, leves fiunt terræmotus: vi nanque imminuta, quæ egreditur pars, aërem; quæ cohibetur, terram movet. Cæterum non eſt prætereunda cauſa illa ſuperior, quam Aſtrologi amplectuntur; ſtellarum videlicet conventus, ſoliſque & lunæ defectus. Fuerunt hæc omnia temporibus his primum quidem, Martis cum Saturno congreſſus in Virgine proximo ſolſtitio, qui exhalationes gignere, terræmotusque excitare conſuevit. Fuere etiam non modo hoc, ſed præterito quoque anno lunæ defectus ac cometæ. Spectanda item ſunt tempora terræmotibus apta, ver & autumnus; quibus tum humiditatum, tum caloris incrementa fiunt. unde ſol & vapores gignit & exhalationes: quorum generationem multo ſuo frigore prohibet hyems, multoque calore æſtas. Hæc de cauſis quas efficientes Philoſophi vocant terræmotuum: deque eorundem temporibus. Quibus accedit, quod proxima æſtas pluviis affluens, autumni potius quam æſtatis naturam

Agripputeolani grave incendium, & ex natura petita ejus cauſſa ac origo.

M D XXXVIII.

Terræmotuum cauſa & origo.

Anno Chriſti

tenuit: unde mirum videri non debet, ſi frequentiores paſſa ſit regio iſta terræmotus. Soli enim gignendis exhalationibus uberiorem aptioremque materiam tempora ſuppeditarunt. Aptior porro terræmotibus hora, diluculum eſt: ea ratione, quod Sol ad nos rediens, terræ cogat frigiditatem, quæ egreſſum prohibet exhalationibus; unde magna vi illæ celeritateque motæ, terram concutiunt. Quin & meridies idoneus, quod Sol exhalationes ſupernas diſſipet, educatque infernas, quæ terram movent; qua ratione fit in ſuperficie tranquillitas, & intra viſcera motio. Locus vero, qui maxime terræmotibus quatitur, has natura ipſa ſortitus eſt conditiones; ut ſit mari finitimus, ejuſque terra velut ſpongia ſit poris affluens & cavernis: quibus omnibus Puteolanus ager obnoxius, frequentes patitur terræmotus. Nunc igitur exhalationes in profundo multæ congregatæ, egredi quærentes, quo propius ad locum unde egreſſuræ erant accedebant, eo majore vi terræ partes proximas quatiebant; idque in cauſa fuit, ut terræmotus eſſent diebus illis perpetui. Demum exhalationes hæ motu velociſſimo materiam in ea regione bituminoſam, atque igne peruſtam, in terræ cavernis clauſam, inflammarunt, atque eam magna vi propulſam ejecerunt.

Terræmotuum cauſa & origo.

M D XLI.

Solimãnus Budam capit. Celeberrima Europæ Bibliotheca Budæ fœdè direpta.

Inter hæc Solimannus in Hungaria Budam occupat. Sic periit ac diſſipata celeberrima toto orbe Bibliotheca eſt, quam plurimis veterum, & adhuc deſideratorum ſcriptorum monumentis Matthias Corvinus auxerat. Adeo ut in captâ eâ urbe non ſuperſtites modo, ſed & illi, qui ſuperſtites in relictis ingenii monumentis eſſe poterant, licet fato jam functi, ſi quidem per immanis hoſtis crudelitatem licuiſſet, in hæc & poſterorum tempora durare potuiſſent.

M D XLV.

Ducum Parmæ & Placentiæ origo.

Petrus Aloyſius Farneſius, primus Parmæ & Placentiæ Dux à Papa Paulo III. creatur.

Generalis Concilii Tridentini, examinandarum de ſacris controverſiarum cauſa magna pompa & ſpecie convocati, cum aliquamdiu varias ob difficultates fuiſſet dilatum, initium in eundem hunc annum incidit. At in cognoſcendâ hic veri cauſſa, nullæ judicii, ſolæ præjudicii partes & ſententiæ fuere. Hiſtoria ejus, a Paullo Servita, Veneto, optima fide ſcripta editaque, conſulenda eſt.

Anni

Anno Chriſti MDXLVI.

Anni hujus initium finis vitæ magni illius viri, de quo fuſius ante diximus, Martini Lutheri fuit. Cujus morientis ultimas preces addere hic debeo, quia & hoſtes veri falſa ſpargunt, & geſta ab eo viro paucis complectuntur. Cum igitur extrema jam imminere ſibi intelligeret, converſis in cœlum oculis, cœleſti jam civitate donandus, exclamavit; MI COELESTIS PATER, ÆTERNE ET MISERICORS DEUS, TU MIHI DILECTUM TIBI FILIUM, DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM, COGNOSCENDUM AGNOSCENDUMQUE PRÆBUISTI. ILLUM DOCUI EGO, ET ALIIS OBTULI; ILLUM AMO EGO ET COLO UNICUM SERVATOREM MEUM, ET REDEMTOREM, IN QUEM IMPII PASSIM CRUDELITER GRASSANTUR. HANC ANIMAM, HUNC SPIRITUM TIBI IAM DEDO.

Martini Lutheri exceſſus, & verborum ultima.

Carolus Cæſar bellum palam infert Proteſtantibus Principibus Germaniæ. Proteſtantes fœdere cum Gallorum Rege ſe conjungunt. Hæc origo eſt & belli Smalcaldici, & Metæ, clauſtri Germanici Imperii, a Gallis captæ, iiſque adhuc hodie manentis.

Carolus Imp. bellum infert Proteſtantibus.

Henricus VIII, Angliæ Rex moritur. Is, DEFENSOR FIDEI ROMANÆ, ante dictus, Catharinam uxorem repudiaverat, Anna Bolena in locum ejus ſubſtituta. Ideo a Pontifice excommunicationis fulmine percuſſus, ejurata ſedis Romanæ autoritate, ANGLICANÆ ECCLESIÆ CAPUT ſeſe juſſit appellari. Hæc origo prima eſt collapſæ Pontificum Romanorum autoritatis ac reverentiæ in Angliâ.

MDXLVII.

Henrici VIII. Angliæ Regis exceſſus. Ille, ECCLESIAE ANGLICANAE CAPVT, repudiato Papa Romano, ſe jubet appellari.

Succeſſorem accipit Eduardum filium, nominis ejus VI. qui planè abolet ſolemni decreto Pontificiam Religionem, ſed paulo poſt inſtaurandam.

Dum Concilium Tridenti celebratur, juſſu Cæſaris, & pacis causâ, ſcribitur liber, & Eccleſiaſticis obtruditur, de obſervanda & retinendâ Religione, adminiſtrandiſque ſacris in Germaniâ, donec Concilio Tridentino finis imponeretur. In eo partim aliquid Proteſtantibus, partim aliquid Pontificiis eſt indultum. Hæc origo eſt celebris ſcripti INTERIM dicti, & INTERIMISTARUM, ac belli Theologici, quod ADIAPHORISTICUM appellatur.

Primum Caroli Cæſaris edictum contra Religionis diverſæ à

MDXLVIII. *Liber* INTERIM *dictus ſcribitur. Belli Theologici, quod Adiaphoriſticum vocant, origo. Atrociſſimorum edictorum, & perſecutionum, & motuum in Belgio origo.*

Anno Chriſti MDLII.

Romana ſectatores, idque atrociſſimum in Belgio promulgatur. Hæç origo eſt gravium in Belgio perſecutionum, & motuum, & converſionum, quæ & in Eccleſia & Republ. ſunt ſequutæ.

Tranſactionis, ut vocant, Paſſavienſis origo.

Mauritius Saxo ſimul denunciat & infert bellum Carolo. Ideo anxius & conſternatus Cæſar Paſſavii cum Proteſtantibus pacem, fœdere etiam cum Gallis percuſſo, facit, hâc potiſſimum lege; Ut ſecure ac tuto Principi cuivi Imperii ac Civitati ſua colere ſacra in poſterum liceret. Hæc origo eſt laudatæ, tandem tamen non ſatis obſervatæ, Tranſactionis Paſſavienſis.

Socinianiſmi in Eccleſia Chriſtianâ origo.

Ad hunc quaſi annum referri debet Socinianiſmi, ita dictæ hæreſios quod Lælium & Fauſtum Socinos præcipuos auctores habuerit, in Eccleſia Chriſtianâ origo.: quâ de re cum prodierit nuper accuratiſſima narratio Hiſtorica celeberrimi Viri ac Theologi Ioannis Cloppenburgii, eam hic partim, pro inſtituto, exhibere debuimus.. Hæc autem illa habet. *Sæculum eſt, & quod excurrit, ex quo à Serveto editi anno* MDXXXI, *Libri* VII. *de erroribus Trinitatis, non admodum clam, in Italia circumlati fuere: adeo ut virus illud haurirent ex illis multi, qui ſeceſſionem à Papatu meditabantur, mox facti extorres Itali: adeo ut de Serveti hæreſibus ſparſis Senatum Venetum per epiſtolam ſibi monendum cenſuerit Philippus Melancthon, ſcribens Lipſia anno* MDXXXIX. *Vide Epiſt. Lib.* I.

Servetus palam oppugnat Trinitatem.

Lælius Socinus, Fauſti patruus, ejus diſcipulus, & hujus vita.

Inter iſtos Serveti diſcipulos non infimus fuit Lælius Socinus Senenſis, natus anno MDXXV. *qui ab anno* MDXLVII *ætatis* XXII. *peregrinatus in Gallia, Anglia, Hollandia, Germania, Polonia, & contractâ cum variis amicitiâ, anno* MDLI. *Juvenis annorum viginti ſex, Tiguri conſedit: ubi utens hoſpitio Pellicani, quâ coram, quâ per epiſtolas, amicitiam coluit, ſed non ἀνυπόκριτον, cum Melanchthone, Brentio, Muſculo, Bullingero, Zanchio, Martyre, nec non Calvino, inter cujus epiſtolas una exſtat ad ipſum ſcripta.*

In peregrinatione iſta perhibetur ipſe Franciſco illi Liſmanino Corcyrenſi, qui erat Minoritarum Provincialis in Polonia, perſuaſiſſe ſeceſſionem à Papatu, & effeciſſe ut cucullam exuerit circa annum MDLI. *unde ille initio Eccleſiarum Polonicarum recens tunc è Papatu emergentium alumnus factus, & in pretio habitus.*

Incidit in annum illum. MDLI. *Regiomonti in Pruſſia, inter Collegas Profeſſores Theologos, Oſiandrum, & Franciſcum Stancarum Mantuanum, infelix illud certamen, in quo diſputationis κε[illegible]νόμενον initio fuit, De imputatâ in noſtri Juſtificatione Juſtitiâ Chriſti, an Divinâ, an*

Huma-

Humanâ. Factum eſt autem, ut pro Humana Chriſti juſtitia imputata diſputans Stancarus, per τὸ ἄμετρον τῆ ἀνθλκῆς, cum ſtare videretur pro veritate, caderet: aſſerens Chriſtum Mediatorem noſtrum eſſe TANTUM *ſecundum humanam naturam. Quod ille pomum Eridos, relictâ Boruſſiâ, Regni Poloniæ incola factus, in Poloniam intulit.*

Anno Chriſti M D L I I.

Non potuit Lælius Socinus ita reprimere, Tiguri vivens, calorem juvenilis ingenii; ut non, ad Calvinum ſcribens, in ſe provocaret Calvini ſeveriorem cenſuram: quam Kalendis Ianuariis anni M D L I I. *ſcriptam repræſentavit ex autographo anonymus Vitæ Fauſti Socini Scriptor: ſcilicet in Calvini opprobrium.*

Lælius Socinus, Fauſti patruus, & ejus vita.

Anno M D L I V I. *menſe Iunio, habita eſt in Polonia Synodus Mordenſis: in qua Fr. Liſmaninus (conqueſtus quod traduceretur quaſi eſſet Arianus, eaque de cauſa ipſi alimenta negarentur à Nobilitate) obtinuit* I X *Iunii teſtimonium: Se nunquam in ulla ſententia fuiſſe Arianum: quo munitus, & ipſe Tigurum migravit.*

Eodem anno, menſe Novembri, ſumptum eſt Genevæ de Serveto ſupplicium, quod adeo Lælium Socinum male habuit; ut ab ipſo prodierit, (poſt editam anno M D L I V. *à Caſtellione farraginem illam, quæ præ ſe fert Martini Bellii præfationem de Hæreticis, an ſint perſequendi,) eodem anno excuſum, & libro Calvini (poſt Serveti mortem de Servetano negotio edito) oppoſitum, acerbiſſimum ſcriptum, forma Dialogi inter Vaticanum & Calvinum: quod in Hollandia Latine recuſum, nec non vernacule editum, anno* M DC XII, *vulgo tribuitur Caſtellioni.*

Sumptum de Serveto ſupplicium.

Annus M D L I V. *Lælio erat vigeſimus nonus. Erat tunc annorum quindecim adoleſcens Fauſtus Socinus, Alexandri fratris Lælii filius: de quo traditur apud amicos non ſemel prædixiſſe Lælius, Fuſtum omnia plenius & felicius mundo expoſiturum & explanaturum; ſcilicet lampada ipſi traditurus ad Servetiſmi inſtaurationem.*

Anno M D L V. *Tiguro in Poloniam revocatus eſt, per literas ex conventu Pinczovienſi, Miniſtrorum omnium & nobilium nomine, Franc. Liſmaninus: reſcripſit* I I *Novembris; ſe conſtituiſſe antequam reverteretur, Bernatem, Lauſannenſem, & Genevenſem Eccleſias, ante à ſe viſas, denuo adire, formam doctrinæ & diſciplinæ & cæremoniarum, ſacramentorum adminiſtrationem in ſingulis obſervare: & colloqui ac conſilia communicare cum miniſtris, quo auxilio & conſilio eorum inſtructior veniret ad Eccleſiam. Hinc eſt, quod hoc anno exeunte exſtent ad Polonos ſcriptæ à Calvino Epiſtolæ variæ, ad promovendum opus Reformationis Eccleſiæ: & porro anno* M D L V I I.

Intra

Anno Chriſti

Sumptum de Serveto ſupplicium.

Intra id triennium, in Eccleſia Italica apud Genevenſes gliſcebant Serveti errores: quod occultum virus cum ſubolfeciſſent Eccleſiæ ſeniores, detegendum cenſuerunt, edita Confeſſione de S. Trinitate; XVIII *Maji* MDLVIII. *cui inter primos Valentinus Gentilis ſubſcripſit. Contradicentibus vero aliis, inter quos principes fuere Ioh. Paulus Alciatus, & Georg. Blandrata, ipſe Valentinus eidem contradictioni ſe dedidit, neglecta ſubſcriptione: ob quam perfidiam primus in judicium vocatus à Senatu Genevenſi, ſimulata pœnitentia, non ſine perjurio, profugit: & elapſi ſunt ſimiliter Alciatus & Blandrata. Geſta hæc menſe Auguſto & Septembri ſunt.*

Valentinus Gentilis Geneva elapſus, quia metu mortis potius, quam quod ſerio ita ſentiret, doctrinam ſuam damnaſſet, & animus ei ſupererat ad eam tuendam, multâ cum ſociis iſtis, domi Matthæi Gibraldi in pago Fargiarum, allocutione confirmatior & animoſior redditus; diſcedente in Poloniam Blandratâ, Lugdunum petiit: ubi copiâ librorum adjutus novis argumentis & rationibus ſe armavit; inde Gratianopolin commeavit, & hinc inde in Delphinatu oberravit.

M D L I I.

Eopſe tempore, anno MDLIX. *Lugdunum venit, extorris factus, ex Italia Fauſtus Socinus, annos natus viginti; ibique hæſit triennium: quo anno in cadaver Davidis Georgii hæreſiarchæ, triennio poſt mortem demum cogniti, exemplum ſtatuit Magiſtratus Baſileenſis.*

Lælius Socinus Tiguri moritur, & de eo Theodori Bezæ judicium.

Anno MDLXII. XVI Maji Tiguri mortuus eſt Lælius Socinus, de quo hæc ſcribit Beza Epiſtola LXXXI. Favit quoque Serveti blaſphemiis Lælius Socinus Senenſis, incredibiliter ad contradicendum & varios nectendos nodos comparatus: nec niſi poſt mortem cognitus, hujuſmodi periculoſiſſimis hæreſibus laborare. Zanchius, in Præfatione libri de Tribus Elohim, ipſi exhibet hoc teſtimonium; Cum refutarem Lælii Socini impiam interpretationem in primum caput Euangelii ſecundum Johannem, idcirco ſubticui ejus nomen, & nebulonem tantum vocavi, propterea quod neque certo ſciebam, hunc fuiſſe illius commentarioli auctorem, neque tum legeram ejus nomen in libris adverſariorum expreſſum. Nunc quia res eſt nimis manifeſta, & illum Servetiani in numerum ſuorum ſanctorum piorumque (ſcilicet) doctorum retulerunt, ego quoque id tibi, Lector, notum facio. Fuit is Lælius, nobili honeſtaque familia natus: bene Græce & Hebraice doctus; vitæque etiam externæ inculpatæ: quarum rerum cauſa mihi quoque interceſſerat cum

Anno Chriſti

illo non vulgaris amicitia; ſed homo fuit plenus diverſarum hæreſium: quas tamen mihi nunquam proponebat, niſi diſputandi cauſa, & ſemper interrogans, quaſi cuperet doceri. Hanc vero, Samoſatenianam inprimis annos multos fovit: & quoſcunque porro potuit in eundem pertraxit errorem. Pertraxit autem non paucos. Me quoque diverſis, ut dixi, tentavit rationibus, an eodem poſſet errore, ſimul & æterno exitio, ſecum involvere: quemadmodum fecerat etiam antea Matthæus Gribald. & alii.

Sociniaſmi in Eccleſia Chriſtianâ origo.

Lælii morte nunciatâ, Fauſtus Socinus Tigurum advolavit ocyus, ut ſequeſtraret relictam à Lælio ſupellectilem librariam: veritus, ne Tiguri idem eveniret Lælii manibus, quod Baſileæ acciderat manibus Davidis Georgii. Confirmat myſterium illud Fauſtus Socinus, ad Andream Duditkium ſcribens, menſe Martio, MDLXXXIII. *de Lælio mortuo;* in medio vitæ curſu, anno ætatis XXXVII. eo ipſo tempore, cum amicorum precibus tandem permotus conſtituiſſet, atque etiam cœpiſſet, ſaltem inter ipſos, nonnulla in apertum proferre: breviter, cum fructum aliquem tantorum tamque laborioſorum in Theologia ſtudiorum videre debuiſſet. Quem fructum alii poſtea, ac fere ſtatim ab illius morte, viderunt, videntque etiam nonnulli, qui longe plures illo annos habent. *Patrui vero librorum compos factus, juvenis annorum* XXIII. *Italiam repetiit: ubi duodecennium tranſegit in aula Florentina Magni Ducis Hetruriæ.*

MD LII.

Scindebantur interim, importunitate Franciſci Stancari, per Controverſiam de Chriſto Mediatore, Eccleſiæ Polonicæ: qui hoc inprimis objiciebat, Mediatorem non poſſe dici Chriſtum ſecundum divinam naturam, quin Patre minor cum Arianis ſtatuatur. In quo nodo ſolvendo cum nutarent quidam, cœpit Stancarus omnes Arianos vocare, & inprimis Franc. Liſmaninum, iterum hujus criminis reum agere, & editis libellis traducere. Qui Stancaro & aliis quibuſdam oppoſuit, præmiſſa ad Regem Sigiſmundum Epiſtola apologetica Kal. Iunii MDLXIII. *Cracoviæ ſcripta, Brevem explicationem Doctrinæ de ſanctiſſima Trinitate: cui cum ipſo ſubſcripſerunt Felix Cruciger, Superintendens Eccleſiarum in minori Polonia, aliique circiter triginta Seniores & Miniſtri. Erat inter Seniores illos Gregorius Paulus, Senior in ditione Cracovienſi, quem Beza notat cum Petro Statorio ſuſcepiſſe certamina contra Pædobaptiſmum excitata; & ad Tritheiſmum prolapſum.*

Ariana hæreſis quaſi poſtli minio revocata.

Schiſmati illi ad propagandum Servetiſmum invigilabat præ aliis ille Geneva profugus Blandrata; qui inſinuante illum in illuſtriſsimi & præ-

Anno Chriſti

ſtantiſſimi Principis cujuſdam gratiam Fr. Liſmanino: Valentino Gentile etiam ad ſe advocato; ita faſcinavit variorum animos, ut fidelibus, Calvini præſertim, admonitionibus, inhiberi non poſſent, quin ruerent in Arii vel Tritheitarum abyſſum: ut tandem etiam expugnatus, an detectus & ſero convictus, Liſmaninus ſe ipſum in puteum abjecerit.

Sciniaⁿiſmi in Eccleſia Chriſtianâ origo.

Exeunte anno MDLXIII. XXIX *Decembris mortuus eſt anno ætatis ſuæ* XLVIII. *Sebaſtianus Caſtellio: poſtquam jam prodiiſſent ex Italico tranſlati in Latinum, ipſo interprete, Dialogi Bernhardini Ochini Senenſis: quibus, inter alia, duo magna myſteria Fidei, de S. Trinitate, & de Satisfactione Chriſti, ita ſceptice diſputando luxantur, ut profiteatur* Fauſtus Socinus; Sententiam ſuam de Chriſto Servatore, aperte expreſſam in illis eſſe & inculcatam, ſcribens ad Martinum Vadovitam. Pro ſe reſpondit Caſtellio; Quod Bernhardini Ochini Dialogos tranſtulerim, non puto id mihi fraudi eſſe debere. Tranſtuli enim (ſicut & alia ejuſdem opera tranſtuleram) non ut judex ſed ut tranſlator, & ex ejuſmodi opera ad alendam familiam quæſtum facere ſolitus.

MD LII.

Bernhardinus Ochinus, & de eo Bullingeri judicium.

De Bernhardino Ochino operæ pretium erit exhibere hic porro H. Bullingeri anno MDLXVIII. menſe Auguſto ſcriptum teſtimonium. De Bernardino Ochino paucis hoc dicimus, habitaſſe illum aliquot annis apud nos Tiguri, poſteaquam rediiſſet ex Anglia, Eccleſiarum Doctorumque præcellentium ornatus teſtimoniis: ac toto illo tempore, quo apud nos vixit, concordiam in doctrina & ritibus, palam cum omnibus Tigurinæ Eccleſiæ miniſtris profeſſum, & profeſſionem illam ſuam jurejurando interpoſito publice atteſtatum eſſe; tandem vero clandeſtina adjutum Italorum quorundam, quemadmodum & ipſe Italus erat, opera, ſuos illos lingua Italica ſcripſiſſe Dialogos, quos converſos in linguam Latinam, opera Italorum, ut ajunt, quorundam, inſciis Tigurinæ Eccleſiæ miniſtris, Baſileæ per Italum quemdam, ipſi admodum familiarem & amicum, excudi curavit. Quod quamprimum hic innotuiſſet, admonitus eſt ejus rei ampliſſimus Baſileenſis Reipublicæ Senatus. Is protinus cum typographo expoſtulavit, & ne ulla amplius Dialogorum exempla diſtraherentur mandavit. Quæ alibi quoque, loco admodum celebri, igne ſunt concremata. Expoſtulatum eſt Tiguri quoque a paſtoribus cum Ochino authore, & aliquot errores ei ſunt indicati: oblata eſt item collatio, totumque negotium ad ampliſſimum

Tigurinæ Reipublicæ Senatum eſt relatum. Cæterum cum ille *Anno*
quo ſe legitime & honeſte excuſaret, non haberet, neque de iis *Chriſti*
quæ evulgarat, diſputare vellet, dimiſſus a Senatu, ac ſolum vertere cum omni ſua familia juſſus eſt. Hinc vero ejectus, recta in Poloniam ad ſuæ farinæ homines ſe recepit, quos ille ſciebat non eſſe nobis amicos vel ſocios, ſed hoſtes infenſiſſimos.

Anno M D L X V. *typis excuſa fuit illa Stancaro oppoſita Apologia* *Sociniani-*
Franc. Liſmanini de S. Trinitate, de qua diximus: quo eodem anno ex- *niſmi in*
eunte, perſcriptæ ſunt ab Andr. Fricio, Modrevio, Sigiſmundi Regis *Eccleſia*
Poloniæ Secretario, Sylvæ I V. *aperte Anti-Trinitariæ; qui, per Epiſto-* *Chri-*
lam manu propria ſcriptam & ſubſcriptam X X V I *Martii* M D L X I I I. *ſtianâ*
ad Franc. Liſmaninum, videri voluit approbaſſe Confeſſionem Fidei ortho- *origo.*
doxam de Trinitate. Typis excuſæ ſunt Sylvæ M D X C.

Anno M D L X V I. *Valentinus Gentilis, à Blandrata reverſus, Bernæ ſibi accerſivit perfidiâ ſuâ capitis ſupplicium, quod luit menſe Septembri. Ex illo tempore à Blandrata & ſociis in Tranſſylvania Albæ Iuliæ emanarunt menſe Auguſto* M D L X V I I. *Varia illa fragmenta variorum, in blaſphemanda Fide S. Trinitatis, & in oppugnando Pædobaptiſmo, conſentientium in Sarmatia & Tranſſylvania, in duos congeſta libellos, de,* M D
Unius Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti cognitione falſa & vera. In L I I.
quibus Libri ſecundi Caput X I. *eſt Brevis explicatio in primum Ioannis caput, quam diximus, teſte Zanchio, eſſe Lælii Socini: quæ exſtat à Franc. Iunio edita, in Defenſione tertia Trinitatis: una cum explicatione altera, quæ eſt Fauſti Socini.*

Deinceps anno M D L X V I I I. & M D L X I X. *ibidem Albæ Iuliæ, editis ſimilibus blaſphemis ſcriptis, graſſabantur, qui ſe nominabant Miniſtros & Seniores Eccleſiarum de Uno Deo Patre conſentientium in Tranſſylvania.*

Circa annum M D L X X. *Fauſtus Socinus in Italia Italice conſcripſit opuſculum anonymum de S. Scripturæ Auctoritate, de quo alibi plura. Poſtea anno* M D L X X I V. *aulæ valedixit, & Baſileam venit: ubi triennium & ultra ſe totum impendit excolendæ illi, quam a Lælio patruo hauſerat, Theologiæ, & elaboratas dedit anno* M D L X X V I I. & M D L X X V I I I. *Diſputationes duas: quarum prior eſt illa de Ieſu Chriſto Servatore, habita cum Iacobo Coveto, Paſtore Eccleſiæ Gallicæ Baſilienſis; altera eſt de Statu primi hominis ante lapſum, contra Franciſcum Puccinum Florentium.*

Edidit quoque anno M D L X X V I I I. *poſthumos Seb. Caſtellionis Dialogos de Prædeſtinatione, Electione, Libero arbitrio & Fide. Eſt enim Fauſtus*

Anno Chriſti

Socinus, ille qui præfationem ſcripſit, Felix Turpio Vrbevetanus, & promittit ſuum aliquando ſpicilegium poſt meſſem Caſtellionis, immaturâ morte præventi.

Scindebantur eo anno illi in blaſphemanda Trinitate & Pædobaptiſmo conſentientes Cadmæi fratres, Serveti diſcipuli Albejulienſes & Claudiopolitani, flagrante inter Blandratam & Franciſcum Davidis controverſia, de Chriſti, (qui naturâ homo ſit, non Deus,) invocatione. Blandrata, medicum agens in aula Tranſſylvaniæ Principis, favore & opibus pollens, Fauſtum Socinum evocavit, hyperaſpiſten futurum certaminis: atque curavit ut apud ipſum Franciſcum Davidis, qui Claudiopoli concionabatur, habitaret: cujus hoſpitio uſus fuit, ab adulto Novembri MDLXXVII. *uſque Aprilem* MDLXXIX. *impenſas itineris & commorationis ferente Blandrata.*

Socinianiſmi in Eccleſia Chriſtianâ origo.

Intra paucos iſtos menſes habita eſt illa, quæ demum anno MDXCIV. *excuſa prodiit, De Ieſu Chriſti invocatione Diſputatio. Quam diſputationem vix finitam ſecuta eſt Franciſci Davidis, juſſu Tranſſylvaniæ Principis incarcerati, mors in carcere. Vnde Fauſto Socino nata exprobratio, quod ipſe cum Blandrata Tranſſylvaniæ Principi iſtius perſecutionis auctor fuiſſet.*

MDLII.

Ad exprobrationem illam uſus eſt F. Socinus iſta, ad Tranſſylvanos, Franc. Davidis aſſeclas, ſcripta apologia: Franciſcum Davidis ipſum ſibi calamitatem iſtam acceſſivisse: Quod contra datam ipſi Blandratæ aliiſque fidem, quædam conſtitui ac decerni curaſſet in Synodo Thordanâ, Chriſti invocationi plane adverſantia: ac die quodam Dominico, cum de more in majore Templo ad populum concionaretur, diſerte tantundem eſſe affirmaſſet, Ieſum Chriſtum invocare, atq; Mariam Virginem, & alios Sanctos mortuos.

Socinus in Poloniam ſecedit.

Poſt mortem ergo Franciſci Davidis, cum Iudicio Eccleſiarum Polonicarum (quibuſcum antea conſpiraverant, contra S. Trinitatem & Pædobaptiſmum facto ſyncretiſmo) ſe opponerent libris editis, non ſine iſta Blandratæ & Socini criminatione, una cum Davide Franciſci filio, Paleologus, Glirius, Sommerus, aliique Chriſtum non invocantes Tranſſylvani, Fauſtus Socinus quadragenarius, relictâ Tranſſylvaniâ, in Poloniæ Regnum ſeceſsit, ibique deinceps cœtibus illorum adhæſit, qui, Serveti exemplo, invocant Chriſtum æterni Dei Filium, minime vero æternum Filium: qui in Polonia & magno Ducatu Lithuaniæ Ariani & Ebionitæ vocantur.

Quomodo autem illis adhæſerit, ut cognoſcatur, audiendus

eſt ipſe, ad Nobilem fœminam Sophiam Siemichoviam, Apologiam iſtam ſcribens; Quod mihi objicis, me communionem cum fratribus & Chriſti fidelibus ſpernere, nec curare, ut unà cum ipſis Cœnam Domini celebrem, quam tamen celebrare ab ipſo Domino omnes jubemur, reſpondeo: me, poſtquam in Poloniam veni, nihil antiquius habuiſſe, quam ut me quam maxime cum fratribus conjungerem: licet inveniſſem illos in non paucis religionis noſtræ capitibus a me diverſum ſentire, quemadmodum hodieque multi ſentiunt. Et Deus novit, quæ & quanta diu propter hanc cauſam ſim paſſus. Et adhuc patiar: nullos unquam interea labores, etiam cum maximo meo periculo & damno conjunctos, refugiens, quos vel fratres ipſi mihi impoſuerunt, vel ego pro cœtu noſtro mihi ſubeundos cenſuerim, id eſt, ei utiles fore ſperaverim. Quodſi nihilominus aquæ Baptiſmum una cum illis non accipio, hoc propterea fit, quia id bona conſcientia facere nequeo: niſi publice antea proteſter, me, non quod cenſeam baptiſmum aquæ mihi meique ſimilibus ullo modo neceſſarium eſſe, ſed ut cum fratribus arctius conjungar, id facturum eſſe. Id quod fratres nullo pacto mihi concedere volunt. Quomodo enim id aliter poſſim bona conſcientia facere? Cum non modo ſentiam, fratres graviter, licet per imprudentiam, errare, qui neminem ad menſam Domini admittere velint, niſi prius aqua in ipſorum cœtu baptiſatus fuerit: ſed etiam hac de re, ipſis rogantibus, plenam diſputationem ſcripſerim, & ſententiam meam plurimis aliis noſtris fratribus, in diverſis multis regionibus habitantibus, jam diu patefecerim. Quod ſi interim Cœnam Domini, ut ii qui baptiſati ſunt, non celebro, hic mea nulla culpa eſt; ſed potius illorum, qui id mihi concedere nolunt: niſi id faciam, quod cum mea conſcientia maxime pugnat, nec interim me hac in re errare, vel oſtendunt, vel oſtendere ſerio curant.

Eduardo VI, Angliæ Rege defuncto, Maria ſoror ejus ſuccedit. Ambit eam & impetrat Rex Hiſpanorum Philippus. At vero dum ſterile eſt illud matrimonium, fruſtra Hiſpanus regno Anglico ſic inſidiatur. Interim cauſa fuit reſtauratæ in Angliâ Pontificiæ Religionis, ejuſque perſecutionis, quâ modico temporis ſpatio multa hominum millia periere.

Paulus III. Papa ob merita hæc Mariæ & Philippi, Hiber-

Anno Chriſti

Socinus in Poloniam ſecedit.

M D L I I.

M D L I I I.

Maximi terroris perſecutio in Anglia, regnante Mariâ, religionis cauſa.

Anno Christi

niam evehit ad regni dignationem. Hæc origo eſt Regni Hibernici.

Regni titulo Hyberniæ à Papa donatur.

MDLV.

Conſtitutionis de pace Religionis per Germaniam origo.

Comitia Imperii Auguſtæ celebrantur. In his hujuſmodi decretum factum eſt; NEQUE PRINCIPI, NEQUE COMITI AUT CIVITATI ULLI IMPERII, RELIGIONIS DIVERSÆ CAUSA, ALII PRINCIPES, COMITES, CIVITATESVE VIM POSTHAC AUT BELLUM INFERUNTO. Atque hæc origo eſt laudatiſſimæ Conſtitutionis de Pace Religionis per Germaniam: in quam, velut fundamentalem legem, hodie adhuc ab Imperatoribus juratur.

Graviſſima perſecutiones in Auſtria, &c.

Non tamen pacata ejuſmodi conſilia admittere placuit in Auſtria, & aliis hæreditariis Imperatoris ditionibus. Inde in iis graviſſimæ perſecutiones, quarum nec hodie finis eſt.

Carolus ſe imperio tandem exuit.

Tandem Carolus V. tædio curarum ac mutationum, prævidenſque majores, exuit ſemetipſum imperio, quo mox frater Ferdinandus donatus eſt, cæteriſque ditionibus & regnis, quæ ad Philippum filium tranſiere.

Philippus II. Rex Hiſpaniæ, Princeps Belgarũ.

Philippus igitur II. Hiſpaniæ Rex ſic Belgarum Princeps ſalutatus eſt; qui dum in Belgio agit, dum adire adhuc Belgis Principem ſuum licet ac ſalutare, dumque abſunt injuriæ peregrini ſuperbi miniſterii, ſic ſatis pacata omnia & compoſita in turbando mox & quaſi vertendo Belgio manſere.

MD LVIII.

FERDINANDUS I. AUSTRIACUS IMP.

FERDINANDUS, CAROLI V. frater, huic in Imperio ſuccedit.

Maria Angliæ Regina, quâ regnante Caletum, urbs in adverſo littore munita & nobilis, Anglorum eſſe deſiit, moritur. In locum ejus ſoror Eliſabetha ſuccedit. Hæc in Eccleſiis Proteſtantium aut Reformatorum doctrinam diſciplinamque admittit & præfert, aliis omnibus rejectis. Nihil tamen mutat in Hierarchia Epiſcoporum. Unde magnæ mox calamitates & mutationes exortæ.

Ditmarſi, multis ſæculis liberi & ſui, ab Adolpho Holſatiæ Duce, & Frederico II. Daniæ Rege debellantur. Hæc origo eſt manentis Danis atque Holſatis hodie Ditmarſorum imperii.

MDLIX

Livonia Polonis ſe dedit.

Livones a Moſcis crebro vaſtantur, nec ex Imperio auxilium referunt; ideo a Poloniæ Rege & petunt & accipiunt opem traditis ei præcipuis ditionis præfecturis. Hæc origo eſt ampliſſimæ ditionis Livoniæ ad Polonos devolutæ.

Philippus, Hiſpaniæ Rex, ex Belgio in Hiſpaniam abiturus, ſorori nothæ, Margaretæ Parmenſi, mandat Belgicum imperium. Hujus, ut fœminæ, minor eſt authoritas. Principem ei conſiliarium Rex dat Antonium Perenottum, paulo poſt factum Cardinalem, contemtis Principibus Belgis, Hiſpanis tantum placentem. Inde in eum procerum odia. Denique, diviſa ditionum Belgii adminiſtratione, Hollandiæ, Selandiæ atque Ultrajecto, præcipuis munitiſſimiſque Belgii Provinciis, regundis Guilielmum Naſſavium imponit. Sic rerum contra Hiſpanorum tyrannidem feliciter gerendarum poſt paulo huic oblatæ ſunt opportunæ inprimis occaſiones.

Anno Chriſti MDLX. *Oblata à Rege Hiſpaniarum Guilielmo Naſſavio, Principi Arauſionenſi, rerum feliciter in Belgio pro libertate populi gerendarū occaſiones.*

Carolus IX. annorum XII adoleſcens, Galliæ regni adit hæreditatem. Ac tum Guiſii regimen ſupremum rerum, minorennis nomine, in ſe cupiunt collatum; & illi quidem Pontificiæ Religionis. His vero opponunt ſeſe Borbonii, Condæi, aliique regii ſanguinis Principes, omnes, ut vocant, Reformati. Inde celebris illa in Gallia factio Guiſiorum, & origo deteſtandorum bellorum, quæ Religionis titulo velata, obtinendæ ſummæ autoritatis cauſa revera gerebantur.

Factionis Guiſiorū in Gallia origo.

Auſpiciis ac auctoritate Pontificis Romani & Philippi, Hiſpaniæ Regis, novi in Belgio Epiſcopi inſtituuntur, annuis iis opibus ex Abbatiarum proventibus datis. Inde contra Regem & Epiſcopos motus, etiam Eccleſiaſticorum. Vulgus quoque Epiſcopalis cenſuræ titulo Belgis obtrudi carnificinam ac tormenta Hiſpanicæ Inquiſitionis, ſibi perſuadet. Hinc novæ, & prioribus majores multoque graviores in Belgio turbæ.

MDLXI. *Novi in Belgio Epiſcopatus inſtituti, majorū motuum & turbarum origo.*

Pax Religionis in Gallia a Carolo IX ſancitur hâc lege; NOBILES IN SEDIBUS SUIS ARCIBUSQUE, POPULUS IN TEMPLIS SUBURBANIS, SACRA LIBERE IN POSTERUM PERAGUNTO. At ea a Guiſiis mox eſt turbata. Inde longa ſeries atrocium civiliumque bellorum in Galliâ.

MDLXII. *Pax Religionis, quam vocant, in Gallia, ſed à Guiſiis turbata.*

Concilium Tridentinum finitur. Id omnibus ubique obtruſum, neque Galliæ Reges, neque Anglus, neque Proteſtantes Germaniæ Principes, probavêre.

MAXIMILIANUS II. Ferdinandi filius, patri optimo in Imperio ſuccedit.

MDLXIV. MAXIMILIANUS II. FERDINANDI F. AUSTRIACUS IMP.

Maul-

Anno Christi *Colloquium Theologicum Maulbrunnſe de re Sacramentariâ.*

Maulbruni, haud procul Spirâ, conveniunt Palatini & Witebergenſes Theologi: illi Calviniſtæ, hi Lutherani appellati & de re Sacramentariâ colloquuntur, nec conſentiunt. Hæc origo eſt manentium adhuc hodie diſſidiorum inter eos, cætera fratres, & hoſtes Eccleſiæ Romanæ, qui Calvini aut Lutheri audiunt vulgo & dicuntur ſectatores.

Calvini exceſſus.

Hoc anno animam Deo Ioannes Calvinus conſtanter ac placide reddidit, & ſine apparatu ullo aut pompa, ſicut & ipſe juſſerat, terræ mandatus eſt.

M D LXV. *Motuũ Belgicorũ origo.*

Philippus, Hiſpaniæ Rex, promulgandum edictum curat his legibus, I. EDICTA CAROLI V. CONTRA RECEPTÆ RELIGIONIS ROMANÆ HOSTES OBSERVANTOR. II. QUÆSITORES FIDEI ADMITTUNTOR; ET, SI OPUS, BRACHIO SÆCULARI JUVANTOR. III. CONCILIUM TRIDENTINUM OMNES RECIPIUNTO, EJUSQUE AUTORITATEM IN OMNIBUS SEQUUNTOR. Hæc Regis, aut male ſuadentium ac conſulentium Regi, contumacia origo eſt primo in clandeſtinas conjurationes, deinde in bellum palam erumpentium motuum Belgicorum.

M D LXVI. *Epiſcoporũ Hierarchiã Scoti domi abrogant.*

In Synodo Nationali Scotica omnes omnino Epiſcopi abrogantur, Synedriis & Claſſibus, in quibus par omnium eſſet autoritas, paſſim inſtitutis. Hæc origo eſt libertatis Eccleſiæ Scoticæ, quæ læſa deinde & violata graviſſimos in Scotia motus excitavit.

Belgarum Legati, ſed fruſtra, in Hiſpaniam mittuntur.

Nobiles Proceresque Belgæ, more majorum amantes tenaceſque libertatis, contra recitati jam Edicti capita libellum ſupplicem offerunt Margaretæ Parmenſi: Belgarum Legati in Hiſpaniam mittuntur, qui cum indignis exciperentur modis, populus palam, & armatus, Religionem a Romana diverſam colit.

Iconoclaſtæ in Belgio.

Legati in Hiſpaniam miſſi tandem litteras a Rege impetrant, quibus ſcribitur; INQUISITORES FIDEI IN BELGIO LOCO MOVENTOR; NOVI EPISCOPI MANENTO. EDICTA DE RELIGIONE MITIGANTOR, SED EX CONSILIO SENATUS HISPANICI; DENIQUE DELICTORUM OMNIUM OBLIVIO RATA ESTO. Cæterum hæc omnia incerta; inde mox gravior populi motus; & Iconoclaſtæ ad templa ac aras paſſim evaſtanda ac evertenda concurrere.

M D LXVII. *Res in Belgio,*

Margareta Parmenſis, impar tollendis avertendiſve auctoritate his motibus, optimo conſilio quaſi connivere incipit ad conciones & conventicula, in ſacris diſſentientium Belgarum. Et

ſic

ſic pax reddi poterat ac coaleſcere. At mox Ferdinandus, Dux Albanus, cum ingentibus militum copiis in Belgium mittitur; leges, & patrium ac a majoribus acceptum jus omne proterit ſuperbe ac exſcindit; Concilium Sanguinis dictum inſtituit; viceſimam rerum immobilium, decimam mobilium alienandarum indicit: denique exitium inferre omnibus & patriam negare jam miſerrimis videtur. Diſceſſus Margaretæ in Italiam; Principis Arauſionenſis in Germaniam ſequuntur; & exulibus Belgis Anglia, Germania, Boruſſia, & vicinæ Belgio ditiones impletæ; exordia majorum ex iis, quibus omnes jam acciſæ ſublatæque quaſi ſpes erant, turbarum.

Quidam in Anglia Epiſcoporum auctoritati, ſed fruſtra, ſe opponunt, licet plurimos invenerint faventes. Hæc eſt eorum in Anglia origo, qui *Puritani* vulgo appellantur.

Dux Albanus cum experiendo jam cognoſceret, reverentiam & obſequium terrore inter Belgas non obtineri, nomine Regis, omnium, quæ commiſſa hactenus erant, oblivionem curat promulgandam. At tum quoque experiendo cognitum eſt, fruſtra Tyrannos ſubditis ignoſcere, ubi iis, omnem ſupergreſſis in exſcindenda avita libertate modum, ſubditi tuto jam non poſſunt ignoſcere.

Turcæ Cyprum vi expugnant. Hic occaſus eſt Venetorum in Cypro imperii, atque initium Turcis adhuc hodie manentis.

Carolus IX., Galliæ Rex, Reformatis, ut vocant, pleriſque Principibus, proceribuſque, ad nuptias ſororis Margaretæ & Henrici, Regis Navarreni, invitatis, ignaros eos & incautos, ſubdola armatorum irruptione, mactandos curat. Hæc eſt celebris illa laniena Pariſienſis, ad cujus exemplum plures aliæ alibi in Gallia eadem veſpera clades editæ ſunt, quaque in una urbe Lutetia multa Reformatorum millia cecidere.

Coſmus Medicæus, Florentino imperio per Etruriam latè exporrecto, a Pio V, Pont. Magnus Dux Etruriæ ſalutatur. Hæc origo eſt magnifici tituli Florentinis Principibus hodieque manentis.

Magnus Cham Tartarorum irrumpit in Moſcoviam, incendit Moſcuam, adeoque fœdè & latè graſſatur, ut perierint tum ultra

Anno Christi

ob Hiſpanorum tyrannidem, mirum in modum confuſa ac turbata. Mutationum vera origo.

M D LXV II.

Puritanorum, quos vocant, in Anglia origo.

M D LXX.

Sero, & fruſtra, Amneſtiam Belgis offert Dux Albanus. Turcarum in Cypro imperii origo.

M D LXXII.

Laniena Pariſienſis. Coſmus Medicæus, primus Magnus Florentiæ Dux ſalutatur. Inſignis ex Tartaris in Moſcovia clades.

Anno Christi

Reſtituta tandem, poſt graviſſimā ſervitutē, libertatis Belgarum, qui nūc Fœderati dicuntur, origo.

Sedes prima Fœderatorum Belgarū, & eorū Reipub. origo.

M D LXXIII.

Albanus Dux in Hiſpaniam Regis, juſſu revertitur.

Amneſtia fruſtra à Requeſenio Belgis oblata.

Gallo Poloniæ regnum delatum, ſed mox finitum aut deſertum.

ſeptingenta Moſcorum millia. Hæc cauſa eſt Moſcoviæ adhuc hodie infrequentius cultæ atque habitatæ.

Dum Arauſionenſium Princeps in Germania copias colligit reſtituendæ Belgarum libertatis gratiâ, exules aliquot Belgæ, Bremæ & Embdæ, in Orientali Friſia, claſſem comparant. Hac inſtructâ armatâque, dum alia omnia in deſtinationibus habent, Brilam, qui celeberrimus Hollandiæ portus eſt, vi tempeſtatis, & inviti feruntur, eamque occupant. Sparſâ ejus rei fama, Fliſſinga Zelandiæ, Enchuſa Hollandiæ Borealis opportuni portus, ab Hiſpanis defecere. Hæ ſedes ſunt primæ, ut ita dixerim, libertatis. Conſulantur obvii ubique gentis Annales.

Philippus, Hiſpaniæ Rex, dum juſto populis odio in Albanum, res in Belgio retro feruntur, eum vocat in Hiſpaniam, ſucceſſore dato Ludovico Requeſenio, Magno Caſtellæ Præfecto. Is in ipſo rerum aditu amneſtiam, ſive oblivionem quaſi quandam injuriarum omnium, ſed fruſtra, promulgat, judicantibus Belgis ex perſpectâ toties Hiſpanorum perfidia, nullam ſe ſibi pacive rerum ſuarum ſecuritatem poſſe polliceri.

Sigiſmundo, ſtirpis Jagellonicæ ultimo in Polonia Rege defuncto, Poloni Henricum Valeſium, Caroli IX Gallorum Regis fratrem, Regio diademate donarunt. Sic oblatum Gallo eſt Poloniæ Imperium, ſed, abeunte mox clam Henrico, ut capeſſeret debitum ſibi ſceptrum Gallicum, mox finitum. Admonet hæc res, ut de Polonorum temporibus principibuſque, quod & alibi factum a nobis in aliis eſt, breviter nonnihil hic dicamus.

Polonia, quæ à multis ſæculis dicta fuit, & idem adhuc nomen retinet, Sarmatiæ Europeæ veteris regio eſt, ſed ad occidentem Viſtulæ fluv. in partem veteris Germaniæ procurrens. Sic dicta a Polonis, gente Heneta aut Slavica, qui quondam duce Lecho tempore Mauricii aut Phocæ Imp. è Ruſſiæ regionibus in eam habitatum venere. Lechi poſteritatem tradunt ipſi Poloni principatum in gente tenuiſſe per annos plus minus C L. ad annum ſcilicet æræ Chriſtianæ D C C. Ea extincta ajunt X I I Waivodas, in totidem provincias omni regione diviſa, rebus præfuiſſe: & hac δωδεκαρχία abrogata ad unum Cracum, conditorem Cracoviæ, ſummam rerum totius gentis rediiſſe, & apud filium ejus Lechum II. & filiam Vendam manſiſſe; rurſumque ad δωδεκαρχίαν

& à dodecarchia ad unius Præmiſli, cognomento Leſci, imperium deveniſſe: huic ſucceſſiſſe ordine duos Leſcos II & III, deinde Popielos duos, quorum poſteriorem volunt mortem obiiſſe anno æræ Chriſtianæ DCCCXXXIII. deinceps poſt breve interregnum Piaſtum Principem creatum ſucceſſores habuiſſe filium, nepotem, pronepotem, abnepotem, & hunc nomine Mieziſlaum primum ſuę gentis principem Chriſtianâ religionē fuiſſe imbutum anno æræ noſtræ DCCCCLXV, atque ita fores Chriſtianiſmo in toto regno eſſe apertas. A quo tempore certior jam rerum & temporum in hac gente ſeries cæpit fluere. Hujus vero Mieziſlai filius Boleſlaus, acerrimi ingenii Princeps, primus Poloniæ Rex deſignatus & coronâ inſignitus eſt ab imperatore Ottone III. Gneſnæ anno Chriſti MI, cum ante biennium defuncto patri ſucceſſiſſet. Manſitque regium nomen in ejus familiâ per annos circiter LXXX, in quorum fine Boleſlaus II prioris pronepos ob iniquam Staniſlaï Epiſcopi Cracovienſis cædem excommunicatus, & regno ejectus eſt. Et quanquam filius Uladiſlaus ei ſucceſſerit in principatu, & poſt hunc alii ex hoc deſcendentes, tamen regio titulo abſtinuere omnes per annos circiter CCXV, quibus variâ fortunâ jactata fuit Polonia, & Sileſia ab ejus corpore avulſa, ſenſim, Bohemiæque adjecta. Primus ex voluntate Ordinum ſuorum diadema reſumpſit Præmiſlaus II. Præmiſli filius anno Chriſti MCCXCV. poſt ſexennale interregnum toti Poloniæ calamitoſum, eoque paulo poſt per inſidias interempto Rex ſurrogatus eſt Uladiſlaus Locticus: & hic ob vitia ſolio ejectus, regnante interim Wenceſlao Bohemo, poſt quinquennium reſtitutus in integrum vivendo & regnando pervenit ad annum Chriſti MCCCXXXIII, regnumque reliquit filio Caſimiro Magno, qui feliciſſimam Ruſſiæ partem armis ſubactam Poloniæ conjunxit, & regno potitus annos XXXVIII. obiit anno Chriſti MCCCLXX, ultimus regum ex gente ſua, & poſteritate Piaſti oriundus. Sic iterum in Polonia regnatum a poſteris Piaſti ab initio Præmiſli ad finem hujus Caſimiri, ſi exceperis quinquennium Wenceſlai Bohemi, per annos CLXXV, rerum adminiſtratio in Piaſti domo continuata eſt, circiter annos haud pauciores quam DXL. Poſt hunc non alii quam peregrini in Polonia regnarunt; quorum primus Ludovicus, Gallici ſanguinis ex domo Andegavenſi, Neapolis & Ungariæ Rex, Caſimiri ſororius, poſtpoſitis duabus Caſimiri

** Anno Chriſti MDLXXIII.*

Polonorũ tempora & Principes, variaque inter eos rerum, Principũ, Regumque mutationes.

Primus eorum Chriſtianus.

Primus eorumdem Regis nomine ſalutatus.

Anno Chriſti

Lituania Poloniæ accedit.

filiabus, & Principibus agnatis ad ſceptrum a proceribus vocatus. Qui cum annos XII. regnando compleſſet ſucceſſorem accepit Iagellonem, magnum Lituaniæ Ducem, nuptiis filiæ alterius (duas enim opum ſuarum hæredes Ludovicus reliquit) potitum, & nuptiarum regnique cauſâ, deſertis ſacris gentilibus, baptiſmo, ritu Chriſtiano, cum totâ domo & populo Lituanico ablutum; cui novum nomen Uladiſlai in lavacro datum. Factum anno Chriſti MCCCLXXXVI. Per hunc tota Lituania, & partes quædam Ruſſiæ, Lituanis parentes, Poloniæ addita, regnumque late auctum. Penes cujus domum regni poſſeſſio manſit ad mortem pronepotis Sigiſmundi Auguſti, quæ incidit in annum Chriſti MDLXXII. Uladiſlao Iagelloni ſucceſſit Uladiſlaus filius natu maximus, Ungariæ ſimul & Poloniæ Rex, anno æræ noſtræ MCCCCXLIIII. ad Varnam cæſus a Turcis; huic porro frater Caſimirus, ſub quo Boruſſia Polonis acceſſit: Caſimiro tres filii, primum Ioannes Albertus, deinde Alexander, & demum Sigiſmundus. Sigiſmundum denique excepit Sigiſmundus Auguſtus. Sic ſceptrum apud Polonos manſit domui huic Lituanicæ per annos CLXXXVI. Morte Sigiſmundi Auguſti improlis regnum ſuffragió procerum pervenit ad Stephanum Sepuſium Tranſſylvaniæ Principem, & ab eo poſt decennium ſine liberis mortuo ad Henricum Andium ducem, Gallorum regis fratrem: quo a morte fratris è Poloniâ in Galliam clam ſe recipiente ad ineundum Galliæ regnum, Poloni in locum ejus ſuffecere Sigiſmundum Suecum, juvenem Sigiſmundi Auguſti ſorore, & Ioanne III, Sueciæ rege natum. Patrem Sigiſmundum Uladiſlaus IV filius, & hunc nuper defunctum Caſimirus frater, qui Polonorum habenas imperii feliciter hodieque moderatur, excepere.

Polonorũ tempora & Principes.

Boruſſia Polonis accedit.

MD LXXIII.

MD LXXV.

Pacis Belgarũ cauſa conventus Ordinum Bredæ, ſed fruſtra, indictus.

Maximiliano Cæſare rogante ac urgente, pacis Belgarum inſtaurandæ ergo, conventus ſolennis Bredæ indictus eſt. At cum Hollandorum, ſociorumque legati peterent Religionis libertatem, nec obtinerent, re infecta diſceſſere.

Afflicta, & ad incitas quaſi redacta ab Hiſpanis diſſentientium Belgarum res.

Inter Belgas, qui ab Hiſpano defecerant, actum eſt de Principe externo eligendo. In ea deliberatione offerunt ſeſe Rex Galliæ, Regina Angliæ, & Germanici Imperii quidam Principes qui eadem ſacra amplectebantur. At cum Gallorum res multis domi-

diſſi-

diſſidiis eſſent turbatæ, & haud permiſſurus Cæſar videretur, ut Imperii aliqui Principes tuerentur cauſam afflictorum Belgarum, plurium votis ad Anglam itum eſt. Verum hæc non admittit oblatum Belgii, quod a Principe ſuo defecerat, principatum; opem tamen haud obſcure pollicetur. Ita celebrior Belgii pars venalis quaſi aut donanda circumfertur, neque invenit vel emptorem, vel tanti muneris, quantum eſſe illud eventus oſtendit, idoneum æſtimatorem. *Anno Chriſti*

RUDOLPHUS Auſtriacus, Maximiliani II. filius, patrem in Imperii faſtigio ac curâ excipit. M D LXXVI. RUDOLPHUS AUSTRIACUS IMP.

Ludovicus Requeſenius moritur, & Belgium Gubernatorem Præfectumque militiæ ſupremum non habet. Hiſpani milites paſſim tumultuantur, & urbes quaſdam evaſtant. Ea occaſione Ordines omnium Belgii provinciarum Gandavi conveniunt. Laudata ibi pax Religionis, actumque de reſtituenda Belgio libertate, his præcipue legibus; I. ORDINES IN SINGULIS DITIONIBUS SACRA PRO ARBITRIO EXERCENTO, ET EXERCERI CURANTO. II. SACRORUM CAUSA VIM NEMINI, AUT CONSCIENTIIS HOMINUM INFERUNTO. III. COMMUNIBUS AUXILIIS HISPANOS OMNES BELGIO EXTURBANTO. IV. INTER FOEDERATOS, ET QUI DEFECERUNT, ALIOSQUE BELGAS, PAX ÆTERNA, COMMERCIA, ET QUÆVIS AMICORUM OFFICIA SUNTO. Hæc origo eſt celebris Pacificationis Gandavenſis, & totius Belgii, poſt nuperas diſceſſiones diſſenſioneſque, iterum conjuncti, ſed paulo poſt divellendi. *Pax Belgica Gandavenſis dicta, & præcipua ejus leges.*

Joannes Auſtriacus Belgio a Rege Hiſpaniarum præficitur. Is ſubdole Pacis Gandavenſis legibus ſubſcribit. Hiſpanum militem dimittit, ſed interim clam alium conſcribit, & inſidiatur libertati. Hic poſtremus eſt Præfectorum Belgii ab Hiſpanis conſtitutorum, quos omnes ſimul Belgæ admiſerunt, & hæc origo Præfectorum, quos ſua ſibi autoritate Provinciarum Ordines dein legêre: Ita Matthias, Archidux Auſtriæ, frater Rudolphi Imperatoris, ab iiſdem Ordinibus in Belgium, curandæ reſtituendæque publicæ rei ac pacis gratia, eſt evocatus. M D LXXVII. *Joannes Auſtriacus. Matthias Archidux Auſtriæ,*

Joannes Auſtriacus moritur. Ei ſucceſſorem dat Rex Hiſpaniæ Alexandrum Farneſium, Ducem Parmenſem. Is felix bello, multæ etiam prolixæque Princeps comitatis, partim vi, partim blan- M D LXXVIII.

Alexander Farneſius, Parmæ Placentiaque Dux, Belgio præficiuntur.

Anno Christi

Regnatricis in Luſitania, Hiſpano parere vi coactâ, domus mutatio.

ditiis plurimas Belgarum civitates reddit quaſi & reſtituit Regi Hiſpaniarum.

Sebaſtianus, Luſitaniæ Rex, irrumpit in Africam, & prœlio vincitur, cadiiq; ipſe, liberis haud relictis. Ita Regnum Luſitaniæ ad Henricum Cardinalem, Sebaſtiani propatruum, delatum eſt. Sed eo, admodum jam ſene, anno proximo defuncto, Philippus Hiſpaniæ Rex, ex ſorore Henrici Cardinalis genitus, ejus nomine tribuit ſibi & vi occupat Regnum Luſitaniæ. Hæc origo eſt omnium Hiſpaniæ Regnorum uni Philippo, ejuſque ſucceſſoribus, manentium; niſi quod tædio ſervitutis Luſitania tandem jugum excuſſerit; qua de re ſuo & tempore & loco dicemus.

M D LXXIX.

Antonius Prior ad capeſſendum Luſitaniæ regnum à Marocenſi Rege invitatur.

Mauri Hiſpaniâ expelluntur.

Antonius Prior, poſt mortem Henrici Regis Luſitaniæ, a Luſitanis Rex ſalutatus, ſed Philippo Hiſpaniæ Rege expulſus, exulque nunc in Gallia, nunc Anglia degens, a Marocenſi Rege ad repetendum Luſitanicum Imperium invitatur, oblatis ingentibus auxiliaribus militum copiis, additoque, Maurorum in Hiſpania poſteros facile defectionem a Philippo auſuros. Inde Hiſpanis Mauri ſuſpecti perpetuo tandem exilio multantur.

Coloniæ fruſtra de inſtauranda reddendaq; Belgarū pace agitur.

Suadente Cæſare Coloniæ jam de inſtaurandâ Belgarum pace agitur, ſed fruſtra, quia conſcientiarum libertas in ſacris exercendis non potuit impetrari.

Belgii in Hiſpanos ac Fœderatos diviſi cauſa.

Cum Belgæ nonnulli, ac inprimis in Flandria Gandavenſes, in Eccleſiaſtici Ordinis homines petulantius graſſarentur, iiſque ejectis pacis Gandavi factæ leges minus obſervarent, Arteſii & Hannonii, aliique aliquot Belgicæ Gallicæ populi, a reliquis Belgis ad Hiſpanos deficiunt, ſeque Duci Parmenſi dedunt. Hæc cauſa eſt Belgii in Hiſpanos & Fœderatos adhuc hodie diviſi.

Fœderata, ut vocant hodie, Belgarum Reipubl. origo.

Tum Gelriæ, Zutphaniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Omlandiæ & Ultrajectinæ ditionis Ordines Ultrajecti convenere, initumque fœdus his præcipue legibus; I. DITIONES PROVINCIÆQVE FOEDERATÆ NVLLA DE CAVSA DIVELLVNTOR. II. QVAVIS OPE INVICEM SESE, NECESSITATE OBLATA, CONTRA LIBERTATIS HOSTES JUVANTO. III. SENATVS SVPREMVS ESTO. IN QVO SINGVLARVM PROVINCIARVM LEGATI COEANT ET EA CVRENT, QVÆ AD HVJUS FOEDERIS FACTVRA SVNT OBSERVATIONEM. Hæc eſt Unio, (ſic vulgo vocant) poſtrema Ultrajectina, & origo illius Belgarum Reip. florentiſſimæ, quæ hodie Fœderata appellatur.

Anno Chriſti MDLXXXI.

Belgarũ Principatus Franciſco Valeſio offertur.

Proceres reliqui Belgii, quod ad Parmenſem & Hiſpanos nondum defecerat, communicato conſilio cum Ordinibus Ultrajectino huic fœderi illigatis, cum nullum ex Matthia Auſtriaco eſſet auxilium, ſpes nulla, tandem Franciſco Valeſio, Alençonio Duci, fratri Regis Galliarum, ditionum ſuarum principatum obtulere, pacti ſalvam integramque, ut olim ſub Principibus, libertatem & idoneam contra Hiſpanos opem. Ita in Valeſii manum Belgarum imperium venit, ſed, ob adverſa libertati conſilia, mox finiendum.

Hiſpanorũm in celebrioribus Belgii, quod Fœderãtum vocant, ditionibus imperii occaſus & finis.

Tum Ordines Fœderati, alium jam dominum agnoſcentes, publico edicto pronunciant; Regi Hiſpaniarum, ejuſque hæredibus ac poſteris, nullum poſthac jus, imperium nullum in Fœderatorum ditiones eſſe. Hic occaſus eſt Hiſpanorum in celebrioribus Belgii provinciis imperii.

Novi, ſive Gregoriani, ut vulgo vocant, ſtyli origo.

Gregorius XIII Papa, ut ex Synodi Nicænæ ſententia ſtato die Paſcha celebraretur, menſi Octobri eximit dies decem. Hæc origo ſtyli, ut vulgo loquuntur, novi eſt, qui Gregorianus appellatur. Alii abnuunt eum, alii admittunt. Hæc cauſa eſt quare eandem calculi aut numerandi rationem hodieque Europei non ſequantur.

SOCIETATIS, quæ Romæ eſt, DE PROPAGANDA FIDE, origo.

Idem Gregorius inſtituit Romæ gymnaſia, in quibus earum nationum quæ aut Chriſtianam nondum amplexæ erant Religionem, aut a Romana diverſam probabant, aliqui ingenio excellentes Romanis ſacris ritibuſque imbuerentur, quo ſic Chriſtiana fides longius latiuſque poſſet propagari. Hæc origo eſt celebrium Romæ Seminariorum, ut vocant, exterarum nationum, & SOCIETATIS illius inclytæ DE PROPAGANDA FIDE. Ei ſymbolum ex Euangelio petitum eſt; ITE IN OMNES TERRAS, ET PRÆDICATE EUANGELIUM OMNI CREATURÆ.

MDLXXXIII Franciſcus Valeſius ſtruit, ſed fruſtra, inſidias Fœderatorum Belgarum libertati. Deſerit Belgium, & mox moritur.

Franciſcus Valeſius Alençonius, ambitione tractus, ac ægre ferens pro libertate Belgarum repertis legibus ſuam obſtrictam eſſe auctoritatem, ſtruit eidem inſidias, & tandem palam, ſed fruſtra, Gallorum ſuorum manu occupare Antwerpiam, aliaſque civitates, conſtituit. Cæterum his deſtinationibus conſiliiſque patefactis, in Galliam abit, & mox moritur. Hic occaſus eſt Gallici Valeſiorum in Belgio Fœderato imperii.

MDLXXXIV. Guilielmus Princeps Arauſionenſis, immiſſo percuſſore, occiditur.

Guilielmus Naſſavius, Princeps Arauſionenſis, poſt redditam

felici-

Anno Chriſti

Robertus Dudleius, Liceſtriæ Comes, curandis Fœderatorum Belgarũ rebus præficitur.

M D LXXXV. *Guiſiorum conjuratio factioq; in Gallia.*

M D LXXXVII. *Robertus Dudleius, Anglus, Liceſtriæ Comes, Fœderatorum Belgarũ libertati inſidiatur.*

Polonia & Sueciæ Rex Sigiſmũdus deſignatur. M D LXXXIX *Henricus Borbonius ſceptro Gallico donatur.* M DXCII. *Ioanni, Sueciæ Regi defuncto, Sigiſmundus Poloniæ, ſed præſcriptis obſtrictus legibus, ſuccedit.*

feliciter aſſertamque Fœderatorum Belgarum libertatem, parricidali percuſſoris manu, ab Hiſpanis immiſſa. occiditur.

Tum anxii Ordines Fœderati Eliſabetham Anglam invitant ad capeſſendum ditionum principatum. At ea abnuit; ſuſcepit nihilominus tuendam cauſam Belgarum, miſitque cum pecunia, & copiis militaribus, Robertum Dudlejum, Liceſtriæ Comitem, Fœderatorum Belgarum militiæ Imperatorem.

In Gallia, cum Henricus III. improlis eſſet, & Henricus Borbonius, Rex Navarræ, Reformatæ, quam vocant, addictus Religioni, ut proximus ſanguine Regi conjunctus, ſucceſſor metueretur, Henricus Guiſius, Lotharingus, & alii Pontificii quadam velut conjurațione ſe obſtringunt, Nunquam paſſuros ſeſe Reformatæ Religionis Principem in Gallia regnare. Hæc origo eſt coitionis ſive conjurationis Gallicæ, quæ ſuis Sancta appellatur, & gravium in Reformatos perſecutionum, plurimorum denique bellorum malorumque quibuſcum Henricus IV. in ipſo Regni aditu dein commiſſus fuit.

Robertus Dudleius, Liceſtriæ in Anglia Comes, delato circumſcriptoque legibus imperio in Fœderato Belgio abuſus, querentibus Ordinibus, ab Eliſabetha in Angliam revocatur. Et ſic Fœderatorum Belgium ſuam ſibi aſſerit ac quaſi reddit domi pene ſublatam, cum Liceſtriorum factio plurimos, eoſque magni nominis, ſed incautos, ac inſidiarum ignaros, ſibi addictos haberet, libertatem.

Sigiſmundus, Ioh. III. Sueciæ Regis filius & hæres unicus, Rex Poloniæ ſalutatur. Ita Polonici & Suecici Regni ſceptra paulo poſt in uno eodemque principe conjunguntur.

Henricus Borbonius, Antonii Borbonii, Navarræ Regis, filius, Princeps haud dubie maximus, a moriente Henrico III Galliæ Rege, hæres regni dicitur, eique, multis tamen diſſentientibus, ſuccedit.

Joanne, Sueciæ Rege, cujus jam meminimus, defuncto, biennio poſt Sigiſmundus, Poloniæ Rex, præſcriptis confirmatiſque juramento legibus, de privilegiis ac libertate Suecorum non violandis, exteris ad dignitates & munera publica non admovendis, denique ſola, quæ Auguſtanæ Confeſſionis vulgo dicitur, Re-

ligione admittenda, ſacello Regio excepto, in quo, Rege præſente, more Romanæ Eccleſiæ ſacra celebrarentur, Sueciæ Rex ſalutatur. Ita Sueciæ Poloniæque regna nunc, ſed paulo poſt divellenda, conjunguntur.

Nunquam majores regno Gallico inſidias Hiſpani & Auſtriaci, quam nunc, ſtruxere per Guiſios, id ſolum agentes, ut Henrico Borbonio a Papa excommunicato, ſicut vulgo loquuntur, ſui ſanguinis Princeps ſolio Gallico imponeretur. Territus Henricus Borbonius ſacra mutat, & Romanam Religionem amplectitur.

Jeſuitæ in Gallia accuſati, ut qui in Henricum IV. Regem immiſiſſent percuſſorem, excedere Gallia jubentur; ſed mox revertuntur.

Comitia Procerum Ordinumque in Suecia, nolente licet & prohibente Sigiſmundo Rege, celebrantur. In his Carolus, Dux Sudermanniæ, Guſtavi Regis filius, Sigiſmundi autem Regis patruus, abſente Rege, Prorex conſtituitur. Multi dignitatibus a Sigiſmundo ornati expelluntur. Decernitur & illud quoque, Nulla Regis mandata poſthac eſſe aut promulganda aut obſervanda, niſi ab Ordinibus Regni laudata. Hic conventus, Sudercopienſis a loco dictus, origo eſt ſequentium inter Polonos & Suedos graviſſimarum diſſenſionum.

Albertus Auſtriacus Belgio Hiſpanico præficitur. Is triennio poſt uxorem duxit Iſabellam Claram Eugeniam, Philippi II. Hiſpaniæ Regis, filiam, Burgundia & Belgii ditionibus pro dote datis; ſed ob ſterile illud matrimonium ad Hiſpanos Principes mox redituris.

Suedi tandem varia, quæ apud horum temporum cuivis obvios ſcriptores legere eſt, cauſſati, ſceptro exuunt Sigiſmundum Poloniæ Regem, addicto tamen filio ejus infanti Uladiſlao regno, ſi poſt elapſos ſex menſes proximos in Succiam miſſus Auguſtanæ Confeſſionis ſacris imbueretur. Id cum Polonis haud placeret, Carolus, Sudermanniæ Dux, tandem admittit recuſatum aliquamdiu Regis titulum. Hæc origo eſt regnorum Poloniæ & Sueciæ divulſorum, bellorumque dehinc inter utramque gentem, quæ ſubinde, induciis factis, differuntur potius, quam tolluntur.

Anno Chriſti

M D XCIII. *Henricus Borbonius, Galliæ Rex, Romanæ Eccleſiæ ſacris ſe dedit.*

M D XCIV. *Jeſuitæ excedere Gallia jubentur.*

M D XCV. *Sigiſmundo, Poloniæ Sueciæque Regi, Suedorum Proceres populuſque ſe opponunt.*

M D XCVI. *Albertus Auſtriacus Belgio Hiſpanico præficitur.* M D XCIX. *Sigiſmundus, Polonorum Rex, regno Suedorum exuitur, ſceptroque Carolus, Sudermanniæ Dux, donatur.*

Anno Christi MDC III. *Eliſabethæ Angliæ exceſſus. Iacobus, Rex Scotiæ, ei ſuccedit. Angliæ & Scotiæ regna, Magnæ Britanniæ nomine donata, conjunguntur.*

Eliſabetha, Angliæ Regina, innupta moritur. Succeſſorem dixit, habuitque Iacobum VI. ejus nominis Scotorum Regem, Magnæ autem Britanniæ I, conſanguineum proximum. Sic Scotia & Anglia ſub uno eodemque Principe conjunctæ ſunt, Regnaque Magnæ Britanniæ, novo nomine, appellantur.

Nunquam alias majoribus hoſtium inſidiis expoſitum & pene oppreſſum Magnæ Britanniæ Regnum fuit, pulvere pyrio in effoſſam ſub Parlamenti aula humum illato, quo Rex, & ſoboles Regia, & procerum optimi quique ac maximi, è medio tollerentur. At eæ inſidiæ mox per conſcios detectæ ſunt.

Initium ſequentium omnium ingentiumque turbarum ac motuum, bellorumque in Germania, ad hunc potiſſimum annum referendum eſt. Donawerda quippe, libera Imperii civitas, ob turbatam, quam vocant, Proceſſionem publicam, ab Abbate loci, novo nunc exemplo, imperatam, Cæſaris juſſu a Maximiliano Bavaro obſidetur & vi capitur, captæque omnes pro libertate datæ olim leges negantur; ſerio, ſed fruſtra, Proteſtantibus Principibus intercedentibus. Hæc eſt turbatæ, & vix adhuc redditæ, pacis Germaniæ origo.

MDC IV. *Atrociſſima adverſus Regem, & regnatricē in Anglia domum, conjuratio.*

Comitia Ordinum Imperii Cæſar Ratiſbonæ indicit. Rogant in iis petuntq; Proteſtantium Principes, Ut Donawerdæ datæ pro libertate leges redderentur; Ut in Curia Imperii Spirenſi in poſterum idem numerus, eadem in dicendis ſententiis vis ac auctoritas eſſet Proteſtantium ac Pontificiorum; denique ut in Proteſtantium gratiam formula juramenti, in feudorum inveſtitura, ut vulgo vocant, dicendi, mutaretur. Cæterum horum tunc nihil impetratum. Ita in partes itum eſt, & clandeſtinas conjurationes.

Inteſtinis bellis fatigato jam ac prope exhauſto Belgio, petentibus Hiſpanis, fatentibuſque, contrahere ſeſe ac agere cum libera & nemini obnoxia Republica Fœderatorum Belgarum, duodecim annorum induciæ conceduntur.

MDC VII.

Interea augendis Germaniæ motibus, civilibuſque bellis magis

Pacis in Germania turbatæ, graviſſimorumque, quæ ſequuta ſunt, bellorum origo. MDC VIII. *Comitia Ratiſbonæ indicuntur à Cæſare, ſed fruſtra, dum Proteſtantium precibus votiſque nihil conceditur.* MDC IX. *Induciæ belli Belgici annorum* XII. *Electore Brandeburgenſi, & Duce Neoburgenſi diſſentientibus, contendentibuſque de Cliviæ, Juliæ, Montium, &c. principatu, civilium in Germania bellorum origo.*

magiſ-

magiſque excitandis, Ioannis, Cliviæ, Iuliæ, & Montium Ducis, improlis defuncti, mors faces præbuit. Succedendi in iis ditionibus, ex Caroli V. præſcripto, hæc lex erat; ut, maſcula prole extincta, fœminis manerent. Inde lis nata eſt de hæreditate, adeundoque feudo, inter Ioannem Sigiſmundum, Electorem Brandeburgenſem, & Wolfgangum Guilielmum, Palatinum Ducem Neoburgenſem: cum ille ex primogenita Guilielmi, Ducis Cliviæ, filia, ſed nunc defuncta; Neoburgenſis ex ſecunda, ſed adhuc ſuperſtite, eſſent prognati. Cæſar, cognitis iis diſſidiis, judicanſque feudum, de quo contendebatur, ad ſe, ut Dominum, pertinere, mittit mox in eas oras Leopoldum Auſtriacum, Epiſcopum Paſſavienſem, a quo Juliacum occupatur.

Anno Christi

M DC IX.

Tum Brandeburgenſis, Neoburgenſiſque, Principes partibus Proteſtantium addicti, haud ſine cauſſa ſibi metuentes, Catholicorum, quos vocant, Principum potiores hic futuras partes & opes, animos ac ſtudia conjungunt, imploratiſque & acceptis Proteſtantium Principum Fœderatorumq; Belgarum auxiliis, fruſtraque obſtante Cæſare, ejus copias, una cum Leopoldo, Juliaco & finitimis ditionibus mox expulere. Hæc initia bellorum ſunt, quæ adverſus Cæſarem Proteſtantes dein geſſere.

Bellum ab iis Cæſari illatum, cauſa aliorum ſequentium.

Interea Rudolphus Cæſar, Bohemis, Sileſiis, & Moraviis, Matthiaſque Archidux Auſtriæ, Auſtriacis, admodum id urgentibus, concedunt & reſtituunt Religionis libertatem. Hæc illa data iis nationibus pax eſt; quæ non obſervata, maximis eas ditiones omnemque Germaniam motibus mox involvit.

Pax Religionis data Bohemis, Sileſiis, Auſtriacis, Moravis, ſed non obſervata, magnorum motuum origo.

Henricus IV, Galliæ Rex, & rebus geſtis & nomine Magnus, invitatus a Proteſtantibus Germaniæ Principibus, maximi terroris exercitum conſcribit, facturus in Germaniam irruptionem. At vero unius regicidæ Ravaillaci manu eo percuſſo, cum ipſo vaſtæ illæ deſtinationes intercidere. Succedit ei Ludovicus XIII, filius, Iuſti cognomento, Princeps optimus.

In Batavorum Leidenſi Academia Franciſcus Gomarus Flander, & Iacobus Arminius Hollandus, Theologi inter ſe inprimis, ut de aliis nunc non dicam, de vexatiſſimo inter veteres etiam Chriſtianos *Prædeſtinationis* dogmate acriter contendunt. Inde

M DCX.

Henrici IV Galliarum Regis vaſta deſtinationes & exceſſus. Ei, inſigni Ravaillaci cujuſdam ſcelere è medio ſublato, filius Ludovicus XIII. ſuccedit. Gravium in Fœderatorum Belgio motuum factionumque, ob diverſa de Prædeſtinationis inprimis dogmate ſentientium ſtudia, origo.

Anno Chriſti MDCX.

mox natæ Gomarianorum & Arminianorum quæ dicuntur diſſidia ac factiones; quæ Fœderatorum Belgarum pacem admodum tunc afflixere, dum in ſtudia contraria vulgus ſcinditur.

Guſtavus Adolfus regio Suedorũ ſceptro donatur: & ejus elogium.

Carolus IX, Suedorum Rex, moritur. Succedit ei filius, Guſtavus Adolfus, ob maximarum rerum feliciſſime poſt geſtarum amplitudinem, totius Europæ judicio, MAGNI nomine ſalutatus; (de quo illuſtris incomparabiliſque Heinſii Panegyricus legendus eſt) conſpirantibus veluti fatis, ut quo tempore Germaniarum opprimi libertas cœpit, ille ſceptro ampliſſimarum Septentrionis ditionum donaretur, qui de ea reſtituenda feliciter reddendâque, ſicut & reſtituit feliciter ac reddidit, tandem aliquando cogitaret, Principum hujus ſæculi haud dubie & optimus & maximus.

Mauri Hiſpania expelluntur.

Inter hæc Philippus, Hiſpaniæ Rex, Hiſpania ejicit centena aliquot ſubjectorum millia, qui, ut Maurorum poſteri, & Chriſtianis ſacris mala fide dediti, ſuſpecti habebantur. Inde Regiæ opulentiæ magnum incrementum, agris omnibus & fundis, auroque omni & argento tantæ multitudinis, in fiſcum actis.

Epiſcopi Scotiæ, majore auctoritate donati, turbant regni & Eccleſiæ pacem. Motuũ in Scotia origo.

Epiſcopi Scotiæ, cum ſolo Epiſcoporum nomine juriſdictionem ſummam in Eccleſias exercere non poſſent, ut quidem volebant, impetrant a Rege titulum Commiſſariorum Regiorum in cauſſis Eccleſiaſticis, ſive JUDICUM CELSÆ COMMISSIONIS. Sic enim loquuntur. Hæc magnorum, qui in Scotia dein ſequuti ſunt, motuum eſt origo.

MDCXII. MATTHIAS AUSTRIACUS IMP.

MATTHIAS Auſtriacus Rudolpho II. fratri ſuccedit.

Rerum Regniq; magna in Bohemia mutatio, majorumque, indies in Germania motuum origo.

In Bohemia novæ nunc magnæque bellorum faces excitatæ ſunt. Proteſtantes quippe regni Proceres, cum in ſacrorum uſu ac libertate multis modis lædi ſeſe judicarent, Pragæ Senatum indicunt, fruſtra Cæſare prohibente: deq; Regni afflicto ſtatu avertendiſq; majoribus inſtantibus malis inter ſe conſultant: vota ſua ac deſideria Cæſareis legatis exponunt. Horum aliquot, ſibi adverſos, è feneſtra aulæ dant præcipites; cives Pragenſes juramento ſibi obſtringunt; mutuum inter ſe fœdus ineunt de reſtituenda propugnandaq; Regni libertate. Auſtrios, Moravos, Sileſios, & Luſatios vocant in partes; ac, triginta Regni Reiq; publicæ Curatoribus, velut in Interregno, conſtitutis, novam quaſi condunt Rempub.

Ea rerum mutatio maximos mox graviſſimoſque, ipſique adeo Germaniæ letales quaſi motus dedit.

Anno Christi M DC XIX.

FERDINANDUS II. AUSTRIACUS IMP.

FERDINANDUS II Auſtriacus, filius Maximiliani Archiducis, fratris Rudolphi II & Matthiæ Imperatorum, Imperator ſalutatur.

Bohemi, cum defuncto Matthia, Imperatore & Bohemiæ Rege, vacuum eſſet Regnum, atque eligendi pro arbitrio Regem ſtatuerent ſibi eſſe poteſtatem, aliorum Germaniæ Principum animis fruſtra tentatis, Fredericum V, Electorem Palatinum, Regem creant, ſed, anno proximo, regno, & mox omnibus avitis & hæreditariis ditionibus exutum. Maximorum ea res non in Bohemia tantum, ſed omni Germania, ac pene dixerim Europa, motuum turbarumque cauſſa & veluti fax quædam fuit.

Fredericus V. Elector Palatinus, regni Bohemiæ ſceptro donatur. Inde graviſſimorum in Germania motuum bellorumque origo.

Ludovicus XIII, Galliæ Rex, & impellente Gregorio XV Papa, & ſuadente Ioanne Armando Richelio Cardinale, bella externa auſurus, domi primo bellum Reformatis infert, munitiſſimamque eorum ſedem Rupellam obſidet, fame vique ad deditionem tandem coactam capit ac exſcindit.

Ludovicus XIII, Galliarum Rex, bellum infert Reformatis, & ſedem eorum munitiſſimam Rupellam capit.

In Fœderato Belgio Societas Indiæ Occidentalis, ut vocant, ſive Americana, inſtituta eſt. Hac Imperii Hiſpanici vitalia proximis annis petuntur, & annuæ auri argentique ex America meſſes vel rapiuntur vel ſiſtuntur. Nunquam alias plus Hiſpaniæ terroris illatum eſt.

Philippus III, Hiſpaniæ Rex, moritur. Succedit ei Philippus IV. ejus nominis.

Oſmanus, Turcarum Imperator, Sigiſmundo Poloniæ Regi bellum infert, magni terroris exercitu in Podoliam inprimis immiſſo. At rem adeo feliciter Poloni gerunt, ut Turca pacem petere compulſus ſit. Pacis hæ præcipue leges fuere; I. Conſtantinopoli Rex Poloniæ unum, more aliorum Regum, perpetuumque legatum habeto. II. Utriuſque regni Imperiique ſubditis nullæ injuriæ inferuntor. III. Commercia utrimque licita & tuta ſunto. IV. In Walachia nullæ militares copiæ manento. V. Deſerta camporum, & inhabitata in limitibus loca, neque Poloni, neque Turcæ, invadunto, adeunto, niſi venationis aut piſcationis cauſa.

M DCXXI. *Fœderatorum Belgarum arma in Occidentalem Indiam feliciter navigant.* M DCXXII. *Oſmanus, Turcarum Imperator, bellum Sigiſmundo, Poloniæ Regi, infert, ſed infeliciter, ſed pace mox finitum. Pacis leges.*

Anno Christi

VI. Nec arcem ullam urbemve in iis condunto. VII. Si quid forte damnorum Tartari inferant, Magnus Chamus reus apud Turcarum Imperatorem eſto. VIII. Denique ad Valachiæ principatum non niſi Chriſtianorum lavacro tincti evehuntor, neque ulli qui Mahumedanæ Religionis admittuntor.

M DC XXIII. *Electorali Palatinâ ad Rhenum dignitate Maximilianus, Bavariæ Dux, donat.*

Electoralis Palatina ad Rhenum dignitas, volente victore jam Cæſare, ſed Saxone, Brandeburgico, ac Moguntino Electoribus diſſentientibus, in Maximilianum Bavariæ Ducem confertur. Ita in Comitiis Electoralibus Proteſtantium Electorum auctoritati multum detractum eſt.

Maphæus Barbarinus, Urbanus VIII. dictus, Papa Romæ creatur.

Maphæus Barbarinus Papa creatur, & Urbanus dicitur nominis VIII. Princeps literarum ſtudiis, editiſque egregiis illuſtris ingenii monumentis clariſſimus.

M DC XXV. *Aucta Cæſaris in Germania potentia nonnullis Europæ Regibus Principibuſque ſuſpecta.*

Cæſaris, longe lateque per Germaniam victoris, & pro arbitrio ſuo paſſim ſacra omnia & profana mutantis, res potentiamque auctas Europæorum Principum alii læti gratulanteſque, matrimoniis aut fœderibus Auſtriacorum illigati; alii dubii, ſibique ex tantis Cæſareæ potentiæ incrementis haud ſine cauſſa metuentes, excepere.

Cleri Gallici judicium de bello Cæſari inferendo.

Ludovico XIII. Galliarum Regi dubium fuit, an armis etiam reſtituendi aut juvandi eſſent illi Principes, qui Religionis a Romana diverſæ erant. Convocat ergo Clerum Galliæ, ejuſque hac de re judicium exquirit. Reſponſum a Clero eſt, ſcripto in vulgus edito; Fœdera, cum hæreticis & infidelibus, ut loquuntur, Principibus licita eſſe: Principes afflictos oppreſſoſque, licet in ſacris diſſentientes, tamen eſſe legitimos; & ditionibus non ejiciendos, & ejectos, eorum, quorum intereſt, ope manuque eſſe reſtituendos.

Iacobo I. Magnæ Britanniæ Regi, dum eadem de re cogitat, impedimenta oblata, ejuſdemque exceſſus. Carolus, nominis I. filius ei ſuccedit.

Jacobus I. M. Britanniæ Rex, dum eadem de re cogitat, hactenus ſpe matrimonii inter filium & Hiſpanam, inanibuſque Cæſaris promiſſis lactatus, legationibus deluſus, cum corruptis etiam aulicis diſſidiiſque procerum commiſſus, moritur. Succedit ei filius Carolus, nominis I.

Chriſtianus IV. Daniæ Rex, bellum infert Cæſari, ſed infeliciter.

Tandem Chriſtianus IV, Daniæ & Norwegiæ Rex, motus graviſſimorum bellorum illo incendio, quod in proximis ditio-

nibus a victore & armato Cæſare erat excitatum, fœdere inito cum Principibus inferioris Saxoniæ, ejuſque Circuli militiæ Imperator conſtitutus arma Cæſari infert, ſed infelici eventu.

Guſtavus Adolfus, Suedorum Rex, bello Polonico adhuc illigatus, promulgatis litteris, Imperii Germanici exules in Sueciam invitat, ac ſedes iis opemque omnem offert. Et mox bella ejus in Pomeraniam navigant.

Danorum Rex Chriſtianus IV. cum adverſa commiſſus fortunâ, & a fœderatis quibuſdam deſertus, irruptione quoque Cæſareorum domi urgente, pacem facit cum Cæſare, his legibus: I. Pax æterna Danos inter & Cæſarem, Imperiique Principes Civitateſque poſthac eſto. II. Daniæ Rex rebus motibuſque Imperii ſe nunquam immiſceto. III. Jutlandia, Sleſvicum, Holſatia, Stormaria, Ditmarſia, & alia proximo bello capta eidem reſtituuntor. IV. Daniæ Rex adverſus Imperii Principem quicunque tandem ille ſit, ejuſdem belli cauſa actionem nullam habeto. Hæ præcipuæ leges pacis ſunt, Danos inter & Cæſarem nunc factæ.

Cæſar, bello Danico feliciter finito, Eccleſiaſticorum præcipue impulſu, & animo auctus, edictum promulgat, De reſtituendis bonis omnibus Eccleſiaſticis & dignitatibus, poſt Pacificationem Paſſavienſem a Proteſtantibus Principibus occupatis. Hanc ob rem Proteſtantes quidam Principes, qui Cæſari hactenus adhæſerant, imprimis Saxoniæ Elector, Cæſaris cauſam improbandam, deſerendamque judicavere.

Cum inter Brandeburgenſem & Neoburgicum, illum Fœderatorum Belgarum, hunc Hiſpanorum in Belgio opibus copiiſque uſum, de Juliacenſi & Clivenſi ditionibus jam per annos aliquot eſſet certatum, diſſidiorum finis hac lege factus eſt, ut, ſpatio proximorum annorum XXV. Brandeburgenſis Cliviam, Marchiam, & alteram Ravenſpergiæ partem; Neoburgicus, præter Ravenſpergiæ partem alteram, Juliam & Montium ditionem poſſiderent.

Fine anni Guſtavus Adolfus cum Sigiſmundo Poloniæ Rege inducias ſexennales facit, his præcipue legibus. I. Polonos inter

Anno Chriſti

M DC XXVIII.

Guſtavus Adolfus, Suedorũ Rex, cũ exercitu in Pomeraniam navigaturus, afflictis Germaniæ Principibus evocatus invitatuſque opẽ offert.

M DC XXIX.

Daniæ Rex Chriſtianus IV. pacem facit cum Cæſare. Ejus leges.

Motuũ Germaniæ Principum,

imprimis Saxoniæ Electoris, adverſus Cæſaris deſtinationes, majora indies incrementa, ac faces. Diſſidia inter Brandeburgenſem & Neoburgenſem Principes de Julia, & Clivia, ac Montium principatu. Induciæ Polonos inter Suedoſque, & earum leges.

& Sue-

Anno Christi M DC XXIX.

& Suedos libera commercia ac tuta ſunto. II. Copiæ militares èx Boruſſia educuntor; in eadem, maritimis inprimis in oris, a Suedis occupata Suedorum manento. III. Quæ quiſque in Livonia nunc poſſidet, poſſidetò. IV. Poloni aut Suedi, ab alio aliquo in Boruſſia oppugnati, mutua ac debita auxilia offerunto. V. Anno proximo ante ſexennium finitum utriuſque Regni legati conveniunto, & de continuandis induciis agunto.

Fœdus inter Guſtavum Adolfum, Regem Suedorum, & Boguſlaum, Ducem Pomeraniæ, ejuſque leges.

Poſt hæc Guſtavus Adolfus, ſuus jam, nec aliis domi impeditus bellis, & plurimis ſe ſuoſque injuriis a Cæſare Cæſareiſve læſos teſtatus, Rugiam invadit; &, Stetino dedito, cum Boguſlao, Pomeraniæ duce, his legibus fœdus init: I. REX, DUXQUE MUTUIS AUXILIIS IN TUENDA ET SUA ET IMPERII LIBERTATE, INVICEM SESE JUVANTO. II. CAPTÆ CAPIENDÆVE, QUÆ IN CÆSARIS JAM MANU AC POTESTATE SUNT, ARCES POMERANIÆ AC CIVITATES, SUEDORUM PRÆSIDIA MILITARIA ADMITTUNTO; SUEDI VERO, BELLO CONFECTO, POMERANIÆ DUCI CAPTAS OPTIMA FIDE RESTITUUNTO. III. JUS INDIGENATUS, QUOD VOCANT, POMERANIS APUD SUEDOS, SUEDIS APUD POMERANOS ESTO; ET UTRAQUE GENS, BELLO AC PACE, ALTERIUS COMMODA PROMOVETO. IV. BOGUSLAO, LIBERIS HAUD RELICTIS MORIENTE, ET BRANDEBURGENSI HÆREDE HOC FOEDUS NON PROBANTE, AUT CONTROVERSIA ILLI FORTE MOTA DE SUCCESSIONE, SUB TUTELA SUEDORUM AC PATROCINIO, POMERANIA MANETO. Hæc

Suedorū Regis in Germania bellorum cauſſæ ac exordia.

Suedorum Regis in Germania bellorum exordia ſunt; Polonis a Cæſare auxilia miſſa; Stralſundam proximam obſeſſam; ſuis in Germania commercia negata; legatos ſuos cum ignominia rejectos; Wiſmariæ & Roſtochii portubus occupatis piraticam in mari a Cæſareis exercitam; titulos Dominorum Maris Balthici inter Cæſaris Duces diſtributos; conſanguineorum affiniumque Principum afflictas res, ac in iis ſuam ſuorumque ſecuritatem læſam; publicis litteris ſignificantis.

Belli à Saxoniæ Duce, aliiſque Germaniæ Principibus, illati alia origo.

Cæſar Auguſtum, filium Ioannis Georgii, Electoris Saxoniæ, Epiſcopatu Hallenſi & Magdeburgenſi exuendum eſſe pronunciat, & utroque filium ſuum, Leopoldum Guilielmum, Archiducem Auſtriæ, donandum. Hæc propter in fœdus coeuntibus ac conſentientibus Saxone, Brandeburgico, Electoribus, aliiſque Principibus Imperii, bellum Cæſari, aliquamdiu duraturum, illatum eſt.

Sub hujus initium anni, arctius fœdus Suedi & Galli ineunt

M DC XXXI. *Gallorum Suedorumque fœdus, rerum in Germania gerendarum cauſſa.*

belli

belli in Germania porro conjuncta ope ac manu gerendi gratia. Ita bellum adverſus Cæſarem, addictoſque Cæſari, magis magiſque gliſcit in Germania.

Sigiſmundus III, Poloniæ Rex, moritur. Succedit filius Uladiſlaus IV. Princeps magnitudine & animi, & rerum contra Turcas conſtanter feliciterque geſtarum, &, cum id res poſceret, pacis ſtudio inter inclytos Europæ Principes inſignis.

Guſtavus Adolfus, Suedorum Rex, XVI Novembr. cum jam longe lateque per Germaniam eſſet victor ac triumfator, in cruento ad Lutzam prœlio, ſed tamen victor, occumbit.

Dein res Suedorum per legatos. Hornios, Torſtenzonios, Banitios, Coninckſmarkios, alioſque clariſſimos fortiſſimoſque militiæ Imperatores, vera magnaque belli fulmina, ſtrenue ac feliciſſime, ſi unam alteramve cladem excipias, geruntur; Axelio Oxenſtiernio, Cancellario Regni, & Germanici Fœderis Directore, viro incomparabili, magnitudine, ſanctitate, ac conſtantia conſiliorum eos juvante. Hæredem Regni Guſtavus habet, colitque jam non Suecia tantum, ſed & Europa univerſa, Chriſtinam filiam, etiamnum feliciſſime regnantem, omnibus, quæ principum ſunt, virtutibus, quaſque in eo faſtigio ſexuſque raro eſt agnoſcere, longe ornatiſſimam.

Haud unquam alias majori diſcrimini Auſtriacorum ſimul & Suedorum res in Germania expoſitæ fuere. Albertus quippe Fridlandus Wallenſteinius, militiæ copiarumque Cæſaris Imperator, nimiæ jam auctoritatis, ad evertendam Auſtriacæ domus potentiam, cum Gallis Suediſque clam conſpirat, ſed in conjuratione deprehenſus, cum aliquot ſociis, immiſſis a Cæſare percuſſoribus, cæſus eſt. Suedi vero, commiſſo ad Nordlingam infelici prœlio, prope omnibus exuuntur. Mox collectis iterum auctiſque copiis priorem ſtrenue provocant ac reddunt ſibi fortunam.

FERDINANDUS III, Ferdinandi II filius, Cæſar ſalutatur.

Anno Chriſti M DC XXXII.

Sigiſmundo III. Polonorum Regi, filius Uladiſlaus, ejus nominis IV. ſuccedit.

Guſtavi Adolfi, longe lateque victoris, in prœlio ad Lutzam exceſſus.

Chriſtina filia ei ſuccedit, hujuſq; elogium.

Militia Suecica, poſt Regis exceſſum, fortiſſimi feliciſſimiq; in Germania Imperatores. Axelii Oxenſtiernii, Cancellarii Suecici, & Euangelici per Germaniam Fœderis Directoris, elogium. M DC XXXIV. *Auſtriacorum & Suedorum res in ſummo diſcrimine conſtituta ſunt. Wallenſteinius, militiæ Cæſaris Imperator, immiſſis percuſſoribus è medio tollitur. Graviſſima ad Nordlingam clades Suedis infertur. Neque tamen ſpe aut animo exuuntur.* FERDINANDUS III, AUSTRIACUS IMP. M DC XXXV.

Galliarum Rex Ludovicus XIII, Juſtus cognomento, ne illata Succis inſigni adeo clade res Germanica plus acciperet detrimenti, bellum palam Cæſari Hiſpanoque indicit ac infert, præter alia teſtatus innoxium Electorem Trevirenſem, quanquam majorum more Gallorum patrocinio innitentem, contra fas omne principatu ſpoliatum, captumque in vinculis a Cæſare detineri.

Saxo Elector eádem Suedorum clade aliiſque motus, conciliare ſibi Cæſarem, & pacem cum eo facere conſtituit. Facta illa Pragæ, hac inprimis lege; Religionis & Sacrorum libertas Saxoni, & omnibus huic fœderi ſubſcribere volentibus, talis qualis Anno hujus ſæculi XXVII Novemb. XII. data fuit, in Germanico Imperio maneto. Hæc origo eſt celebris illius Pacificationis Pragenſis; quam cum Saxone admiſere quidam, alii, ut diverſa ſunt hominum judicia, repudiandam cenſuere.

Induciæ Polonos inter & Suedos, hac, inter alia, lege, ut Suedi Boruſſia excederent, annorum viginti & ſex factæ ſunt. Inde illud armorum ſilentium, quo hodieque utrumque regnum gaudet floretque.

Urbanus VIII Papa, inter plurimos graviſſimoſque Europæ motus, pacis amans, mittit in Germaniam Nuntium, quomodo vocant, Marcium S. Angeli Cardinalem Ginettium, ejus procurandæ gratia. At eá legatione, eaq; opera nihil eſt effectum, dum fortunæ alii, hactenus ſibi faventi, fidunt, aliis autem Romanæ conſilia Aulæ, velut adverſa aut ſuſpecta offeruntur.

Epiſcopi Scotiæ Angliæque, agente id ac urgente inprimis Guilielmo Laudo, Archiepiſcopo Cantuarienſi, Angliæque, ut vocant, Primate, curant excudendum, obtrudendumque Eccleſiis, CODICEM NOVUM LITURGIARUM, SIVE COMMUNIUM PRECATIONUM, ET IN ECCLESIA OFFICIORUM. Hunc, cum continere deprehenderetur plurima, quæ repudiata Romanæ ſedis Sacra ac inſtituta ſaperent, Paſtores plerique & Proceres non admittendum cenſuere.

Igitur adverſus Epiſcopos Synodus Glaſguæ in Scotia celebratur, excluſis Epiſcopis, ut reis. In ea, & Epiſcoporum uſur-

Anno Chriſti M DC XXXV.

Gallici in Cæſarem belli origo.

Saxo cum Cæſare pacem facit. Pacificationis, ut vocant, Pragēſis origo.

Polonos inter & Suedos annorũ aliquot induciæ, ea, inter alia, lege, ut Boruſſiam hi tradant.

M DC XXXVII. *Urbanus VIII. Papa, de pace reddenda Germaniæ, miſſo in eam Nuncio, tandem, ſed fruſtra, cogitat. Alii atque alii ex Epiſcoporum Hierarchiâ in Scotorum regno, ac graviſſimi, motus. Magnorum inde malorum, mutationumque, origo.*

M DC XXXVIII. *Glaſguæ in Scotia Synodus adverſus Epiſcopos & cogitur & pronunciat.*

para

Anno Chriſti

pata in Eccleſiis auctoritas; & novus ille Liturgicus Codex; & quinque Cerimoniæ, Pertenſes dictæ, I. Genuflexio in S. Cœna. II. Celebratio quinque dierum, Nativitatis, Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini, & miſſi Spiritus S. III. Baptiſmus privatus. IV. Cœna privata. V. Confirmatio paſtorum ad ritum Anglicanum, quæ obſervanda maximopere hactenus Epiſcopi contendebant, damnantur. Inde atroces Epiſcoporum Angliæ Scotiæq; in Eccleſiam & Regnum Scoticum conjurationes. *Epiſcoporum atrox conjuratio contra Scotos.*

Fine anni Briſacum, Germanici haud dubie clauſtrum & arx Imperii, a Gallis, ductu Saxowimarienſis Ducis Bernhardi, expugnatur. Ita non modo celeberrimum Alſatiæ munimentum, ſed, ut Auſtriaci appellant ipſi, clavis Germanici Imperii in Gallorum manum venit ac poteſtatem. *Briſacũ, Germanici clauſtrũ Imperii, à Gallis capitur.*

Tandem a Carolo I, M. Britanniæ Rege, impetrant Epiſcopi, iiſque addicti in aula, ut in Anglia claſſicum contra Scotos caneretur. Mox concurrunt Anglici & Scotici exercitus in utriuſque Regni confiniis; ſed tandem, miſſis ultro citroque legatis, a Scotis obtinetur, ut militem dimittant, ſed ea lege, ut & Synodus alia Eboraci cogeretur, facta a Rege legato Ioanni, Comiti Traquariæ, poteſtate, ut, pro ſuo judicio, Regis nomine, omnia ejus Synodi decreta confirmaret. In ea vero Synodo eadem quæ in Glaſguenſi, decernuntur, & a legato Regio, cum videret nullum alias futurum motuum finem, laudantur. At cum à Scotorum ſupremo Senatu mox convocato, ſolenni more, ejuſdem Synodi decretorum confirmatio impetrari deberet, legatus Regius, aliis jam acceptis a Rege mandatis, noluit ejus leges ac decreta rata eſſe: cui cum obluctarentur Proceres, nomine Regis mox Supremum hunc Ordinum Senatum conventumque diſſolvi finirique juſſit. Inde Procerum querelæ, Regi in Scotia ritè ac majorum more convocatum Senatum Ordinum ſupremum ſolvendi finiendive non eſſe, aut fuiſſe unquam, poteſtatem. *M DC XXXIX. Motuũ turbarumque in Scotia adverſus Regem incrementa, ac eorumdem origo.*

Sic alii atque alii, majoreſq; inter Scotos & Regem motus exorti ſunt, & a Scotis in Angliam idoneo cum exercitu penetratum eſt. Tum Epiſcopi, iiſque faventes, convocandi in Anglia Supremi Senatus, tot annis dilati, conſilium ſuppeditant. Ergo & ille convocatur, magna Epiſcoporum ſpe futurum, ut ingentibus promiſſis lactati Angliæ Ordines ante omnia ingentem pecuniæ vim *M DC XL. Alii atque alii auctiq; Scotos inter & Regem Carolũ motus.*

 ſtatim

Anno Christi M DC XL.

ſtatim offerrent, quâ bellum jam adverſus Scotos gereretur. At in eâ exſpectatione mox deluſos ſeſe deprehendunt, Aſſeſſoribus inprimis Inferioris Domus, ut vocant vulgo, aut Parlamenti, contendentibus, cauſas horum motuum ante omnia inſpiciendas eſſe & fontes, ac ſatisfaciendum Procerum Angliæ tot expoſitis hactenus, & tot dilatis querelis ac poſtulatis. Inde Epiſcopi ſibi metuere, & urgere, ac obtinere etiam a Rege, ut Senatus hic quoque confeſtim ſolveretur.

Rex cũ Scotis de imponendo motibus civilibus fine agit.

Inter hæc nomine Regis cum Scotis iterum agitur de fine, tandem inteſtinis motibus imponendo; cum intelligerent ſatis Epiſcopi bello, quod imminebat, gerendo impares ſeſe eſſe. Tum poſtulare Scoti, I. Ut proxime conſcripti Ordinum Senatus, quanquam iniquo aliorum conſilio ſolvi eum Rex juſſiſſet, decreta ſuo nomine jubeat rata eſſe. II. Ut Scoti in Anglia Hiberniaque pronuncientur nulli omnino pœnæ obnoxii, ob fœdus in Scotia contra Regis & Regni hoſtes factum. III. Ut in belli hujus faces ac auctores ſeverè animadvertatur. IV. Ut naves Scotorum in Anglia & Hibernia detentæ hactenus ſimul cum mercibus interceptis reſtituantur. V. Ut de injuriis, damnis, ſumtibuſque hoc bello factis Scotis ſatisfiat. VI. Ut edicta Regia contra Scotos promulgata abrogentur & revocentur. VII. Denique, ut ex conſilio & conſenſu Ordinum Angliæ Regni, in publicis Comitiis, milites in limitibus diſpoſiti removeantur, & quicquid commerciis utriuſque, Anglorum Scotorumque, gentis officere, obſtare, vel obeſſe poſthac poſſet, auctoritate regia tolleretur.

Scotorum poſtulata ac deſideria.

Bellum Scotis inferendum, ſuadent Epiſcopi.

Inter iſta Epiſcopi, Primateſque Angliæ, iiſque faventes, nihil æque quam continuandum adverſus Scotos bellum urgebant. Sed & tum quoque plurimi Angliæ procerum, ſimul cum Londinenſibus, ſupplices ad Regem litteras dedere, quibus Regni Religioniſque ruentis, per Epiſcoporum inprimis factionem, monopolia, magno ſubditorum damno, nonnullis permiſſa, onera & vectigalia ſolito majora imperata, Regni Senatus Supremi longum jam ſilentium aut intempeſtivam miſſionem, publici nervos ærarii omnes acciſos, denique præſentiſſimum periculum Regi ex bello Scotico imminere, exponunt, rogantque ut primo cum Scotis inducias faciat, aut pace tranſigat, Comitia Parlamenti Anglici quamprimum indicat, in quibus de omnium tur-

barum,

barum, malorumq; auctoribus, majorum more, quæreretur. Rex poſtulatis tandem, adactus neceſſitate, annuit. Ita Parlamentum in Anglia cogitur; in quo dum rei Epiſcopi offeruntur, & iccirco a Comitiis arcentur, dumque in Proregem Hiberniæ Straffordum, & Archiepiſcopum Cantuarienſem Guilielmum Laudum, civilium motuum præcipuos auctores creditos, capitali ſupplicio animadvertitur, ſtudia Regis ac Procerum & populi ſcinduntur, aſperrimoque civili aut inteſtino bello, quod facile aut temere cœptum difficulter plerumque finitur, inter ſeſe committuntur.

Sultanus Morath, ſive Amurath, Turcarum Imperator, moritur. Ei frater Ibrahim (idem eſt ac ſi tu Abrahamum dixeris) ſuccedit.

Cataloniæ principatus, proximus Arragonibus, clauſtrum munimentumque Hiſpanorum imperii contra Gallos, ab anno imprimis hujus ſæculi XXVI poſt infinita Hiſpanorum militum ac ducum homicidia, latrocinia, adulteria, raptus, incendia excitata, & ſacrilegia, legibus libertatibuſque omnibus excisis, ac everſis, initium faciente Barcelona, ab Hiſpaniæ Rege ad Gallum deficit.

Luſitani mox exemplum ſequuntur, exutoque Philippo IV. Hiſpaniarum Rege, Regem ſibi legunt veteris Regii in Luſitania ſanguinis Principem, Ioannem Bragantium, nominis IV, etiam nunc regnantem; illegitimos Caſtellæ in Luſitania Reges leges inſuper regni libertatemque evertiſſe, Tribunalibus & Judiciis Caſtellæ Luſitanos contra fas ſubjeciſſe, denique in utraque India deſertos ſeſe nec defenſos prope omnium avitarum opum jacturam feciſſe, publicis litteris teſtati. Hic in Luſitania, & Luſitanorum in India, aut aliis alibi ditionibus, Hiſpanorum imperii finis ac occaſus eſt.

Iidem, excuſſo jam fœdæ graviſque ſervitutis jugo, miſſis ad Chriſtianos Principes, Hiſpanis adverſos, Gallos imprimis & Fœderatorum Belgarum Ordines, legatis, pacem eorum & ambiunt & impetrant.

Meliora jam tempora afflictæ vexatæque proxime præceden-

Anno Chriſti MDCXL.

Diſſuadēt alii Angliæ Proceres. Inde inter Proceres Regemque diſſidia, & aſperrimi civilis belli origo.

Sultani Morath, ſive Amurathis, Imperatoris Turcarum, vitæ finis. Ibrahim frater ei ſuccedit.

Cataloniæ Principatus ab Hiſpano ad Gallum deficit. Luſitania quoque ab Hiſpano tandem deficit, Regemque ſibi, Ioannem, Bragantiorum ſanguinis, legit.

MDCXLI. *Luſitani legationibus adeunt Europæ Principes, Hiſpanis adverſos, eorumq; pacem impetrant. Spes pacis Germaniæ tandem oblata per Aloyſium Contarenū, Venetæ Reip. Oratorē.*

Anno Christi

tium annorum graviſſimis bellis ac motibus Germaniæ oblata de diſſidentium Pace conſilia pollicentur, auctoribus inprimis, ut ſtudio partium intactis, Sereniſſimæ Reipub. Venetæ Proceribus, per Legatum Senatoremque ſuum, virum illuſtrem, Aloyſium Contarenum.

De eâ Oſnabrugæ primo agitur.

Ejus ergo Pacis gratia, volentibus conſentientibuſque partibus, Oſnabrugæ Legatorum conventus indictus eſt, animis omnium ad tam lætæ & diu optatæ rei initia aſſurgentibus; quanquam arma interim, dum de ponendis iis agebatur, in Germania non ſilerent.

Ferdinandi, Infantis Hiſpaniarum, & Præfecti Hiſpanorū Belgio, M DC XLII.

Fine anni vita exceſſit Præfectus Hiſpanorum Belgio Ferdinandus, Cardinalis, Hiſpaniarum Infans, ut vulgo jam loquuntur, ejuſque loco curandæ rei militari datus eſt Franciſcus Melo, Comes Aſtimariæ.

Ioannis Armandi, Cardinalis, Ducis Richelii, M DC XLIII.

Obiit & Ioannes Armandus, Cardinalis, Dux Richelii, vir animo & conſilio maximus; quo nemo majora unquam in Gallia auſus eſt, nemo majora, ſub auſpiciis regiis, bella geſſit; & ſub quo maxima foris res Gallica accepit incrementa, captâ Alſatiâ, Lotharingia domita, Catalonia in ditionem Gallorum redacta, Belgio Hiſpanorum territo, & validiſſimis aliquot ejus civitatibus expugnatis.

Ludovici XIII, Regis Galliarum, M DC XLIV.

Vivere deſiit Galliarum Rex, Ludovicus XIII, Juſtus cognomento, Princeps optimus. Ei ſuccedit ejuſdem nominis filius Ludovicus XIV. ſed minorennis. Ea occaſione, ut fere fit ſub minorennibus regibus, & accedente bellorum, onerumque, quæ graviſſima ſubditis imperata erant, tædio, maximi tandem nec adhuc finiti in Gallia motus excitati ſunt.

Vrbani, ejus nominis VIII, Papæ Romani, exceſſus. M DC XLV.

Romæ fato functus eſt Urbanus Pontifex, nominis Octavus, poſtquam ſediſſet Ann. XXI. Excepit eum mox in eadem cathedra Cardinalis Pamphilius, ſtirpe Græcus, Innocentius nominis Decimus appellatus. Ex eo tempore florentium hactenus Barbarinorum principum, defuncti Pontificis nepotum, res retro ferri Romæ cœpere.

Suedorum prœlia cum Cæſareis, & inſignes progreſſus.

Suedi, Duce Torſtenſonio, celerrimis itineribus ex Holſatia, quam invaſerant, profecti, haud procul Magdeburgo debellato Gallaſſii exercitu, aliquot in Saxonia & Bohemia capiunt civitates, & Cæſareum exercitum iterum prœlio ſuperant,

cæſo

Anno Christi

cæſo Gotſio, Hatſveldio & aliis ducibus captis; inſtanteſque partæ victoriæ, ipſi Viennæ, ſedi Cæſaris, terrorem incutiunt.

Vienna, ſedes Cæſaris, eorum irruptione territa.

Toruni in Boruſſia Conventus, tollendorum diſſidiorum in Religione per Regnum Poloniæ gratia, auctoritate regia indictus eſt. At pax ex diſſidentibus, ob acerrima aſperrimaque horum ſtudia, haud potuit impetrari. Acta in vulgus edita legantur.

Conventus Toronenſis diſſidiorum in Religione inter Polonos tollendorum cauſa fruſtra indictus.

M DC XLVI.

Galli, poſt Grevelingam in Flandria captam, Duynkerckam obſident & capiunt. Ita celeberrimi Flandriæ portus in Gallorum poteſtatem venere.

Res à Gallis in Flãdria feliciter geſta, Duynkercka & Grevelinga, nobiliſſimis portubus, captis.

Hic annus ingentibus Siciliæ ac Neapolitani regni adverſus Hiſpanos motibus inſignis fuit. Cauſa deſiderium libertatis, cum tamen indies major duriorque gentibus ſervitus imperaretur. Cauſa quoque Proregum Hiſpanorum ſuperbia, & ea indicta vectigalia, tributa, aliaque onera, quibus opprimi penituſque exſtingui libertas, rapique ac prædæ eſſe & publicæ omnium & privatæ ſingulorum res ac fortunæ videbantur. Itaque Siculi velut exuturi tandem graviſſimæ jugum ſervitutis, clam primo conſpirare, dein palam diſcurrere per civitates, inprimis principem, recludere carceres, quæ Hiſpaniarum Regis erant, ejuſque nomine Præfectorum, invadere, rapere, ſola Meſſina motibus intactâ. Præerat nunc genti Proregis nomine Marchio Veleſius, qui tanto motu metuque conſternatus ac perculſus, diplomatis ſtatim vulgatis, de tollendis vectigalibus, tributis, & oneribus adeo omnibus, ac eorum, quæ per tumultum geſta erant, oblivione oblatâ, pacem eorum, qui turbaverant, tandem impetravit.

M DC XLVII.

Neapolitani, cognito eo tam læto motuum in Sicilia fine, iiſdem de cauſis, mox quoque Hiſpanorum tyrannidi avaritiæque, in bona ac ſanguinem ſubditorum quotidie magis magiſque ſævientium, magno admirandoque auſu ſe oppoſuere. Fax prima auctorque turbarum, adeoque turbantium dux fuit Thomas Aniellus Amalfius, vulgo, plerumque nomina contrahenti, Maſius Aniellus dictus, juvenis, ſed qui uxorem jam duxerat, annorum quatuor ſupra viginti, qui vultu vaſti magnaque & ardua auſuri animi haud obſcuram edebat ſignificationem, piſces tamen capiendo vendendoque alere familiam, & utcunque hacte-

Siculorũ contra Hiſpanos motus turbarumque origo, ac finis. Neapolitani motus graviſſimi contra Hiſpanos, auctore inprimis ac duce Aniello quodam, piſcatore, origo.

nus

Anno Chriſti

numeri ſolitus. Curabat nunc Regis nomine Neapolitani res regni Rodericus Pouzius, Dux Arcoſæ, Hiſpanus, qui, poſt alia & graviſſima, ac numero prope infinita, tributum vel omnino ignotum hactenus, vel auctum, pomorum, olerumque nomine exigendum imperaverat. Favebat ſtatim Anielli deſtinationibus, ut in ejuſmodi motibus fere fit, tanquam ad libertatis ſigna vocantis, plebis inprimis multitudo. Centum quaſi & quinquaginta hominum millia fuiſſe dicuntur, a quibus, imperante Aniello, impune ferro flammiſque palatia ac ædes eorum, qui in vulgus inviſi, cum omni ſupellectile, vaſtata mox ac everſa funditus ſunt, jumentis etiam, equis, muliſque in pyras conjectis. Atrociſſima ad hæc ſupplicia de principibus civitatis viris, qui populi libertati hactenus adverſati dicebantur, inprimis Peppone Caraffà, ſumpta ſunt. Proregi per vim, & tumultum, injectumque a vulgo terrorem, extortus in omnia quæ a plebe petebantur conſenſus. Neque enim alia ratione graviſſimi motus tolli poſſe videbantur. Aniellus ergo publicâ vulgi acclamatione PATER PATRIÆ ET LIBERATOR, aliiſque magnificis, Auguſtiſque ſolis olim tributis, titulis nominibuſq; in templis, foris, compitis, ſalutabatur. Omnium in eum oculi conjecti erant; omnis ac omnium ex eo ſpes recuperandæ tandem avitæ libertatis; ab omni denique multitudine ſolus ille, quanquam vilis & ſine nomine ac tribu, colebatur. Auctis ſic jam provectiſque brevi auctoritate ac rebus, fortunam reverenter haud habuit, ſed mala libidine omnia pro arbitrio geſſit, in vitam quorumvis, cujuſcunque loci ac ordinis, & bona, ita quotidie & crudeliter adeo graſſatus, ut vel olim, vel recentiore memoria, ſimile nihil deſignatum legatur. Accedebant cum redeuntibus ſingulis noctibus alia atque alia imperata magnificarum ædium officinarumque incendia; plane ut Neronianorum temporum, libidinumque facies, qualis quondam Romæ, rediiſſe Neapolitanis, adeoque Aniellius mente captus, & jam furere, omnibus, quos ſibi hactenus habuerat nimium faventes, videretur. Sic ut tandem, ignarus ſui, & prioris abjectiſſimæ conditionis oblitus, ac per vinolentiam quoque impar jam omnibus, propter ſingularem inſaniam in omnibus quæ porro aut agebat ipſe, aut agenda vel, jam imperata licet, non agenda, (ſingulis enim momentis hominis conſilia mutabantur) aliis

Neapolitani motus graviſſimi contra Hiſpanos, auctore inprimis ac duce Aniello quodam, piſcatore, origo, ac finis.

MDCXLVII.

conti-

continuo imperabat, ab omnibus contemneretur. Quin & ipſe, furore percitus, ſe mox poteſtate omni exuit, Equitique Neapolitano, Fonſecæ, in mandatis dedit, ut marmoreis tabulis, in celebrioribus urbis locis poſitis, hæc inſcribenda curaret, ac legenda oculis omnium offerret; *Anno Chriſti*

Mass. Aniellus, Princeps Duxq. Populi Neapolitani, mandat Neapolitanis omnibus, ac iubet, ut posthac solius Ducis Arcosii, Proregis, iussa ac Leges excipiant.

Ita in eo homine nunc, raro, quodque hoc prætereundum loco non erat, exemplo, jocari, ut ſic dixerim, Fortuna voluit; adeoque oſtendere, neque humili in altum aliquando ſurgendi; neque illi eidem, abuſo, ut plerumque fit, ferentibus Fortunæ ventis, ſeſe evertendi, deeſſe occaſiones. Namque mox Aniellus, immiſſis percuſſoribus, deſertus ab omnibus, & ipſe omnes deſerens, cæſus eſt. Hoc Anielli piſcatoris principatus exordium, hic finis fuit.

Initio anni Monaſterii, quæ princeps Weſtfaliæ civitas eſt, ubi tandem de Europæorum Principum Pace per miſſos undique Legatos ac Oratores ſerio colloqui placuit, inter Philippum IV, Hiſpaniarum Regem, & Fœderati Belgii Ordines facta pax eſt, exſtinctumque feliciter, agnitâ laudatâque Fœderatorum Reipubl. libertate, totius fere ſæculi magnique terroris bellum. Merentur eximiæ virtutes ac egregia pro Republ. fides & cura eorum, qui legatione hac Fœderatorum nomine functi ſunt, ut horum hic nomina legantur. Fuere autem, Bartoldus a Gent, Ioannes à Matheneſſe, Adrianus Pauw Heemſtedius, cujus diſertiſſimo ore in Hollandiæ Weſt-Friſiæque Ordinum Comitiis jampridem, & nunc quoque, Reſpublica loquitur, Ioannes de Knuyt, Godartus à Reede, Franciſcus à Donia, Guilielmus Ripperda, & Guilielmus Clanth, genere, meritis & dignitatibus illuſtres. Hiſpanorum legati fuere, Caſpar de Braccamonte & Guzman, Penerandæ Comes, Savedra, Joſephus de Bergaigne, & Antonius de Brun, viri itidem ſanguine, virtute ac meritis domi excellentes.

M DC XLVIII. Monaſteriis de Europa pace agitur.

Pax Hiſpanos inter ac Belgas Fœderatos facta.

Dum de pace agitur, ſupremus Fœderatorum Belgarum militiæ

Frederici Henrici, Principis Arauſionenſis, clariſſimi militiæ imperatoris, exceſſus.

Anno Christi M DC XLVIII.

litiæ Imperator, multiſque inclytus victoriis, Fredericus Henricus, Princeps Arauſionenſis, moritur. Succeſſor ei Guilielmus filius datus eſt.

Leopoldus, Archidux Auſtriæ, Belgio Hiſpanico præficitur, & contra Gallos feliciter rem gerit.

Christiani IV. Daniæ Regis, exceſſus. Fredericus filius ei ſuccedit.

Obiit Chriſtianus IV. Daniæ & Norwagiæ Rex, plurimis annis, raro inter principes exemplo, regendo exactis. Succedit ei filius Fredericus, Princeps laudatiſſimus, qui hodieque feliciter rerum regnique habenas moderatur.

Uladiſlai IV. Poloniæ Regis, exceſſus. Caſimirus frater ei ſuccedit.

Vivere deſiit & Uladiſlaus, nominis Quartus, Polonorum Rex inclytus; quem in regno frater Caſimirus, egregia & ipſe virtute ac animi magnitudine inſignis, excepit. Ejus initia Coſacorum, læſam, in ſacrorum præſertim uſu cultuque, libertatem ſuam querentium, graviſſimi motus, ſed mox finiti, reddita libertate, rediere.

Pax inter Cæſarem, Suedos, & Germaniæ Principes Proceresque facta.

Pax inter Cæſarem & Germanici Imperii Proceres, Suedoſque facta eſt, iis quæ in vulgus jam notæ leguntur, legibus; quas proinde hic reddere non eſt neceſſe.

Octavus in Germania Elector creatur.

Novo certe exemplo Octavus in Germanico Imperio Elector placuit; & ampliſſimæ ejuſdem ditiones Imperii, clauſtra velut Germaniæ, ut Pomerania, aliæque, Suedis manſere.

Hæc dum geruntur, Innocentius, nominis ejus X. Papa Romanus, Pacem hanc, ſe haud agnito factam, & cum maximo Sedis Eccleſiæq; Romanæ damno detrimentoq; conjunctam (plurima enim, quæ in Eccleſiæ Romanæ patrimonio eſſe contendebat, ejus hoſtibus conceſſa ac tradita erant, nullam, adeoque non obſervandam eſſe, editis litteris, palam, ſed fruſtra, teſtatus eſt. Teſtatus idem & ante non ſemel erat Fabius, Epiſcopus Neritonenſis, Nuntius in Germania Apoſtolicus.

M DC XLIX.

Neque minus, anno poſt ſequuto, Philippi IV. Hiſpaniarum Regis, nomine, Ioannes Cuyermannus, legatus Burgundicus, apud Imperatorem, Electores, Principes, cæteroſque Imperii Romani Proceres, teſtatus eſt, contra fas omne, pacta & leges, debitum ab Imperio, promiſſumque, ſolennibus tabulis Circulo, ut vocant, Burgundico auxilium ſubſidiumque negari, donec inter Hiſpanos Galloſque pax iniretur. Ex quibus, aliiſque ejuſmodi manentibus controverſiis, periti rerum ac temporum judicabant, pacis nomen potius & ſpeciem, quam uſum conſtantiamve Eu-

ropæ nunc offerri, cauſis bellorum diſſidiorumque omnibus non ſublatis. Nam & alii quoque Principes factæ pacis legibus inſignem ſibi injuriam fieri querebantur.

Inter hæc Angliæ, Scotiæ, Hiberniæque Rex Carolus I, regnorumque Proceres, ſubditique, in contraria ſciſſi ſtudia, maximi terroris motibus belliſque domi inter ſe committuntur. Ex quibus, capto tandem rege, & ſecuri ab Anglis publice percuſſo, regiâque omni ſobole regio nomine ac jure exutâ, magna converſio rerum ac mutatio facta eſt. Qua de re, ſicut & aliis, nunc in Europâ, aut alibi, geſtis, cum ſcripta plurima in vulgus edita paſſim cuivis offerantur, & ſecurius verba facturi ſint poſteri, hic plura jam non dicemus.

Anno Chriſti M DC XLIX.

M. Britanniæ Rex Carolus I. ſecuri percutitur.

Inſignis rerũ in Anglia, Scotia, & Hibernia mutatio.

F I N I S.

TIBI PATER, TIBI FILI, TIBI SPIRITUS SANCTE, SIT HONOS ET GLORIA.

INDEX RERUM.

Signo hoc (*) paginæ, quibus Caroli V, *& quæ ſequuntur, tempora traduntur, hic deſignantur.*

A.

ABbatum olim vis ac dignitas. 518
Abul occupat regnum maritimæ Africæ. 618
Academiæ paſſim per Europam conſtitutæ. 884
* Acta in Comitiis Wormatienſibus in cognoſcenda Lutheri cauſſa. 42. *& ſeqq.*
Adalgiſi inſignis perfidia. 479. ejuſdem inſidiæ, & ad Imperatorem Oratio. 480. idem damnatus. *ibid.*
* Adiaphoriſtici belli origo. 69
Adolfus Naſſovius Imp. 807. ejus exceſſus. *ibid.*
Adrianus Pontifex ſibi arrogat Imperium. 689. Excommunicat Fridericum I. Imp. *ibid.* miſere obit. *ibid.* ejus res geſtæ. 693. Hiberniæ regnum Henrico II. Anglorum Regi donat. 691
Ælius Hadrianus Imp. 186. Clementius agit cum Chriſtianis *ibid.* Chriſto templum exſtruere voluiſſe dicitur, ſed male. *ibid.* fons ejus opinionis *ibid. & ſeq.* humanas immolationes tollit. 187. Pacem a Barbaris annuis muneribus redimit. 189. Arcibus, aggeribus, & Caſtris Provincias Rom. a Barbaris dividit. 190. Idem celerrimis itineribus ad omnes Provincias Romanas inviſit. 191. Idem Hercules dictus, & quare. *ibid.* ejus expeditio contra Judæos. 193. Adoptat Ælium Verum. 195
Æmylianus, & Valerianus Impp. 232
Æmylianus Tyrannus. 245
Aëtiani qui dicti. 287
Abenobarbi graviſſima de Donatione Conſtantini verba. 280
Aiſtulphi Longobardi vaſtus animus. 414
Alamundarus, Saracenorum Dux, incitat Cabaden adverſus Romanos, & juvat. 390
* Albanus Dux fero & fruſtra Amneſtiam Belgis offert. 81. in Hiſpaniam, Regis juſſu, revertitur. 82
* Albertus Auſtriacus Belgio Hiſpanico præficitur. 89
Albertus Auſtriacus Imp. 809. ejus extrema. 810. de ſtabiliendo in Helvetia Principatu cogitat. 811. *& ſeqq.*
Albertus II, Auſtriacus Imp. 957
Alemanorum prima mentio. 260. quare eo nomine Germani ab externis appellentur. *ibid.* Alemanorum ſedes, & nominis origo. 261
Alemani cæſi. 304
* Alexander Farneſius, Parmæ Placentiæque Dux, Belgio præficitur. 85
Alexander Hæreticus. 153
Alexander III. Papa inſurgit contra Fredericum. 689. ejus impudentia. 690. ejus res geſtæ, *ibid.* religionem ac diſciplinam Chriſtianam per Europæ Septentrionem propagandam curat. 692. ejus hac de re ad Upſellenſem Archiepiſcopum epiſtola. *ibid. & ſeqq.* ejuſdem plures hac de re Epiſtolæ. 695. *& ſeqq.* ejuſdem de Finnoniæ populis ad fidem Chriſtianam converſis, ſed dubiæ fidei, Epiſtola. 704. *& ſeqq.* ejus litteræ ad Luſitaniæ Regem. 741. & ſeqq.
Alexander Severus Imp. 211. ſub eo pax Chriſtianis per Mammeam. 212. ejus bella. 215
Almaricus cum Eccleſiæ Romanæ non-

& actus ſub eo cenſus *ibid.* An nota Auguſto Domini nativitas fuerit, quæritur. 11. notam, quam volunt, non fuiſſe, oſtenditur. *ibid.* Oracula ex quibus cognitum Auguſto Domini adventum volunt, ſub examen vocantur. 41. Auguſtus *Dominus* appellari noluit; & quare. 45. Nummi eo imperante cuſi an Chriſti meminerint. *ibid.* De ara Chriſto, ut primogenito Dei, dedicata ab Auguſto fabula refellitur. 46

Auguſtinus notatur. 19. moritur. 348

Avinionenſis urbs quomodo ditionis Papæ Romani facta. 703. Avinionenſes Papæ Pſeudochriſti dicti. 85[illegible]

Aurelianus Imp. 257

M. Aurelius Quintilius Imp. *ibid.*

Aureolus Tyrannus. 239

Auſtriæ & Burgundiæ conjunctio. 958

Auſtriacorum Ducum origo. 688. Auſtriaci Principes promittunt Bavaris ad imp[illegible] adſpirantibus, nunquam ſe imp[illegible] faſtigium petituros. 839. Auſtriacorum Principum potentia Tyrolenſis acceſſione principatus augetur. 866. Auſtriacis Hungariæ & Bohemiæ regna oblata. 5[illegible]. * Auſtriacorum & Suedorum res in ſummo diſcrimine conſtitutæ ſunt. 97

Axelii Oxenſtiernii, Cancellarii Suecici, & Euangelici per Germaniam Fœderis Directoris, elogium. 97.

B.

BAcchum colere Judæi à Paganis dicti ſunt; & quare. 139

Bajazetes I, Turcarum Imp. belli fulmen Europam terret. 889. Res maximæ ab eo geſtæ. Conſtantinopolim obſidet & prœlio ad Nicopolim commiſſo exercitum Chriſtianorum cædit. 889. & *ſeq.* Conſtantinopolim denuo obſidione cingit. 890. ab obſidione abſtrahitur per Tamerlanem Scytham. *ibid.* ejus cum Tamerlane prælium, in quo ſuccumbit. 891. Suo ipſius judicio ferreę caveę incluſus ludribio omnium exponitur *ibid.* multis indigniſque contumeliis, ludibriiſque afficitur à Tamerlane. 894. ejus funeſtiſſimus in cavea, capite ex deſperatione illiſo, exceſſus. 895

Bajazetes II. 967

Baliſta Tyrannus. 243

Barbarorum irruptiones in Provincias Romanas Occidentis. 343. & *ſeqq.*

Barcocheba, ſive Bencochab, qui Meſſiam eſſe ſe mentitur, fax præcipua motus Judæorum tempore Hadriani Imp. 195

Bardas Scelerus. 570

Baronius & Bellarminus refelluntur. 212

Bartholomæus non tradidit Euangelium Indis. 105

Baſilides hæreticus. 153

Baſilii Porphyrogenetæ bella & victoriæ. 570

in Bavaria graves motus. 801

Belgæ Germaniæ adjiciuntur. 565

* Belgarum ab Hiſpanis diſſentientium res afflictæ, & ad incitas quaſi redactæ. 84

* Belgarum legati, ſed fruſtra, in Hiſpaniam mittuntur. 80. Belgarum Principatus Franciſco Valeſio offertur. 87

* Belgarum, qui nunc Fœderati dicuntur, reſtitutæ tandem, poſt graviſſimam ſervitutem, libertatis origo. 82. ſedes primæ Fœderatorum Belgarum, & eorum Reipubl. origo. *ibid.* arma eorum in Occidentalem Indiam navigant. 93

Belgicæ ditiones qua occaſione Burgundorum imperio ſubjectæ 936. ignavia Bojorum in ditionem Burgundorum rediguntur. 94

* Belgicorum motuum origo. 80

* Belgii in Hiſpanos ac Fœderatos diviſi cauſa. 86

* in Belgio atrociſſimorum edictorum, perſecutionum & motuum origo. 69. res ibi, ob Hiſpanorum tyrannidem,

mirum

mirum in modum confuſæ ac turbatæ. 81. mutationum vera origo. *ibid.*
Belgradum infeliciter oppugnatur. 966
Beliſarii expeditio in Perſas. 385. Prœlium cum iiſdem. *ibid.* Duellum inter militem Romanum & Perſam. 386. Duellum aliud. *ibid.* Romanorum & Perſarum ad pugnam apparatus. 387. Pugna. *ibid.* Pityazis egregia virtus. 388. Romani victores. *ibid.* Beliſarii ſingularis prudentia. 391. Beliſarii memorabile cum Perſis prœlium. 392
Bellum graviſſimum inter Philippum Valeſium, & Eduardum Regem Anglorum. 847. inter eundem & Eduardum *III.* Anglum. 859. Bellum Huſſiticum à Sigiſmundo geſtum. 917
Benedictus Accoltus notatur. 595
Benjamini Tudelenſis de Principe Judæorum in Oriente ſuperba & ventoſa narratio. 38
Berchtoldus, Monachus Franciſcanus, tormentorum æreorum & pulveris pyrei inventor. 881
Berengarii de Cœna Domini ſententia. 615. *& ſeq.*
Berengarius *II.* Italiæ Rex, author belli Italici contra Othonem Magnum Imp. 565. ab Othone ex Italia expellitur. *ibid.* idem reſtituitur, & deinde ad ingenium redit. *ibid.* ad perpetuos carceres damnatus moritur. *ibid.*
Bernhardinorum Monachorũ origo. 683
* Bernhardinus Ochinus; & de eo Bullingeri judicium. 74
S. Bernhardus. 683
Bernhardus Mallincrotius nobiliſſimæ artis Typographicæ inventionem Moguntinis aſſerit. 947
Blaſphemia Judæorum notatur. 211
* in Bohemia rerum regnique magna mutatio, majorumque indies in Germania motuum origo. 92
Bohemis prima religionis Chriſtianæ rudimenta traduntur. 534. Pagani & Idololatræ acriter ſe opponunt, & Chriſtianos, etiam Principes, atrociter perſequuntur. *ibid.* eorum contra Bohemos Chriſtianos conſpirationes. 538
Bohemorum regum origo & ſeries. 644
Bojorum ignaviâ nobiliſſimæ Belgii ditiones in ditionem Burgundorum rediguntur. 943
* Boruſſia Polonis accedit. 84
Boruſſis, Lithuanis, & Ruſſis, aut Moſcis, Euangelium Chriſtianorum offertur. 496. Earũ gentium idololatria necdum exſtirpata. 496. Boruſſi & Lithuani infideles, inſtinctu Papæ, in Brandeburgenſes immiſſi, & impia plurima ac deteſtanda ab iis deſignata. 842
Brachmanes. 200. pietatis exercitia inter ipſos. 201. Eorum magna dignatio. *ibid.*
* Brandeburgenſi Electore, & Duce Neoburgenſi diſſentientibus, contendentibuſque de Cliviæ, Juliæ, Montium, &c. Principatu, civilium in Germania bellorum origo. 90. bellum ab iis Cæſari illatum, cauſa aliorum ſequentium. 91
* Brandeburgenſium Marchionum Principatus in Boruſſia origo. 53
Bremenſis Epiſcopatus origo. 448
* Briſacum, Germanici clauſtrum Imperii, à Gallis capitur. 99
* Buda à Solymanno capitur. 68. celeberrima Europæ Bibliotheca Budæ fœdè direpta. *ibid.*
Bueſſariorum, ſuperſtitioſi hominum generis, in Germania origo 858
Bulgaria ſubjicitur imperio Orientali. 570
Bulgarorum irruptio. 410
Burgundiæ Ducatus initium. 513. *& ſeqq.* Burgundiæ regnum à quo, quomodo & quando reſtitutum. regeſque Burgundiæ qui præcipuè in Helvetia imperarunt. 517. *& ſeqq.* Finis regum regnique Burgundiorum. 526
Burgundicæ domus ditiones quomodo ad Auſtriacam tranſierint. 1037
de Burgundis, qui ſimul cum Gothis in-

Prov. Rom. irrupere & eorum primis ſedibus ac origine. 225. *& ſeq.* Unde iis nomen. 226. Ortu extremus Septentrionis populus. 227. Burgundionum migrationes variæ, ac varia fortuna. 228. Eorundem cum Alemanis diffidia. 229. Fœdus ac ſocietas cum Romanis. *ibid.* Burgundorum veterum mores. 230
Burgundi Germaniæ adjiciuntur. 565
Burgundorum imperio Belgicæ ditiones qua occaſione ſubjectæ. 937. & 943
Byzantium à Saracenis obſidetur. 413.

C.

CAbeljaviorum & Hoexiorum in Hollandia Zelandiaque origo. 937. *& ſeqq.*
Cæſares dicti candidati imperii, & deſignati hæredes. 195
Cajanus oppugnat Arcadium Imp. ſed fruſtra. 313
C. Caligula Imp. 103
Calixti Roman. Pontif. legatio miſſa ad Uſumcaſanum. 1005
Calixtus creatur Papa contra Alexandrum. 689
Calixtus *III*, Papa autor feſti Transfigurationis Chriſti. 958
✠ Calvini vita, merita, & elogium, & purgatæ tandem Religionis Genevæ origo. 61. *& ſeqq.* Calvini exceſſus. 65. 80.
Cambri, vel Cymræci, vel Walli ſoli, veteres Britanniæ incolæ haud victi ſunt. 368. Vetuſtiſſima & incorrupta Britannorum lingua his hodieque manet. *ibid.*
Canonicorum regularium ac ſæcularium ex Monachis Canonicorum origo. 705. *& ſeq.* in ſæculares ſcriptorum invectivæ *ibid.* Romanæ ſedis auctoritate tandem probati. *ibid.*
ex Capeto tertia & poſtrema Galliæ Regum origo. 519
Caramania, olim Cilicia, unde appellata. 1007
Cardinales pileo rubro & purpura donantur, & quare? 775
Cardinalium, & eorum nominis origo. 467
Carolomannicæ ſtirpis in Gallia occaſus. 579
Carolſtadius, & alii, receptos jam in Eccleſia, nec tamen Apoſtolicos, ritus mutant. 1052
Carolus Andegavenſis occupat regnum Siculum & Neapolitanum. 788
✠ Carolus Auſtriacus miſſis legatis petit ut ſui ratio in electione habeatur. 9
Carolus Calvus Imp. 501
Carolus *III* Craſſus Imp. 502. Ignavus & infelix Carolus Imperio exuitur. *ibid.*
Carolus filius Regis Bohemiæ à quibuſdam conjuratis Cæſar ſalutatur. 853
Carolus *IV*, Imp. 865. ejus exceſſus. 866. Ejuſdem aurea bulla leges imperii fundamentales continens. *ibid.* Imperium imminuit. *ibid.* In adminiſtrando imperio ſubinde impar cura & nævi. 867. Honos bonarum artium ac ſapientiæ ſtudiis ipſo imperante redit. 880. de inſtruendis erudiendiſque Principum Electorum filiis factum ab eo decretum. *ibid. & ſeq.* Illuſtrium ſub eo ingeniorum proventus. 881
Carolus Magnus vocatur in Italiam. 415. ejus initia. 416. Ejuſdem & Francofurtenſis Synodi de imaginum uſu ſententia. 430. Imperator ſalutatur. 432. Rerum ab eo geſtarum magnitudo. *ibid.* earundem breviarium. *ibid. & ſeq.* 442. *& ſeqq.*
Caroli M. Familia. 435. *& ſeqq.* Ex Præfectis Palatii, vulgo Majoribus Domus, Caroli M. majores ad regium faſtigium provecti ſunt. 437. Bellum Caroli M. Saxonicum, idque diuturnum & aſperrimum. 440. Bellum Caroli M. Bajoaricum, ſive Bavaricum. 444. Idem mox finitum *ibid.* Ejuſdem contra Wilſos, ſive Welatabos bellum.

445. Situs ac ſedes gentis. *ibid.* Ejuſdem bellum contra Avares ſive Hunnos. *ibid.* Ejus magnitudo. *ibid.* Epiſcopatus a Carolo M. inſtituti. 448. Bremenſis origo. *ibid.* Quidam quaſi Epiſcopatus Hamburgi conſtituitur. 449. Exceſſus Caroli M. & elogium. *ibid.* & 460. Eo imperante qui fuerint Orientis Imperatores. *ibid.* de lingua qua Carolus M. & Franci uſi ſunt, diſſertatiunculâ. 450

Carolus Martellus moritur. 414

* Carolus, nominis I. filius Jacobi Magnæ Britanniæ Regis, patri ſuccedit. 94. cum Scotis de imponendo motibus civilibus fine agit. 100. bellum Scotis inferendum ſuadent Epiſcopi. *ibid.* Diſſuadent alii Angliæ proceres. 101. Inde inter proceres Regemque diffidia, & aſperrimi civilis belli origo. *ibid.* Carolus Rex ſecuri percutitur. 107.

Caroli Simplicis Galliæ regis, inſignis ſive ignavia, ſive amentia. 528. Præfecturæ plurimæ hæreditariæ ſub eo factæ. *ibid.*

* Carolus Sudermanniæ Dux, ſceptro Succiæ donatur. 89

* Carolus V. Imp. 3. rerum ab eo geſtarum & breviarium Mameraní. 27. & *ſeqq.* Carolo V. & ejus copiis tempeſtas Algerenſis in littore Africæ graviſſima oblata. 33. inſignis Caroli V. in eâ difficultate providentia. *ibid.* movet caſtra. *ibid.* horrenda tempeſtas & Cæſarem & ejus exercitum, ab Africæ littore diſcedentes exercet. 36. bellum Caroli in Cliviæ Ducem, Guilielmum. 37. deinde in Gallum. *ibid.* pax inter Cæſarem & Gallum. 38. bellum ejus in Saxoniæ Ducem, Joannem Fredericum, & Philippum, Landgravium Haſſiæ, Principes & animoſos & conſtantiſſimos. *ibid.* Carolus bellum infert Proteſtantibus. 69. imperio ſe tandem exuit. 78

Carolus VIII, Galliæ Rex. 1015. ejus bellum contra Arragonios. 1016. bellum movet Ferdinando filio notho Alphonſi. 1017. occupat regnum Neapolitanum. 1059. idem ſua culpa excidit regno Neapolitano, *ibid.*

Carpocrates hæreticus. 152

Carthuſienſes & Ciſtercienſes monachi in Dania ſedem figunt. 684

Carus Imp. 261

* Caſimirus Uladiſlao IV. Poloniæ Regi fratri ſuccedit. 106

Caſtellæ & Legionis in Hiſpania Regum tempora. 539

* Cataloniæ Principatus ab Hiſpano ad Gallum deficit. 101

Cataluſii à Mahomete deleti. 1003

Cerdon hæreticus. 154, 197

Cerinthus hæreticus. 152

Chriſtus naſcitur. 1. Ejus perſona. *ibid.* Nativitas admiranda. 2. Vitæ ac geſtarum ab eo rerum breviarium *ibid.* ſumma ſimplicitate ac adoranda, & quare, narrata ab Euangeliſtis nati Domini exordia. 9. Natalis Domini paſtoribus primo ſignificatus. 47. Chriſti fuga in Ægyptum. 66. Paganorum ea de cauſa in Chriſtum calumnia. *ibid.* Dominus, Archelao regnante, ex Ægypto in Judæam redit. 68. puer diſputat in templo cum Doctoribus Judæorum. 72. Quomodo ſapientia profeciſſe dicatur. *ibid.* Nulla pueri Chriſti miracula, 73. Miniſterii Chriſti exordium. 83. Apoſtoli ab eo lecti. *ibid.* Sermo Chriſti in monte de munere Apoſtolorum. 84. Pergit in peragendo curſu cœpti jam miniſterii, & docet Apoſtolos. 89. inſtantis jam paſſionis Apoſtolos Chriſtus admonet. 91. adit Hieroſolymam. *ibid.* ingreditur templum & purgat, ejectis vendentibus & ementibus. 92. Judæorum Sacerdotes ipſi inſidias ſtruunt. *ibid.* Chriſtus miniſterium ſuum ſalutifera paſſione finire incipit. 93. S. Cœnæ Sacramentum inſtituit. *ibid.* à Juda proditur & capitur. 94. Quare ca-

 pientibus

pientibus non reſtiterit. *ibid.* cauſæ Chriſti cognitio iniqua. 95. Chriſtus damnatur. 96. Pendente eo in cruce, tota rerum natura commota eſt. *ibid.* Chriſtus moriens omnia pro redemptione humani generis perfecit. 96. reſurgit. 97. in cœlum adſcendit. 98. Apoſtolis mittit Spiritum Sanctum. *ibid.* Ejus hiſtoriæ veritas contra calumnias veritatis Chriſtianæ hoſtium aſſerata. *ibid.* ab initio multi impegerunt in Chriſtum. 151

Chriſtianarum rerum magna inter Paganos ignorantia notata. 136

Chriſtiani magi dicti à paganis. 199

Chriſtianorum ex Europâ in Terram Sanctam expeditionum initia & origo. 639. *& ſeqq.* eorum regni Hieroſolymitani origo. 650. ejus occaſus. 651. *& ſeq.* ejus finis. 653. 747

Chriſtianorum inſignis perfidia. 962. inſignis eorum clades ad Varnum. *ibid.*

Chriſtianorum veterum innocentia, inſtituta, & mores. 169. eorundem abſtinentia à ſimulacrorum uſu. 206

* Chriſtianus *IV*, Daniæ Rex, bellum infert Cæſari, ſed infeliciter. 94. *Pacem* facit cum Cæſare. 95. *Pacis leges. ibid.* ejus exceſſus. 105

Chriſtinæ, Suedorum Reginæ, feliciſſimè hodiè regnantis, elogium. 1059.

* *Patri* quando ſucceſſerit. 97

Chriſtophori Columbi, Novi Orbis inventoris, quem Colonum vocant alii, elogium. 1028

Cilicia à Mahomete II, occupata. 1003

Clades inſignis Romanorum. 333

Claudianus notatus. 321

T. Claudius Imp. 103

Clemens *III*, Papa. 625

Clemens *IV*, Papa. 788

Clemens primus Romanus Epiſcopus poſt *Petrum*, ut volunt, patitur. 166. *Primus Papa* à nonnullis dicitur. *ibid.* Recognitionum libri ab eo editi. *ibid.* Multa iis addita & inſerta, quæ Clementis non ſunt. *ibid. & ſeq.* Notarii Eccleſiæ Romanæ ab eo inſtituti. 167

Clemens *VI*, *Papa*, Jubilæum quinquageſimo quovis anno celebrandum inſtituit. 851

Clementinarum Conſtitutionum origo. 824. *& ſeq.*

Clementis Alexandrini diſſertatio contra cultum imaginum. 206

Clementis *VI*, *Papæ*, ſuperba poſtulata. 863. iis ſe conſtanter Germaniæ *Principes* opponunt. *ibid.*

* Cleti Gallici judicium de bello Cæſari inferendo. 94

Colarbaſus hæreticus. 154

Colenutius Hiſtoricus notatur. 599, 602

Collyridianorum hæreſis. 306. unde nomen acceperint. 307

* Coloniæ fruſtra de inſtauranda reddendaque *Belgarum* pace agitur. 86

Cometa in Græcia. 791

Comitatuum Ægidienſis & Toloſani, & aliorum, in Gallia origo. 532

Comitatuum Campaniæ & *Briæ*, & aliorum, in Gallia origo. 531

* Comitia Ratiſbonæ à Cæſare indicuntur, ſed fruſtra, dum *Proteſtantium* precibus votiſque nihil conceditur. 90

Commodus Imp. 199. *Pax* ſub eo Chriſtianis. 200

Comnena familia extinguitur à Mahomete *II*. 1003

de Conciliorum poſt Apoſtolorum tempora auctoritate. 104. Apoſtolicum illud Hieroſolymitanum ſequuta Concilia notantur. 105

Concilium Aquiſgranenſe, in quo actum de corruptis vita & moribus Monachorum emendandis. 462. Odium Eccleſiaſticorum ex eo in Ludovicum *Pium*. 463. Recepta tunc magni terroris Excommunicationis formula. 464

Concilium Aquiſgranenſe, & in eo decreta. 465. aliud ibidem celebratum, & in eo decreta. 466. Concilium Aquiſgranenſe contra Lotharium pro

ejus fratribus pronunciat. 472. aliud Concilium Aquiſgranenſe, & qua de cauſa indictum. *ibid.*

Concilium Baſileenſe, & qua de cauſa indictum, & quid in eo decretum. 920. Ejus decretum de non ſolvendis Papæ Romano Annatis. 922

Concilium Claromontenſe in Gallia, & in eo decreta expeditio in Terram ſanctam. 649. Pontificum Rom. artes & deſtinationes notatæ. *ibid.*

Concilium Conſtantienſe indictum, & qua de cauſa. 905. de reformanda Eccleſiâ agitur. 906. ut & de forma ac modo eligendi Papam. *ibid. & ſeqq.* Clementis *VI*, Pontif. de modo eligendi Papam a Cardinalibus ibidem repetita ac recitata Conſtitutio. 908. *& ſeq.* Capitula juranda per electores Rom. Pont. & conclavis cuſtodes. 910. *& ſeq.* Huſſii & Pragenſis dogmata ibidem damnantur. 911. editorum in hoc concilio actorum impudentia notatur. 916. accuratum ex Aventino actorum breviarium. *ibid.*

Concilium Ferrariæ inchoatum, Florentiæ finitum. 933. in eo de Latinorum & Græcorum controverſiis actum, *ibid.*

Concilium generale Lateranenſe primum celebratum. 706

Concilium Illiberitanum, & quid in eo ſtatutum. 263

Concilii Lateranenſis decretum de creando Papa Rom. 737. Ejuſdem varii canones. 738. *& ſeqq.*

Concilium Lateranenſe œcumenicum. 771. Factum de Euchariſtiæ uſu, & bello ſacro decretum. 772

Concilium I Lugdunenſe œcumenicum, ut volunt, celebratum. 774. facta in eo decreta. 773

Concilium Lugdunenſe II, Oecumenicum, & in eo decreta. 793. Geſta in hoc concilio quomodo inter imagines bibliothecæ Vaticanæ expreſſa & ambitioſis inſcriptionibus ſignificata extent. 794. *& ſeq.* Ejus continuatio. 799. Verba de eo Aventini, & facta in eo decreta. *ibid.*

Concilium Oecumenicum primum Nicænum. 286

Concilium Turonenſe in Gallia celebratum, & magni terroris decretum factum contra Waldenſes. 731

Concilium Viennenſe in Gallia celebratur. 813. facta in eo decreta. *ibid. & ſeq.*

* Confeſſio Auguſtana Cæſari offertur. 55

Confeſſio fidei ἔκθεσις dicta. 409

Connanus notatur. 530

Conradinus. 787. infeliciter pugnat contra Carolum Andegavenſem. 788. ſecuri percuſſus. *ibid.*

Conradus Caputus ſuſpendio necatus. 788

Conradus I. Imp. 561. in hoc Carolina ſtirps exſtinguitur. 562

Conradus *III.* Suevus Imp. 688. Ejus expeditio adverſus Turcas & Saracenos. *ibid.*

Conradus *IV.* Imp. 787

Conſors Imperii, & Cæſares lecti. 262

Conſtans Imp. 409. favet Monothelitis, & Papam Romanum capit. *ibid.*

Conſtantini Chlori, patris Conſtantini Magni, familia ex ſecunda uxore Theodora. 267

Conſtantinopolis à Palæologis quomodo occupata. 792. à Turcis capta & expugnata. 968. *& ſeqq.*

Conſtantinopolitanæ urbis incendium. 757

Conſtantinopolitani Impp. & res ab iis geſtæ. 777. 791. Conſtantinopolitanum Imperium a Francis ad Græcos redit. 793. Conſtantinopolitanus in Oriente Imp. 805

Conſtantinopolitani Imperii triſtiſſima facies. 870

Conſtantinus Copronymus Imp. 414

Conſtantinus Imp. 409

Conſtantinus Magnus Imp. 265. Stirps & familia ejuſdem. *ibid. & ſeq.* Difficilis Conſtantini ad Imperium aditus. 268. Ejus pietas. 269. Benificia in Eccleſiam Chriſtianam. 273. Fabulæ de Conſtantini lepra origo. 280. Mala Conſtantini conſilia, in transferenda ſede Imperii. 291. Ejuſdem nova diſpoſitio Imperii. *ibid.* Conſtantini exceſſus. 303
Conſtantinus Palæologus, ultimus Orientis Imperator. 959
Conſtantinus Pogonatus, Imp. 410
Conſtantius Imper. 303. ejus inconſtantia 304
Conſtitutio de non ſolvendis Papæ Romano Annatis. 922
Conſtitutio inſignis de jure creandi Imperatoris, facta imperante Ludovico *IV.* 541. Hujus conſtitutionis verba notanda 560. *& ſeq*
Conſtitutiones Principum. 378
Conſtitutionis de pace Religionis per Germaniam origo. 78
Controverſiæ in Orientis & Occidentis Eccleſiis de uſu ac cultu imaginum hiſtoria. 489. Synodus Francofurti eâ ſuper re celebrata. *ibid.*
Controverſiarum capita inter Eccleſiæ Romanæ ac Græcæ Præſules. 934
Conventus Ordinum pacis Belgarum cauſa Bredæ ſed fruſtra indictus. 84
Corbejenſe Monaſterium extruitur, maximo literarum bono. 467. Pleríque Romani ſcriptores antiqui in eo conſervati. *ibid.*
Corvorum uſus inſignis. 484
Coſmus Medicæus, primus Magnus Florentiæ Dux ſalutatur. 81
Creta quæ hodie Candia Veneto imperio quando & quomodo ſubjecta, & Canea capta, & varii in eo regno motus. 761. *& ſeqq.* Creta deficit colonorum Venetorum rebellione ab imperio Veneto, ſed mox ad obſequium redire cogitur. 875. *& ſeq.* nova ſeditione pax Cretæ turbatur. 877. Venetorum Ducum virtute pacatur, & Venetæ Reſp. redditur. 878
Crudelitas Principum exquiſita Siciliæ fatalis. 605
Crudelitatis inſigne exemplum. 605
Cumæum carmen cujus meminit Virgilius unde ſumptum. 19. Verba Auguſtini hac de re notantur. *ibid.* Ut & Euſebii. 20
Cunigunda imperatrix accuſata ferri candentis contactu ſe purgat. 581
Cypri regnum Venetorum imperio ſubjicitur. 1018
Cyriades Tyrannus. 233

D.

Dacia veterum quæ ac qualis ditio fuerit. 175. Daciam provinciam facit Trajanus. *ibid.* à quibus populis habitata. 176. eſt Romanorum colonia. 178. Daciam Ungari tandem invaſere. 182
Dacici belli imagines in columna Trajani hodie adhuc Romæ ſuperſunt. 181
Daci, veterum Jazyges. 176
Dalmatia Venetis ſubjecta. 579. *& ſeq.*
Daniæ Regum ſeries & tempora. 1020. *& ſeqq.*
Daniæ ſceptrum ad illuſtriſſimam Oldenburgicam familiam, in qua hodieque manet, quando tranſierit. 1020
Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ regna unius reginæ Margaretæ imperio ſubjiciuntur. 901. *& ſeq.* Ei ſuccedit Ericus, ſed tanto regendi oneri impar vitam pacemque privatam regno præfert. 902
Danis Norwagiſq; Euangelium per Fulconem offertur. 686
Danorum in Anglia regnum finitum. 617. Ejus exordia. *ibid.*
Dantis Aligerii humaniorum litterarum inſtauratoris elogium. 831
Davidis Ganſii, Judæi, de afflictis Judæorum rebus verba. 41
Davidis Scoti de motibus inter Impp.

Henricum *IV*, & *V*, & Pont. Rom. teſtimonium. 673
Decebali Dacorum Regis inſignis aſtus in theſauris occultandis. 183. Manus ſibi violentas ipſe infert. *ibid.*
Decius Imp. 216.
Decretum in Anglia factum de canonico jure non tradendo. 776
Decretum inſigne pro Germanici Imperii libertate contra Papæ Tyrannidem. 832. & *ſeq.* aliud Procerum Principumque Germaniæ decretum adverſus Papam. 845
Deſiderius Longobardorum regnum invadit. 415. Res ab eo geſtæ. *ibid.*
Deum nemo poteſt diſcere ex Imagine. 208.
Didius Julianus Imp. 203
Digeſtorum libri quales, & ex quibus concinnati. 382. Antinomiæ paucæ in eo opere deprehendi dicuntur. 383
Diocletianus Imp. 261. deponit imperium. 262
Diſſenſionum inter Eccleſias Orientis & Occidentis exordia. 413
Diſſidia Romanorum, & ex iis exitium Imperii. 336
Doctrinæ Apoſtolicæ nihil addendum. 111. Ejus plenitudo. *ibid.* huic philoſophorum ſophiſmata & argutia ſe opponunt. 112. ipſis jam Apoſtolorum temporibus Apoſtolica & Chriſtiana doctrina à non una hæreſi oppugnata eſt. 117
Dogma Chriſtianorum quorundam de Purgatorio fluxit a Montano. 197
Dominicanorum aut Prædicatorum ordinis origo. 773. Prædicatores ad Tartaros mittuntur. 775
Dominus appellari noluit Auguſtus; & quare. 45
Domitianus Imp. 148. ſingularis ejus & inaudita ante impietas. 150. Ejuſdem tyrannis & ſævitia. 157. exceſſus. *ibid.*
Domitius Nero Imp. 121. Sub eo prima Chriſtianorum perſecutio. 124. Patrum ſententia de reſurrecturo aliquando Nerone examinatur. 125. De Nerone redituro & futuro Antichriſto veterum quorundam ſententia unde orta. 126. Verba Joannis in Apocalypſi male ac temere ab iis explicata. 127. in Nerone Cæſares ex familia Auguſti deficiunt. *ibid.*
Donati hæreſis. 264
Donatio Conſtantini Sylveſtro Papæ inſcripta. 274. Ejus exemplar. 275. falſam & fictam eſſe oſtenditur. 279. ex faſtis Conſularibus donatio refellitur. 280
Drahomiræ Principis inſigne odium in Bohemos Chriſtianos. 535. Horum in illam inſigne obſequium. *ibid.* Drahomira Chriſtianorum Bohemorum templa evertit, aliaque deteſtanda ac fœda, odio Chriſtianorum deſignat. 536. & *ſeq.*
Ducum Comitumque poteſtas hæreditaria ſub Carolo Symplice cœpit. 514
Ducum in Veneta Republica prima origo. 412. diverſæ eorum ſedes. 413. Dalmatiæ Principes appellantur. 581

E.

Eberhardus Franconiæ Dux jungit ſe Tanguardo contra Otthonem Magnum. 563
Ecbertus Marchio Saxoniæ Imperium accipit triſti eventu. 625.
in Eccleſia Chriſtiana quatuor inſignes poſt Apoſtolorum tempora mutationes. 1054
Eccleſiæ Chriſtianæ priſcæ conſuetudines. 308
Eccleſia Romana biceps per Paparum Romanorum aut eos eligentium diſſidia. 888. Triceps. 903
Ecebertus primus totius Angliæ Rex. 432
Eduardus *II*, regno Angliæ dejicitur per Conjugem. 819
Eduardus *III*, coronatur Rex Angliæ. 839.

859. vincit Philip. Valeſium. *ibid.* titulo Regis Franciæ donatus redit in Angliam. *ibid.*
Eduardus *IV*, Rex Angliæ. 1015
Eduardus *V*. 1015
Electores an ab Othone inſtituti. 579
* Elector octavus in Germania creatur. 106
* Electorum de eligendo, poſt exceſſum Maximiliani, Imperatore conſultatio. 3. * iidem, ſepoſitis omnibus ſimultatibus, paci publicæ ſtudent. 9. * eorum reſponſum ad Orationem legatorum Galliæ. 12
* Eliſabethæ Anglæ exceſſus. 90
Encratitæ qui, & quare ſic dicti. 196
Epiphaniæ nomen quid ſignificet in Eccleſia. 64
Epiroticum bellum inter Amurathem & Georgium Scanderbegum, Ioannis Caſtrioti filium. 965
* Epiſcopatus novi in Belgio inſtituti, majorum motuum & turbarum origo. 79
Epiſcoporum qui olim & quales tituli. 780
Epiſtolæ Senecæ ad Paulum, & hujus ad illum ſuppoſititiæ. 122
Eraſmi vita, merita, & elogium. 1041. *& ſeqq.*
Eſajæ vaticinium explicatum. 47
Eſſeni qui. 32. ab his Monachorum inter Chriſtianos origo. *ibid.* 78. De Eſſenorum diſciplina ac vita Porphyrii teſtimonium. 78
Euangelia de Chriſti natalibus ſuppoſititia, inprimis vulgo dictum Proteuangelium, Jacobi nomine vulgatum. 56
Euangelii per omnes terrarum oras Apoſtolorum miniſterio propagati hiſtoriæ veritas aſſerta. 106. quomodo quaquaverſum propagatum. 107. Euangelium, prædicatum ab Apoſtolis, ſcandalum eſt Judæis, & ſtultitia gentibus; ac quare. 110
de Euangeliſtis. 57
Euangelium Joannis qua occaſione ſcriptum. 159
Eubœa inſula Venetis à Mahomete *II.* eripitur. 967
Eudoxiani qui dicti. 287
de Eugenio *IV* Papa Rom. ejuſque exauctoratione, & electione Amedæi, narratio hiſtorica. 921. Eugenii crimina. *ibid.* à fide devius, pertinax, hæreticus. *ibid.*
Eunapii de Conſtantino judicium. 274
Euphrates limes imperii Romani conſtitutus in Oriente. 188
Europæorum, inprimis Luſitanorum & Hiſp. in quendam quaſi Novum Orbem, ſive Americam, navigationes. 1025. *& ſeqq.*
Euſebius notatur. 20
Eutropii inſidiæ. 313
Eutyches hæreticus. 344
Examen per ignem olim receptum, ejuſque modus ex Vet. Cod. MS. deſcriptus. 582. *& ſeq.*
Exarchi in Italia. 394. pelluntur ex Italia. 414
Excommunicationis fulmen in Bohemos immiſſum. 919
Exucontiani qui dicti. 287

F.

Fabula de Stellæ matutinæ origine. 398
Fabulæ de Conſtantini lepra origo. 280
Fabulæ, quæ in Hiſtoriam Chriſtianam irrepſere, notantur. 173. & fabula de uxore Pilati Chriſtiana obiter refellitur. 174
Falcandi hiſtorici teſtimonium refellitur. 610
* Fauſtus Socinus in Poloniam ſeceſſit. 76
Felix *V*, Papa. 958
* Ferdinandi, Infantis Hiſpaniarum, & Præfecti Hiſpanorum Belgio, exceſſus. 102
Ferdinandi Magellani elogium. 1025

* Fer-

* Ferdinandus *I*, Auſtriacus Imp. 78
* Ferdinandus *II*, Auſtriacus Imp. 93. aucta ejus potentia nonnullis Europæ Regibus Principibuſque ſuſpecta. 94
* Ferdinandus *III*, Auſtriacus Imp. 97
Ferdinandus Catholicus Caroli *V*. Imp. avus maternus. 1018
Feudorum regalium aliorumque in Gallia origo. 528
Filiæ Eccleſiaſticæ titulus à Papa tributus. 709
Flamines Romanenſes Fredericum *II*, Imp. regno deturbandum cenſent. 780
Flavius Claudius Imp. 257
* Florentiæ primus Dux. 61
* Florentini Medicæos Principes ejiciunt. 54
* Fœderatæ, ut vocant hodie, Belgarum Reipubl. origo. 86
* in Fœderatorum Belgio motuum factionumque, ob diverſa de Prædeſtinationis inprimis dogmate ſentientium ſtudia, origo. 91
* Fœdus Gallorum Suedorumque, rerum in Germania gerendarum cauſſa. 96
* Fœdus inter Guſtavum Adolfum, Regem Suedorum, & Boguſlaum, Ducem Pomeraniæ, ejuſque leges. 96
Forma regiminis in primitiva Eccleſia qualis. 67
Formoſus Papa. 527. magni terroris motus Romæ contra eundem. *ibid.* Cadaver ejus ex ſepulchro effoditur, & ludibrio exponitur. *ibid.*
Franciſcanorum ordinis origo. 773
Franciſci Bivarii verba de Tito, & Plinio Chriſtiano. 170. *& ſeq.*
* Franciſco Valeſio Belgarum Principatus offertur. 87. is vero inſidias ſtruit, ſed fruſtra, Fœderatorum Belgarum libertati. *ibid.* deſerit Belgium, & mox moritur. *ibid.*
Franciſcus Sfortia. 1015. occupat Ducatum Mediolanenſem. 1016. ejus filii. *ibid.*
Franciſcus *I*, Valeſius Galliæ Rex. 1060. * miſſis legatis, petit ut ſui ratio in electione Imperatoris habeatur. 10. legati ab eodem ad Helvetios mittuntur. 12. Perpiniani oppidi obſidionem ſolvere à Cæſare cogitur. 36. Carolo Cæſari bellum indicit. 53. ipſe à Cæſareis capitur. *ibid.*
Francorum primæ ſedes, & origo. 254. Ortu Germanos eſſe, oſtenditur. 255. Rheno contigui veteres Franci egere. 256. Franci cæſi. 257. in Galliam irrumpunt, & qua occaſione. 324. Vandalos, Alanos ac Suevos cædunt. 325. Francorum expeditio in Galliam. 328. eorum Imperii ſub Carolo M. magnitudo. 434. Franci quare Turcis Europæi omnes hodieque dicantur. *Ibid.* Lex Francorum duplex, Salica & Ripuaria. 450. Germanicæ in Ripuaria linguæ aperta exſtant veſtigia. *ibid.* ſicut & in Salica. 451. Franci omnes in Sicilia ad internecionem delentur. 804
* Frederici Henrici, Principis Arauſionenſis, clariſſimi militiæ Imperatoris, exceſſus. 105
Fredericus *I*, Barbaroſſa Imp. 658. Mediolanenſium rebellione in Italiam trahitur. 689. Alexandro Papæ Venetiis fit ſupplex. 690. ejus tranſactio cum Wilhelmo Siculo. *ibid.* ejus reditus in Germaniam. *ibid.* ejuſdem iter in Palæſtinam & exceſſus. *ibid.*
Fredericus *II*, Henrici *VI*, Imp. filius fœdus init cum Philippo Galliæ Rege contra Othonem *IV*, Imp. 764. quomodo ad Imp. evectus. 768. anathemate percutitur. 769. ejus filius Henricus Pontificum inſtinctu in ipſum perfidus. *ibid.* Cremonienſia Comitia inſtituit. *ibid.* ex Aſia reverſus in Italiam Pontificem habet iratum, ſed pecunia fulmine anathematis ſe liberat. 770. ejus cum Pontifice diſſidia recrudeſcunt. *ibid.* Italiam invadit. *ibid.* tertio anathemate percutitur. *ibid.* mo-

vetur imperio. 771. numiſmata corea- cea facit. *ibid.* Ejus obitus. *ibid.* Inſigne ejus elogium. 779. nimia ejus in Eccleſiaſticos indulgentia. 781. Pontificis in eum conjuratio. *ibid.* Atrox in eum multorum conjuratio auctore Papa Romano, 782. *& ſeq.* Ditæ in eum Pontificis Romani aliquoties repetitæ. 783. *& ſeqq.*
Fridericus *III*, Auſtriacus Imp. 937. bellum inter ipſum & Carolum Audacem, Burgundiæ Ducem; quod occaſionem præbuit matrimonio inter Maximilianum Friderici filium,& Mariam Caroli filiam unicam. *ibid.* contra Matthiam Hunniadem Rex Ungariæ eligitur. 1013
✱ Fredericus, Chriſtiani *IV*, Daniæ Regis filius, patri ſuccedit. 106
✱ Fridericus, Dux Saxoniæ, pro Carolo Auſtriaco pronunciat. 26
✱ Fridericus *V*, Elector Palatinus, regni Bohemiæ ſceptro donatur. 93. Inde graviſſimorum in Germania motuum bellorumque origo. *ibid.*
Fulgentii verba & ſententia de Arianis. 282

G.

Galba Imp. 127
Galeacius Francifci Sfortiæ filius. 1016
Gallia à tribus populis poſſeſſa, Romanis, Burgundis & Gothis. 310. inſignis rerum mutatio in Gallia. 416. Galliæ regnum tranſit ad Valeſiorum familiam. 859. Gallia magnis civilium bellorum tempeſtatibus concutitur. 935. ejus motus origo. *ibid.* factiones in ea duæ, Aurelianа & Burgunda. *ibid.* Galliæ res variæ turbatæ ac commotæ. 943. motuum origo. *ibid.* Galliæ Regnum Rex Angliæ occupat. 944
Gallia Aremorica quare Britannia dicta. 369
✱ Gallici in Cæſarem belli origo. 98
Gallienus Imp. 233. Pacem reddit Chriſtianæ Eccleſiæ. *ibid.*
Galli expellunt Anglos. 1014
✱ à Gallis in Flandria res feliciter geſtæ, Duynkercka & Grevelinga, nobiliſſimis portubus captis. 103
Gallus, & Voluſianus Impp. 231
Generatio Chriſti, origo populi Chriſtiani. 10
✱ Genevenſis Reipubl. qualis hodie eſt, origo. 61
Gentium Septentrionis fœcunditas ac frequentia, ejuſque cauſa. 331. Atque hæc inprimis cauſa frequentium ex patria migrationum. 332. Vera cauſa fœcunditatis & frequentiæ gentium Septentrionis in Europa, & earundem migrationum, ex Chron. MS. 474
Genua olim Janua dicta. 671
Georgius Iberus. 570
Georgius Podiebracius Rex Bohemiæ, egregius Huſſitarum Dux & defenſor. 1013. Ungaris reddit Matthiam Hunniadem. 1014. ejus obitus, & filii. *ibid.*
✱ in Germania pacis turbatæ, graviſſimorumque bellorum origo. 90
Germania triumfata, non victa. 149
Germaniæ & Sarmatiæ pene omnis conjuratio contra Romanos. 198
Germaniæ Principes conſtanter ſe Clementis *VI* Papæ ſuperbis poſtularis opponunt. 863. Germania poſt Ludovici Imp. exceſſum mirè turbata. *ibid.* varii inibi motus. 865. ingens in Germania tumultus. 904
Germanicæ in Ripuaria Francorum lege linguæ aperta exſtant veſtigia. 450. ſicut & in Salica. 451
de Germanorum nominis origine conjectura. 70
Germanorum veterum per aquam & ignem eorum qui accuſabantur mirum examen. 584
Getæ ac Gothi iidem. 218
Gibellinorum & Guelphorum in Italia factionis origo. 688, 770

Gildonicum bellum. 313
Giſelbertus Lotharingiæ Dux opponit ſeſe Othoni Magno Imp. 563
* Glaſgoæ in Scotia Synodus adverſus Epiſcopos & cogitur & pronunciat. 98
Gloſſaria duo MSS. Latino-Francica. 451, vetuſtiſſimum Gloſſarium Latino-Francicum ſcriptum Caroli M. temporibus, ex vetuſtiſſimis membranis MSS. deſcriptum. 452. & ſeqq. Alterum ejuſdem ævi. 457. & ſeqq.
Gnoſtici hæretici. 154. Borboritæ dicti, & quare. 196
Godefridus Bulionæus. 625. Dux expeditionis in Terram ſanctam. 649. res ab eo geſtæ. ibid.
Gœſleri in Helvetia præfecti inſignis nec ferenda ſuperbia. 815
Gordiani duo Impp. 215
Gordianus Imp. ibid.
Gormonis, Daniæ regis, irruptiones. 561
Gothi bellum inferunt Romanis. 216. Gothorum veterum origo & ſedes. ibid. Qui Gothos & Getas ejuſdem originis negant eſſe, refelluntur. 217. Iidem & Scythæ dicti. 218. Getæ vel Gothi quare Thraciæ populi à quibuſdam veterum dicantur. 219. De Gothorum Getarumque ſermone & lingua iiſdem. 220. De eorundem iiſdem moribus & inſtitutis. 221. & ſeq. Sermo veterum Gothorum haud diſſimilis Germanico. 225. Bellum contra Gothos. 333. Gothi dedunt ſeſe Romanis ibid. Gothorum ſedes in Gallia Narbonenſi. 342. in Hiſpaniam irrumpunt. 343. Italiam invadunt. 371
Gratianus Imp. 311
Græcarum Eccleſiarum Antiſtites repudiant concordiam cum Eccleſia Romana. 796
Græci in Italia reſtituunt Græcarum literarum ſtudia. 900
Græcorum fidei Chriſtianæ confeſſio exhibita Mahometi II. 975. & ſeqq.
Gregorius IX Papa moritur. 771
Gregorius Magnus non vult Univerſalis Epiſcopus appellari. 394 Epiſtola ejus de converſione gentis Anglorum. 395. inſignis ejuſdem modeſtia. 396. Falſa Epiſtolæ Gregorii inſcriptio notatur. ibid.
Gregorius V. Papa. 570, & 572
Gregorius VII. Papa minatus excommunicationem mandat Henrici IV. Imp. exturbationem. 624. per edictum Imper. abrogat poteſtatem conferendi Epiſcopatus ibid. Rodolpho Suevorum Duci mittit coronam imperialem. ibid. profugus moritur. 625
Gregorius XI. Papa Avenione ex Gallia Romam redit, eique ſedem Pontificiam tandem reddit. 870
* Grevelinga à Gallis capta. 103
Guilielmus Hollandiæ Comes. 788. ejus interitus 789
* Guilielmo Naſſavio, Principi Arauſionenſi, oblatæ à Rege Hiſpaniarum rerum feliciter in Belgio pro libertate populi gerendarum occaſiones. 79. idem, immiſſo percuſſore, occiditur. 87
Guilielmus Nothus Normanniæ Princeps jure victoriæ Angliam occupat. 626. Angliam ſapienter ordinat. 634. & ſeqq. Quare Conqueſtor dictus 638. Ejus juramentum quo ſe Anglis obſtrinxit. 639
Guilielmi Occam elogium. 848. magnificum ejuſdem pro Imp. & Imperii majeſtate contraque Papæ tyrannidem & conſtantiſſimum reſponſum. 854
* Guiſiorum in Gallia factionis origo. 79. eorum conjuratio factioque in Gallia. 88
Gunaicocratia in Oriente. 612
Guntherus Suartſenburgenſis à quibuſdam Cæſar ſalutatur. 861. & ſeq.
Guſtavi Adolfi Ducis Megapolitani elogium. 865
* Guſtavus Adolfus regio Suedorum ſceptro donatur; & ejus elogium 92. in Pomeraniam cum exercitu navigaturus,

tutus, afflictis Germaniæ Principibus evocatus invitatuſque opem offert. 95. ejus longè lateque victoris in prœlio ad Lutzam exceſſus. 97

H.

HAdriani Junii teſtimonium pro Hollandis, de primis Typographicæ artis initiis. 917. *& ſeqq.*
Hadrianus, *vide* Ælius Hadrianus.
Hæreſes contra divinitatem Chriſti. 152.
Contra humanitatem Chriſti. 153
Hæreſion prima in Eccleſia origo. 117.
Hæreſion Catalogus. 156
Haraldus Dan. R. religionē Chriſtia. amplectitur, perſuadente Anſchario. 467
Haroldus Danorum Dux fit Chriſtianus. 564.
Hebion hæreticus. 152
Hebræorum tempora ab Hæbræis in literas relata. 142. regnum Hebræorum ſciſſum. 143. Poſtrema tempora Hebræorum primum ab initio Mathatiæ Aſmonæi, deinde a dignitate regia reſumpta, ad excidium Hieroſolymæ alterum, ſub Veſpaſiano Imper. expoſita latius. 144
Hegira 398 Annus Hegiræ. 403
Helcheſaitarum error. 215
Heliogabalus, *vide* Antonius Heliogabalus.
Helvetiæ primi liberatores. 815. *& ſeqq.*
* Helvetii electionem Franciſci Regis omnino diſſuadent. 14
ab Helvetiis res pro libertate geſtæ, & hujus aſſertæ manentiſque adhuc hodie origo. 810. *& ſeqq.*
Helvetiorum celeberrimæ Reipub. incrementa. 1067. *& ſeq.*
Henricus, Angliæ Rex, Galliæ Regni hæres ſcribitur. 944
Henricus Anglorum Rex graviter in clericos & eorum ambitionem invehitur. 731. *& ſeqq.*
Henricus Auceps Imp. 562
* Henricus Borbonius ſceptro Gallico donatur. 88. Romanæ Eccleſiæ ſacris ſe dedit. 89. vaſtæ ejus deſtinationes & exceſſus. 91. Ei, inſigni Ravaillaci cujuſdam ſcelere è medio ſublato, filius Ludovicus *XIII* ſuccedit. 91
Henricus Cæſar primus Suevorum Siciliæ regnum adiit. 600
Henricus frater Othonis Magni Imp. captivus jungit ſeſe Eberhardo & Gilelberto. 563. ipſe cum ſociis in fugam conjicitur. 564. recipitur in gratiam. *ibid.*
Henricus Hezelo. 568
Henricus *II*, Imperator. 581
Henricus *III*, Niger Imp. 613. Bella ab eo geſta. *ibid. & ſeq.*
Henricus *IV*, Imp. 613. varia ejus fortuna ac bella, eorumque origines. 623. ejus vitia *ibid.* excidit Imperio. 624. Ejus bellum cum Rodolpho Suevo. 625. contra Papam. *ibid.* Ejus filii in ipſum excitantur. *ibid.* ab Henrico V. filio inſtinctu Papæ Paſchalis *II*, in extremas anguſtias redigitur. 626. Ejus miſerabilis exitus, & inſigne elogium. *ibid.* Ejus exceſſus. 653. Ejuſdem epiſtolæ de Pontificis Rom. tyrannide. *ibid. & ſeqq.* Ejus literæ & juſtæ de filio querelæ. 657. *& ſeqq.* Ejus in ordinandâ emendandaque Germanici Imperii Repub. ſtudium ſingulare. 662
Henricus Thuringiæ & Haſſiæ Landgravius Imp. 771
Henricus V. Imp. 668. Ejus impietas in patrem, & hujus hac de re querela. *ibid. & ſeqq.* Romanorum Pontif. in eum perfidia. 669. Bellum Saxonicum infeliciter gerit. 670. Papam Gelaſium Roma expellit. *ibid.* a Calixto Papa anathemate percutitur. *ibid.* Pacis Imperio reddendæ gratia plurima de Imperatorio jure remittit. *ibid.* Bellum ejus Polonicum. 683. Ejus exceſſus. *ibid.*
Henricus *VI*, Imp. 748. res ab eo geſtæ. 749. bellum ejus ſacrum. *ibid.*
Henricus *VII*, Lucelburgenſis Imp. 823.

veneno è medio tollitur. ibid.
Henricus *VII.* Rex Angliæ. 1015
* Henrici *VIII.* Angliæ Regis exceſſus. 69. Ille, Eccleſiæ Anglicanæ caput, repudiato Papa Romano, ſe jubet appellari. ibid.
Heraclius Imp. 395. negotium ejus cum Perſis. 404. perverſum ejuſdem conſilium, & deſidia. 405. Contumelia afficit Arabes, qui ſe jungunt Muhammedi. 405. Bellum *Heraclii* contra Coſroëm *Perſam*. 408. Ejus matrimonium cum fratris filia. ibid.
Hercinia ſylva, olim vaſtiſſima, qua occaſione decreverit. 175
Herennianus Tyrannus. 248
Hermannus Dux Lucelburgicus creatur Imp. contra *Henricum IV*, Imp. 625
Hermin quid ſignificet veteribus Germanis. 69
Herodes Rex Iudæorum anxius, intellecta Chriſti nativitate. 65. ejus exceſſus. 67
Herodes Tyrannus. 243
Hieronymi error. 122. ejus judicium de Origene. 213
Hieroſolyma quomodo oppugnata, capta, & everſa 128. quando capta. 134. templum flamma abſumtum. 135. Quæ eximia præ cæteris oppidis habuerit *Hieroſolyma*. ibid. mentio captæ *Hieroſolymæ* in lapidis antiqui inſcriptione. 141. *Hieroſolyma* Ælia appellata. 191. Omnia urbis *Hieroſolymæ* & templi veſtigia deleta. 193. capta à Chriſtianis. 649
Hieroſolymitani Chriſtianorum regni reliquiæ penitus deletæ. 806. Ejus cladis accuratior hiſtoria. ibid
Hieroſolymitanorum Regũ ſyllabus. 650
Hildebrandi Pontificis facinus. 663. Ejus impia & deteſtata dogmata de Pont. Rom. auctoritate. ibid.
Hippo obſidetur, & *Hipponenſis* Epiſcopus Auguſtinus moritur. 348
* Hiſpanorum in celebrioribus Belgii, quod Fœderatum vocant, ditionibus imperii occaſus & finis. 87
Hiſpanorum in Sicilia regni origo. 805
de Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus quibuſdam judicium. 157
Hiſtoricorũ vulgatium, Ludovicos Impp. confundentium, errores notantur. 482, 589. *Hiſtoricorum* vulgus notatur. 829, 887
Hiſtria & Dalmatia Venetorum imperio ſubjiciuntur. 579. *& ſeq.*
Hoexiorum & Cabeljaviorum in *Hollandia* Zelandiaque origo. 937. *& ſeqq.*
Hollandiæ Comitum comitatuſque origo. 789. *& ſeqq.*
in Hollandia magni terroris motus & factiones. 938. *& ſeqq.* inundatio. 939
Hollandis prima nobiliſſimæ artis Typographicæ initia aſſeruntur. 946 *& ſeqq.*
Hominum immolationes ab *Hadriano* ſublatæ. 187
Honorius *III*, Papa. 768. Ejus perfidia ibid. Ei ſe maſculè opponit Imp. ibid. Cremonenſia Comitia à Frederico Imp. inſtituta improbat. 769
Honorius Imp. 313. Stiliconis filiam uxorem ſibi legit. 323. *Honorii* impar animus aut cura. 324. ſub eo mira rerũ in Romano imperio perturbatio. 325
Hugo *Pariſiorum* Comes fruſtra affectat Galliæ regnum. 564
Hulderici Epiſcopi Auguſtenſis Epiſtola, qua damnat imperatum Clero cœlibatum. 490. *& ſeqq.*
Humiliatorum, Minorum, & Prædicatorum fratrum origo. 709
* Hungariæ & Bohemiæ regna Auſtriacis oblata. 54
Hungarorum irruptio in Italiam. 507. eorundem irruptio alia in Italiam. 509. Aventino Ugri dicuntur. 804
Hunnorum migratio in Pannoniam, & *Hungarorum* ex iis origo. 309
Huſſiticum bellum. 917. Huſſitarum Dux Iohannes Ziſca. 919. inſignes

eorum clades qui in Huſſitas arma moverunt, eorumque copiæ quinquies ad internecionem magnis prœliis in Bohemia deletæ. 920
Huſſitis integer uſus S. Cœnæ conceditur, & ſic utcunque placantur. 936. bello civili mox inter ſe commiſſi & attriti in gratiam cum Sigiſmundo Imp. redeunt. *ibid.*
* Hybernia regni titulo à Papa donatur. 78. inſignis ibi rerum mutatio. 107
Hyberniæ Regnum Henrico *II*, Anglorum Regi à Pontifice donatur. 691
in Hybernia variæ rerum & principum mutationes. 735
Hydruntum à Turcis expugnatum.

I.

JAcobæ propter impar conjugium novorum motuum turbarumque in Belgio origo. 943. Jacobæ exceſſus. *ibid.*
*Iacobus Rex Scotiæ Eliſabethę Anglę Reginæ ſuccedit. 90. atrociſſima adverſus eum & regnatricem in Anglia domum conjuratio. *ibid.*
Jacuppus Rex Perſarum. 1012
Jagello Lituaniæ Dux, Lituanos Chriſtiana religione imbuendos curat & Rex Poloniæ creatur. 888
Jani Iuſtiniani Liguris egregia virtus. 971
Jazyges veterum qui. 176
Ibrahim Sultano Morath, fratri, in Imperio Turcarum ſuccedit. 101
* Iconoclaſtæ in Belgio. 80
* Ieſuitarum Societatis origo. 60. Ieſuitæ excedere Gallia jubentur. 89
Illyrici magna pars Rhaxa appellatur hodie, & quare. 310
Imagines Tertulliani ævo non receptas fuiſſe Eccleſiis oſtenditur. 205. Reſpondetur objectioni de Serpente æneo. 206
Immolationes hominum ab Hadriano ſublatæ. 187
Imperatorum Suevicorum finis. 788
in Imperio mira rerum confuſio ac perturbatio. 756. Interregnum & res in eo confuſæ ac turbatæ. 787. Imperii bona in Italia quomodo & quâ occaſione alienata. 800. Interregnum. 825. tres ſimul Imperatores. 904
Imperium Romanum à Barbaris contemtum. 149. limes ejus in Oriente fit Tigris. 174. in Occidente ultra Danubium extenditur, Daciâ occupatâ. *ibid.* de limitibus imperii Romani diverſis, diſſertatiuncula. 188. Imperii Romani nova adminiſtratio ſub Conſtantino. 292. ejuſdem nova diſpoſitio. 297. *& ſeqq.* Imperii Romanorum in Occidente finis cum fine Theodoſii. 330. ex neglecto etiam prudentiſſimo Conſilio Auguſti. 351
Indictionum Conſtantinianarum initium. 267
Indorum legatorum ad Cæſarem adventus; & qualis tunc eorum Reſpublica. 200
* Induciæ belli Belgici annorum XII. 90
* Induciæ Polonos inter Suedoſque; & earum leges. 95
Indulgentiæ venales circumferuntur, quibus Lutherus magno animo & auſu ſe opponit. 1049
Ingeniorum illuſtrium uberrimus proventus. 953. 1030
Ingenuus Tyrannus. 237
Innocentii *III*, Papæ decretum de expeditione in Aſiam. 768. ejus obitus. *ibid.*
Innocentius *IV*, Papa. 771. Ejus inſtinctu Fridericus movetur imperio. *ibid.*
Inquiſitionis cauſa religionis inſtitutæ cunabula. 757. Patrum inquiſitorum origo & incrementa. 758. *& ſeqq.*
Inſcriptio ſuperba, quæ Romæ in Bibliotheca Vaticana legitur. 933
Ioachimi Abbatis errores damnantur. 772
Ioanna, puella ruſtica, Galliæ liberatrix, Gallorum imperio Anglos mira virtute & felicitate exuit. 946. mox ab Anglis

capta ad rogi ſupplicium damnatur. *ibid.*
Ioanna ſoror Ladiſlai, Regis Neapolitani, hæreditate adipiſcitur regnum Neapolitanum. 1016. Alphonſum Ferdinandi Caſtellæ regis filium adoptat, quem deinde mox repudiat. 1017. eadem adoptat filium Ludovici Andegavenſis. *ibid.*
de Ioanne Baptiſta, & ejus inſtituto, diſſertatio. 74. Monachorum pater malè dicitur. 83
* Ioannes Auſtriacus Belgio præficitur. 85
Iohannes de Bregna lenit diſſidium inter Fridericum Imp. & Honorium Papam. 769
Ioannes Hunniades feliciter pugnat contra Turcas. 963. ejus obitus. 966, 1013. egregiam de Turcis victoriam reportat. 991. regni Hungarici adminiſtrator. 1012. obſcuro genere natus. *ibid.* dictus Turcarum domitor. 1012. ejus filii. 1013
Ioannes Hus, & Hieronymus Pragenſis corruptæ & ambitioſe diſſidenti Eccleſiæ Romanæ ſe opponunt. 904. Eorum acta & finis. 912. *& ſeqq.* In excipiendo ignis ſupplicio admiranda eorum conſtantia. 915
de Ioanne *VIII*, ſive fabula, ſive hiſtoria. 475. de eadem judicium. 476
Ioannes moritur ultimus Apoſtolorum. 165
Ioannes Schildbergerus poſtliminio in patriam reverſus, Tametlanis & Turcæ prœlium ſcripſit. 850
Iohannes Wiclefus Anglus acriter oppugnat Eccleſiam Romanam. 884. dogmata in Conſtantienſi concilio ipſi tributa ac damnata. *ibid. & ſeq.*
Ioannes *XIII* Papa. 566
Iohannes *XXII* Papa Ludovico Imp. quovis molimine, conatu, ac ſcelere ſe opponit. 826. eum hæreſios accuſant Theologi Pariſienſes. 827. Ejuſdem impietas dum divina omnia & humana permiſcet fœde ac confundit. *ibid.* Ejuſdem immanis nocendi, turbandi omnia ac movendi libido. 828. Dux Poloniæ ab eodem Regio titulo donatur. *ibid.* Bullas adverſus Cæſarem edit. 829. *& ſeq.* Pontificatu exuitur. 841
Iohannes *XXIII* Papa Martino *V*, ſucceſſori ſuo venditur, venditusque è medio tollitur. 917. ejuſdem de adverſa ſibi ac novercante fortuna querela. *ibid.*
Iohannes Zimiſce. 568
Iohannes Ziſca Huſſitarum Dux. 919
* Ioannis Armandi, Cardinalis, Ducis Richelii, exceſſus. 102
* Ioannis Leidenſis, Hollandi, opificio ſartoris, regni origo & finis. 56. *& ſeqq.*
Iohannis *XII* Papæ perfidia. 566. eſt profugus. *ibid.* revocatus turpi venere extinguitur, cui ſuccedit quidam Benedictus. *ibid.*
Iovinianus Imp. 308. imminuit Imperium. *ibid.*
Irene & Conſtantinus Imp. 428
Irnerii JC. induſtria. 687
Iſlandia quando, quomodo, & à quibus inventa primum ac habitata. 483. *& ſeqq.* Ex Norwagia in eam miſſæ coloniæ. 486. *& ſeqq.*
Iſmaël Sophy Perſiæ Imperium invadit. 1072
Italiæ Reges. 370. ingentes in Italia motus. 414. Iterum magni terroris in eadem motus. 470. Italia alienum dedignata Imperium ſuos ſibi reges legit, & ab Imperio divellitur. 503. *& ſeq.* alii motus ibidem. 538
Itinerum in Oriente factorum Scriptores falſi arguuntur. 194
Jubileum multis fatale. 958. reducitur ad annum xxv. 959
Judæi quare adventum Meſſiæ in Chriſto non crediderint. 31. Tres, cum naſceretur Dominus, ſectæ, & ignorantia

Judæorum. *ibid.* Clavis cognitionis quaſi ablata Judæis. 33. Judæi ipſorum Judæorum teſtimonio refelluntur. 34. eorum contumacia, & veniſſe Meſſiam oſtenditur. 35. Sceptrum Judæ ſupereſſe ſibi volunt; nec ſupereſſe oſtenditur. 37. Ritus obſervati ab illis in creando Capite Exulum in Oriente. 41
Judæis Euangelium eſt ſcandalum. 110. de Judæorum origine, exilio, ritibus, circumciſione, religione. &c. 129. *& ſeqq.*
Judæi lepræ obnoxii. 138. cauſa quare præ cæteris animantibus ſuem fugiant. *ibid.* Bacchum colere à Paganis dicti ſunt; & quare. 139. inter Chriſtianos O litera notati, & quare. 140. incomparabilis Judæorum arrogantia. 141. Inſignes in Judæorum Republ. mutationes. 146. Motus Judæorum adverſus Romanos. 192. Cauſæ illius motus. 194. *& ſeq.* Judæi conſcribendi Talmudis initium quando fecerint. 208. *& ſeq.* Judæorum blaſphemia notatur. 211. Judæi à Muhammede cæduntur. 405
Judaicarum rerum & originum magna ignorantia in Tacito notata. 136. Judaicarum rerum finis. 144. Judaicæ res penitus exſtinctæ, & everſæ. 192
in Judaicis rebus ingens confuſio, & vaſtitas, & diſtractio. 136
Judas, cognomento Gaulonites, auctor motuum inter Judæos. 74
Judocus Brandeburgenſis nonnullorum ſuffragio ad imperii faſtigium evehitur. 904. à nonnullis Cæſar ſalutatus, moritur. *ibid.*
Julianus Imp. 307. clauſa Idolorum templa aperit. *ibid.* Stirps Conſtantini M. in eo deficit. *ibid.* judicium ejus de Chriſtianis. *ibid.*
Julius *II*, Pontifex movet bellum contra Ludovicum *XII*, Galliæ Regem. 1036. exturbare Gallos Italia conatur. 1060
Jurandi formulæ, quas Deo tribuit Muhammed. 399
Jurenſis Burgundiæ regni primordia. 515
Juriſconſultorum diverſæ ſententiæ & ſectæ. 379. immane iis majuſque indies ſtudium diſſentiendi. *ibid.*
Juriſprudentia Romana & Ulpianus florent. 214
Jus eligendi Imperatorem penes ſolos Germanos. 571
Jus noviſſimum Juſtiniani. 378
Jus Prætorium. *ibid.*
Jus Romanum Juſtiniani juſſu digeſtum. 376. Series ac ordo digeſti juris Romani. 377. *& ſeqq.* Inſtitutiones juris Romani ſcribuntur, totius compendium. 383. Codex repetitæ prælectionis. *ibid.* Novellæ ſive Authenticæ. *ibid.*
Juſtinianus Imp. 374. Honos optimè & ut oportet reſtituti digeſtique tandem juris Romani Juſtiniano debetur. 377. Hiſtoria digeſti ſub eo juris Romani. 382. Bellum Perſicum gerendum Beliſario mandat. 384. Motus Orientis pace inter Romanos & Perſas facta compoſiti. 393
Juſtinianus *II*, Imp. 410. Anceps & varia ejus fortuna. *ibid.* in hoc ſtirps *Heraclii* deficit. 411
Juſtinus Imp. 373. Procopii de eo judicium. *ibid.* fuit ἀναλφάβητος. 374
Juſtinus *II*, Imp. 394

K.

Kabbalah Judæorum. 209
Karaim Judæorum qui dicantur. 210
Kenethi Scotorum Regis leges antiquiſſimæ. 477

L.

Labarum veterum Romanorum, & Conſtantini quale fuerit. 270. Aquilis ſublatis labarum ſignum militare ſuccedit. 271
Ladiſlaus Hunniades ob cædem in Ulrico

Ciliano patratam capite plectitur. 1013
Ladiſlaus Polonus, Jagellonis filius, Ungariæ Rex. 1012
Ladiſlaus Poſthumus Ungariæ Rex 1012. in ipſo nuptiarum apparatu moritur. 1013
* Lælius Socinus, Fauſti patruus, Serveti diſcipulus; & ejus vita. 70. & ſeq. Tiguri moritur. 7.. de eo Theodori Bezæ judicium. ibid.
* Laniena Pariſienſis. 80
Laurentii Vallæ, humaniorum elegantiorumque literarum reſtauratoris, inſignia merita & elogium. 953. & ſeq. de recepta Theologia emendanda cogitat, eaque de cauſa in ultimum prope diſcrimen adducitur. 955. & ſeq.
Lazius notatur. 515
Legati Cæſarei narratio de motibus inter Impp. Henricos IV, & V, & Pontif. Rom. 670 & ſeqq.
* Legatorum Galliæ pro Franciſco Rege ad Electores Oratio. 11
Leges turbulentæ à Pont. Rom. latæ. 672
Legionis & Caſtellæ in Hiſpania Regum tempora. 539
Legum vetuſtiſſimarum auſteritas, & difficultas. 378
Leo Imp. 373
Leo III, Imp. 413
Leo IV, Imp. 428
Leo Philoſophus Imp. Orientis. 534
Leo VIII, Papa. 566
Leo X, Papa contra Sfortiam. 10 6. * electionem Franciſci Regis diſſuadet. 14
Leonis Papæ verba de prima origine hæreticorum, à quibus Chriſti perſona oppugnata eſt. 155. Ejus de hæreſi Arianâ judicium. 28 . item de Neſtoriana & Eutychiana hæreſi. 345
Leo Pontifex impetrat pacem Italiæ ab Attila. 361
Lex de eligendo Pontifice lata. 706
Lex Salica. 341. ejus auctores. 344
* Liber INTERIM dictus, quando ſcriptus. 69
Lilia, quibus Franci utuntur, unde orta. 343
* Lituania Polonis accedit. 84
Livianus Venetorum Dux triumphat ante victoriam. 1035
Livones, Æſtones, Senogalli, Sarmatici Europæ populi, ad fidem Chriſtianam convertuntur. 779. & ſeq.
* Livonia Polonis ſe dedit. 78
Locuſtarum omnia depaſcentium immenſa multitudo. 481
Lollianus Tyrannus. 235
Longobardorũ in Italia regni origo. 394. Occaſus Longobardorum imperii in Italia. 4.8
Lotharingia unde dicta. 468
Lotharius Franciæ Rex. 569
Lotharius Imp. 468. Fratrum in eum conſpirationes. ibid.
Lotharius II, Saxo Imp. 686. Ejus grave cum Conrado Suevo certamen. 687. ejus nimia in Pontificem Rom indulgentia. ibid. Romanas leges reſtituit. ibid.
Lucanus hæreticus. 154
Ludovicus Bavarus & Fridericus Auſtriacus Impp. 826
Ludovico Bavaro Iohannes XXII Papa quovis molimine, conatu, ac ſcelere ſe opponit. 826. divini humanique juris intelligentes Ludovicus conſulit. 831. Pro illo contra Papæ tyrannidem reſponſa egregia doctiſſimorum virorum. ibid. anathematis fulmine percutitur. 835. Ejus iter in Italiam & bellum contra Ioannem XXII, Papam. 839. Rex Italiæ ſalutatur. 8 0. Auguſtus Romæ. ibid. Ejuſdem literæ de abdicatione Ioannis XXII, 84 . Ejuſdem de Papæ tyrannide literæ. 94 . Inſigne ejuſdem contra Papam decretum. 844. Ei filius Ludovicus Romæ naſcitur. 845. in Germaniam revertitur. ibid. Ejuſdem diploma

quo acta Iohannis *XXII*, Papæ damnat. 848. *& ſeq.* Ejuſdem de immani Papæ Romani tyrannide graviſſima querela. 850. Provocatio ejuſdem ad totius quaſi Chriſtianiſmi Senatum. *ibid.* alii ex aliis atque magni terroris motus Imp. inter & Papam excitantur. 851. Ejuſdem exceſſus. 856. magnificum ejuſdem elogium. *ibid.* Avinionenſibus Paparum bullis pax & res Imperii eo imperante mirum in modum turbatæ. *ibid.*

Ludovicus Morus Franciſci Sfortiæ filius. 1016. eſt perfidus in fratris Galeacii filium Ioannem. *ibid.* ejus perfidiam Arragonii vindicare parant. *ibid.*

Ludovico Palatino Bojorum Principi eligendi Cæſarem poteſtas ſoli permittitur. 797. Ejus oratio ad Germaniæ proceres. *ibid.*

Ludovicus Pius Imp. 456. Paterno exemplo imprudens ſuis quoque filiis regna diſtribuit. 460 Sequuti in Italia motus. * *ibid.* quomodo ordinaverit res *Italiæ*. 461. Lotharii in patrem Ludovicum ſcelus, ut & aliorum fratrum. *ibid.* Ludovicus priori faſtigio redditur, & filiis ignoſcit *ibid.* Lotharii contumacia. *ibid.* Ludovicus Pius totus eſt in ordinandis Eccleſiæ rebus. 465

Ludovicus *II*, Imp. 478. Ludovicos duos ab Annalium auctoribus fere confundi, notatur. *ibid.* Idem Cuſpiniano obſervatum; ejuſque hac de re, geſtiſque à Ludovico rebus, verba. 479

Ludovicus *III*, Balbus Imp. 502

Ludovicus *IV*. Imp. 538. inſignis eo imperante facta conſtitutio de jure creandi imperatoris. 545

Ludovicus *XI*, Galliæ Rex, poſt obitum Caroli Burgundi, occupat Flandriam & Burgundiam. 1014. ei ſuccedit filius Carolus *VIII*. 1015. Ludovicus inſtituitur hæres regni Neapolitani. 1017

Ludovicus *XII*, Rex Galliæ. 1019. occupat Mediolanum ejecto duce Ludovico Sfortia. *ibid.* totius Inſubriæ principatum adipiſcitur. 1060

* Ludovicus *XIII*, Henrico *IV*, patri ſuccedit. 91. bellum infert Reformatis, & ſedem eorum munitiſſimam Rupellam capit. 93. ejus exceſſus. 102

* Luſitaniæ regni ad Hiſpanos tandem aliquando devoluti origo. 54. Regnatricis in ea, Hiſpano parere vi coactæ, domus mutatio. 86. Luſitania ab Hiſpano tandem deficit. 101. Regemque ſibi, Ioannem, Bragantiorum ſanguinis, legit. *ibid.*

Luſitaniæ Regum origo. 741. Forum ſyllabus. 742. *& ſeq.*

* Luſitani legationibus adeunt Europæ Principes, Hiſpanis adverſos, eorumque pacem impetrant. 101

Lutheri vita, merita & elogium. 1044. *& ſeqq.* A motibus civilibus & ſeditionibus abhorret. 1053. * in Comitiis Wormatienſibus ſtrenue cauſſam ſuam agit & tuetur. 39. *& ſeqq.* Lutheri exceſſus, & verborum ultima. 69

M.

Macedonius hæreticus. 312

Machinulæ admirandæ, in qua ſiderum curſus cum cæli ratione congruens explicatur, inventio, & deſcriptio. 1030

Macrianus *Junior* Tyrannus. 241

Macrianus Tyrannus. 240

Mæonius Tyrannus. 243

Magnentius Imp. 303

Magorum adventus. 58. quales fuerint; & non fuiſſe Reges, oſtenditur. *ibid.* Cujates fuerint. 59. fuerunt philoſophi & ſacerdotes. 60. An magi Orientis gentium nomine legatione ad Chriſtum functi fuerint, quæritur. 61

Mahometes *II*. 965. parricida, avarus, ſed bello felix. 966. capta Conſtantinopoli, Imperium Orientale ad ſe transfert. *ibid.* Belgradum infeliciter oppugnat. *ibid.* bellum inter ipſum &

Uſumcaſſanum Perſam *ibid.* ejus belli præcipua cauſa. 100 . Eubœam Veneris eripit. 967. ejus obitus ex colicis doloribus. *ibid.* Comnenam familiam extinguit. 1003. Ciliciam occupat *ibid.* Catalufios delet. *ibid.* ejus obitus & ingenium. 1004. ejus victoria adverſus Pitametum. 1008
Majorum Domus inter Francos munus, dignitas, & potentia. 438. Eorum potentiæ inter Francos initium. 439. Nominis Majorum Domus vera origo. 440
* Mamerani rerum à Carolo V, geſtarum breviarium. 27. *& ſeqq.* ejuſdem Stratagema, & inſignis animi ac conſtantiæ, in inſigni Cæſareorum trepidatione, magnitudo, qui res ipſe à ſe geſtas ſic deſcripſit. 34. *& ſeq.*
Mamluchorum, qui tandem imperium invaſerunt in Ægypto, initia, & nominis ſignificatio ac origo. 754. *& ſeq.* eorumdem in Ægypto imperii finis. 1071
Mammea, Severi mater, Origenem ad ſe allexit. 213
Manes hæreticus, à quo Manichæi, & ejus Apoſtoli. 258. Dogmatum & mendaciorum Manichæorum monſtra, & flagitioſa vita. 259
Manfredus Friderici Imp. filius nothus doloſe agit. 787. contra eum Urbanus *IV*, Papa excitat Carolum Andegavenſem, qui illum acie vincit. *ibid.* adulter. *ibid.* Ejus mors. *ibid.*
Manichæorum inſidiæ & artes. 259. non doctrina tantum ſed & vita corruptiſſimi. 260
* Maphæus Barbarinus, Urbanus *VIII*, dictus, Papa Romæ creatur. 04
Marchia & Marchio, quid Germanis ſignificent. 562. Marchiarum Brandeburgenſis, Miſnenſis, Luſaticæ, & Auſtriæ origo. 562
Marcion hæreticus. 154, 197
Marcomanicum bellum. *ibid.*
Marcomanorum ſuperatorum gloria penes Chriſtianos. 198
Marcus hæreticus. 154
Margareta Maximiliani *II*, Imp. filia connubiis infelix. 1037
Mariangeli Accurſii Itali teſtimonium, de primis artis Typographicæ initiis. 951. *& ſeqq.*
Marius Tyrannus. 266
Marochi & Feſſæ in Mauritania Regum tempora. 618 *& ſeqq.*
Marochi & Feſſæ brevis deſcriptio 619. Marochi decrementum. 620
Martianus Imp. 369
Matrimonii voluptas omnibus olim, etiam Clericis, permiſſa. 204
* Matthias Archidux Auſtriæ Belgio præficitur. 85
* Matthias Auſtriacus Imp. 92
Matthias Hunniades recuperat à Mahomete regnum Boſnenſe. 966. in vinculis tenetur. 1013. ex carcere evehitur ad regnum Ungariæ. *ibid.* contra ipſum Rex Ungariæ eligitur Frider. Imper. inde bellum *ibid.* ejus obitus. *ibid.* inſtinctu Papæ in Podiebracium ingratus eſt. 1014
* Maulbrunnenſe colloquium Theologicum de re Sacramentaria. 80
* Mauri Hiſpania expelluntur. 86, 92
Mauritius Imp. 394
Maximianus Herculeus Imp. 262. deponit imperium. *ibid.*
* Maximilianus, Bavariæ Dux, Electorali Palatina ad Rhenum dignitate donatur. 94
Maximilianus I, Auſtriacus Imp. 1032. ejus balbuties converſa in facundiam. *ibid.* ejus conjux Maria Burgunda. *ibid.* altera conjux Blanca. 1033. Rex Romanorum. *ibid.* ejus vita privata. *ibid.* bellum inter eum & Ludovicum *XI*, Galliæ regem, quod firmatur matrimonio. *ibid.* Maximiliani fortuna mutatur. *ibid.* Brugis captus, à patre liberatur. 1034. eripitur ipſi ſponſa Anna

Britannica. *ibid.* ejus Imperium. *ibid.* Italica bella ei infelicia. *ibid.* Helveticum bellum eidem adverſum. *ibid.* ejus bellum Bavaricum. 1035. contra Venetos *ibid.* Maximiliani obitus. 1037. terum ab eo geſtarum breviarium. 1038. & *ſeqq.*
* Maximilianus II, Ferdinandi I, filius Auſtriacus Imp. 79
Maximiliani Imper. de alienatis in Italia imperii bonis querela. 800
Maximinus Thrax Imp. 215. occiditur. *ibid.*
Maximus affectat imperium, & juſſu Theodoſii occiditur. 311
* Medicæos Principes Florentini ejiciunt. 54. iidem in Florentino Principatu reſtituuntur. 55
Medina Alnabi. 393
de Mediolanenſi Ducatu contentiones. 1015. * ad Auſtriacos tranſit. 60
Mediolanenſium rebellio Fredericum I, Imp. in Italiam trahit. 689. eorum pœnitentia. *ibid.* redeunt ad ingenium. *ibid.* varia eorum fortuna & varii Principes. 729 & *ſeq.* à Rege Galliarum, à quo d feceiant, veniam ſupplices petunt. 1061. Nullam ſibi rebellandi juſtam cauſam fuiſſe ipſi fatentur. 1062. eorum ſupplicum ad Chriſtianiſſimi Galliarum Regis legatum Oratio. *ibid.* & *ſeqq.* ad eam reſponſum. 1063 & *ſeqq.*
Mediolanum capitur. 369 ejus excidium. 689. ejus inſtauratio. *ibid.* 729
Megalopolitanorum in Germania Ducum origo. 865
* Melitenſium Equeſtris ordinis origo. 53
Menander emendatus. 190
Meſſiæ adventus nullis minus notus fuit, cum advenit, quam Judæis; & quare. 27
Meſſiam veniſſe oſtenditur. 35. Meſſiæ adventus ipſo Talmudiſtarum teſtimonio confirmatur. 89
Michaëlis Longini de jure creat di Imperatoris plena falſi & adulationis diſſertatio. 546. & *ſeqq* refellitur. *ibid.*
Michaël Palæologus. 791. eum Græcæ Eccleſiæ odio habent. 792
Michaëlis Tonſi pro Mediolanenſibus Oratio. 1061. & *ſeqq.*
Miracula ab Apoſtolis edita. 109
* Moguntini Electoris de eligendo Imperatore Oratio. 4. & *ſeqq.* ejuſdem altera de eligendo Imperatore Oratio graviſſima. 15. & *ſeqq.*
Monachalium hodie inſtitutorum ſtultæ & ridiculæ origines ac rationes. 77
Monachorum inſtitutum ortum ab Eſſenis. 33, 78. horum benificio ſerico hodie in Europa veſtimur. 376
Monarchiam in Anglia quis conſtituerit. 368
* Monaſterii de Europæ pace agitur. 105
Monotheliratum hæreſis. 408
* Mons ſubito naſci viſus. 66
Montanus hæreticus. 196
Motus in Italia ingentes. 414. alii motus ibidem. 538
Motuum inter Henricum *IV.* Imp. & Pontif. Rom. veræ cauſæ. 661. per eos auctoritati Pont. plurimum detractum. *ibid.*
Muhammedis & Muhammedani imperii exordia. 397 Muhāmedes relicta Mecca in exilium abit *ibid.* Jetnbi, quæ Medina dein dicta eſt, ſedem figit. *ibid.* Obſervatio diei Veneris. 398. cultus ſtellæ matutinæ. *ibid.* Fabulæ de ſtellæ matutinæ origine. *ibid.* Cur Muhammed ſuis ſectatoribus negaverit vini uſum. *ibid.* Angeli ebrii & ſalaces. 399. Cenſura præcedentium nugarum. *ibid.* Formulæ jurandi, quas Deo tribuit Muhammed. *ibid.* Muhammedis educatio. 401. venditus. *ibid.* mores ejus & ingenium. 402. ejus matrimonium. *ibid.* Comitiali morbo laborat. *ibid.* Secundum ejus matrimonium. 403. Vatem ſe & Dei nuncium jactat, ac nova docet. *ibid.* Rerum Muhammedis incrementa. 403.

decem Duces creat Muhammedes. 404. Meccam capit. 406. Iudæos cędit. *ibid.* Arabiam omnem occupat. *ibid.* Idem quatuor Duces creat. 407. Obitus Muhammedis. *ibid.*
* Muntzerianorum motuum, ſive Anabaptiſtarum, in Germania origo. 54
Mutatio rerum, legum, & linguæ in Britannia inſignis. 368
* Mutatio rerum inſignis in Anglia, Scotia, & Hibernia. 107

N.

Narentanorum excidium. 581
Navarreni regni in Hiſpania tempora. 541
Neapolitanum regnum hæreditate adipiſcitur Joanna ſoror Ladiſlai, Regis Neapolitani. 1016. ejuſdem hæres inſtituitur Ludovic *XI*, Galliæ Rex. 1017. idem regnum transfertur ad Ferdinandum Catholicum Hiſpanum. 1009
* Neapolitani motus graviſſimi contra Hiſpanos, auctore inprimis ac Duce Aniello quodam, piſcatore, origo ac finis. 103. *& ſeq.*
Nero Imp. *vide* Domitius Nero.
Nerva Coccejus Imp. 157. Beatiſſimi ſub eo ſæculi exortus. *ibid.*
Nerva Trajanus Imp. 160. auget felicitatem imperii, & OPTIMUS appellatur. *ibid.* libertos coërcet. 161. novo ſupplicii genere in delatores animadvertit. 162. Pacem foro ac judiciis reddit. 163. bonas artes, earumque magiſtros reſtituit, ac habet liberaliter. 164 Magni ſub eo viri inclaruere, Tacitus & alii. *ibid.* Trajanus de omnium hominum genere meritiſſimus dicitur. 165. ejus de excutiendis Chriſtianorũ cauſis judicium. 169. Daciam provinciam facit. 176. Dacicus appellatus. 183
Neſtorius hæreticus. 344
Nicolai *IV.* Papæ ſepulchro inſcriptum elogium. 796
Nicolai Papæ conſtitutio de Cleri cœlibatu. 490. Ei ſe opponit Huldericus, Epiſcopus Auguſtenſis. *ibid.* Hujus ea de re Epiſtola. *ibid.*
Nicolaitarum hæreſis, & qualis ea fuerit. 125
Nicolaus V, Papa literarum & literatorum fautor eximius. 958
Normannorum migratio, & qui ita dicti. 474. Normannis ſedes datur in Gallia. 502. Eorum nominis origo. *ibid.* Eorum coloniæ in Apulia & Calabria. 584. Ex Gallia profectorum imperii in Apulia, Calabria, & Sicilia origo, duratio & occaſus. 584. *& ſeqq.*
Normannorum Principum regni initia in Anglia ac origo. 626. *& ſeqq.*
ex Norwagia miſſæ in Iſlandiam coloniæ. 486. *& ſeqq.*
Norwagiæ regnum Preſbyter Suerus invadit. 743. *& ſeqq.*
Norwagorum mos in novis ſedibus quærendis. 488
Notarii Eccleſiæ Romanæ à quo inſtituti. 167
ad Novas inſulas, Novumque quaſi orbem itinera ac viæ, navigantium Hiſpanorum induſtria & felicitate, Europæis aperiuntur. 1018
Novatus hæreticus. 232

O.

Oatazenorum Regum in Africa origo. 620
Obſervatio diei Veneris. 398
Occidentis imperium ad Saxones tranſlatum. 656. Occidentis imperium triceps, tribus illud ſibi vindicantibus. 503
Odenatus Tyrannus 242
O litera Judæi inter Chriſtianos notati; & quare. 140
Oldeburgi origo. 562
Onuphrius notatur. 367. iterum notatur. 528
Opilius Macrinus Imp. 211
Oracula de Regis Meſſiæ adventu edita, cognita Romanis aliiſque exhibentur, & explicantur. 26 Oraculum Julio Maratho memoratum. 27. De Chriſto

accipiendum eſſe oſtenditur. *ibid.* nota & celebrata circa natalis Chriſti tempora Judæis Romaniſque Oracula de Rege, qui ex Judæa profectu rerum ubique potiretur. 42. Tito & Veſpaſiano tributa ea, de Chriſto accipienda ſunt. *ibid.* Oracula de Chriſto non intellecta vel Judæis vel Romanis. 43
Orbis Romanus in quatuor Diœceſes diviſus ſub Conſtantino. 292
Orientalis imperii redeuntis ad Occidentales origo. 750
Orientale Imperium ad Francos tranſlatum. 757. in Orientali imperio initia mutationum; aucta per Chriſtianorum diſcordiam Turcarum potentia. 858
Orientalis Imperii finis. 959
Orientis Imperatores, & res ab iis geſtæ. 468, 476, 501, 561, 612, 622, 666, *& ſeq.* 683, 688, 747, 753. *& ſeq.* 757, 8-0, 901, 953.
Orientis Imperator ultimus Conſtantinus Palæologus. 959
Origenes floret. 212. Ejus parentes, & eruditio. *ibid.* Ejus libri corrupti. 214. Errorum ejus origo. *ibid.*
Origenis hæreſis repetita. 509. *& ſeqq.*
Oroſius notatur. 230
✱ Oſmanus Turcarum Imperator bellum Sigiſmundo, Poloniæ Regi, infert, ſed infeliciter, & pace mox finitum. 93. *Pacis leges.* *ibid.*
Oſtrogothi & Viſogothi qui dicti. 332
Otho Frederici I. Imp. filius capitur à Venetis. 689
Otho Imp. 127
Otho I, Imp. 562. Varia ejus bella. 563. Ei ſeſe opponit Tanguardus frater nothus, adſcitis ſociis Eberhardo Franconiæ Duce, & Giſelberto Lotharingo. *ibid* Henricus frater Othonis captivus jungit ſeſe Eberhardo & Giſelberto. *ibid.* Conjurati ſocii ab Othone in fugam vertuntur, & [illegible] ferè pereunt. *ibid. & ſeqq.* Ludovico Galliæ regi eſt auxilio. 564. Ejus bellum contra generum & filium. 566. Othoni filio jungit uxorem. *ibid.* Ejus cura de Eccleſiæ bono. 567. obitus. *ibid.*
Otho II, Imp. 568. mutatio fortunæ in ipſo. *ibid.* Ejus adverſarii. *ibid.* Ejus bellum contra Impp. Græcos, idq; adverſum. 569. Idem dictus *Pallida mors* Saracenorũ. 569. ejus obitus & filii. *ibid.*
Otho III, Imp. 570. Ejus adverſarii. *ibid.* pacis ſtudioſus. *ibid.* Pontificem creat Gregorium V. *ibid.* Romæ animadvertit in ſeditioſos 571. Ejus pietas. *ibid.* in Italia periclitatur. 572. depetit uxorem Creſcentii, ejuſque fraude perit. *ibid.* uxor ejus fœmina procax & adultera. *ibid.* Eo imperante qui fuerint Romæ *Pontifices* *ibid.* Othonis adverſa *Pontificum* ambitioni avaritiæque ſingularis animi magnitudo. 573. Ejus diploma, quo avaritiam & ambitionem *Pontificum* Romanorum notat, ac damnat. 574. Ejus donatio. *ibid.*
Otho IV, Imp. 764. illegitime factus Imp. arte *Pontificis.* *ibid.* Ei *Pontifex* infenſiſſimus adverſarius *ibid.* anathemate notatur. *ibid.* Faſtu ſuo *Principes* alienavit. *ibid* Contra eum Fredericus Henrici *VI,* Imp. filius evocatur ad imperium. *ibid.* à ſuis deſertus & imperio cedere coactus dyſenteriâ moritur. 765
Ottocarus pacem cum Rodolpho Cæſare facit. 803. Chunigundæ uxori obnoxius. *ibid. & ſeq.* Ejus irruptio in Auſtriam. 804
Ottomannicæ regnatricis domus ac inter Turcas potentiæ origo. 8.0. *& ſeqq.* de Oſmanis nativitate & liberis. 821. *& ſeq.* Ejus vita & res geſtæ. 82[illegible]

P.

✱ Pacificationis, ut vocant, *Pragenſis* origo. 98
✱ Pacis Germaniæ ſpes oblata per Aloyſium Contarenum, Venetæ Reipublicæ Oratorem. 101. De ea Oſnabrugæ

primo agitur. 102
Pactum inter Gallum & Hiſpanum. 1036
Paganorum falſa de Judæorum nomine ſententia. 137. Bacchum Judæos colere dixere. 139. Ratio cur adeo à vero aliena de ſacris Judæorum ritibus pronuntient. 140
Palatini unde dicti. 579
Πανάρια Epiphanii. 306
Papalis ſedes Româ Avenionem in Galliа transfertur. 823. Papales indulgentiæ res nova atque inaudita in Germania. 888
Paparum artes. 780. Superbum Papæ reſponſum. 852. Illi Principes imperii & Pariſienſes aliique Theologi ſtrenue ſe opponunt. *ibid.* Papæ Romani aut potius Avinionenſes Carolo *IV*, imperante. 867. Tres ſimul Papæ. 904
Paraphraſis antiquiſſima Symboli Apoſt. Germanica, nunc primum ex MS. edita. 102
Pares Franciæ qui dicti. 529, 530. De origine nominis Parium, conjectura. 529. Quando & à quo Rege Pares Franciæ dicti fuerint, & inſtituti, incertum. 531. Pares Eccleſiaſtici ordinis à quo ibidem inſtituti. 533
Pariſienſis Curiæ decretum de non ſolvendis Papæ Romano Annatis. 914. *& ſeqq.*
Pariſienſium Ducum origo & dignitas, & principatus amplitudo. 530
* Parmæ & Placentiæ Ducum origo. 68
Paſchalis *II*, Papa, filium Henrici *IV*, Imp. in patrem incitat. 626
Paſtoribus natalis Domini primo ſignificatus. 47. de Paſtorum numero fabula rejecta. 48
Patriarcharum origo. 302
Paulus apud Epheſios prædicat Euangelium, & quare. 108. Aſiam omnem eo donat. *ibid.*
Paulus Diaconus notatur. 230
Paulus *II*, Papa. 958
Pax Barbarorum auro emta. 149. Et tamen quotidiani fere Romæ triumfi. *ibid.*
* Pax Belgica, Gandavenſis dicta, & præcipuæ ejus leges. 85
Pax Eccleſiæ per quoſdam quaſi Dubitantes turbata. 204
* Pax Hiſpanos inter ac Belgas Fœderatos facta. 105
* Pax inter Cæſarem, Suedos, & Germaniæ Principes Proceresſque facta. 106
* Pax Religionis data Bohemis, Sileſiis, Auſtriacis, Moravis, ſed non obſervata, magnorum motuum origo. 91
* Pax Religionis in Germania. 55
* Pax Religionis, quam vocant, in Gallia, ſed à Guiſiis turbata. 79
de Pelagio ac ejus magiſtris, & Pelagianæ hæreſios primis incunabilis. 314. errores & artes Pelagii. 316. *& ſeqq.*
Perſarum Imperium quomodo ad Turcas delatum ſit. 1002
Perſarum caſtra à Turcis direpta. 1003
Perſecutio Chriſtianorum prima ſub Nerone. 124 ſecunda, imperante Domitiano. 150. tertia, imperante Trajano. 165. quarta, ſub Antonino Philoſopho. 199. quinta perſecutio Chriſtianorum, & ejus cauſæ. 204. ſexta ſub Maximino. 215. ſeptima ſub Decio. 216. octava ſub Valeriano. 232. nona, omnium graviſſima, ſub Diocletiano, & Imp. conſortibus. 262. ejus atrocitas. 265
* Perſecutiones graviſſimæ in Auſtria, &c. 78
in Perſia magni motus magnæque mutationes. 1072
Perſicum bellum gerendum Beliſario mandatur. 384. Primæ ejus belli origines ac cauſæ. *ibid.*
de Pace inter Romanos & Perſas, ſed fruſtra, agitur. 300
Pertinax Imp. 203
Peſcennius Niger Imp. 204
Peſtilentia magni horroris, qua pleriſque

hominum exſtincti ſunt. 857
Petri Confeſſio de Chriſto.84. nec unius Petri illa eſt, ſed Apoſtolorum omnium. 85
de Petri primatu inter Apoſtolos. 83. iterum de Petri primatu, & Pontificum Romanorum, qui ſe dicunt ejus ſucceſſores. 86. An inter Apoſtolos ſingularia Petro fuerint conceſſa. 91. Petrus anno Chriſti XLIV Romæ ſedere non cœpit. 103
Petrus Abbas Cellenſis, 683. Ejus Epiſtolæ de monachis. 684. & ſeqq.
Petrus Lombardus. 747
Petrus de Vineis. 770
Pharamundus Rex Francorum. 343
Phariſæi qui. 31
Philaſtrii de hæreſi Ariana judicium. 281
* Philibertus Chalonius, Princeps Arauſionenſis, moritur, hæredemque amplìſſimarum ditionum Henricum Naſſavium habet. 55
Philippicus Bardanes Imp. 413
Philippus Arabs Imp. 215. Primus Chriſtianus Imperator. ibid
Philippus Frederici Barbaroſſæ fil. Imp. 755
Philippi Galliæ Regis acerrimæ cum Papa contentiones. 810 Papam novo exemplo in carcere interfici jubet. ibid.
Philippus Maria. 1015
Philippus, Maximiliani I, Imper. filius, Rex Hiſpaniæ matrimonio factus mox obiit, relictis filiis Carolo & Ferdinando. 1037
* Philippus II, Rex Hiſpaniæ, Princeps Belgarum. 78
Philippi Valeſii graviſſimum cum Eduardo Rege Anglorum bellum. 847
Philoſophorum ſophiſmata & argutiæ Chriſtianæ ac Apoſtolicæ doctrinæ ſe opponunt. 112
Phlegontis de terræ motu, qui moriente Chriſto factus eſt, teſtimonium. 96
Phocas Bardas. 570
Phocas Imp. 396
Photini hæreſis. 304
Picturæ ab Eccleſiis arceantur. 264
Pirametus confugit in Perſiam. 1008. à Mahomete ſuperatur. ibid.
Piſo Tyrannus. 245
Piſtor quidam ad Brandeburgenſem principatum adſpirat. 864
Pityazis egregia virtus. 388
Pius II Papa, antea dictus Æneas Sylvius. 98
Platia & Buteria in Sicilia ſolo æquata. 604
Plinii de adoptato à Nerva Trajano verba egregia. 158. Plinius forte emendatus. 159, 161. bis 161. ejus de primorum Chriſtianorum vita ac diſciplina luculentum teſtimonium. 168
Plutarchi in reddendis cauſis ſacrorum Judaicorũ rituum graviſſimi errores. 137
Poloniæ Dux regio titulo donatur. 828
Polonia fit regnum. 571
* Poloniæ regnum Gallo delatum, ſed mox finitum aut deſertum. 82
in Polono Duce inſigne conſtantiæ exemplum. 960
Polonorum Regi Ungariæ regnum offertur. ibid.
* Polonorum tempora & Principes, variæque inter eos rerum, Principum, Regumque mutationes. 83. Primus eorum Chriſtianus. ibid. primus eorundem Regis nomine ſalutatus. ibid.
* Polonos inter & Suedos annorum aliquot induciæ, ea, inter alia, lege, ut Boruſſiam hi tradant. 98
Polydori de Annatis narratio & judicium. 923
Poſthumius Junior Tyrannus. 234
Poſthumius Tyrannus. ibid.
Prædicatores fratres ad Tartaros mittuntur. 775
Præfectorum ab Alberto Imp. datorum in Helvetia tyrannis. 814. & ſeqq.
Prœlium atrox ad Leodiũ commiſſũ. 855
Prœlium inter duos fratres Caramanos. 1008

Præmonſtratenſium ordinis origo. 677
Preſbyteratus ſupremus Judæorum in Anglia inſtitutus. 748
* Principum Germaniæ motuum, inprimis Saxoniæ Electoris, adverſus Cæſaris deſtinationes, majora indies incrementa, ac faces. 95
Priſcilli hæreſis. 304
Priſcillianiſtarum opinio de vi aſtrorum. 309
Procopii de Juſtino I, Imp. judicium. 373
Prophetæ de regnaturo Chriſto verba male accepta. 28. Prophetæ de adventu Meſſiæ, ac humilitate ejus, verba explicantur. 36
* Proteſtantes Germaniæ Principes Smalcaldiæ fœdus ineunt. 55
* Proteſtantium nominis in Germania origo. 54
Proeuangelii quoddam quaſi ſpecimen, ac veriſſimum, exhibetur. 49
Proverbium Græcorum de Francis. 438
Provinciarum diſpoſitio ſub Conſtantino. 293. & ſeqq.
Prudentii verba de Conſtantini labaro. 272
ex Pſeudo-Meſſiis, verum veniſſe, contra Judæos probatur. 195
Ptolomais à Sultano capitur, & capta evertitur. 807
Ptolomæus hæreticus. 154
* Puritanorum, quos vocant, in Anglia origo. 81
* Puteolani agri grave incendium, & ex natura petita ejus cauſſa ac origo. 65
* Puteolana balnea cinere obruta & everſa. 66

Q.

Quærite & invenietis; quid in Chriſtianæ doctrinæ ac religionis cauſa hæc ſibi velint, & quomodo quærendum. 115
Quietus Tyrannus. 241

R.

Recens editor Codicis Canonum Eccleſiæ notatur. 104
à Recimero res in Italia geſtæ. 370
Recognitionum libri à quo editi. 166. de adulteratione eorum. *ibid.*
Reconciliatio inter Papam & Imperatorem. 736. & ſeq.
Reges Romanorum in Germanico imperio qui hodie dicantur. 195
Regillianus Tyrannus. 238
Regum mos eſt deſcribere provincias, etiam inter Romanos. 11
Religio Chriſtiana Gallis per quos tradita. 167. Religionis Chriſtianæ exordia in Germania. 198. Ejuſdem prima ſemina in Cymbrica Cherſoneſo. 466
Religio vera ac Apoſtolica, & falſæ quomodo diſcernendæ. 119. Religio emendata & quaſi purgata. 834
Religionis tandem purgatæ origo. 1042. 1046. & ſeqq.
* Renati Naſſavii Arauſionenſis Principis inſignis virtus & elogium. 37
Renati Profuturi Frigeridi de irruptionibus Gothorum fragmenta. 327
* à Requeſenio Belgis amneſtia fruſtra oblata. 82
Rhodus à Turcis fruſtra tentata. 1003
Richardus Anglus & Alphonſus Hiſpanus contendunt de imperio, uterque infeliciter. 789. ejus interitus. *ibid.*
Richardus II, Angliæ Rex ſuis inviſus regno ac vita exuitur. 900
Richardus Armacanus Præſul in Hybernia publico ſcripto oppugnat, damnatque Ordinem Monachorum mendicantem. 882
Richardus III, Rex Angliæ. 1015
Ritus obſervati à Judæis in creando Capite Exulum in Oriente. 41
Ritus quibus abſente Papa coronatur Romanus Imp. 867. & ſeqq.
* Robertus Dudleius, Liceſtriæ Comes, curandis Fœderatorum Belgarum rebus præficitur. 88. ille eorundem libertati

inſidiatur. *ibid.*
Rodolphus Habſburgenſis Imp. 771. quomodo ad Imperii faſtigium promotus. 797. Auſtriacorum Principum potentiæ pater ac fundator. 798. quomodo Remp. ordinarit. *ibid.* Ejus filiæ & generi. *ibid.* variæ res ab eo geſtæ. 801. Ejus exceſſus. 80·. multum imperio ille in Italia detraxit. *ibid.*
Rodolphus Suevus ſe Henrico *IV.* Imp. opponit. 624 ejus cum Imp. bellum. 625. miſerè ſuccumbit. *ibid.*
Rolandus Dux, & ejus res fabulis auctæ. 415
Romanæ Eccleſiæ mendax ſuperbia notatur. 934
Romanæ Leges à Lothario II. Imp. reſtitutæ. 687
Romanæ res infirmæ Barbaris qua ratione proditæ. 1·9. ea de re uberior diſſertatio. *ibid. & ſeq.*
à Romanis nunquam latius imperitatum, quam ſub Trajano. 185
Romanus junior, homo ſceleratiſſimus. 567. ad ejus filios redit imperium Orientale. 569
* Rudolphus Auſtriacus Imp. 85
Ruffini egregium teſtimonium de adulteratione librorum Recognitionum. 166. *& ſeq*
Rufini ac Stiliconis inſignis improbitas. 310
Rupertus Palatinus Rheni Imp. 901. irrita ejus in Italiam irruptio. 903

S.

SAbaudiæ Ducum familiæ & potentiæ origo. 525
Sabellius hæreticus. 231
Sacrificulorum inſigne odium in Huſſitas. 918
Saducæi qui. 31
Saladinus Sultanus Ægypti, terror Orientis. 746
Samanæi, & quæ eorum diſciplina. 200. quales. 201. eorum magna dignatio. *ibid.*
Samoſateni hæreſis. 257
Saraceni unde dicti. 407. Siciliam invadunt. 410. Saracenicæ potentiæ incrementa. 411. Eorum irruptio in Italiam. 469. Iiſdem in Hiſpania tradita Religionis Chriſtianæ rudimenta. 482. Saraceni lacerant Italiam. 502. Ex Africa in Hiſpaniam veniunt. 750. Eorum res auctæ & promotæ per diſſidia Chriſtianorum Principum. 751
Sarmatæ in fidem accepti, & qualis ille populus. 185
Sarmatiæ gentium Idololatria & ſuperſtitio. 497. Numina ab iis culta. *ibid.* Ritus earundem nuptiales & funebres. 499. *& ſeqq.*
Satanæ aſtus. 151
Saturninus hæreticus. 153
Saturninus Tyrannus. 246
* Saxo cum Cæſare pacem facit. 98
* à Saxoniæ Duce aliiſq; Germaniæ Principibus belli Cæſari illati origo. 96
* Saxoniæ Elector à Cæſare Carolo V, capitur. 39
Saxonum origo. 309. in latrocinia prorumpunt. 623. Cæſari rebelles & quâ occaſione. 624. ab Henrico Imp. vincuntur. *ibid.* Henricum Imp. apud Papam Gregorium *VII*, accuſant. *ibid.*
Scanderbegus patria ejectus febri exſtinguitur. 967
Scanderbegi fortitudo & felicitas. 965. ejus majores. 980. ejus virtutū & magnitudinis præſagia 981. ejus educatio. *ibid.* egregia corporis ejus conſtitutio. *ibid.* ipſe cum fratribus Ottomanno à patre traditur. 9·2. contra fidem patri datam circumciditur. *ibid.* Scanderbegi nominis origo. *ibid.* à Turcarum Imperatore ad maximas dignitates evehitur. 983. Prima bellorum ejus & inſignia in Aſia rudimenta. *ibid.* Altera ejus magni terroris, neque minoris felicitatis expeditio in Aſiam. ·83. auget Ottomanicum Imperium. 984 Singulare ejus cum Scytha certamen. *ibid.*

Scytham vincit. 985. Patris ejus exceſſus. *ibid.* Scanderbegi artes, quibus militum aliorumque ſtudia ſibi conciliavit. 987. ſingulari Dei providentia ſervatur. 988. clam ad repetendum paternum imperium ab Epirotis invitatur. 989. Rata & ſingularis ejus prudentia. *ibid.* Illuſtrium à Scanderbego geſtarum rerum initia & magnitudo. 990. quibus artibus paternum Epiri imperium recuperaverit. 992. Scanderbegi morientis maſcula Oratio. 994. *& ſeqq.* inſignis in moriente animi vigor. 1000. Scanderbegi vitæ imperiique finis & exceſſus. * 1001

Scandia olim dicta, ex qua Gothi progreſſi, quas olim complexa fuerit ditiones. 223

Sceptri Judæ inſigne decrementum. 71

Schiſma trium Romanor. Pontificũ. 405

Scholaſticæ, quam vocant, Theologiæ prima ex Philoſophia origo. 114. Tertulliani egregium de ea judicium. *ibid.*

Scotiæ Regum ſeries & regnatricis in ea domus mutationes. 879. Stuartorum in Scotia nomen quando celebre eſſe cœperit. *ibid.* quâ occaſione iidem ad regni faſtigium ſint evecti *ibid.* Eodem iidem ab Anglis hodie quaſi exuuntur. 880. * Scotiæ Epiſcopi, majore autoritate donati, turbant regni & Eccleſiæ pacem. 92. motuum in Scotia origo. *ibid.* in Scotia motuum adverſus Regem incrementa. 99. inſignis rerum in Scotia mutatio. 107

Scotiæ ſceptrum Stuartis offertur. 878. Regni eorum in Scotia origo. * *ibid.*

* Scoti Epiſcoporum Hierarchiam domi abrogant. 8?. in Scotorum regno alii atque alii ex Epiſcoporum Hierarchia, ac graviſſimi motus. 98. Magnorum inde malorum, mutationumque origo. *ibid.* Epiſcoporum atrox conjuratio contra Scotos. 99. alii atque alii aucti que Scotos inter & Regem motus. *ibid.* Scotorum poſtulata ac deſideria. 100. in Scotorum regni imaginibus quare inſtrumentum Muſicum ſpectetur. 344. eorundem publica res quomodo impetante Lothario conſtituta. 476

Secundus hæreticus. 154

Semen, ſive ova vermium Sericorum à Monachis in Europam adlata. 374

Semiariani ex Arianis orti qui fuerint, & quid docuerint. 282

Senatusconſultum ſub Veſpaſiano factum de Romani Principis poteſtate. 147

L. Ann. Seneca floret; & an Chriſtianus fuerit, quæritur. 121. unde nata de Seneca Chriſtiano fabula. 123. idem inter Patres Eccleſiæ ſtolide à quibuſdam numeratus. * 124

Seneſchalli Franciæ qui dicti. 439

Septemviri Electores an ab Othone III, inſtituti. 579

L. Septimius Severus Imp. 203

* Servetus palam oppugnat Trinitatem. 70 ſumptum de eo ſupplicium. 71

* Sfortiæ in Principatu Mediolanenſi reſtituuntur. 53

Sibyllina, quæ hoc nomine jam circumferuntur, oracula, fallunt; & Chriſtianorum quorundam commenta eſſe, oſtenditur. 11. Paulò altius quædam confirmandæ ejus ſententiæ gratia repetuntur. 13. Cumæum carmen, cujus meminit Virgilius, unde ſumptum. 19. Verba Auguſtini hac de re notantur. *ibid.* Ut & Euſebii 20. Eadem refelluntur; & quæ Sibyllis tribuunt, ex Prophetaũ deſumpta eſſe oracula, oſtenditur. 24

* Siculorum contra Hiſpanos motus turbatumque origo, ac finis. 103

Sigiſmundus Caroli IV. filius Imp. 905. Ejus bellum in Huſſitas. 912, 919. ei adverſum. *ibid.*

* Sigiſmundus Poloniæ & Sueciæ Rex deſignatur. 88. Ioanni, Sueciæ Regi defuncto, ſed præſcriptis obſtrictus legibus, ſuccedit. *ibid.* ei Suedorum Proceres populuſq; ſe opponunt. 89. regno

Suedorum exuitur. *ibid.* moritur. 97
Sigonius notatur. 328
Sileſia cum Bohemię regno cõjuncta. 644
Simon Montisfortis Comes in Waldenſes immiſſus. 710
Siricius Papa cœlibatum ſacerdotum inſtituit. 312
Sittas Perſas vincit. 389
Sixtus *IV*, Papa. 958. Jubilæum reducit ad annum xxv. 959. de Roma deferenda ob Turcarũ irruptiones cogitat. 1004
Slavorum migratio in Poloniam & Bohemiam. 394
Sleſvicenſium Marchionum origo. 562
* Smalcaldici Fœderis Proteſtantium Germaniæ Principum origo. 55
Societatis, quæ Romæ eſt, *de propaganda Fide*, origo. 87
* Socinianiſmi in Eccleſia Chriſtiana origo. 70
* à Solymanno Turca res maximæ geſtæ in Oriente. 61. ejus irruptio in Orientalem Indiam. 65. Solymannus Budam capit. 68
* Spirenſia Comitia. 37
Spirenſis Curiæ ſupremæ origo. 1033
Stellæ matutinæ cultus. 598. de ejuſdem origine fabula. *ibid.*
de Stella, quæ dux viæ Magis fuit ad Chriſtum, verba Chalcidii; & vetus lectio defenſa. 62. qualis ea fuerit. 63. Prudentii de ea verba explicata. *ibid.*
Stilico affectat imperium & occiditur. 314. ejus perfidiâ venditur imperium. 321. ejus artes & inſidiæ, quibus occupare imperium tentavit. 322. *& ſeq.* ejus filiam uxorem ſibi legit Honorius. 323. juſſu Honorii in cuſtodia habetur, & interficitur. 324
Strabo emendatus. 177
Stuartorum in Scotia nomen quando celebre eſſe cœperit. 879. qua occaſione iidem ad regni faſtigium ſint evecti. *ibid.* eodem iidem ab Anglis hodie exuuntur. 880
Studia linguarum excitata. 814
Styli novi, ſive Gregoriani, ut vulgo vocant, origo. 87
in Suecia motuum & turbarum, ob mutationes Principum, origo. 1056
* Suecicæ militiæ, poſt Regis exceſſum, clariſſimi fortiſſimique in Germania Imperatores. 97
* Suecis graviſſima ad Nordlingam clades infertur. 97. Neque tamen ſpe aut animo exuuntur. *ibid.*
Suedia olim Manheim dicta. 213
* Suedorum in Germania res in ſummo diſcrimine conſtitutæ ſunt. 97. eorum prœlia cum Cæſareis, & inſignes progreſſus. 102
de Suedorum nominis origine aliorum ſententia. 224. Nova, ac alia Auctoris, & confirmata. *ibid.* Suedorum Principes ac tempora quodam velut breviario exhibentur. 1056 *& ſeqq.*
* Suedorum Regis in Germania bellorum cauſſæ ac exordia. 96
Suem quare præ cæteris animantibus fugiant Judæi, cauſa redditur. 138
Sueonum nominis origo, & conjectura Loccenii. 223
Suetonius notatus. 43
Suidas emendatur. 3?4
Suionum mentio apud Tacitum. 223
Sulpicii Severi verba de reſurrecturo aliquando Nerone. 126
* Sultani Morath, ſive Amurathi, Imperatoris Turcarum, vitæ finis. 101
Sumptuariæ leges in Germania latæ. 852
Suprarbiæ & Aragoniæ in Hiſpania Regum tempora. 541
Sylveſter II, Papa. 572. De eo, velut magicis artibus dedito, recepta vulgo narratio, refellitur, & commenti origo proditur. 573. 575. *& ſeqq.* ejus elogium. 575. Calumniæ, qua idem magus dictus, vera origo. 578
Symbolum quod dicitur Apoſtolorum eſt fidei & doctrinæ Apoſtolicæ breviarium. 100. De antiquitate ejusdem ex

Tertulliano teſtimonium. *ibid.* Symboli verſio Alemanica antiqua, & Saxonica antiqua, ex *MS.* 101. Paraphraſis antiquiſſima Symboli Apoſt. Germanica nunc primum ex *MS.* edita. 102
Synodus prima Apoſtolica Hieroſolymitana. 103. Sardicenſis. 303. Synodus Oecumenica II, Conſtantinopolitana. 312. Oecumenica III, Epheſina. 348. Synodus Oecumenica V. 393. Synodus Conſtantinopolitana III. 410. Nicæna ſecunda. 428. Synodus Francofurtenſis. 429

T.

Tacitus Imp. 260
Tacitus notatus. 43. ejus de Chriſtianorum ſub Nerone perſecutione verba, & judicium. 124. quare illud ejus judicium de innocentibus tam iniquum ſit, diſquiritur. 125. Taciti verba aſſerta. 128. Ejuſdem verba de Judæorum origine, exilio, Moſe duce. 129. Ritibus, auctis rebus, circumciſione. Religione. 130. Situ, Balſamo & palmetis, montibus & fluminibus, Bitumine, Sodoma & Gomorra incenſis. 131, vicis & oppidis, Hieroſolyma, & templo Salomonis, imperio & ſtatu vario, Romanorum contra eos expeditionibus 132. obſidione Hieroſolymæ, & munimentis. 133. exercitibus & ducibus, malis ominibus oblatis, arroganti perſuaſione, multitudine, obſtinatione. 134. magna rerum & originum Judaicarum ignorantia in Tacito notata. 136. ejuſdem in reddendis cauſis ſacrorum Judaicorum rituum graviſſimi errores. 137. quando inclaruerit. 164. De eo judicium. 165. Tacitus illuſtratur. 177. idem fortè emendatus. 178. illuſtratur. 434
Talmudis conſcribendi Judæi initium faciunt. 209. Partes ejus duæ. *ibid.* abſolvitur. 210. Ejus autoritas inter Judæos. *ibid.*
Tamerlanes Scytha belli fulmen Aſiam terret & Europam. 889. Bajazetem ab obſidione Conſtantinopolitana abſtrahit. 890. Prœlio Bajazetem vincit. 891. Ortu vilis & plebejus. *ibid.* Res maximæ ab ipſo geſtæ. 892. Sebaſtiam, quam hodie Sujas vocant, celeberrimam, munitiſſimamq; Cappadociæ urbem vi capit. 892. Ejus urbis excidium. *ibid.* Superba Tamerlanis ac contumelioſa ad Bajazetē legatio. 893. cauſa belli inter eum & Bajazetem. *ibid.* Bajazetem multis indigniſq; contumeliis afficit. 894. Ejus in obſidendis, oppugnandis, & exſcindēdis urbibus mos uſitatus. 895. munitiſſimæ urbes ab eo captæ & res maximæ geſtæ. 896. Ejus exceſſus. *ibid.* Filii ejus & ſucceſſores ſed degeneres, paterno impares imperio, imperio exuuntur. *ibid.* Cum Tamerlane omnis Scythici nominis gloria occidit, & quaſi ſepulta eſt. 897. qua occaſione ad invadendum Perſicum imperium invitatus. *ibid.* Incompatabilis animi ejus magnitudo. *ibid.* Regnum Perſicum affectat, & partim fraude, partim vi occupat. 898. Perſicam regiam ſtirpem exſcindit. *ibid.* Forma ejus corporis 899. Furtis ac latrociniis deditus. *ibid.* magnificum ejuſdem elogium 900
Tanguardus Othoni I. Imp. ſeſe opponit. 563. idem obſeſſus interficitur. *ibid.*
Tannaim & Karaim Judæorum qui dicantur. 210
* ex Tartaris inſignis in Moſcovia clades. 81
Tartarorum in Aſiam & Europam maximi terroris irruptio. 773. hujus irruptionis cauſſa vera. *ibid.* Veritas ejus ex autographis monumentis aſſerta. 779. Eorum Dux Badus terror Europæ & multarum ejus regionum vaſtator. 778. Eorum gravis irruptio. 785. Ungaria ab iis attrita. *ibid.* quando occupata deſeruerint, domumque redie-

rediĕrint. 785. Tartarorum Rex baptizatus ſed dubia fide. 795. Tartarorum res miſerè in Aſia & Europa afflictæ ac attritæ. 870
Tartarorum Principum origo & ſeries. 645. & ſeqq.
Tatianus hæreticus; Encratitarum pater. 196
Templa Chriſtianorum ſine ſimulachris, Auguſtini teſtimonio. 187
Templariorum Ordinis excidium. 824
Terræ motus magni terroris. 857
* Terræmotuum cauſſa & origo. 67
Tertulliani judicium de ſupervacua curioſitate in fide Chriſtiana, & Dialectico Chriſtianiſmo. 113. egregium ejuſdem de Theologia Scholaſtica judicium. 114. item de primis hæreticis ac eorum ſtemmate. 118. ad Montaniſtarum hæreſin tandem deficit Tertullianus. 196. ejus querela & judicium de Dubitantibus 205. Ejus ævo non receptas fuiſſe in templis imagines, oſtenditur. 205. Idem lib. de Idololatria omnem imaginum adorationem, & in uſum religioſum fabricationem, explodit. ibid.
Tetricus Junior, Tyrannus. 247
Tetricus Senior, Tyrannus. ibid.
Theodoſius Imp. 311. ſtrangulatur. ibid. cum fine Theodoſii quidam quaſi finis factus eſt Romanorum imperii in Occidente. 330
Theodoſius II, in Oriente Imp. 344
Theologiæ Scholaſticæ origo. 748
Theologici belli, quod Adiaphoriſticum vocant, origo. 69
Tiberius Auguſto ſuccedit. 74
Tiberius II, Imp. 394
Tigris in Oriente fit limes imperii Romani. 174
Timolaus Tyrannus. 248
Titulorum, quos vocant Doctorum, Baccalaureorum, Magiſtrorum, Poëtarum Laureatorum aliorumque qui in Academiis hodieque tribuuntur, origo. & de iis egregium Maphæi Vegii judicium. 882. & ſeq.
Titus Veſpaſianus Flavii Veſpaſiani filius Imp. 148. Locupletator orbis terrarum. ibid.
Toloſates Principes Waldenſibus faventes oppreſſi. 710
Torneamenta vetantur. 707
* Torunenſis conventus diſſidiorum in Religione inter Polonos tollendorum cauſa fruſtra indictus. 103
Traditores in Eccleſia Chriſtiana notati, & qui hoc nomine ſignificati. 264
Trajanus, vide Nerva Trajanus.
* Tranſactionis, ut vocant, Paſſavienſis origo. 70
Tranſſubſtantiationis dogma quando receptum. 617
Tranſſylvania pars Daciæ. Et unde nomen habeat. 175
* Tranſſylvaniæ Waiwoda clientem Turcarum ſe facit; & ſic via in Auſtriam, iis Germaniamque aperta, & ab iiſdem Vienna obſeſſa. 54
Trapezuntini imperii origo. 749
Trapezuntinum imperium everſum. 1003
Trebellianus Tyrannus. 248
* Trevirenſis Electoris de eligendo Imperatore ſententia & Oratio. 19. & ſeqq.
Triboniani laus. 379. contra calumniam defenditur. 380
Tunetani regni in Africa origo, principes & mutationes variæ. 766. & ſeq.
Turcarum eorumque imperii origines & incrementa. 417 & ſeqq. Turcæ à Saracenis vocantur in Aſiam. 501. Eorum inſigne incrementum. 622. Eorum regnum in anteriore Aſia conſtituitur. 623. in Aſia recipiunt vires. 791. eorum res magnis in Aſia auctæ incrementis. 805. Turcici Imperii magna incrementa. 858. Turcarum res Duce Amurathe magnis in Cherſoneſo & Thracia aucta incrementis. 870. Turcici Imperii ſedes ex Bruſia Adrianopolim transfertur. 869, 953. Turcæ

pacem

pacem petenti decem annorum induciæ dantur. 962. Turcæ Conſtantinopolim expugnant. 968. qua occaſione Epiri civitates invaſerit & occuparit. 985. Turcæ Rhodum fruſtra tentant. 1003. * Turcarum in Cypro imperii origo. 81

Turcomanniæ regni origo. 667

de Typographia ab Europæis inventa obiter agit Samoſcius, & ab iis inventam negat. 181

Typographicæ artis nobiliſſimæ prima in Hollandia initia. 946. Pro Moguntinis alii pronunciant. 947. Teſtimonia pro Hollandis certiſſimæ fidei eis opponuntur, inprimis Hadriani Junii. *ibid. & ſeqq.* Junii ſententia confirmatur. 950. Teſtimonio etiam exterorum, ut Colonienſium rerum vetuſti & coævi ſcriptoris. *ibid.* Accedit & teſtimonium Mariangeli Accurſii Itali. 951

Tyranni triginta. 233. Præter triginta tyrannos duo alii, ſed vix memoria digni. 252. iidem triginta tyranni ex Onuphrio. 253

V.

Valachi Romanorum coloni, & qualis ea gens. 179. quæ iis lingua. 180. unde Valachorum nomen, & Sekelorum Tranſſylvanorum. *ibid.* Peculiare ipſis ſcripturæ genus in uſu. Et qualis ea ſit *ibid.* Liber ante aliquot ſecula eorum literis, & typis quoque deſcriptus in Bibliotheca Florentina extare dicitur. 181

Valdenſes damnantur. 707. eorum nomen unde fluxerit. *ibid.* eorum origo, nomina diverſa, juramenta, ſedes, calamitates, & excidia. 708. *& ſeqq.* eorum ſparſæ reliquiæ ubi conſederint. 710 quare Albigenſes aut Albii dicti. 711. inſigni clade afflicti. 713. eorum in Calabria, Germania, Gallia Narbonenſi, Provinciaque ſedes, ſed obſcuræ. 714. eorum ad Ludovicum *XII*, Galliarum Regem legatio. 715. quare Leoniſtæ dicti. 716. quid docuerint. *ibid.* quare Pontificibus exoſi. 717. quare Publicani dicti. *ibid.* Eorum caſtitas & vitæ ſanctimonia. 718. quanta ſacrarum litterarum ſcientia vulgo Waldenſium fuerit, occulati teſtis ac hoſtis judicium. *ibid.* Ejuſdem inſigne teſtimonium de admiranda eorundē conſtantia in excipiendis atrociſſimis ſuppliciis. 719. aliud ejuſdem de his quæ Waldenſes docuere. *ibid.* Pauperes de Lugduno dicti. 720. Eorum partes Comites Toloſates tuentur, & excommunicantur. *ibid.* Raimondus Comes Toloſatum eorum cauſam deſerit, eoſque perſequitur. *ibid. & ſeqq* Publicæ hac de re tabulæ. *ibid. & ſeqq.* magna eorum ſtrages. 773

Valens Superior Tyrannus. 245

Valens Tyrannus. 244

Valentinianus & Valens Impp. 308. Valens favet Arianis. 309. Valentinianus Alemanos & Saxones cædit. *ibid.*

Valentinianus II, Imp. 311. favet Arianis. *ibid.*

Valentinianus III, in Occidente Imp. 344

Valentinus hæreticus. 153

Valerius Probus Imp. 260

Valla, *vide* Laurentius Valla.

Vandali, Alani, ac Suevi à Francis cæduntur. 325. Vandalorum imperium in Africa. 344. Ariani Orthodoxos Chriſtianos graviter in Africa perſequuntur. 348. *& ſeqq.* Finis Vandalici imperii in Africa. 393

Varnenſis clades. 959, 962, 965.

Varnenſis pugna. 964

Venetiæ conduntur 363. in Veneta Republica prima Ducum origo. 412. Variæ in eadem Rep. mutationes. *ibid.* Diverſæ ſedes Ducum Venetorum. 413. Venetorum aureus annulus in mare projectus, imperii inſigne. 689

Veneti Saracenos Italiâ ejiciunt. 581

Veneti in Creta imperii initium. 750 *& ſeqq.*

ſeqq. Ionii & Ægæi maris inſulas ſibi ſubjiciunt. 753. Turcis bellum feliciter inferunt. 859. Eorum bellum in Scaligeros Veronæ Principes. 860. *& ſeqq.* Tarviſium Reipubl. illorum accedit. 863. eorũ legatio miſſa ad Uſumcaſanum. 1005. fœdus cum eodẽ. *ibid.*
Venetorum nova legatio ad Uſumcaſſanum. 1009. Veneti capiunt inſulam Cyprum. 1018. conſpiratio contra Venetos. 1035. eorum potentia atteritur. 1036
Verſio Symboli Alemanica antiqua ex *MS.* 101. & Saxonica antiqua ex *MS.* *ibid.*
Fl. Veſpaſianus Imp. 128
Veſperæ Siculæ. 804
Veſtes bombycinæ quæ, & unde dicantur. 376
Ugros Aventinus Hungaros vocat. 804
Victoria Tyr. 251. *Caſtrorum mater* dicta. *ibid.*
Victorinus Junior Tyrannus. 236
Victorinus Tyrannus. 235
Vienna obſeſſa. 802. Cæſari Rudolpho ſe dedit. *ibid.*
* Vienna ſedes Cæſaris à Turcis obſeſſa. 54. eadem Suedorum irruptione territa. 103
Viſogothi qui dicti. 332
Vitas Apoſtolorum qui edidere, notantur, ut plurimarum fabularum auctores. 109
* Uladiſlaus ejus nominis *IV.* Sigiſmundo patri ſuccedit. 97. ejus exceſſus. 106
Uladiſlaus Poloniæ & Ungariæ Rex Papæ Eugenii inſtinctu fit perfidus. 964. ejus interitus. 965
Uladiſlaus II, Polonus ſuccedit Podiebracio & poſt Matthiam Hunniadem fit Rex Ungariæ. 1014
Ulpianus floret. 214
Ulpia Trajana metropolis Daciæ. 182
Ungariæ regnum Polonorum Regi offertur. 960
Unghermaumet, Uſumcaſſani filius, à patre deficiens, invadit regnum Perſarum. 1010. confugit Byzantium. *ibid.* captus à patre interficitur. 1011
* Urbanus *VIII.* Papa, de pace reddenda Germaniæ, miſſo in eam Nuncio, tandem ſed fruſtra cogitat. 98. ejus exceſſus. 102
Urſaciani qui dicti. 287
Uſumcaſanus quomodo ad Perſarum imperium devenerit. 1001. ejus legatio ad Mahometem. 1002. Prœlium inter ipſum & Mahometem. *ibid.* Perſicum regnum invadit. 1005. ejus legatio ad Venetos & Rom. Pontif. *ibid.* belli inter Mahometem & Uſumcaſanum præcipua cauſa. 1007. ejus victoriæ & potentia. 1010. ejus ſtratagema. 1011. ejus obitus. 1012
Uxor Pilati an fuerit Chriſtiana. 174

W.

WAldenſes, *vide* Valdenſes.
* Wallenſteinius, militiæ Cæſaris Imperator, immiſſis percuſſoribus è medio tollitur. 97
Wandali, *vide* Vandali.
Wenceſlaus Imp. 886. mens ejus & vita omnis corrupta ac perdita. *ibid.* ab Ordinibus Bohemiæ in cuſtodiam traditur. 887. Sigiſmundus ejus frater eligitur Bohemiæ Rex. *ibid.* Wenceſlaus cuſtodiendus traditur Alberto Auſtriaco. *ibid.* regno Bohemiæ doloſe recuperato crudeliter interficit Proceres. *ibid.* Electorum communi conſenſu abrogatur ei imperium. 880
Wilhelmus Hollandiæ Comes Imp. 771

Z.

ZEnobia Tyr. 249. magnificum ejus elogium. *ibid.*
Zeno Imp. 373.

FINIS.

NAPOLI
A01 1468997

Digitized by Google